


~~1. a. 6. J.~~
~~B. L. VIII-3~~



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estantería:	40
Numero:	2



OMNIA OPERA
DES ERASMI ROT-
TERODAMI, QVAECVNQVE IPSE

AVTOR PRO SVIS AGNOVIT, NOVEM TOMIS DISTIN-

cta, quorum Elenchum sequentes Catalogi perspicue exhibebunt, *hactenus prohibita, nunc vero ante expurgationem permitta.*

EX QVIBVS HIC


PRIMVS

ea continet, quae spectant ad In-
stitutionem literarum.



Addito Indice copiosissimo.

*Opera omnia Erasmi caute
legenda: tam multa enim
sunt in his correctione digna
ut vix omnia excipere
possint.*



*Por comision de los señores
inquisidores correj este libro
conforme al expurgatorio en
granada a 20 de febrero de
1606.*

Augustin de quiron

*Por comision de los señores
inquisidores de los Reinos
de Aragon y Sicilia confirmada al
expurgatorio de la Inquisicion
en Madrid a 20 de junio de 1606.*

Augustin de Quiron

BASILEAE. M. D. XL.

Cum privilegio Caesaris Maiestatis ad annos quatuor.

*notum magistro
quod expurgatio...*

Handwritten notes at the top left of the page.

Handwritten text in the upper middle section.

Handwritten text in the upper left section.



Handwritten text in the middle right section.

Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.


Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.

Handwritten text in the lower left section.



B*

Main body of handwritten text on the right page, appearing as a list or series of notes.

CATALOGI DVO OPERUM DES. ERASMI ROTERODAMI

AB IP SO CONSCRIPTI ET DIGESTI.

DES. ERASMV S ROTERODAMV S ORNATISSIMO VIRO
D. Ioanni Botzhemo Abstemio, Iuris utriusque doctōri,
Canonico Constantiensi S. D.



NON pateris Abstemii uir clarissime quicquā mearum lucubrationum deesse tuā bibliothecā, sed queris idem opus tibi subinde commercandum, uel retextum, uel locupletatū, uel recognitum. Proinde rogas ut tibi catalogum omnium nugarum mearum uerius quam librorum describam, & cui postremā manum addiderim indicem, ne uel fugiat aliquid quod non habeas, uel emas aliquid, quod mox denuo cogaris emere. Morem geram uoluntati tuā, per te quam plurimis etiam alijs (si fallor) eadem opera gratificaturus. Ornare gaudes (ut ais) tuam bibliothecā Erasmi monumentis: ego uero meos libros arbitror ornari tuā bibliotheca, qua uix quicquam uidere cōtingit ornatius, dicas Musarum esse domicilium. Itaque mihi magis placeo, quam meas lucubrationes dignaris hospitio tuā bibliothecā, quam si cedrinis capsulis in Apollinis templo reponerentur. Non arbitror uicturas, tantum abest, ut immortalitatem illis ausim sperare: tamen si continget aliquot annos superesse parenti, tuā nimirum bibliothecā debent. Existimabitur enim aliquid esse, quas Abstemius ille tam sobrius iudex suo Musæo dignatus sit. Quāquam ipse interim non aliter affectus sum erga meas uigilias, quam parentes solent erga liberos, quibus fuit parum felix foecunditas, uel quam deformes ac ualetudinarios genuerint, uel quam alioqui tales, ut probrum & exitium attulerint suis progenitoribus. Quā quidem in re hoc magis ipse mihi displiceo, quam liberorum mala non semper impuni possunt parentibus: librorum autem uicia, non alijs quam autoribus accepta feruntur: nisi forte causari uelim temporū ac regionis infelicitatem: nam me puero repullulascere quidem cōceperant apud Italos bonæ literæ, sed ob typographorum artem aut nondum repertam, aut paucissimis cognitam, nihil ad nos librorum perferebatur, & altissima quiete regnabant ubique, qui literas docebant illiteratissimas. Rodolphus Agricola primus omnium aurulam quandam melioris literaturæ nobis inuexit ex Italia, quem mihi puero ferme duodecim annos nato, Dauentriæ uidere contigit, nec aliud contigit. Tum autem magni refert, quo seculo, qua regione, & ad quorum iudiciū scribas, quibus cum certis: acuit enim ingenij uiam & antagonistes insignis, quin & honos alit artes. His omnibus destitutus, tamē uelut oculta naturæ uir rapiebar ad bonas literas, ac interminatibus etiam magistris, furtim è libris, si quos forte nactus fuisset, hausi quod potui, calamum exercui, prouocatis sodalibus, quibus cum decertare, nihil minus cogitans, quam ut huiusmodi natiæ typographorum opera mundo proderentur. Hæc culpam si non diluere poterant, certe poterant eleuare. Sed sunt in quibus nec possum, nec uelim ipse mihi patrocinari. Si quid illud præcipuum est, ut qui scriptis sibi nomen honestum parare uelit, argumentū deligat, ad quod natura sit compositus, & in quo plurimū ualeat. Nec enim omnia congruunt omnibus. Id à me nunquam est factum, sed uel temere incidi in materiam, uel amicorum affectibus potius quam meo iudicio obsequens, suscepti. Proximum est, ut quod delegeris, tractes accurate, diu premas, ac frequenter sub limam reuoces prius quam in lucem exeat. Ego quod semel aggressus sum, ferè perpetuo cursu absoluo, nec castigandi tædium unquam deuorare potui. Itaque mihi ferè usu uenit, quod scripsit Plato, Ut plus satis properans in initio, serius perueniam ad finem. Nam ædificatione præcipitata res ipsa me cogit nonnunquam totum opus à capite usque ad calcem retextere. Proinde miror ipse esse, præsertim hoc tam erudito seculo, qui nostra legat: & tamen esse, uel illud arguit, quod typographi lucubrationes nostras toties excudunt. Sed tu iam dudum Catalogum expectas, non Apologiam. Age fiet, ac primū recensēbo, quæ carmine scripserim, ad quod studium puer eram pro-

Carmina diuersi generis

pensior, adeo ut ægre me conuerterim ad meditationē orationis solutæ. Nec hic parum diu

DES. ERASMI ROT.

aliquid luctatus sum, priusquam succederet, si quid tamē successit. Nullum autem carminis genus non tentauit. Quæ feliciter interciderūt aut latent, ea sinemus quiescere, ne, quod Græci uocant, *εὐ λείπῃ κενὸν λυθῆται*. Lutetia primū cōcepit nostra temeritas prodi mundo. Nam illic æditum est ab amicis carmen heroicū, admixto eiusdem generis tetrametro ad Faustum Andrelinū, qui cum mihi tum recens cōierat sodalitas. Rursum aliud hendecasyllabum ad Robertum Gaguinū, cuius tum apud Parisios non mediocris erat autoritas. Rursum aliud ad eundem, alterne mixtis Glyconico & Asclepiadeo. Præterea carmen de caesa natalitia pueri Iesu: nec satis memini, si quid præterea. Rursum alias ædidimus expositionem Iesu ad hominē suapte culpa pereuntem. Sed multis ante annis scripserā Sapphicū carmen de Michaelē archangelo, non sponte, sed com pulsus precibus cuiusdā magni uiri, qui templo præerat cui præsidebat Michael: in quo cum ita temperarim stilum, ut possit oratio prosa uideri: tamē ille non ausus est affigere, quod esset tam poeticum, ut Græce, quemadmodum aiebat, scriptum uideri posset. Ea erat illorum temporum infelicitas. Quumque tantum laboris exhausissem, reddito carmine, homo liberalis obtulit pecuniā, qua sextarium emerem uini, munus ipso poemate dignum. Egi gratias pro tanta liberalitate, atque hoc lemmate recuāui manus, quod dicerem maius quam ut conueniret exiguitati meæ. Nullo in genere me minus exercui, quam in epigrammatis, & tamen interdum inter ambulandum, aut etiam in computationibus lusimus aliquot, diuersis temporibus, quorū nonnulla ab amicis nimium mei nominis studiosis collecta sunt, & ædita Basilea: quoque magis riderentur, adiunxerunt Thomæ Mori epigrammatis, in hoc genere felicissimi. Carmē ad Guilhelmū Copum, de senectute, scriptum est nobis in albis, cum primū adirem Italiam. Inciderat odiosa contentio inter caduceatorem regis Angliæ, qui nos, quo tutius iremus, comitatus est Bononiā usque, & inter curatorem adolescentū quos tum pacto uelut nascæ implicuit, ducebam in Italiam, non quidē ut pædagogus, nam *morum curam exceperam*, nec ut præceptor, sed ut inspector futurus, ac studiorum uiam commonstraturus, ne quid calamitatis deesset satis meis. Nullum enim annum uixi insuauis. Inter hos igitur duos adeo incaluerat irax, ut post furiosa conuicia uentum sit ad gladios: ac tum quidē alteri duntaxat irascebat. Verum ubi post tantam tempestatē uidissem illos utro factos amicos epoto uini cyatho, utrumque ex æquo oderā. Etenim ut pro infans habeo, qui sic debacchantur, nisi grauissime lacescitur: ita nulli fidos esse duco, qui tam subito sunt amici post iras capitales. Itaque quō tædium inter equitandum fallerem, abstinens à colloquio partium, carmen hoc absolui, notans interim in charta super sellam, ne quid excideret, dum, ut sit, noua cogitatio ueterem propellit. Enotulis describebam, quod erat natum, ubi uentum est in diuersorium. Habes carmen equestre, uel potius alpestre, quod tamen docti negant prorsus infelix, utcumque natum est. Scripsi diuersis temporibus epitaphia non pauca, rogatus ab amicis, quæ non refert numerasse. Sed annis aliquot antequam adirem Italiam, exercendæ Græcitatē causa, quando non erat præceptorū copia, uerte ram Hecubā Euripidis, tum agens Louanij. Ad id audendū prouocarat F. Philephus, qui primam eius fabulæ scenam uertit in oratione quadam funebri, parum, ut tum mihi uisum est, feliciter. Porro quum stimulos adderet tum hospes meus Ioannes Paludanus, eius Academiæ rhetor, uir siquis alius, exactio iudicio, perrexi quō cōceperam. Deinde ubi literis ac montibus, quod aiunt, aureis amicorū pellectus redisset in Angliam, ad didi præfationem & carmen Iambicum plusquam extemporarium, quum forte uacaret membrana, atque autoribus eruditis amicis sed præcipue Guilhelmo Grocino, qui tum inter multos Britannia doctos primam laudem tenebat, obtuli libellum dicatum R. P. Guilhelmo Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ primati, & eius regni Cancellario, hoc est, iudici summo. Hoc erat tum noticiæ nostræ felix auspiciū. Is quum me paucis salutasset ante prandium, hominē minime multiloquum aut ambitiosum, rursus a prandio paucis confabulatus, ut est & ipse moribus minime molestis, dimisit cum honorario munere, quod suo more solus soli dedit, ne uel pudore uel inuidia grauaret accipientem: id actum est Lambethæ. Dum ab hoc redimus cymba uecti, quemadmodum illic mos est, inter nauigandum rogat me Grocinus, quantum accepissem muneris, dico summam immensam, ludens. Quum ille rideret: quæro causam risus, & an non crederet

Carmina uersa

B* 3 præfulis

præfulis animum esse talem, qui tantum dare uellet: aut fortunam esse talem, ut tantam benignitatem ferre non posset: aut opus non esse dignum aliquo magifico munere. Tam dem ædito muneris modo, quum ludens rogarem, quur tantillum dedisset, urgenti respondit, nihil horum esse, sed obstitisse suspitionē, ne forte idem operis alibi dedicasset alteri. Eam uocem admiratus, quum rogarem unde nam ea suspicio uenisset homini in mentem, ridens, sed *ἡ ἀπορία ἐστὶν ἡ αἰτία*, Quia sic, inquit, soletis uos: significans id sole re fieri à nostræ farinæ hominibus. Hic aculeus quum hareret animo meo rudi talium diceriorū, simulatq; me Lutetiam recepissē, inde petiturus Italiā, librum Badio tradidi formulis excudendum, adiecta Iphigenia Aulidensi, quam fufius ac liberius uerte ram agens in Angliā: & quum unam dūtaxat obtulissē præfuli, utraq; dicaui eidem. Sic ultus sum Grocini dictum, quum interim nō haberem in animo reuifere Britannia, nec de repetendo Archiepiscopo cogitarem; tanta tum erat in tam tenui fortuna fortuna/bia. Hoc opus semel atq; iterum recognitum, postremum hoc anno recognoui. Adolescens nondum annos natus octodecim Elegiaco carmine, quoniam in eo minus ualebam, declamare cœperam aduersus uitia, libidinem, ambitionem. Has ineptias amici me procul agente prodiderunt formulis, non sine famæ meæ iactura, plura prodituri nī redissē. Nam Philippo prorsus extemporale, quo gratulatus sum Philippo primum ex Hispania reducti, ipse curauit edendum ante annos, nī fallor, uigintitres. Sed multo prius edideram Carmen heroico hexametro & iambico trimetro mixtum, de laudibus regis Henrici septimi, & illius liberorum, necnon ipsius Britannia. Is erat labor tridui, & tamen labor, quod iam annos aliquot nec legeram, nec scripseram ullum carmen. Id par tū pudor à nobis extorsit, partim dolor. Pertraxerat me Thomas Morus, qui tum me in prædio Montioij agentem inuiserat, ut animi causa in proximum uicium expatiaremur. Nam illic educabantur omnes liberi regij, uno Arcturo excepto, qui tum erat natu maximus. Vbi uentum est in aulam, conuenit tota pompa, non solum domus illius, uerum etiam Montioijcæ. Strabat in medio Henricus annos natus nouem, iam tum indo lem quandam regiā præ se ferens, hoc est, animi celsitudinem cum singulari quadam humanitate coniunctā. A dextris erat Margareta, undecim ferme annos nata, quæ pōst nupsit Iacobo Scotorum regi. A sinistris, Maria lusitans, annos nata quatuor. Nam Edmondus adhuc infans, in ulnis gestabatur. Morus cum Arnolde sodali salutato puero Henrico, quo rege nunc floret Britannia, nescio quid scriptorum obtulit. Ego, quoniam huiusmodi nihil expectabam, nihil habens quod exhiberē, pollicitus sum aliquo pacto meum erga ipsum studium aliquando declaraturum. Interim subtrahebar Moro, quod non præmonuisset: & eo magis, quod puer epistolio inter prandēdum ad me misso, meū calamum prouocaret. Abij domum, ac uel inuitis Musis, cum quibus iam longum fuerat diuortium, Carmen intra triduum absolui. Sic & ultus sum dolorem meum, & pudorem sarli. Aeditum est & carmen, rudimenta complectens hominis Christiani. Id scri ptum est stilo simplicissimo. Sic enim iussit Ioannes Coletus, qui tum magnis impedijs nouum ludum literarium instituerat, in quo non minus in pietate quàm in doctrina uo lebat institui formariq; pueritiā: uir enim singulari prudentia præditus, uidens seculum suum deploratissimū, teneram ætatem delegit, ut nouum Christi uinum nouis utribus committeret. Vertere cœperam Podagram Luciani priorem, opus mire festiuum, sed destiti, potissimum deterritus epithetis, quibus abundant chori, in quibus non erat spes in Latinis assequi cōpositionis felicitatem, quam uidemus in Græcis dictiōibus. Quod si dictiones singulas pluribus explicuissē, peribat gratia totius carminis. Nam hymni sacri ferè constant huiusmodi deorum cognomētis, religiose cōpositis, præsertim apud Græcos. Quod genus sunt illa apud Homerum: *ἄρης ὑπερμνήσα, ἑρισάριμαί, χροσεσομήνη, ἀμβριμόθυμι, φέρρασι, πελίοδος, χαλκονοεῖσα*. Itidem & Lucianus: *ἐπιδοισμοχαρῆς, ὑπὸ κλινοῦ βα τῆς, λαλοστροφία, βασαναστραγάλα, σφυροπησιπύρα, μογισαψιδάφα, διοδιννοφόβα, γοωοκλαυ σπυρύννα, πῶδιονδυλοπωροβίλα, γοωοκαμψεπικυρῆς*. Hæc atq; id genus quum apud Græcos plurimum habeant gratiæ ob facitissimā imitationem, Latinus sermo nec umbram horum possit reddere. Ad Græcas literas utcunq; puero degustatas iam grandior redij, hoc est, annos natus plus minus triginta, sed tum quum apud nos nulla Græcorum codicum esset copia, neq; minor penuria doctorum, Lutetiæ tantū unus Georgius Hermo nymus

versæ
græco

Methodus ueræ theologia, ex æditione anni millefimi quingentesimi uigesimalitertij apud Michaelem Hillenium.
Paraclesis.
Exomologesis.
Commentarij in Psalmos, primum & secundum.
Paraphrasis in Psalmum tertium, ad Viandalum.
Commentarij in Epistolam ad Romanos.
Paraphrasis in Precationem dominicam.
Commentarij in Duos hymnos Prudentij.
Concio De puero Iesu.
Concio De misericordia Domini.
Comparatio Virginitatis & Martyrij, ad uirgines Colonienfes.
Expostulatio Iesu, carmine.
Casa natalitia.
Michaelis Encomium.
Liturgia Virginis Laurétanæ.
Tres preces, duæ ad Virginem matrem, tertia ad Iesum.

SEXTVS designetur Nouo Testamento, à nobis uerso, & nostris in idem Anno/ tationibus, quod opus iam quintum recognouimus & locupletauimus. Id diuidi pote rit in duo uolumina, si cui non placet codicum magnitudo.

SEPTIMVS assignetur Paraphrasibus in totum Testamentum Nouum, excepta Apocalypsi. Quæ & ipsæ poterunt in duo diuidi uolumina, si cui uidebitur.

OCTAVVM occupent Apologia. Me miserum. Et hæc iustum uolumē efficiunt. Harum tituli sunt hi, quibus utinam nihil accedat.
Ad Iacobum Fabrum Stapulensem, liber unus.
Ad Eduardum Leum, libri duo.
Ad Iacobum Latomum, de linguis.
Aduersus Nicolaum Emondanum, de loco Pauli ad Corinthios: Omnes quidem resurgemus.
Aduersus quorundam clamores, de hoc quod uerteram; In principio erat sermo.
Ad Ioannem Briardum Atensem, pro Encomio matrimonij.
Ad taxationes Stunicæ in Nouum Testamentum.
Aduersus libellum Impietatum & blasphemiarum eiusdem: cuius initium est, Vix mihi delitigata.
Appendix aduersus eiusdem libellum, cui titulum fecit *ἡ ἀπολογία*: initium, Dum hæc excuderentur.
Aduersus conclusiones eiusdem: initium, Reddidit mihi tuus.
Aduersus Sanctum Caranzam theologum, de tribus locis ab illo notatis. Initium, Post longas & inutiles rixas. Hic tantum excudantur mea, omissis his quæ ex Stunica & Sanctio admixta fuerant in prima æditione.
Epistola ad reuerendissimum patrem Christophorum episcopum Basiliensem, de delectu ciborum, ac cæteris.
Epistola ad Marcum Laurinum, contra tumorem: cuius initium; Næ tu plurimum debes.
Epistola ad Martinum Dorpium, de Nouo Testamento, quæ hæcenus fuit addita Moria.
Apologia, quæ præferuntur Nouo Testamento.
Spongia aduersus Vtricum Huttenum.
Liber Antibarbarorum.
De libero arbitrio *ἡ ἀπολογία*.

NONVS dicitur Epistolis Hieronymi, in quibus tantum laboris à nobis exhaustum est, ut non impudenter possim hoc opus meorum Catalogo attexere: quanquam & in Hilario non parum erat negotij, nonnihil in Cypriano, de Q. Curtio nihil dicam, de Seneca nihil mihi possum uindicare, nisi quod illic dum nimium fido promissis amicorum, multum laboris perdidit. Si CHRIS TVS suppeditabit uitam ac uires, ut absoluum Commentarios in Epistolam ad Romanos, occupabunt Volumen decimum.

SCIO tibi iam dudum molestam esse tam prolixam supputationem, uerum hoc est Catalogum scribere: atque adeo si cui placebit, in hoc genere omnes diligentia numeros absoluere, addat singulis operibus initia: quod à nobis in parcaus factum est obscurioribus, ne fallerent. Video, cupis dimittid faciam, ubi paucis respondero istis, qui iactant, me ex lucubrationum mearum dedicationibus amplas praedas referre, propterea quod permulta dicarim principibus. Hinc me calumniantur quidam uel famam uenari uel pecuniam, aut fortassis utrunque. De fama responsum est aliàs, me hic studiis ambitiosum fuisse potius quam mihi. His prouehendis captauimus illorum fauorem, neque defuit successus nostro proposito. Quibusdam bene de me meritis hoc officio uolui non quidem referre gratiam, sed animum accepti beneficii memorem testari. De prouentu nunc accipe rationem. Apud amicos mediocres scis ipse quam non sim *ωλι* *Αυρ*, qui tentatis omnibus nihil mihi poteris obtrudere. Nam hic syncerus animus mihi quouis dono preciosior est. Porro quum artis sit, munus uel accipere dextrè, uel recusare comiter, sciunt amici, me longe disertiorum esse in recusando, quam in accipiendo. Quod si quando quid ab his sic offertur, ut non liceat recusare, soleo pro uiribus patria facere, aut etiam uincere, si queam. Ex his igitur quæ non pauca dicauimus amicis mediocribus, amplissimum fructum capio, quod illis gratificatus sum, quod illorum memoriam cum mea coniunxi, fortassis & apud posteros uicuram. De principibus illud mihi praefandum est, me quibusdam non minus debere qui nihil dederunt, quam qui dederunt: & his qui dederunt, hoc amplius debere, quod ultrò dederunt. Guilielmus Montioius clarissimus Angliæ Baro, cui Prouerbiorum opus & totum & toties iam locupletatum dedicaui, scit me sibi multo plus debere beneuolentiæ, quam munificentia nomine. Reuerendissimus dominus Guilielmus archiepiscopus Cantuariensis promississima in me benignitate est usus, sed & hic mihi testis erit, quam saepe delatam munificentiam recusarim, affirmans mihi plus satis esse pecuniarum. Eas quum scirem mihi amicitia iure cum illo communes, tutius arbitratus sum apud illum custodiri. A Leone decimo, cui dedicaui Nouum testamentum, ducatum unum nec expectaui, nec accepti. Tantūdem ab Adriano sexto, cui misi libellum, cuius apparatus mihi constitit quatuor florenis, additus est unus eunti nuncio, rursus reduci nonnihil. Ille codicem laeta fronte accepit, & baiulo numerauit ducatos sex: mihi detulit sacerdotium satis honorificum, quod simpliciter recusaui. Misi Clementi septimo suam Paraphrasim, ne uerbo quidem uel per me uel per amicos significans, me quicquam muneris ab eo expectare: & adeo non expectaui, ut Adriano parati munus honorarium mittere scripserim, ne quid mitteret: misit tamen Clemens florenos ducentos, non alio nomine, quam ob inscriptam Paraphrasim Actorum: planè recusaturo, si missum fuisset alio titulo. Id ipso diplomate docere possum. Et tamen non defuit rabula, qui sacras literas non didicit, nisi ad maledicendum, qui me ex Erasmo faceret Balaam. Cardinalis Grimanius, cui dicaui Paraphrasim in Epistolam ad Romanos, teruncium non misit, nec ego expectaui. Quod ambiebam, praestitit, fauorem ac beneuolentiam, non mihi, sed studiis & Reuchlino. Cardinalis Campegius ante cōplures annos anulum misit ex Anglia, amicitia pignus, cui postea dicaui Paraphrasim, non captans, sed rependere studens beneficium. Cardinalis Sedunensis obtulit permulta, si Romam uenissem. Cæterum is per me non est teruncio factus pauperior. Neque me uel una drachma ditiorum fecit cardinalis Sanctorum quatuor, cui dicaui Cyprianum emendatum. Reuerendissimi patris Ioannis Carondileti archiepiscopi Panormitani scrinijs non decessit obolus ob Hilarium, quum ego illi per proprium famulum misissem uolumen. Praestitit ille torum quod uenabar, nempe fauorem ac beneuolentiam. Philippus à Burgundia episcopus Traiectensis, ad cuius dioce-

sin ego

sin ego pertinere, post dicatam Pacis querimoniam, quum praebendam oblatam recuissassem, donauit anulum incluso sapphiro, quem olim gestarat Dauid ipsius germanus, quondam eiusdem ecclesiae praesul. Atq; hoc munus misit nec ambientis, nec expectanti. Nihil magis uel expetitum uel expectatum est poculum amoris, quod misit cardinalis Moguntinus. Cardinali Eboracensi, cui dedicaui libellum Plutarchi, puto me nihil non debere ob singularem fauorem, quo me iam olim prosequitur, & tamen haec nus ex illius munificentia non sum pilo factus ditior. Episcopo Leodienfi nunc cardinalli, cui inscripsimus Epistolas ad Corinthios, cui libellum inauratum misimus, cui donauimus duo uolumina Noui Testamenti in membranis non ineleganter adornata, neque precij mediocris, ut libenter debemus pro splendidis promissis, quæ non semel obtulit: ita non est, quod illi pro donato teruncio gratias agamus. Tantum donauit, quantum si incidat in oculum quamuis tenerum, nihil tormenti sit allaturum: id ipse non inficiabitur. Carolus, princeps meus, me iam ascuerat in ordinem Consiliatorum, iam sacerdotio donarat, antequam illi libellum De principe uel inscriberem uel exhiberem, ut hic non captatam praedam, sed relatum gratiam intelligas. Eidem Paraphrasim è Basilea Bruxellam per proprium famulum meo sumptu misit. Dati sunt redituro duo floreni, & tamen animus principis alacriter accipientis munus meum, non minus gratus fuit, quam si numerasset aureos mille. Ante complures annos Plutarchi librum De discrimine adulatoris & amici consecraram regi Britanniae Henrico octauo. Huic me puto tantum debere, quatum obtulit, si uoluisssem accipere: obtulit autem fortunam meis meritis longe maiorem. Cæterum multo post iam obliuio dedicationis illius misit Angelatos sexaginta, impulsu uel admonitu, potius Ioannis Coleti. Eidem post dedicaui Paraphrasim in Lucam, Ferdinandus Caroli Caesaris germanus, ut est animi generosissimi, Paraphrasim in Ioannem summa cum alacritate accepit, misitq; cum literis suis honorarium minus florenos centum, quum ego nihil minus expectarem. Si spectem animum regis Gallicarum in me, si reputem quid in me conferre uoluerit, uix ulli principi plus debeo: uerum Hilario meo, qui codicem reddidit, numerati sunt coronati triginta, uaticini nomine. Ad me praeter beneuolentiam nihil peruenit, nec enim aliud ambiebam: Breuiter, ex uniuersis Paraphrasibus obolus ad me non rediit, praeterquam à Ferdinando & Clemente Pontifice. Sed penè fugerat me Philippus Ferdinandi pater: is olim pro Panegyrico exhibitio numerauit Philippicos quinquaginta. A cæteris aut nihil est datum, aut exilius erat, quam ut sit memorandum: loquor de his duntaxat, quibus inscripsi lucubrationes meas. Iam si quis nominum ac titulorum pompam spectet, meq; talem esse credat, quales sunt pleriq; mortalium, nonne suspicabitur ex dedicationibus meis Midæ opes collegisse? Non hæc commemoro, quod me poeniteat benignitatis principum. Meis scrinijs accreuisse credo, quicquid accessit honestis studiis, in horum profectum captauimus principum fauorem. Porro quod hic non sordide captarim illorum munificentiam uel illud arguit, quod toties mihi laborandum fuit, ut illorum in me munificentiam possim citra illorum offensam recusare. Annui reditus statim sunt paulo plus quam quadringenti floreni aurei. Atque hic census impar est (fateor) sumptibus, quos exigit hæc ætas ac uialetudo, famulorum & scribarum necessaria studiis meis opera, tum *παντοπο* *δια*; crebra migratio, atque etiam hic animus (ne quid aliud dicam) abhorrens à sordibus, nec ferens appellansem creditorem, aut non pensatum officium, aut neglectam amicum inopiam. Itaq; sunt amici, qui, quod censui deest, suppleunt sua munificentia, sed obtrudentes potius quam dantes. Quod largitur, negant se dare Erasmo, sed publicis studiis impendere. Sunt autem ea fortuna, ut opes illorum hanc iacturam non sentiant, tum eo animo, ut nec praedicari postulent suam benignitatem, nec agi sibi gratias patiantur, atq; hoc quidem indigniores, quorum bonitatem ignoret posteritas. Habes thesaurum ex ambitiosis meis inscriptionibus conflatum. Locus hic admonet ut placemus & sigulos quosdam, qui mihi constant inuidiam apud ignaros, quasi messem optimam demetam ex benignitate Ioannis Frobenij, cui non alio nomine magis faueo, q̄ quod uix alius Typographorum maiore studio propagat honesta studia, idq; facit maiore fama quam lucro. Et certe non parum emolumentum ex eo cepissem, si quicquid ille detulit (est enim perbenignus) accepissem. Nunè ipse mihi testis erit, quam hoc sit exiguum, quod mihi

D* i obtrudè

obtrudi passus sum, nec hoc erat à me impetraturus, nisi docuisset eam pecuniam ex societate dari, ut portione quæ ipsum contingeret, minimum grauaretur. Et tamen si nihil aliud quàm famulorum meorum operam pensare uoluisset, plus erat dandum quàm accepi. Nec mensam apud illum mihi gratuitam esse passus sum. Nam decem fere menses in illius ædibus uixi, sed pro his compulsus est à me accipere florenos aureos centum & quinquaginta, magnopere quidem relucians, maluerat enim tantum addere, sed tamen compulsus est. Et ne quis me credat ex Frobenij benignitate pendere, testis erit idem Frobenius, qui bonam partem suis manibus Francfordiæ meo nomine recepit, summam pecuniæ, quam partim huc mecum attulit ante biennium, partim ex Brabantia missam recepi, excedere mille nongentos florenos aureos. Cuius summæ nunc nota multum superest. Et tamen interim differtur Cæsaris pensio, sed ita differtur, ut parata sit ilico redeunti. Id enim suis ad me literis pollicetur illustrissima domina Margareta Caroli Cæsaris amita. Cui nuper scripsit ex Hispaniis ipse Cæsar, ut mihi extra ordinem pensio numeraretur. Nam cæteris officijs ob bellorum onera suspensæ sunt pensiones. Itaque qui Frobenio inuidet, certet potius cum illo benefactis, & uincenti fauebit. Certe nulla causa est quæ mihi illius amicitiam quisquam inuideat. Sic per illum profum studijs, ut nemini noceam, aut obstem *ἐς ἀφ' οὗ αὐτὸν δὲ*; nec ullum mihi cum illo foedus est, præter liberam ac mutuam beneuolentiã, qua non patiar me à quoquam superari, si quis prouocauerit. Reddidi bona fide rationem, æquum est ut desinant obmurmurare. Hæc misera necessitas nos habet, qui libris æditis populo fabulã agere cœpimus, ut omnes nobis placandi sint uel infime plebis homines. Scripsit mihi R. D. Ennius episcopus Verulanus, isthic esse quendam qui pollicetur certissima remedia calculi, tanta artis fiducia, ut nolit mercedem, nisi depulso morbo. Sed quem sponsorem dabit, non recursurum ubi fuerit depulsus? Denique quis præstabit, ne morbum sic expellat, ut simul & uitam? Non arbitror tutum hoc corpusculum ignoto medico committere: natus sum hic iuuenem quendam Ioannem Antoninum Cassouientem, natione Hungarum, eleganter eruditum, moribus candidissimis & perquam amoenis, qui mihi præter alia remedia dedit leonem astrologicum, unde bibo. His quæ sapiunt magiam, an aliquid tribuendum sit nescio, certe dies iam cõplures mitius me tractat calculus, siue hoc uino mutato, siue alijs remedijs, siue leoni debeo. Nec me fugit uetus proverbiũ, iuuenem tonforem, medicum senem accersendũ esse. Verum in Antonino meo nihil iuuenile uideo præter faciem; mores & eruditio suam habent caniciem, quum ætate non sit maior annis uiginti quinque. Græce Latineque doctus, mei sic obseruans, ut si filius esset, non posset religiosius. Cura ut quàm bellissime ualeas ornatissime Botzeme, cum optima sodalitate, cum Gratijs ac Musis tuis, inter quas tibi contingat diu ac spauiter uiuere. Salutem dices nominatim meis uerbis uiro citra supercilium erudito, Michaeli Hymelbergio, simulque Ioanni Vannio concionatori, uirtuti pietatiq; natis fratribus Ambrosio Thomæque Blaureris, cuique plurimum debeo Ioanni Menlishouero medico, homini, mea sententia, non minus humano quàm erudito; ornatissimo præfule nec tu me defines cõmendare, nec ego desinã fausta lætaque omnia deprecari, & quicquid hominis eximia uirtus promeretur. Basileæ tertio Cal. Febr. Anno à Christo nato, M. D. XXIIII.

DES ERASMVVS ROTERODAMVS

ERVDITISSIMO HECTORI BOEOTIO

DEIDONANO S. D.



LITERAS tuas Bœoti ornatissime, datas Aberdonæ septimo calendis Iunias, anno salutis millesimo quingentesimo uigesimo octauo, accepi Friburgi, quæ ciuitas est Brisgoiæ sub ditioe regis Ferdinandi, non incelebrem habens academiã: accepi autem circiter idus Februarias, anno à natali CHRISTI millesimo quingentesimo trigesimo: ne fortè mecum expoſtules, quòd serius respondeam. Ea res fuit in causa, ut has literas tibi per typographos excusas mittere maluerim, quàm per amanuensem descriptas. Sic enim arbitror celerius ad te peruenturas. Ergo ad tuas paucis accipe. Quàm mihi tua consuetudo iucunda fuit HECTOR eruditissime, quum ante annos triginta duo Litterarum in literarum stadio pariter curremus, licet te pro ingenij tui singulari felicitate multis passibus præcurrentem: tam mihi gratum fuit eam uoluptatem ex tanto interuallo mihi tuis literis refricari. Ad laudes autem quas tuus candor mihi tribuit affatim, plenaque (quod aiunt) manu, nihil aliud audies, quàm te de Erasmo nõ minus diserte quàm amanter, non dicam mentiri, quod à tuis moribus semper fuit alienissimum, sed multum à uero aberrare. Fauo tamen interim tuis de me præconijs, uehementer optans ex meis lucubrationibus aliquid utilitatis, ad disciplinarum ac ueræ pietatis candidatos peruenire. Earum Catalogum, uti petis, huic subtexam Epistolæ. Nec mihi mediocrem attulit uoluptatem, quòd intelligo Scotiæ regnum ut alijs pluribus ornamentis, ita liberalium artium studijs indies magis ac magis expoliri. Hoc nomine semper amaui Iacobum regem, quòd ditioem suam nõ tam proferre studuerit quàm exornare, inter felicissimos monarchas numeradus, si præclaris uirtutibus hominis fortuna respondisset. Nec dubito quin filius illius ut in paternum regnum successit, ita paternis uestigijs ingrediatur. Quum Iacobi regis filium Alexandrum archiepiscopum diti Andrea Senæ instituerem, aderat illi frater uix decimum agens annum, incredibili puer indole, ac iam tum nescio quid eximium de se pollicens. Aueo scire quid illi acciderit, utrum paterni fratrisque facti comes fuerit, an adhuc supersit. Pro istius academiæ non ignobilis, in me fauore studioque gratiam habeo plurimam, cuius commodis & ornamentis utinam mea opera possit aliquid accedere. Certè, quod unum possum, precor ut Dominus per te tuique similes uiros, eam omni genere disciplinarum, ueræque pietatis dotibus bene fortunet ac locupletet.

Datum ex inclyta academiã Friburgi, idibus Martijs.

INDEX OMNIUM DES ERASMI ROTERODAMI

LVCVRATIONVM, IUXTA ORDINEM TO-
morum, complectens simul & opus & cu-
iusque operis initium.

PRIMO TOMO

HÆC HABENTVR,

DE copia uerborum ac rerum, libri duo.

Theodori Gazæ grammatices, libri duo.

Syntaxis.

Ex Luciano uersa: Saturnalia,

Cronosolon.

Epistolæ Saturnales.

De luctu.

Abdicatus.

Icaromenippus.

Toxaris.

Alexander, siue Pseudomantis.

Somnium.

Timon.

Tyrannicida.

Erasmi declamatio Lucianicæ respondens.

De ijs qui mercede conducti degunt.

Dialogi amatorij xviij.

Hercules Gallicus.

Eunuchus.

De sacrificijs.

Lapithæ, siue Conuiuium.

De astrologia.

De ratione conscribendi epistolas.

De pueris statim ac liberaliter instituendis.

De ratione studij.

De laude medicinæ.

Libanij aliquot Declamationes uersæ.

Similium liber unus.

Colloquiorum liber.

De recta Latini Græciq; sermonis pronuntiatione.

Ciceronianus, siue De optimo dicendi genere.

De ciuilitate morum puerilium.

Galenij exhortatio ad bonas artes, uersa per Erasmus.

Epitome in Elegantias Laurentij Vallæ.

Euripidis Hecuba & Iphigenia, Erasmo interprete.

In Nucem Ouidij Commentarius.

Epigrammata diuersi generis.

Ut non est aliud uel admirab.

Quatuor & uiginti literas

Omne uerbum antecedit nom.

Dic mihi Saturne, quando tu

Hæc ait Cronosolon sacrificus

Equidem & ante tibi scripsi

Operæ pretium sane fuerit

Haudquaquam noua sunt

Ter mille igitur erant stadia

Quid ais Toxaris: Sacrificatis

Tu quidem charissime Celse

At te scelestissime galle, cum

O Iupiter Philie, hospitalis, so!

Quum duos eodem die tyrann.

Si mihi causa hæc iudices apud

Ecquid tibi primum amice

Hoc illud est quod uulgo dici

Herculem Galli lingua gentis

Vnde nobis aduenis Luciane

Enim uero si quis recensere

Nouam quandam ac uariam

De cælo deq; astris est nobis

Qui in epistolis unum aliquem

Si me quidem audies

Principio duplex omnino

Quo sapius est ars medicinæ

Siquidem Paris uiri Troiani

Qui adhortantur & excitant

Non temere docet quidam

Sit felix occurfus

v l. Quem uideo nobis pro.

Si ter maximum illum Paulum

Animantia quæ dicuntur

A, præpositio, iungitur omnib.

Adsum profectus e profundis

Nux ego iuncta uitæ, quum sim

Si tacere licet magnorum

SECVN

ALTER CATALOGVS LVCVRATIONVM ERASMI

SECUNDO TOMO,

Adagiorum opus.

Olim Lutetiæ Prouerbiorum

TERTIO TOMO,

Epistolarum opus.

Quod scribis optime Beate

QUARTO TOMO,

E Plutarcho uersa,

De discrimine Adulatoris & Amici.

Quomodo utilitas capiatur ab inimicis.

De tuenda bona ualitudine.

Principi maxime philosophandum.

Animi an corporis grauiores morbi.

Num recte dictum sit, *adde Bissonis.*

De cupiditate diuitiarum.

De cohibenda iracundia.

De curiositate.

De uitiosa uerecundia.

Apophthegmatum libri viij.

Moria Encomium, hoc est, Stulticiæ laus. *ij per prohibib.*

Panegyricus ad Philippum Burgundionum principem.

Ad eundem carmen gratulatorium.

Institutio principis Christiani.

Isocrates De regno administrando.

De morte Declamatio.

Declamatiuncula gratulatoria.

Pacis querimonia.

Lingua.

Xenophontis tyrannus.

De senectute carmen.

Qui fateatur

Vide quidem te Corneli

Tu sane Glaucum

In amorem insinuare

Homerus quidem

At ne illic quidem

Hippomachus aliptes

Recte mihi facere

Optimum fortasse fuerat

Ex his quæ terra

Lacedæmonij quoniam

Vt cunque de me uulgo

Velis nolis boni consulas

O semper memoranda dies

Vbi receptum est suffragijs

Cæteri quidem Nicocles

Quam acerbum uulnus

Hunc ego profecto diem

Si me licet immerentem

Dicturus non de asini

Simonides poeta die

Vnica nobilitu medicorum

QUINTO TOMO,

Enchiridion militis Christiani.

Oratio De uirtute amplectenda.

Ratio ueræ Theologiæ.

Paraclesis.

Modus confitendi.

Enarratio Psalmi, Beatus uir.

Enarratio Psalmi, Quare fremuerunt Gentes.

Paraphrasis in Psalmum, Domine quid multiplicati.

Concio in Psalmum, Quum inuocarem.

De puritate Ecclesiæ Christi.

Enarratio in Psalmum, Dominus regit me.

De bello Turcis inferendo Consultatio.

Enarratio in Psalmum, Benedicam domino in omni temp.

Efflagitasti

Prestiti intuenti

Quum primum nouum

Lactantius ille

Præter innumerabiles

Quemadmodum diuina

Prius quam aggrediar

Commodum absolueram

Quo plus habet

Domine quis habitabit

Adfero Psalmum

Quoniam cum tuis literis

Multum discriminis est

D* 4

Enarra

Enarratio in Psalmum, Dixi custodiam vias meas.
De amabili Ecclesiae concordia.
Concio in Psalmum LXXXV.
De misericordia Domini Concio.
Virginis & martyris Comparatio.
Concio De puero Iesu.
Epistola consolatoria ad uirgines sacras.
Christiani matrimonij Institutio.
Vidua Christiana.
Ecclesiastes, siue De ratione concionandi.
Modus orandi Deum.
Symbolum, siue Catechismus.
Precationes.
Praean Virgini matri dicendus.
Oratio ad Mariam in rebus aduersis.
De contemptu mundi.
De tadio & pauore Christi disputatio.
De preparatione ad mortem.
Ode De casa natalicia Iesu.
Expostulatio Iesu cum homine pereunte.
Hymni uarij.
Liturgia Virginis Lauretanae.
Carmen uotiuum Genouefa.
Commentarius in duos Hymnos Prudentij, de natali & epi-
phania pueri Iesu.
Christiani hominis institutum, carmine.
Epitaphia in Odiliam.

SEXTO TOMO,

Novum Testamentum, cum Annotationibus.

SEPTIMO TOMO,

Paraphrases,
In Mattheum.
In Marcum.
In Lucam.
In Ioannem.
In Acta.

Ad Romanos.
Ad Corinthios I.
Ad Corinthios II.
Ad Galatas.
Ad Ephesios.
In Epistolas Pauli **Ad Philippenses.**
Ad Colossenses.
Ad Thessalonicenses I.
Ad Thessalonicenses II.
Ad Timotheum I.
Ad Timotheum II.
Ad Philemonem.

In Epistolam Petri I.
In Epistolam Petri II.

Titulus in ipso statim
Psalmum octogesimum.
Philosophus quidam
Quoniam hodie
Iam iterum atq; iterum
Puer apud pueros
Bene nos hortatur
Quum nulla uita
Inter innumeros calam.
Ecclesia Graecis est
Sic reciprocis uicibus
Iamdudum mihi gestit
Indulgentissime pater
Vnicum caeli decus
Vides uirgo parens
Olim quidem Iodoce
Heri quum in pomerid.
Omnium terribilium
Ecquid adhuc
Quum mihi sint uni
Non inuenusto
Ineptio iam toties
Diua pñ

Carmen iambicum

Si mortales tam ardent.
Cunctis mortalibus inf.
In humanis historijs qu.
Natura diuina quoniam
Promissi mei partem
Paulus ego ille e Saulo
Paulus non pseudapost.
Paulus legatione funges.
Paulus apostolus & ap.
Paulus legatus no Mofi
Paulus ac Timotheus in
Paulus legatus Iesu Chr.
Paulus & Syluanus ac
Paulus & Syluanus ac
Paulus apostolus ac leg.
Paulus legatus Iesu Chr.
Paulus antehac apostof.
Petrus ille quondam
Simeon Petrus quodam
In episto

In Epistolam Iudae.
In Epistolam Iacobi.
In Epistolam Ioannis I.
In Epistolam Ioannis II.
In Epistolam Ioannis III.
In Epistolam Ad Hebraeos.

Iudas Thadæus Iesu
Iacobus quondam Mo.
Necq; de rebus medioc.
Senior Ioannes scribo.
Senior Caio uiro multu.
Quum olim deus hum.

OCTAVO TOMO,

Ex Chrysostomo uersa,
Aduersus Iudæos, Homilia v.
De Lazaro & diuite, Homilia IIII.
De uisione, Homilia v.
De Philogonio martyre, Homilia I.
De orando deum, Libri II.
De Dauid & Saule, Libri III.
Quum presbyter esset designatus, Homilia I.
In Psalmum, Cantate domino.
Quum Sarioninus & Aurelianus acti essent in exiliu, Hom. I.
De fide Annae, Homilia II.
Commentariorum in Acta Apostolorum, Homilia IIII.
Commentariorum in secundam ad Corinthios, Hom. VII.
In Epistolam ad Galatas.
In Epistolam ad Philippenses, Homilia II.

Ex Athanasio,

De sancto Spiritu, Epistola II.
Contra Eusebium de Nicæna synodo, Epistola II.
**Apolegitici duo aduersus eos qui calumniabantur, quod in
persequutione fugisset.**
De passione Domini, Homilia I.
De hoc quod scriptum est, Euntes in uicum qui contra uos est.
De uirginitate.
De peccato in Spiritum.
De Spiritu sancto.

De Origene.

De uita, phrasi, & operibus Origenis.
Fragmentum in Euangelium Matthæi.

Ex Basilio,

Principium Esaiæ.
De Spiritu sancto, Liber.
De laudibus teiunij, Homilia II.

NONO TOMO,

Epistola Apologetica ad Dorpium.
Ad Iacobum Fabrum Stapulentem.
Ad Iacobum Latomum.
Ad Atensem pro Declamatione matrimonij.
Apologia de In principio erat sermo.
Apologia tres ad Notationes Eduardi Lei.
Ad Iacobum Lopim Stunicam.
Aduersus Sanctium Caranzam.
De loco, Omnes quidem resurgemus.
In Natalem Beddam.

Rursus infelices illi
Hesternum diem quum
Conspicio nos multo
Ego quidem & hodie
Duplici nomine par est
Quoties diutina quædã
Num sunt quæ nobis
Egregiũ uereq; mirãdũ
Multo tempore filii
Nulla profecto res est
Complures sunt quibus
Operaprecium est qu.
Paulus apostolus non
Philippenses dicti sunt

Admirabere forsita quã
Recte fecisti mihi signã

Audio Leontiu qui nũc
Et egressi in locum
Qui ea quæ super terrã
Primus sermo salutis
Quod literis tuis mihi
In eremo redditã mihi

Origenes binominis
Tunc dimissis turbis



Optate ne fiat fuga no.
Equidẽ collaudo in mo.
Clangite inquit in

Non fuit reddita nobis
Quum effedum consc.
Quo minus mihi supest
Quandoquidem & res
Quum nuper ex comp.
Quum subito prodisset
Quis leget hæc
Post longas & inutiles
Hoc loco uariabã olim
Quum in hisce turbul.
Aduer.

ALTER CATALOGVS LVCVBATIONVM ERASMI

Aduersus Petrum Sutores Cartusianum.	Quasi parum haecenus
Appendix de scriptis Clithouei.	Iodoci Clithouei libros
Declarationes aduersus Theologos Parisienses.	Equidem sperabam tandem
Ad Phimoisthomum De diuortio.	Legi disputationē de diuortio
Ad iuuenem Gerontodidascalum.	Qui factus est ei
Ad monachos quosdam Hispanos.	Est Pylus ante Pylum
Ad Albertum Pium Carporum principem.	Vtinam fortuna mihi Alberte
De esu carniū.	Vix oratione consequi queam
De libero arbitrio Collatio.	Inter difficultates quæ non
Hyperaspistæ diatribes, Libri II.	Quod felix faustumq; sit
Purgatio aduersus epistolam Luteri.	En recanduit in me
Detectio præstigiatarum libelli cuiusdam.	Iam uetustissimum est
Aduersus pseudoeuangelicos Epistola.	Bibliopola quidam reddidit
Ad Eleutherium Epistola.	Quid ais Eleutheri
Ad Grunnium.	Quid ais sapientissime Grunni
Ad fratres Germaniæ inferioris.	Prodiit hic liber quidam
Spongia aduersus aspergines Hutteni.	Quoniam isthuc primum hinc
Pantalabus, siue aduersus febricitantem.	Res salua est, profuisti
Aduersus mendacium & obtreccionem.	Quod scripsit Maro
Antibarbarorum liber.	Quum adolescens pestilentia
Ad quosdam gracculos Epistola.	Video quid agatis fratres
Responsio ad Petri Curtij defensionem.	Mea quidem sententia
De Terminis, Epistola.	Quod mihi pro tuo ingenio

CATALOGORVM OPERVM
DES. ERASMI ROT.
FINIS.



IN HOC PRIMO TOMO

CONTENTA.

	pagina
De copia uerborum ac rerum, libri duo.	97
Theodori Gazæ grammaticæ, libri duo.	142
Syntaxis.	154
Ex Luciano uersa: Saturnalia,	156
Cronosolon.	158
Epistolæ Saturnales.	162
De luctu.	165
Abdicatus.	172
Icaromenippus.	181
Toxaris.	196
Alexander, siue Pseudomantis.	209
Somnium.	218
Timon.	228
Tyrannicida.	233
Erasmii declamatio Lucianicæ respondens.	255
De ijs qui mercede conducti degunt.	269
Dialogi amatorij XVIII.	278
Hercules Gallicus.	279
Eunuchus.	282
De sacrificijs.	285
Lapithæ, siue Conuiuium.	293
De astrologia.	297
De ratione conscribendi epistolas.	420
De pueris statim ac liberaliter instituendis.	445
De ratione studij.	452
De laude medicinæ.	461
Libanij aliquot Declamationes uersæ.	467
Similium liber unus.	526
Colloquiorum liber.	764
De recta Latini Græciq; sermonis pronuntiatione.	814
Ciceronianus, siue De optimo dicendi genere.	862
De ciuilitate morum puerilium.	871
Galenii exhortatio ad bonas artes, uersa per Erasmum.	885
Epitome in Elegantias Laurentij Vallæ.	937
Euripidis Hecuba & Iphigenia, Erasmo interprete.	999
In Nucem Ouidij Commentarius.	1017
Epigrammata diuersi generis.	

FINIS

DES ERASMVS ROTERODAMVS

IOANNI COLETO, DECANO SANCTI PAULI
APVD LONDINVM S. D.



NON POSSVM equidem non uehementer laudare, Colete, singula rem istam, uereq; Christianã animi tui pietatem, quæ conatus tuos omnes, omnia uite studia semper huc destinatis, non ut tuis priuatim commodis consuleres, sed uti patriæ, ciuibusq; tuis quàm plurimum prodes. Neq; minus admiror iudicium, qui duas præcipuè res delegeris, quibus id cumulatissime consequi posses. Videbas enim amplissimum charitatis fructum in eo situm esse, si quis assiduis concionibus, sacraq; doctrina, Christum populari suorum animis inferat. Quo tu quidem in negotio iam annos cum pluris uersaris, non dicam quanta cum laude, quam tu adeo non spectas, ut nec admittas, sed certe magno cum fructu. Quo nomine Paulus ille tuus aliqui modestissimus, subinde gloriatur, ac sese sancta quadam insolentia iactat. Deinde quod proximum existimabas, ludum literarium longe pulcherrimum ac magnificentissimum instituisse, ubi sub electissimis ac probatissimis præceptoribus, Britanica pubes rudibus statim annis, simul & Christum, & optimas imbiberet literas; nimirum grauius intelliges, & in hac ætate uelut herba, spem reipublicæ positam esse, & quanti referat in omnem uitam, protinus ab incunabulis optimis imbui. Iam uero quis non admet etiam generosam istam animi tui celsitudinem, ac sanctam (ut ita dixerim) superbiam, qui utiq; hoc in patriam officium ita gratuitum ac sincerum esse uolueris, ut nec ex tot annorum laboriosissimis concionibus, uel teruncio factus sis ditior, quumq; tuæ seminaris spiritualia, nullius unquam carnalia mesueris, & scholæ sumptus, tam uidelicet ingenteis, ut satrapam quoq; deterere possint, solus omnis ferre uolueris. Et quum uulgus hominũ nulla in re liberius socium accersere soleat, tu patrimonium, tu censum uniuersum, ad hæc domesticam etiam suppellectilem profundere maluisti, quàm ullum mortalem in istius gloriæ partem admittere. Quæso quid istud est aliud quàm in uniuersos tuorum liberos, in uniuersos ciues animum plus quàm paternum gerere? Te ipsum spoliās, ut illos locupletes; te ipsum nudas, ut illos ornēs; te ipsum laboribus conficis, quo tua soboles uegeta sit in Christo. Breuiter, totum te impendis, ut illos Christo lucrificas. Nimirum profecto sit inuidus, qui talia conanti non impensissime faueat. Impius qui reclamet & obstrepat: Hostis Angliæ, qui non pro sua uirili, adiumenti aliquid cõferre studeat. Ego sanè non ignarus, & quatum Angliæ debeam publicè, & quantopere tibi priuatim sim obnoxius, officij mei sum arbitratus, literarium aliquod munusculum in ornamentum scholæ tuæ conferre. Itaq; duos hos nouos De copia Commentarios, nouæ scholæ nuncupare uisum est; opus uidelicet quum aptum pueritiæ, tum non infrugiferum (ni fallor) futurum. Sed quatum habeat eruditiois, quantum ue sit utilitatis allaturus hic labor meus, aliorum esto iudicium. Illud uerè mihi sumere possum, argumētum hoc, à me primum & excogitatum & proditum fuisse. Nam quod Iulius Pollux Græcus & antiquus autor, singularum rerum uocabula per locos digessit, & synonyma quædam ac finitima uelut in aceros congesta, sit, quis nõ uidet quàm sit id à nostro instituto alienum? Neq; enim Isidoros, Marios, aut Philiscos libet commemorare, homines in tantum alienos à copia, ut ne semel quidem quæ sentiunt, Latine possint efferre. Iam uero libellus ille, qui Ciceroni inscribitur (ego magis ab aliquo Ciceronis studio, ex illius scriptis collectum arbitror) quæso quid aliud habet quàm tumultuariam paucarum uocum cõgeriem? Nos formulas quasdam copiæ, ceu fontes ostendere sumus conati, sic ut à generalibus per gradus ad particulares deueniremus. Quanquã & fateor, & doleo huic operi iustam curam defuisse. Siquidem olim rudem materiam in futurum opus temerè congesseramus, ad quam expoliendam plurimis uigilijs, plurimorum autorum lectione uidebam opus fore. Itaq; non admodum erat in animo ædere. Verum quum intellexissem quosdam his Commentarijs insidari, parumq; absuisse quin incastigatissimos etiam ædiderint, coactus sum ut unquam emendatos in lucem emittere. Nam id malum uisum est leuius. Bene uale, Colete optime. Londini, anno M. D. XII. III. calend. Maias.

Tom. I

DES ERASMI ROT.

DE DVPLICI COPIA, VERBORVM

AC RERVM COMMENTARII DVO.

DE VERBORVM COPIA COMMENTARIVS PRIMVS.

Periculofam eſſe copiae affectationem. Caput I



NON est aliud uel admirabilius, uel magnificentius quam oratio, diuite quadam ſententiarum uerborumq; copia, aurei fluminis inſtar exuberans: ita res eſt profecto, quae non medio cri periculo affectetur, propterea quod iuxta prouerbiũ, Non cuius homini cõtingit adire Corinthum. Vnde non paucis mortalibus uſu uentre uidemus, ut diuinam hanc uirtutem, ſe dulo quidem, ſed parum feliciter æmulantes, in ſuilem quadam ac deformem incidant loquacitatem, dum inani, citraq; delectum congeſta uocum & ſententiarum turba, pariter & rem obſcurant, & miſeras auditorum aures onerant. Adeo ut literatores aliquot hac ipſa de re, ſi dijs placet, etiam præcepta tradere conati, nihil aliud aſſequuti uideantur, quam quod copiam profeſſi, ſuam prodiderunt inopiam. Quae quidem res nos commouit, ut partim è medijs artis rhetoricae præceptis ad hoc inſtitutum idonea deligentes, partim quae diutino iam dicendi ſcribendiq; uſu ſumus conſequuti, uariq; plurimorum autorum ſeſſione obſeruauimus accommodantes, utraq; de Copia rationes aliquot, mox exempla, deniq; formulas cõplures proponeremus: non id quidem conantes, ut libro rem omnem absolute complectamur: ſed ædito ueluti commẽtariolo, doctis & ſtudioſis uiam aperuiſſe contenti, quaſiq; ſyluam quãdam operis futuri ſubmi niſtraſſe: ſiue quod ſolo iuuaði ſtudio ad hoc laboris capeſſendum adducti, non inuide mus ſi penes alium ſit uel rota gloria, modo à nobis ad ſtudioſam iuuentutem aliqua ma narit utilitas: ſiue quod grauioribus ſtudijs additi ſumus, q̄ ut in his utiliſſimis quidem illis etiam ad maxima, ſed tamẽ in ſpeciem minutis, uacet permultum operæ collocare.

A quibus inuenta, & à quibus exercitata Copia. Cap. II

Porro ne quis hoc inuentum tanq; neotericum, ac nuper domi noſtrae natum aſper nandũ exiſtinet, ſciat hanc orationis uariandę rationẽ, ab homine doctiſſimo pari ter & diligentiſſimo Quintiliano locis aliquot leuiter attingi, & nobiles aliquot Sophi ſtas in compendiu cõtrahendi ſermonis uia oſtendiſſe. Quod facere nequaquã poterat, niſi pariter & explicandi ratione demonſtrata. Quoru ſi libri extarent, aut ſi quod admo nuit Fabius, ad plenũ tradere uoluſſet, non admodũ futurum erat opus ijs meis præce ptũculis. Accedit ad huius negotij commendationẽ, quod neutiquã piguit uiros om nis doctrinae principes diligenter in hoc genere exerceri. Siquidem extant etiã num mi rabiles aliquot Maronis experiẽtię de ſpeculo, de fluuio gelu cõcreto, de Iride, de Solis exortu, de quatuor anni partibus, de ſignis cœleſtibus, Idem ſatis indicat Apologus ille Aefopicus de Vulpe & Coruo, quem Apuleius mira uerborũ parſimonia perſtringit, & eundem plurimis uerbis q̄ ſuſſime explicat, exercendi uidelicet oſtentandiq; inge niij gratia. Sed age quem tandem poſſit poſthac huius ſtudiij pœnitere, qui Ciceronẽ ui deat illum omnis eloquentiaẽ parẽtem, adeo huic exercitatiõni indulſiſſe, ut cum mimo Roſcio familiari ſuo ſolitus ſit cõtendere, utrum ille ſapius eandem ſententiã uarijs ge ſtibus effingeret, an ipſe per eloquentiaẽ copiam ſermone diuerſo pronunciatet.

Autores quemadmodum luſerint oſtentatione Copia. Cap. III

Quid quod iſdem autores non in palæſtra ſolum, uerum etiã in opere ſerio nonun quam oſtentanda copia luſerunt, dum rem eandem nunc ita cohibent, ut adimerẽ nihil queas, nunc ita locupletant dilatantq;, ut nihil poſſis adiũgere. Homerus teſte Fa bio, utraq; iuxta re mirabilis eſt, tum copia, tum breuitate. Quanquam in præſenti ani mus non eſt exempla perſequi, tamen unum atque alterum ex uno Virgilio profere mus. A quo quid breuius dici potuit, quam illud: Et cãpos ubi Troia fuit? Paueſſimis uerbis

uerbis ut ait Macrobius, ciuitatem hauſit & abſorſit, ne ruina quidem relicta. Rurſum hoc ipſum audi quã copioſe?

Venit ſumma dies & ineluctabile fatum
Dardania, ſuius Troes, ſuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum, ferus omnia Iuppiter Argos
Trañſtulit, incenſa Danaï dominantur in urbe.
O patria, o diuum domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum.

Quis cladem illius nocētis, quis funera fando

Explicet, aut poſſit lachrymis æquare labores?

Quis ſons, quis torrēs, quod mare tot fluctibus, quot hic uerbis inundauit? Verum hoc exemplum ad ſententiarũ copiam magis referendũ alicui uideatur. Luſit & uerborũ lu

Superat ne, & ueſcitur aura

(xurie cum ait:

Aetherea, nec adhuc crudeliſibus occubat umbris?

Sed hoc Naſoni familiaris eſt, ita ut eo nomine taxatus ſit, quod in copia modum non teneat. At taxatus à Seneca, cuius totam dictionẽ damnãt, Fabius, Suetonius & Aulus

Quibus uitio data immodica Copia.

Cap. IIII Gellius.

Neque quicquam mea refert, ſi quibus uel immodica uel perperam affectata copia uitio data eſt. Nam in Steſichoro Quintilianus notat nimis eſuſam, & redundan tem copiam: ſed ita notat, ut uitium eſſe fateatur non admodum refugiendum. Aefchy lo probro datur in uetere comœdia, quod bis idem dixerit *in uerbo*. Interdum Seneca uix fert Maronẽ eundem ſenſum bis aut ter accinentem. Et ne fruſtra longum catalogum recenſeam, non defuerunt qui M. etiam Tullium, ut Aſianum ac redundan tem, nimiaq; luxuriantem copia damnarent. Sed hæc ut dixi, nihil ad me pertinent, qui quidem non quomodo ſcribendum aut dicendum ſit præſcribo, ſed quid ad exercitatio nem faciat oſtendo, ubi quis neſcit omnia iuſto maiora eſſe debere. Deinde adoleſcen tiam inſtruo, in qua Fabio non diſplicet orationis luxuries, propterea quod facile, quae ſuperſunt, iudicio reſecetur, quaedam etiam ætas ipſa deterat, cum interim tenuitati atq; inopia, nulla ratione mederi queas.

Eiuſdem artificis eſſe breuiter & copioſe dicere.

Caput v

Iam ſi qui ſunt, quibus uſque adeo placet Menelaus ille Homericus *ἰπολυμωλος*, rur ſum diſplicet Vlyſſes fluminis inſtar hybernis aucti niuibus ruens, ſi quos impediõ Laconifmus ille & breuiloquentia delectat, ne hi quidem noſtro labori debent obſtre pere, quippe quem nec ipſi ſunt inſrugiferũ experturi, propterea quod ab eadẽ ratione proficiſci uideatur, ut uel breuiſſime dicas, uel copioſiſſime. Siquidẽ quemadmodũ ar gute Socrates apud Platonẽ colligit, eiuſdem hominis eſſe ſcite ſeu mentiri, ſeu uerũ di cẽre, ita non alius artifex melius ad breuitatem arctabit orationẽ, quam qui calleat ean dem q̄ maxime uaria ſupellectile locupletare. Nam quantum ad uerborũ attinet breuita tem, quis conſtrictius dixerit, quam is cui promptum ſit ex immẽſo uerborum agmine, ex omni figurarum genere, ſtatim deligere, quod ſit ad breuitatem accommodatiſſimum? Rurſum quantum ad ſententiaẽ breuitatem, cui magis in manu fuerit rem quam paucis ſimis expedire uerbis, quam qui cognitum ac meditatũ habeat, quae ſint in cauſa præ cipua, quaſiq; columna, quae proxima, quae locupletandũ negotij gratia ſint aſcitar? Ne mo certe citius certiusq; uidebit, quid citra incõmodum poſſit omitti, quam is qui quid quibus modis addi poſſit, uiderit.

De ſulte affectantibus uel breuitatem, uel copiam.

Cap. VI

Quod ſi caſu, uel huc, uel illuc ducimur, periculũ eſt ne nobis uſu ueniat, quod qui buſdã Laconifimi *ἰπολυμωλος* uidemus euenire. Qui cum pauca dixerint, tamen in ipſis paucis multa ſuperſunt, ne dicam omnia. Sicut e diuerſo imperitijs Copiaẽ affectato ribus euenit, ut cum immodice loquaces ſint, tamen parum dicant, multa nimirum di cti neceſſaria prætereuntes. Noſtrae igitur præceptiones eõ ſpectabunt, ut ita rei ſum mam quam pauciſſimis complecti poſſis, ut nihil deſit: ita Copia dilates, ut nihil redun det tamen: liberumq; tibi ſit cognita ratione, uel Laconifmum æmulari ſi libeat, uel Aſia nam illam exuberantiam imitari, uel Rhodiẽſem mediocritatem exprimere.

Duplicem esse Copiam.

Caput VII

Porro duplicem esse Copiam non arbitror obscurum esse uel Fabio declarante, qui inter ceteras Pindari uirtutes precipue miratur beatissimam illam rerum uerborumque copiam. Quarum altera consistit in Synonymia, in Heterosi, siue enallage uocum, in Metaphoris, in mutatione figure, in Isodynamis, reliquisque id genus uariis di rationibus. Altera in congerendis, dilatandis, amplificandis argumentis, exemplis, collationibus, similibus, dissimilibus, contrariis, atque alijs hoc genus modis, quos suo loco reddemus accuratius, sita est. Hæc quanquam alicubi sic coniunctæ uideri possunt, ut haud facile dignoscas, ita alteri inseruit altera, ut præceptis potius quam re atque usu discretè uideatur, nos tamen docendi gratia ita separabimus, ut neque superstitionis in secando, neque rursus negligentia merito damnari possimus.

Quas ad res conferat hæc exercitatio

Caput VIII

Nunc quo studiosa iuuentus propensioribus animis in hoc studium incumbat, quas ad res conducat, paucis aperiemus. Principio quidem in totum ad phrasim illam non parum adferet momenti hæc uarianda orationis exercitatio. Peculiariter autem conferet ad uitandam *ταυτολογία*, uitiu cum foedum, tum odiosum. Ea est eiusdem uerbi aut sermonis iteratio. Neque raro usu uenit, ut idem nobis crebrius sit dicendum. Vbi si destituti copia, aut hæsitabimus, aut *ἄκων* in morem eadem identidem occinemus, neque poterimus sententia colore alios aliosque uultus dare, pariter & ipsi ridiculi erimus, nostram proferentes infantiam, & tædio miseris auditores enecabimus. Est *ταυτολογία* peior *ομοιολογία*, quemadmodum Fabius ait, quæ nulla uarietatis gratia leuat tædium, estque tota coloris ueniens. Quis autem est auribus usque adeo patientibus, ut uel paulisper ferat orationem ubique similem? Tantam ubique uim habet uarietas, ut nihil omnino tam nitidum sit, quod non squalere uideatur, citra huius commendationem. Gaudet ipsa natura uel in primis uarietate, quæ in tam immensa rerum turba nihil usquam reliquit, quod non admirabili quodam uarietatis artificio depinxerit. Et sicut oculi diuersarum aspectu rerum magis detinentur, ita semper animus circumspicit, in quod se ueluti nouum intendant. Cui si cuncta sui similia occurrant undique, tædio protinus auertitur. Atque ita perit totus simul orationis fructus. Hoc igitur tantum malum facile uitabit, cui promptum erit sententiam eandem in plureis formis uertere, quam Proteus ipse se transformasse dicitur. Neque uero mediocriter contulerit hæc exercitatio ad extemporalem uel dicendi, uel scribendi facultatem, præstabitque, ne subinde uel hæsitemus attoniti, uel turpiter interileamus. Neque difficile fuerit, uel temere ceptam orationem commode ad id quod uolumus deflectere, tot formulis in procinctu paratis. Præterea in enarrandis autoribus, in uertendis ex aliena lingua libris, in scribendo carmine, non parum adiuuanti nobis attulerit. Si quidem in his, nisi erimus his instructi rationibus, sæpenumero reperiemur aut perplexi, aut duri, aut muti denique.

Quibus exercendi rationibus hæc facultas paretur.

Caput IX

Deinceps, quibus exercitationibus hæc paretur facultas, reliquum est ut paucis admoneamus. Præceptis diligenter memoriae mādatis, sapius ex industria sententias quasdam sumamus easque uersemus que numerosissime, quemadmodum monet Fabius. Uelut eadem, inquit, cera, alia atque alia formæ duci solent. Is porro labor uberiorem adferet frugem, si complurculi inter se confluentur, uel uoce uel scripto, proposito in mediis themate. Tum enim mutuis inuentis, adiuuabuntur singuli, & uelut ansa præbita, plura quisque inueniet. Deinde totum ali quod argumentum pluribus tractabimus modis. Quæ quidem in re conueniet Milonis illius Crotoniatæ solertia imitari, ut principio bis, deinde ter, deinceps sapius ac sapius uertendo, ad eam facultatem proficiamus, ut iam sine negotio centies ac ducenties uariare possimus. Ad hæc, uertendis Græcis autoribus, non mediocriter augebimus sermonis copiam, propterea quod hæc lingua rerum uerborumque ditissima est. Fuerit autem utilius interdum paraphrasi quoque cum illis certare. Profuerit plurimum carmina poetarum oratione prosa retexere, rursus orationem solutam numeris astringere, atque idem argumentum in aliud, atque aliud carminis genus transfundere. Magnopere iuuabit & illud, si eum locum qui maxime uidebitur scaterere copia, ex autore quoque copiam æmulemur & eum nostro Marte uel æquare, uel etiam superare contendamus. Præcipuam autem utilitatem adferet, si bonos autores nocturna diurnaque

naque manu uersabimus, potissimum hos, qui copia dicendi præcellerunt: cuiusmodi sunt Cicero, A. Gellius, Apuleius: atque in his uigilantibus oculis figuras omnes obseruemus, obseruatas memoria recondamus, reconditas imitemur, crebraque usurpatione consuecamus habere in promptu.

Prima præceptio de Copia.

Caput X

Hæc quasi præfati, superest ut ad præceptionum traditionem accingamur. Tamen si & ipsa quæ diximus, præcepta quædam uideri queunt: Videmur autem non absurde esse curandum, ut apta, ut Latina, ut elegans, ut pura sit oratio. Neque quicquam existimet ad copiam pertinere, quod abhorreat à lingua Romanæ castimonia. Eleganti partim sita est in uerbis receptis ab autoribus idoneis, partim in accommodando, partim in compositione. Exemplum primum fuerit, ut si quis piissimum dicat. Quod uerbum (teste Cicerone) Latinis auribus inauditum est. Quamquam & hoc reperitur apud autores haud quamquam reiciendos. In huius igitur locum substituere licet quoduis uerbum barbarum aut foecum. Ueluti si quis dicat, auisare pro præmonere. Barbaries autem etiam uitiosa scriptura, aut pronuntiatione committitur. Vbi si quis docere sonet prima acuta, aut Christum dicat Christum, aut percam, parcam, aut lego priore producta. Secundi exemplum fuerit, si quis ita loquatur. dedit mihi licentiam abeundi, pro eo quod est, fecit mihi potestatem abeundi. Hic nulla est uox non Latina, sed in abusu uitium est. Potestas enim generale nomen est ad omnem facultatem: Licentia uergit in malum. Hic igitur peccatur in perperam accommodando uocem, ueluti si quis dicat compilare, pro colligere. Latina uox est compilare, sed in alium sensum significat enim furto spoliare. Horat. Serui fugientes compilant dominos. Itæ, Neme Chrylippi scriinia lippii compilasse putes. Tertium genus huius simillimum est, quæ uoces bonas male connectimus: ueluti si quis eodem sensu dicat, iniuriam dedit, quo damnatum dedit. Nam dare damnatum eleganter dicitur: Facere autem iniuriam dicitur qui ledit, non dare iniuriam. Dare malum Latine dicitur, dare iacturam, aut dolorem non recte dicitur. Facere iacturam emendate dicitur, qui damnatum patitur, facere infamiam, qui infamia afficitur non recte. Facere iniuriam qui ledit, Latine dicitur, facere contumeliam M. Tullius Latinis usitatum esse negat, quamquam hæc sermonis forma apud Plautum, Terentium, aliosque probatos autores reperitur: & fieri potest, ut aetate Ciceronis abierit in desuetudinem. Accepit iniuriam probe dicitur, qui affectus est iniuria, accepit contumeliam, non ausim dicere. Facere æs alienum dicitur, qui contrahit debita, ut facere uorsuram, qui creditorem mutat. At non recte ad eum sensum diceretur facere inuidiam, aut similitatem, qui eam consistat sibi. Aedes uitium fecerunt, quæ ex sese corruptæ sunt. Rimas fecerunt, non ausim dicere, quum rimas agere Latine dicatur. Sic facere stipendium recte dicitur, qui militat stipendio. Facere salarium non item. Fecit sui copiam, recte dicitur, dedit sui copiam non ausim dicere, quum tam eleganter dixerit Vergilius: Et coram data copia fandi. At fecit spem ac dedit spem, utrunque Latine dicitur. Interdum uox non in loco posita uitiat orationem. Quod genus: Quid sibi uult hic homo, recte dicitur. Quid sibi uult hic mortalis, inepte diceretur. Sed ad rem: quod est uestis nostro corpori, id est sententia, elocutio. Neque enim aliter quam forma dignitasque corporis, cultu habitusque, itidem & sententia uerbis uel commendatur, uel deturpatur. Itaque plurimum errant, qui nihil arbitrantur interessse, quibus uerbis que res efferat, modo utique possit intelligi. Neque diuersa est commutanda uestis, & orationis uarianda ratio. Sit igitur prima curarum, ne uestis aut sordida sit, aut parum apta corpori, aut perperam composita. Nam indignum fuerit, si forma per se bona, uestis sordibus obfuscata displiceat. Et ridiculum sit, si uir muliebri amictu prodeat in publicum. Et foedum, si quis ueste præpostera atque inuersa conspiciatur. Quare si quis copiam affectare uelit, priusquam linguæ Latine mundiciem sibi compararit, is meo quidem iudicio non minus ridicule fecerit, quam si quis pauper, cui nec unica sit uestis quam sine magno pudore possit induere, subinde mutato uestitu, alijs atque alijs pannis oblitus, in forum prodeat, ambitiose mendicitatem suam ostentans pro opibus. Hic quo sapius id fecerit, an non hoc uidebitur infanior? Videbitur opinor. Atqui nihilominus absurde faciunt isti quidam affectatores Copie, qui cum ne semel quidem possint id quod sentiunt, mundis uerbis efferre, tamen perinde quasi pudeat eos parum balbos uideri, ita balbutiem suam alijs atque alijs modis reddunt balbiorem

biorem, qualesq; certamen ipsi secum sumpserint, ut q̄ possit barbarissime dici, dicant. Volo ego multijugam esse domus opulentæ suppellectilem, sed totam elegantem esse uolo, ne mihi salignis ficulis ac famijs uasculis omnia sint referta. Volo in splendido conuiuio diuersa ciborum genera proponi, sed quis ferat, si quis cētum apponat eduliorum formas, quorum nullum sit quod non nauseam moueat. Hæc non temere pluribus uerbis admonui, quod exploratam habeam plerorumq; mortalium præcipitem audaciam, qui præteritis fundamentis, statim & illoribus (quod aiunt) pedibus, ad summa malunt festinare. Neq; multo leuius peccant, qui sordida miscentes elegantibus, purpurâ pannis deturpant, ac uitrea gemmis intertexunt, atticisq; bellarijs iungunt alliata. Nunc uarias di formulas proponemus, eas nimirum, quæ ad uerborum pertinent copiam.

Prima uariandi ratio per Synonymiam. Cap. XI

Prima igitur ac simplicissima uariandi ratio, in his uerbis sita est, quæ diuersa cum sint, eandem omnino rem declarant, ita ut ad significationem nihil referat, hoc an illo malis uti. Quæ quidē Synonyma græmaticis dicuntur, contraria his quæ dicuntur Homonyma, illa quidam audent dicere æquiuoca, hæc uniuoca; licet hæc cognomina iuxta dialecticos magis congruat rebus ipsis, q̄ uocabulis, nã uoces diuersas rem eandem significantes rectius dicemus *ἰσθμιαμοιβας*, & his contrarias *πλυσθημους*, prioris generis sunt, ensis gladius, domus ædes, codex liber, forma decor pulchritudo. Horum itaq; maxima uis undecumq; e bonis autoribus contrahenda, uaria comparanda supellex, & (ut Fabius ait) diuitiæ quædã extruenda, quibus ubicumq; desideratū erit, possit nobis constare uerborum copia. Neq; sat erit huiusmodi uocum mundū copiosum ac penum diuitem parasse, nisi nō solum in promptu, uerumetiam in conspectu habeas, ut protinus uel nō quæ sita sese ostendant oculis. Qua tamē in re illud in primis cauendum, ne, quod quidam faciūt, citra delectum uelut ex aceruo quicquid primū occurrerit, quolibet loco dicamus. Primum enim uix usquam duo uerba reperies adeo *ἰσθμιαμοιβας*, quin aliquo discrimine dissideant. Nam quid tam idem significat, q̄ homines & mortales. Et tamē qui passim omneis mortales, pro omneis homines dixit, Græco isto notatus est pro uerbis, *ἡ ὅλη ἡ ἀνθρωπότης*, id est, In lenticula unguentum. Et alicubi literæ & epistola rem eandem significant, alicubi diuersas. Tum ut demus in significatione nihil omnino discriminis esse, tamen sunt alia alijs honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora, uehementiora, uocabuliora, ad compositionem magis concinna, Proinde dicturo delectus adhibendus, ut ex omnibus optima sumat. In promendo iudicium requiritur, in condendo sedulitas. Ut iudices præstabit diligenter obseruata sermonis elegantia, proprietatesq;. Vt quàm plurima recondas, omnis generis autorum assidua lectio dabit. Siquidem alijs uerbis multa eloquuntur poetæ, alijs oratores. Sunt & ætatibus ac seculis sua quædam peculiaria uocabula. Quin idem etiam scriptores rem eandem sæpenumero diuersis modis efferunt. Primū igitur ex omni scriptorū genere, uerba q̄ optima seligenda. Deinde quæcumq; erunt, tamen in congeriem addentur, neq; uox ulla reicienda, quæ modo apud scriptorem non omnino pessimū reperitur. Nullum enim uerbū est, quod non alicubi sit optimum. Proinde quantum uis erit humile, inusitatum, poeticum, priscum, nouum, obsole tum, durum, barbarum, ac peregrinum; tamen in suo ueluti grege nidoq; reponatur, ut si quando uenerit usus, tum accersatur. Quod si uerebimur ne uerbi uetustas aut nouitas aures offendat, rectum erit Fabiano uti consilio, ut meminerimus *πρὸς τὴν ἀνάγκην*. Id fiet ijs fermè rationibus. Cato librorum helluo, si tamen eo uerbo fas est uti in re tam præclara. Ipsissimus ut Plauti more loquar. Cur enim nō utar Ennianijs uerbis? Nã Horatiano uerbo libenter utimur. Sic enim isti Neoterici loquuntur. Agnoscis castrense uerbū, ut poetæ loquuntur, ut prisci loquebantur, ut dicā antique. Si sic loqui licet, si mihi permittis uulgato more loqui, dicā enim Græce quo dicam melius. Idem faciendum in his uerbis quæ uocantur *καλὴ μὲν φωνή*, hoc est, quæ uergunt ad obsecratiæ rei significationem.

Sordida

Sordida igitur sunt quæ humiliora uidebuntur, q̄ pro rei dignitate, ueluti si quis amicum ac familiarem congerronē appellet, Literarū audium helluonē. Nam acetum, spongia, pulegium, demiror quæ Senecæ uerba sordida uideantur. Mihi rectius sordida uidentur, quibus ipse usus est in quadã epistola, Pilicrepi, botularij & crustularij. Huiusmodi

iusmodi ferè sunt, quæ a sordidis artibus ac opificijs sumuntur, uelut à balneis, à culinis, à coriarijs, à popinis. Quibus tamē necessario utimur, si de talibus argumētis sit differendum. Siquidem chirurgi ac medici coguntur interdum uti uerbis aptis potius q̄ splendidis. Et Plinius iocatur in uerba Castrisia. Et Tuburcinandi uerbum latronū sodalitia nobis dederunt. Quædam autem per se sordida sunt, alia ad argumentum, ad personas, aut alias circumstantias relata. Veluti sterco & stercore non est sordidum uerbum, si apud agricolas de agricultura loquaris, secus si apud principē de Rep. habeatur oratio.

Inusitata

Lim plurimum ius erat consuetudini publicæ, quemadmodum testatur & Horatius: Multa renascuntur quæ nunc cecidere, cadentq;. Quæ nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus. Nunc quoniam loquendi ratio non à uulgo, sed ex eruditorum monumentis petitur, non est eadem consuetudinis autoritas. Inusitata tamē uideri possunt, quæ rarius occurrunt apud eos autores qui frequentius teruntur ab eruditis. Et hoc dicenda est opera, ne moleste loquamur, longeq; recedamus ab istorum studio, qui recte loqui putant inusitate loqui, quod in L. Sisenna uiro alioqui docto notat M. Tullius: quicq; quod eleganter dicuntur est à Diomede, ita demū sibi uidentur ingeniosi, si ad intellegendos ipsos opus sit ingenio: Deniq; qui malunt scribere quæ mirentur homines, magis quàm intelligant. Nec uno tamē modo fit ut sermo sit inusitatus, quod ex his quæ sequuntur fiet perspicuū. Si quis exemplum requiret: Inusitate loquetur, qui passos senes dicat, pro rugosis, interduatim & interatim, pro interdum & interim. Titilliatum pro re nihili. Vagorem, pro uagatum.

Poetica

Uit & apud poetæ, quibus parcius est utendum, præsertim in oratione libera. Cuiusmodi sunt apud Horatiū, eliminare, pro efferre foras arcanū: Quo tamē usus est M. Tullius pro eijcere Iuuenari, pro iuueniliter lasciuire, quæ uox ad Græcū efficta est, *ἡλικίῳ* & *ἡλικίῳ*. Furiare, pro in furorem agere. Clarare, pro illustrare. Aeternare, pro sempiternæ memoriæ tradere. Inimicare, pro inimicitias concitare. Pauperare, pro damno afficere. Cinctus pro cinctis. Inuideor, pro mihi inuidetur. Et apud Vergiliū, Agmen pro actu seu ductu: Leni fluit agmine Tybris. Indomitum furit, pro indomite: Acerba tuens, pro acerbe. Sperare, pro timere siue expectare: Hic ego si tantum potui sperare dolorem, Et perferre soror potero. Similiter Terentius: Nam quod speras pro pulfabo facile. A qua tamē sermonis forma non abhorruit M. Tul. in epist. famil. Et mobilis in me meosq; esse animo non sperabam. Græcis mira felicitas in componendis dictionibus, quam interdum imitantur poetæ, quæ idem non perinde succedat oratoribus Latinis. Quod genus sunt, Vulnificus, tristificus, tabificus, fatidicus, laurigeri, caprigeni pecus, uel uolum mare, uisitator, aliaq; id genus innumera. Vitiligatores ausus est Cato dicere. Alius officiperdam. Ad poeticam licentiam accedunt Historici.

Prisca

Prisca gratiam addunt, si modice & apte uelut emblemata intertexantur. Quod genus sunt expectorare, pro eo quod est, expromere uerbis quod est in animo. Actuatum, pro quàm primū. Antigerio, pro ualde. Oppido pro eodē. Creperum bellum, pro dubio. Hostire, pro pensare. Hostimentum, pro pensatione. Vitulantes, pro gaudentes. Iumentum, pro uehiculo. Perduellis & perduellio, pro hoste patriæ. Duellum pro bello. Cluere, pro pugnare. Temetum pro uino. Aemathia, pro Thessalia.

Obsoleta

Inusitata sunt, quorum rarus est usus. Prisca, quæ ex scriptis ob antiquitatem relicta à posterioribus decerpta sunt, uelut è XII tabulis, ex Ennio & Lucilio, Næuio & Pacuuius. Obsoleta sunt, quæ prorsus in desuetudinem & obliuionem abierunt. Cuiusmodi sunt bouinari, pro tergiuersari. Apludam edit & floces bibit, pro fursure uescitur, & fecem bibit, quæ merito deridet Gellius. Hostem pro hospite ac peregrino dixit antiquitas. Nunc ridiculus sit, qui tentet ad eū loqui modū. Obsoletis non uideo quis sit locus, nisi per locum & ironiā: Veluti si quis ineptum antiquitatis affectatorem ita notet. Hic profecto dignus est, qui apludā edat & floces bibat. Hic non solū habēda est ætatis ratio, uerum etiam studij & affectationis. Est enim antiquitas iam exoleta, ac ridis,

qualis uideri potest ab ætate Liuij Andronici, quæ paulatim enituit, usque ad M. Tullij tempora, quibus sic exposita est Romana eloquentia, ut quo cresceret non haberet, sed ut sunt res humanæ, paulatim ab illo summo candore degeneraret. necesse enim fuit, ut posteriores quum aliter dicere conarentur, peius dicerent. Et tamen Sallustius quum eadem ætate scripserit qua Cicero, Catoni Censorio quæ Ciceroni similior est. Ac Mœcenas quum idem ferme ætatis uixerit, tamē à seculi sui puritate longissime abest. Itidem Valerius Maximus quum Tyberij Cesaris ætate fuerit, qua nondū degenerat Tulliani seculi candor, tamen suo potius quæ ætatis suæ more scripsit. De Tacito, Suetonio, Plinius, Aelio Lampridio, alijsque posterioribus nihil dicā. Cæterum quemadmodū iure laudatur illorum institutū, qui sese ad illius felicissimi seculi imitationē componūt, ita non probarim quosdā qui ceu barbarum horrent, quod in his posterioribus reperūt: præsertim quū fieri possit, ut quod hic refugiant, apud M. Tullium fuerit in libris, quos desideramus.

Dura

DVra sunt quæ parum commode transferuntur. Notatus est qui Rempub. dixit castratam morte Camilli, quum sentiret ciuitatis robur illius morte concidisse. Et Flaccus recte notat, Furium quendam qui scripserit: Iuppiter hybernas cana niue consputat pes. His ad simile fuerit illud: Campos pacis sustulit, belli montes excitauit. Molius erat si à mari tranquillo ac turbato duxisset metaphoram.

Peregrina

HAbēt suam & peregrina gratiā, in loco adhibita. Veluti quū Gazas dicimus pro diuitijs, quæ uox Persica est. Celebrata est autē eius gentis opulentiā; & opulentiæ comes luxus. Acinaces pro gladio, Medicum uerbu est. Effedum pro rheda Britanicū. Ungulum Ostorū lingua annulus dicitur. Calsus pro uetulo Sabīnorū est: Vri pro bubus feris gallica uox est: quemadmodū & merga, pro medulla siue adipe terræ, qui effoditur ad lætificandos agros: Et gessa pro teli genere. Parafanga pro spacio triginta stadiorum Persicum uerbu est. Quin & Camurum pro eo quod in se recurrit inter peregrinas uoces censetur. Apud ueteres Christianos recepta sunt Nonnus & Nonna, pro sancto & sancta, quæ uocabula sunt Aegyptiorū, quod olim illic monachorū & monacharum examina sanctimonia nomine commendarētur. Quod si quādo necessitas cogit, ut barbaris utamur, non sine honoris præfatione sunt adhibenda, quemadmodū ait Plinius. Sunt aliæ permultæ uoces, quæ à barbaris nationibus una cum ipsis rebus ad Græcos, à Græcis ad nos dimanarunt. Quod genus sunt Sinapi, Piper, Zinziber, & cætera.

Obscena

Obscenas uoces oportet ab omni Christianorū sermone procul abesse. Nec audiendi sunt Cynici, qui nihil putant turpe dictū, quod turpe factū non sit. Rursus quod turpe non sit in occulto facere, id nec in publico turpiter fieri, ueluti reddere lotium, aut exonerare aluum. At e diuerso non statim turpe dictū est, quod factū turpe est. Parricidium & incestus uerecunde nominantur, quum utrunque factū sit turpissimū. Verum ut sunt quædam corporis membra, quæ quum per se inhonesta non sint, tamen pudore quodam humano uelantur, ita sunt actiones quædam mediæ, quæ uerecundiæ gratiā cœlantur. At non statim quod indecorum est propalam facere, turpe est suo nominare uocabulo. Parere uerecunde dicitur, quod tamen turpe fieret in propatulo. Merere non est uerbum obscœnum, tamen reddere lotium uerecundius est, palam tamen merere inuerecundum est: Contra cacare uerbum est obscœnum, quum actio sit æque mediæ. Venter pudice nominatur, impudice ostenditur. Vulua uerbum est honestum, quum cunnus sit obscœnū. Vnde igitur ducitur obscœnitatis ratio? Non aliunde quam ab usu, non quorumlibet, sed eorum quorum est casta oratio. Nam poetæ præcipue Sætyrici in his sibi nimium permisissent. Interdum metaphora simplici uerbo est obscœnior. Quale est illud Horatij: Alienas permolere uxores, & patriciæ immetere uulua. Et apud Catullum: Despuat patrum, & deglubere uiros. Quædam detorta sunt in obscœnum sensum, quum per se sint honesta. Vt dare fidem uerecunde dicimus: Et tamen obscœnum est quod est in Priapeijs: Simplicius multo est da, latine dicere. Et Martialis: Vis dare nec dare uis. Ab his igitur quæ manifestam habent obscœnitatem in totum est abstinentum. Quæ mediæ sunt possunt ad uerecundum sensum accommodari, ueluti

ueluti si quis dicat se exofculari aut distuauari ingenium alicuius quo ualde delectetur, aut philologiæ procum appellet eruditionis candidatum.

Nouata

Nouata trifariam accipi possunt, uel quæ finguntur noua, uel quæ in aliū usum deflectuntur, uel quæ compositione nouantur. Primi generis exemplum fuerit, quod Nero morari dixit prima producta, pro fatium esse, à Græca uoce *μαρος*. Secundi quod Sallustius ductare exercitū dixit, quum ductare apud Terentium aliosque ueteres sensum habeat obscœnū: Vt meam ductes gratis. Item patrare bellum, pro gerere bellū, quum patrare prius diceretur, qui daret operā creandis liberis. Tertij generis sunt uilitigatores à uilitio litigadi, quod ante retulimus. Bubsequa pro bubulco. Item illa Pacuij. Nerei repandirostrum, incuruiceruicū pecus, quorū meminit Fabius. Ad hanc classē pertinent quæ derivatione nouantur: Vt uituperones, amorabundus, nupturire, uerbigerari, cuiusmodi uocib. præcipue gaudet Apuleius, Martianus Capella, Sidonius Apollinaris: & qui ad horum exemplū sese composuerūt. Habent & hæc gratiā si modo in loco modicè uelut aspergantur. Nam ut eleganter est à Fabio dictū, in cibis interim acor ipse iucundus est. Porro Græca Latinis in loco intermixta, non mediocre addunt gratiā. In loco adhibentur, uel cum Græca uox est significantior, ut *λογμαχία* pro contentione siue rixa, uel cum est etiam breuior, ut *Χιλωλος*, pro eo qui sibi placet, uel quum est uehementior, ut *χωαιομανής* pro mulieroso, uel quum est uenustior, ut si quis de rebus arduis sed inutilibus differentem dicat eum *μετωρολογησῶν*, aut eum qui sibi sapiēs uideatur, quum sit stultus, appellet *μωρολογησῶν*. Nam Græca uocis gratiam nulla Latina posset assequi, uel quum ad locum aut dictū auctoris alicuius alludimus, ueluti quum notantes aliquē incon sideratum loquutum dicimus, *πῶν ἔπος* &c. quod est apud Homerū: aut indicantes alij quem non respondisse ad id quod proponebatur dicamus *ἀκασ ἀπῳκτῶν*. Quod si Latine dicas, falces petebā, perit sermonis lepos. Allusionē habet illud Horatianū: Ter unctū trans Tyberim nanto. Irriguumque mero sub noctem corpus habēto. Facit enim Trebatium loquentē iureconsultum. Solent enim ij uerbis duodecim tabularum delectari. Quod et M. Tullius imitatur in libris de legibus. Denique quū nolumus id quod dicimus à quibuslibet intelligi. Ac ne singula perfequar, quoties inuitat aliqua cōmoditas, recte Græca Latinis intertextentur, præsertim quū ad eruditos scribimus. Cæterum quū nihil huc inuitat, uelut ex instituto sermonem semilatinū & semigræcum texere, fortassis in adolescentibus semet ad utriusque linguæ facultatem exercentibus uentiam mereatur: In uiris mea sententia parum decora fuerit hæc ostentatio, neque plus habeat grauitatis, quæ si quis alternis & e prosa oratione & metris librum misceat, quod tamen ab eruditjs quibusdā factum uidemus, ab Arbitro Petronio, sed non sine specie demētia; à Seneca in ludicro Encomio Claudij. Et quod magis admirandum, à Boetio in argumēto serio, qui tamen in carminibus adeo sui dissimilis est, ut docti uix credant ipsius Marte fuisse conscripta. Boetium imitatus est Ioānes Gersonensis, scriptor haud contemnendus, si in hoc seculum incidisset. Iam fit interdum, ut aut lōgo circuitu cogamur efferre quod sentimus, aut à Græcis mutuo sumere, ut in *πολυπραγμοσύνη, φιλαυτία, ἀφαιμαρτοπνής, πολυφιλία, δυσωπία, περισολογία, τρωπολογία, βασιλογία*, atque id genus sex mīlibus, de quibus fortassis aliās non nihil dicemus. Sunt non pauca Græcorum uoces, quas antiquitas latinitate donauit. Iis perinde atque Latinis uti licebit: ut rhetor & orator, hypotheca, & pigmus, helleborum & ueratum, foeniculum & marathrum, Sycophanta, Calumniator, præbibo quo usus est Apuleius, & propino, mastigia, uerbero. Quædam ita recepta, ut desit uerbum Latinū, sicuti philosophus, Theologus, Grammatica, Dialectica, Epigramma. In quibus ipsis inerit non nihil uarietatis, si modo Græca, modo Latina forma inflectantur, ut scorpis & scorpis, elephāntus & elephas, delphinus, delphin, lampas, lampada: grammatica, grammaticæ, grammaticæ grammatices.

Aetatum propria uocabula.

Caput XII

Diligenter itaque cōueniet obseruare, quid in usurpatis uocib. ætas uariarit. Beatitudinē & beatitatē, mulierosum & mulierositatē, Cicero primus ausus est dicere. Declamare pro exerceri ad eloquentiam illius ætate nouum erat. Aetate Varronis ædituus pro æditimo nouum erat. Sic enim ab æde dicebatur æditimus, quæadmodū à lege legitimus

legitimus. Interim pro interdum, Obiter pro interea, & uelut aliud agēdo, Subinde pro identidem; Quintilianī seculo nata sunt. Reatum Messala primus dixit: Munerarium Augustus. Fauor & Urbanus seculo Ciceronis uoces erant nouae. Obsequium primus dixit Terentius, ut existimat Tullius. Ceruicem numero singulari primus dixisse fertur Hortensius. Piraticam, musicam, fabricā pro artibus, uix dum a suis praecceptoribus recepta fuisse testis est Fabius. Huiusmodi uocum idem pollētium congeries, quam Graeci *συναδρασιμα* uocant, conducet non tantū ad hoc, ut si quādo res eadē crebrius erit repetenda, uitemus *ἀμοιολογία*, id est, similem ubiq; sermonis colorē, uerum etiam ad *ἀνάνοση*, id est, uehementiam faciet. Abiit, erupit, excessit, euasit, parentem necasti, patrem occidisti, progenitorē trucidasti. Quod genus rhetores inter orationis decora referunt, uocantq; interpretationē, ego magis arbitror ad exercitationē adhibendum esse quā ad orationem. Difficillimum enim uariandi gettus est, si manente sermonis habitu, sensum eundem saepius alijs atq; alijs uerbis idem pollutibus efferre consuecas. Ut adire periculum, subire discrimen, suscipere periculum, aggredi discrimen. Aedificat domū, extruit aedēs. Emit librum, mercatus est codicem. Ablegauit puerum, amādauit ministrū. Hic tibi ab illo habitus est honos, haec tibi ab illo relatā est gratia. Hoc praemij recepi, hoc fructus tuli. Condonauit culpam, remisit noxiam, ignouit admissum. Quoties eius diei recole, quoties recorde, quoties reminiscor. Nihil est humanis auribus fastidiosius, ac recte praecipit Horatius: Ut currat sententia, ne se impediāt uerbis lassas orantibus aures. Secus est, quū & affectui seruit iteratio, & uarietas aliqua leuāt repetitio nis tedium. Quod genus est illud Maronis: Superest ne, & uelcitur aura Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris. Huius similis est illa M. Tullij copia pro Q. Ligario: O clementiam admirabilem atq; omnium laude, praedicatione, literis, monumentisq; decorandam, &c. Similia dixit, non eadē. Laudatur etiam idq; merito ex eadem oratione, locus rem eandem alijs atq; alijs uerbis inculcās. Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharfalica gladius &c. Hec eō diligentius admoneo quod celebris aliqui nominis concionatores praesertim apud Italos senserim hoc ceu praclarū affectare, ut huiusmodi synonymis tempus eximāt, ueluti si quis interpretans illud Psalmi: Cor mundum crea in me deus, ita loquatur, crea in me cor mundū, cor purum, cor nitidum, cor immaculatum, cor expers fordium, cor nullis uitij inquinatum, cor purgatum, cor lotum, cor nū ueum, atq; idē faciat in ceteris uerbis: Atqui haec copia non multū abest a bartologia.

Ratio uariandi per Enallagen, siue *επιφωση*. Caput XII

Proxima uariandi ratio est, cum eadem uoce modice deflexa, uarietatis nonnihil conciliatur, ut Edax edo, bibax bibulus, bibofus, bibo: loquax locutuleius, nugator nugo, blaterator blatero, fallax fallus, uoluptuosus uoluptuarius. Huius generis est, cum substantiuum nomen adiectiuo commutatur, aut contra. Ut iuxta sententiam Homeri, iuxta sententiam Homericam, Vir mire facundus, uir mira facundia. Insignite impudens, insignita impudentia. Cum uerbum actiuum mutatur in passiuum, aut contra. Plurimam habeo gratia, plurima tibi a me habetur gratia. Magna me tenet admiratio, magna teneor admiratione. Non sic amat filium mater, non sic amatur a matre filius. Et ut rem infinite uariam summam dicam, duobus potissimum modis constat haec mutatio. Vel cum pars ipsa mutatur, uel cum eadem orationis parte manente, qualitas nouatur. Ea totidem rationibus commutari poterit, quot sunt res quae uoci cuiuspiam accidunt. Prioris exemplum erit. Non confido facturū me, non est fiducia. Non dubito quin possit, nō est mihi dubium quin adsit illi facultas. Iudicent alijs, aliorum esto iudicium. quid huc redisti? quid huc reditio est? desine nugari, desine nugas. Id mihi anus indicium fecit, pro indicauit. Est illi mira sitis auri, mire sitit aurū, non est apud illum discrimen amici & inimici, id est, non discernit amicum ab inimico. Nostrum istud uiuere triste. Infinitum uerbum, pro nomine. Virtus est uitium fugere, id est, uirtus est fuga uitiorū. In his orationibus uerbum nomine permutatur. Amantem redama. Promerenti benefac. Redama eum qui te amat. Benefac ei qui promeretur. Tui desiderantissimus est, te maxime desiderat. Nemo tui uidendi cupientior, nemo qui te magis uidere cupiat. Hic uerbum participio commutatur. Venisti ereptum, uenit eripere, uenit erepturus, uenit ut eripiat. Hic uerbum supino aut participio mutatur. Ad congerendas pecunias inhiat, ad congerendum

congerendum pecunias inhiat. Hic gerundium, ut uocant, gerundio commutatum est. Hoc dictū oportuit, hoc dicere oportuit. Si quid recte curatum uelis, si quid recte curari uelis: Hic infinitum uerbum participio commutatur. Magnum dat ferre talentum, ferre pro ferendum. Stihelenus sciens pugnae, id est, sciens pugnandi. Cupidus litium, cupidus litigandi. Hic nomen positum pro gerundio. Libitum est, pro libuit. Misertū est, pro miser sum. Pertesum est, pro tedit. Placitum est, pro placuit. Pudit, puditū est. Hic supino pro uerbo. Meliuscula est, meliuscule est. Plurimū est in foro, plurimus est in foro. Rarus est conuiuia, raro est conuiua. Multus est apud mulierem, multum apud mulierem uersatur. Frequens est in aula, assiduus in literis. Hic nomine commutatur ad uerbum frequenter & assidue. Verum alias fortassis ut commodius, ita & copiosius de his dicemus. Nunc de qualitatis uariatione docendi causa pauca ponamus, quasi digito fontes ipsos indicantes.

Numerus.

Surpatur numerus pro numero. Romanus praelio uictor, pro Romani uictores. Haud secus ac patrijs acer Romanus in armis. Vterumq; armato milite complet, armatis militibus. Omnem pecuniā absumpsit, omnes pecunias. Populo imposuimus, id est, imposui. Et oratores uisi sumus, quum de uno loquatur Cicero. Virg. Sed nos imensum spacijs cofecimus aequor. Hominis uultus, pro uultu: datur ora ueri, pro datur uidere faciem. Animos pro animo. Nam in prima persona pro singulari pluratum numerum ponere frequentissimū est, aliquoties modestiae causa. In secunda nunquam, nisi genus ipsum significamus: Quae uestra libido est, id est uitorum. In tertia inuidiae causa mutauit Terentius. Quum ad uxores uentum est, tum fiunt senes: quum de uno Chreme te diceretur. Inexplicitosq; Platonas, Martialis, quum de uno Platone dicat. In genere mollior ac frequentior est numeri mutatio, in nominibus quae Grammatici collectiua uocant: cuiusmodi sunt, uulgus, populus, grex, ordo, Pars in frustra secant. Item in his quae nō unum aliquod indiuiduū, sed genus aut speciem declarant. Nihil enim refert utrum dicas, elephantus decimo demum anno parit, aut elephantū decimo anno pariunt.

Persona.

Variatur & persona pluribus modis, uel quum certa pro quauis ponitur. Quid facias: ut homo est, ita morem geras. Videas & flumina sicca: id est, uideri poterat. Idem fit per primam personam itidem ut per secundam.

Ne mihi tum molleis sub diuo carpere somnos,

Ne dorso nemoris libeat iacuisse per herbam.

Ne ue tibi ad solem uergant uineta cadentem.

Nonnunquam pro prima, aut etiam secunda persona, tertiam usurpamus: ut, ait Clodius,

negat Cicero: id est, tu ais, ego nego. Virgilius,

Nec me meminisse pigebit Elissae.

id est, tui.

Idem,

Et tandem Turnum experiat in armis.

Turnum dixit, pro me.

Item,

Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.

id est, meo.

Huc pertinet quae uocatur apostrophe, quum orationem ad aliquam personam, aut ad rem tanquam ad personam uertimus: ut,

Scipiadus duos bello, & te maxime Caesar.

Polydorum obruncat, & auro

Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra fames? Virgilius parenthesim cum apostrophe coniunxit in illo:

Haud procul inde citae Metium in diuersa quadrigae

Distulerant (at tu dicis Albane maneres)

Raptabatq; utri mendacis uiscera Tullus.

Ad hanc formam pertinet, quoties uerbum personale impersonali commutamus, ut non

te haec pudet: Non te horum pudet: Apud Barbaros assidue bellatur. Barbari continenter bellant. Dicitur passim Pontificem aduentare. Pleriq; dicunt Pontificem aduentare.

Dici non potest, quam te amem. Nemo dixerit facile, quam te amem.

Genus.

St nonnihil uarietatis, & in generis commutatione: ut, lachrymat pro lachrymatur, luxuriat pro luxuriatur, fluctuatur pro fluctuat, prouertere pro prouertit, praecipit pro

pro precipitatur. Auertit, pro auertitur. Reuerto reuertor. Impertio impertior, Assentio assentior. Solebat fieri, solitum est fieri. Non quiuit compesci, non quita est compesci. Desiit haberi in precio, desita est haberi in precio. Causa coepit agi, coepta est agi. Assentior, & assentio tibi. Conspicor, & conspicio. In quorum postremo mutatur & *συνυία*. Nam illa quæ refert Diomedes, fruffro, patio, mero, demolio, auxilio, populo, digno, at que id genus alia, præcis arbitror relinquenda, nisi in carmine inciderint. Nam tum excusati adhibebuntur. Consimiliter in nominibus. Pileum & pileus, hæc ficus & hic ficus: hæc barbitus, hic barbitus, hoc barbiton; hic helleborus, hoc helleboru; hoc nasum dixit Plautus.

Casus.

Casus etiam mutatur. Eius rei mihi uenit in mentē, ea res. Non sum id nescius, non sum eius rei nescius. Quædam etiam citra tropum duplicem habent constructionem. Vt hor hæc rem & hæc re. Egeo tu, egeo te. Diues pecore, diues pecoris. Dono te libro, dono tibi librum. Impertior heram hoc malo, impertior heræ hoc malum.

Species.

Species uariatur quum deductiuis utimur pro primogeniis. Vt magnis negociis prohibitus, magnitudine negociorum prohibitus. Cum diminutiuis loco simplicium, ut loquaculus, pro loquax; nafutulus, pro nafuto; paucula, pro pauca; paucillu, pro pauculum. Cum frequentatiuis uerbis pro primitiuis: dicitio, pro dico; uolito, pro uolo; factio, pro factio. Cum substantiuo pro adiectiuo; ut si quis pro pestilente; pestem appellet; pro scelerato, scelus dicat. Cui finitimum est, quum Italas artes dicimus pro Italicis; Batauas aues, pro Bataucas; Hispanos mores, pro Hispanicis. Cum comparatiuum aut superlatiuum absoluti loco ponimus; ut,

Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes.

Et facundissimus, pro uehementer facundo. De quibus suo loco dicemus. Cum patronymicum loco primogenij ponitur; ut Scipiadus, pro Scipionibus. Verum hoc in carmine fortasse liceat, in oratione profano nemo tulerit.

Figura.

Figure mutatio copiam adiuuat, quoties simplici dictione pro composita utimur aut contra, siue id tropo fiat, siue citra tropum; ut temnere, pro contemnere. Ruere, pro eruere. Ponere, pro deponere; mittere, pro ommittere. Rursum conferbere, pro scribere; comedere, pro edere; demirari, pro mirari; inaudire, pro audire; incognoscere, pro cognoscere; consipere, pro sapere; complacere, pro placare; dependere, pro pendere; deridiculus, pro ridiculus; quando quidem, pro quando. Fit & hoc modo. Non potest pudefcere, non potest pudefieri. Tempus est ut expergiscaris, ut expergesias. Calefcere & calefieri. Ad hanc formam fortasse referendum est illud, quoties compositam dictionem simplicibus circumloquimur. Magnanimus uir, uir magno animo. Relege, denuo lege, magnopere te rogabat, magno te rogabat opere. Non animaduertit, non aduertit animum. Non satisfacit, non facit mihi satis. Interdum uariatur compositionis ratio, ut exprobrare & opprobare, persoluere, dissoluere, exoluere, resoluere res alienum.

Tempus.

Tempus quoque non raro commutatur. Memini legere & memini legisse. Prædiceres, pro prædixisses, uel predicere debuisses. Laurus erat, pro laurus esset. Vicimus pro uincemus; salutato, pro saluta. Imus, uenimus, uidemus, præfens pro præterito.

Modus.

Hic finitima est modi uariatio; ut uicero, pro uincā; salutabis, pro salutato; ne crede, ne credas; si uoles, si uolueris; ubi uoles, ubi uolueris; quum uacabit, quum uacauerit; quia bene natus est, quia bene natus sit; uenari, pro uenabatur.

Declinatio.

In nonnullis licebit & declinationem uariare; ut hilarus & hilaris, uiolens & uiolentus, imbecillus imbecillis, contagiū contagio, iuger & iugerum, capo & capus, pauo & pauus, scorpio scorpius, senectus senecta, iuuentus & iuuenta.

Coniugatio.

In aliquot coniugationem, ut lauere pro lauare, feruere & feruere, accersere & accersire. Variatur eadem dicitio his quoque modis. Prostheti, ut tetuli pro tuli; gnatus pro nato

nato. Epenthesi; Mauortis pro Martis. Proparalepsi, ut admittier, accingier, dicier, pro admitti, accingi, dici. Paragoge, potestur pro potest. Aphæresi, Ruit omnia late, pro eruit. Linquere castra, pro relinquere. Syncope, extinxti, dixti, pro extinxisti, dixisti. Apocope, Mage pro magis, uin pro uis ne. Quæ quidem species sunt Metaplasmis, propterea quod dictionem quasi transformant. Reliquas species prudens omitto, quod non admodum ad copiam facere uidentur. Et nobis propositum est, ea dumtaxat persequi, quæ proprie pertineant ad id quod institutumus.

Variandi ratio per Antonomasiam.

Caput XIII

Proxima uariandi sermonis ratio constat Antonomasia, id est, nominis permutatio, ne, ut si quis pro Achille Peliden, aut Aeaciden dicat. Pro Romanis Romulidas. Pro Troianis, Priamidas aut Dardanidas. Pro Hercule, Tyrinthium. Pro Venere, Cytheream aut Cypridē. Pro Diana, Cynthiam. Pro Ioue Saturnium. Pro Mercurio Cylenium. Nonnunquam epitheton pro nomine ipso subijcere licebit. Verg. Thalamo quæ fixa reliquit Impius, impiū pro Aenea dixit. Lilius Pœnum pro Hannibale. In Terentio sape senex pro persona heri. Eiusdem generis est, si quis Poetam dicat, Homerū sentiens, Philosophum Aristotelem significans. Quemadmodum Græci Persarum regem βασιλέα nominant. Neque ab hoc genere abhorret, si quis pro fure Verrem dicat, pro molli Sardanapalē, pro diuite Croesum, pro crudeli Phalaridem. Quæ suo loco referemus.

Variandi ratio per periphrasim.

Caput XV

Id si pluribus uerbis fiat, Periphrasis erit, quam quidam Circuitionem nominant, ut si quis euerforem Carthaginis & Numatiæ pro Scipione dicat, ut Troiani belli scriptorem dixit Horatius pro Homero. Item si Mantuanus uates ponatur pro Vergilio. Venusinus poeta, pro Horatio. Peripateticus scholæ princeps, pro Aristotele. Stoicæ familiæ pater, pro Zenone. Voluptatis assertor, pro Epicuro. Hæc autem ratio plurimam constat modis. Etymologia, notatione, finitione.

Etymologia

Etymologia cum nominis rationem explicamus, ut si quis hæredipetam dicat, qui hereditates alienas appetat, captetque. Aut pro parasito, hominem cibo uentrique deditum. Aut pro philosopho, hominem sapientiæ studiosum. Pro grammatico, qui literas doceat. Pro assiduo, qui det æra. Pro locuplete, qui plurima loca possideat. Pro pecunioso, qui magnam pecorum copiam possideat.

Notatione

Notatione constabit, cum notis quibusdam accidentium rem quampiam describitur, ut si quis iram intelligens, animi aut bilis efferuescentiam dicat, quæ pallorem uultu, ardorem oculis, tremorem membris inducat. Eiusdem generis est & illud: Qui digito scalpunt uno caput, quo molles & parum uiri significatur. Aut si dicas, Cubito semungit, salamentarium indicans.

Finitione

Finitione constabit. Vt si quis artem bene dicendi pro rhetorica dicat. Peculato rem, uirum qui ciuitatis ærarium compulisset. Hominem tyrannum, qui uir leges ac ciuium libertatem oppressisset.

Variandi ratio per Metaphoram.

Caput XVI

Alia uero uarietatis ratio ex Metaphora nascitur quæ Latine Translatio dicitur. Propterea quod uocem à genuina, ac propria significatione ad non propriam transferat: Ea multis modis tractatur.

Deflexio

Primum deflexione, quoties uox è propinquo ad rem proximam deflectitur, ut uideo pro intelligo. Audire pro obtinere, aut credere. Sentire pro intelligere. Perspicere pro cognitum habere. Odorari, olfacere, pro suspicari ac deprehendere. Concoquere pro ferre. Deuorare pro uincere ac perferre. Complecti, exosculari pro amare. Suspicere pro admirari. Despicere pro contemnere. Ita stupet animus, stupent oculi, stupent dentes. Siquidem in his, quod est corporis, ad animum transfertur. Quo metaphora genere nihil utilitatis. Huc fortassis pertinent & illa, quoties cano pro dico, canto pro scribo dicimus. Præconium pro laude. Buccinari pro celebrare.

Ab irrationali ad rationale.

Proxima species est, quoties à bruto animante ad animal ratione præditū fit translatio, aut contra; ut si hominē odiosæ, atque insulsæ loquacitatis rudere dicas aut blaterare, aut grunnire, aut gannire. Si oblatrare pro obrectare, allatrare pro conuitiari di-

cas. Cōtra, si olorem canorum, musicam lusciniā, perfidam uulpem, ambitiosum leonem, assentatorem canem, parcam formicā, operosam apem dicamus. Cuiusmodi multa Vergilius tribuit apibus, dum quicquid agitur in hominū Repub. id traducit ad hoc animal.

Longius erit petita Translatio, si ab animali ad inanimatum traducatur, aut contra. Verg. si tantum pectore robur concipis, hic robur à ligno ad hominem transtulit. At procul excelso miratus uertice montis. Animale ad inanimatum transtulit, cum uerticem pro cacumine dixit. Item, Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos. Et ridet ager. Contra, ambo florentes ætatibus. Et uiridis ætas, & uernat ætas. Iratum mare, indignatus Araxis, auidum mare, miratur gargara. Quod genus & plura sunt exempla, & frequentius obuia, quam ut hic debeant referri. Interdum translatio fit

Ab animali ad animal.

Vt si quis coruum sui ineq̄uitantem dicat, & pascentes apes.

Ab inanimato ad inanimatum.

Simetur Metaphora, si quis syluam scaterere dicat, quod est fontium. Aut odium sup̄ pullulascere, quod est fruticum. Aut si quis pilos fruticare dicat, aut barbā syluæ scaterere, quod est arborum. Si quis orationem fluere dicat. Aut fluxus, & undas negotiorum. Eiusdem generis est si quis collem uerrucam dicat, quemadmodum Cato.

Metaphora reciproca.

Caput xvii

Quædam translationes reciprocae sunt, siue cōmunes, quas Græci uocāt ἀντιθέτας. Nam ut pro gubernatore aurigā, item pro auriga gubernatore recte dixeris. Quædam unius duntaxat partis, quas ἀναλλοθάς appellant. Siquidē ut uerticem recte transfers ab homine ad montem, ita nō recte cacumen ad hominē traduxeris. Facit autē Metaphora non solum ad copiā orationis, dum præstat, ut ait Fabius, ne ulli rei nomē deesse uideatur, uerum & ad ornatum, ad grauitatem, ad euidentiā, ad sublimitatem, ad festiuitatem. Nonnunquā & necessaria est, quemadmodum rustici geminā dicunt in uitibus, gemmare uites, litire agros, fructus laborare, luxuriare segetes. Nos durum hominem, asperū, neq̄ enim aliud habemus uerbum. Sed quot modis adhibeatur trāslatio, & quatenus differat à finitimis tropis, non est huius propositi scrupulosius persequi. Illud admonuisse profuerit, ut qui uolet in dicendo copiosus esse, ex optimis autoribus maximam insignium translationū uim adnotatam comparet, & ad eandē rem cōplures adhibeat similitudines. Sunt autem apud M. Tullium optimæ, apud Quintilianū plurimæ. Sed in his uix alius felicior q̄ Plutarchus. Ex adagijis item nō pauca colligi poterūt, propterea quod pleraq̄ aut allegoriam habent, aut aliquā Metaphorā speciem. In his colligendis nos elaborauimus, haud scio q̄ feliciter, magnis certe uigilijs. Nihil uero prohibet, quo minus ipsi uel ex lectis, uel ex animaduersis rerum omnium naturis undecunque metaphoras fingamus, modo ne sit dura translatio, ne sordida, ne maior q̄ oportet, ne dissimilis, ne nimium crebra, præsertim in eadem specie. Illud item nō abs re fuerit admonere, metaphorā interdū in simplici nomine sitam esse. Vt si quis hominem uentri addidit, pecudem appelleret. Nonnunquā in epitheto. Vt cum faxeum hominē, aut ferreum scriptorem dicimus, aut uitreas undas, floridam ætatem. Interim in uerbo simplici. Vt auolat ætas, labuntur anni. Interdum additur quiddam, quod Metaphoram explicet. Inflammavit hominem cupiditate gloriæ, Incendit ira.

Variandi ratio per Allegoriam.

Caput xviii

Idem efficit allegoria quod Metaphora. Neq̄ enim aliud est allegoria, q̄ Metaphora perpetua. Vt pedem cōferre, pro eo quod est, concertare argumētis, lugulum petere, pro eo quod est caput causæ aggredi. Et tragulam iniicere, pro eo quod est fallaciā intendere. Vt etiam nauem perforat, in qua ipse nauiget, id est, ciuitatē euertat, qua subuersa sibi quotq̄ sit pereundum. Fluius usus frequentior est in sententijs prouerbialibus ac prouerbijis. Vt flamma fumo est proxima, quo significatur tempestiuitate cauendum esse periculum. Et uino uendibili suspensa hederā nihil est opus, quum significamus rei per se laudabili nihil opus esse commendatione aliena. Et cretizandum aduersus Cretensem, id est, mendacijs ac dolis agendum cum subdolo ac uano. In huiusmodi paræmijs allegoria nonnunquam exit in ænigma. Neq̄ id erit uitiosum, si doctus uel loquaris uel scribas

scribas. Imò ne tum quidem si uulgo. Neque enim ita scribendum, ut omnes omnia intelligant, sed ut quædam etiam uestigare ac discere cogantur.

Variandi ratio per Catachresim.

Caput xix

Eandem uim obtinet Catachresis, quam Latini dicunt abusione, atq̄ hac nota feceruntur à translatione, quod abusio est ubi nomē omnino desuit. Trāslatio ubi aliud fuit. Veluti quum parricidam dicimus, qui fratrem occiderit, quia fraticida nō dicitur. Et piscinā in qua lauamus, nec pisces insunt. Vires hominis breues, longum consilium, minutum animū, pro paruo. Illud orationis genus maxime probat Quintilianus, in quo irium permixta est gratia. Similitudinis, Allegoriæ, & translationis. Vt apud Cicero, nem: quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas tam uarias habere creditis agitationes, cōmutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum. Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe & perturbat omnia, & totā opinionem parua nonnunquā commutat aura rumoris. Similitudo est explicata & ad rem accōmodata metaphora, quam Cicero uocat collationē. Totus excanduit ira, metaphora est, collatio est. Itaq̄ quod æstus Euripi comparat inconstantia comitiorum, similitudo est. Quod ait quantos æstus habet, allegoria est, aura rumoris metaphora est. Quamquā hi tropi pertinent etiam ad copiam sententiarum, de qua 2. lib. nobis dicitur.

Variandi ratio per Onomatopœiam.

Caput xx

Non nihil accedit uarietatis, & ex Onomatopœia, quæ fictio nominis dici potest. Quod genus sunt tarantara, pro cantu tubæ, Sibilus, murmur, mugitus. Ad eandem formā pertinet Paragoge, id est, deductio ac deriuatio nouorū uerborū, ex Analogia sumpta, quæ cur nobis etiā sit fugienda, non uideo, si quādo sententiā postulat. Syllaturire, pro eo quod est Syllæ mores imitari uelle. Et quemadmodū dicimus Cacaturire, micaturire, esurire, quid uetat quo minus iuxta Analogiā dicamus, dormituri, scripturi, proscripuri, dicturi, bellaturi, nupturi. Et quemadmodū dicimus Græcari, cur nō itidē dicamus ituenari, poetari, cornicari, rhetoricari, philosophari, theologari, utipinari pro ἀλωπιῶν ausus est dicere Plautus. Vt laureati, nummati, scutati, cur nō itidē pileati, laruati, perfonati, & si qua sunt similia, cur nō siccescere, sicutarescere. Et in his quidē fictionib. Græci lōge sunt Latini feliciores. Quorū sunt illa, Cretissare, Platonissare, aliaq̄ innumera. Nobis tamē nō nihil audendū censeo, præsertim in carmine, & in uertēdis Græcis autoribus. Certe quæ reperiuntur apud idoneos autores ea sunt audacter usurpada. Neq̄ enim ullū uerbū nobis uideri debet durū aut obsoletū, quod a pud scriptorē probatū reperiatur. Qua quidem in re lōge lateq̄ dissentio ab his, qui uocem omnē ceu barbarā horrent, quam apud M. Ciceronē nō legerint. Quin illud etiā obseruandū, eiusdem dictionis interdū uariam esse Paragogen, quemadmodū superius attigimus. Voluptuosus & uoluptuarius, edax & edo, homunculus, homulus; homuntio, pauxillus & paucula. Harū igitur omnium rerū obseruatio, copiā orationis non mediocriter adiuuabit, propterea quod in his factijs nominibus magna pars opum linguæ Latinae sita est.

Variandi ratio per Metalepsim.

Caput xxi

Abusioni cōfinis est Metalepsis, quæ transumptio Latini dicitur. Ea erit, ubi gradatim itur ad id quod ostēdimus, ut speluncis abdidit atris. Nam nigre intelliguntur, ex nigris obscuræ, & per hoc demum in præceps profundæ. Sic Græci uocant acutum, quod uelox intelligi uolūt. Verum huius figuræ usus magis incidet in carmine, q̄ in oratione soluta. Et Synecdoches species uideri potest, quæadmodū & ea quæ sequitur.

Variandi ratio per Metonymiam.

Caput xxii

Neque mediocriter ad copiā orationis facit Tropus, qui uocatur Metonymia, quæ dicitur nominis transmutatio. Ea fit compluribus modis. Vel quū inuentorē, pro re subiecta ponimus, ut apud Maronē, Cererem corruptā undis. Apud Terentiū, Sine Cere & Baccho friget Venus. Apud Floratiū, Receptus terra Neptūnus, Classes aquilonibus arceat. Vulcano dicere. Vario Marte pugnare. Venus confert oculis & uoci. Hic inuentor, aut qui præsidet, pro re subiecta ponitur. Quod si uertas, erit durius. Vt uinum precemur, nam hic deus præfens adest: hic uinum pro Baccho positum est. Vel quum id quod continet, pro eo quod continetur, usurpatur, ut epotos cados, cælo gratissimus

uisimus amnis, id est, cœlitibus. Seculum felix. Aut contra, id quod durius et uolentius fit. Verg. lam proximus ardet Vcalegon, hominem, pro domo posuit. Terent. Eamus ad nos, id est, ad aedes nostras: & cum dicimus hominem deuorari, cuius patrimonium consumitur. Hunc tibi comedendum propino. Horatius. De sene gustarit, id est, de pecunia senis. Vbi dominus rei pro re ipsa ponitur. Vel cum ex efficiere, effectum significamus: hic melior remis, significat enim uelocitatem, sed quæ per remos fit. Vel cōtra, ut frigus pigrum, Mœstumq; timorem mittite. Pallida mors. Audax iuuenta. Pallentesq; habitant morbi, Tristisq; senectus. Præceps ira, hilaris adolescentia, inconsultus amor. Inuerecunda nox. Audax uinum. Vel quum duces ponimus pro his qui subsunt. Ut quum ab Annibale caesa apud Cannas sexaginta milia dicimus. Aut quum autorē pro opere ponimus. Ut quum dicimus, Vergilium uendi, Plinium semper in manibus habendum. Simile est huic quum sacrilegium deprehensum dicimus, non sacrilegum. Et armorum scientiam habere non artis. Ad hanc classē arbitror referendā, quæ pariter & ad personam & ad rem referuntur. Ut facundus homo, facunda oratio, audax homo, audax facinus. Confutasti hominem, confutasti hominis argumenta. Sed quoniam hæc passim obuia sunt desino persequi.

Variandi ratio per Synecdochen.

Caput xxiii

Vehementer adiuuabit copiam & Synecdoche, quam quidam intellectiōnem uocant, quoniam aliud ex alio intelligimus, ut quum ex uno plures intelligimus. Ut quod supra retulimus, Romanus p̄gio uictor. Et Pœnus fugatus, pro pœni. ex parte totum, ut mucronē, pro gladio, tectum, pro domo. Retroq; ut ingens à uertice pontus. Et fontemq; ignemq; ferebant. pontum dixit pro fluctu, fontem pro parte aquæ. Ita Maro. Ex specie genus. Horatius. Iracundior Adria, pro quouis mari. Acheloiā pocula, pro quouis fluuio, Maro. Quod nō ita cōmode uertitur. Ex materia rem consecrā, ut ferrum pro gladio, abies aut pinus pro nauī. Ex præcedētib; sequentia, ut uirginē soluit zōnam, id est, deuirginauit. Subdidit equo calcaria, id est, cucurrit. Item quum lautū & unctum dicimus, quod nitidum ac splendidū uolumus intelligi. Breuiter quum quocunq; modo aliud ex alio intelligitur. Vixerunt, pro mortui sunt. Nos quoq; florimus. Et fuit mus Troes. Et iam summa procul uillarum culmina fumant, noctem imminētē intelligimus, quum longe aliud dictum. Porro hic ex signo rem signatam colligimus.

Variandi ratio per æquipollentiā.

Cap. xxiiii

Precipua uariandi ratio sumitur per *ἀδυναμία*, id est, per æquipollentiā. Ea constat negationis additione, detractiōne, geminatione, & uerbis contrarijs. Ut primas obtinet, non est in postremis. Vir egregie doctus, uir minime indoctus. Omnia fecit, nihil non fecit: nō nihil fallaciæ intendendum in hominē, id est, aliquid fallaciæ. Assumpto autem uerbo diuerso, & apposita aut adempta negatione, statim nouā orationis faciem constitueris. Placet, nō displicet. Accipio conditionē, non recuso conditionem. Verū de his reliquisq; æquipollentijs exactius suo loco tractabimus. Eorū uero quæ inter se pugnant uariā est ratio. Quædā contraria sunt, ut amor, odiū, iratus, propitijs; formosus, deformis. Quædā priuatiue dissiidēt, ut cæcus & uidens; mortuus & uiuus, surdus & audiens, mutus & loquēs. In his quod remouet, nō prædicatur nisi de his, quorū natura capax est oppositi. Neq; enim lapis dicitur mortuus aut cæcus. Quædā cōtradictorie dissiidēt, ut nolo, uolo, doctus, nō doctus, probat, nō probat. Est puella deformis. Est minime formosa. Est minime deformis. Est egregie formosa. Est homo minime surdus. Est egregie auritus. Est parū auritus. Est surdaster. Nō possum nō probare. De re latius mox dicemus. Ad hanc formā pertinent quæ actionem et p̄sionem declarāt. Ab illo graue uulnus accepit. Infixit illi graue uulnus. In Cicerone quædam desiderantur à doctis. In Cicerone docti quædam desiderant. De his alibi dictum est.

Variandi ratio per comparatiua.

Caput xxv

In nōnullis cōparatiuis dictionib; fit hæc cōmutatio citra negationē, translatis dumtaxat partibus. Ut anteponit famā pecuniæ. Posthabet pecuniam famæ. Minoris facit famam q̄ pecuniā. Pluris facit pecuniā q̄ famā. Prius habet lucrum q̄ honestum. Posterius habet honestum q̄ lucrum. Atq; hæc quidem copia nascitur ex cōtrarijs. Cuiusmodi sunt, Suspicit, despicit, curat, negligit, appetit, fastidit, atq; id genus innumera.

Variandi

Variandi ratio per relatiuorum cōmmutationem.

Caput xxvi

Facilis est item uariandi ratio per dictiones relatiuas, quæ & ipsa ad contrariorū genus pertinent. Vxor illius esse nō uult, non uult illum maritum. Recusat illius esse socer. Recusat illum generum. Pudet me huius nurus. Pudet me huius socrum uideri. Non alium mihi patrem optem. Nullius malim esse filius. O me tali felicem præceptore. Felicem me qui tuus sim discipulus. Caue isti locaueris agrum. Nē committas, ut hic agrum conducatur tuum. Iam dudum expectat, ut uiro nubat. Expectat ut se uir aliquis ducat. Nolim tibi debere. Nolim te mihi creditorem. Hoc me docuisti, hoc ex te didici. Hoc mihi retulit Paulus. Hoc ex Paulo audiui. Cautes te genuit, E caute natus es. Plurimum ex ea re capies emolumentum. Ea res plurimū tibi adferet emolumentum. Literæ non parum ornamentum tibi conciliabunt. Ex literis non parum ornamentum tibi accedet. Pater filio reconciliatus est. Filius cum patre redijt in gratiam.

Variandi ratio per amplificationem.

Caput xxvii

EX Auxili, hoc est, amplificatione uariatur oratio cum amplificandæ rei gratia uerbum atrocius subiicimus loco proprii, ut cū occisum dicimus, qui sit cæsus. Latronem, qui sit improbus. Occidisse, cui res acerbior acciderit. Exanimatū, dolore affectū. Enectum, cruciatum, Mutum, qui nihil responderit. Reuixisse, qui spem receperit. Oblitum iniuriæ, qui ignouit. Huc pertinent & appellationes illæ exaggerantes, de quibus ante nō nihil memini, quū carnificem appellamus hominē immitem, Sacrilegū, sceleratum. Veneficam, malam, Præterea illæ. Scelus, monstrū, pestis, labes. Postremo & hæc. Atreus pro crudeli. Sardanapalus, pro effœminato. De quibus suo loco copiosius.

Variandi ratio per Hyperbolem.

Caput xxviii

Variat & Hyperbole, quam quidam superlationē nominauit. Hac mē dacio, ut inquit Seneca, peruenimus ad uerū. Plus enim dicit Hyperbole q̄ res habet. attamē quod uerū est ex falso intelligitur. Vt hic uel saxa sua loquacitate possit rumpere. Cœlū digito attingere. Ocyor Euro. Et fulminis ocyoralis. Sublimi feriam uertice sidera.

Variandi ratio per *μείωσις*, id est, per diminutionem.

Cap. xxix

Diuersus uariandi modus per *μείωσις*, hoc est, per diminutionem. Veluti quoties attingisse dicimus eum qui pulsauit, læsisse qui uulnerauit. Interdum diminutio sapit Hyperbolem, ut uix ofsihus hærent. Breuior Pygmaeo. Minus habet quàm nihil. Verū de his quoq; nonnulla suo loco differemus.

Variandi ratio per compositionem.

Caput xxx

Variatur oratio nō nihil & ex cōpositione. Ea sita est in his ferme figuris, Asyndeto, Polysyndeto. Veni, uidi, uici. Maro. Tectūq; laremq; Armaq; Amyclēq; canē, cressamq; pharetrā. Syzeugmeno. Id fit quoties ad unū uerbū plures sententiæ respondent. Fit aut trisariā, aut quū præponitur, aut quū sequitur, aut quū interponitur, ut deslorescit forma, uel morbo, uel ætate. Hic præponitur. Vel morbo uel ætate forma deflorescit. Hic subiicitur. Aut ætate forma deflorescit aut morbo. Hic in medio intercedit. Itē M. Tul. Vicit pudorē libido, timorē audacia, rationē amētia. Cōtra. Neq; enim is es Catilina, ut te aut pudor unq; à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore retrocarit. Nōnunq; & per iterationē repetitur nō cōiunctio, sed nomē aut uerbū, quā Espanalepsim uocant. Nihil ne te nocturnū præsidij palatij, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populij, nihil cōcursus bonorum omnij, nihil hic magnificentissimus senatus habēdi locus, nihil horū orā uultusq; mouerūt. Simile huic fuerit. Vicit pudorē libido, uicit timorē audacia, uicit rationē amētia, aut per *συναυμιών*. Vicit timorē audacia, rationē superauit amētia, libido pudorem expugnauit. Experiamur igitur quot rationibus eadē sententiā possit per has figuras uariari. Cōtemnit deos, cōtemnit homines. Deos contēnit, homines cōtemnit. cōtemnit & deos et homines. Et deos & homines cōtemnit. Deos cōtemnit atq; homines. Ad hunc locū pertinent & illa. Inedia, q̄ frigoris patientior. Lucri q̄ gloriæ cupientior. Cupientior lucri, q̄ gloriæ. Lucri cupientior, quàm gloriæ. Chatiorem habeo neminem, & neminē habeo chatiorem. Quāquā hæc nō ita multū adferunt momentum, adiuuant tamen. Et, quibus de causis. Ob eam rem. Eam ob rem. Ob causam tam paruulam. Tam paruulam ob causam. Veniam ad te quando ita uult pater, quando ita uult pater ueniā. Eiusdem rationis est cum ex oratione simplici duplicetū facimus, aut

contra, ut, omnia tua mihi debes. Quicquid habes, id omne mihi debes.

Variandi ratio per *συμμετρίας*, id est, constructionem. Cap. xxxi

EX ordine siue constructione item nonnulla sermonis varietas exiit, id quod superius attigimus. Nam pleræque dictiones sunt, quæ non respuunt diuersam constructionem, ut multum pudorem, & multum pudoris. Scripsit mihi, & scripsit ad me. Diuersum seu alienum huic, & diuersum seu alienum ab hoc. Idem huic & idem cum hoc. Iaciat maiores suos, iaciat se de suis maioribus. De te somniaui, te somniaui. De te ridet, te ridet. Tota nocte potauit, totam noctem potauit. Romanorum summus, summis inter Romanos. Seruitus morte durior, seruitus durior quam mors, Damnatus est de repetundis, damnatus est repetundarum. Natus gloriæ, natus ad gloriam. Tuæ partes sunt, tuarum est partium.

Variandi ratio per mutationem figuræ varijs modis. Cap. xxxii

Variatur oratio quoties alio atque alio affectu, ac uelut habitu profertur, quam interrim figuræ mutatione licebit appellare, ut non est miserum mori, & usque adeo ne mori miserum est: nihil est te uanius, an quicquam te uanius: Hic per interrogationem uariata est figura. Non magnam laudem assecutus es. Egregiam uero laudem es assecutus. Non ista curat populus, id populus curat scilicet. Hic per ironiam commutata est sermonis facies. Vehementer amat pecuniam. Dii boni, quæ amat pecuniam, per admirationem uersus est orationis color. Tum deos contemnit, tum homines. Haud scio magis ne deos contemnat, an homines. Hic per dubitationem commutata est orationis forma. Nihil mihi carius aut antiquius fama. Dispeream, si quid mihi carius fama. Hic per adiurationem uariatus est sermo. Ista nunquam cogitauit. Dii meliora quam ut ista cogitarem. Hic per abominationem commutatus est color. Est uir insigni uanitate. O singulari hominis uanitatem. Hic per exclamationem. Non modo uirgines aliquot contempnit, uerum etiam incestum in seipso polluit. Virgines complures stuprauit, ut interim de uestali incestu polluta sileam. Hic per occupationem uariatus est sermo. Quum & genere sis obscurissimo, & re nulla, nullis literis, nulla forma, nullo ingenio, quid est cur te adeo iactes? Quid habes, cur tam sis insolens? Natalium splendorem: Atqui genere es obscurissimo. Opes: at uel Iro ipso pauerior es. Eruditionem: sed bonas literas nec attigisti unquam. Formam: at ipso Therite deformior es. Ingenium: at istud profecto natus es stupidissimum. Quid igitur ista tua iactantia est, nisi mera insania? Hic per subiectionem uariatus est orationis habitus. Neque uero solum per omnes figuras, uerum etiam per locos prope omnes uariari potest oratio. Cæterum quoniam hæc magis uidentur ad rerum copiam pertinere secundo commentario de his diligentius differemus. Hactenus formas ferme omnes paucis indicauimus, quibus manente sententia commutatur oratio.

Experientia Caput xxxiii

Nunc quo res fiat dilucidior, experiundi gratia sententiam unam atque alteram proponamus, conemurque quoad fieri poterit eandem, ueluti Proteum, in omnem speciem uertere. Non quod omnis uariandi ratio in unam quampiam orationem possit incidere, sed quot incident, tot utemur. Sumaturque illud exempli loco.

Tuæ literæ me magnopere delectarunt.

Tuæ, non admittit Synonymiam. Tuæ amplitudinis, Tuæ celsitudinis, Tuæ maiestatis, Periphrasis est. Si nomen proprium ponas, puta Fausti, Heterosis est & partis et personæ. Fausti literæ. Si Faustinae literæ, Heterosis substantiui in epitheton.

Literæ

Epistola, literæ, tabellæ, Synonymia est, Literulæ, epistolulæ, tabellulæ, Heterosis. Schedæ, scripta, Synecdoche. Quod ad me scripsisti, Periphrasis est. Me

Animum meum, pectus meum, meos oculos, uel Periphrasis, uel Synecdoche. Nos pro me, enallage numeri. Erasmmum Heterosis est personæ.

Magnopere

Valde, uehementer, nimium, mire, mirifice, magnifice &c. Synonymia est. Magnopere, summo opere, supra modum, præter modum, unice, *αὐτοῦ* est. Haud mediocriter, non parum, non uulgariter, per contraria & negationem. Dici non potest quantum pere, incredibile dictu, uerbis consequi nequeam, atque id genus alia hyperbolen sapiunt.

Delectarunt

Delectarunt

Oblectarunt, recrearunt, exhilararunt. Synonymia est. Nisi quod in exhilararunt metaphoram uidetur esse. Voluptate attulerunt, uoluptati fuerunt, iucunde fuerunt, & similia Periphrasim habent. Voluptate perfuderunt, mellitissime fuerunt, & consimilia. Translatitia sunt. Non iniucunda fuerunt, non insuaues, a contrariorum permutatione. Reliqua contra contextum comode ostendi non possunt. Nunc igitur experiamur. Tu me literæ magnopere delectarunt. Delectarunt mirum in modum tuæ in literæ. Maiorem in modum me tuæ delectarunt literæ. Hactenus præter compositionem nihil ferme mutatum est. Tuis literis sum magnopere delectatus. Delectatus sum maiore in modum tuis literis. Hic genus uerbi duntaxat est commutatum. Epistola tua me uehementer exhilarauit. Tua quidem epistola sum uehementer exhilaratus. Tuæ literulæ non mediocriter animum meum refecerunt, Humanitatis tuæ scriptis sum non mediocriter animo refectus. Ex amarissimis literis tuis incredibilem cepi uoluptatem. Hyperbole & relatio. Amantissimæ tuæ literæ incredibilem mihi uoluptatem attulerunt. Nouam quandam lætitiā tuæ schedæ mihi pepererunt. Tuis ex schedis mirificam lætitiā concepi. Summum gaudium tuæ scripta mihi apportarunt. Tuis ex scriptis summum mihi gaudium allatum est. Ex excellentiæ tuæ literis magnam hausimus uoluptatem. Et hic relatio est. Cætera sibi quisque facile adnotabit. Ex Faustis meis literis plurimum hausi uoluptatis. Tuis ex scriptis haud uulgaris mihi uoluptas accessit. Epistola tua sum unice delectatus. Ex Faustinis literis mirificum quoddam oblectamentum percepi. Tuæ literæ sane quæ delectarunt animum meum. Ineffabili gaudio tuæ me schedulæ perfuderunt. Hic Metaphora est. Tuis ex literis noua quadam delectatione sum perfusus. Incredibili lætitiā tuæ me scripta delibutum reddiderunt. Et hic metaphoram. Haud parum delectamenti tuæ mihi conciliauit epistola. Legedis tuis literis oppido quam sum delectatus. Lectio tuarum literarum singulari uoluptate delinuit mentem meam. Admodum delectabilis mihi tuæ fuit epistola. Eximia quadam lætitiā tuæ me literæ affecerunt. Tuis ex literis singulari sum affectus lætitiā. Maxima uoluptati mihi tuæ fuit epistola. Summo oblectamento mihi tuæ scripta fuerunt. Incredibili gaudio mihi tuæ fuit epistola. Nihil quam iucunda nobis tuæ fuit epistola. Vix credas quantum in tuis scriptis acquiescam. Ita M. Tullius frequenter utitur acquiescere pro oblectari. Summa iucunditati nobis tuæ fuit epistola. Suauissimæ mihi tuæ fuerunt literæ. Tuis ex literis singularis mihi profecta est lætitiā, Tuæ literæ fecerunt, ut profus exilirem gaudio. Tuis acceptis literis, lætitiā gestiebam. Vbi mihi tuæ sunt redditæ literæ, lætitiā sum expletus. Lectis tuis amantissimis literis, noua quadam lætitiā correptus sum. Acceptis literis tuis, incredibilem uoluptas cepi animum meum. Inuitata lætitiā me tuæ demulit epistola. Quod ad me scripseras, id mihi tam iucundum fuit, quæ quod iucundissimum. Quod ad me tuas dederis literas, id uehementer fuit gratum. Quod me tuis dignatus es literis, eo nihil mihi potuit accidere gratius. Tuæ me literulæ oppido gaudibundum effecerunt. Tuis literis oppido quæ lætabundus sum effectus. Quod me tuis literis certiore reddidisti, fuit id mihi non gratum modo, uerum etiam iucundum. Cum tuæ ad me perferretur epistola, uidisses me gaudij magnitudine gestietem. Quod me saltem epistola salutaris, id profecto uolupte fuit. Literis tuis nihil adferri potuit optatius. Epistola tua ad nos uenit uehementer expectata. Literis tuis nihil adferri potuit desideratius. In his tribus Metalepsis est, aut certe Synecdoche. Nam iucunda solent accidere, quæ magnopere desideramus. Non possunt non esse iucundissima. Erasmo Faustinae literæ. Non iniucunda mihi tuæ fuit epistola. Neutiquam insuaues mihi tuæ uenerunt literæ. Haud quaquam ingrata mihi tuæ scripta acciderunt. Tam mihi dulcis tuæ fuit epistola, quæ ea quæ sunt dulcissima. Literas tuas multa cum uoluptate perlegi. Epistolam tuam non sine summa uoluptate recepi. Qui mihi tuas reddidit literas, is mihi gaudiorum cumulum detulit. Dictu mirum, quam me tuæ ceperit epistola. Schedæ quas abs te missas accepi, noua quadam gaudiorum luce pectus meum serenarunt. Literæ tuæ quicquid in animo mceroris erat, id omne protinus excusserunt. Miram animo pensasi uoluptatem, cum tuæ nobis redderetur epistola. Tuis ex literis uoluptas insolita animo accessit meo. Tuæ literæ fuerunt in causa ut affatim gauderem. Tuis literis effectum est, ut totus exultarem gaudio. Dici uix queat quantum mihi lætitiæ tuis ex literis obortum sit. Vix possim

sermone consequi, quantum gaudiorum ex tua mihi natum sit epistola. Dicitur mirum est, quantum uoluptatum nobis ex tuis affullerit literis. Deum immortalam quae ingens gaudium nobis e tua prouenit epistola. Papae quatas letitiae causas nobis tuae litterae suppeditarunt. Dicitur boni quantam uim gaudiorum tua mihi scripta subministrarunt. Maiorem letitiam tuae mihi tabellae attulerunt, quam ut explicare possim, plurimum uoluptatis nobis tuus tabellarius adportauit. Vix credas quantum aceruum letitiae littere tuae in animum inuenerint meum. Verbis eloqui nequeam quantis gaudijs me tua oneravit epistola. Cur autem sic uerear loqui cum Terentius dixerit, multis commoditatibus oneratum diem? Tuam me litterae gaudijs onustum reddidere. Tuis literis ualde sum gauisus. Tuis literis unice sum laetatus. Tua scripta nobis uberrimam letitiae copiam offuderunt. Laetissima mihi tua fuit epistola. Tuis literis factum est, ut prorsus frontem exporrexerim. Visis tuis literis protinus animi mei frontem explicui. Inter legendum ea, quae ad me scripsisti, mira quaedam uoluptas animo obrepit meo. Simul atque tuas insperatissimas literas, noua quaedam gaudiorum uis mentem occupauit meam. Inspecis tuis literis, incredibilis quidam aeternus letitiae pectus subijt meum. Acceptis humanissimis literis tuis, immensa quaedam letitia me totum obsedit. Emoriar si quicquam unquam accidit iucundius tuis literis. Disperiam si quid in uita suauius obtigit tuis literis. Ita me munus bene amant, ut nihil antehac accidit tuis literis gratius. Caue credas rem ullam obijci a fortuna posse iucundiorum quam tuae sunt litterae. Quam ipse charus es animo meo, tam me iuuant tuae litterae. Papae quantum gaudiorum tua mihi excitauit epistola. Quantum risus, quantum plausus, quantum tripudiorum tuae nobis attulerunt litterae. Elegantissimas tuas litteras legens, insolita quaedam letitia tangebatur. Calamus tuus me gaudijs exaturauit. Multam uoluptatem mihi tua praebuit epistola. Totum me gaudijs imbuuit tua tam elegans epistola. Omne pectoris mei sinus uoluptate referit tua tam amabilis epistola. Rara quaedam uoluptate me tuae respererunt litterae. Tua quidem epistola nouam quandam animo meo uoluptatem asperxit. Tuis literis nulla res unquam accidit mihi festiuor. Nihil unquam uidi tuis literis lubentius. Haud est quicquam quod gaudentiore acceperim animo, quam proximas Fausti mei literas. Quo me credis affluxisse gaudium, cum tuum animum tuis in literis agnoscerem? Cum tabellarius tuam mihi traderet epistolam, statim animus mihi letitia ineffabili prurire coepit. Quid ego tibi nunc referam, quae uoluptas acceptis tuis literis, animus Erasmi tui titillat? Animus gaudio uelut exundabat, cum tua mihi redderetur epistola. Ut lubens tuam accepi epistolam? Posteaquam epistolium tuum ad me delatum est, animus nimium mihi gaudio efferbuuit. Vix erant apud me praegaudia, cum tuas acciperem literas. Litterarum tuarum lepos, praecipua quaedam uoluptate remoratus est animus meum. Non possum non uehementer gaudere, quoties tua scripta ad nos aduolant. Mel merum mihi tuae fuerunt litterae. Quicquid litterarum abs te proficitur, id mihi sacro ac melle fluere uidetur. Opiparis litterarum tuarum epulis sum lautissime refectus. Tua scripta sunt mihi quauis Ambrosia suauiora. Schedulae mei Fausti mihi fuere uel mensis Siculis lautiores. Nulla uoluptas, nullae sunt deliciae, quas cum tuis literis conferre uelim. Nausea sunt omnia praeter tuis literis. Inter legendum amantissimas literas tuas Erasmi pectus gaudio subsultabat. Chartae digitis tuis exaratae, me quantum eram gaudijs explebant. Merae deliciae cordi meo sunt, quicquid scriptorum abs te redditur. Nil nisi gaudium tua spirat epistola. Festum diem attulit tuis, qui tuas attulit literas. Triumphum adduxit, qui tuum adduxit epistolium. Nullum ego neclat tuis scriptis anteposuerim. An ego ullum mel Atticum cum tuis amantissimis literis contulerim? Saccarum non est sacrum, si cum literis tuis componatur. Nulli mortalium tam sapit lotus, quam mihi litterae tuae sapiunt. Quod sitienti uinum, hoc mihi tuae sunt litterae. Quod apibus Cytisum, quod saligna frondes capellis, quod urso mel, hoc mihi tuae sunt litterae. Epistola tuae cellitudinis, mihi fuit quouis melle mellitior. Vbi recepissem tantopere expectatas tuas literas, dixisses Erasmi plane gaudijs ebrium. Ut reddita sunt abs te litterae, statim uidisses nos nimia quadam letitia quasi temulentos. Quam unice te diligo, tam unice tuis epistolis delector. Nil nisi merum delitium tua mihi scripta uidentur. Non tam palato blandiuntur ullae cupediae, quam animus meum tuae litterae delinunt. Nullae lautitiae suauis titillant palatum, quam tua scripta mentem titillant, *εμπελας ἡδονῶν* attulit, qui tuas reddidit literas.

Voluptatum

Voluptatum *ἡδονῶν* adportauit tabellio tuus, tuis ad me redditus literis. Gaudiorum *ἡδονῶν* aduexit tuis, qui schedas pertulit tuas. Mihi plane tuae litterae fuerunt quod Peris *ἡδονῶν* quemadmodum aiunt Graeci. In his porro si qua uidebuntur eiusmodi, ut in oratione soluta uix toleranda putentur, meminerit hanc exercitationem ad carminis quoque compositionem accommodari. Age iam ad eundem modum in altera quapiam sententia uariandi facultatem experiamur. Ea quoque deligatur, natura non ad modum fecunda, neque ad uarietatem idonea, quo magis appareat quantum possit haec commutandi ratio, si usu atque exercitatione confirmetur. Hanc igitur sententiam sumamus.

Semper dum uiuam, tui meminero.

P Rincipio ad uerbo semper nullum respondet idem pollens, neque in aliam uocem deflecti potest. Deinde uiua nullum item habet simile, & uerbum est unicae uocis, id est, neutralis, nec ullum ex se propagat nomen praeter uitam. Deinde meminero non solum unicae uocis est uerbum, uerum etiam mancum, & mutilum, penes sterile, utpote a quo, nulla soboles proficiscatur, praeter memor & memoria. Porro duo uerba quae his opponuntur, mori & obliuisci uidelicet, & ipsa sunt tum manca, tum sterilia. Tamē aggredimur. Caeterum uariandi rationes ex superioribus per se lector agnoscat. Semper dum uiuam, tui meminero. Nunquam dum uiuam, tui meminero. Nunquam quoad uicturus sum me tui capiet obliuio. Haud unquam dum uiuam, tu animo excideris meo. Nunquam donec uiuam, mihi uenies in obliuionem. Nunquam quoad in uiuis ero, tui nobis ueniet obliuio. Non prius tui meminisse desinam, quam uiuere. Non me ante tui memoria quam uita ipsa reliquerit. Visque dum spirabo, tui memor fuero. Donec hac luce fruam, tu animo harebitis meo. E uiuorum contubernio citius emigraverim, quam tui memoria nostro e pectore demigrarit. Ipse prius e uiuis excessero, quam Morus e nostra exceperit memoria. Lux haec me prius deficiet, quam tui immemor esse coepero. Vita me non serius destituet, quam tui chari capitis recordatio. Idem dies mihi tui memoriam eripiet, qui uitam. Eadem lux obliuia tui nobis est adductura quae mortem. Idem nostrae tui memoriam uitaeque finis erit. Dum memor ipse mei fuero, tui meminisse nequitiam pigebit. Non alius nostrae tui memoriae, quam lucis erit interitus. Is solus dies tui memoriam extinxerit qui uitam. Ante mei ipsius quam tui obliuisci incipiam. Nostro e pectore non prius elabetur Mori memoria, quam haec anima. Praeter unam mortem, nullus omnino te mihi casus expectorabit. Ego ne tam iucundi conuictoris unquam uiuus queam obliuisci? Tum demum Mori sui obliuisci poterit Erasmus, cum ipse sui desinet memor esse. Dum mihi sensus ullus mei reliquus erit, tu semper animo nostro obuersaberis. Cordi meo charior es, quam ut uiuo quidem, in obliuionem uenire possis. Intime nostris in praecordijs repositus est Morus, sicut praeter unam mortem, nulla res illi illinc queat eruere. Orco tradar ipse prius, quam te mandem obliuioni. Dum spiritus his oculis, his manibus imperabit, tu pectori insidebis meo. Dum spiritus hos reget artus tui meminero. Quadiu supererit in nobis halitus, non qui uero tui non meminisse. Dum in uiuis agam, usque uiuet in me tui memoria. Is mihi dies uitae finis erit, qui tui obliuionis erit initium. Idem casus hanc animam, reque meo reuellet animo. Donec superstitem esse sinent superi, tui perpetuo recordabor. Dum quicquam uitalis caloris in hoc pectore palpitabit, tui memoria non euanesceat. Non mihi diuturnior uita futura est, quam tuorum in me meritorum memoria. Non mihi breuior fuerit tui memoria quam ipsa uita. Non minus durabilis erit tui capitis recordatio, quam haec ipsa uita. Me mihi eripiet is dies, qui tui memoriam adimet. Ipse mihi subducar, prius quam te in memoria habere destitero. Haud longior erit mihi lucis huius functio quam tuae benignitatis memoria. Non mihi posterius suppetet uiuere, quam tui meminisse. Extra me fuero citius quam Morus intra hoc pectus esse desinet. Vita haec tuique memoria pari stadio ad metam decurrent. Prorsus non erit Erasmus, cum Mori in memor erit. Non extabit hoc caput, ubi tam singularis amici qui uero obliuisci. Donec super terram acturus sum, non committam ut obsolecat apud me tuae comitatus memoria. Donec comunem hunc aera hauriam, tu crebro animo occurrabis meo. Nunquam serius futurum est Erasmo uitam, quam tui memoriam obtinere. Non ante de te cogitandi finem fecero, quam Atropos fatale filum secuerit. Si qua dies unquam tui paritura est obliuiscencia, ea certe nunquam antecesserit ei, quae me luce orbabit ipsa. Sol hic qui uidet

Hoc exemplum
ducenties uariatur

uidet omnia, nunquam me uidebit non memorem tui. Mors una tui recordationē his ē prae cordijs emouebit. Donec ulla uitae portio his in artibus residebit, Morus ab Erasmi cogitatione nunquā aberit. Quādiū sanguinis ulla pars hoc in corpusculo calebit, nunquā apud me refrixerit Mori memoria. Mihi quidem dum uita aderit, tu à mente mea nunquam es abfuturus. Quousq; manebit huius animae corpusculiq; copula, tu à mea memoria nullo tēpore seiungeris. Prius animus corpori q̄ tu animo meo praesens esse defines. Spiritus ipse citius ex huius corpusculi domicilio demigrabit, q̄ animo in pressa meo imago tui deleatur. Aequae diuturna fuerit apud me tui memoria ac uitae cursus. Eadem erit & uiuendi, & de te cogitandi meta. Non arctioribus pomerijs tui recordatio claudetur quā ipsa uita. Quoad ulla uenā mihi uitali tepore saliet, dulce fuerit usq; tui meminisse. Quantum mea Lachesis fatale stamen extenderit, tantūdem extendetur & mea tui memoria. Eadē mihi & uiuendi, & de te cogitandi mensura fuerit. Quoad corporis molem status uiuificus sustinebit, animū maxime tui memorē geram. Dum lucis usum coelitu indulgentia concedet, te semper animo feram. Dum uitam permittent superi, non cōmittemus, ut tam fidi congerronis unquā nobis obrepat obliuio. Donec me non deficiet anima, animū hunc & memorem et gratum nunquam posuero. Quoad usq; sole uolubili frui fas erit, hunc hominē habebis tui memorem. Vitium non uidebit Erasmi, qui uidebit oblitum tui. Quanto tempore uita mihi dura tura est, mens quidē haec manebit tui recordantissima. Quādiū supero hoc loue continget frui, non mihi contigerit obliuisci tui. Donec uita perseverabit, tu cordis obtutibus semper es obuertaturus. Nominis ante meī q̄ tam rari amici mihi uentura est obliuiscencia. Ipse mihi prius excidero, q̄ tui uultus imago. Viuētū quidem Erasmo haud unquā excidet Morus. Nulla diuturnitas aui, tui apud me memoriā obliterabit. Nō nisi meū tui extinguetur memoria. Ante fatale diem ē nostra memoria nō eliminaberis. Ante obitū non desistam tui meminisse. Ante suprema funera non cessabo tui memor esse. Non ante exacta uitae stamina, tui queam obliuisci. Vitio quidē Erasmo, Morica memoria haud unquā effluet. Tui apud me memoriā nulla unquam aetas antiqua bit. Ante summū diem non abrogabitur in me memoria tui. Nulla neq; locorū neq; temporū iniuria efficiet, quo minus tui q̄ maxime meminerim in uita. Per omnē uitam tui meminero. Haec uita q̄ longa cōtinget, cum tui memoria semper erit cōiuncta. Ad ipsum usq; rogū me tui memoria prosequetur. Mei sensu carebo, priusquā cōiunctisimi hominis cariturus sim recordatione. A meis ipse mēbris distrahar, antequā tu ab animo meo diuellare. Mors mihi citius acciderit, q̄ obliuio tam dilecti capitis. Certū est mortē oppetere potius, q̄ tui memoriā non itugiter obtinere. Nō nisi me sepulto, tui recordatio sepelietur in me. Tui quidē aut mecum, aut nunquā est interitura memoria. Donec expirem ipse, spirabit in me Mori mei memoria. Donec apud superos agitabimus, nunquā mihi incesset tuae benignitatis obliuio. Ante obitū, nunquā animo meo tui incurret obliuio, sic enim loquitur Seneca. Nihil tam arduū haec uita mihi gignere queat, ut tui memoriā ex his prae cordijs possit extundere. Nulla res tam atrox mihi possit in hac exoriri uita, quae tui conciliet obliuionē. Vitio nihil possit existere, quod mihi tuae erga me humanitatis conflēt obliuiscenciam. Sic in me radices egit memoria tui, ut nullis omnino casibus, qui quidem uiuis solēant accidere, sit unquā cessura. His nimirū monumentis animo meo consecratus es, ut ea nullum aui spaciū ualeat demoliri, ni forte mors, cui nihil rerum mortalium non cedit. Nisi ipse mortalis essem, nō dubitarem hanc de te memoriā immortalem fore polliceri. Si immortalis esset Erasmus, immortalis itidē foret tui apud illum memoria. Eiusmodi statuā in animi mei penetralibus tua merita erexerūt, ut ea quo ad me tellus sustinebit nullo casu sit diruēda. His titulis Morus inscriptus est cordi meo, ut eos nulla temporis iniuria possit unquā exedere. Nō nisi unā cū aetate tui recordatio in me consenscet. Ipse mihi prius excutiar, q̄ Mori nomen ex adytis cordis exigatur. Id unū tibi & confirmo & praestabo, donec in mortaliū numero futurus sum, tu ē serinio memoriā nostrae nunq; dimouebere. Vt omnia tempus possit, certe hoc unū illi nō licebit unquā, ut uiuo mihi tui pariat obliuionē. Semper hic animus tui cum primis meminerit, neq; id me dies quamlibet longa dedocebit. Donec me tellus alet, unum illud nunquam quibo dediscere, uidelicet tam chari

sodalis

sodalis meminisse. Donec futurus sum *ἄλλοθῆνος*, ut Homericō dicā uerbo; Mori mei moriam continenter obtinebo. Quoad mihi continget inter *οἴσου ἰδωρτος*, ut Homericō rice loquar, annumerari, nunquam hoc de pectore Mori uultus labetur. *ὁρῶ εἰ ἐγὼ γε ἴδωρ μετὸ καὶ μοι εἶλα γένεσθαι ὀρώρα*, quemadmodum inquit Homerus, tu mihi nunquam es obliuiscendus. *ἔμδὲ ζῶντος ἔμδὲ χθονὶ δερηομολοῖο*, ut est apud Homerum, nunquā te auferet obliuio. Tui memoriā perpetuo pariter cum ipso uita progressu producam; Superstiti Erasmo sublimitatis tuae memoriā nullus unquam dies expunxerit. Corpore quidem abs te distrahi potero, uerum animo te semper intuebor, quoad uitam minima largientur. Donec aura uitalis hos artus moderabitur, tu à nostris cogitationibus nullo momento es abfuturus. Vsq; adeo penitus his prae cordijs tui impressa est mei moria, ut nullo unquam pacto uideatur eradenda. Vt omnia tempore marcescant, tui certe memoria ad occasum usq; uita apud me uigebit. Arcius Morum meum animo complexus sum, quā ut uiuo possit elabi. Eadem me lux exanimem uidebit, quae tui conspiciet immemorem. Adeo uiuam quandam imaginē tui, pectori insculpsisti meo, ut uix etiam mors ipsa sit abolitura. Non erit Erasmus tui memoria uiuacior. Tam uiuax erit tui apud me memoria, ut ipse non sim futurus uiuacior. Nunquam interci det apud me Morica memoria, donec ipse non interci dero. Semper hunc hominē experieris tui recordantem, donec uita particeps erit. Expers huius uita fuero priusquā à tui memoria alienus. Adeo uiuax est in me tui memoria, ut ipse nō sim illi futurus superstes. Altius mea memoriā infedisti, q̄ ut ulla te res inde queat emoliri. Tenacius inhaeres cordi meo, q̄ ut praeter mortis casum, quicquā aliud inde te queat efcere. Pernitius hoc in pectore conditus es, q̄ ut hinc ulla ratione sis excludendus, donec mihi uita fata non inuidebunt. Interius insitus es animo nostro, q̄ ut inde incolumi quidem queas extirpari. Fixius impressum est cordi meo simulachrum tui, q̄ ut superstiti possit unquam detrahi. Sic effigies tui, cogitationi meae penitus impressa est, ut eam nulla sit aetas abrogatura. Dū uita supeditabit, nihil extiterit quod fixam animo meo Mori statuam ualeat labefactare. Fieri nunquam poterit, ut uel uiuam parum tui memor. Donec apud superos commorabor, ne tota quidem lethes aqua tui memoriā poterit abolere. Donec aura uescaer aetherea, subinde tui reminiscar. Vitā modo deus imperat, ego tibi mentem perpetuo tui memorem polliceor. Si quis mihi uita functo sensus erit, tā dulcis amīculi recordabor, tantū abest ut uiuus sim obliturus. Omnia mihi citius acciderint in uita, q̄ obliuio tui. Tum sursum uersus recurrent amnes, ut Grecis est in proverbio, cū Erasmus Mori sui poterit nō meminisse. Nō alius me iustus est oblitum tui, q̄ qui uisurus est arduis pronos relabi riuos montibus, & Tyberim reuertit, ut ait Flaccus. Ante leues alto pascuntur in aethere cerui, q̄ uiuū Erasmi Mori capiat obliuio. His coloribus in tabula pectoris mei depicta est imago tui, ut eam nulla annorum series possit eluere. Supremus uitae dies me tui memorem deprehendet. Sospite uita, non me fugiet memoria tui. Salua uita hac nō demoriatur apud me tui memoria. Quoad haec mihi uita comes erit, comitabitur & tui recordatio. Haec me uita tui memorem relinquet. Non auolabit à nobis tui memoria, nisi auolante uita. Ad supremū usq; uiuendi litem, tui nobis memoria perseverabit. In obtinenda tui memoria non fuero mihi dissimilis, nisi uiuus esse desiero. Donec hoc uita munus diuinae benignitatis mihi saluum esse uolet, nō intermoriatur apud me tuae benignitatis memoria. Vita defungar prius q̄ tui recolere cessabo. Diem obiero citius quā te uentis & aurae mandem. Clauis adamantinis nostrae memoriā infixus est Morus, quos nō nisi una mors ualeat abrumperē. Ad ipsos usq; cineres pergā tui meminisse. Ad extremū usq; senectam tui me comitatura est memoria. Per uniuersum uitae spaciū Mori meminerit Erasmus. Ad extremū usq; rogum tuorū erga me beneficiorū memoria prorogabitur. Fatalis ille dies neq; me tui memorē est reperiturus. Dabo operam, ut tuae humanitatis recordatio ad libitū usq; proferatur. Nunquā mihi quicquā obtigerit in uita, neq; tam latum, neq; tam acerbū, quod tui nominis recordationē ē sinu pectoris mei queat expellere. Quoad hic animus in hoc corpusculo tenebitur alligatus, non exulabit mea memoria Morus. Citius futurum est, ut alterū in orbem tui memoriā mecum deferam, q̄ ut hic abiciam. Animam egero prius quā te memoria tenere desiero. Si quando

corpus

corpus umbram suam poterit effugere, hic animus tui quibus obliuisci. Non antequam diem uitae nouissimum clausero, desiturus sum tuam in me beneficentiam animo circumferre. Quam longa dabitur uita, tam erit longa tui memoria. Par nobis erit tui memoriaeque modus. Tui meminero quoad auras carpsero uitaes. Absit ut mihi breuior fuerit tui memoria quam uita. Quam diu superabit Erasimus, tandiu tui meminisse non grauiabitur. Vita orbabor antequam tui me relinquet memoria. Supero priuabor lumine, ut priscorum more loquar, citiusquam Morus ex animo deleatur meo. Ocyus hoc mihi corpusculum morte refrixerit, quam tui memoria frigescat apud me. Inextinctam tui memoriam semper tenebo. Quantum temporis anima fruar, sic enim loquitur Sallustius, tantum tui meminero. Perpetuum tui recordatus fuero. Sine fine tui meminero. Nulla res mihi tui obliuionem inuexerit, nisi quae me ex hac luce euexerit. Orbem hunc uerterim citius, quam animum hunc tui memorem uertero. Vita me exuerit is casus qui tui importabit obliuionem. Crudelibus umbris occubuero, quemadmodum loquuntur poetae, citius atque tui recolere desiturus sim. Efferar ipse citius, quam tui memoria e corde efferatur meo. Ad ipsum usque bustum me tui memoria prosequetur. Ne defunctus quidem tui possim obliuisci, nedum uiuus. Viuenti mihi nunquam obolefcet hominis tam bene meriti recordatio. Quando futurum est, ut apud Erasimum eueniscat Mori memoriae nepe dum uita destituetur. Usque eo tui memor ero, dum in uis agam. Usque dum spirabo, te corde gestabo. Quam diu dabitur anima frui, ut Sallustiano more loquar, non desinam tui memoria frui. Sed iam sit modus. Neque enim id agitur, ut ostentemus quousque nos in commutando progredi possimus, sed ut studiosis adolescentibus exemplo demonstremus, quantam orationis ubertatem paritura sit haec exercitatio. Sententiam enim non admodum felicem, neque magnopere ad commutandum fecundam ferme ducenties, ut opinor, commutauimus, neque tamen minutulas illas uariandi rationes sumus anxie persequuti. Nunc quod reliquum esse uidetur, uarias quasdam orationum formulas proponemus, non id agentes ut omnes persequamur, nam hoc utilissimum quidem, uerum profus infiniti fuerit operis, sed ut ostensis aliquot, uelut exemplis, uel sibi quisque similia fingat, uel alius aliquis cui plus oculi suppetet quam nobis, huiusmodi dicendi figuras ex omnibus autoribus petitas, copiosius atque accuratius impertiat copiae candidatis.

Quibus modis tribuimus plura ex aequo.

Caput xxxiiii

Est uir tum eruditus, tum probus. Est iuuenis & formosus, et bene ingeniatus. Atque repetitum poetarum est. Verg. Atque deos atque astra uocat crudelia mater. Est uir doctus pariter ac probus. Est uir doctus simul & integer. Est uir tam doctus, quam bonus. Uir est doctus iuxta ac bonus. Uir est non minus probus, quam literatus. Uir est non inferior literis quam moribus. Uir est ex aequo probus atque doctus. Uir est aequae literatus atque incorruptus. Uir doctus eque ac probus. Uir perinde doctus ac probus. Exquifite doctus est, itidem & facundus. Uir est non minore morum probitate, quam doctrina praeditus. Uir est quemadmodum doctus, ita & integer. Uir est doctusque bonusque, in carmine. Uir simul eruditus, simul integer. Uir est doctusque & integer, in carmine. Uir est haud secius eruditus ac probus. Uir est ut doctus, ita & probus. Uir est doctus, & idem probus. Uir est optimus, id est doctissimus. Uir est pari uel doctrina uel probitate praeditus. Uir est non tantum eruditus, sed & integer. Uir est non modo doctus uerum etiam probus. Uir optimus quoque est, non modo doctissimus. Non tantum ferunt, sed impellunt. Haec sermonis forma peculiaris est Senecae, ut omittatur etiam. Uir est praeter summam eruditionem etiam optimus. Uir praeterquam quod doctus est, etiam optimus. Uir est de quo dubites, doctior ne sit an melior. Uir est in quo cum literis probitas morum ex aequo certet. Uir est qui literas aequarit cum uitae sanctimoniam. Uir est citius eruditioni responderet morum integritas. Uir est qui parem uitae castimoniam cum eruditione copularit. Uir summa quidem doctrina, uerum morum integritate nequaquam inferior sese. Interdum idem pollet uel: Literis tuis maiorem in modum sum delectatus, uel quod essent elegantissimae, uel quod humanitatis plenae. Uir est in literis egregius, neque sui dissimilis in moribus. Uir est clarus imaginibus, neque non illustris egregius in Reipublicis. Officium beneficium cumulasti. Corporis formam animi dotibus aequiparas. Cum

dijs ex pari uiuit. Oratione tua grauer offensus est, partim quod esset incondita, partim quod arrogans. In hoc probitas aequat eruditionem: in hoc fortuna cum probitate facit paria. Ita Seneca. Uir est egregie doctus, atque item probus. Uir est similiter doctus ac facundus. Uir est haud dissimiliter eloquens ac doctus. Uir pari doctrina ac probitate. Uir est perinde facundus ut doctus. Ciues, hostes iuxta metuit, dixit Sallustius, pro eo quod est, ciues aequae atque hostes. Fortunae corporis animique bonis iuxta diues. Ita Sallustius, Plebi patribusque iuxta charus. Idem: Hyemem atque estatem iuxta pati. Plinius: luxta diebus noctibusque tacitus labitur mundus. Idem: In Italiae partibus quibusdam iuxta hyeme & aestate fulgurat. Ad hanc formam pertinent & illa. Plautus: luxta mecum rem tenes, id est, aequae atque ego. Idem in Persa: luxta te cum, si tu nescis, nescio. Sallustius in Catilinario: Quo in loco res sitae sunt, iuxta mecum omnes intelligitis. Huc pertinent & illa minus quidem usitata, sed tamen apud probatissimos auctores reperta. Terent. Quo iure, quaque iniuria me in pistrinum dabit, id est, siue iure, siue iniuria. Cicero ad Atticum: Atque honesta, quam expedita tua consilia, quam euigilata tuis cogitationibus, quam itineris, quam navigationis, quam congressus sermonisque cum Caesare. Idem ad eundem: Quam uide deo te distentissimum esse, quae de Butronis, quae de Bruto. Quae posuit pro tui.

Quae commodius copulenti contraria.

Caput xxxv

Vir est doctrina quidem egregia, uerum moribus illaudatis. Est ille quidem uir bonus, uerum parum eruditus. Uir est ut lingua blandissima, ita ingenij amarulentum. Uir est ut optimis prognatus maioribus, ita pessimis praeditus moribus. Uir est tam deformis animo, quam corpore formosus. Petrus quemadmodum est tacitus conuiuia, ita est loquacissimus susurro. Hic salutaris quidem est comis, sed uirulentus obtrectator. Blandus est uultu, ceterum animo truculento. Ferox est in timidus, at in feroces timidus. Aestate friget, contra hyeme calet. Plautus sic usurpauit, item, Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem factiosum: Me item esse hominem pauperum pauperum. Item, dixit pro contra. Inimicis supplex, in amicos contumeliosus. Hic nullum additur aduerbium. Voluptas parit dolorem, contra dolor uoluptatem.

Quibus modis aequaliter remouemus.

Caput xxxvi

Vir est neque doctus, neque probus. Nec literis, nec moribus probatus. Uir est non indoctus modo, uerum etiam improbus. Uir est ut indoctus, ita & improbus. Non minus improbus, quam illiteratus. Uir est tum indoctus, tum improbus. Aequae indoctus atque improbus. Quintilianus: Nescias praestare uelint minus an possint, id est, tam non possunt praestare, quam nolunt. Pariter & indoctus & improbus. Uir pessimus est, & nihilo doctior. Seneca: Flamma deprimi non potest, non magis quam quietescere. Uir cui nihil sit omnino bonarum literarum, bonorum quoque morum tantumdem. Breuiter huiusmodi ferme rationibus remouemus, quibus tribuimus.

Quibus modis tribuimus inaequaliter.

Caput xxxvii

Vir est cum doctus, tum probus. Iuuenis cum eleganti forma, tum uero moribus optimis. Non pecuniam modo, uerum etiam uitam tibi paratus sum impendere. Uir tam etiam tibi impenderim, non modo pecuniam. Verum haec uerba non solum, & similia, communia sunt tum ad aequalitatem, tum ad inaequalitatem. Non sat erat impulsisse, nisi & proderet. Non sufficiebat spoliasse, nisi & iugularet. Parum erat deformem esse, ni mores forma dignos addidisset. Nihil erat, deformi esse uultu, nisi moribus etiam esset teterrimis. In hac sermonis forma eleganter interdum altera pars subauditur, eaque fere potior. Ut, Chryostomus non ore tantum aureus, subauditur, uerum etiam pectore. Et, Corneliae Gracchorum matris epistola seruatae sunt, non tantum in sexus honorem, subauditur, sed etiam ob admirationem eloquentiae. Vidisti hominem non corpore tantum distortum, subauditur, uerum etiam animo.

Inaequaliter remouemus his modis.

Caput xxxviii

Non modo non intelligit, uerum ne legit quidem. Non solum parum intelligit, sed nec legit. Non tantum nihil intelligit, imo nec legit. Ne legere quidem nouit, ne dum intelligat. Non nouit uel legere, tantum abest ut intelligat. Tantum abest ab intelligendo, ut ne legere quidem norit. A deo non intelligit, ut nec legat. Usque adeo non intelligit, ut ne sciat uel legere. Hic in Graecis literis nihil, quid dicam, intelligere, imo nec legere

gere potest. Hic nihil in bonis literis non dicam intelligit, imo ne legit quidem. Ingeniū quoque senectus detrit, nedum corporis vigor perpetuo duret. Horat. Nedum sermonis fiet honos & gratia uiuax. Nedum noue posuit pro eo quod est, tantum abest ut. Ne pecuniam quidem impenderet amico, nedum uitam. Eam figuram Quintilianus nouauit ad hunc modum. Nec enim de omnibus causis dicere quisquam potest, saltem de praeteritis, ut taceam de futuris: id est, nec de praeteritis, tantum abest ut de futuris.

Quo pacto tribuamus aut remoueamus ordine. Caput XXXIX
VT quisque est gloria dignissimus, ita gloriae est negligentissimus. Vt quisque gloria est maxime dignus, ita gloriae minime est audus. Optima quaeque uita pars quam ocysime praeteruolat. Catullus. Tanto pessimus omnium poeta, quanto tu optimus omnium patronus. Quam uos facillime agitis, tam uos maxime requirit aequa facere.

Per comparatiuum eadem effertur sententia. Caput XL
Quo quisque dignior est qui laudetur, hoc minus laudari gaudet. Quanto quisque fama dignior, tanto minus affectat famam. Quo quisque magis promeretur honorem, eo minus honorem appetit.

Verti possunt:
 Hoc minus ducitur laudis cupidine, quo quisque laude sit dignior. Tanto quisque minus optat pecuniam, quanto minus possidet pecuniae.

Formulae augendi positium. Caput XLI
Positua augentur compositione harum dictionum, per, perquam, pra, perdifficile, perquam difficile, praelongus, praualidus, praepotes. Quod idem contingit in uerbis, peruelim, perquamuelim, percupio. In quibus idem interdum efficit haec praepositio de, deamo, demiror. Eandem uim uidetur obtinere ad, adprobe, adfabre, adprime, adamo. Adiungunt iureconsulti praepositionem in, tanquam idem possentem. Sed errant mea sententia. Quod enim illi legunt, in difficile est, pro ualde difficile, legendum est, in difficili est, pro, difficile est: quemadmodum dicimus, in procliu est, pro eo quod erat, procliu est: & in promptu est, pro, promptum est. In tuto est, in causa est, in uitio est. Augetur positium & citra compositionem quam, sed figurate. Quam tenere amat filium, quam nihil pudet. Vt eandem uim obtinet, Vt gaudet: ut est seuerus: Immane quantum distat, pape, quam is sibi placet, ad hanc rationem pertinent. Praeterea his aduerbis intenditur, oppido quam, sane quae, nimis quae, antigerio, quod priscum est, atque haec, ut dixi, non repudiantur & a uerbis, perquamuelim, percupio, sane quam cupit. Neque diuersam uim habere uidetur na: Na: ego infelix homo sum. Faciunt na: intelligendo, ut nihil intelligant. Item aduerbia illa omnia epitalima significantia. Admodum, ualde, egregie, insigniter, insignite, magnopere, maximopere, sum mopere. In primis, adprime, cum primis, in paucis, pro egregie apud Q. Curtium, tantopere & quantopere figurate. Adeo pro ualde. Fratrem adeo nobilem. Maiorem in modum, mirum in modum, supra modum, praeter modum, singulariter, unice, eximie, impendio, impense, effuse, abunde, affatim, atque alia innumerabilia. Vel, utrunque efficit, auget. Cicero: ut uel perire maluerit. Seneca: uel umbra satis est. Amico non uel teruntium impartiat. Salust. Quibus rebus supra bonum & honestum percussus, id est, magis quam decuit. Plusquam, item magna uim augendi obtinet. Homo plus quam insanus. Senex plus quam delirus. Plus a quo saeuit. Cui finitimum est non tantum, non ut respondeat illi Graeco, *μὲν οὖν ἕξει*, sed ut idem ualeat quod plusquam, uelut, homo non tantum uino temulentus. Vir non tantum imaginibus nobilis, de quo paulo ante meminimus. Terque quaterque beati, Graecanicum est, Latinis tamen usurpatum, in carmine potissimum. Sunt & aliae formae longius petitae. Incredibile dictu quam elegans. Salustius. Immane dictu. Dicit non potest. Seruone cor sequi ne queam. & rara quadam modestia. Praecipuum honorem. Primaria laudem. Incredibili sapientia, haud uulgari doctrina. Et deum immortalem, qua doctrina uirum, id est, egregia. Plus satis animosus. Plus nimio tristis, plus quam par est. Atque id genus alia, non absurde fortassis istis adiungantur. Nam uulgata est illa amplificandi ratio, quoties superlatiuus pro positio ponitur. Plurima pro multis admodum. Maxima pro uehementer magnis. Dicere tibi promptissimum est, Mihi facere facillimum.

De

De uariando positio

Vtimur uulgo comparatiuis pro absolutis, uel ipso Quintiliano autore. Vt si quis dixerit infirmiolem, id est, meticulosum.

Rationes minuendi positium.

Caput XLII

Minuitur e regione positium adpositis praepositionibus. Subtristis, subrusticus, subobscurus, subasper, subinuidus, subinanis, subfuscus. Quod idem accidit in uerbis, supputet, subirascitur, subolet, subridet, subodoratur, subtimet. Minuitur & aduerbis appositis. Non nimis molestum est. Vt cunq; iucundum fuit. Aliquantulum mordax: Quae uerbis etiam adiunguntur. Vt cunq; sapit, paululum delirat. Praeterea deformatione in uoce diminutiua, quae uaria fingitur. Argutulus, acutulus, minutulus, rancidulus, putidulus, diutule, sapicule, ebriolus, sciolus, tenellus, nigellus, integellus, philosophaster Tullius. Comparatiuum positium loco diminit, ut tristior, id est subtristis. Sed ferme in uitium accipitur, addito aduerbio paulo. & uerba in uerbo. Vir integer quidem, sed seuerior, id est, paulo seuerior, quae conuenit. Facundus homo, sed paulo loquacior. His igitur modis uerba fere significamus cum extenuatione. Diminuitur & uerba uocis deflexione, uellico, cantillo, cantito, uolito, dormito, uicito. Parum & non admodum, idem efficiunt. Ne parum multa scire uiderentur. Vir non admodum senex. Non admodum adulescens. Non perinde sapiens ut dicitur, Non satis mihi liquet, Parum mihi liquet, Minus comperum habeo. Idem efficiunt Vix & Semis, Vix uiuus, semiuuius, uix bene graeca, parum bene graeca, cum semiuero comitatu, id est parum uerbi. Ad idem ualent, saltem & at. Cato: Si non eodem die, at postridie. M. Tul. Si non propinquitatis, at aetatis suae, si non hominis, at humanitatis rationem haberet. Si non primus, certe non postremus.

Quibus rationibus augetur Comparatiuum.

Caput XLIII

Comparatiuum peculiariter his aduerbis amplificatur, Longe, multo, nimio. Tum his, multis partibus, in immensum, in infinitum, infinitis partibus. Longe uentiosior, Multo grauior, Nimio seuerior. Horat. Ne doleas plus nimio memor immitis Glycerae. Multis partibus praestantior. In infinitum utilior, infinitis partibus diuina humanis sunt potiora. Tanto & quanto figurate idem efficiunt. Tanto corpore praestantior est animus, id est, multo. Idem efficit, quo & eo, quae subiiciuntur. Est praediuus: quo magis admiror hominis sordes. Eo magis admiror. Pape quanto satius est amicis quam pecunijs abundare.

Quibus modis imminuitur Comparatiuum.

Minuitur aduerbis positium. Paulo uenustior est Gellius quam Macrobius, aliquanto breuior est hic quam ille. Nihil ditior. Ne tantillo quidem melior eris si diues fueris. Minimo fuerit honoratior, si titulus accesserit. Quantulo figurate, pro quam paulo. Pape, quantulo hic homo sapientior est, id est, penes nihil. Minuuntur & deflexione uocis. Grandiusculus, id est, paulo grandior. Meliusculus, Celeriuscule.

Quibus rationibus augemus Superlatiuum.

Caput XLIII

Superlatiuum augetur eisdem aduerbis, quibus comparatiuum, longe, multo. Accedit autem facile. Cicero longe facundissimus, & idem uir multo omnium optimus, eius ciuitatis longe princeps, aut facile princeps, aut primus. Idem efficitur per tanto & quanto figurate posita, ut, deum immortalem quanto Socrates philosophorum omnium optimus: Quam in compositione non nihil addit augmenti. Quam plurimos uidi, ut quam optime res cadat, tibi nihil commodi fuerit. Per hyperbolen augetur hoc modo. Mulier plusquam pessima, & pessima peior. Homo non loquacissimus, sed ipsa loquacitas. Et ipsa loquacitate loquacior. Ipsa uenere uenustior. Nam in Sallustiano illo: Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est: aequalitas est non augmentum. Superlatiuus non recipit diminutionem, nisi forte per quidem, aut similem coniunctionem. Est ille quidem doctissimus, uerum moribus non perfide probatis.

Periphrasis Comparatiui.

Caput XLV

Comparatiuum circuitioe reddimus per aduerbia comparandi magis & minus. Auidior uoluptatum quam pecunia. Magis auidus uoluptatum quam pecunia. Huic finitimum est potius. Voluptatum auidus potius, quam pecunia. Item, Non tam uoluptatum appetens, quam pecunia. Minus auidus pecunia quam uoluptatum. Non perinde literarum admirans, quam pecunia. Breuiter modis illis omnibus quibus diximus inaequalitate significari

Tom. I

c. 2

cari

carī. Obtinēt & uerba quēdam uim comparatiuū, præstat lucrum pudori, id est, potius est lucrum pudore. Cicero Platone facundior. Plato Cicerone doctior. Cicero Platone superat eloquentia. Plato Cicerone antecellit eruditione. Hieronymus Augustinum uincit rerum scientia. Augustinus Hieronymum antecit ingenij subtilitate. Plautus: Pomerores mihi anteuertunt gaudijs. Terent. Quanto herum anteco sapientia. Plautus. Præuerti hoc certū est alijs rebus omnibus, id est, præferre rebus omnib. L. i. u. i. u. s. Conati noui cōsules omnib. eam rem præuerti. Cic. Si uacas animo, neq; habes aliquid quod huic sermōni præuertendū putes. Plautus dixit anteuertire, pro præcellere. Sallust. Homines qui per uirtutem soliti erant nobilitatē anteuertire. Huc pertinent & illa. Antepone, præferre, posthabere, præcellere. Noue dixit Sallust. Inuidia atq; superbia posttere. Idem, Facundia Græcos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse, id est, præcelluisse. Cedere, secundum esse, præcipere laudem, & si qua sunt similia. Nam his ferme modis orationem comparatiuā uariamus. Magis amat pecuniam q̄ famam. Pecunię Socrates amans est magis q̄ famā. Pecuniarū amantior est q̄ famā. Famam pecunię posthabet. Famā pecuniā antepōnit, Minus famā cupiditate ducitur q̄ pecuniā. Impensius amat pecuniam q̄ famā. Huic potior est pecunia q̄ fama. Huic prius est lucrum quam honesta fama. Huic antiquius est laudari q̄ admōneri. Huic uilior est uita q̄ pecunia. Similem uim obtinet, præ. Cicero. Omnium minas atq; omnia pericula præ salute sua leuia duxerunt. Idem, non tu quidem uacuis molestijs, sed præ nobis beatus, id est, nobis beator. Terent. Ludum iocumq; alterum dices illum, præ ut huius rabies quæ dabit. Plautus: Nihil Hercule hoc quidem, præ ut alia dicam. Idem dixit, præ quam, pro, præ ut.

Quibus modis Superlatiuum uariamus.

Caput XLVI.

Superlatiuū uariatur primum aduerbijs quæ apponuntur, uel uerbis uel nominibus positiuis. Amat te maxime. Amantissimus est tui. Effusissime te diligit. Vir indolisissimus, uir minime doctus. Minime multos, id est, q̄ paucissimos. Variatur & per comparatiuū, idq; affirmatiue, sed inusitatius, Negatiue frequētius. Cicero reliquis omnibus eloquentior. Cicero quo non alius eloquentior. Quo non præstantior alter, id est, omnium præstantissimus. Nihil minus amat quam assentationē. Nulla re minus capitur quam gloria. Nihil hunc æquē delectat atq; Musica. Nihil prius habet, quam adesse conuiuijs. Nihil pulchrius ducit, quam diuitem uocari. Nihil minus faciam, nihil minus sentiebam, quam quod tu suspicabare. Homo quiduis potius quam doctus. Efficiā, ut intellegas omnia mihi defuisse potius, quam fidem ac diligētiam. Omnia potius quam illud agnoscer. Quiduis potius quam uanitatē fatebitur. Nullo inferior, id est, summus. Nullo non inferior, id est, omnium infimus. Nemine non deformior, id est, omnium deformissimus. Per uerba nonnunquam idem efficitur. Cicero superat omnes dicendi copia. Vincit omnes candore. Nemini cedit candore. In dicendo principatum obtinet. Primas tenet. Arcem tenet. Adde huc & illa. Vir præter ceteros spectata fidei. Præter omnes te diligit. Supra cunctos tuæ gloriæ fauet. Ante omnia rei studendum. Vnicus & solus, primus, & similia natura superlatiuam significationē habent; ut & singularis. Vnicete amat. Solus est homo homini amicus, singulari beneuolentiā te prosequitur. Primam laudem obtinet. Tullius eloquentiæ princeps. penulatorum Alpha dixit Martialis. Eodem pertinent. Tam facundus, ut cum hoc nemo sit conferendus. Tam eruditus, ut ei nemo sit æquandus. Tam prudens ut parem non inuenias. Horat. Sic ut mihi nunquam in uita fuerit melius. Adeo placet, ut magis non possit. Item & illa. Quis hoc uno facundior. Quid inuenias pecunia uilior. An quicquam est patria dulcius. Erras si credis mihi quicquam esse uno te charius. Sunt & illę orationes annotandæ. Officiū tuum tam mihi gratum fuit quam quæ gratissima. Tam te amo, quam qui maxime. Terētius. Amabat ut quū maxime tum Pamphilus. Cic. Domus celebratur ita ut quum maxime. Rursum hæ quoq; Hoc crede mihi, si quid unquam es crediturus. Homo doctus, si quis quā est omnino doctus. Homo uorax, ut si quis alius. Homo quantū alius nemo doctus. Nullus æque pernouit hominis ingenium atq; ego. Haud alium reperies, perinde tui fidiōsum. Neminem adæq; timet atq; te. Si alias unquā, nunc summa uigilantiā utendum est, id est, nūc maxime. Si quando alias amicum præstitisti, nunc ostende quā me facis. Quantum potest, quoad fieri potest, & consimilia, superlatiuū uim uidentur obtinere. Tu quantum

quantum potes abi, id est, quam ocysissime. Enitar quoad potero, id est, quam maxime. Haud ab re fuerit huc annuere denominationes, & comparationes illas per Hyperbolen sumptas. Ut si quis hominem crudelissimum, Atreum appellat. Eloquentissimū, alterum Ciceronem. Seuerissimum, tertium Catonem. Tum per comparationem. Hic est niue candidior, Scythia barbarior, Graculo loquacior, aut turture. Verum huius generis aliquot exempla commemorare non inutile fuerit. Sumuntur autem uarijs modis. Vel à re quapiam eximita, ut niue candidior. Pice nigrior. Vel à nomine abstractio quod uocant, cæcitate cæcior. Vel ab animatē insigni, ut talpa cæcior, Caprea oculatior. Vel à personā insigni, ut Phalaride crudelior. Tum adhibetur per simplicem denominationem. Ut si rem uehementer suauem, mel aut nectar appelles. Rem uehementer acerbā, fel. Hominem supra modum senem, senium ipsum. Vehementer scelestum, scelus. Odiosum, odium. Gariōnem, cenem. Lurconem, barathrum. Contaminiatum, labem. Contemptum, quisquiliās. Impurum, sterquilinum. Perniciosum, pestem. Tenebriōnem, tenebras. Inquinatum, lutum. Infamem, propudium. Portentosum, portentum. Dedeorosum, dedecus. Molestum, ulcus. Vitiosum, sentinam. Odiosum, odium hominis. Brutum, pecudem. Virulentum, uiperam. Vehementer cæcū, talpam. Vehementer rapacem, lupum. Impendio deformem, Theristem.

Eadem hæc nomina per comparationem efferri possunt.

Melle dulcior, Niue candidior, Oleo tranquillior, Auro purior, Stipite tardior, Silice durior, Littore sordior, Iracundior Adria, Harenis sitientior, Vitro fragilior, Cothurno instabilior, Core durior, Buxo pallidior, Alga uilior, Glacie frigidior, Beta magis insipidus, Spina distortior. Pluma leuior, Veto instabilior, Barathro capacior, Charibde uiracior, Corcoro uilior, Subere leuior, Floralibus licentiosior, Magnete illicitibilior, Cornu siccior, Dolio pertuso incontinentior, Cribro infidelior, Fonte purior, Oculis charior, Pice nigrior, Pluma mollior, Auricula infima mollior, Plumbo stupidior, Caudice stolidior, Cortice leuior, Aequore sordior, Spongia bibacior, Aere Dodonæo loquacior, Pila uolubilior, Alno procerior, Sole clarior, Sardois herbis amarior, Rulco horridior, Aetna aestuatiō, Trutina iustior, Ampulla inanior, Ramento leuior, Morte odiosior, Rubo arido præfractior, Clemate ægyptia nigrior, Crambe recocta molestior, Clauo purior, Pistillo retusius ingenium, Pumice aridior, Vuis passis aridior, Læterna magis pellucidus, Euripo inquietior aut inconstantior, Luce magis dilecta.

Item per hyperbolen eadem uoce iterata.

Ipsa cæcitate cæcior, Ipsa fame esuriētior, Voracitate uoracior, Ipsa morositate morosior, Deformitate deformior, Confidentia confidentior, Ipsa stultior stultitia, Ipsa nequitia nequior, Ipsa siti siticulosior, Quouis peste pestilentior, Ipsa loquacitate loquacior, Quouis monstro monstrosior, Senio senilior ipso, Calamitate calamitosior.

His similitima sunt illa.

Venerē formosior, Mercurio facundior, Fortuna ipsa fortunatior, Vertumno inconstantior, Empusa magis uariis, Ipso Momo mordacior, Minerva doctior, Pluto ditior, Furia furiosior, Marte bellacior seu pugnacior, Salute ipsa salubrior, Ipso infortunio infortunatior, Proteo mutabilior; Iphis gratijs humanior, Priapo salacior, Euterpe concinnior, Penia pauperior, Harpyia rapacior.

His proxima sunt nomina personarum, quæ petuntur e Tragedijs, aut Comædijs, aut fabulis alijs.

Gnathone adulantior, Phormione confidētor, Euclyone tenacior, Demea asperior, Parasito edacior, Atreo crudelior, Alace insanior, Theriste deformior, Orpheo uocallior, Cyclope immanior, Penelope castior, Tithone uiuacior, Achille animosior, Niobe fecundior, Tiresia cæcior, Sphingē inuolutior, Dædalo ingeniosior, Gigāibus elatior, Excetra pertinacior, Thirafote gloriosior, Geta uersutior, Thaidē blandior, Mitio nelentior, Tantalō sitientior, Horestē insanior, Vlyssē dolosior, Nestore uiuacior, Glauco stupidior, Iro pauperior, Nireō formosior, Diana intactior, Eristonē esuriētior, Stenore clamosior, Buryride illaudatior, Labyrinthō intricatior, Icaro audacior, Gryllo stultior, Nestore facundior.

His confinia sunt quae sumuntur ex historijs, ut

Phalaride crudelior, Polycrate fortunator, Sardanapalo nequior, Phocione iustior, Croeso ditior, Crasso locupletior, Aesopo luxuriosior, Fabio cunctantior, Milone fortior, Lynceo perspicacior, Demosthene facundior, Hannibale uafrior, Aristarcho doctior, Timotheo felicior, Timone inhumanior, Numa religiosior, Aristide incorruptior, Catone praefractor, Codro pauperior, Herostrato ambitiosior, Socrate sanctior, Chrylippo acutior, Thracalo uocalior, Curione obliuiosior, Heraclito obscurior.

Huc pertinent & illa quae sumuntur à gentibus.

Poenno perfidior, Scythotauris inhospitalior, Parthis fugacior, Thracibus bibacior, Care uilior, Sybarita fastuosior, Arabis ditior, Arcade stolidior, Asoto luxuriosior, Scythia asperior, Cretenfemendacior, Graeco uanior seu leuior, Theffalo perfidior, Leoninis luxuriosior, Milesijs effeminatior, Pygmeo breuior, Cretenfem uanior.

Addantur his quae sumuntur ab animantibus.

Muliere loquacior, Hirco libidinosior, Coruo uiuacior, Graculo loquacior, Dipfide nocentior, Echino asperior, Lepore timidior, Delphino lasciuior, Scropho fecundior alba, Albo coruo rarior, Scorpio improbior, Testudine tardior, Glire famulosior, Asello tardior, Dama timidior, Hirudine bibacior, Equo indomito ferocior, Tipula leuior, Cane adulantior, Ceruo demissis auribus surdior, Coccyce impotior, Passere salacior, Ceruo uiuacior, Cornice uiuacior, Luscinia uocalior, Vulpe fraudulentior, Anguilla lubricus magis, Pisce sanior, Phoenice rarior, Nigro cygno rarior, Vulture edacior, Iaculis inexpectior aut pestilentior, Cochlea contractior, Sue indoctior, Hydra immitior, Tauro robustior, Cane rixosior, Virso hispidior, Simia lasciuior, Fele rapacior, Laro stultior, Scarabeo improbior.

Idem pollent quae sumuntur ab officijs, ut

Carnifice immanior, Cinædo effeminatior, Athleta robustior, Areopagita tristior, Hæredipetis adulantior, Fossore durior, Lenone periturus magis, Milite gloriosior, Rege magnificentior, Monacho imperitior, Tyranno uiolentior.

Andem uim obtinent uoces denominatiuæ ab his deformatae. Ut mellitum, pro uehementer iucundo. Niuæ mores, pro uehementer puris. Aureum seculum, pro magnopere felici, laudatoq; Plumbeum, saxum, pro duro. Ferreus scriptor, Blieteus, Betaceus, pro fatuo. Ficulnum, pro molli. Adamantinum, pro duro, ac laborum, egregie tolerant. Vitreum pro fragili. Vultureus uenter, Vulpinum ingenium, Leonina ferocia. Thrafontica iactantia. Demeana asperitas. Stentorea uox. Ciceroniana facundia. Cuius generis plura sunt, quam ut numerum eorum persequi laboremus. Illa porro longius quidem perita uidentur, sed tamen hunc ad locum pertinent. Quam curat numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. Non pluris illius conuitia facio, quam culicem elephantus Indicus. Pili non facio. Nauæ non facio, Flocci non facio. Sed hæc alio loco.

Communis omnium graduum uariatio.

Caput XLVII

Omnès gradus circuitiōne uariamus. Vir magnopere doctus. Vir magna doctrina præditus. Magis doctus. Maiore doctrina præditus. Doctissimus, maxima doctrina præditus. Et res cum magna, cum maiore, cum summa turpitudine coniuncta est. Quae uocantur *ioduayia* signorum, id est, æquipollentia, non mediocriter ad orationis copiam faciunt. Quare primum uocum ipsarum inter ipsas discrimina paucis ostendemus. Totus ad partes refertur magis, quam ad formas. Si mors totum hominem absumeret, merito tantopere formidaretur. Totum hunc mensum, totam hanc noctem sine fruge transegi. Cunctus ad singula, quæ ratio nominis complectitur, collectim refertur, quasi dictum sit à coniunctis. Cunctos Romanos, cunctos mortales. Vniuersi omnes simul collectos significat. Aut nullam, aut uniuersam pecuniam uult, id est, omnem, simul. Terentius. Id illa nunc abripit uniuersum. Singuli huc diuersam habent rationem, nam omnes quidem ita significat, ut unusquisque singillatim per se intelligantur. In singulas naues singuli milites accensebantur. Omnis, quasi generale est, ad omnia. Siquidem omne corpus pro toto dicimus. Et omnem populum pro toto populo lo-

lo. Et omnem diem pro singulo die. Horatius. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Omnes pro cunctos, & omne pro uniuersum. Terentius. At ut omne reddat. Tamen hic pro toto positum uideri possit. Quisque addit rei cuiuspiam in singulas partes distributionem. Ut sua cuiq; sententia. Natura animantium sua cuiq; dedit arma. Suas cuiq; dotes largitus est deus. Unusquisque nihil à quisq; differre uidetur, nisi quod & pro singulo ponitur. Vnumquenque sua cupiditas ducit. Nunc unumquodq; crimen cuiusmodi sit excusamus. Nihil autem prohibet & singuli per distributionem huiusmodi accipi. Singulis nauibus singulos duces præfecit. Quisquis non absoluit orationem. Quicumq; modo perficit, modo non perficit. Quisquis grauabitur sementem facere, is non metet. Quicumque recusabit laborem, non feret fructum. Aliquoties absoluit propemodum, cum significat ignorantiam. Ut quisquis fuit ille deorum. Quisquis es armatus qui nostra ad limina tendis. In obliquis nonnunquam unico uerbo contentum est utrunq;. Rem facias quocumque modo. Hominem quoquo modo absoluas, pro quouis modo. Quilibet & quiuus citra discrimen unum quodlibet significant. Horatius. Qualibet in quemuis obprobria dicere sauus. Resoluuntur autem per coniunctionem, uel, cum omnis & reliqua ferme per copulatiuam exponantur. Quemuis arbitrum cedo, id est, uel illum, uel illum mea nihil refert. Qualibet hirsutitas fronde te gente comas. quod Græci dicunt *ρυχίη*, quali non delectum, sed fortuitum, & casu oblatum. Unusquilibet consimilem obtinet rationem. Significat enim unum aliquem e multis quicumque sit ille. Deligas tibi autorem unumquemlibet. Et unus quiuus ab hoc nihil differt. Hæc autem, quilibet, quiuus, unusquilibet, unusquiuus non nisi unicum uerbum admittunt. Semper enim absolutam reddunt orationem. Quantuscumque, qualiscumque, quantusquantus, qualisqualis, eandem obtinent rationem cum quicumque & quisquis. Aduerbia item, ut ut, utcumq;, ubi ubi, ubicumque, quoquo quocumq;. Breuiter composita semper sequuntur naturam particulæ appositæ. Undeuis, undeislibet, undeisq;. Quorum duo prima absolunt orationem, postremum commune est. Quocumque, quoquo, communia sunt. Quolibet & quouis non sunt. Quoquo uersum & quaquo uersum communia sunt. Vbiuis & ubilibet absolunt orationem. Vbicumq; commune est. Vbiubi non est, uti nec utut, non enim absolunt constructionem. Vter quod, ad duo pertinet, cum isdem compositum, idem accipit discrimen. Vtercumq;, anceps est, uteruis absoluit, uterlibet itidem, utroque anceps, utrouis, utrolibet absolunt. Vterq; copulatiue significat, ut & illa, Vtroq;, utrinque, utroq; uersum. Aliquis indefinite significat unumquempiam. Quid si hoc aliquis uoluit deus? Quis idem pollet, sed his ferme dictionibus præcedentibus, Si, Ne, Num, Ec, Vbi. Si quid extiterit noui. Ne quid temere faxis. Num quem tuorum offendi? Ecquid tui terigi? Vbi quis te læserit. Vbi pro alicubi. Vnde pro alicunde usurpatur, duntaxat in compositione, ut Si cubi, necubi, nuncubi, sicunde, necunde. Quidam definite accipiunt. Quendam uolo uisere. Nisi cum habet aut contemptum, aut translationem. Ut Isidorum quendam mihi citabat. Perinde quasi dicas, Isidorum nescio quem. Lachrymas emisit, quendam animi sanguinem, id est, ueluti sanguinem. Seditio morbus est quidam ciuitatis. Quispiam anceps est ad usum quidam, & item ad usum aliquis, tamen refragatur Valla. Sed complurium autoritas Vallæ reclamatione mittit ad me tuorum quempiam. Est domi tuæ quispiam, cum quo iure debeam expostulare. Quisquam & Vllus inter se conueniunt. Si quidem præterquam quod habent plusculum uehementia, quam superiora, illud quoque peculiare obtinent, quod gaudent uel negatione, uel signo, si, uel ne, prohibentis, uel interrogatione, ut Haud ullus mortalium ista possit præstare. Haud possit mortalium quisquam ista præstare. Si quisquam est qui sapientiam cum eloquentia coniungit, certe Tullius is est. Vide ne quisquam hinc aufugiat. Caue ne quoquam oculos, quos à meis dimoucas. An est quisquam qui suam amicam se præsentet? Num quisquam est mortalium tam patiens? Similis est ratio aduerbiorum, Vsq; uel Vspiam, quantum ad signa pertinent.

De Propositione generali.

Caput XLVIII

His iactis, ceu fundamentis, ad *ioduayias*, id est, æquipollentias progrediamur. Propositionem generalem, uel uti uocant uniuersalem, uarijs modis efficitur. Primum proprijs

proprijs ac peculiaribus signis. Omnes amicos alienauit. Deinde per negationem. Ne-
minem nō alienauit. Deinde per interrogationem. Quem non amicum alienauit? Ver-
gil. Quas gentes Italum, aut quas non oraueris urbes: Nulli non maledicis. Duplex ge-
nerale signum non liceat eodem modo uertere. Cicero. Cum omnibus omnia minaba-
tur. Omnibus omnia inuidet. Neque enim recte, nihil non inuidet alicui. Omnibus male-
dicis. Quis est cui non maledicās? Omnia dixit. Quid non dixit? Vt autē interrogatio
addita negatione, generaliter affirmat, ita citra negationem generaliter remouet. Quid
possit dici stultius: id est, nihil dici possit stultius. Deinde per signa infinita. Haud peper-
cit cuiquā. Nō est ullum ueritus. Haud ullū ueritus. Haud ullū est facinus reliquū, quod
non peregerit. Non excepit aliquem, neminem excepit. Idem efficitur per quantum &
quicquid, & si quod aliud. Quantum est hominum uenustiorum, id est, omnes uenustio-
res. Quicquid erat copiarum, eō traduxit, id est, omnes copias. Et si quid erat copiarum
amissit, id est, omnes copias. Si quid aliās sibi bonae famae compararat, id nunc perdidit.
Redditur generalitas eui prouerbiali figura, ut cum dicimus. Miscebis sacra prophā-
nis, id est, omnia. Item, Iuuenesq; senesq; id est, omnes. Neque magnum, neq; paruum,
id est, nihil. Est & infinita propositio. Per fas, nefasq; id est, quocumq; modo: quo iure,
quāue iniuria. Idem efficit ad unum. Vergil. Si non exosus adunum Troianos, id est,
omnes Troianos.

De Propositione non generali.

Caput XLIX

Non nihil est uel aspicere, id est, aliquid est. Nonnulli pluris faciunt pecuniā quam
fidem. Nō nemo pro aliquis. M. Tullius. Non nemo etiam in illo sacrario Reip-
in ipsa inquam curia non nemo hostis est. Idem: Quum esset non nemo in senatu, qui di-
ceret non oportere. Inest & infantibus non nihil ingenij. Non omnem pecuniā absum-
psit, id est, est quam non absumperit. Qui legat argentum factum, non omne legat argem-
tum. Omittitur interdum signum, manente sententia. Sunt qui pecuniam anteponant fa-
mae, id est, sunt aliqui. Horatius. Est ubi peccet, id est, alicubi peccat. Est qui plures agros
occupet, id est, aliquis. Vbi nonnunquam subauditur quiddam. Est in quo mihi possis
magnopere gratificari, id est, quiddam. Negatio iterata nonnunquam necessitatem si-
gnificat, non affirmationem simplicem. Vt non possum non ridere. Non possum non
mirari. Non potest non uolui coelum. Non potest non stare terra. Non potest nō uerum
dicere ueritas. Id accidit duntaxat in hoc uerbo possum.

Elegantia signorum.

Caput L

Illud igitur obseruandum, ne signorum differentias in uariandis propositionib; con-
fundamus, id quod fere faciunt hi, qui uulgo dialecticam profitentur. Non erit tibi
res cum quoquam, id est, cum nemine tibi res erit. Non erit tibi res cum quolibet homi-
ne, id est, erit cum homine singulari ac praesenti. Altera est negatiua, altera affirmatiua,
& longe diuersam habent uim. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum, id est,
non contingit nisi praecipuis. Non contingit ulli. Vides quanto aliud pollet. Non amat
quemquam e ministris. Non amat aliquem, id est, neminem. Non satis amat quemdam,
unum significat quem oderit. Non satis tibi fauet quidam. Hoc sensu quidam usurpant
certos. Per certos homines hoc foedus diremptum est. Iustus est ad certum diem adesse.
Non tibi fauet quisquam, tota ratione disident. Nō recuso quenquā, recte dicitur. Non
recuso quemlibet, perperam, nisi in diuersa sententia. Non excludit omnes, id est, quos-
dam non excludit. Non excludit quoslibet, significat delectu quodam alios exclusos fu-
isse, alios admissos. Omnia folia huic arbore decident, uere dicitur. Vniuersa decident,
falso. Singulos salutauit. Non salutauit quemlibet. Lupae unumquemlibet admittit, id
est, citra delectum quoscumq;. Vide ne cui dicas, id est, nemini dixeris: Vide ne dicas
cuiquam. Vide ne cuiquam dixeris. Vide ne dixeris alicui. Vide ne mortalium ulli di-
xeris. Haecenus idem pollent. Vide ne cuiuis, aut ne cuiuslibet dixeris, id est, uide cui
dicas, & uide ne temere apud hominem quemcumq; effutias. Omnes sibi malunt esse re-
cte, q̄ alijs. Sibi quisq; uult esse recte potius quam alijs. Idem pollent. Nemo non malit
sibi recte esse q̄ alijs. Singuli sibi malunt esse bene q̄ alijs. Haecenus idem pollent. Vni-
uersi sibi malunt esse recte q̄ alijs, inepte diceretur, propterea quod uniuersi peculiarem
uim habeat. Toti respondet aliquantum, quod aliquam partem significat. Semper res
spondet

spondet aliquandiu, id est, aliquanto tempore. Vt superius admonuimus, omnis red-
dit per quantum, itidem totus redditur per quantum, & quam longus. Homo quantus
erat, humi prostratus est, id est, totus. Vergilius. Nunc hyemem inter se luxu quam lon-
ga fouere, id est, totam hyemem.

Vterq;

Neuter

Vterq; utriq; est cordi, mutua est affirmatio. Vterq; alteri est odio, mutua item, id est,
mutuo sese amant, mutuo sese oderūt. Neuter alteri fidit, mutua diffidentia significat.
Neuter neutri non perinde diceretur. Id genus orationem tot ferme modis uariamus.
Vterq; alterum odit. Vterq; utrunque odit. Alter alterum odit. Oderunt alter alterum.
Mutuum oderunt. Oderunt se mutuo. Oderunt inuicem. Oderunt inter sese. Mutuum
inter ipsos est odium. Neuter alterum amat. Alter alterum uicissim odit.

Semper

Semper generalitatem habet temporis. Cui contrariū Nunquam. Huic subiectū est
aliquando. Semper litigas. Nunquā non litigas. Quando non litigas: Nunquando non
litigas. An est quando non litigas?

Sape

Sape respondet, aliquoties infinito. Multis aliquot. Magno aliquantus. Sape oppo-
nitur raro. Neq; raro admonui, id est, admonui frequēter. Haud saepe me uisit. Plerumq;
ferme, fere, nonnunquam & ipsa generalitatis quiddam obtinent. Ita ferme ingenū est
hominum. Eo ingenio pleriq; sumus. Fere fit, ut diuites habeantur in pretio, id est, fere fit
apud omnes. Temere in oratione negatiua similem uim habet. Haud temere peruenit
ad frugem, id est, fere nunquam, aut uix unquam.

De uarietate negationis.

Caput LI

Interdum unica negatio idem efficit quod duae. Neminē audit, ne parentē quidē au-
dit. Non audit uel parētem. Nemo parem referre gratiā parenti potest, ne malo qui-
dem. Nec malo parenti quisquam parem referre gratiā potest. Non potest par gratiā
rependi patri, uel malo. Non reliquit ille nec ruinam, Ne ruinam quidem reliquit.

De tribus

Tribus interdū negationibus nihilo plus efficitur, quam una aut duabus. Nō ueretur
neq; deos neq; homines. Neq; deos neq; homines ueretur. Non ueretur aut deos aut ho-
mines. Non metuit homines uel deos, in carmine. Conduplicare negationem asseuer-
randi gratia, Latinis etiam receptum est, si modo non iteretur sola. Non faciam, non in-
quam. Graeci solam iterāt, interdum etiam citra asseuerationem, *οὐ μὴ τινα ἔτι*. Est autē hi
Atticis familiare plures negationes pro una cōgerere. Manētib; iisdem signis, tamen
interdū uariatur propositio, & mutatis, manet eadem mutato uerbo, ut, omnes admit-
tit: Omnes reijcit. Neminē non reijcit. Neminē admittit. Omnib; displicet. Neminī pla-
cet. Nulli nō displicet. Nulli placet. Hic animaduertendū quae uerba eū quibus pugnet.

Synonyma negandi.

His ferme uocibus remouemus. Non, haud, nec, neq; haudquaquam, neutiquā, mi-
nime, minus, parum, absit, di; prohibeāt, bona uerba, quiduis potius, omnia citius, & si-
milia. Inter quae haud & haudquaquam plusculum habent uehementiae, q̄ non. Neuti-
quam asseuerationē habet peculiarem. Minime plus quiddam significat, quam negatio-
nem. Homo minime malus, id est, quiduis potius quam malus. Parum modestius remo-
uet. Parum eruditus, ne parum multa scire uiderentur, id est, ne pauca, siue nō satis. Mi-
nus diuersam habet naturam. Interdum comparat duntaxat. Vtrunq; diligit, famam &
pecuniam, sed illam minus quam hanc. Interdum negat duntaxat. Homo minus mihi no-
tus, id est, parum notus. Nam cum ea uoce minus conuenit, id est, non conuenit. Inter-
dum pariter utrunq; facit. Quintilianus cap. de Narratione. Cum interim, quod tāquam
facile contemnunt, nescias, praestare uelint minus, an possint. Terent. in Ecyra. Non ti-
bi illud factum minus placet quam mihi Laches. neq; hic placet pro displicet positum, ut
exponunt grammatici. Quis enim sanus id faciat? Sed minus perinde ualet ac si dicas.
Non amat me Dionysius & minus te, id est, me magis odit quam te. Subaudiendum est
enim factum utriq; non placere. Atq; ita minus simul negat & comparat.

Connectendi formulae.

Caput LII

Verum de his accuratius disquirere, magis ad dialecticos pertinere uidetur. Caste-
rum

rum ad huius operis rationem satis arbitramur utcumq; paucis attingisse. Nunc ad reliquas formulas aliquot accingamur, ac primum connectendi. Videmus enim in medio critere etiam eruditae eam uirtutem desiderari, ut apte cōtinneq; orationis membra, atq; articulos, ceu neruis quibusdam committant. Sed quibus anulis minutiores orationis particulae sint committendae, id propè fuerit infinitum explicare. Maiores his fermè modis connectuntur. Praeterea. Deinde, quod saepius apud M. Tullium reperitur: pro deinde Seneca usurpat, subinde, sed cum significatione celeritatis, hoc est pro mox. Idem facit Suetonius. Praecipuum est stercus columbarum, proximum caprarum, ab hoc ouium, deinde bouum. In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum: mox usurpat Plinius aliquot locis, pro deinde. Item in quo principatū tenuit Boeotia, deinde Sicilia, mox Africa. Primo loco, secundo aut tertio loco proximum ab hoc. Porro, porro autem. Quod nouo iam quasiq; maioris sermonis initio conuenit, annotatore Donato. Caterum, quo licebit uti, quoties ad diuersa digreditur oratio. Tum pro praeterea. Ad hoc. Ad haec, quod apud Gracos *πρὸς τὸν*. Cum hoc, simile habet usum. Super haec, pro eo quod est praeter haec, locis aliquot usurpauit Suetonius. Super ingenuorum paedagogia, & super innumeram turbam. Adde his, Accedit his. Accedit ad haec. Huc accedit. Huc pertinet. Eodem pertinet. Huic confine est illud. His finitimum est. Ad haec formam pertinet. Ad hunc ordinem referendum est. Huic proximum est. Illud haudquamquam praetereundum silentio. Sed opera precium est illud audire. Iam aliquoties eandem uim habet, uox Quintiliano praecipue familiaris. Deinde cum progressu incandescent oratio. Iam uero, Age uero. Quid quod. & consimilia. Iam uero quid referam? Age uero ad bellum in Africa gestum ueniamus. Quid quod suos etiā incelsit. Quin, quin etiam, insuper, ad hoc pertinent genus. Interim & per occupationē connectemus, ut ne dicā interim, ut omittam domesticas huius fordes. Nam illud quid attinet commemorare? Nam haec alia. Sed illud suo loco dicitur. Interim per dubitationē, ut illud, Eloquar an sileam. Nunc idē ualet. nūc ad id quod secundo loco dicuros nos sumus polliciti.

Transitionum uariae formulae.

Caput LIII

Transitionibus uarie connectitur oratio. Si quidem aliquando sumuntur ab aequali. Vt. Erāt haec iucundissima, neq; minus uoluptatis attulerunt illa. Interdum ab inaequali. Sed haec utcumq; ignoscenda, illud quis ferat? Audistis grauisima, sed audietis grauiora. A simili, ut haec perfidia designauit, cuius generis sunt & illa, quae nuper Romae patrasse dicitur. A contrario, ut, sed haec priuatim, nunc quae publice. Haec tunc quae domi gessit, nunc quae sub signis. Sed haec iuuenis peccauit, nunc senis uirtutes audietis. A diuerso. De moribus habes, nunc de doctrina reliquum est ut dicamus. Quasi per occupationem. Iam ad reliqua properabimus, sed si prius illud unum adiecerimus, per reprehensionem. Verum de his plus satis. Quorsum nos transuersos abripuit dolor? Ad rem redeamus. Quid his immoror? Ad id quod est huius causae caput, festinet oratio. A consequentibus siue relatiuis. Habes quid in illum contulerim beneficiorum, nunc quam gratiam mihi retulerit audi. Quid pollicitus sit expositum est, nunc quid ille praestiterit paucis accipite.

A re & persona.

Caput LIII

Generalis uariandi formula est a re, & a persona, ut, Nihil opus meis monitis. Nihil opus me monitore, Te suatore, tuo suasu. Te impulsore, tuo impulsu. Te instigante, tuo instigatu. Te hortatore, tuo hortatu. Te auspice, tuis auspicijs. Te duce, tuo ducatu. Te consule, in tuo consulatu. Te doctore profecto, tua doctrina profecto. Patrem consulem non desinit iactare, patris consulatū sine sine iactat. Gloriatu formosa uxor, de uxoris forma gloria. De te incolumi superis habeo gratia. De tua incolumitate gratior superis. Discruciat animum uxor impudica. Discruciat animum uxoris impudicitia.

Ex more.

Caput LV

EX more, Tranquillus dixit, de more. Maro. Pro more. Patrio more, citra praepositionem. More hominum facit. Non insolens istud facis, pro uetere consuetudine. Solens meo more fecero. Nihil praeter solitum. Hoc apud Scythas solenne est, Ita Suetonius. Mos est, uel moris est. Visu publico receptum est.

Subornandi.

Caput LVI

Subornauit accusatorem. Submisit e consularibus uiris, qui in tuo genere orationis parentarent.

parent. Supponi puerum. Subdere oua in nidum alienum. Submisisti, Suppositum partus. Subditum partus. Terentius. Ne credas a me allegatum hunc senem, pro subornatum. Cicero. Allegarem ad te illos a quibus intelligo me praecipue diligi. Quintil. Et ad eos allegandum est, id est, subornandi sunt, qui persuadeant. Ita serui allegant precatore. Hinc allegationes dicuntur subornationes. Translatum est hoc ad citantes auctorum testimonio, qui ueluti subornantur, quum nobis diffiditur.

Renouandi.

Caput LVII

Vetus Atheniensium exemplum renouemus. Pristinum morem reuocemus. Gratias egit, quod pristinum morem retulisset. Redeamus ad intermissa studia. Studium intermissum repetamus. Bellum redintegratum. Diuum instauramus honores. Templum instar prioris quod conflagrarat excitauit. Libertatem amissam restituit. Odium uetus eo dicitur recruduit. Recanduit ira. Refricuit illi ueteris iniuriae memoria. Horatius. Cras ingens iterabimus aequor. Iteranti noxam non est ignoscendum.

Finalis formulae.

Caput LVIII

Tu uigilas uti ditescas. Ego laboro quo doctus euadam. Obiurgo te quo reddam meliorem. Ut melior euadas, ob id obiurgo te. In hoc reperta Musica, ut animos delectet. Ad id adhibenda litterae, ut nos reddant melius moratos. Cui rei paras opes? Demulcendis animis excogitatus est usus uini. Huc repertae sunt disciplinae. Hunc literis genui, hunc negotiationi destinavi filium. Quo mihi diuitias? Quorsum opus est numeris? Quo spectas? Quo tendis? Quem scopum tibi proponis? Huc pertinent orationes illae omnes, quas de supino priore posuimus. Spectatum ueniunt &c.

Causales formulae.

Caput LIX

Non dico quo quenquam habeam chariorem. Non dico quod parum tua mihi placeant. Ob id te saepius reprehedo, quod impensius amo. Quonia impensius te diligo, ob id te saepius admoneo. Ideo nulli places, quia tibi nimium places. Quando tu me negligis, tui quoque curam abijciam. Age reuocentur copia, quando quidem ita tibi uideretur. Horat. Jubeas miserum esse libenter, quatenus id facit. Ad eundem modum locutus est Plinius in Epist. Maneat puella postea quam sponso iucunda est. Postea quam mihi non credis, alios in consilium adhibe. Verg. Quando haec te cura remordet. Neminem ex animo amat, in causa est pecunia studium. Pertinent & illa ad formulam *ἀντιπροσέτιον*. Amo Socratem, utpote uirum integerrimum. Odi Dionysium, quippe Tyrannum. Amplexor Petrum, ut optime de me meruit. Demiror te qui fide habeas Afro. Erras qui credas alios tua diligentius curaturos quam te ipsum. Stultus es qui id speres. Impudens qui id postules. Delector Augustino, uiro nimirum festiuissimo. Delector Augustino, ut qui uir sit moribus festiuissimis. Amo Nicolaum tanquam hominem mei amantissimum. Contemne pecuniam, quid enim ad bonam mentem confert? Amanus est tibi Cicero, siquidem te diligit effusissime. Semper in manibus habendus Tullius, nam hoc uno autore latine discas. Vnus Cicero uere Latinum potest reddere, proinde pueris hic semper in sinu gestandus. Optimus dicendi magister Terentius, quare semper est euoluendus. Quo mihi rectius esse uidetur, & eo magis, & hoc libentius id negotij suscepimus. Non habes quam ob rem mihi succenseas. Non est cur mihi succenseas. Horat. Non est quod multa loquamur. Cic. In uiam quod te des hoc tempore nihil est. Succenset, eaque gratia nos non uisit. Luget atque ob id uocatus ad coenam excusauit. Potest nonnumquam omitti signum. Parricidam non amo, id est, quod parens est, hoc nomine amo, quod parricida, hac de causa non amo. Pontifici debeo honorem, Alexandro non debeo.

Quod adiuuat.

Caput LX

Eidibus accipitur, quum speciem generi subijcit. Gaudeo genus est: Quod me amas species gaudij. Potest aliquis multis uarijsq; de causis gaudere, sperare, dolere. Genus autem & speciem dico grammaticorum more non dialecticorum. Quod meae nugae non omnino displicent doctis gaudeo. Gaudeo meas nugae non omnino displicere doctis. Quod res tibi feliciter euenit, laetor. Laetor rem feliciter euenisse. Quod uxorem duxeras nondum audieram. Vxorem duxisse te nondum audieram. Quod puellam repudiaris, demiror. Demiror te repudiasse puellam. Quod literas reliqueris, doleo. Doleo te reliquisse literas. In huiusmodi orationibus quod

quod *εἰδώς* accipitur, quod tamen apud Græcos est uisitatus in *δῶν*. Latini magis gaudent infinitis uerbis, nisi species præmittatur. Vt, Quod pater reualuit, gaudeo.

Vt, *εἰδώς* acceptum.

Caput LXI

Eodem modo nonnunquam accipitur, ut, Veluti, spero fore ut facio gaudeas. Con fido futurum, ut te minime facti poeniteat. Non committam, ut usquã uidear officio meo defuisse. Efficiam ut intelligas mihi quiduis potius quam fidem defuisse. Da operam, ut reualeas. Cura ut ualeas. Fac uti nos ames. Fac uti sciam.

Dignus & indignus.

Dignus qui quàm diutissime uiuat. Dignus ut quàm diutissime uiuat. Longissima uita dignus. Dignus quàm diutissime uiuere: in carmine. Martial. Dispeream si tu Pyladi præstare matellam Dignus es. Horat. Digna sequi potius, quàm tortum ducere funem. Meritus est cui laurea imponatur. Promeritus es, ut tibi decernatur triumphus. Indignus tuo amore. Indignus quem ames. Indignus ut abs te diligatur. Indignus abs te amari, in carmine. Horat. Indigni fratrum rumpere foedus. Idoneus est qui bellum gerat. Idoneus ut bellum gerat. Idoneus bello gerendo. Idoneus bellum gerere. Horatius, Fons etiam rituo dare nomen idoneus. Idoneus ad gerendum bellum. Non me dignatur alloqui. Non me dignatur alloqui. Dignum patella operculum. Res digna cognitu. Res digna quæ cognoscatur. Res indigna tua cura. Indigna quam tu cures. Res est infra tuam dignitatem.

Decet

Haud decet simiam purpura. Dedecet simiam purpura. Indecora est simiae purpura. Parum decorum est loquacem esse uirginem. Ornat mulierem silentium, dedecorat garrulitas. Haudquaquã decora est simiae purpura. Haud decet Imperatorem unã cum amica ire in uia. Haud decet ut te loquente ego fileam. Quod solus ambulat, id parum te decet. Demitte pallium, nam sic indecore sedes. Hic gestus uirgini indecorus est. Ista petulantia iuueni dedecorosa est. Quod huic honestum est, tibi est inhonestum. Quod huic pulchrum est, tibi foedum est. Non congruit, non conuenit, non quadrat.

Necessitatis

Exorandus est pater. Vigilandum ei qui uelit detescere. Vigilet oportet qui cupit detescere. Vigilare necessum est eum, qui rem cupit facere. Vigilet necesse est, uel necessum est, qui uelit diues euadere. Qui literas assequi cupiat, uti sudet necessitas est. Nam sic Quintilianus subinde loquitur: Non potest non dolere qui læsus est. Fieri non potest quin doleat is, cui fit iniuria. Abibis uolens nolens. Vel uelis nolis hinc abibis. Non mihi possum temperare quin lachrymã. Non me contineo, quin clamem. Cogor, compellor. Huc me adegit inopia. Huc redegit fortuna. Ad hæc traxit necessitas. Huc fati pertrahor. Huc obtorto collo trahor. Inuitus dicam. Coactus dicam.

Libertatis

Ut cunq; uoles facito. Ut lubet rideto. Quidlibet & dicas, & facias licebit. Tuo arbitratu facito. Tuo arbitrio rem gere. Ut cunq; uisum erit agito. Animo tuo gerito morem. Obsequere animo tuo. Ex animi tui libidine facito. Pro animi tui sententia rem tractabis. Ut animo lubitum erit tuo, ita facies. Ut cunq; feret animus, ita facito. Liberum est seu uelis à pacto discedere, seu manere conuentis. Nunc integrum non est tibi, hac de re quod uelis statuere. Mihi ius est creditum abs te reposcere. Ius tibi facio pro tuo arbitrio transigendi negocium. Tibi permitto quomodocunq; uelis uiuere. Age tuo more. Sine me nunc meo more uiuere. Tibi in manu est, utrum malis efficere. Penes illum est ius uitæ ac mortis. Summa rerum penes te est. M. Tullius, Ut ad te familiariter & quasi pro meo iure scriberem. Idem in Verrem, Quem iure suo adire aut appellare possit.

Statuendi

Decretum est. Deliberatum est. Certum est. Stat sententia. Visum erat. In animo habebam. Erat in animo. Non est animus. Non est sententia. Non est sententia. Non est consilium, siue consilij. Non erat ratio, apud Ciceronem. Placebat. Placitum est senatui. De creuit senatus. In eam sententiam pedibus ibant omnes. Statueram in animo. Mecum statueram. Vtrum utro melius nondum statui. Constitui hoc anno nauigare. Est mihi in animo hoc uere nauigare. Vergilius, Si mihi non animo fixum immotumq; sederet. Mihi nihil æque propositum in uita, quam tibi per omnia gratificari. Si ita animum induxisti

induxisti tuum. Destinaram in animo. Hic murus aeneus esto.

Affentiendi

Affentior tibi. Tecum sentio. Consentiebant uniuersi. In tuam sententiam pedibus eo. In eam sententiam reliqui omnes pedibus discedebant. Cicero: Frequetes serunt in alia omnia. Accedo tuæ sententia. Non his accedo, qui Pythagoræ sequuntur opinionem. Tuo iudicio subscribo. Sententia tuæ me addo calculum. Ea sententia plerisque probatur. Idem sentio quod tu. Sententia tuæ nemo non suffragabitur. Hæc mihi tecum conueniunt. Hactenus omnia mihi tecum constant. Hæc de re summus est inter philosophos consensus. Huic sententia frequenter acclamatum est. *ὁμόλογος*. Græce eiusdem sententia, eiusdemq; suffragij dicitur. *ὁμόδοξος* eiusdem opinionis, eiusdem sectæ uocatur. Idem uno omnes ore confirmabant. Omnibus eruditorum calculis siue punctis eloquentia principis M. Tullius.

Dissentiendi

Longe latetq; abest. Dissentio. Ego longe diuersa sentio. Multo aliter atque tu sentio. Ei sententia refragabuntur omnes. Isti sententia nemo non reclamabit. Mihi tua sententia nequiquam probatur. Magnopere nostra cum tua pugnat opinio. Variatum est sententijs. Id unum nobis est controuersum. Id solum est in controuersia, uel in controuersio. Equidem ab opinione tua minimum absum, Multum à tua mea discrepat sententia. Longe secus atq; tu sentio. Haud mediocriter à tua mea disidet opinio. Nimum inter tuam atq; meam interest opinionem. Plurimum à tua mea distat opinio. Mihi secus uidetur. Dijs aliter uisum est. Huic sententia milites aduersabantur.

Precandi

Quod agis bene fortunent superi. Quod agis bene uertat. Feliciter cadat quod instituiti, Dijs cepta secudent. Optime cecidit. Bene uertat Reipub. Sit felix, faustum, bonumq; Reipub. Feliciter cedat nobis omnibus. Hanc affinitatem precor ut deus nobis omnibus lætam esse uelit. Feliciter exeat quod coepisti. Prospere succedat quod agis. Ex animi sententia procedat, quod aggressus es. Deum optimum maximumq; precor, ut istud consilium quàm est honestum, tam sit etiam auspiciatum. Precor ut bonis aibus Italiam adeas, meliorib; redeas. Precor ut hic annus tibi lætis auspicijs ineat, lætioribus procedat, lætissimis exeat, ac læpius recurat semper auspicijs feliciorq;. Precor ut hic dies tibi candidus illuxerit. Incolumem reditum opto liberis tuis. Precor ut apud tuos omnia læta reuersus offendas. Vtinam prospere nauiges, similiq; successu renauiges. Bonis auspicijs ancoram soluas. Precor ut tuis optatis omnia respondeant. Faxint superi, ut alba tibi contingant omnia. Velim ut ex uoto res omnis succedat. O si res ita, ut uolimus, nobis eueniat. Precor ut tibi secunda occurrant omnia. Precor ut dijs secundis fauentibusq; negocium hoc conficias. Quaeso ut hanc rem stultissime coeptam superi nobis bene uertant. Nihil malum quàm ut his pulcherrimis coeptis, dextra aspicient numina. Quaeso ut quod instituiti, superis bene fortunantibus absoluas. Precor ut hic contractus commodo sit utrisq;. Precor ut hoc matrimonium uoluptati sit omnibus nobis.

Primi supini uariatio

Venit repetitum depositum. Venit ad repetendum depositum. Venit ad repetendam pecuniam. Venit repetendi depositi causa. Venit ut depositum repetat. Venit repetiturus depositum. Venit repetere depositum. Græcicum hoc postremum. Tamen poetæ Latini ab hac loquendi forma non abstinent, præsertim Horatius.

Diuidendi formæ.

Caput LXII

Omnis eloquentia rebus consistat & uerbis. Rerum uniuersitas decem generibus continetur. Officiu oratoris in quinque partes distribuitur. Oratio sex partes complectitur. Oratio sex partibus absoluitur. Primum genus sex continet species. Quidam in septem species secant: Reip. tres sunt formæ. Respublica in tres diuiditur formas. Enthymema non simpliciter accipitur. Syllogismus trifariam diuiditur. Omnis argumentatio in formas octo deducitur. Id genus in partes septem deriuatur. Huic generi species subiecta sunt decem. Summa diuisione in duo genera digeritur, quorum utrunq; in species complures distrahitur. Præiudiciorum tuis omnibus in generibus uersatur.

Distribuenti.

Caput LXIII

Bis me tuæ delectarunt literæ, partim quod essent mirum in modum elegantes, partim quod

quod extimiam quandam in me benevolentiam præ se ferrent. Pars ingenium, alij corpus exercebant, duriuscule dixit Salustius, sed eleganter. Vtrumq; fratrem alienauit à se, unum inorum asperitate, alterum fordidibus. Corpore atque animo constat homo, alterum cum pecudibus habet commune, alterum cum dijs. Neminem non laesit, hunc scriptis, illum conuicijs, alium minis. Hunc negligit, hunc odit. Verum id magis in carne quadraverit. Geminatio uerborum interdum habet uim, leporem alijs. Cicero. Alios assentatione delinit, alios muneribus corrumpit, alios promissis illectat. Modo ait, modo negat. Interim obiurgat, interim inepte blanditur. Quod quidem Fabianum est. Nunc neminem admittit, nunc omnibus occurrit.

Prohibendi aut impediendi signa.

Caput LXIII.

Nemo prohibet ire quenquam publica uia. Tu me prohibes, ne publica ingrediar uia. Quo minus assecutus sis, fortuna in culpa fuit, non ego. Impedimento fuit quo secius lex ferretur. Haecenus rescribere non licuit per ualetudinem, etiam si per occupationes licuisset. Ego id agam qui ne detur, apud Terentium legimus. Metuo ut ferre possis, id est, ne non possis. Etiam si hic ut, pro quomodo positum uideri possit. Id utile, ut ne quid nimis. Vt ne, ut ne pro ne, quemadmodum apud Græcos *ὡς ἢ*. Non ueto quia quæ uelis facias. Suetonius in Tyberio: Intercessit, quo minus in acta sua iuraretur, id est, obstitit, inhibuit, impedimento fuit. Per me non stetit, quo minus uiceris. Exclusus tempore non uenit, id est, temporis angustia obstitit quo minus ueniret.

Dubitandi.

Non dubito quin cupias redire. Non dubito te cupere reditum. Res in ambiguo est. Nondum satis constituit. Adhuc anceps animi sum. Adhuc hæreo, etiam dum *ἔριχα*, quod est Academicorum. Nondum huc aut illuc inclinatur sententia. Adhuc in equilibrio uacillat animus, utroq; nutans. Haecenus suspensio decretum animi. Nondum liquet. Ampliatum est iudicium.

Sine & citra.

Citra præceptoris operam doctus euasit. Sine præceptore doctus euasit. Nullo præceptore doctus euasit. Absq; pecunijs nihil efficias. Extra locum, pro sine loco, dixit Tullius.

Ostentandi

Ostentat ingenium. Iaculat natales suos. Iaculat se de natalium splendore. Vendicat sibi eloquentiam. Mire sibi placet de specie corporis. Vbiq; maiorum imagines depraedicat. Sunt qui se uulgo sanctimonie specie uenditant. Ipse sui præco est, ipse suus plus tibicen est. Ipse suarum uirtutum apud omnes canit encomium. Mirum quam ipse sibi pulcher est. De maiorum nobilitate gloriatur. Plurimum sibi tribuit. Suis ipsius suffragijs tantum non deus est. Sibi Suffenus est. De generis nobilitate dictum mirum quas tollat cristas: quæ erigat cornua.

Corrigendi sanandiq;

Huic incommodo paulo mederi possis. Huic malo illud erit remedio. Quod iactu cecidit, arte corrigas. Mendum litura tollitur. Animi morbos sanat philosophia. Corporis uitia ingenij dotibus pensantur. Febre leuatus est. Malis omnibus mors facit liberat. Oculorum uitia rita emendat. Orationis uitia gramatica castigat. Philosophia morbos animi pellit medicaturq;. Dentium cruciatum uinum lenit. Vteri tormina leuat manna. Capitis dolores mitigat somnus. Sedat tormina. Fugat prurimum. Sopit dolorem. Leuat dolorem. Stomachum labascentem fulcit uinum uetus. Stomacho conducit peruiigillium. Vxorij uitium aut mutandum est, aut ferendum. Morbis omnibus arte succurritur. Soli senectuti subueniri non potest. Aduersus podagram efficax est apium. Contra carcinomata ualet mel. Oblitit ebrietati cicuta. Aduersus alui tormina remedio est crepitus.

Blandiendi siue hortandi

Dic age. Dic fodes. Dic obsecro. Dic quæso te. Dic amabo. Quod frequens est apud M. Tull. Blanditur, Assentatur, palpatur. Horat. Palpam obrudere. Plautus: Demulcere caput. Ad gratiam loqui. Dare auribus. Trebonius Ciceroni: Noli putare mi Cicero me hoc auribus tuis dare. Caesar. Auribus Variferuisti, id est, blandiuntur. Fac utrum te præbeas. Quid habes quod ad hæc respondeas: Cedo, Agedum, Eia age. Vide sis. Quin unio tu uerbo rem expedis.

Tua causa

Notum id esse uari, uel tua causa. Tibi metuo. Mihi gaudeo. Omnium nomine doleo. M. Tull.

M. Tul. Nam ego eo nomine sum Dirachij hoc tempore, ut quam celerrime quid agas audiam. Catullus: Bone nomine imperator unice fuisti in ultima occidit insula: Tua gratia munus hoc suscepi. Vicem tuam doleo. Commoda illi respectu mei. Qua loquendi forma usus est Quintilianus. Inuenitur & contemplatione tui. Tui causa. In tuam gratiam hæc feci.

Vtrum nec ne

Vise utrum redierit, an non. Vise num iam redierit an nondum. Vise redierit ne domum. Vise an redierit an non. Vise redierit ne domum nec ne. Vise redierit an non. Cogita utrum famæ malis consulere, an pecuniæ. Cogita famæ ne malis consulere, an pecuniæ. Cogita famæ malis consulere an pecuniæ. Cogita an famæ malis consulere an pecuniæ. Vide si potes esse possessor. Cicero in Oratore suo lib. 2. si pro an dixit, imitatus Græcos, apud quos à bifaria significat.

Concedendi

Finge hominem uiuere. Fac ita esse. Fac potuisse. M. Tullius. Facite hoc meum consilium legiones nouas non improbare. Vt donemus ita esse. Vt hoc interim tibi concedamus. Vt hoc interim tibi largiar. Cicero: Vt non referat pedem, insistat tamen. Caeto. Non est in nostra potestate, sed in natura, ut tamen multum sit in nobis. Pone sic esse in tabulis. Esto sanè. Sit ita sanè. Vt maxime iusserim, non erat tuum id facere. Etiam si quid asperius dixisset, tuum erat obticescere. Sed imaginare me donasse, non potes tibi rem uindicare. Et si maxime donassem, non tibi ius est rei uindicandæ. Donarim sanè non statim tibi ius est iniiciendi manum.

Parum abesse

Penè scopum attigeras. Propè scopum attigeras. Propemodum attigeras scopum. Parum aberas à scopo. Parum abfuit ut scopum attigeris. Parum abest quin scopum attigeris. Res parum aberat à pugna. Parum aberat quin pugnarent. Minimum aberat ut homini manus iniiceret. Minimum minus scopum attigeras. Plautus: Nihil fuit propius quam ut perirem. Vix hominem cohibui, quo minus manum iniiceret. Tantum non conferebant manus. Tantum non adorabant, quod Græcis est familiaris, *μὲν ἔχ*. Suetonius de Tyberio Casare. Ciuilem ad modum inter inuita, ac paulo minus quam priuatum egit. Paulo minus dixit pro propemodum, ac paulo post: Quod paulo minus utrunque euenit, id est, parum abfuit quin utrunq; eueniret. Idem de eodem. Sed tantum non statim à funere ad negotiorum consuetudinem redijt, id est, propemodum statim à funere. Pro tantum non, Terentius dixit modo non: Is senem pellexit per epistolam, modo non montes auri pollicens. Nihil longius abfuit, quam ut hosti me dederem. M. Tull. Nec mihi longius quicquam est, quam uidere hominum uultus.

Incertitudinis.

Annos natus est ferme uiginti. Annos natus circiter octoginta. Circa iustra decem dixit Horat. Annos natus est plus minus quadraginta. Ad dies uiginti. Cic. Quin annos ad quinquaginta natus esset. Hora quasi decima. Apud Suetonium. Annos habet, haud scio an duo de uiginti. Puerum annos natum fortasse decem. Salust. Diu in incerto habuere.

Correctionis & occupationis formula.

Caput LXV

In pietate præcipua felicitatis pars, uel tota potius felicitas hominis sita est. Salust. Vulgi more magis quam iudicio. Doctrina nihil ad uirtutem conducit, imò non nihil officit. Tibi præcipue, atq; adeo tibi uni calamitatem hanc acceptam ferre possumus. Ducenti hostium intra moenia, atq; adeo in senatu uidemus. Tuum opus uidi magis quam legi. Græcas literas degustauit uerius quam didicit. Bonas literas sedulitate sua deprauauit (uel ut uerius dica) euertit. Bonas literas non dico deprauauit, sed funditus euertit. Suos omnes læsit, quid dixi læsit, imò subuertit. M. Tullius: Sed in hoc ferendus meus error: Ferendus autem: Imò etiam adiuuandus. Quem historicum citius dixeris, quam poetam: Lucanum relegi non tam poetam, quam historicum: Ni pater esses, dicerem te desipere. Hic exercitus ductor, penè dixeram seductor. Vertit Homerum, penè dixeram peruertit. Respondebo non orationi tuæ sed conuitio. In summa correctio fit uel augendo uel minuendo, uel commutando. Augendo. Vt M. Tullius in Catilinam. Qui de huius urbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitant. Idem pro Plancio: Insector, posco, atque adeo flagito. Hæc sermonis forma frequens est apud Ciceronem. Minuendo, ut:

Tom. i.

d. 2.

Sic

Sic hic utrimus, aut uicissimam uerius. Commutamus, aut in contrarium uerbum; aut in aliud commodius ac significantius. Pro hospite hostem foui domi meae. Hic legationibus non immoratur sed immoritur. Hic patrimonium omne absumpsit, aut ut melius dicam abliguriuit. Idem aliquoties facit, At. Terentius. Fucit factum mulieri: At quem deum? M. Tull. Vna mater oppugnat, at quae mater? quae &c.

Autores citandi formulae.

Caput LXVI

VT Ciceroni placet, autore Platone, uel quia hoc sensit, uel quia sua sit, uel quia narrat. Nam trifaria utitur hac uoce, teste Varrone. Si Terentio credimus. Vt referatur apud Plinium. Vt ait Protagoras Platonicus. Vt apud Xenophontem Simonides dixit. Epicuro teste, felicitas in uoluptate sita est. Aristor. honorum tres ordines fecit. Non spirare animal, cui non sit sanguis calidus, autor est Theophrastus. Apud Plinium scriptum est, elephatos decimo demum anno parere. Pyrrho negat quicquam sciri posse. Id uerum esse testis est Lilius. Extat in annalibus. Veterum literis proditum est. Eius sententiae complures citat autores. Ad eam sententiam quam plurimos allegat testes. Eam sententiam multorum auctoritate tuetur. Huic opinioni Plinius assipulatur. Huic sententiae suffragatur Plato. Idem sentit Pythagoras. Aristoteli animal est etiam spongia. Plinio sentiunt & arbores.

Variatio imperatiui modi.

Caput LXVII

VAle, ualeas, fac ualeas, ualeto, ualebis idem pollent, & in quibusdam futurum subiunctiui: Memineris pro memento, oderis pro odio habeto. In caeteris item si ad dideris prohibendi signum, ne dixeris, ne dicas, ne dic.

Variatio futuri.

Caput LXVIII

POenitebit olim te. Futurum est ut olim te poeniteat. Spero te gauisurum factum. Breui opinor te debet te huius uitae. Opinor fore ut breui te huius tadeat uitae. Spero futurum ut factum gaudeas. Dixeris egregie. Horat. Alligaris filium. Terent. Abibit hinc prope diem. Abiturus est hinc prope diem. In ea uero periphrafi, futurum est ut repetat creditum. Latini uidentur reddere Graecam figuram *μελα λειψυς*, id est, didurus est. Est autem familiaris Ciceroni. Necessaria quoque quoties in uerbum incidimus quod futuro careat. Vt spero fore, ut artem breui perdiscas. Nam perdisciturum non poteras dicere. Est futurum quoddam quasi mixtum cum significatione praeteriti. Vt prius quam tu domum redeas, ego epistulam perscripsero. Antequam in portum peruenies, nauis soluerit. Si tales animos in pugna praestabitis, uicerimus siue uicimus, id quod finitimum esse uidetur *ἢ μετ' ὀλιγον μελεοντι*. Quamquam id alioqui Latini circulo quuntur per iam, iam iam & Mox. Iam adierit. Similibus iam iam morituro. Mox audies. Sunt in quibus necessitate abutimur futuro subiunctiui, ut memineris, odero, nouero. Ad futuri significationem pertinent & illa. Confido commentarium hoc studiosis probatum iri. Et perspicio te perditum ire filium.

De periphrafi generali uerborum.

Caput LXIX

COMMune ferè est modis omnibus, ut per se uerbum, aut similia circulo quamur. Ita charus eris omnibus. Ita fiet, ut charus sis omnibus. Hoc modo effugit inuidiam. Hoc modo factum est, ut effugerit inuidiam. Vtinam ex equo me amares. Vtinam fieret ut ex equo me amares. In uxorem pessimam incidit. Mihi usu uenit, ut in pessimam uxorem incidere rim.

De modo potenciali.

Caput LXX

AModum potentialem ferè pertinent, quae per potest aut debet, aut simile uerbum exponi possunt. Quid agas cum eo, qui nihil intelligit. Est quod rideas, non est quod inuideas. Videas & flumina sicca. Cerneris alios trepidare, alios circumspectare fugam. Vidisses omnes obmutescere. Equidem istud non affirmarim. Dixerit hic aliquid. Maturius uenisses. Et apud Terentium: Praediceris pro praedecere debuisses. Graeci addunt syllabam *ἢ, λειψυς ἢ*.

Aestimandi uerba.

Caput LXXI

PLurimi me facit. Parui habet, pro nihilo ducit. Nihil pendit. Pro minimo ducit. Ne huius quidem facio *ἀνελκός* ostenso pilo aut flocco. Maximo in precio est apud omnes. Plurimi sit apud omnes. Magni habetur apud suos. Pili non facio. Nauci non facio. Flocci non facio. Boni consulere. M. Tullius: Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud aequi bonique facit. Terent. Istuc aequi bonique facio. Salust. Supra ea, ueluti ficta pro falsis ducit. Idem, Fidem suam interposuit, quam non minoris quam publicam ducebat

ducebat. Idem, Quae prima mortales ducunt, id est, quae plurimi faciunt homines. In gratiam habere, pro eo quod est beneficij loco ducere dixit Salustius. Denique regi patefecit, quod pollicebatur, senatum & P. R. quoniam armis plus ualuisse, non in gratiam habituros. Nihil habere pensi, pro non curare dixit Salust. Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Idem, Nihil pensi, nihil moderati. Idem, Vilia habere pro contemnere. Fidem fortunas pericula uisita habere. Vnius aestimatus assis, dixit Catullus, contra grammaticorum leges. Cassa nuce non emam. Filius eodem est apud me pondere quo fuit ille, Cicero.

Emendi formulae & similia.

Caput LXXII

NIMIO emisti, non reuendes tantidem. Nimio liceris. Minoris addidurus erat. Quam tunc indicaris, tantum mercabor. Vide ut quam maximo aestimes. Non refert quantum res ipsa sit, sed quantum opere tibi sit opus ea. Tu tuum agrum pluris conducis, quam ego meum emerim. Paulo locas aedes tuas. Cuius maximo, si queam. Emere quam potes minimo. Reuende quam potes plurimo. Assis non emerim totam Ciceronis famam. Labore diu bona sua uendunt. Vili uendunt, minoris non possunt. Non emit qui nihilo emit. Care emit qui rogat. Extrude merces quaticumque potes, uel gratis alicui obtrudito, si secus non potes. Redimas te captum quanti potes, pro quam potes minimo. Si nequeas paulo, ar quanti potes. Cui additus est ager: Lodouico. quantum frumentum addidit est, sed nondum ad mensuram. Quanti proscriptis aedes, ducatorum myriade. Quanti coenasti: Percare. Magno hic uiuitur. Amat uilissimè. Bassus carius cacat quam bibit. Magna mercede canit. Maxima tacuit Demosthenes. Quanto metiris preciorum: Iuuen. Quam stipulatus es? Thais decem milibus dragmarum noctem uenditabat. Nimio constat elegantia. Suetonius. Quorum uni mellita quadragies tertium constiterunt. Hic enim subauditur auferendi casus quadragies centum milibus.

Discriminis formulae.

Cap. LXXIII

NILIL interest, facias an dicas. Nihil refert per te facias, an per alium. Parui mea refert quid nolis aut uelis. At mea plurimum refert. Quid interest utrum facias, an instiges: Plurimum interest, maxime refert, quo tempore uirtum audeas. Equidem haud magno in discrimine pono, apud Titum Lilius, & apud Val. Maximum, respondit se uel malle excedere, quam metu uiolente mortis, amicos inimicosque iuxta ponere. Salust. Adero, me uosque omnibus in rebus iuxta geram. Verg. Tros Tyriosque mihi nullo discrimine agatur. Vtrum probes an improbes manum non uerterim. Ad ista sum indifferens. Ita Suetonius. Quaedam perquam tenui limite diuiduntur, apud Fabium. Vera ne sint haec an ficta, nihil laboro. Vtrum scripseris an dixeris, feceris nec ne, manum non uerterim. Susque deque fero Susque deque habeo. Instigasti, perinde est ac si feceris. Ex aequo in noxia es. Tantum demum peccasti. Citra discrimen amat, ac laudat omnes. Citra delectum omnes in familiaritate receptat. Omnes promiscue mordet. Palsum haec praedicat. Apud quoslibet haec dicit. Amussis alba in albo lapide.

Affirmandi.

Caput LXXIII

PROMissit se uenturum: Promissit, maxime, etiam, pro quo Graeci uolunt. M. Tul. Si non, quomodo tabulas conficis: Si etiam, quam ob rem, &c. Idem: Quasi aut etiam aut non, non modo uerum esset, sed necessarium. Hic locum ideo adduxi, quod sunt qui putent etiam, non esse confirmantis. Scilicet, admodum. Quam lubentissime, benigne. Sic habet. Sic erit. Ita est, factum est. Plane. Mirum ni. Haud dubie. Dubio procul. Liquet. Constat. Confessum est. In confesso est. Extra controuersiam est. Certum est. Pro certo. Compertum. Liquidum. Indubie. Indubitato. Certo certius. Vero uerius est. Vetera his quae apud Sagram gesta sunt.

Accusandi formulae.

Caput LXXV

ACCUSatus est sacrilegij. Hic se furti alligat. Postulatus est repetundarum. Delatus proditionis. Caesar Coment. 7. Principes ciuitatis insimulati proditionis ab Romanis. Reum egit, uel peregit. In ius uoca. Legem agito. In ius ambula. In ius duxit hominem. In ius trahis. Lite in intendit. Dicam scripsit. Filius cum patre lite in agitat. Cui opulentissimo uiro illi lis est. Cum Mida iudicio decertat. Accersitus est captus. Delatus est sacrilegij. Peculatus reum peregit. Plautus. Ad tres uiros deferam tutum nomine. M. Tull. Nomen hominis amicissimum detuli. Idem, Delationem nominis postulauit. Idem, Roscij

nomen deferendum curauit. Diem illi dixit. T. Lilius. Casoni capitis diem dicit. Idem. Rei capitalis diem Posthumio dixerunt. Eum talionis agentē exceptione repulit. Agitur cum eo malae tractationis. Damnatus est repetundarum, uel de repetundis. Absolutus in iuriarum. An quisquis gratiam cum possit non refert. Ingrati teneatur. An teneatur Rei publicae, qui quod sibi licuit fecit. Laetae religionis sit actio. Nec audacem timoris absoluimus, dixit Seneca. Ad hanc formam pertinent illa quae referuntur in titulo Laudandi ac Vituperandi. Cicero. Qui iam de maiestate postulauit. Plautus. Cras subscribam homini dicam. Idem. Quum istam causam subscriberent. Vnde subscriptores dicuntur, qui cum accusatore causam & crimen subscribunt, & actori adfunt. M. Tull. Accusabat. M. Aquilius, subscriptore C. Rutilio Ruffo. Inde & subscriptio. Inculcat. senis parsimoniam. Insimulat herum maliciae. Causatur tutorum perfidiam.

Formulae utilitatis.

Caput LXXVI

Nihil aequae conducit ad beate uiuendum. Nihil ad parandas opes. Conducibilis. Nihil ad eam rem confert. Plurimum adferet adiumentum. Vtilis ad parandos amicos assentatio. Plus adfert uoluptatis, quam utilitatis. Plurimas ad res hanc libellus usus futurus est. Ad id patruus in primis adiutare poterit. Quid faciunt ad uirtutem nummi? Libet quidem, uerum non expedit. M. Tul. Visum est mihi hoc ad multa quadrare. Vtina haec res tam frugifera tibi sit, quam futura est honesta. Vtina tantumdem frugis adferat, quantum adfert gloria. Ad id sola doctrina fuerit adiumento. Ad hoc pecunia magno adminiculo futura est. Ad id haud mediocriter adminiculatur uires corporis. In id quoque prodest ornatus, Fabianum. Non parum ad id efficiendum momenti habet fama integra. Neque uero illud mediocriter profuerit. Adiuuat hoc quoque. Hac ratione nihil profecimus, reliquum est, ut diuersam ingrediamur uiam. Nihil plus explicet, ac si insanire paret, id est, nihil plus proficiet. Horat. Eruditio ad pietatem plus adfert dispendij quam compendij, & non tam promouet quam moratur. Calida sunt amica stomacho, dulcia conducunt hepati. Quod stomacho confert, idem prodest cerebro. Quod ad stomachum facit, idem capiti salutare est. Quod stomacho bonum est, idem cerebro commodum est. Lactucae aluo desicienda efficitur, & ad somnum conciliandum idonea. Ad ciendos menses ualet malua. Aluo sistenda sunt utiles fabae assae. Stomachum acuum, excitant, iritant appetentiam edendi. Hac in re solus hic tibi poterit commodare. Plurimum commoditatis adferet pecunia studioso. Vtina tam tibi comodo sit, quam mihi fuit graue. Magno meo malo tentauit. Et sine pronomine Lilius. Loquendo quae in rem non essent die consumpto. Idem. Si e re rep. celeret ueniret. M. Tull. Facis ex tua dignitate & e re rep. Idem. Scio quae studio dixerit, e re rep. dixisse. Fecisti tuo comodo, nostro incommodo. Si iudicabis in rem tuam esse. Si putabis ex usu tuo fore. Si putabis e re tua fore. Pro te facit quod dico. Ad philosophiam dialecticam uiam aperit, uiam sternit, uiam praestruit. Ad eam rem iam iacta sunt fundamenta. Aetates partus adiuuat. Inflationem stomachi discutit. Pectoris dolores leuat. Bilem extrahit. Pituitam detrahit. Mensium abundantiam auxiliatur. Aduersus serpentes in uino datur. Deploratis auxilio est Chironia. Morbis omnibus medicatur panace. Elleboro phthirias emendatur. Datur ad serpentum ictus Chelidonia. Rododaphnes folia homini praesidio sunt aduersus serpentes. Auiditatem cibi facit acetum, ualet ad ciborum appetentiam iritandam. Absinthium fulcit stomachum labentem. *ὀστράκων* dicuntur Graecis quae stomacho conducunt. Nullum operae precium fuerit.

Praesagij formulae.

Caput LXXVII

Sol purus oriens neque feruens, serenum diem nunciat. Concauius oriens pluuias praedicit. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futurae diei spondent. Sin spargentur, pluuiam uentosque significabunt. Cum oriente radij non illustres eminebunt, pluuiam portendent. Si in exortu rubescunt nubes, maxima ostendetur tempestas. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, expectetur uentus. Si totus defluerit, serenitatem dabit. Lunae cornu septentrionale acuminatum, inde praesagit uentum, sic enim frequenter usurpat hanc uocem Plinius, ut praesagire non sit praesentire, sed portendere. Si quartam orbis rutilus cinget, uentos & imbres praemonebit. Nascens oborto cornu, pluuias decrescens dabit. Rubicundam uenti protinus sequuntur. Autumni serenitas uentosam

uentosam hyemem facit. Volitantes stellae uentos nunciant. Eadem in plures dissectae partes, inconstantes uentos effundent. Quum ab aquilone nocte serena fulgura uerit, uentum & imbrem demonstrabit. Nubes uehementius atrae ab oriente in noctem aqua minantur. Nube grauida candicante, granda imminet. Nebulae caelo cadentes, serenitatem promittunt. Pallidi ignes tempestatum nuncij sunt. Mare in tranquillo portu intra se murmurans, uentum praedicit. Camporum fragor & caeli murmur, non dubiam habet tempestatum significationem. Echini affigentes se, tempestatum signa sunt. His modis locutus est Plinius. Ipsa caeli facies futuram tempestatem loquitur. Exoriens notus uentum pluuiam praemoneat. Iris hymbrium est nuncia. Halcyones nidulantes, futura tranquillitatis fidem non dubiam faciunt. Praecox pueritia uaticinium est uitae breuis. Immodica felicitas, signum est uenturae calamitatis. Crispantes undae nauis coarcturos uentos demonstrant. Qui bene conspiciet, hunc uatem puta optimum. Stridor dentium in aegrotis, mortis indicium est. Dentium series breuis & continua, longaeuitate arguit. Occursus puellae nuper nuptae, felix auspicius est. Occursus uirginis, parum laeti omnis est. Nec dubias significationes saepe iecit, ne reliquis quidem se parurum. Sueton. Euidens specimen dedit, qualis sit futurus princeps. Ex pueritia diuina, qualis sit futurus senex. Hinc collige, hinc augurare, hinc ratiocinare.

Officiendi formulae.

Caput LXXVIII

Pirorum estus stomacho grauis. Dulcia stomachum laedunt. Acida concoctioni officiant. Salsa noxia sunt hepati. Lac uirilem stomachum offendit, aduicta inimica biliosis. Non obstitam, Non fuero impedimento, non obturbabo, Non reluctabor, Non obstrepam tuis conatibus. Non renitar, Non reclamo, Non remorabor institutum tuum. Fabius. Aures minus feriunt, pro offendunt dixit.

Functionis formulae.

Caput LXXIX

Gessit consulatum. Vbi tum procosulem agebat. Praetoris officio fungebatur. Dictator erat. Bellum administrabat. Siciliam obtinebat. Ita Cicero frequenter, pro administrabat. Alioqui obtinet qui impetrat. Prouinciae praesidebat. Annonae praefectus erat. Regia negocia procurabat. Munia tribunitia obibat. Obire bella dixit Lilius. Obire legationes. Cicero. Censui praerant. Cum imperio esse, est habere magistratum. Gerere potestate dixit Cicero in Verrem 4. Idem dixit piraticam facere. Hoc negocium tibi mandamus. Tibi prouinciam hanc delegamus. Duram suscepisti prouinciam, Duram sustines prouinciam. Fac ut Imperatorem te prebeas. Vide ut praestes amicum. Scurrae, non amici functus es officio. Ego te absente, tuis fungar uicibus. Tuas age partes. Tuarum partium est, siue tuae partes sunt retundere petulantiam hominis. Defunctus consulatus. Defunctus uita. Defunctus malis, Defuncte periculis. Verg. Defendere uicem. Horatius. Defendente uice modo rhetoris atque poetae. Pontificis personam gerit, paulatim exercuit principem. Sueton. pro eo quod erat, functus est munere principis. Traclare Remp. Gubernare Rempub. Ducere bellum. Gerere, exercere bellum. Nauare opera. Satagit rerum suarum. Ductare exercitum. Patrare bellum. Quae duo uerba Fabius notat a Salustio nouata in usum honestum, quum ante fuissent obicea. In familia bene instituta omnes in officio sunt. Non deero officio meo. Nunquam cessabo in officio meo. Salustius. Curare dixit absolute. Nam is in ea parte curabat.

Quibus modis tribuimus aliquid.

Caput LXXX

Summo ingenio puer. Summi ingenij puer. Summus ingenio puer. Summus ingenium. poeticum est. Vir admiranda sapientia. Vir admiranda sapientia. Vir admirandus sapientia. Vir admirandus sapientiam. In carmine. Vir incredibili praeditus sapientia. Vir omnijugis corporis atque animi dotibus exornatus. Vir omnibus instructus dotibus. Vir ex meris mendacis constat atque compositus. Id omnibus natura insitum est. Id natura nobis indidit. Ita natura comparatum. Id cuius attribuit natura. Multa uicia nobis recepta consuetudo conciliat, nonnulla natura ingenerat. Omnibus innatum est, ut uitam suam incolumem esse uelint. Id uicij non tibi natura adiunctum est, sed accessit ac receptum praua consuetudine. Inest in homine incredibilis quaedam astutia. Inest homini.

Titulorum.

Caput LXXXI

Eius rei meminit Plato in dialogo, qui inscribitur *συννομοσ*. Testis Cicero in eo libro

libro quem inscripsit Oratorem perfectum. Plinius in opere, cui titulus, historia mundi. Varro in Satyra, cui titulum fecit, nescis quid serus uesper uehat. Verg. in Alexide. Terent. in Adelphis. Hesiodus in opere, cui titulum nuncupauit, Opera & dies. In libello cui titulum indidit de Verborum copia. In commentarijs, quibus titulum praelitit, de nugis aulicorum. In Odarum libro quem Syllias nuncupauit. In Phormione Terentiana.

Gratulandi.

Caput LXXXII

GAudeo te nobis opratibus incolumem esse redditum. Gratulamur tibi uictoriam. Sic enim loquitur Suetonius & Seneca. Item M. Tull. Appellat hominē & ei uoce maxima uictoria gratulatur. Isto nomine tibi gratulor. Gratulamur de uictoria. Gratulor uicisse te. Quod uictor redieris uehementer gaudeo. Te noua prole auctū esse gaudeo. Saluū te aduenire uolupē est. Lator tuo nomine, quod uxor feliciter peperit. Quod gener tibi tantopere probatur, magno opere tua causa gaudeo. Voluptati mihi est, quod tibi res ex sententia cesserit. Tua gratia gaudeo, quod res præter spem bene uerterit. Tuam uicem lator, qui prospere pugnaris. Macte. Macte istius animi. Terentius. Abi uirum te iudico. Item in Adelphis Syrus.

Gratias ageñdi.

Caput LXXXIII

Quod tam officiose me comendaris principi tuo, gratia & habeo, et habiturus sum immortalē. Quod tanta fide mea negocia procuraris, pares gratias agere uix possum, referre nequaquam. Quod me passim amatissime prædicas, uideo quantum debeam tuo in me studio. Quod meis comodis tantopere studes, & habetur a me gratia, & semper habebitur. Quod argentum ad diem promissum reddidisti, amo te, & habeo gratia. Terent. Ecquid nos amat de uirgine? M. Tull. Quod mihi polliceris ualde te amo. Idē. Mulum te amo quod spondidisti M. Octauio. Factum bene quod epistolā ob signatam remiseras. Quod nos pro tua uirtute ueris, gratum est. Grates persoluere dignas, non opis est nostræ. Verg. Fateor me tibi magnopere deuinctum esse. Hoc nomine plus tibi debeo, quam ut unquam soluendo esse possim. Hoc officio arcitius me tibi astrinxisti. Obligatorem me tibi fecisti, deuinctorem reddidisti. Magis obnoxium effecisti, quam ut uel uerbis agere gratias possim. Maior est nostra necessitudo, quam ut uel tu mihi, uel ego tibi, pro ullo officio debeam gratias agere. Maius est hoc beneficium, quam ut orationem postulet.

Referendi beneficium.

Caput LXXXIII

Gratiam referre. Reponere merita. Rependere officia. Pensare beneficium. Remunerare beneficium. Remittere beneficium. Reddere beneficium. Persoluere beneficium. Respondere meritis. Par esse beneficijs acceptis. Efficiam, ut tuum in me officium ad te non sine foenore redeat. Foeneratum hoc beneficium tibi pulchre dices. Dispeream, nisi beneficium istud tibi conduplicauerit. Statim regerere beneficium, est nolentis debere. Hoc nō est referre beneficium, sed refutare. Certemus mutuis inter nos officijs. Beneficium ultro citroque commutare debet. Cum foenore reponendum quod acceperis. Quisquis grate munitis accepit, iam gratiam retulit. Retaliare iniuriam. In malam partem. Respondere malefactis. Reponere iniuriam, Pensare, Remittere, Referre, ac ferme omnia, & in malam partem possunt accipi. Inuenitur & retaliare apud Gellium, in bonam partem, neque natura uocis refragatur, id tamen est inuitatius.

Originis uerba.

Caput LXXXV

Haud dubito, quin hæc ab amore quodam in me singulari proficiantur. Vniuersum hoc malorum agmen è bello nobis natū est. Hinc omnis illa simultas inter eos orta est. Tu malorum omnium autor. Cupiditas pecuniæ uitiorum omnium parens. Inuidia totius huius odij seminarium fuit. Naturā nobis paruulos igniculos dedit. Hinc omnis illa turba uenit. Hinc fluxit. Hinc manat omne quo beati reddimur. Horat. Graeco fonte cadūt. Hinc scætet omnis illa uitiorum colluies. His fontibus totus ille tumultus rerum extitit. Hinc surgunt odia. Hinc lites proueniunt. Hinc ueniunt iurgia. Ab his exordijs Romana nobilitas ducitur. Omnium magnarum rerum à dijs immortalibus principia ductuntur dixit M. Tull. in Vatinius. Regibus ortus. Romā oriundus. At uis ædite regibus. Maximis prognatus ducibus. Sate sanguine diuum. Ex his pullulant odia, Gliscit inuidiæ, Subnascitur simultas, Fruticantur dissidia. Syluiscunt factiones. Illa

illa è philosophorum fontibus haurienda. Reliqua è poetis petenda.

Pensandi.

Caput LXXXVI

Quod corporis uiribus deest, id ingenij dotis exæqua. Quod corporis formæ detractum est, id animi dotibus natura pensat. Tu opulentior, nos eruditior, atque ita tecum paria fecimus. Absentiā nostrā crebris literis sarciamus. Quod hæcenus cessatum est, id oportet diligentia recuperare. Quod illius stultitia peccatum est, id tua sapientia restituas oportet. Quod illius incititia admissum, id oportet, ut tua prudentia redimas. Supplendū diligentia quod ingenio deest. Quod corpori detractum, id ingenij dotibus accersit. Studio reponendum, quod negligentia præteritum est. Quod ademptū est fortunæ, id ingenij dotibus additum est. Quatum corporis uiribus deest, tantum animi uirtutibus superest. Natura quod alibi detrahit, alibi reddit. Quod suis eripit, hoc hospitibus accumulatur. Ouidius. Ingenio formæ damna rependo meæ. Famæ dispendium, pecuniæ compendio refarcit. Famæ iacturam pecuniario lucro solatur.

Aptitudinis formulæ.

Caput LXXXVII

Quare uxorē aptam tuis moribus, aptam ad tuos mores. Amicum delige tuis moribus, uel ad tuos mores conueniat. Non est natura compositus ad artem poeticam. Ostentationi compositus, dixit Fabius, pro eo quod est ad ostentationē paratū. Idem, iuri magis an æquo sit appositus, id est, propensior ad ius, an ad æquitatē. Rursus idem, Constatque rebus ad faciendam fidem appositus. Ad Mathematica uidetur esse propensior. Vir maximis rebus uel ad maximas res natus. Vir factus ad huius nequitiam. Ad huius mores factus, fictus, sculptus esse uidetur. Adeo ad huius mores quadrat. Oratio non est naturæ consentanea. Facta non respondent orationi. Hæc non competunt in se nem. Hæc non competunt uiro graui. Non hæret in Catonē huiuscemodi crimen. Non consentiunt tui mores cum huius moribus. Non concinunt tua atque huius studia. Non concordat huius institutum cum tuo. Concinnus transitus, Coccinna digressio. Ista non coherent, non consistunt. Non cadit in sapientem animi perturbatio. Non recipit tua simplicitas adulationis suspicionem. Non congruunt literæ cum studio pecuniæ. Nō bene conueniunt, nec in una sede morantur Maiestas & Amor.

Ablegandi uerba.

Caput LXXXVIII

Hic mihi est ablegandum aliquod. Puerum hunc prius amanda quopiam. Hunc Argum aliquod, si potes amolire. Non possum hunc amouere quopiam. Ego hunc neque uti amittam a me, neque ut retineam scio. Non possum meinet ex hoc grege nebulonum excutere. Hic ut cunque est extrudendus aliquod.

Proficiscendi.

Caput LXXXIX

Rus hinc abeo. Rus hinc concedo. Discedo, abscedo, decedo. Galliam repeto, inde Britanniam aditurus. In Italia iter instituit. Tum Neapolim cogitabam. Apparas iter, adornas profectioem, componis sarcinas. Ingressus est uiam. Quo paras proficiscer. Quo paras profectioem. Quo tendis. Quo te Moeri pedes. Quo tenetis iter. Quo nam iter est. Rus me confero. Domum me recipio. Domum reuertor. Certum est in patriam reuolare. Certum est ueteres amicos reuifere. Redde te patriæ. Fac recurras in patriam. Restitue te tuis. Fac te quam primū reducem uideamus. Ad rem inutile est subinde mouere castra. Haud temere dicescunt, qui crebro uertunt solum.

Conatus.

Caput XC

DA operam ut conualescas. Cura ut reualescas. Enitere ut cum parentibus in gratiam redeas. Adnitere totis uiribus, ut in uirum tuo genere dignum euadas. Illud totis uiribus agito, ut parentum expectationi facias satis. Pro uirili conatus sum. Pro mea uirili, pro uiribus. Hoc unum stude, ut te in regis beneuolentiam insinues. Literis incumbas. In hæc studia incumbite. Ad id eluctare. Ad hoc inuigila. Efficies, si modo aduigilaris. Vigilandum est, qui sua negocia uelit tempori conficere. Manibus pedibusque connitere. Id unum elaborat. Eo uelis, equisque contendit. Huc uelis remisque festinat. Horatius. Hoc studium parui properemus & ampli. Ut doctus euadas, dies noctibus continua. In ea re uehementer est sudatum. In id plurimum laboris exhaustum, exantlatum. Rem perdifficilem conamur. Rem arduam molimur. Summo nixu.

Summa

Summa ope. Summa ut. Quantum potes adlabora. Pecunia causa nihil non tum facis, tum patitur. Explicandi & implicandi. Caput xci

Vbi his malis emerfero. Vbi his turbis memet extricauero. Vbi ex his negocijs me expediuero. Cum ex his negocijs exiero labyrinthis. Simul atq; his me tumultibus exoluero. Vbi his e nugis memet excussero. Si quando licebit memet ex his negocijs fluctibus. emoliri. Si licebit ab his curis discedere. Si contingeret liberari, leuari. Si quando ab his negocijs me ipsum vindicauero, afferuero, absoluero. Vbi ex his malis eluctatus fuero. Vbi ex his calamitatibus. enataro. Implicatus malis. Inuolutus negocijs. Distinctus curis. Occupatus negocijs. Dissentus, Distinctus, Distinctus negocijs. Distorqueri curis. Intemeratus, obrutus, operatus negocijs. Intricatus, Impeditus, Illigatus, Obuincus, Dispunctus, Obseptus, oneratus negocijs, oppressus, oppletus. Tot me res circumuallant. Tot me pericula circumstant, circumfistunt, obsepunt, cingunt, obfident, premunt, urgent.

Verba finis, seu propositi.

Caput xcii

Stoici in una uirtute summum bonum constituunt. Epicurus felicitatem uoluptate metitur. Peripatetici usu uirtutis beatitudinem definiunt. Herillus in scientia summum bonum collocat. Quidam in indolentia boni finem posuerunt. Est qui in pecunia felicitatem sitam esse existimet. Maxima pars hominum spectat utilitatem. Pauci sibi proponunt honestum. Huc omnes conatus tui spectant, ut discescas. Huc respicis, huc tendis. Omnes spes meas in te uno fixi. Quidam fama seruiunt. Alij lucri rationem habent. Hic uoluptatem ubiq; sequitur. Ille captat gloriam. Hic ad priuam utilitatem omnia refert. Huc reliqua omnia sunt conferenda. Huc omnia illa pertinent, spectant. Horat. Quorsum haec tam putida tendunt? In hoc etiam popularem laudem petit. Admirationem Aristoteles maxime petendam putat. Illud genus ostentationi compositum, solam petit audientium uoluptatem. Negociatorum unicus scopus est pecunia.

Qua est impudentia.

Caput xciii

Scrimen illi palam obijcias sat scio qua est impudentia, Vel, cuius est impudentia, Vel, ea est hominis impudentia, inficias ibit. Vel sic, Sat scio, ut est impudens, inficias ibit. Vel sic. Sat scio, pro solita sua impudentia inficiabitur. Quamquam hoc postremum minus habere uehementia uidetur. Adeo est impudens, ut mox sit inficiaturus. Ut nunc sunt mores, id est, pro huius seculi moribus. Ut est barbarorum ingenij, id est, pro conditione barbarici ingenij.

Quam ut. Quam qui.

Cap. xciiii

Vt melior est quam qui uelit mentiri. Simplicior quam qui possit. Superbior est, quam ut uelit doceri. Stupidior quam ut possit discere. Adeo pauper est, ut nec obolum habeat. Adeo ignauus, ut malit inedia perire, quam artem discere. Sic de me meritis es, ut tibi succensere non debeam. Sic mihi charus, ut irasci ne si uelim quidem possim. Melius de me meritis es, quam ut tibi possim succensere.

Bene est.

Caput xc v

Bene res habet. Bene se res habet. Bene habet. Bene est. Optime est. Bene tibi habet principia. Optimo in loco res est. Peiore in loco res esse non potest. Quoniam in statu res sunt tuar.

Mea sententia.

Caput xcvi

Mea quidem sententia. Pro mea quidem sententia. Ut ego quidem sentio. Ut mea fert opinio. Meo quidem animo. Plautinum. Meo iudicio. Ut mihi quidem uidetur. Ni fallor. Si quid iudico. Meo quidem suffragio. M. Tullius ait Demosthenem. Tuo calculo uictus est.

Plus & plusquam.

Audui plus milites. Audui plusquam milites. Calefces plus satis, plusquam satis. Huiusmodi orationes omnes bifariam proferuntur in aduerbijs ac nominibus, in uerbis non itidem. Sapit plus quam expedit. Mulier plus quam decet erudita. Plus quam necesse est facunda. Rursum uixit annos plures quam decem, uel plures decem. Plus quingentos colaphos infregit mihi. Plus quam quingentos, plures quingentis. Amplius quadraginta dixit Suetonius. Hoc igitur orationis genus quadrifariam effertur. Amplius & non amplius. interdum praepositur, interdum subijcitur, interdum interseritur. M. Tull. Cum enim Syraculis amplius centum ciues Romani cognoscerent, id est, plures quam centum. Caesar. Amplius horas quatuor fortissime pugnauerunt. Pompeius L. Domitio. Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coegi. Hic praepositur. Terentius

rent. Sexaginta annos natus es ut conijcio, & eo amplius. M. Tull. Laodicea triginti pondus paulo amplius. Hic subijcitur. Verg. Treis pateat caeli spatium non amplius ultias. Hic interseritur. Eodem ferme modo usurpatur plus. Cic. pro P. Quintio. Ac tunc plus anno uixit in Gallia. Idem pro Plancio. Sed non plus duobus aut tribus mensibus. Hic praepositur. Terent. Dies triginta aut plus eo, in nauis fui. Hic in medio ponitur. Centum desiderati sunt, aut plus eo. Hic postponitur. Hinc igitur sermonem ita uaries licebit. Amplius ducenti desiderati sunt. Ducenti & eo amplius desiderati sunt. Ducenti desiderati sunt & eo amplius. Desiderati sunt plus quam ducenti. Desiderati sunt plures ducentis.

Ad summum

Ut minimum

Semel hominem salutauit, aut ad summum bis. Ut multum. Ut plurimum. non minus. Saltem. Ut minimum. Ut minimum dicam. Non amplius, cum plurimum, quam septem horas dormiebat. Ita Suetonius.

Morem gerendi.

Caput xc vii

Mos gerendus est patri. Morigerandus est patri. Obsequendus est patri. Patri obsecundandum. Patri concedendum. Inferuendus. Obseruendus paternis moribus. Accommodate paternis moribus. Praebe te illis ad tempus. Attempera te moribus omnium.

Rogandi.

Caput xc viii

Maiorem in modum te rogo. Etiam atq; etiam oro. Obsecro te atque obtestor. Illud unum abs te magnopere peto, contendoq;. Illud a me uehementer contendeo. Efflagitasti quotidianis conuictis. Implorauit opes hominis. Eblanditus est fauorem. Exambijt reperitur apud quosdam. Exorsit potius quam exorauit. At istud poscere est non rogare. Flagitabant uerius quam orabant.

Ignoscendi.

Caput xc ix

Remisere multam. Hanc unam ignosce culpam. Remisit offensam. Condonamus admittum. Terent. Condonamus argentum quod habes. Salust. Condonare creditum. Da ueniam iuuenilibus erratis. Iurisiurandi gratiam facere pupillus non potest. Est in Pandectis. Item apud Salustium. Caeterum Boccho quoniam peniter, delicti gratiam facit. Item Sueton. Coniulandi gratiam fecit. Ad quaedam uicta conuenit conuicere.

Abrogandi.

Caput c

Rescindere conuenta. Abrogare legem. Abdicare legem. Antiquare, abolere legem. Obsolescere neutrum. Sustollere legem. Irritare pacta. In integrum restituere. Mutare pacta. Obliterare legem. Hec lex abiit in desuetudinem. Exolescere metum dominorum, dixit Plinius in epistolis, pro extingui atq; intercidere. Nusquam tui beneficii memoria apud me intermorietur. Deposuit imperium. Abdicauit magistratum. Abdicatus a magistratu dixit Salustius.

Ornandi.

Caput c i

Comere, expolire, perpolire, exornare, uenustare, picturare, honestare. Pigmenta, strosculi, lecythi. Veneres, uenustas, lepos, nitor, gratia, decus. Lenocinia, emblemata, compositio, colores, myrothecia, fuci, phalerae, dignitas, cultus, polities.

Inter coenam.

Caput c ii

Inter coenam, Suetonius & Seneca. Inter coenandum. Super coenam. Coenatis nobis. In coena, idem efficiunt. Inter iocum, Suetonius. Inter iocandum. Sic inter conuentum, pro in conuentu dixit Suetonius. & inter poenam, pro inter puniendum. Per iocum. Inter pocula. Inter potandum.

Post coenam.

Caput c iii

Post coenam. A coena, sub coena. Nam sub significat & paulo ante, uel protinus post. Cicero. Sub hac lecta sunt tuae literae, id est, post haec. A tuo reditu. Post tuum reditum.

Similitudinis.

Caput c iiii

Est & diuersarum rerum quaedam inter se similitudo, affinitas, cognatio, uicinia. His finitima sunt illa. His confinia sunt illa. Similia figura multum ad hominis formam accedit. Puro tamen fonti quam flumini propior. Non multum a tuis moribus haec abluat imago. Huc alludit illa Terentiana sententia. Vergilianam dictionem emulatur, exprimit, refert. Haud multum abest, dissidet, discrepat a tuis moribus. Ab hac ratione non multum abhorret Fabius. Eiusdem generis est & illud. Eiusdem farinae prouerbialiter. Eiusdem nota. Eiusdem classis. Mei loci, atque ordinis hominem. Ex aliquo circulo dixit Cicero. E sinu suo, pro e suis familiaribus dixit Cicero & Plutarchus

Plutarchus. Ex eo numero est. Ex illo conuentu quadruplatorum dixit M. Tullius. Verrem 4. E suis gregalibus dixit. Idem. Ab hac facie latet adulatio. Plerumque uirtus uirtutis personam induunt, ac uirtutis simulachrum representant. Sub uirtutis specie, uirtutis titulum, uirtutis pretextu. Sub imagine pietatis. Sub umbra pietatis. Patrem ore refert. Patrem moribus exprimit. Patrum nomine reddit. Auum uoce representat. Patronum imitatur oculis. Amitam nulla re profus exhibet. Alter Cic. Alter Hercules. Faciem mentis ta Lyciscæ. Formata in admiratione, id est, simulans se admirari. Sueton. Vultu ad hilaritatem composito. Prætere, præ se ferre. Ante se gerit. Effigie pietatis. Dissimilis huic & huius. Non ab similibus facie Tyberio. Apud eundem est ad similibus pro similibus.

Mutui.

Caput CV

Mutuum dare, Mutuo dare, Mutuare. Commodato dare. Commodare. Utendum dare. Utendum accipere. Accepit usurariam, Plautus. Opera commodatitia præstat operas mutuas. Mutuum muli scabunt.

Fallendi.

Caput CVI

Imposuius Reip. Fefellit nos. Decepit, circumuenit adulescentem. Circumscripsit, circumduxit apud iureconsultos. Verba dare mihi difficile est. Si senseris eos fucum uelle facere. Imposturam fecit, & passus est. Delusit, Elusit. Frustratus est nos sperato lucro. Non te fraudabo debita gloria. Technæ, doli, fuci, præstigiæ, uafriçies, uersutia, astutia, fraus. Os mihi sublitum est. In fraudem illexit, pellexit. Artē me traxit. Dolo mecum egit. In specie dixit M. Tullius, præclara clasis in specie, sed inops & infirma. Quod sine mea fiat captione. Absit omnis captio. M. Tull. Quir igitur uos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis.

Est amicus.

Caput CVII

Vt or patre familiariter. Est mihi cum illo arcuissima necessitudo. Sum illi summa familiaritate coniunctus. Sum illi amicus. Summa mihi cum illo familiaritas intercedit. Multus mihi cum homine quondam usus fuit. Mutua quædam beneuolentia, iam pridem inter nos est. Salust. Imperator Iugurthæ in amicis habebat, id est, in amicorum numero.

Sperandi.

Caput CVIII

Spero fore. Nonnulla spes est fore. Venio in spem. Vocor in spem. Erectus in spem. Concipio spem de te optimam. Nonnulla me spes habet. Maxima tencor spe. Magna me spes tenet. Adducor in spem. Nonnulla me spes cepit. Spei nonnihil affulsit, arridet, blanditur. Omnia summa mihi de te promitto. Is est de quo tibi possis omnia polliceri boni uiri officia. Nihil mediocre de te tui ciues expectant. Inijcere spem, Sollicitare spe, Ostendere spem, Ostendit futurum. Ducimur spe. Laetiamur spe. Ad Comœdiæ gratiam Latini ne aspirarunt quidem M. Tull. Ad eam laudem quam uolumus aspirare non possunt. Salust. Ut omnia bona in spe haberet, id est, nihil non speraret.

Ad uerbum.

Caput CIX

Ad uerbum edidit, quem locum ad literam subieci. Fabius, eius uerba subieci, pro quo uulgo dicunt in forma. Ipsa hominis uerba tibi reddam.

Eipwvitas.

Caput CX

Heus bone uir. Scilicet is superis labor est. Is nunc si dijs placet, nos docebit, qui nihil unquam didicit ipse. O mirum amicum. Mira uero militi quæ placeant. Sane uero, Quasi uero.

Extrahere diem.

Caput CXI

Sic ille dies extractus est. Hoc agebant, ut dies eximeretur. Ducere tempus. Terere tempus. Ducere bellum, iam dies exarserat.

Paratum ac facile.

Caput CXII

Paratum, Promptum, In promptu, In procinctu, Procliu, In procliu. Obuium, expositum, expromptum. In numerato habere. In statione, Ad manum, Ex tempore, Extemporarium, Extemporaneum.

Depellendi.

Caput CXIII

Deprecari inuidiam. Deprecari culpam, Depellere crimen. Auersari, abominari, rejicere, refellere, negare, inficiari, inficias ire, propulsare, profligare, amoliri. Vergilius. Dij meliora prijs. Quod deus auertat. Diui prohibeant.

Agnoscenti

Agnoscenti.

Caput CXIII

Agnouit hereditatem. Agnoscit crimen. Accipio conditionem. Admitto testamentum. Adijt testamentum. Ut admirationem etiam plausu confiteretur. Amorem re testatus est. Odium & uultu præ se fert. Morbum in cessu uultuq; fatetur.

Ab adolescentia.

Caput CXV

Iam inde a puero. Ab adolescentia. A teneris unguiculis. Sic a pueris assueti sunt. Terent. Vsq; a pueris curati ambos. Idem, mihi magna cum eo iam inde usq; a pueritia semper fuit familiaritas. Varro. Iam inde a cunabulis. Livijs. Inde ab incunabulis imbutus odio tribunorum. A rudibus annis. A prima pueritia. Ab ipso uita exordio. Ab ipso uitæ limine. Ab incunabulis. Cum ipso nutricis lacte sugimus errorē. Ab ipsi crepudijs.

Accurate.

Caput CXVI

Accurate, exacte, elaborate, ad unguem, ad amussim, examussim, amussatim, examussatim, ad perpendiculum, summa cura. Exquisite, conquisite, Circumspecte, attente, Consideratus pro attentus dixit Cicero. Idem dixit, ad perpendiculum exigere. Sagaciter peruestigauit, apud eundem. Item diuinitus dicta pro egregie. Prescius agamus, M. Tull. de Finib. 4. Idem, Nunc cominus agamus.

Perficiendi.

Caput CXVII

Absoluit, perfecit. Exegi monumentum. Finem imposui. Finem dicendi faciam. Finijit. Summam manum imposuit. Ad umbilicum duxit. Fastigium imponere. Colophonem addere. Supremam addidit manum. Extremam actum addere. Fabulam uitæ peregit. Exacta çtate. Ad metam usq; perduxit, peregit fabulam. Depuduit. Desultauit canticum, Sueton. Depugnatum est, perdidit, deseruit. Vita defunctus est. Desijt artem.

Committendi.

Caput CXVIII

Leges inter se colliduntur euentu. Ut non compositi melius cum Bytho Bacchius. Quis te cum isto commisit homine? Concertasti cum hero. Conferre pedem. Conferre manum. Congredi cum uiro, Confligere, colluctare, conflitari.

Amandi.

Caput CXIX

Vnice te diligit. Amat effulsissime. Charissimum habet. Admiranda quadam charitate profequitur. Fama nihil habet antiquius. Non amat modo, uerum etiam obseruat. Singularem beneuolentiam profequitur. Animo toto te complectitur. Oculis atq; animo fert hominem. Coridon ardebat Alexim. Deperibat uirginem. Deperibat in uirginem. Perditæ amat. Deperditæ amore. Sueton. Flagrat amore tui. Amantissimus est tui. Tui tuorumq; est obseruatissimus. Studiosissimus est tui. Tui cupientissimus. Ex animo tibi bene uult, Bene cupit tibi. Hunc unum habet in delitijs, habet in oblectamentis. Non perinde illi affectus erat, dixit Sueton. pro eo quod est, non perinde diligebat. Idem dixit, prior Doblabella, pro eo quod erat, in illum propensior. Sic omnia tua exosculatur, id est, sic amat.

Cupiendi.

Caput CXX

Laudis auarus. Laudis auarus. Auens gloria. Cupiens famam, Tui sitientissimus, famelicus gloria. Sitit famam. Sitit aurum. Esurientissimus laudis. Mira gloriae fames habet hominem. Ambit honores. Nullius rei q; laudis ambitiosior. Priuati comodi studiosus. Alieni appetens. Appetens laudis. Eloquentia candidatus. Inhiat lucris. Imminet exitio uir coniugis, illa mariti. Gestio uidere hominem. Prurit illi tergum.

Male precandi uerba.

Caput CXXI

Quoties caput tuum diris deuouit. Execratus est tum sese, tum suos omnes. Ut te diris perdant. Abi in malam rem, in maximum malum, in crucem. Diris te eradicent. Diris tibi factis dignum tuis supplicium dent. Diris mentem tibi dent tuam. *βωμ εσ ρεσας*, Graecis est usitatissimum. Quæ res illi uertat male. In morbo consumat, prouerbialiter. Plautus. Capiti uestro istud quidē. Verg. Diris capiti ipsius generisq; referuent. Cicero. Quod illorum capiti sit. Idem, Diris sinturati huiusmodi Graeco.

Pollicendi.

Caput CXXII

Nescio quid magni promittunt sydera. Magnifice pollicentur amantes. Promissis ductat hominem. Pollicitis diues quilibet esse potest. Caue fidas huiusmodi pollicitationibus. Spondeo futurum. Despondeo. Sponde, noxa præsto est. Ego tibi huius nomine fideiubeo. Recipio tibi facturum hunc. Recipio ad me. Salust. In se recipiunt. Hoc tibi

Tom. 1

e meo

meo periculō promitto. Ita mihi stipulātī pactus est. Littoribus nostris ancora pacta tua est. Do fidem futurū. Confirmo futurū. Fidem suā interposuit. Clodio Tyberius ea lege cœnam condixit, id est, promisit se uenire ad cœnā, apud Suetoniū. M. Tul. Nam quum mihi condixisset, cœnauit apud me. Prisci lingua nuncupatum dicebant, quod esset ore promissum, ac uerbis expressis. M. Tul. in officijs. Nam quū ex XII tabulis satis esset ea præstare, quæ essent lingua nuncupata. Vouemus quod deo pollicemur. Catullus. At non hæc quondā blando promissa dedisti. Salust. Quem illi casu oblatū promissis onerant. Dare promissa. Quū hic esses lōge alia promissa dedisti. Sollicitat ingentib. promissis. Spes amplissimas ostēdit. Veterū prouerbij̄s *ἔσθ' ἄλλοι* ac dolones dicti, qui multa pollicerentur.

Principatus.

Caput cxxiii

Est copiosum dicēdi genus, in quo Cicero principatum obtinet. Breue, in quo Salustius regnat. Subtile in quo dominatur Hortensius. Floridū, in quo primas tenet Plinius. Variū, in quo præcipuus est Hieronymus. Graue, in quo princeps est Seneca. Festiū, in quo singularis est Martialis. Simplex, in quo primus est Terentius. Acutum, in quo præcellit Quintilianus. Suaue, in quo uincit Statius. Antiquū, in quo nulli secundus est Cato. Inaffectatū, in quo nulli cedit, nullo inferior est, nemine posterior est Cæsar. Fluuius negotij uelut antesignanus, dux, uexillifer, signifer extitisti. *ἡρώφαιος*, Græci. Honoris omnes procul à se reliquit. Omnes à tergo reliquit. Lōgo interuallo præcellit, præcedit, præcurrit, præit, antecit, antecellit. In literis Græcicis palmā tenet. Eloquētiæ M. Tullius arcem tenet, Primā laudem obtinet, primū locum obtinet. Præmia prima ferens.

Ludorum.

Caput cxxiiii

Mvera gladiatoria populo exhibuit. Edidit Circētes. Fecit ludos scenicos, apud Suetonium in Caligula. Commisit & subitos apud eundem. Præter consuetudinem musicum agona commisit, in Nerone Claudio. Dedit populo centū gladiatorum paria. Centum camelos produxit.

Agere delectum.

Caput cxxv

Habuit delectum. Agere delectum. Delectibus undiq; acerbissime actis. Cogere exercitum. Contrahere copias. Conscribere exercitum. Parare manum. Comparare uim militum. Collectis copijs.

Adinendū honorem.

Caput cxxvi

Deposuit dictaturā. Amotus est consilatu. Abrogatū est illi imperium. Ademptum imperium. Abdicauit se magistratu. Sueton. Priuauit honore. apud eundē. Redactus est in ordinem. Multos coegit in ordinē, hoc est, priuatos reddidit. Missione petijt. Rude donatus est. Dimisit cum ignominia. Exauctorauit totam legionem.

Persuadendi.

Caput cxxvii

Fecit mihi lachrymis poenitentij fidem. Lachrymis mihi persuasit sese facti poenitere. Lachrymæ mihi persuaserunt illum poenitere facti. Lachrymis effecit, ut crediderim illum poenitere. Adduxit pertraxit, pellexit, perpulit me in suam sententiam. Coactus est uerius quam persuasus.

Inferendi seu ratiocinandi.

Caput cxxviii

Quod animal est, idem corpus sit necesse est. Quod autem corpus est, non statim et animal. Is pauper est qui plurimū cupit. Porro quo quisq; magis abundat opibus, hoc est opum appetetior. Igitur ditissimus quisq; pauperrimus sit necesse est. Si deus est animus, animi puritate, nō uictimis corporeis eum cōuenit colere. Cum animus sit corpore præstantior, uirtutes autē animi sint possessiones, pecuniæ corporis, consentaneum est uirtutes pecunijs anteponeudas esse. In quem cadit misereri, in eundem cadit inuidere. Non cadit autē inuidere in sapiētem. Ergo ne misereri quidem. Ipse sibi utilis esse nequit, & uobis erit utilis. Felix non est, cui multa defunt. Atqui diuitibus defunt plurima. Qui possunt igitur diuites esse felices. Solum bonū uirtus, nam id demum bonū est, quo nemo male potest uti. Virtute nemo male uti potest. Bonum est ergo uirtus. Bonum est uirtus, ut qua nemo male uti potest. An bonū pecunia, qua quisq; potest male uti. In nūc, inferendi uim habet, sed uelut cum exprobratione. In nūc, argentū, marmor uetus, &c. Quæ cum ita sint, quis audeat inficias irer. Hoc cum sic habeat, an nō dedisti damnū. Virum damnū dedisti, an non & dubitamus adhuc.

Nil

Nil nisi.

Caput cxxix

Nil nisi poeta es. Nil aliud est nisi poeta. Nil aliud q̄ poeta es. Tantum poeta es. Poeta es, præterea nihil. Nihil es præter q̄ poeta. Nisi poeta esses, nihil esses. Nil aliud q̄ flebat, pro tantū flebat, apud Fabiū. Sed apud Suetoniū frequētius, nihil aliud q̄ ueciabatur. Idem, Nihil amplius q̄ monuit. Cui contrarium est, non tantum osculatus est.

Laudandi ac uituperandi.

Caput cxxx

Non omnes probabunt istud consiliū, culpabunt plurimū. Animum infimulabunt nonnulli. Nemo mihi uitio uerterit. Terent. Nunc quā rem uitio dent, quæso animaduertite. Dare crimini dixit M. Tull. in Bruto. Istud uituperio dabunt omnes. Tu tibi laudi ducis. Gloria tibi tribuis, honori putas fore. At omnes dedecori dabūt, probro dabunt, criminabuntur, damnabunt, reprehendent, improbabunt, suggillabunt, taxabunt, notabunt. Atro calculo notabunt. Salustius. Quoniam adeo Syllam non poenitet, ut & facta in gloria numeret. Album addere calculum. Subscribere sententiæ. Suffragari, refragari, laudibus ferre. Ad cœlum ferre. Horat. In cœlū ferre. Cic. Laudibus uexit, apud Plinium in epistolis. Scis uitio nigrum præfigere Thita. Auaritiæ singulos increpans. Suetonius. Tibi malum imputabitur. Tibi feretur acceptum. Tu fueris in crimine. Tam est in uitio qui deserit amicum in periculo, quā qui prodit. Sic M. Tull. In te residet facti suspicio. In te redundabit. In te cudetur hæc faba, prouerbialiter. Male audies apud omnes, qui hactenus audisti bene. Catullus. Quisquis de meliore nota. Vir pessimæ notæ. M. Tul. Homo nullo numero. Nihil illo contemptius. Item, Vir primæ notæ, Vir extremæ notæ. Homo quintæ classis, homo ultimæ sortis. Homo bonæ frugis, siue bonæ frugi. Aut absolute: homo frugi.

Summæ.

Caput cxxxi

Ad summā, dixit Horatius. In summa. Ut summam dicam. Deniq; demū, postremo. Breuiter, Ut semel dicam, Ut semel finiam. Dicam in genere. Rem omnē uerbo complectar. Quid quaris? pro deniq; Ciceronianū est. Quid multa? quid multis moror? Dicā uniuersū. In uniuersū habeo quod respondeam. Dicā uerbo. Ad ultimum pro deniq; dixit Q. Curtius, & eodē sensu Sueton. dixit ultimo, ad extremum, Cicero.

Perdendæ operæ.

Caput cxxxii

Lisit operam. Luditur opera. Opera & impensa perijt. Frustra ego hanc operam summo. Nihil agis. Laterem lauas, Actum ago. Actam rem agis. In syluam fers ligna. Reliquaq; prouerbia, quibus inanis opera significatur.

Fructus.

Caput cxxxiii

Magnum ex ea re fructum retulit. Cepit emolumentum. Lucrum reportauit. Sensit commodum. Commoditatem demessuit. Collegit utilitatē. Frugem accepit. Lucrum fecit. Compendium parauit. Ea res illi frugifera fuit, fuit emolumento, fuit cōmodo, fuit usui. Ex ea legatione messēm opimam messuit.

Impudentiæ.

Caput cxxxiiii

Nihil pudet. Depuduit, Depuditum est, Dediticit pudorem. Oblitus est pudoris. Dediticit pudescere. Nescit pudescere. Exiit pudorem. Perficit faciem. Perficit frontem. Nihil habet oris, Nihil frontis. Quo ore? Qua fronte?

Affectandi.

Caput cxxxv

Affectata uerba. Affectatus ornatus. Ascitus ornatus. Ascititius decor. Fabius. Et gratiam rei nimia cooptatione consumpsimus. Cooptationem pro affectatione dixit. Captat laudē. Venatur gloriam. Aucupatur famam. Accersit sibi malum.

Ignorandi aut contra.

Caput cxxxvi

Scio. Non ignoro. Non me fugit, Non me latet, Non me præterit, Nō sum nescius. Nō me clam est. Quis nescit? Nemini dubium, Intellego, uideo, sentio. Compertum habeo. Exploratum habeo, Perspectum habeo, Cognitū habeo. Non est obscurū mihi. Non me fallit. Salustius. Nec ea res me falsum habuit. In doctus disci. Rudis horum malorum. Imperitus fallendi, Ignarus ioci, Salustianum.

Turpe est, & similia.

Caput cxxxvii

Turpe est. Cum turpitudine coniunctum est. Laudabile est. Cum laude coniunctum est. Cum uitio coniunctum est. Vitio confine est. Non uacat uitio, Nō caret uitio.

Tom. I

e 2

Non

Non abest à uitio. Periculosum, cum periculo coniunctum. In uitio est. In probro est. Quin, & ut non.

Caput CXXXVIII

R Vere illa non possunt, ut hæc non eodem labefacta motu concidant. Cicero pro Pompeio. Quin hæc eodem labefacta motu concidant. Non potes studere opibus, ut animi tranquillitatem non perdas. Non potes quin perdas. Non potes, nisi perdas.

Caput CXXXIX

I D quod pro quod, & ita ut, pro ut, frequens est apud Ciceronē. Ita ut facis. Id quod facis. Quod quidem facis.

Amplificandi.

Caput CXL

C Edendum erat hospiti, præsertim seni, maxime seni. Pulsauit hominem, eumq; senem, idq; senem, atq; hunc senem, atq; adeo senem.

Reciproca constructio quorundam.

Caput CXLII

E Rit humanitatis uestræ magnum ciuium numerum calamitate prohibere, Cicero. Prohibe infandos à nauibus ignes, Verg. Defendit capellas ab aestu. Defendit æstum capellis. Spargere humum folijs, Spargere folia humi. Sternere pallio lectū. Insternere lecto pallium. Inscriptis poculum literis. Inscriptis poculo literas.

Non contentus.

Caput CXLIII

N On contentus uictoria. Non contentus uicisse. Nō sat habebat uicisse. Nō sat erat uicisse. Parū erat uicisse, ni in uictos etiā sauiet. Non sufficiebat uicisse. Poenitebat rapine, nisi parentem quoq; spoliasset.

Satisfaciendi.

Caput CXLIII

I nterdum non satisfacit Ciceroni Demosthenes. Non implet aures Ciceronis Demosthenes. Non respondet optatis meis. Non facit satis hominū de se expectationi. Tullius in Demosthene nonnunquā desiderat aliquid. Nō is es, quem expectarā. Nō talis est qualem uellem. Nonnihil in te requiro adhuc. Non facit ad huius cupiditatem.

Impunitatis aut contra.

Caput CXLIII

O mnes plura habere cupimus, & tamen id nobis impune est. Haud impune feceris. Haud impune feceris. Nō fuit illi fraudi magistratum prohibuisse ui. Sine fraude esto. Sine fraude dicebāt prisci, nō sic auferes. Lilius: Tullius, ne cui fraudi secessio esset, id est, ut omnib; esset impunitas. Mirabar hoc si sic abiret. Militē impunitate donauit. Nullum facinus impunitū esse oportet. Quo impunitus dicax esset, dixit M. T. pro Q. Quinctio. Nullas poenas dedit eius facti. Poenas pedit. Tum pendere poenas Cecropidæ iusi. Irrogare multā dixit Cic. Exemplū in illos æditū. Perfoluit, exoluit, luit, dependit. Nullum de eo sumptū supplicii. Ei factio nulla irrogata poena. De tāto flagitio nō est animaduersum. In omnes grauiter animaduersum. Exacta poena. Opinor capite plectendū. Noxæ deditus est. Animaduersa flagitia, pro punitis dixit Sueton. Nec in deditos grauius consultū. Q. Curtius. In te cudetur hæc faba. Vnus dependes pro omnib;. Tergo lues.

Suadendi aut consulendi.

Caput CXLV

I D ne estis autores mihi. Te autore suscepi negociū. Tuo impulsu feci. Te impulsore feci. Tuo suasu. Tuo inductu, Cicero, Te suatore, Te cōsultore, Tuo consilio. Abs te persuasus id feci. Tuo instinctu. Amorē in consiliū adhibuisse uideris. Tuo persuasū, Cicero, Te flagitatore suscepi negociū. Tuo uerberatu, eodem sensu dixit Q. Curtius.

Prudens.

Caput CXLVI

P rudens fecit. Sciens fecit. De industria fecit. Studiose fecit. Data opera. Dedita opera fecit. Destinato fecit, dixit Seneca. Studio fecit. Consulto fecit. Cōsilio fecit. contra, imprudens, nesciens fecit, per errorem, errore factum est. Per imprudentiā. Peccauit incōsulte. Ex industria pro de industria, aliquoties dixit Quintilianus. Composito factum, ex composito, ex destinato, pro consulto, apud Suetoniu est in Caligula.

Causæ.

Caput CXLVII

P lurimis de causis mihi tuæ literæ iucundæ fuerunt. Duas ob res hominē odi. Multis modis tua mihi iucunda fuit epistola. Duobus nominibus est mihi charissimus. Duplici nomine. Duplici de causa tuis scriptis delector. Bis mihi iucunda fuit epistola tua. Multifariam me tuæ literæ delectarunt.

Dierum notatio.

Caput CXLVIII

C alendis Ianuarijs. Ad Calendas Ianuarij, id est, circiter eum diem. sub idem tempus

pūs, pro circiter idem tempus aliquoties dixit Suetonius. Stata uice, pro certis uicibus dixit Q. Curtius. Calendarū die. Nonis Ianuarij. Ad Nonas, die Nonarum. Idibus Maijs. Ad Idus Maij, Iduum Nouembrium die. Pridie Calendas, aut Calendarum. Pridie Nonas Maias, Pridie nonarum, Pridie idus, Pridie iduum Nouembrium. Postridie calendas Ianuarias. Vel, Quarto nonas Ianuarias. Postridie nonas Ianuarij. Vel, Octauo idus Ianuarij. Postridie idus Ianuarij. Vel, Decimonono calendas Februarij. Præterea decimo calend. Februarias. Vel, ad decimū Calend. Februarij. Ad eundem modum de reliquis mensibus ac diebus dicendum.

De Numeralibus.

Caput CXLIX

I Numeris illa uarietas est generalis, de addita aut omiſsa coniunctione. Annos natus quatuor & uiginti. Annos natus uiginti quatuor. Annos natus cētum & uiginti, centū uiginti, uiginti supra centum. Deinde quod duos numeros principali proximos, uel compositæ uel incompositæ efferre licet. Duodeuiginti pro octodecim. Vnde uiginti pro nouemdecim. Duodeciginta, undeciginta, ac deinceps consimiliter usq; ad centū. Supra centum compositæ per adiectiuū, aut incompositæ per aduerbiū efferimus. Ducētos, bis centum. Trecentos, tercentum, atq; eodem modo usq; ad mille. Mille multiplīcamus, uel substantiue, uel adiectiue cum aduerbio. Mille nummū. Mille nummos. Bis mille nummos. Duo millia nummorum. Pergēdumq; consimili ratione ad mille millia, aut millies mille. Nonnunquā eandem sententiā efferimus, & per cardinalia, quæ uocantur, & per ordinis numeralia. Annos natus uiginti. Annū egressus uigesimalū. Annū excessit uigesimalū. Annum agit primū & uigesimalum. Bienniū est quod patriam non reuise rim. Tertius hic annus agit, quod patriam non reuise, siue cum non reuise. Dic quotus esse uelis, id est, quot. conuiuas uelis. Hic non ordo, sed simpliciter numerus significatur. Distributiuis simplicibus in carmine licet uti. Vbi uero apponitur quippiam quod distributionem explicet, liberū est uti uel distributiuis, uel cardinalibus. Quotannis duo talenta capit. Vel, Quotannis bina talēta capit. In singula capita mille nummū distribuit, uel millenos nummos. In diem uiuunt, qui uiuunt absq; sollicitudine futuri. M. Tul. Qui in horam uiuerent, hoc est, ex tempore. Indies idem ualeat, quod in singulos dies. Lilius: Senescit in dies & mutatur in horas. Horatius in diem dixit, pro quotidie. Ille potēs sui letusq; deget, cui licet in diem dixisse, uixi. Hic annotandum quod in coniunctione numeri maioris et minoris pro uno aut primo licet ponere, alterum, Cicero. Literas acceptas, quas mihi Cornificius altero et uigesimo die reddidit, id est, uigesimo primo. Idem pro Milone. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij, & opinor altera, id est, centesimus primus dies. Item Lilius. Anno trigesimo altero quā condita Roma erat, id est, trigesimo primo. Quin & citra talem coniunctionē alterum frequenter pro secundo ponitur. Cic. Vnum, alterum, tertium annum Saxa quiescebat. Similiter, unus & alter, pro unus & iterum unus. Vnus uel alter, pro unus uel duo. Rursus in aduerbijs semel atque iterum, pro bis. Quoties aduerbio additur genitiuus, Sestertium, subaudiuntur, centies mille, Vt: Decies sestertium, id est, decies centum milia sestertiorum.

Aduerbia temporum.

Caput CL

T Empus uixdum præteritum, per modo aduerbiū significamus. Paulo longius, per dudum, ac iam dudū. Hoc etiā longius, per nuper & pridē. Longissimū, per olim & quondā. Futuri temporis hi sunt ordines. Mox aderit, iam ueniet. Protinus, cōtinuo, ilico, extemplo, euestigio, tempus significant & hæc continēter insequens, sed ferē respondent ad præteritum. Vt literis tuis lectis extemplo domū me contuli. Accepto hoc nuncio, euestigio me domū conieci. Olim respondet ad utrunq; tempus præteritum & futurum. Olim floruerunt Græci. Forſan & hæc olim meminisse iuuabit. Proximus item ad utrunq; tempus refertur. Proximo anno strenue se gessit. In proximum annum summas copias parat. Proximis his diebus. Proximo mense, Proximo partu, Proximo bello. Nō uilissimus pro eo quod est nuperrimus, præteritū duntaxat respicit. Superiore anno, Superiore mense, Superiore bello, Superioribus diebus, dicimus de re nuper, aut proxime acta. Itē paucis his diebus. Quinq; diebus, pro intra siue post quinq; dies dixit Horatius. Itē Salustius. Paucis diebus in Africā proficiscitur. Et ante pauculos dies: Paucis post diebus. Post paucos dies. Aliquanto ante. Aliquanto post. Paulo, multo, ante & post.

Tom. I

c 3

Dein

Dein, deinde, deinceps, exinde. Sub hæc utriusq; temporis ratione obtinet, id est, paulo ante aut paulo post. T. Livijs: Secundum oratione prætoris murmur ortum. Idem: Secundum hæc silentium fuit, id est, post hæc. Certi temporis significatione hæc habent. Hodie, heri, nudius tertius, nudius quartus. Quinto, sexto, septimo, octavo ab hinc die, hodie, cras, perendie, perendino die. Quarto ab hinc die, quinto, sexto, &c. Porro uerbum additum, temporis discrimen facit. Septimo ab hinc die mecum cenabat. Septimo ab hinc die istic me uidebis. M. Tull. Attico. Me ab hinc annis amplius xxv. spondisse dicit. Idem. Quo tempore? Ab hinc annis quindecim. Durior fit hæc loquendi forma, per accusandi casum, præsertim quum non significatur spacium temporis actionis continuæ. Quod genus est illud Terentianum. Ab hinc triennium ex Andro commigravit huic uicinia. Neque enim triennium consumpsit in migrando, sed triennium intercesserat inter reliquam Andri, & aditas Athenas. M. Tull. Quæstor C. Papirio consule fuisti ab hinc annos quatuordecim. Horatius: Scriptor ab hinc annos qui ceterum decidit. Mollius illud Ciceronis in Verrem: Horum pater ab hinc duos et uiginti annos mortuus est. Nam mortuum esse perpetuum est. Hæc & aliter efferimus. Septimus hic dies est, quod mecum cenauit. Annus est, quod nullas à te literas accepi. Multum temporis est, quod nos non uisus. Diu est quod nos non uisus. Seculum exisse mihi uidetur, ex quo nullas abs te literas accipio. Iam dudum etatem, pro iam admodum diu, per hyperbolen dixit Terentius. Quiddam uice quod, ponunt quum. Plautus: Iam biennium est, quum ille mecum esse cepit. M. Tullius: Multi anni sunt, quum ille in ære meo est. Idem, Vigessimus annus est, quum omnes scelerati me petunt. Reperiuntur apud Ciceronem aliosq; ueteres & hæc loquendi forma. Cato. Postridie aut post diem tertium quæ lecta erit, id est, altero tertio die post lectam. Idem, Post annum tertium quæ seueris incendio. M. Tull. Postero die quæ illa erant acta. Cic. filius. Aliquando uenerunt post diem quadragesimum & sextum quæ a nobis discesserant. Ascon. Ped. Post annum quæ pro Cornelio dixerat. Scauola in Pandectis: Post annos complures quæ fecit testamentum. Eadem est ratio de aduerbio siue præpositione ante. Ascon. Pedianus. Ante sedecim annos quæ hæc dicta sunt. Mollius est hoc sermonis genus eo quod post & ante uim obtinent comparatiui, quemadmodum secus, contra, aliter. Sine his autem durior est oratio, quæ tamen crebro reperias apud T. Livijs. Lilius tertio die, quæ profectus inde erat, rediit. Item: Die uigesimo quæ creatus erat dictatura se abdicauit. Id ætatis erat, ut turpe sibi duceret discere. Non pudet te istuc ætatis lasciuire. Hoc ætatis quum sim, non admodum timeo mortem. Plerumque noctem studet. Salust. Crebris ignibus factis plerumque noctis barbari suo more lætari, id est, magnam noctis partem.

Annumerandi.

Caput CLI

IN deos relatus, in numerum deorum relatus est. Horatius: Inter quos referendus erit. Ascribe me in numerum tuorum, ascribe me tuis amicis. Ascribito me inter amicos tuos. Veteribus annuerandus. Inter summos annuerandus. Inter primos censendus, ponendus, collocandus. Recipe me in tuum gregem. Multos obscuros legit in senatum. Cur hunc hominem ascuistis in uestro contubernium? Cooptatus in collegium augurum, Ascitus. Additus ordini senatorio. Accersitus seu ascitus in militum numerum. Sueton. Ut ciuitate donatum, in decurias adlegeret. Adde hunc amicorum tuorum catalogo.

Initij ac Finis.

Caput CLII

IN ipsa uitæ primordijs. In ipsa uitæ rudimentis. In primis literarum elementis, In capite tuarum literarum, In prima statim fronte, In ipso uitæ lumine, in ipso quasi uestibulo uitæ. Ab ipsa statim linea. Ab ipso carcere, In exortu, In exordio uitæ. Ab ineunte ætate. Lubricum tempus ineuntis adoleſcentiæ. Ineunte uere mox cum hirundinibus aduolabo. Exacta ætate nupturæ, prouecta ætate, uergente ætate, affecta ætate, effæta, decrepita ætate, ingrauescente ætate, inclinata & præcipitata siue præcipiti ætate. Piger hoc ætatis depugnare. Tacitus: Ad seruum usque diem. Livijs: Præcipiti iam die. Tacit. Flexo in uespera die. Livijs: Primis tenebris mouit. Idem: prima uespera, primo diluculo, primo crepusculo. Item Tacitus: Aestatem iam adulta. Livijs: Adulto autumnos. Idem: Adulta nocte. Idem: In exitu iam annus erat. Cic. Quinto anno exesit. Decurso uitæ spacio. Cygneæ uocem pro suprema dixit M. Tull. de Orat. libro 3. In principio, In initio operis, In calce tuarum literarum, In extremis tuis literis, In postrema parte tuarum literarum. Nunquam ad.

ad metam festinat oratio, In extremo uitæ actu, In portu impingere, In porta canterio. Ne in apertis quidem, In ipso operis ingressu, In ipso statim operis frontispicio, In ipsis uitæ foribus. Vitæ ianua. Fauces inferorum. In philosophiâ nondum intulit pedem, nondum fecit uestigium, ita M. Tull. Ordini telam, pertexere, Fundamenta iacere, Auspicari. Inijt consulari. Ineunte uere. Livijs: Hoc ultimum utriusque initium finitumque est prelium. M. Tull. Vellem à principio te audisse. Idem: Tuas epistolas à primo lego. Idem: Vitinam à primo tibi esset uisum. Hoc ab initio fuit. Vitinam initio aduisses. Naso: Principio quod amare uelis reperire labora. Horat. Ad extremum ridendus. M. Tull. Consul non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Habes operis primam manum. Orator tibi deliniam. Adumbratum accipies orator non expressum, Inchoatum non absolutum. Cic. informatum dixit, quod inchoatum est, & cuius rude quoddam simulachrum ceptum est. Ductum à statuarijs & pictoribus. Exitus acta probat. Ordinum hic ferratam fabulam, quæ sit futura catastrophe nescio. Coronidem addere, Colophonem imponere. Supremam manum addere.

Maior opinione.

Caput CLIII

MAiora fide. Maiora quæ ut uera credi queant. Minor opinioe doctrina. Minor doctrina, quæ pro hominum opinione. Citius spe aderat. Celerius expectatione redibat. Citius ac sperabatur. Ante expectatum redibat. Par famæ doctrina. Non minor doctrina, quæ fama celebrat. Supra fidem omnia, id est, maiora fide. Maiora ueris renunciabant. Minora, Inferiora ueris predicabant, Intra uerum erant, que nunciabant. Minor consulari dignitate cognitio. Minus est, quam ut à consule cognoscatur. Maior consulis dignitas, quam ut hæc causam cognoscat. Tua uirtus maior est omni præconio, Vincit omnem laudem tua uirtus.

Contingendi.

Caput CLIIII

Hoccine tantum malum mihi de repente obiectum esse? Ingens huic uenit siue obuenit hæreditas. Obtigit uxor qualem uolebam. Non cuius homini contingit adire Corinthum. Nactus es uxorem te dignam. Felicissimum ingenium sortitus es. Similes habent labra lacucas. Habet quod amet. Is nunc reperit. Merito nobis accidit, ut mali uideamur, dum nimium studemus nos uideri bonos. Non omnibus datum, ut impune, quæ lubeat, dicant. Non quibuslibet licet quæ lubeat facere. Mihi usu uenit, siue usus uenit, ut cum intractabili monstro confisterer.

Refugiendi.

Caput CLV

Refugit consuetudinem feminarum. Alienus est à studijs, Abhorret à literis, Abhorret ostentum pro exhorret, dixit Sueton. Execratur, detestatur, abominatur literas. Ad studiorum mentionem nauscat, horret mortem, Exhorret mare. Auersatur omnes. Auertitur miseris. Ad poetices mentionem nauscat, uomitur. Deprecatur publica munia. Grauat splendor mensæ apparatus, id est, moleste fert. Sic Suetonius & Horatius. Equitem grauatus Bellerophonem.

Officiorum uocabula.

Caput CLVI

Rat illi à pedibus. Aberat qui mihi est à manibus. Nam tum aberat meus amanuens. Qui regi sunt à corpore, à secretis, à sacris scribijs. Rationales qui sunt à rationibus, à libellis, ab actis, siue actuarij. Laterones, anteambulones, à cyathis, à poculis pocillator. Nomenclator, à consilijs & consiliarijs, apud Suetonium.

Studij.

Caput CLVII

Totus est in literis. Vacat congerendis opibus. Dat operam rei nummaria. Attendit huic negotio. Attendit iuri, pro studuit. Sueton. Intentus est uel intendit lucris, Inhiat gloria. Appulit animum ad scribendum. Adiecit animum ad uirginem. Accommoda te rebus presentibus. Applica animum tuum ad uxoris ingenium. Dedit se Mammonæ. Dedit me Christo. Dica te totum optimis literis. Dedit se ad leges. Cic. Seruos ad remum dedit, Sueton. Idem, ad terram dedit, pro detecit. Inseruit honori. Incumbite honestis disciplinis, incumbite in honestas disciplinas. Deuotus harena pro additus, dixit Sueton. Idem, Deuotus uobis, pro additus ac deditus. Adiunxit animum ad ea quæ ratio temporum postulabat. Ut animum ad aliquod studium adiungant.

Vitiandi.

Caput CLVIII

Corruptum bonos mores colloquia mala. Inficiunt, uitiunt, primam ætatem stultitæ nutrices. Aurum plumbo adulterant. Gemmae adulterinae. Deprauant bonam causam

causam mali rhetores. Deterunt laudem ducis indocti poetæ. Malus uiscinus scabiem suam affricat uicino. Vas insyncerum afficit infusum liquorem. Obruit mihi subæros nummos pro aureis. Vereor ne quid ueneni tuis afflet, ne quid pestis instillet in tenerum animum, ne quod syncerum est, trahat in uitium. Ne tibi morbum inhalet suum. Ne suum uirus insibiliet. Ne quid inspiret mali. Puerilem animum impijs opinionibus imbuunt. Maliciam unam cum lacte nutricis imbibit, suxit, hausit. Frequentes offensæ reddunt superatam amicitiam. Gloriam tuam dedecore contaminasti, inquinasti, conspurcasti, foedasti, obscurasti, deturpasti, offuscasti, denigraſti. Inuisit tibi notam ignominia. Venenare poeticum est, potionare, apud Suetonium.

Solitudinis.

Caput CLIX

Secum uiuit. Secum loquitur. Solus est. Solitarius est, in comitatus incedit. Solus ambulat, in locis solis ambulare tutum non est. Agit in solitudine. Ne musca quidem adest, Secretum agere, pro solum esse, dixit Suetonius. Foris se uenditant, quum apud se sunt, nihil illis fordidius. Vix esse emeris, si totum hominem per se aestimes.

Sensus.

Caput CLX

Oratio tua sapit tyrannidem. Resipit stultitia. Olet hircum. Redolet uinum. Vox tua sonat asinum. Rusticus obolet allium. Vineta crepat mera. Scripta tua spirant Italum. Tinnit aurum. Fragas unguentum. Ad hanc formam pertinent, Toruum tueri. Titanicum obtueri, quæ figura mollior est apud Græcos, *μεινιον βλεπεν*.

Præstandi re.

Caput CLXI

Fac promissa appareant. Exhibe quod toties polliceris, Talem & se & exercitum approbavit, ut nulli præmia maiora perceperint, apud Sueton. utrunq;. Si fortuna obstabit, quo minus præstem quod recepisti, certe hunc animum tibi probabo. Promittis amplissima, das nihil. Si munificus uideri uis, representa beneficium. Ita Seneca & Suetonius.

Poenitendi.

Caput CLXII

Nondum huius animi me poenitet. Me quantum hic operis fiat poenitet, pro non factis facit. Caput me pristinae benignitatis poenitudo, poenitentia ductus, poenitentia tacitus. Agere poenitentiam, pro poenitere, est apud Plinium Iunio. Rursus eius poenitentiam ago, id est, poenitet, quod poenituerit. Refertur autem & ad rem & ad personam. Ne te poeniteat istius patris. Initi matrimonij me poenitet.

Disidij.

Caput CLXIII

Male facta gratia nequicquam coit & rescinditur. Interrupta familiaritas. Mala lingua dirimit multorum amicitias, orta est inter illos simultas. Refrixit beneuolentia. Amor uersus in odium. Discordant. Intercessit offensæ nefcio quid. Offensam pro discordia aliquoties usurpat Salustius. Dissuenda est amicitia, non abrumpenda. Dissiliit gratia fratrum. Parum inter eos conuenit. Miror non bene conuenire uobis. Vtrique cum altero conuenit. Concordat, Concordes sumus. Oratio tua cum factis non consentit. Summo omnium consensu. Magna inter molles concordia. Nulla inter nos discordia. Dissident inter sese. Obortum est inter illos subitum disidium. Digressa est à marito, Suetonius. Diuertit ab illo, Diuertium facit cum illo. Repudiavit uxorem. Dimisit matrimonio, id est, repudiavit, Dimisit matrimonium, pro rescidit. Renunciavit illi amicitiam, pro eo quod est, denunciavit illi inimicitiam. Dissedit cum uxore, id est, disidium habuit. Missam fecit uxorem, pro repudiavit dixit Suetonius. Serere disidia. Est illi offensior, pro subiratus, Suetonius. Est mihi cum illis *κακον & πολυμω*.

Reconciliandi.

Caput CLXIII

Sarcire, resarcire gratiam. Reducere, reponere, restituere in gratiam. Redigam uos in gratiam. Reconcinnare pristinam amicitiam. Recollige mihi illius animus, fac ut mecum redeat in gratiam. Instaura pristinam inter nos beneuolentiam. Cicero. In gratiam iam cum uoluptate redeamus. Idem: Pompeius à me ualde contendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit. Salust. Sicuti regi liberat pax conuenit.

Sapit aut contra.

Caput CLXV

Pol homo tu non es sobrius. Insanit, delirat, desipit. Vesanire dixit Catullus. Non est integræ mentis. Non est compos mentis. Non constat animo. Laborat errore mentis. Motæ uel comotæ mentis est. Mente lapsi, dixit Sueton. Defectus animo. Mente excidit.

Valet

Valet animo. Laborat ab animo. Sophocles reus actus est demetria. Destituit illum uis animi.

Excipiendi siue excludendi.

Cap CLXVI

Nullus isthuc auderet, nisi tu solus, Nemo præter unum te. Nemo præterquam tu solus. Nullus aderat extra unam aniculam. Fortunatus sum ceteris in rebus absque una hac. M. Tull. Extra ducem, paucosque præterea. Extra prædam, id est, præter prædam. Hæc forma est aliquoties apud Ciceronem, ex imitatione Græcorum. Extra iocum, extra causam, non omnino consimilis sunt formæ. Omnium facundissimus, excepto Cicerone. Omnibus nisi uno Cicerone facundior. Omnium doctissimus, si unum aut alterum excipias. Nemini cedit, uno te excepto. Interdum absque nomine. Horat. Excepto quod non simul esses, cetera lætus. Iure consulti interdum recipere usurpant pro excipere. Receptis facta tecta. Vni tibi permitto, præterea nemini. Tibi quiduis apud me licet. Alioquin non ferrem, aliis non ferrem, aliter non ferrem, quod postremum est apud M. Tull. in Officijs. Super, pro præter frequenter est apud Suetonium, quanquam hoc non tam excludentis est, quam semouentis à cæteris. Super ueteres amicos ac familiares, id est, ultra. Politianus: Secundum te primas tenet, id est, te excepto.

Vt uis, aut contra.

Caput CLXVII

Vxorem nactus sum ex animi mei sententia. Vxor mihi contigit qualem uolebam. Hic uenatus male respondit uotis nostris. Non successit pro uotis nauigatio. Nihil accidit non præter animi sententiam. Omnia secus quam uolebam. Omnia contra quam uolebam. Fortuna non respondit optatis meis. Fac ut lubet, fac pro tuo arbitrio, uide tuo arbitratu. Nihil factam nisi de concilij sententia. Faciam ut uoles: factam pro tua uoluntate omnia.

Comperta.

Caput CLXVIII

Homo spectatae probitatis. Vir probatissima fidei. Animum in me tuum habeo multis iam argumentis exploratissimum. Compertum, perspectum, exploratum habeo quanti me facias. Delectus est, ut industriae uir experta, pro spectata, dixit Suetonius. Periclitatos mores, pro spectatos dixit M. Tull. Comperta mihi est hominis perfidia. Deprehensa est astutia. Re compertum est. Pro certo, pro comperto dicis. Certum non habeo: Cum certum sciero, scribam ad te.

Copia.

Caput CLXIX

Abundat opibus. Exuberat, redundat, exundat, superfluit, & superfluens, apud Senecam est. Est apud illos ingens aquarum, & graminis copia. Copias pro diuitijs dixit M. Tull. & Suetonius. Multum, plurimum, satis uini. Abunde potentia gloriaque dixit Sueton. Nimitum licentia. Nimitum insidiarum, pro plus satis dixit Cicero. Assatum uini, pro multum uini. Lilius: Ne cui maior quam quinquaginta iugerum agri modus esset. Horat. Hoc erat in uotis, modus agri non ita magnus. M. Tull. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram. Idem in Philip. Maximus uini numerus fuit, per magnum optimi pondus argenti. Hircius: Magno inuento numero hordei, olei, uini, sicci, pauco tritici. Immensa pecuniarum uis reperta est. Salust. Quibus mala abunde omnia erant. Rursus: Abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur. Idem: Inopem & cooperum miseris effecit. Idem: Hæc talia facinora impune suscepisse parum habuere, id est, non satis erat. Item: Satis habebatis animam retinere.

Indicta causa.

Caput CLXX

Indicta causa coniecit seruos in uincula, Cicero. Quosdam inauditos condemnauit, Suetonius. Inauditum capite puniebat, citra causæ cognitionem damnatus est, quod iure consulti uocant *στυγοδνιογ*.

Prosperitatis aut contra.

Caput CLXXI

Prospere ualetudine. Incolumi ualetudine, incolumi fama. Secundo uento, secundo aestu, secundo amne siue flumine. Secundo rumore dixit Tacitus. Idem aduerso rumore dixit, pro sinistro. Idem dixit, secundis numinibus, pro fauentibus dijs. Idem: Secunda tempestate ac fama. Item, secundante uento. Hic & Lilius secunda prælia dixerunt pro feliciter gestis. Et Iunone secunda, Vergil. Dextro Hercule. Secundam existimationem collegit, Suetonius, pro eo quod est, bonam opinionem. si quem numina laua sinunt. Hic tibi si alias unquam mens laua fuit. Resstante fortuna nihil ages; Cicero. Rebus aduersis, Rebus afflictis, Rebus

Rebus tristibus erigendus est animus. M. Tull. Cecidit belle. Ita cecidit ut uolebā. Hoc cecidit oportune. Valde optatū utriq; nostrum cecidit. Hoc adhuc percommode cadit. Male cecidit. Hac non successit, Terentius.

Antiquitatis.

Caput CLXXII

A Borbe cōdito nō extitit homo scelerator. Duo post homines natos teterrima capita, Dolabella & Antonius. Cōsules post hominū memoriā teterrimi atq; turpissimi. Post homines natos. Nostra ætate factū dicimus, quod nobis uisus accidit. Nostra memoria, quod a maioribus uisum, ab illis audire potuimus. Patrū memoria utroq; est antiquius, uidelicet quod sub atavis ac tritauis gestum est. Ex omni memoriā M. T. dixit, pro P. Sextio. Idem pro L. Corn. Balbo dixit, Superiore memoriā, pro superioribus seculis. Post orbem conditum. Post urbem conditam dixit M. Tull.

Totum.

Caput CLXXIII

A Capite usq; ad calcem. A summo capillo usq; ad imum pedis. Debes in solidum. Reddes ad assem, dixit Plinius Iunior. Quod is ad denarium soluere, dixit Cicero pro P. Quintio. Bona fide reddidit depositum, uel cum puluisculo. Cum tota erugine dixit Iuuenalis. Quantus quantus est, nihil nisi somnium est. Hymem quam longa est, id est; totam hmem dixit Vergilius.

Perpicuitatis.

Caput CLXXIII

D llucide expediui quibus oportuit. Vel cæco perspicuum est. Explanatus dicam. Dicam crassiore Minerua. Enodatus explicare, M. Tull. de Fin. Ibidē: Enucleate pro explanate dicta. Dic exerte, uelis an nolis. Candidus sermo pro dilucido, Græci λυκίος λόγος appellant apertum ac perspicuum, & λυκίος λόγος λεγέω pro apertius dicere. Sole meridiano clarius. Significauit uerius q̄ expressit. Lex hoc expresse uetuit. Declara mentem tuam. Planum facere pro declarare, frequenter est apud Cic. Oculis subijcere, Ob oculos ponere. Solidum est pro perspicuum est, dixit M. T. in Verrem, Actione prima. At enim illud solidum est, ut me Siculi maxime uelint, alterum illud credo. Obscurum est, & luce clarius. Tuba clarius apud Græcos.

Nobilitatis & contra.

Caput CLXXV

V Ir apprimē nobilis, Minime obscuris natalib. Homo minime nouus. Homo cum primis illustris, Vir clarissimus, Vir antiquæ nobilitatis, Vir honesto apud suos loco natus. Summo loco nata. Domi splendidus. Maiorū imaginibus clarus. Ex illustri stirpe progenitus. Auitis stemmatibus clarus. Homo domi nobilis, pro eo qui ē claris progenitus esset, frequenter est apud Ciceronē, & apud Salustiu. Homo domi suæ cum primis locuples atq; honestus. Homine ueteris prosapia ac multarū imaginum dixit Salustius. Cic. Philargus in amplissima ciuitate amplissimo loco natus. Lilius: Adolefcētes nec tenui loco orti. Plinius: Fœmina splendide nata. Obscurus. Lilius: Homo loco obscuro tenuiq; ortus fortuna, Humili loco, infimo loco natus. Homo nouus. Salustius M. Tulliu reperitium appellat, quod obscuris esset maioribus. Vir equestri loco, Vir senatorij generis. Vicanum pro ignobili dixit Cicero. Horatius. Ignotos homines dixit pro ignobilibus.

Violentiæ.

Caput CLXXVI

V lx à manibus temperatū est. Res ad uim & arma spectabat. A uerbis uentū est ad uerba. Rixa in pugnam uersa est. Vigeritur res. Ferro, non rationibus decertabatur. In manibus ius erat. Ad saga properatū est, frequēs est apud Ciceronem. Sagum enim uestis est militaris, quemadmodum toga pacis. Collo oborto reduxit hominem.

Rumoris.

Caput CLXXVII

V lgo fertur. Diu fuit populī fabula. Rumore uulgatū est. Constans rumor est. Fama passim iactatum est. In ore est omni populo. Erat in sermone res, dixit Cicero pro eo quod est. Rumor erat. Vox erat una totius prouinciæ. In ore & sermone omnium, M. Tul. Male audire dicuntur de quibus malus est rumor. Cōtra bene de quibus bonus.

Exempli.

Cap. CLXXVIII

M aiorum suorum uestigijs ingreditur. Vetus institutum reuocauit. A prisca Reipub. consuetudine non recessit. Cæsar: Agere ad præscriptū. Vetus exemplum est, siue ueteris exempli res est, fallere amicū. More hominum fecit, sibi q̄ amico maluit consulere. Nouo more, pro nullo maiorum exemplo frequens est apud Ciceronem.

Exemplum

Exemplum subiicitur his ferme modis, per ut, & uelut, Simile gaudet simili, ut sius sue, uelut puer puero. Quod genus, pro eo quod Græci dicunt ὁμοί. Verbi causa, uerbi gratia, Exempli causa apud M. Tullium.

Interneconis.

Caput CLXXIX

F Vnditus perijt. Radicitus extinctus est. Cupiditas radicitus extrahēda est. A stirpe subuersa est Resp. A stirpe interiit, dixit Salust. Pristinæ disciplinæ ne uestigiū quidem ullū superest. Græci panolethriam uocāt. Extirpari & funditus tolli, dixit M. Tull. de Fato.

Atrox.

Caput CLXXX

A Trox iniuria. Indignum facinus. Infandum, apud poetas. Nephariū scelus. Grauis contumelia. Non ferenda superbia. Intolerādam ferociam, dixit M. Tul. contra Rullum. Factum non una cruce dignum. Facinus culleo dignum. Noxa capitalis. Crimen inexpiabile. Piaculare facinus.

Rigoris.

Caput CLXXXI

A diuum exigere. Summo iure mecum agitur. Rigide, seuerē, præcise, quod Græci dicunt ἄσπιτος, mecum agitis. Inique, duris cōditionibus, aut legibus mecum agitur. Etiam si mecum agas ob signatis tabulis, pergitis ne uos tanquam ex syngrapha agere cum populo, dixit M. Tull. pro L. Murena. Ibidem dixit, austere, & Stoice agere. Itidem dici potest Scythice agere, qui agit inciuilius.

Ascribendi & imputandi.

Caput CLXXXII

A ssignamus, ascribimus, attribuimus frequenter in malam partem, nonnunquā et in bonā. M. Tull. ad Atticū: Si perturbator est, tibi assignato. Idē in Bruto: Hac si minus apta uidentur huic sermoni Brute, Attico assigna. Lilius: Flens petijt, ne unius amentia ciuitati assignaret. M. Tull. in Bruto: Peto à te, ut id nō modo negligentia meæ, sed ne occupationi quidē tribuas. Idem: Omnes id Verri tunc attribuebant, itē: Ut alijs causam calamitatis attribueret. Si quid mali acciderit, tuæ fœcordiæ imputato. Quod uiuo, tuæ clementiæ acceptū fero, siue, acceptum refero, hoc est, debere me fateor. Scuo la in Pandectis: Creditores suæ negligentie expensum ferre debēt. Hacenus in malā partem. Si quid feliciter euenit, nō fortunæ, sed deo ascribendum est, assignandū est, tribuendum est, attribuendum est, acceptū ferre oportet, imputandū est. Hac in bonā partē.

His finitima sunt, uindico, assero, arrogo. Totius negocij laudem sibi uindicat, sibi arrogat, siue asserit, sibi usurpat. Illa priora sunt sumpta à codicillis rationum, in quibus notatur quid quis debeat, aut cui quid persoluum sit. Hac posteriora ab actione iuris, qua quis sibi ius personæ aut rei defendit legibus. Item illa: Totū me tibi debeo. Quod spiro & ualeo, tui muneris est. Si quid habeo, id totum tuæ munificentia est. Si quid in me boni est, abs te uenit, abs te profectum est, abs te fluxit.

Additionis.

Caput CLXXXIII

C Vla deditus, uoluptati addictus, hoc ab actione translātū est. Ventris mancipiū: Seruit lucro. Horat. Inseruit honorī. In hoc totus incumbit. Assidet literis. Affixus est poetica. M. Tul. Et ad genus id quod quisq; uestrū in dicēdo probaret adhærescerēt, hoc est, affigerent sese. Deuotus in bonam partem dixit Iuuenalis: Quod nō tibi deditus effem deuotusq; cliens, uxor tua uirgo maneret. Terent. Animū ad scribendum appulit. Idem: Ut animū ad aliquod studiū adiungant. Idem: Adiecit animū ad uirginem. Dedit se ad leges, dixit M. Tul. Me totum meaq; omnia tibi dico, dedico, consecroq;.

Facultatis.

Caput CLXXXIII

T erent: Tibi in manu est ne fiat. Salust. Verū id frustra an ob rem faciam, in manu uestra est. Quiritēs. Id in te situm est. Istuc non est meæ facultatis. Verg. Nō opis est nostræ. Nos pro nostris opib. extruimus moenia. Nō est in potestate mea. In potestate, & in potestatem habere dixit Salustius. Si in mea potestate esset. Filius nondū emancipatus in patris est potestate. Penes te ius est uitæ ac necis. Nō est mearum uirium. Meis auspicijs, meis copijs, meo Marte confectum est hoc negociū. Salust. nouē dixit, Quibus in ocio uel molliter, uel magnifice uiuere copia erat. Idē dixit, in manibus. Cic. pro mea parte adiuui, pro mea parte uirili, pro uiribus, pro mea uirili. Salust. pro parte uirili, absq; pronomine. In hunc numerū conferrī possunt & illa. Impetrauit comitatū. Facta est illi dicendi potestas. Salust. Post ubi fide publica dicere iussus. Idem: Si fides publica data esset

esset. Idem: Eumq; interposita publica fide Romam perduceret. Magnatibus quicquid libet, licet. Vtinam per fortunas liceret, pro tuis in me beneficijs gratiam reponere. Vtinam tam adesset facultas, quam adest prompta uoluntas tibi gratificandi.

Iurandi. Caput CLXXXV

Per caput iuro. Sancte deierat. At sunt qui nihil uereatur conceptis uerbis peierare. In uerba iurabas mea, Horat. Non ego perfidum dixi sacramentum, id est, non iura uia mala fide. Sacramenta militaria. Non uerear uel Iouem lapidem iurare. Sic me deus bene amet. Sic mihi propitius sit Christus, ut ego te saluū cupio. M. Tull. Sollicitat, ita uiuā, me tua mi Tiro ualeudo. Idem: ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Idē: ne uiuā, si scio. Idem: Moriar, si quisquā me tenet præter te. Idem. Male mihi sit, si unquā quicquā tam enitar. Horat. Dispeream ni optimū erat. Abiuratas rapinas dixit Vergilius. Salustius: Fidem prodiderat, creditū abiurauerat. Terent. Iusiurandū dabitur. Apud iurecōsultos defert iusiurandum, qui parti aduersę cedit iurandi facultatē. Refert, qui oblatam transfert in offerentem. Huic citius credam iniurato quam tibi iurato.

Dictandi. Caput CLXXXVI

Prætor dicitur iusiurandū. Facile ero faciendus, si tu dicenda dictaueris. Plautus: Præ uerbis quod uis, hoc est, præconcepe uerba, quibus me uelis uti. Lilius: Agedū pontifex, præ uerba, quibus me pro legionibus, deuoueam. Idem: Id uotum in hæc uerba præeunte P. Licinio pontifice maximo, consul nuncupauit. Idem: pro præire dixit, præfari. Sunt qui M. Fabio pontifice maximo præfante carmen, deuouisse se eos pro patria Quiritibusq; Romanis tradant. M. Tull. Vt uobis uoce præirent, id est, uobis præscriberent quid essetis pronuntiaturi. Præscribere modum, præscribere finem. Cæsar: non ad alieum præscriptum, sed ad suum arbitrium imperare.

Tempestiue &c. Caput CLXXXVII

Oportune aduenis. Fac ad sis in tempore. Fac ad sis tempore. Vigilet oportet qui tēpori uult sua cōficere negocia. In ipso articulo superuenit. M. Tull. Satis erat diei, ut Puteolos excurrere possem, & ad tempus redire. Idem, Aderis autem ad tempus. Matura reditum. Fac curentur ista mature. Plautus: Per tempus hic uenit miles. Idem: Non potuisti per tēpus magis aduenire. Fac adeas hominē in tempore. Tempestiuis cōiuijs delectatur & philosophi. Horatius: Tempestiua uiro, Tempestiuis ista dixeris à cœna. Nihil suaue quod est in tempestiuū. In tempesta nox dicitur media, quod nō sit oportuna ad aliquid agendum. Commodū superuenit Chremes. Incomode me reuocauit senex. Suo quicquā tēpore agendū est. Horat. Pleraq; differat, & in præsens tēpus omittat, id est, in suū & congruū tempus. Si quidē hæc dictio præsens ad omne tempus pertinet. Lau datus est ab Augusto Cato, quod præsentē Reip. statū noluerit immutari, hoc est, eū statum qui erat uiuo Catone.

Ante tempus. Cap. CLXXXVIII

Vergil. Sed cadat ante diem. Præmatura morte extinctus est. Ante tēpus sapit. Per sius: Et rerum prudētia uelox. Ante pilos uenit. Præpropere duxit uxorē. Nondū matura nuptijs elocata est. Lilius: Abi hinc cū tuo præpropere amore. Illud præcox in genitorū genus nō temere peruenit ad frugē. Præcocia siue præcoqua mala pluris emuntur. Accelerata cōsilia raro sunt felicia. Festinata consilia raro prospere cadūt. Præcipitata cōsilia uix unquā felicem exitum sortiuntur. Ouid. Et adhuc tua mensis in herba est.

Post tempus. Caput CLXXXIX

Sero sapiunt Phryges. Sera est nunc consultatio. Serum est mortuo adhibere medici nam. Nulla ætas ad discendum sera est. Sera est in fundo parlimonia. Aduenit, sed post tempus. Seram rosam pro Serotina dixit Horatius. Serotini fructus sunt, qui post tempus solitum proueniunt. Post festum, ut aiunt, aduenitis.

Celeritatis. Caput CXC

Mox te reuisam. Breui te reuisam. Propediē te reuisam. Primo quoq; tempore conueniam hominē. Punctio temporis fortuna uersa est. Momento temporis corrūit omnia. Verg. Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra. Salust. De improviso. Vergil. Ante expectatū. Dictio citius tumida æquora placat. Simul cum dicto manus adfert homini. Acutum se domū contulerunt. Hæc loquutus, è uestigio se domū recepit. Protinus, ilico, continuo, statim. In ipso statim uitæ limine extinctus est. Confestim se in pedes

des coniecit. Simul atq; hæc dixerat repēte abiit. Simul ut accepit nūmos aufugit. Marcial. Vixdum dictum erat, illa dedit, quā maturissime siue maturime, pro quā primum, quā ocysime dixit Salustius. Tacitus: Incisus uenis mortem approperat, id est, accelerat. Nec mora, manum iniecit homini. Omnium opinione celerius redisti. Omnium expectationē celeritate uicisti. Huc fac quā primum recurras. Volasse dices. Vbi me his negocijs extricaro, nihil cunctatus ad uos aduolabo.

Ad hanc formam redigi possunt anticipandi uerba, quorū aliquot alibi recensuimus: Præuenire, anteuertere, præuertere, siue præuerti. Terent. Hæc dies illi antecessit. Occupare. Horat. Quum assectaretur nūquid uis, occupo. Idem: Fortiter occupa portū. Anteuertre. Salust. Sed ea omnia luxu antecapere, id est, præueniebat famē & sitim. Idem: Ac priusquā legiones scriberentur multa antecapere, quæ in bello usui forent. Idem: Con sul optimum factu rarus noctem quæ instabat antecapere. Maturandi uerbum frequenter habet celeritatis significationē. Vergil. Maturate fugam. Salust. Nisi maturafler pro curia signum socijs dare. Terent. At mature. Maturitas & maturus nō itidē usurpantur.

Spacium loci exiguum. Caput CXCI

Plautus. Si ex isto loco digitū transuersum aut unguem latum excesseris. Pedem ubi ponat non habet. Palmū non habet. Pollicem latum agri nō habet. Caue digitū latum ab hoc discesseris loco. Pedem latum nunquā a tuis præscriptis digrediar. Culmum latum nunquam recedit ab Epicuro. Pilum latum non recedit à pristinis moribus.

Spacium magnum loci aut temporis. Caput CXCVII

Plautus: Longe usq; à campis ultimis. Cic. Usq; à mari supero, Romā proficisci. Terent. Ex Aethiopia est usq; hæc. Usq; à pedibus ad summū capillum. Plautus: Usq; ex unguiculis. Quod Augures omnes usq; à Romulo decreuerunt. Salust. Omnia quæ uisus erat confrata telis, armis, cadaueribus. Quæ uisus erat, dixit pro eo quod erat, q̄ procul undiq; patebat prospectus. Verg. Usq; à proauis uetus ordinis ætas.

Metuendi. Caput CXCVIII

Metuo ne quod uis non liceat per patrem. Timeo ne mihi succenseat. Nullus metus est, ne tibi quisquam det uerba. Nihil periculi est, ne regno excutiaris. Terent. Metuo ut subitet hospes, id est, ne non subitet. Idē: Firmæ uereor ut hæc sint nuptiæ. Horatius. O puer ut sis uitalis metuo. M. Tull. Omnes labores te excipere uideo, timeo ut sustineas. Idē: Accipi à te literas, quibus uereri uideris, ut epistolas illas acceperim. Sollicitus sum, ut tantum laborum possis sustinere.

Aptitudinis & contra. Caput CXCVIII

Eloquentiæ caput est, apte dicere. Neq; enim diserte dicitur, quod inepte dicitur. Nihil ad eam rem dici potuit accommodatius. Delige uxorem tuam accommodam moribus. Splendide dixit magis q̄ appolite. Nihil adferri poterat appositius. Elegans iocus, sed parum in loco dicitur. Tua institutio nō quadrat ad huius ingenium. Mulieri mulier magis conuenit, magis cōgruit. Hic militiæ natus est. Hic ad huius mores factus scalpatusq; est. Magnifica loqueris, sed nihil ad Bacchū, ut aiunt, sed ἐπεὶ δὲ νόμος, sed ἀπὸ νόμου. Ista sarcina nō sedet humeris tuis. Hæc inter se non cohærent. Istuc ingeniose interseruisti, uerius q̄ cōcinne. Non sibi cōstat tua oratio. Nō consonat uita docirina. Non concordat facta cum dictis. Multa dixit extra causam, nihil ad rem pertinētia. Quid cani cum balneo? Istuc præclare quidem dictum, sed alieno loco. Alieno tempore sementem facis. Terent. Alienore ætate post faceret tamē. Ne boui clitellas. Feli crototon addidisti. In lente unguentum. Non facit ad lucum cithara.

Moriendi. Caput CXCV

Mortem obiit. Vita defunctus est. Vixit. In uiuis esse desijt. Excessit è uiuis. Excessit absolute, ut decessit. Satius est milies mortem oppetere, q̄ turpitudinē admittere. Cic. Mihi ipsi fuit mors æquo animo oppetenda. Obijt supremū uitæ diem. Diem obiit. Cic. obiit. Vitam morte commutauit. Concessit in fata, cōcessit uita, frequēs apud Tacitum. Mortalitatē expleuit, apud eundem. Item: Supremū diem expleuit. Animam reddidit. Spiritum finiebat. Spirare desijt. Lilius & Cicero: Efflauit animā. Cic. Cuius in complexu libenter extremū uitę spiritum adiderim. Expirauit. Cic. Antequā ex hac uita migro, emigro, demigro. Idem: Exire de uita. Terent. E medio excessit. Emori ma-

lim. E uita discessit inedia. Tacitus: Mortem occubuit. Et occubuit absolute. Suetonius dixit: Voluntariam occubuit necem. Vergil. Seu certe occumbere morti. Viuis exemptus est. Inter uiuos agere desijt. Agere animā dicitur, qui iam moritur. Deo Naturæq; concessit. Salust. Vbi anima naturæ cessit, demptis obrectatoribus ipsa se uirtus magis magisque extollit. Idem: Pater uti necesse erat naturæ cōcessit. Vitæ peregit fabulam. Lēto datus est. Luce orbatu est. Vita orbatu est; Lumine cassus. Poeticum. Mortuus abfolute dicitur. De mortuus qui morte sua locum aut munus reliquit uacuum, in quod qui substituitur in demortui locum succedere dicitur. Excessus pro morte apud idoneos auctores inuenitur. Item, exitus frequens apud Tacitum. Exitu demum Neronis, positus odijs in medium consulere. Idem: Laudatis antiquorum mortibus pares exitus. Quamquam exire à uita ferè dicuntur, qui spontaneam obeunt mortem: & exitus eorum qui sponte decedunt è uita. Quod peculiare est etiam, oppetere mortem. Finem pro excessu dixit Tacitus: Comperto sine Augusti.

Mortis spontanea.

Caput cxcvi

Cicero: E uita tanquā è theatro exeamus. Impatiens malorum mortē sibi consciuit, necem sibi cōsciuit. Inedia uitam finijt. Veneno sumpto mortem accessit. Incisis uenis mortē appropereat. Ita Tacitus: Desperatis rebus decreuit sibi adferre manus. Idē: Vim suæ uitæ attulit. Idem frequenter dicit, mortem sumere, pro, mortem sibi cōsciscere. Haud creditus sufficere ad cōstātam sumendam mortis. Morte spontanea uitā abrupit. Intercluso spiritu mortem inuenit. Suspendio quæ sita mors est.

Mortis adaçia.

Caput cxcvii

Occidit, interfecit, peremit, necauit, extinxit, iure cæsus est. Neci dedit. Verg. De de neci. Vitam & cantharides eripere possunt. Terent. Animā seni extinguere. Vita priuauit. Vita seu luce orbauit. Nero Senecæ denunciāuit ultimā necessitatē. Ad necem adegit.

Propositi.

Caput cxcviii

Iuuenal. Si te propositi nondū pudet. Erat animus, erat in animo. Proposuerā, statueram, decreuerā, constitueram urbē relinquere, Si sita sentētia literis te addicere. Non est sentētia frustra niti. Non fuit consiliū fœcordia atq; desidia bonum ocium contere. Non sum huius animi ut inanem operā uelim sumere. Non est consiliū. Nō est ratio. Visum erat ad uos remigrare. Habebam in animo. Sic apud animū meum statuo. Salust.

Periculi imminētis.

Caput cxcix

Non sentis quid tibi malorū impendat. Quanta immineat calamitas. Quāta inestet tempestas. Non ea procul abest. Iam urget ac premit. In foribus adest ultio. Salust. Dux hostium cum exercitu supra caput est. Sic aliquoties & T. Liuius: Nihil malorum non intentabatur. Vergil. Præsentemq; intentant omnia mortem. Hæc procemia nobis dira minantur. In propinquo est discrimen. Non sentis quæ te circūstent pericula, quæ malorū procella te circumuallet. Quis te maneat exitus? Quam tenui discrimine abis ab exitio. Vicinius malum est, q̄ credis. Propior es periculo, q̄ suspicaris. Salust. Quo usq; cunctando Remp. intutam patiēmini? Intutā dixit, pro periculo obnoxiam. Idem: Eo respub. in extremo sita est. Rursus: Vbi intelligit omnes fortunas suas in extremo sitas. Et gnati uita in dubium ueniet. In dubijs rebus consiliū adhibendum est. Naso: Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Horatius. Et incedis per ignes suppositos cineri doloso. Periculosa plenum opus aleæ.

Facile, difficile.

Caput cc

Dictu q̄ factu facilius. Nihil facilius, facile est, per facile est, procliuē est, in procliuē est, nihil est negotij. Nullo negotio rem conficies. Salust. Deniq; omnes Romani usq; ad nostram memoriā sic habuere, alia omnia uirtuti suæ prona esse. Idem: Et profecto dijs iuuantibus omnia matura sunt. Id cuius promptum est. Hoc mihi in proptu non est. Salustius: Si hoc itinere uti decreueritis, cætera in promptu erunt. In procinctu habere, ad manum esse. Difficile est, per difficile est. Rem arduam moliris.

Prætextus.

Caput cci

Verg. Hoc prætexti nomine culpā. Hoc colore tegit culpā. Obrētū pietatis, rem impiam moliebatur. Specioso titulo molitur facinus omnium turpissimum. Plausibili titulo. Religionis fūco sese uenditant. Amici specie gessit inimicum. Salust. Quicumq; Remp.

Remp. agitauere honestis nominibus. Idem: Sed hæc res mire sunt uitij obtentui, id est, his prætextantur uitia. Magni nominis umbra sese tuentur.

Temeritatis.

Caput ccii

Nihil habet pensi. Inconsultis consilijs agit omnia. Pro sua libidine rem gerit. Audacia illi pro sapientia in consilio est. Aequi atq; iniqui nulla ratio est. Quid deceat, quid non suscipere debet. Salust. Quæ etiam mediocres uiros spe prædæ transuersos agit. Idem: Quos priuata amicitia lugurthæ parum cognita transuersos agit. Impetu fertur, magis quam iudicio ducitur. Nihil habet pensi quid in quem dicat.

Exequiarum.

Caput cciii

Exequias ire. Curare funus. Parentare. Parentalia peregrimus. Salustius: Postquam illi more regio iusta magnifice fecerunt.

Consuetudinis, aut contra.

Caput cciiii

Insuevit fallere. Assuevit mentiri. Cōsuetu relinquare durū est. Optimis assuescēt. Armis belloq; desueti. Ad ista iam pridē occalluit animus. Lōgo usu callum dixi. Terent. Quid tu Athenas insolens? Insolens iniuriarū dixit Salust. Idem: Interdū timidos insolentia itineris leuare manu. Nihil noui facit. Istuc insolēs facis. Istuc tuo more facis. Istuc tibi solenne. Moris est. In usu est. In usu esse desijt. Tacitus: Ne uetustissima Italia disciplina per desidia exolesceret. Idē: Græci amicitia iam exoleuerant. Liuius. Res aut noua aut uetustate exemplorum memoriæ iam exoletæ. Ista iam in desuetudinē abiēre.

Tarditatis.

Caput ccv

Tardat, quod Græci *ῥοιζος*. Tardus corpore, sed ingenio tardior. Lentus abes. Festina lēte. Age pedetentim, paulatim, sensim infunde. Contari, bellū ducere. Salust. Quē ubi contari accepit, & dubiū belli atq; pacis rationes trahere. Idē: Ptolemæus pretio ad dies bellum prolatus. Tacitus: Diem ex die prolatabant. Liuius: Quum is diem de die differret. Casar: Diem ex die ducere. Cic. procrastinare. Comperendinare.

Non ultra.

Caput ccvi

Intra conuicia rixa constitit. Citra sanguinē pugnatum est. Perbenignus est, sed non ultra promissa. Idem efficit dictio tenus, cui ueteres liberius q̄ nos addiderūt nomen nunc auferēdi, nunc gignēdi casu. Crurum tenus dixit Verg. Tacitus: Non patruū salutem porta tenus obuī. Idem: Modo peccore, modo ore tenus extates. Idem: Vsurpatas nomine tenus urbū expugnatas dicitant. Idem: Ianua ac limine tenus domum claudit. Idem in uita Agricola. Vnum addiderim, nusquā latius dominari mare, multum fluminum huc atq; illuc ferre, nec litore accrescere aut refoberi. Sentit mare transire littora. Liuius. In quos iecit magis hoc consul uerbo tenus q̄ ut re insimularer. Idem dixit, uulneribus tenus. Aurium tenus dixit Fabius. Q. Curtius. Pauci hostiū tenus exacti penetrare usq; ad portum. Apuleius: Pallio tenus philosophos imitatur.

DE RERVM COPIA COMMENTARIVS SECVNDVS.

Et mox de prima locupletandi ratione.



POSTEA QUAM de uerborum Copia quæ ueniebant in mentem, qua potuimus breuitate diximus, reliquū est, ut simili compedio de Rerum copia perstringamus. Atq; ut hæc operis partē exordiamur ab ijs, quæ superiori generi sunt q̄ maxime finitima, Prima locupletandę sententię ratio uidetur, si quod summatim ac generatim dici poterat, id latius explicetur, atq; in parte diducatur. Quod quidē perinde est, ac si quis primum mercem per transfennam aut per istromata conuoluta ostendat, deinde eadem euoluat, aperiatq; ac tota oculis exponat. Huius rationis id erit exemplum

Rem uniuersam luxu perdidit.

Eam sententiā in summa comprehendam, qualiq; conuolutam hunc ad modum licebit euoluere. Si plurimas possessionum formas enumeremus, sic uarias perdendę rei uias explicauerimus. Quicquid uel matris uel patris nomine hereditate obuenerat. Quicquid aliorum affinitum morte aduenerat. Quicquid ex uxoris dote, quæ quidem neutriquam erat uulgaris, accesserat. Quicquid ex legatis accreuerat (accreuerat autem per multum) Quicquid ex principis acceperat liberalitate. Quicquid peculiū castrensis

confauserat, pecuniam omnem, uasa, uestes, fundos, agros, unā cum ipsis & uillis & pecoribus. Breuiter rem omnē seu mobilem, seu soli. Deniq; familiā etiam ipsam, foedisti-
 mis scortorū amoribus, quotidianis comestationibus, sumptuosis obsonationibus, nocturnis perporationibus, popinīs, cupedijs, unguētīs, alea, lusibus, paucis diebus ita absumpsit, abliguriuit, absorbuīt, ut ne reruntū quidē sibi reliquū fecerit. Hic duo illa uerba, Rem uniuersam, & luxu perdidit, suis partibus explicatur. Adhiciemus & alterū. Cyclopædiam absoluit.

In genere dictum est. Id ita poteris explicare. Si singulas disciplinas, omnē doctrinā speciem singillatim recēseas. Nullum omnino doctrinā genus est, in quo non sit exquisitē uite uersatus. Nulla disciplina, quā ille nō ad unguem perdidicerit. Et ita perdidicerit, ut in una qualibet sola laborasse uideatur. Adeo mire poetarū omnium omnes fabulas tenet, Adeo rhetorū flosculis abundat, Adeo grammaticorū laboriosos canones excussit, Dialecticorū argutias callet, Physices arcana peruestigauit, Vitramundanā sapientiā ardua superauit, Theologorum abdita penetravit, Mathematicas apodixes perceptas habet, Sic astrorum motus, sic numerorum rationes, sic terrarum dimensiones, urbium, montium, fluminum, fontium, situs, nomina, interualla, Sic uocum concētus atq; distinctiōmina callet, Adeo quicquid est historiarum tum ueterum, tum recentū meminit, Quicquid honorum autorū, quicquid uel antiquitatis, uel nouitatis, id omne tenet, Adde his parem Græcanicæ ac Latīnæ literaturæ linguæq; peritiā, Deniq; quicquid unquā eruditionis ab egregijs autoribus repertum ac traditum fuit, id uniuersum unus hic absolute perceptum, cognitumq; habet ac meminit.

Item. Omnibus naturę fortunęq; dotibus præditus. Hoc si cui libeat explicare. cōmemorabit singula corporis cōmoda. Deinde singulas ingenij atq; animi dotes. Postremo genus, opes, patriam, successus, & quicquid a fortuna solet obuenire. Rursum Tertium exemplum erit, Hippias omniscius. Hoc si quis uelit dilatare, referat licebit omnia illa que in eius uiri descriptione recēset Apuleius in floridis, nō sine uariā uerborum copia.

Extat huius rationis exemplum aptissimum apud Lucianum in Harmonide. Etenim cum potuisset summam dicere, τὴν αὐλητικὴν ὄλῳ ἐκμεμῆθηκα maluit explicatis partibus copiam ostentare ad hunc modum.

Ἐδιδάξω μὲ ἡδὴ ἀρμόδια τῶν αὐλῶν ἐς τὸ ἀκριβές, ἢ ἐμπνεῦμα ἢ γλωσσίδα λεπτὸν καὶ ἰμμελές, ἢ ὑποβαλλῶν ὅν διακτύλας διαφῶς ὑποπικνῆ πρὸ ἀφροῦ ἢ θεοῦ, ἢ βαίνῳ ἢ ἐνθιμῶ ἢ σωφρονῶ ἢ τὰ μέλη πῶς τῶν χορῶν, καὶ τὴν ἁρμονίαν ἐκάσθης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, ἢ φρυγίῳ τὸ ἰθιῶν, ἢ λυδίο τὸ βακχικό, ἢ δωρὶο τὸ σείνον, ἢ ἰωνικό τὸ γλαφυρόν, τοῦ τὰ βῆ οὐ πᾶν τὰ ἐκμεμῆθηκα τῶν ἰσῶν. Quæ tametsi uix possunt reddi Latine, tamen ob Græcanici sermonis ignaros uertam ut potero. Docuisti me iam exacte adaptare tibī, atq; in eius linguam inspirare tenue quiddam ac modulatum, tum commodo faciliq; contactu submittere digitos in crebra sublatione ac demissione uocis, ad hæc ad numerum ingredi, & ut modi congruant ad chorum, præterea quod cuiq; harmoniæ generi proprium est obseruare, Phrygiæ diuinum impetum, Lydiæ Bacchicum furorem, Doricæ grauitatem ac modestiam, Ionicæ iucunditatem. Quod si in proximo exemplo placuisset in singulis disciplinis facere quod hic Lucianus fecit in una musicæ parte, uides quāta sermonis copia fuerit futura.

In his non ab re crediderim illud admonere, simul & in initio proponi summā rerum, & eandē alia sermonis specie repeti, & ita redeūdum ad genus, quasi singulis enūmerandis iam sis defatigatus, etiam si nihil erit præteritum. Præterea cauendum, ne partiu ordinem confundamus tumultuaria uerborum congerie, sursum ac deorsum miscētes omnia, ne molestam uocum turbam nulla conditā gratia conglomeremus, sed uel ordine scito, uel apta distributione, uel elegantī descriptione, legentis aut audientis tēdiū excludamūs. Ad hanc formā pertinet & illud, quoties totū quod nō formis, sed partibus constat, in eas diducitur. Ut hic totus monstrū est, hoc pacto dilatabitur. Si prius hominem in corpus atq; animū partiaris, deinde singulas corporis partes, singulas item animi partes attingas. Et animo & corpore monstrum est. Quacunq; uel animi uel corporis parte contempleris, monstrum reperies. Caput tremulum, oculos caninos, os draconis, uultum furie, uentrem abdomine dissentum, manus ad rapinam incuruas, pedes intortos, totam

totam deniq; corporis figuram inspicere, quid aliud quā monstrum præ se ferunt linguam & uocem illam beluinam obserua, portētum dices. Ingenium excute, prodigium ingenies. Mores expende, uitā scrutare, omnia monstrosa comperies. Et ne singula persequar, quantus quātus est, nihil nisi monstrum est. Hic si quis uelit in singulis ueluti depingendis immorari, satis apparet, quantum ubertatis sit accessurum orationi.

Item aliud exemplum.

Totus commaduit.

A summo capillo ad imum usq; calcaneū pluuia commaduit. caput, humeri, pectus, uenter, tibia, totum deniq; corpus pluuia distillabat. Minutius quidē illud, haud tamen indignum quod admoneatur, ad hanc formā referri posse, quoties de specie loquentes, genus adiungimus, id quod ferē sit amplificandi gratia. Quum omnis eruditio plurimū adfert & ornamenti & adiumenti mortalibus, tum præcipue philosophia. Itē, omni quidem ætati foeda est libido, uerum senectuti multo foedissima. Item cum omnib. in rebus plurimū habet momenti prudentia, tum præcipue in bellis. Simplex enim erat, prudentiam in bellis plurimum habere momentū. Huius generis est illud Ciceronis in oratione pro domo sua, apud pontifices. Cum multa diuinitus pontifices à maioribus nostris inuenta atq; instituta sunt, tum nihil præclarius, q̄ quod uos eosdem & religionibus deorum immortalium & summa Reip. præesse uoluerunt. Quāquam quid attinebat unum hoc referre, quum huius formæ exempla nusquam non sint obuia.

Secunda uariandi ratio.

Huic admodū affinis est secunda uariandi ratio. Quoties non contenti semel exitū rei proponere, ex quo reliqua quæ præcesserūt, per se queant intelligi, singulatim ea quoq; commemoramus, per quæ ad eum exitum peruentum est; huius præceptionis hoc erit exemplum. Cicero Catilinę conatus oppressit. Id ita locupletabis. Catilinæ nefarios conatus periuuones perditissimos, totius Romanæ ciuitatis exitum atq; interneconem molientes, M. Tullius Cic. consul sua sagacitate statim odoratus est, singulari uigilantia peruestigauit, summa prudentia deprehēdit, miro in Remp. studio prodidit, incredibili eloquentia cōiicit, grauisima autoritate repræsent, armis extinxit, magna felicitate sustulit.

Item aliud. Ex ea uirgine filium sustulit. Hac ratione dilates licebit. Eam uirginē quod esset singulari forma, misere deperibat. Deinde amoris impatiens, simplicem puellā animum promissis sollicitauit, muneribus corruptit, blāditijs delinijt, officijs in mutuū amorem pellexit, improbitate uicit, deniq; consuetudinē cum ea habuit ac deuirginauit. Aliquāto post tempore uterus uirginis cœpit tumescere, scetu uidelicet cōcepto. Demum exactis nouem mensibus, parturijt, ac puerum peperit.

Item aliud exemplum. Urbem cepit, ita poterit ampliari. Principio feciales rem repetitum misit, qui pacis etiam conditiones offerret. Quas cum oppidani non acciperent, copias undiq; comparat, machinarum maximā uim comportat, ad mouet exercitū unā cum machinis ad urbis mœnia. Illi contra è muris acriter hostem repellunt, tandem hic superior in congressu, consensis mœnibus, urbem inuadit, ac rerum potitur.

Tertia ratio.

Ab hac rursum non ita uehementer abhorret tertia locupletandi sermonis ratio, quoties rem non nudam exponimus, sed altius etiam causas repetimus, à quibus inijtis sit profecta. Veluti si cui nō satis sit dixisse, bellum intercessisse Gallis cum Neapolitanis, uerum etiam addat quæ fuerint simultatis causæ, quis instigator, quæ suscipiendi belli occasio, quæ uincendi spes, quæ utriq; fiducia. Hoc ut est dilucidius quā ut egeat præceptione, ita difficile sit exemplum nisi plurimis uerbis proponere. Quare superfedebimus, & lectorem ad Salustium ac Liuium relegabimus.

Quarta ratio.

Nec admodū discrepat ab his quarta locupletandi ratio. Quoties nō simpliciter proponimus negotiū, sed enumeramus etiam illa quæ negotiū comitantur, uel consequuntur. Quod genus sit, Bellum tibi acceptū feremus. Hoc pacto poteris ditare rem. Exhaustum in barbaros milites ararium, fractam laboribus iuuentutem, proculcatas segetes, abacta pecora, incensos passim uicos ac uillas, Desertos agros, euerfa mœnia, compilatas domos, direpta phana, tot orbos senes, tot orphanos liberos, tot uiduas matrotias, tot uirgines indigne constupratas, tot adolescentiū licentia deprauatos mores, tantum

funerum, tantum luctus, tantum lachrymarum, Præterea extinctas artes, oppressas leges, obliteratam religionem, confusa diuina humanaque omnia, corruptam ciuitatis disciplinam: Vniuersum, inquam, hoc malorum agmen, quod ex bello nascitur, tibi uni feremus acceptum, siquidem belli fueris autor.

Quinta ratio.

Quinta locupletandi ratio uidetur potissimum ad *ἡρώδης*, quam euentiam uertunt, pertinere. Ea utemur quoties uel amplificandi, uel ornandi, uel delectandi gratia, rem non simpliciter exponemus, sed ceu coloribus expressam in tabula spectandam proponemus, ut nos depinxisse, non narrasse, lector spectasse, non legisse uideatur. Id ita præstare poterimus, si prius ipsi totam rei naturam omnesque circumstantias, ac ueluti faciem animo lustremus. Deinde ita uerbis ac figuris idoneis effingamus, ut quam maxime fiat euidentis perspicuaque lectori. Hac uirtute præcellunt, quum omnes poetæ, tum præcipue Homerus, quemadmodum suis indicabimus locis. Constat autem præcipue Descriptione rerum, temporum, locorum, & personarum.

Descriptione rei.

Rei descriptione locupletabimus orationem, quum id quod sit aut factum est, non summam, aut tenuiter exponemus, sed omnibus fucatum coloribus ob oculos ponemus, ut auditorem siue lectorem, iam extra se positum, uelut in theatrum, auocet. Hanc ab effingenda rerum imagine, Græci uocant Hypotyposim. Etiam si uocabulum hoc commune est, quoties aliquid oculis subiicitur. Veluti si quis expugnata ciuitatem dicat, cuncta nimirum in summa complectitur, quæcunque talis fortuna recipit. Vt enim Quintiliani uerbis. At si aperias hæc quæ uerbo uno inclusa erant, apparebunt effusa per domos ac templa flammæ, & ruentium tectorum fragor, & ex diuersis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alij in extremo complexu suorum coherentes, & infantum foeminarumque ploratus, male usque in illum diem seruati fato senes. Tum illa prophanorum sacrorumque direptio, efferentium prædas, repetentiumque discursus, & ante suum quisque prædonem catenati, & conata retinere infantem suum mater. Et sicubi maius lucrum est, pugna inter uictores. Licet enim hæc omnia complectatur euerio, minus est tamen totum dicere, quam omnia. Hactenus Fabius, Idem huius euentiam citat exemplum hoc ex Cælio in Antonium. Namque ipsum offendunt remulento sopore profligatum, totis præcordijs stertentem ructuosos spiritus geminare, præclarasque conuibernales ab omnibus spondis transuersas incubare, & reliquas circumiacere passim, quæ tamen exanimata terrore, hostium aduentu percepto excitare Antonium cohabitabant. Nomen in clamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, uehementius etiam nonnulla feriebat. Quarum quum omnium uocem tacitumque noscitur, proximæ cuiusque collum amplexu petebat, nec dormire excitatus, nec uigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus Centurionum, concubinarumque iactabatur. Nihil, inquit Fabius, his nec credibilis fingi, nec uehementius exprobrari, nec manifestius ostendi potest. Refert idem descriptionem conuiuij luxuriosi. Videbar, inquit, uidere alios intrantes, alios uero exeuntes, quosdam ex uino uacillantes, quosdam hesterna potatione oscitantes. Humus erat immunda, lutulenta uino, coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Sed huiusmodi exemplorum nusquam non magna copia, præsertim apud poetas, ut dictum est. & apud historicos poetis proximos. Præcipue uero narrationes nunciorum in Tragedijs, quoniam uice spectaculi subiiciuntur, dum ea referunt quæ representari in theatro, aut non possunt aut non conuenit, hac uirtute insigniter abundant. Veluti quum in Euripidis Hecuba Talhybius narrat Hecubæ, quo modo sit occisa Polyxena; & in Iphigenia Aulidensi, nuncius exponit, quomodo sit interfecta Iphigenia. Et in Troade Senecæ, nuncius refert Andromachæ, quomodo perisset Astyanax ipsius filius. Hoc ad exemplum indicasse satis est, quum omnes tragediæ scateant huiusmodi

ant huiusmodi narrationibus. Nec refert ad hoc institutum, ueræ sint an falsæ, quemadmodum in Electra Sophoclis, senex fide narrat Clytemnestræ, quomodo in ceteramine perisset Orestes. Marcus quoque Tullius mirus est in hoc genere artifex. Verum illud arbitror admonendum, hoc genus descriptiones præcipue quidem constare circumstantiarum explicatione, earum præsertim quæ rem oculis maxime subiiciunt, ac moratam reddunt narrationem. Non mediocriter tamen adiuuari collationibus, similibus, dissimilibus, imaginibus, metaphoris, allegorijs, & si quæ præter ea sunt figuræ, quæ rem illustrent. Quin epitheta quoque in hunc usum plurimum ualent, Veluti quum dicimus, aërios scopulos, turrigeras urbes, cæruleum aut uitreum mare, curuum aratorem, superciliosum philosophum, patulas fagos, atram specum: & apud Homerum, *δυσκλῆς πόλεμος*, & *περὶ δαίμων ἔκτωρ*, *βροτολογὸς ἔργος ἰσὺ τὰ χροὶ πάλαιος*. quo genere nusquam non scætet hic poeta. Neque solum in descriptione complectimur quæ præcesserint, quæ adiuncta rei fuerint, quæ consequuta, uerum etiam ea quæ facta non sint, uel fieri potuisse, si hoc aut illud euenisset, uel fieri posse demonstramus. Veluti si quis dicat, Vide in quod discrimen adduxisti Rempublicam, qui temere congressus sis cum hoste. Etenim si forte fortuna superperassent hostes, hæc atque hæc erant euentura. Aut si qui monarchiam dissuadeat, descriptione ob oculos ponat omnem tyrannidis Tragediam, iamque auditores admoneat, ut putent sese hæc omnia uidere, quæ mox passuri sint, si Democratiam mutarint in regnum. Porro si res agitur seria, tum eatenus adhibendæ sunt *ὑποτυπώσεις*, quatenus ad causam conducunt. Verum quum tota res ad uoluptatem spectat, quemadmodum in poematis ferè fit, & *ἑρωδιέσει*, quæ exercendi ostentandique ingenij causa tractantur, licebit effictionibus huiusmodi liberius lasciuire. Ad hanc formam pertinent descriptiones Homericae, quoties armat Deos suos aut heroes, quoties conuiuium, quoties prælium, quoties fugam, quoties concilium describit. Quid enim iste non exponit oculis, tum aptis circumstantijs, quæ tametsi nonnunquam minutæ uidentur, tamen nescio quo pacto mirum in modum rem oculis subiiciunt, tum epithetis, tum adhibitis similibus. Præterea descriptiones turbinum, tempestatum aut naufragiorum. Quales sunt apud Homerum locis compluribus, apud Virgilium libro Aeneidos primo, apud Ouidium Metamorphoseos undecimo, pugnae Barbaricæ apud Iuuenalem. Item pestilentia, qualis est apud Maronem Georgicorum libro tertio, apud Nasonem septimo, apud Senecam in Oedipo. Item apud Thucydidem. Præterea famis cuiusmodi est insignis in quadam Quintiliani declamatione. Item prodigiorum, Solis eclipsium, niuis, imbrum, fulminum, tonitruum, terræ quassationum, incendiiorum, inundationum: quod genus apud Ouidium diuini Deucalionis descriptio. Item seditionum, exercituum, præliorum, stragis, excidij, direptionum, monomachia, pugnae naualis: qualis est apud Lucanum libro tertio. Epuli, conuiuiorum, nuptiarum, funerum, triumphorum, ludorum, pomparum: cuius generis est apud Plutarchum in uita Marci Antonij, Cleopatras nauis, Sacrorum, ceremoniarum, incantationum, ac maleficiorum: qualis est apud Lucanum in sexto. Item apud Horatium in Satyris, sub persona Priapi, narrantis quæ uiderit. Venationum, cuiusmodi extat Hadriani Cardinalis: tametsi docti negant hoc carmen illius esse. Item animantium, quod genus est Torpedinis & Histricis descriptio apud Claudiolum. Apud eundem, & item apud Lactantium Phoenicis. Psittaci, apud Ouidium in Amoribus, & apud Statium. Serpentium, apud Lucanum in nono. Multorum piscium, apud Oppianum. Apud Plinium, quum innumerabilium animantium forma, naturæ, mores, pugnae, concordia, tum præcipue culicis descriptio. Apud Maronem, equi ac bouis expressio, apum mira representatio. Statuarum item, qualis est in Epistolis Plinianis signi senilis. Tabularum & imaginum, qualis est apud Lucianum, Hercules Gallicus: apud Philostratum, uaria picturarum argumenta: cuiusmodi sunt & argumenta textorum & sculpturarum, aut similibus operum: quorum apud Poetas & historicos exempla sunt innumera. Ut apud Ouidium libro sexto Metamorphoseos, textura Arachnes. Qualis est clypeus Achillis ab Homero expressus,

Aeneae à Marone. Ad haec nauis, uentis, *πρωπιαιας*, machinae, currus, Colossi, Pyrami-
dis, aut si quid est aliud rerum consimiliū, quarum descriptio delectet. Equidē ad hoc ge-
nus referendum arbitror, quoties formae gentis, uitaeque ritus explicantur. Veluti si quis
Scytharum, Anthropophagorū, Indorum, Troglodytarum, aut similiū gentium imagi-
nem, oculis exponat. Aut si uitae militaris, philosophicę, aulicę, rusticanae, priuatae, regię,
simulachrū quoddam effingas. Verū ut ista probe exprimas, non modo cōfert ars et in-
genium, uerum etiā oculis spectasse, quae uelis effingere, plurimum refert. Sunt & fabu-
losae rerum descriptiōnes, quae tamē ad ueras alludunt. Velut aetatis aureae, argēteae, fer-
reae. Qualis est & apud Ceberem humana uita pictura, apud Lucianū Aulae, calumnie,
eruditionis, aliaque complures, Apud Homerū Oisae, Ates, & Litarum. Apud Ouidiū fa-
mis, liuoris, Apud eundem, et item apud Maronē fama. Quod si quis malit haec ad per-
sonae descriptionem pertinere, de qua mox dicam, equidem non magnopere repugno.

Personae descriptio.

His igitur est proxima personarū descriptio, quam *πρωπιαιαι*, appellat, tamen si
non nihil ab hac disidet *πρωπιαιαι*, uel hoc nomine quod latius patet. Nam
famis quoque, inuidiae, somni, de quibus modo diximus, *πρωπιαιαι* non absurde di-
xeris. Proponitur enim ceu persona quaedam. Cuiusmodi sunt & illae, uirtutis ac uolupta-
tis, quas Prodicus sophista apud Herculem inter sese decertantes facit, ut autor est Xe-
nophon. Item mortis ac uitae, quas Ennius in Satyra contententes inducit, teste Fabio.
Item calumniae apud Lucianū, apud eundem Eruditionis & statuariae. Occasionis apud
Aufonium. Fortunae apud Horatium in Odis, & Q. Curtiū. Cupidinis apud Moschū.
Penias & Pluti apud Aristophanem. Iustitiae apud Chrylippum referente Gellio, Phi-
losophiā apud Boetium Seuerinum. Lamiae apud Politianum. Item Musarum, Gratia-
rum, Furiarum, Bellonae, Sphingis, Scyllae Charybdis, ac similiū apud poetas.

Sunt quaedam propiores uero, sed tamen ad ostentationē accommodatiores. Cuiusmodi
est Hippiae descriptio apud Lucianum, & eiusdem apud Apuleiū in floridis, sed oratori
magis cōueniūt illae notationes. Sic enim appellat quoties amatis, luxuriosi, auari, uora-
cis, temulenti, somniculosi, garruli, gloriosi, ostentatoris, inuidi, sycophantae, parasiti, leno-
nis uel personae depingimus. Huius generis extat exemplū in quarto rhetorices ad Herē-
nū. Vbi suis notis depingit, pseudoplutus, diuitiarū ostentator quū esset pauper. Cate-
rum ē comœdijs quātumlibet explorū sumere licebit. Nil enim aliud agit comœdia.
Extant ad hoc facientes notae Theophrasti titulo. Mihi grāmatici cuiuspiam uidentur
magis quā philosophi. Depingitur autē ab omnibus circumstantijs, praecipue uero ab his. A
natione seu patria, si Pœni, Graeci, Galli, Scythae, Hyberni, Hispani, Scoti, Britanni for-
mam, cultū, uocem, linguam, gestum, incessum, ritus, ingeniū, ac mores expresseris. Fin-
gendus autem Pœnus foedifragus, uaser, insolens, cultu ambitiofiore, atque item de cete-
ris. Sunt & singularum ciuitatum peculiāres notae. Ut mollis Atheniensis, & ad dicen-
dum quā faciendum instructior. Seueri Romani. Parci Florentini. A sexu, Depingitur uir
seuerior, mulier loquacior, inconstantior, superstitiosior.

Ab aetate tales effingimus, quales Horatius ostendit in arte poetica.

A fortuna. Fastuosior inducitur diues. Humilior ac timidior pauper.

A studijs sit gloriosus, & facinorum suorum immodicus iactator miles, periuus leno, tri-
stior rusticus, adulantior aulicus, mitior urbanus. Medicus ad quaestum propensior. Poe-
ta nominis audior, fontibus, nemoribus, ac secessibus gaudens, opum & honorum ciui-
lium contemptor. Sophista loquacior quā sapientior. Neque negligendi cōmunes affectus,
quo sit animo pater in liberos, maritus in uxore, ciuis in patriam, princeps in plebē, ple-
bes in patricios, ceterique quos diligētissime tradidit in rhetoricis suis Aristoteles. Sunt
autem peculiāres etiā in singulis horum differentie. Neque enim satis est tenere quid senis,
quid iuueni, quid seruo, quid patrifamilias, quid lenoni cōueniat. Alioqui singuli ho-
rum semper sui similes inducerentur. At comici praecipue uarietatem in eiusdem quoque
generis personis affectasse uidentur. Quid enim dissimilius quā Demea ac Mitio apud
Terentium? Quorum hic, cum etiam grauisime filium obiurgat, blandus est, ille cum
maxime blanditur, amarulentus. Et tamen uterque senex, atque adeo fratres. Quid diu-
sius quā Chremes semper placidus ac ciuillis, & Simo uehemens ac suspitiosus? Item
quam

quā Pamphilus cordatus, & Carinus inops animi cōsiliique. Quid tam dissimile, quā
Phaedria cum morbo pugnans, & Charea nihil habens pensū. Multum item inter est in-
ter Dauiū pertinacissimū sperandi autorem, & Byrriā nihil praeter desperationē adferen-
tem. Plurimum inter parasitum Gnathonem, & Phormionem, & ab utroque longe disti-
dent parasiti Plautini. Quemadmodum & huius meretrices à Terentianis plurimū dis-
crepant. Terentius meretrices propemodum bonas fingit, ueluti Philotim, & Bacchi-
dem in Ecyra. Plautus senes amantes ac festiuos, & uxoribus ueteratorie imponentes,
quanquam alias Euclionem prodigiose tenacem ac suspitiosum facit.

Quod si personam tractamus ab alio occupatā, ab ijs qui priores finxerint aut descri-
pserint, decorum petendum est. Veluti si tractes Achillem, acrem, inexorabilem, simpli-
cem, infensum regibus, infensum mendacibus, pedibus uelocem inducas oportet. Nam
huiusmodi primus finxit Homerus. Rursum Vlysem uafum, mendacem, dissimulan-
tem, omnia tolerantem. Agamemnonem animo mitiore, sed imperij cupidum, timētem
populum, uoluptatis audidiorem quā belli. Hectorem animo sublimi, mortis & augu-
riorum negligentem, patriae omnia posthabentē. Aiacem factis magis quā oratione stre-
nuum, contumeliā ac repullā impatientem. In summa, ut cuiusque personā finxit Home-
rus, ita Tragici poetae inducant oportet. Item si quis Aristidē, Themistoclem, Phocio-
nem, Alcibiadē, Pisistratū, Iulium Casarem, Fabiū, aut Camillum, aut Timonē, Socra-
tem, Platonem, Epicurū cupiat effingere, ex historijs decorū petendum est. Quod exer-
citationis genus placuisse uidetur ijs, qui Menelai, Phoenicis, Achillis, Phalaridis, Bru-
ti, Senecae ac Pauli epistolas & orationes finxerunt. Idem spectandū erit scribenti dialo-
gōs, quibus personis quem tribuat sermōnē. Ceterum decorum, quod est in fictis perso-
nis, ueluti si philosophiā producas uultu cōstanti & autoritatis pleno, Musas simplices
ac bladiōres, Gratiā iunctas ac zonis solutis, Iustitiā rectis atque immotis luminibus, cae-
teraque huius generis, id à rerum natura, ad quas alluditur oportebit sumere. Est quoque
decorum in apologis, quod nemo recte tuebitur, nisi naturas animantium cognitas atque
animaduersas habeat. Ut sciat docilem ac religiosum elephantum. Delphinum Croco-
dilo inimicū, hominis amantē. Aquilam in sublimi nidum ponere. Scarabeum stercora,
in quibus gignit ac gignitur, ex more protrudere. Nec uideri temporibus quibus incu-
bant aquilae. Casitam in segetibus oua ponere. Erinaciū gaudere discursu inimicum ser-
pentibus. Atque haec quidem, hisque recōditiora facile petuntur ex Aristotele, Plinio, Ae-
liano. Tractatur & hoc genus etiā ab oratoribus. Porro duriores sunt apologi, qui rebus
inanimis, ut arboribus aut saxis sermōnem attribuunt. Sed oratorum magis peculiāres
sunt illae *πρωπιαιαι* quoties suis ceu coloribus certa hominis persona depingitur,
idque eatenus, quatenus ad rem propositā attinet. Quemadmodū apud Sallust. Catilina,
apud Liuium Annibal, apud Plinium Traianus. Rariū enim incidunt, sed tamen inci-
dunt, illae formarum effigiones. Quod genus sit, si quis mulierē formosam omnibus fer-
mē numeris exprimat, aut contra deformem anum. Quemadmodum Therisiten effin-
xit Homerus, & Graecorum multos proceres ē moenibus Helena Priamo sciscitanti in-
dicat, et hunc imitatus Maro in sexto complures Romanos describit. Ad hanc formam
praecipue pertinet schema *δολογισμός*, id est, sermocinatio, quoties unicuique sermōnem
accommodamus, aetati, generi, patriae, uitae instituto, animo, moribusque congruentē. Nam
huiusmodi sermōnes in historia licet affingere. Vnde tot Thucydidis, Salustij, Liuij ora-
tiones. Effinguntur & epistola, & apophthegmata. Demum & cogitationes, ueluti ho-
minis secum loquentis, quanquā hoc poetis familiarius. Illae propriae *πρωπιαιαι* no-
men merentur, quoties personā hominis procul absentis, aut iam olim defuncti, loquen-
tem facimus, seruatō decoro. Quod genus sit. Quid si nunc reuiuiscant prisci illi huius
urbis optimates, uiderintque temporū horum mores, nonne in has uoces erumperēt. De-
indē subijcienda oratio. Quid si nunc adesset proauus ille tuus, nonne merito his te uer-
bis obiurgaret? Quid si redeat in hanc lucem, Camillus, nonne iure his uerbis nobiscum
agat? Et iam mihi uideor audire illum sic mecum loquentem. Et fingite Platonem ipsum
ad hunc modum uobiscum exostulantem. Verecundiores sunt huiusmodi profopo-
poeae, cum ea loquentes fingimus, quae uerisimile sit eos esse dicuros, si adessent. Durio-
res autem, sed tamen etiā in serijs orationibus, non tantū in exercitationibus adhibedae,
si quando

si quādo rerū gravitas postulat, quoties naturā, aut Reimp. aut provinciā, aut patriam loquentē facimus. Vt in Catilinā fecit Cicero. Quā tecū Catilina quodammodo tacita loquitur. Rursum: Etenim si patria, quā mihi uita multo est charior, si cuncta Italia, si omnis Resp. sic loquatur: M. Tullī quid agis? & Socrates apud Platonē in Critone leges secū disputates inducit. Huius generis est, quoties dijs ipsis, aut locis, aut alijs multis rebus orationem accommodamus. At ea quae proprie *τοπογραφικαι* uocantur, metaphoris similibus, & collationib. fiunt illustriores. Cuius generis apud poetas magna uis est.

Loci descriptio.

Locupletatur oratio locorum quoque descriptionibus, quas Graeci *τοπογραφικαι* appellant. Ab his frequēter narrationū sumitur exordium, non a poetis modo, uerum etiam ab historicis, & apud oratores nonnunquā incidunt. Huius generis est quoties tota loci facties, ueluti spectāda depingitur. Vturbis, mōtis, regionis, fluminis, portus, uillae, hortorum, amphitheatri, fontis, specus, tēpli, luci. Quae si uere sint, *τοπογραφικαι* appellari uolunt. Sin fictae, *τοποθετικαι*. Prioris formae sunt, Carthaginis & portus apud Maronē descriptio, apud Plinīū in epist. Laurentis uillae. Apud Statium Surrentinū Pollij, & Tiburtinū Manlij: posterioris, sedes somni apud Ouidiū, Domus fame & regia solis apud eundem, inferorū & Caci domus apud Vergiliū. Tenari apud Statium, domus apud Lucianum. Regia Pŷches apud Apuleiū. Ad prius genus referendū arbitror, Vesuuij mōtis incendiū, à Plinio minore descriptū. Aetnae ardentis, apud Claudianum. Tum si quis Nilum, aut antrū Sibyllae, arcus atque id genus alia descriperit. Quae quo sunt magis noua, hoc plus adferūt uoluptatis, & diutius licebit immorari modo omnino non sint aliena.

Temporis descriptio.

Porro temporis descriptionē *χρονολογικαι* appellant. Vnde nō raro narrationis sumitur initium. Nonnunquā delectandi duntaxat gratia adhibetur. Veluti quoties poetē diem, noctem, auroram, aut crepusculū exprimit. Quaeque ne haec quidē omnino ociose debent adhiberi. Quod genus est illa Vergiliana: Nox erat & placidū carpebat fessa soporem Corpora per terras, syluacque & saeva quierāt Aequora, cū medio uolūtū sidera lapsu. Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaeque uolucres. Quaeque lacus late liquidos, quaeque aspera dūmis Rura tenent, somno positae sub nocte silenti, Lenibant curas, & corda oblita laborū. Pertinet enim haec descriptio nocturnae quietis, ad amplificandum Didonis dolorem, qui ne tum quidem conuiescebat, cum omnia caetera quietē agerent. Nam mox sequitur. At nō infelix animū Phoenissae, nec unquā Solutur in somnos. Veris, hyemis, autumni, aestatis, uindemtae, iustitiae, faturnaliū descriptiones ad hoc genus pertinent, quae sepe numero ualent & ad probationē. Mixtae sunt illae, quoties temporū quietem exponimus, puta pacis, belli, seditionum, factionum, monarchiae, democratiae. Simul cum ostendimus, quae uirtutes, aut quae uitia tum maxime ualuerint. Haec quidem singillatim tractare conueniet nonnunquam exercendi ingenij gratia. Verum absoluta descriptio ex his omnibus constat. Nam Horatius in ea quam modo citauī Satyra, primum locum exquiliarum describit, deinde tempus, praeterea Priapi ac maleficarū personas, postremo & sacrificium & fugam crepitu territarum mire exprimit.

Egressio: sexta locupletandi ratio.

Superioribus affinis sexta locupletandi ratio, quam Graeci *ἔκβασις*, Latini partim egressione, alij digressionem, nonnulli excursionem appellant. Ea est, definitore Quintiliano, alicuius rei, sed ad utilitatē causae pertinentis, extra ordinē excurrēs tractatio. Adhibetur autem uel laudandi gratia. Qualis est apud M. Tullīū pro L. Cornelio popularis illa uirtutum Cn. Pompei commemoratio, in quam ille diuinus orator, nam Fabij uerbis utar, uertit: aut uituperandi, aut ornandi, aut delectandi, aut preparandi. Sumuntur autem ex istis ferme locis, quos modo retulimus. Ab expositione rerum gestarum, à descriptione locorum, regionū, personarum. Item à tractatione fabularum, apologorum. Praeterea à locis communibus, quoties amplificandae rei gratia, in gloriam, in luxuriā, libidinem, auaritiā, turpem amorem, tyrannidem, iram ac reliqua uitia dicimus, atque his, causa uelut allquantisper omīssa, diutius immoramur. Aut contra, quoties frugalitatem, liberalitatem, continentiam, studia literarum, pietatem, taciturnitatem, laudibus effertimus.

Hi

Hi tantum momenti habent ad copiose dicendum, ut clari aliquot auctores eos ex professo tractauerint. *χρῆσις* appellant. Sunt & illi loci communes his non dissimiles, quoties libertatis commoda ponimus ante oculos, contra seruitutis incommoda. Mutabilitatem fortunae, mortis aequam omnibus necessitatem, quantum ualeat pecunia in rebus mortalium, uitae humanae breuitatem, atque id genus alia innumera describimus.

Porro longius immorari licebit excursionibus, uel in initio dictionis. Qualis illa Hericulis Gallici apud Lucianum, & Lamiarum apud Politianū descriptio. Vel in fine, quod iam fessus recreetur auditor. Quemadmodū in Georg. ferē facit Verg. In medio, si quādo digredi libebit, celerius eō redeundum, unde digressus sis, nisi pars causae iam absoluta digressionis ansam praebet, Veluti post narratā causam, quo ad securā argumentationem auditor reddatur alacrior. Aut post probationem, siue omnino post locos inaeuociores, quo tedium subtilitatis discutatur. Aut nisi res ipsa locos huiusmodi suapte sponte offerat, qui inuident ad diutius immorandum.

Septima ratio.

Septima locupletandi ratio sumitur ab Epithetis. Diomedes Epitheton, facit speciem Antonomasiae, finitque hūc in modum. Epitheton est praeposita distinctio proprio nomini aut ornandi, aut destruendi, aut indicandi causa. Ornandi, ut diua Camilla. Destruendi, ut scelerumque inuentor Vlysses. Indicandi, ut Larissaeus Achilles. Sumuntur epitheta ab antiquo, ut Plato philosophorū sapientissimus. A corpore Therites Graecorū omnium deformissimus. A bonis externis, neque id simpliciter, nimirum ab omnibus partibus bonorum, quae proficiscuntur à fortuna. A genere, ut Maecenas generosissimus. Ab opibus, Croesus regū opulentissimus. A forma, Nireus formosissimus. A uirtutibus, Milo athleta fortissimus. A patria, Vlysses Ithacensis. Ab actu, monstrorum domitor Hercules. Ab euentu, Bis capti Phryges. In summa ab omnibus fortunae commodis, aut incommodis. Neque refert an haec epitheta sint adiectiua nomina, nec ne, modo quocumque pacto proprietates quaedam attribuantur, non personis tantū, uerum etiam rebus. Vt praiceps iuuetas, praiceps & amens consultor amor, esca malorū uoluptas, morosa ac difficilis senectas, uitiorū expultrix philosophia, humanae uitae speculum comedia, uitae magistra historia. In poematis licebit naturalibus epithetis uti, ut Candida nix, liquidus fontes, frigida nox, uolubilis annis, aureus Sol. In oratione prosa non oportebit adhiberi, nisi emphasim quandā habeant, & ad rem propolitā pertineant. Vt nō impetrabis causam tam iniquā ab Aristide iustissimo. Et coram Catone seuerissimo mortū censore audes agere floralia? Id potissimum fiet in citationibus exemplorum, aut sententiarum. Aristarchus eruditissimus, & idem diligentissimus. Cicero eloquentiae princeps. Plato certissimus auctor.

Octaua ratio.

Octaua dilatandi ratio sumitur à circumstantijs, quas Graeci Peristases uocant. Eae partim sunt rerum, ut causa, locus, occasio, instrumentū, tempus, modus, atque id genus alia. Partim personarum, ut natio, patria, sexus, aetas, educatio, & disciplina, habitus corporis, fortuna, conditio, animi natura, studij, antea acta, commotio, consiliū, nomē. Cōducit autem ad multa circumstantiarū aptus ac tempestiuus usus. Primū ad amplificandū atque extenuandū, de quo mox paucis dicturi sumus. Deinde ad euidentiam, de qua paulo antediximus. Praeterea ad confirmationē & probabilitatem. Facit enim ut tota oratio densis ac crebris argumentis undique diffusa sit & cōmunita. Quae tamen non explices, quae siquē in acie educas, tamen pugnant per sese causamque nō mediocriter adiuuat. Vt quem admodum, licet aliud agentem, tamen agnoscere liceat, palastricę aut musicae peritum. Ita ubiuis ex huiusmodi circumstantijs commode suo loco admixtis, rhetorē intelligere possis. Quod quoniam per omnē orationē fufum est, exemplo breui ostendi non potest.

Nona dilatandi ratio.

Nona dilatandi ratio constat amplificatione. Eius complures formae referuntur a Fabio. Nos eas breuiter attingemus, quae ad praesens pertineāt institutum. Prima amplificandi ratio constat incrementō. Quoties gradibus aliquot peruenitur, nō modo ad summum, sed interim quodammodo supra summum. Huius exemplum est apud M. Tullīum in quinta in Verrem Actione. Facinus est uincire ciuem Romanum, scelus uerberare, parricidium necare. Quid dicam in crucem tollere? Verbo satis digno tam nefaria

res.

res appellari nullo modo potest. Ad hoc genus pertinet & illud, cum congestis ordine quodam circumstantiis in contextu & cursu semper aliquid priore maius insequitur. Huius exemplum est in secunda Ciceronis Philippica de uomitu Antonij. O rem non uisum modo fœdam, sed etiã auditu. Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu uero populi Romani negotium publicum gerens Magister equitum cui ructare turpe esset, is frustis esculentis, uinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. Hic singulæ uoces incrementum habent. Etenim per se deforme fuerat, uel non in cœtu uomere, in cœtu etiã non populi, etiã non Romani, uel si nullum negotium gereret, uel si non publicum, uel si non magister equitum. Hæc si quis diuidat, ac circa singulos gradus immoretur, augetur quidem orationis copia, tamen minus efficaciter amplificabit. Huic contraria est comparatio. Nam ut incrementum ad superiora tenditur, ita cõparatio à minoribus incrementum petit. Fit autem comparatio uel fictione, uel exẽpli collatione. Fictione quã *ὑπόθεσις* uocãt, ut in prima parte exẽpli, quod modo retulimus ex Cicerone. Fingit enim hoc inter cœnã accidisse priuato. Eiusdẽ est illud in Catilinã. Serui me hercle mei, si me isto pacto metuerẽt, ut te metuunt omnes tui, domum meam relinquendã putarem. Collatione exẽpli, quoties proposito uelut simili exemplo efficitur, ut id quod exaggeramus, aut proximum illi, aut par, aut maius etiã uideatur. Velut Cicero pro Cluentio cum exposuisset Milesiã quandã à secundis hæredibus pro abortu pecuniã accepisse, Quãto est, inquit, Opianicus in eadem iniuria, maiore supplicio dignus. Siquidem illa cum suo corpori uim attulisset, seipsam cruciauit. Hic autẽ idem illud effecit per alieni corporis cruciatum. In hoc genere non solum tota totis, sed etiã partes partibus comparatur, sicut hoc loco pro Milone, An uero uir amplissimus Scipio, Tyberium Gracchum mediocriter labefactantẽ Remp. priuatus interfecit: Catilinã orbem terrã cæde atq; incẽdio uastare cupientem, nos consules perferemus: Hic & Catilina Graccho, & status Reip. orbi terrarum, & mediocris labefactio cædi & incendijs & uastationi, & priuatus, consulibus comparatur. Quæ si quis dilatare uelit, plenos per singula locos habeat. Amplificamus & ratiocinatione, est aliud crescit, & aliud augetur, hoc modo. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tantũ uini in Hippia nuptijs exhauseras, ut tibi necesse esset in pop. Romani conspectu uomere postridie. Colligitur enim quantum uini biberit Antonius, quod illa totius corporis gladiatoria firmitas nõ quiuerit ferre et cõcoquere. Ad hanc formã referendũ est quoties res atrocissimas quasq; in summã ipsi extulimus inuidiam eleuamus consulto, quo grauiora uideantur, quæ sequutura sunt. Quod genus est illud Ciceronis: Leuia sunt hæc in hoc reo. Metum uirgarum nauarchus nobilissimẽ ciuitatis precio redemit. Humanũ est. Atrocissimũ quiddam expectetur necesse est, cui hæc quæ sunt atrocita, comparata, humana atq; usitata uideatur. Amplificamus & congerie uerborum, ac sententiarum idem significantium, quæ ratio finitima est figure *συναδραιοσύνη*, de qua prius dictum est. Utitur hac M. Tul. in Actione pro Ligario. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat: Cuius latus ille mucro petebat, qui sensus erat armorum tuorum: quæ tua mens: oculi, manus, ardor animi: Quid cupiebas: quid optabas: Hic uelut acervo creuit oratio. Idem fit interim omnib. altius atq; altius insurgentibus. Ut in hoc exemplo, Aderat tanitor carceris, carnifex pretoris, mors terrorq; sociorum, & ciuium Romanorum licitor Sextius. Amplificamus etiam quasi correctione quadam, ut Cicero in Verrem, Nõ enim furem sed raptorem, non adulterum, sed expugnatorem pudicitia, non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumq; nõ sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumq; in uestrum iudicium adduximus. Totidem autem sunt minuendi modi, quot sunt amplificandi. Pertinet ad orationis copiam & illi uulgares amplificandi modi, cum uel aduerbijs, uel nominibus, uel alijs partibus appositis amplificamus, uel in laudem, uel in uituperium. Maiorẽ in modum me Cicero delectat. Dici non potest q; tibi faueat focer. Verbis consequi nequeam, q; me delectet Cicero. Verum de his augendi rationibus priore libro diximus.

Notus & usitatus est & ille modus amplificandi, cum speciem augemus generi collatam. Ut cum omnes disciplinae liberales plurimum homini conciliant uel ornant, uel commo di, tum in primis eloquentia. Quanquam hanc quoq; rationem superius attigimus.

Decima

Decima dilatandi ratio.

Decima dilatandi ratio inde sumitur, ut q; maximũ propositionũ numerum reperiamus. Est autẽ propositio rhetorica, cui probandæ adhibetur argumeta. Porro quæadmodum inueniendã sit propositio, Fabius negat arte comprehendẽdĩ posse, cæterũ ingenio atq; usu constat ea facultas. Atq; inde fit, ut cum plures eadẽ didicerint, generibus argumentorũ similibus utantur, alius tamen alio plura quibus utatur inueniat. Sumuntur autẽ propositiones partim ex his quæ sunt uulgaria, partim ex his quæ sunt propria causa. Exemplum sit hoc, quod placuit Quintiliano, Cum Thebas euerisset Alexander, inuenit tabulas, quibus centum talenta mutuo Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Eas tabulas, quod esset usus cõmilitio Thessalorum, donauit his ultro. Postea restituti à Cassandro reposcunt Thebani Thessalos. Res apud Amphictyonas agitur. Centũ talenta & creditisse eos constat, & nõ recepisse. Lis omnis ex eo, quod eas Alexander Thessalis donasse dicitur, pendet. Constat & illud, nõ esse ijs ab Alexandro datam pecuniã Thebanorum. In hoc igitur argumento huiusmodi propositiones ac partes, ceu columnæ reperiendæ sunt. Prima pars erit, Alexandrum nihil egisse donando. Secunda, non potuisse donare. Tertia, non donasse. Ac primæ quidem partis, prima erit propositio pro Thebanis, iure repeti licere quod uisit ablatum. Pro Thessalis hæc erit, tabulas nõ simpliciter uel qualibet, sed bello sublatas esse. Ius autem belli plurimum ualere in rebus humanis. Hoc regna, hoc populos, hoc fines gentium atq; urbium contineri. Huic rursum aliã propositionẽ opponunt Thebani. Non omnia in uictoris potestate uenire iure belli, sed in his quæ in iudicium deduci possunt, nihil ualere ius belli, nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaq; ubi illa ualeant, non esse iudicem. Vbi iudex sit, nihil illa ualere. Atq; ea quidẽ e causa circumstantijs sumitur, quibus ostendi potest, quid hæc causa distet à cæteris. Ad huius autem propositionis confirmationẽ sumitur à locis exemplũ simile. Ideo captiuos, si in patriã suam redierint liberos esse, quia bello parta, non nisi eadẽ uel possideantur. Tertia pro Thebanis propositio, ducetur & ipsa ex causæ proprijs. In eo iudicio potissimum esse spectandã equitatem, in quo Amphictyones iudicent. Aliam enim apud centum uiros, aliam apud iudicẽ priuatum, in eisdẽ quæstionibus esse rationem. Atq; hæc quoq; eõ ualent, ut appareat hanc causam distare à cæteris, in quibus ius belli ualere debeat. Porro secunda partis pro Thebanis probatio fuerit. Non potuit donari à uictore ius, propterea quod id demũ uictoris sit, quod teneat: ius cum sit incorporale, apprehendi manu nõ potest. Rursum ad huius probationẽ adhibetur argumentum à dissimili. Alia esse conditio nem heredis, aliam uictoris. Ad illum ius, ad huc rem transire. Iam ex causæ proprijs altera sumetur propositio, superior ueluti subseruiens. Nempe hæc ut donemus ius aliã ad uictorẽ transire, certe ius publici crediti ad uictorẽ transire nullo modo potuit. Propterea quod si quid populus credidit, id omnibus debeat. Et quãdiu unus superfuert, is sit totius summe creditor. At Thebanos nõ omnes in Alexandri manu fuisse. Atq; licet quidem non eget probationibus. Tertia partis uulgaris, hoc est cuius causæ congruentis, propositio erit huiusmodi. Non donauit Alexander quã tabulas donaret: neq; enim in tabulis esse ius. Eaq; propositio multis argumetis defendi potest. A simili: neq; enim quis quis hereditatis habet tabulas, idẽ hereditatis habet ius. Et si forte creditor tabulas amiserit, nõ continuo liberatur debitor. Altera propositio cõiecturalis est: Alexandrum non hoc animo donasse Thessalis tabulas, ut honoraret, sed ut deciperet. Ea q; uarijs cõiecturis erit probanda. Tertia itã nõ proprie ad huc gradũ attinet, sed est ueluti nouæ cõtrouersie initium. Sumitur autẽ e proprijs materiẽ. Estq; huiusmodi: ut omnia donemus Thessalis ius belli ualere in iudicijs, et apud hos iudices, & in publico credito, atq; item de cæteris: tamen si quid amiserit, non ab Alexandro uictore, idẽ Cassandro restituti receperint oportet, maxime cum id uelit Cassander. Item si quis suadeat M. Tullio, ne cõditionem ab Antonio oblatã accipiat, nempe ut uiuat exultis Philippicis, his ferme propositionibus poterit uti. Non esse cuiquã egregio uiro tantã emendam uitam, ut immortalem famam amittat. Huic generali subseruet particularis, e circumstantijs sumpta, Præsertim Ciceroni, qui tot laboribus clarissimum, semperq; uicturũ nomen sibi pepererit, ac mortem esse contemnendam tot præclaris uoluminibus æditis facundissime demonstrarit, maxime cum iam senĩ nõ multum æui superesse uideatur. Rursum altera principalis sumetur à circumstantijs. Nihil infelicius esse q; Ciceronem uirum optimum debere uitam

Tom. I.

g

uitam



Exempli in genere suo

Aliud in gene
re susoriorio

uitam Antonio omnium pessimo. Tertia coniecturalis erit, callide hoc agere Antonium, ut exultis prius Philippicis in quibus intelligat & suam infamiam sempiternam, & Ciceronis immortalē gloriam esse sitam, deinde erepta uita quoque totum extinguat Ciceronem. Item si cui matrimonium dissuadeas, his licebit uti. Prima fuerit, si pietatem spectes, matrimonium est impedimento properantibus ad Christum. Secunda, si uitae iucunditatem, innumeras curas secum adducit & felix coniugium. Atque hic protinus aperit se latissimus campus de comparatione commodorum coelibatus, & incommodorum matrimonij. Tertia, si libertatem, quam multi & uitae anteponunt, hanc in primis admittit coniugij uinculum. Deinde ad particulares uenies, quae possunt esse innumerabiles: ut non haec ducenda est, non hoc tempore. Aut tibi non est ducenda uxor, pauperis, senis, studiosi, ualitudinario. Crescit autem numerus propositionum etiam hoc pacto, quoties à fictione incipimus. Quemadmodum pro Milone Cicerone. Fingite à Milone per insidias occisum Clodium, tamen qui ciuem tam pestilentem pro salute Reip. periculo capitis sui sustulerit è medio, summis etiam honoribus dignus uideatur. Deinde ad seriam accedit: sed non occidit. Cre scit item quoties praeparandi causa duriorē aliquā propositionē extra rem propositam praemittimus, quo mollior uideatur ea, quam conamur euincere. Veluti si quis in consulatione persuadere cupiens, ne Romanus pontifex Venetos bello adoriatur, iuxta pro uerbiū, quo dicitur, Iniquum esse petendum, ut aequum feras, sic rem prius labefaciet.

Post ad tertiam ueniet, ut maxime fas sit, tamen parum est tutum, propterea quod anceps euentus belli. Vnde periculum sit, ne dum temporarijs ac fluxis rebus ecclesiae statum restituere conatur, penitus subuertat. atque id quoque copuluribus exemplis, ac similibus confirmari potest. Deinde digredietur ad tertiam hoc pacto, ut deceat, ut liceat, ut uincas, tamen tanta malorum colluuiēs etiā bellum iustissimum consequitur, ut non tantum uel profano principi modo Christiano; debeat esse terras aut urbes aliquot ferro repetere, nedum ei, qui sanctissimi titulum praese fert. Posset adijci & haec propositio è circumstantijs personae. Ut alium pontificē deceat, Iulium tamen non decet. Si is sit Iulius, cuius mite ingenium, & singularis uitae sanctimonia, à bello uideatur abhorre. Quae postea qua argumentis probat, tum ad id de quo proprie consulatur, descendet hac ratione: ut nihil horum nos deterreat, quae commemorauimus, tamen in praesentia bellum cum Venetis suscipere parum esse consultum uidetur. Et haec à circumstantijs sumitur. Atque haec propositioem rursus diuidet. Primum quod sine summo rei Christianae discrimine bellum id moueri non possit. Deinde quod sedes Romana, apud quam pie factus semper summa fuerunt praemia, parum meminisse uidebitur officiorum, quae saepenumero ea gens summo cum uitae discrimine in Christianam contulerit religio nem. Postremo, quod ne causa quidem idonea est, cur etiam aduersus nihil promeritos, arma mouere oporteat. Nisi quis has non propositiones, sed rationes esse malit. Tamen si nihil uetat, quo minus eadem sententia propositio sit et ratio. Item si quis persuadere studeat regi cuiuspiam, ne bellum suscipiat cum Christianissimo Gallorum rege, his propositionibus munitur.

Quandoquidem Christiana religio nihil aliud est quam pax. Licebit adijcere sextam, ut deceat, non expedire tamen bellum suscipere, quod omnibus pensatis, multo plus malorum est, quae bellum causa suscipiuntur, quam honorum quae uictoriae etiam consequatur. Id iam contentione erit explicandum. Septima quoque reperietur: ut expediat, non tamen esse tutum, & ancipitem esse belli exitum. Neque enim semper uincere, quorum melior est causa, aut qui superant ap paratu: ipsas etiam copias in suum ducem nonnunquam arma uertere. Atque haec quidem propositiones magna ex parte generales sunt. Tum ad particulares uenire licebit, quae sumuntur à prioribus circumstantijs. Ut omnia mittamus, tibi non est belligerandum, praesertim cum tali. Atque haec in multis diuidi potest, uel quia puer es, & belli imperitus, uel quia nouus rex. Atque item de ceteris. Nam exempla rationum diuntaxat ostendo. Rursum, non cum hoc rege bellandum, tam potente, tam de patre tuo benemerito, tot uinculis tibi adstricto, tam in te ipsum etiam officioso. Aut non hoc titulo, non hoc tempore, non his praesidijs. Ad eundem modum, si quis suafurus alicui, ne literis Graecis det operam, primum hanc tentabit propositionem. Aut non magnopere ad Christianam felicitatem ulla literas pertinet, aut etiam officere. Eam ubi probabilem effecerit argumentis, tum ad rem ueniet hoc pacto. Ut demus esse causam, cur literis ceteris operam demus, certe à Graecis abstineamus: uel quod tantum habeant negocij, ut his discendis uita mortalium alioqui fugax ac breuis, & imbecilla non sufficiat: uel si aetas maxime sufficiat, ut operam precij sit eas etiam mediocribus laboribus parare. Postremo Graeciae subuersae & oppressae fortunam comitari fato quodam eos quoque qui literis huiusmodi sese de diderint. Aut si alij discendae sunt, illi certe non esse discendas. Quae iam è circumstantijs sumitur, cuiusmodi plures sumi possunt. In huiusmodi propositionibus, illud obseruandum arbitror, ut quoad fieri potest, ita disponatur, ut à priore ad proximam quaque, quasi gradibus commode liceat descendere. Qua quidem in re misus est Lucianus, ut in tyrannicida, quem nos Latini fecimus. Si tantum conatus essem facinus tam egregium, cum tanto capitis discrimine, iam praemio dignus eram. Deinde hinc digressus. Atqui non tentauit solum, uerum etiam filium repullis custodijs occidi, num praemium feram? Hinc rursus discedens. At patre quoque sustuli, data mortis occasione. Item in Abdicato, quem ipsum quoque Latinum fecimus. Non licet abdicare, quem semel abdicatum, de uo in familiam receperis. Tum si maxime liceat, ob istam tamen causam non licet. Postremo si causa maxime sit idonea, tamen ea est magnitudo superioris beneficii, ut eius respectu negligenda sint delicta patri. Quod si turba propositionum nos offendet, tribus aut quatuor uniuersam causam complectemur, ac deinde in tractando unam quaque, si uidebitur, in alias propositiones digeremus. Summas illas nonnunquam in diuisione proponimus. Diuisionem appellō quali limen argumentationis, qua proponimus in summa, quid, quo ordine sumus dicturi: nonnunquam in ipsa causae tractatione, ab alia ad aliam, ueluti gradibus quibusdam descendimus. Aut si natura parum inter se cohaerebunt, ipsi commodis transitionibus in hoc repertis apte coniectemus. Nam affectanti copiam, in primis illud erit spectandum, ut eas reperiat propositiones, quae quicquid ad causam pertinet, absolute complectantur. Deinde ut recte diuidantur, postremo ut ordine quam maxime ad causam idoneo disponatur. Si quidem eo pacto fiet, ut neque copia rerum confusa sit oratio, dum semper habet auditor certum aliquid, & in quod tetidat animum, & quod meminisse possit, & quod expectet. Tum is qui dicit, nusquam haereat, dum in promptu est, quo sese recipiat in uiam. Sed propositionum inuentionem negat, ut dixi, Fabius arte tradit posse, cum ea tamen, tum prior sit, tum difficilior. Verum adiuuabit principio quod dicitur, naturaliter plurimum, natura & ingenium. Deinde iuris prudentia, praesertim in genere iudiciali. Philosophiae moralis, historiae, & plurimorum autorum cognitio, in genere susoriorio ac demonstratiuo. Postremo rerum plurimarum usus, exercitatio & imitatio. Nam ex similibus facile similia aut etiam diuersa colliguntur. Quanquam ex ipsa rei natura uulgares propositiones reperiri poterunt, propriae ex circumstantijs rei diligenter expensis. Denique felix ingenium adiuuabunt rhetorum praeccepta de causarum capitibus, quae Fabius statutus uocat, Graeci *σώφης*. Porro genus susoriorium proprios habet locos, unde propositiones petere liceat. Rectum, laudabile, utile, tutum, facile, necessarium, iucundum. Demonstratiuum item suos habet nempe honorum ordines, & quae his comprehenduntur.

haec n. erant delecta

Vndecima ratio

Vndecima locupletandi ratio sumitur ex accumulatione copiosa probationū, & argumentorū, quas Græci *μῖσις* appellant. Nam ad eiusdē propositionis cōfirmationem uariæ rationes adhibentur, & rationes alijs argumentis confirmantur. Probationes autem partim sunt *ὑποκρίματα*, id est, artificiales, partim *ἀληθείαι*, id est, ab arte semotē. Posterioris generis argumenta ducuntur potissimū à præiudicijs, à rumoribus, à tormētis, à tabulis, à iurēiurādo, à testibus. Prioris generis sumuntur primū ab his signis, quæ finitima sunt *ἀληθείαι*. Horū alia sunt necessaria, quæ *ἀναγκαῖα* uocantur. Alia nō necessaria, quæ *ἰσχυρὰ* dicuntur. Deinde ab argumentis, nā hæc à signis distinguit Fabius. Quorū aliud est credibile, aliud ueluti propensius, aliud non repugnās. Ea plerunq; ducuntur à circumstantijs, quæ quidem duplices sunt, personæ ac rei. Personæ ferme sunt huiusmodi. Genus, natio, patria, sexus, ætas, educatio, habitus corporis, fortuna, cōditio, animi natura, studia, affectatio, antefacta, antedicta, commotio, consiliū, nomē. Rei sunt hæc, causa, locus, tempus, occasio, antecedita rem, adiuncta, consequētia, facultas, instrumentū, modus.

Locī communes.

Sunt item loci generibus atq; etiā partibus causarū omnibus cōmunes. Nam superiores, etiam si tractantur interim & alibi, tamē ad iudiciales controuersias, & in his quidē, coniecturales, sunt accommodatiores. Ducuntur autem generaliter argumenta, à finitione, seu finē, descriptione, Etymologia, quæ finitionis ceu species quædam est. Ab his quæ ad nāuam definitionis pertinent. Genere, specie, proprio, differentibus, partitione, diuisione. Cuius uariæ sunt formæ. Ab exordio, summa, incremento. Ab inductione similitū, dissimilitū. A contrarijs, repugnātib; consequētib;. A relatiuis. A causis. Ab euentis. A comparatione, quæ trifariā sumitur, A maiore, A minore, A pari, A iugatis. Et si qui sunt alijs. Nam neq; de ordine, neq; de numero, neq; de uocabulis satis cōuenit inter scriptores. Scripserunt autē de his copiosissime Aristoteles ac Boetius, satis accurate M. Tullius, sed subobscurè, breuissimè Quintilianus. Oportebit autē eum qui semet exercet ad eloquētiā, singulos excutere locos, ac uelut ostiatū pulsare, si quid possit elicitus efficiet ut deinceps spōte occurrāt. Item ab ea quæ rursus pluribus locis est cōmunis fictione. A causæ proprijs. Plurimū autem ualet ad probationem, atq; adeo ad copiam, exemplorū uis, quæ Græci *ὑποκρίματα* uocāt, & adhibētur aut ut similia, aut dissimilia, aut contraria. Rursus aut ut maiora, aut ut minora, aut ut paria. Dissimilitudo & inæqualitas constat genere, modo, tempore, loco, cæterisq; fermè circumstantijs, quas supra recensuimus. Hoc aut genus complectitur & fabulam, & apologum, prouerbiū, iudicia, parabolam, seu collationē, imaginē, & analogiā. Præterea si qua sunt similia. Atq; horum quidē pleriq; solent adhiberi non solum ad fidem faciendā, uerum etiā ad ornandam rem, ad illustrandā, ad augendam, ad locupletandā. Ergo si quis ex locis dictis magnā uim supellectilis colligere uolet, quantū libet copiosam orationē poterit efficere: neq; tamē erit inanis uerborū cōgeries, & uarietas excludet satietatem. Sed quæadmodum sint uel inueniēda, uel adhibenda, id nō est huius instituti persequi. Verū si quis desiderabit, ex Aristotele, Hermogene, Quintiliano petat licebit, qui diligentissime hęc de rebus cōscripserunt. Nos ea quæ pertinet ad copiam persequemur, sed paucis, ne librum, nō commentariū scribere uideamur. Ergo ad parandā copiam, exēpla primas tenēt, siue deliberes, siue exhorteris, siue cōsoleris, siue laudes, siue uituperes. Et ut summam dicā, siue fidem facere studeas, siue mouere, siue delectare. Horū igitur ut uim q̄ maximā, maximeq; uariā comparare, & in promptu habere conueniet, ita uarie tractare oportebit. Varietas exemplorū ab ipso genere nonnunquā perperditur. Sunt enim & antefacta & ante dicta. Et publicæ gentiū cōsuetudines in exemplis sumuntur, & à discrimib; autorum, puta ab historicis, à poetis. Et ex his à Comicis, Tragicis, Epigramaticis, Heroicis, Bucolicis. A philosophis, & horū uariæ sunt sectæ: à Theologis, à sacris uoluminibus. A diuersitate nationū: quod genus sunt: alia Romanorū exempla & instituta, alia Græcorum: & inter Græcos, alia Lacedæmoniorū, alia Cretensium, alia Atheniēsiū. Item alia Afrorum, Hebræorum, Hispanorum, Gallorum, Anglorū, Germanorū. Rursus à temporis uarietate. Nam alia sunt prisca, alia mediæ antiquitatis, alia recentia, nōnulla etiā domestica. Præterea à qualitate rerum. Nam quædam sunt militaria, quædam ciuilia. Et quædam clementer facta, quædam fortiter, quædam sapienter. Atq; item de cæteris, nā id quidem

quidem est infinitum. Postremo è cōditione personarum, Alia sunt principū, iudicum, parentum, seruatorum, pauperum, diuitem, mulierum, uirginū, puerorum. Hæc igitur ad unumquenq; locū plurima, uariæq; sunt adhibēda, non solum ex omni Græcorū ac Latinorum scriptorū genere collecta, uerum etiā ex barbaris anrialibus. Demum è uulgi rumoribus. Monent autē potissimū animos antiqua, illustria, nostratia, domestica, id est, suā quæq; gentem, suū quæq; genus. Aut longe inuolūta, ut mulieris, pueri, serui, barbari.

Quomodo tractanda sint exempla.

Potō non uariatur modo, uerum etiā augentur & crescūt tractatione. Cuius rationes aliquot indicabimus. Primum augentur commendatione. Ea plerunq; sumuntur uel à rei, uel ab autoris laude, uel gentis, uel de ducitur exemplū. Veluti si quis Lacedæmonicū fāctum, aut dictum adhibeat, præfari poterit. Eam gentem sapiētia, & rei militaris ac ciuilitis disciplina cæteris longe antecelluisse, & exemplis pulcherrimis semper abūdasse. Si quis è Plutarcho citabit exemplum, præfatur licebit eum autorem uniuersū omnium esse grauisimū, quippe qui summam philosophiæ scientiam, cum historicorum eloquentiā coniūxerit, ut in eo nō solum historia fidem, uerum etiā auctoritatem, & iudiciū sanctissimū doctissimiq; philosophi spectare oporteat. Itē si quis M. Attilij Reguli ad hostē redemptis exemplum uelit adducere, poterit ad hunc præloqui modum. Inter tam multa Romanæ uirtutis insignia decora nullum unquā facinus pulchrius extitit, aut etiā laudatius q̄ M. Attilij. Huiusmodi commendatiūculas licebit affingere, uel longiores, uel breuiōres, utcumq; locus postulat. Affingendæ sunt autē, quæ maxime sint ad id quod agitur, appositæ. Veluti si in exemplo desiderabitur fides, auctor à grauitate, fideq; cōmēdetur. Si primum uideri uoles quod adfers, sumatur à pietate commendatio. Atq; item de cæteris.

Secundus modus locupletandi exempla.

Locupletatur item exēpla, si fufius aut latius explicentur, cū exaggerationib; atq; amplificationibus. Nam qui breuitati studuit huic satis erit exemplum ceu notum, uerbo significasse. Id quod facit M. Tullius pro Milone. Neq; enim possit ille Hala Seruilius, aut P. Nalica, aut L. Opimius, aut me consule senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset. At qui copiam affectabit, id quod gestum sit, locupletius narrabit. Ita ut fecit in eadem oratione Cicero. Pudicitia eum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij, propinquus eius imperatoris, ab eo interfectus est, cui uim adferebat. Et addidit epiphonemam: facere enim probus adolescēs periculose q̄ turpiter perpeti maluit. Atq; hunc ille summus uir scelere solutum periculo liberauit. Quanquā in his quæ ad ostentationem parata sunt, licebit diutius exemplis locupletandis immorari, præcipue si res sit huiusmodi, ut aliqua uoluptatis illecebra retineat auditorem. Quod genus fuerit, si quis persuadere studeat ad prudentiā comparandam multū conducere peregrinationes, multarum rerum inspectionē, in Solonis laude aliquādiu cōmoratus, & quam ciuitatem reliquerit, & quam ob causam, & quæ maria transmiserit, & quas barbaras nationes, quo capitis periculo adierit, & quibus cum sit congressus, & quid mirandū conspexerit, & quantum temporis abfuerit, & quanto illustrior simul ac sapientior in patriam redierit, fufius poterit enarrare. Cuiusmodi ferme sunt exempla de Pythagoræ, atq; Apollonij peregrinatione, apud diuum Hieronymum in præfatione, quam uniuersæ scripturæ diuinæ præponunt. Sed huiusmodi rationis commodissimum exemplum est apud M. Tullium statim in principio secundi, de inuentione libri, de Zeufide, qui Helenam picurus, uirgines aliquot eximie formæ poposcit, ut ex singulis quod esset optimum eligens, absolutum formæ simulacrum æderet.

De exemplo fabuloso.

Atq; eadē dilatandī contrahendiq; ratio locū habet in fabulosis quoq; exemplis. Nam & fufius & contractius exponi poterūt, si res ac decorum patietur. Verū in his quæ omnino fide carent, nisi iocabimur, præfari cōueniet à uiris prisca ac sapiētissimis, ista nō sine causa fuisse conficta, neq; temere tot iā seculis magno mortalū consensu fuisse celebrata: deinde quid sibi uoluerint, interpretabimur. Veluti si quis persuadere uelit, nō esse secūdū id, à quo natura quis abhorreat, dicet hoc ueteres illos, ac sapiētes scriptores, & perspexisse prudēter, & aptissimo figmēto significasse, prodita gigantū fabula, quorū temerarij conatus infelicitè cesserint. Aut si quis proponat hominem auarum, tam non habere quod habet, quam id quod non habet, præfatus, adhibebit Tantali fabulam.

Si proponat uiri sapiētis esse munus, ut animi motus ratione iudicioq; coerceat, allegabit, quod est apud Homerum primo libro Iliad. de Achille, iam manum admovente poculo, & Pallade à tergo reuocante. Item si quis proponat, ueram uirtutis laudem non parari, nisi qui sit multis iactatus casibus, uarijsq; exercitus periculis, cum huiusmodi quam diximus præfatione, Ulysses adducet Homericum. Quāquam autem non ubiq; perinde obuia est allegoriæ ratio, tamen illud extra contouersiam est apud antiquitatis peritos, in omnibus ueterum poetarum figmentis subesse allegoriā: uel historicam, uelut in pugna Herculis cum Acheloo bicorni: uel theologicam, ut in Proteo se uertente in omnes formas, aut Pallade è Iouis cerebro nata: uel physicam, ut in fabula Phaetontis: uel moralem, uelut in his quos Circe poculo & uirga sua uerterat in bruta animalia: nonnisi quam unum atq; alterū allegoriæ genus permixtum. In quibusdam haud magni negotij est allegoriæ sensum deprehendere. Quis enim non intelligit, nam de his quæ ad mores attinent, magis libet exempla ponere, Icarum in mare delapsū figmentū admonere, ne quis altius efferatur, quàm pro sorte sua: Sic nimirum fabula Phaetontis monet, ne quis munus administrandum suscipiat maius quàm pro uiribus. Sic Salmoneus in tartara datus præceps, docet non esse æmulandum quod longe supra fortunam nostram habeatur. Sic Marsias excoriatu docet non esse certandum cum potentioribus. Quid autē aliud sibi uult Danaes auro deceptæ fabula, nisi quod & Flaccus interpretatur, nihil tam esse mutuum quod non expugnetur pecunia, nihil tam incorruptum, quod non muneribus uertitur. Quid Herculis labores, nisi sudoribus ac iuuandis alijs famam immortalē parari: Quid Midæ uotum, nisi auarus & insatiabiles suis ipsorum opibus præfocari: Quid iudicium, nisi dotibus ingenij cum pecuniæ studio nequaquam conuenire: Quid Bacchus à fulmine flagrans, in Nympharum aquas iniectus, nisi uini ardorem, sobrio elemēto restringendum esse: Quod Græco etiam epigrammate testatum est. Quid innuit Circes fabula, ueneficis homines uertentis in feras: nisi eos qui nequaquam ratione ducuntur, id quod hominis est proprium, sed totos sese dediderunt turpibus affectibus, iam præter hominis uocabulum nihil hominis habere, sed ad pecudum degenerasse naturā, purta libidine in uolos, somnolentia ignauitq; in sues, ferocia in leones, atq; item de conlimilibus. Quid Ulysses, qui solus poculo epoto, utraq; monstrifica percussus, non est mutatus, nisi firmum illum & constantem sapiētis habitum, qui nec fragi terroribus, nec ullis affectuum illectamentis ab honesto potest abduci: Quid Lotus semel gustata, iam non sibi nens abire socios, nisi dulce blandumq; turpium uoluptatum uenenum, à quo non admodum difficile sit abstinere, relinquere, posteaquam gustaris, difficillimū: Quid Sirenum cantus, nisi assentationem, ut rem omnium blandissimā, ita & pestilentissimā: Quid Scylla & Charybdis angusto inter sese discrimine distantes, nisi uirtutis uiam angustam esse, hinc atq; hinc finitimis instatibus uitij, puta inter luxum & fordes frugalitatis. Inter quæ sic est moderanda uitæ ratio, ut quoniam medium in omnibus exacte tenere difficillimū est, eo potius uergas, ubi minus sit periculi, quemadmodū fecit Ulysses. Quid moly radice nigra, sed flore lacteo herba, mortalibus inuētū difficillima, nisi sapiētiam, ad quā primus arduus aditus est ac sudoris plenus, fructus suauissimi: Quid itē ramus ille aureus apud Maronem, nisi sapiētiam in abdito sepositam, paucis deprehensam: Sed ne longiores simus, huius generis interpretationum quantamlibet uim suppediabit Eustathius enarrator Homeri. Nos quondam adolecētes hisce de rebus nonnihil attigimus in libris quos inscripsimus *de libris philosophis*. Porro in hoc genere molliora sunt ea, quæ à poetis in hoc ipsum ficta cōstat. Velut quæ ad imitationē humanæ uitæ dijs affingūt. Quod genus, cum Martem à Vulcano uinculis irretitum facit Homerus. Cum Iupiter *ἀγχιλοπύργου* emisso somnio, spem iniicit capiendæ Troiæ, cum longe aliud ageret. Nā hæc Regum ars est, quosdam rumores data opera in uulgus spargere, cum multo aliud apud se destinarint. Atq; his etiam molliora, quæ sic à poetis celebrata sunt, ut ad historiam, non ad fabulas possint referri. Qualis est Orestes parricida, cumq; hoc Pyladis amicitia. Sūt enim qui rem gestam affirmant. Qualis Alcestis mariti mortem sua redimens, cuius etiam meminuit Valerius Maximus. Item Codriac Menœcei mors, Q. Curtij. Deciorumq; factis annumeratur. Et inter amicorum paria Theseus & Pirithous, Castor & Pollux referuntur. Qualis item Arion à Delphino reuectus in patriam. Nam diuus Augustinus historiam autumat. Certe apud Vergiliū, ac præcipue Lucanū, non dubium quin

quin pleraq; ad historiam pertineant. Quāquam & Herodoti pleraq; fide carent. Et Xenophon Cyropædiam magis ad exemplum instituendæ uitæ, quàm ad fidem historię scripsit. Quæ si pro ueris accipiuntur, fide ualent. Sin pro fictis, cum sint à sapientissimis ac probatissimis autoribus prodita, hoc ipso ualent, quod ab ijs conficta sunt, quorū auctoritas præcepti uigorem obtinet. Cōtra sunt apud poetas exempla certæ atq; historice fidei, de Scipione, de Annibale, de Augusto, de Pompeio, de Iulio. Sunt rursum alia, quæ nullus inficias eat esse conficta. Sed quoniam constat in hunc ipsum usum esse conficta, & à magnis conficta autoribus, nimirum exempli pondus habent. Quo de genere sunt inuidia dea, fama, Ate, Litæ, de quibus supra mentio facta est. Præterea personæ quæ in Dramaticis, aut mixtis poematis inducuntur, præsertim comœdijs cum quibus dialogi multū habent affinitatis. Etenim si quis suadeat cauendum esse parētibus, ne si quid peccent, testibus liberis peccent, nonne exempli uim habebit Clitopho in sene seipsum ex cruciante, loquēs ad hūc modum. Perij, is mihi ubi adhibet plus paulo, sua quæ narrat facinora. Nunc ait periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu fiet, astutus. Næ ille haud scit q̄ mihi nūc surdo narret fabulā. Aut si quis suadeat iuxta sapientis responsū, æqualem esse ducendam uxorem, alioqui non uxorem duci, sed heram, si pauper diuitem adiunxeris, nonne exempli instar habebit Chremes in Phormione Nausitratam perinde ut domīnam timēs: Item si quis suadeat neq; firmā satis, neq; tutam pauperi cum opulētis esse amicitiam, nonne pro exemplo ualebit Euclio in Aulularia Plautina, loquēs ad hūc modum, pauper Megadori diuitis deprecans affinitatem, Venit hoc mihi in mentem, &c. nam locus notissimus est. Rursum ubi differas, improbe facere parentes, qui se iussit in liberos delinquentes, cum ipsi senes peccēt grauiora, nonne recte citabit modo dicta Nausitrata, loquēs hoc pacto. Adeo indignum tibi uidetur, filius homo adolecens si habet unam amicā, tu uxores duas: Nihil pudet. Quo ore illū obiurgabis: Respōde mihi. Sed nā ego ineptus unum aut alterū exemplū profero, cum tota comœdia nihil aliud sit, q̄ humanæ uitæ simulacrū. Poterā itē è Tragedijs, Eclogis, dialogis similes formas proferre. Sed in commētario abunde satis arbitror uiam ingeniosis indicasse. Equidē existimo exempla non solū de his quæ diximus, uerū etiam à mutis animalibus, atq; etiā inanimis recte sumi. Quāquam uidentur ad *δουλοισιν* magis pertinere, ueluti si quis proposita descriptaq; formicarū industria, ad rem labore paradā adhortetur. Aut si quis exposita apum politia, homines ad legum ac disciplinæ ciuilis obseruationem extimulet. Aut si qui ab impietate in parētes reuocet, proferat ciconiæ pullos, qui parētes atate defectos uicissim alere ac gestare dicuntur. Aut si adhortās ad pietatē erga liberos, adducat alinā per medios ignes succurrentem pullis suis. Aut si quis detestetur ingratitude, adducto exemplo leonis, cuius ex Apione meminit Gellius, & draconis, qui nutricium à latronib. obessum eripuit, autore Plinio. Aut si reprehendens hominē ab amicitia alienum, qui nec amet ullum, nec à quoquam ametur, Delphini proferas exemplū, puerum adamantis, aut Aquilæ uirginis amore flagrantis, aut Magnetis ferrum ad se trahentis: Sed hisce de rebus plura fortassis, ubi de parabola disputabimus. Nunc ad institutum.

Tertius modus locupletandi exempla.

Dilatantur exempla utriusq; generis, hoc est tam fabulosa, q̄ historica, præter iam dictos modos etiā parabola, quæ eandē *δουλοισιν* uocāt. Cicero collationē uertit. Tum comparatione, siue contentione. Parabola est, cum accommoda similitudo, quod adductū est exemplum ostendit aut simile esse, aut dissimile, aut contrarium. Simile, ut: Non aliter q̄ Camillus rem Romanam à Gallis oppressam, & in extremam perniciem adductam, sua uirtute depullis barbaris restituit. Ita Laurentius Latinas literas inscitia ferē barbarorum deprauatas, obrutas, extinctas, in pristinū nitorem uelut ab inferis reuocauit. Dissimile. Ut non par gratia debetur Laurentio & Camillo, propterea quod hic pietate adductus capitis sui periculo patriā à barbaris liberauit. Ille famę cupiditate comotus, uel potius q̄ plurimos taxandi libidine, linguam Latinā non oppressam restituit, sed ad certas quasi leges redegit, quæ felicius ex eloquentiū autorum lectione discerentur. Contrariū. Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit. Verres eadem socijs abstulit. Pugnans enim restituere, cum auferendo, hostes cum socijs. Itē Brutus occidit liberos, proditionem molientes, Manlius uirtutem filij morte multauit. Et apud Vergiliū. At non ille satum, quo te mentiris Achilles, Talis in hoste fuit. Porro comparatio demonstrat

id quod adductum sit, aut par esse aut minus aut maius. Minus, ut si propter matrimonia uiolata urbes euerſae sunt, quid fieri adultero par est? Itē maiores nostri saepe pro mercatoribus ac nauicatoribus iniuriosius tractatis, bella gesserunt: uos tot ciuium Romanorum milibus uno nuncio, atq; uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appellati superbis, Corinthū patres uestri totius Graeciae lumen extinctam esse uoluerunt: uos eum regē tutum esse patiemini, qui legatū pop. Romani cōsularē, uinculis ac uerberibus, atq; omni supplicio ex cruciatum necauit? Par, ut apud eundem Ciceronē. Etenim mihi ipsi accidit, ut cum duobus patricijs, altero improbiſſimo, altero modestiſſimo atq; optimo uiro peterem. Superari tamē dignitate Catilinā, gratia Galbā. Maius, ut pro Milone, Negant intueri lucem esse fas ei, qui à se hominē occisum esse fateatur. In qua urbe tandē hoc homines stultiſſimi disputāt: Nempe ea, quae primū iudiciū uidit de capite M. Horatij fortissimi uiri, qui nondū libera ciuitate, tamē populū Romani comitijs liberatus est, cum sua manu sororem interfectā esse fateretur. Ergo in eo quod proprie uocatur exemplū (est autē rei gestae, aut perinde ut gestae, utilis ad persuadendum cōmemoratio) aut breuiſſime significatur, Quod genus est illud diui Hieronymi; Memēto Daretis & Entelli, Aut latius per collationem accommodatur per simile, dissimile, contrariū, par, maius & minus. Atq; ea collatio sumitur ab omnibus rerum ac personarum circumstantijs. A diuatur autem & orationis artificijs, cum uerbis ac figuris ad id accommodis, alia consilio eleuātur, alia attolluntur. Porro qui copiosiſſime uollet exemplū tractare, is singulas similitudinis aut dissimilitudinis partes explicabit, atq; inter sese comparabit. Quemadmodum facit M. Tullius in exemplo, quod superius retulimus, de legato occiso. Subijcit enim partiū collationem. Illi libertatē ciuium Romanorum imminutā non tulerunt, uos uitam ereptam negligetis? Ius legationis uerbo uſo latum, illi persecuti sunt: uos legatum omni supplicio interfectū relinquetis? Videte, ne ut illis pulcherrimū fuit, tantam uobis imperij gloriā relinquere: sic uobis turpiſſimū sit, id quod accepistis, tueri & conseruare nō posse. Quod tamē quantumlibet copiose licebit facere, si quis plures circumstantias inter se cōponat. Veluti si quis hortetur aliquem, ut filij mortem moderate ferat, & ex ethnicorum exemplis mulierem aliquam obijciat, quae plurium liberorū mortem fortiter tulerit, post enarratā rem ita comparabit. Quod mulier imbecilla potuit, tu uir barbatus nō ferēs? Illa cum sexti uicit & affectum matris, tu ab altero superaberis? Illa complurium liberorum iacturam animo infracto pertulit, tu unum extinctum inconsolabiliter desles? Adde quod illius filij simul omnes naufragio perierunt, morte uidelicet ingloria, tuus in bello fortiter pugnans occubuit. Illa non habebat cui filios honeste imputaret, tu filij impendisti patriā. Illi uere totiq; perierunt, tuus immortalis gloria semper uicturus est. Illa naturae gratias agebat, quod aliquādo tot liberorū mater fuisset, tu tantum meministi te optimū perdidisse filium. Illa non habebat sarciedē orbitatis spem, quippe maior q̄ ut uterū iam ferre posset, tibi & uxor foecūda, & aetas etiā num integra ualensq;. Ergo quod barbara muliercula praestitit, tu uir Romanus non praestabis? Quod contempnere potuit literarū imperita, hoc te tot praeditum literis, tantū philosophiae professoem frangit? Deniq; quam animi fortitudinem praestitit pagana, hanc homo Christianus non exhibebis? Illa credens post rogū nihil superesse, tamen lucum indecorū existimauit: tu doctus eos demum uere uiuere, qui cū laude excellerint ex hac uita, sine fine clamas tibi perisse filij. Et quod illa aequo animo reddidit naturae, tu deo repetenti non reddis? Illa fortiter paruī necessitati, tu deo repugnas? Ex hac forma satis opinor apparet, quibus modis oporteat exempla conferre, quāquam in ueris causis, quoniam maior est circumstantiarū copia, facilius est inuenire uarias cōtentiones. Illud obiter admonendū, in huiusmodi contentiōibus sententiās & epiphonemata non incōcinne posse admisceri. Velut in hoc eodem exemplo, post primā collationem. Quod mulier imbecilla potuit, tu uir barbatus nō poteris? Subijci poterant sententiā. Natura discreuit sexum, tu nō discernis animum. A muliere nemo fortitudinis laudem exspectat. Vir nisi forti sit animo, nec uiri nomine censetur. Vir utrunq; significat, & sexum robustiorem, & animum infractum. Turpiter barbami gestat, qui peccoris robore superatur à foemina. Item post illam contentiōnem: Illa non habebat cui filium imputaret honeste, tu filium impendisti patriae: Poterant affingi sententiā ferme huiusmodi, Magnum doloris solatium est, habere cui honeste possis imputare fortunā.

Vt

Vt nulli iustius, ita nec gloriosius impenditur filius, quam patriae. Rursum post illam. Illi uere totiq; perierant, tuus immortalis gloria semper uicturus est. Adhuc poterant huiusmodi. Longe felicitus honesta fama, quam hoc communi spiritu uiuitur. Corporis uita & calamitosa est, & omnino ut nihil accidat, breuis, deniq; cum peccatis communitis. Illa clara sempiternaq; homines in diuorum consortium referens. Ad eundem modum singulis collationum partibus sententiā subijci poterant. Sed haec obiter indicasse sat fuerit. Nam de sententijs suo loco dicemus.

De Parabola.

Iam uero si quis superstitiosius parabolam ab exemplo separet, ut exemplum sit certe rei gestae, Parabola, similitudo sumpta ab his quae sunt, aut quae natura, casuue rebus adiuncta sunt: ut Atilius ad hostes reuersus, exemplum sit seruandae religionis ac fidei: at nautis pro uentorum ratione uelut tollens, aut cōtrahens, in hoc aut illud. Iatus transferens, parabola sit, quae doceat sapientem tempore cedere oportere, ac rebus presentibus sese accommodare: tamen eadem est dilatandae parabolae ratio, quam in exemplo demonstrauimus. Nam aliquando uerbo notatur. Vt non intelligis tibi uertenda uela. Aut, desine lauare laterem. Vt iam uel allegoria sit, uel metaphora. Aliquando latius explicatur, & apertius accommodatur. Quod facit Cicero pro Murena. Quod si e portu soluentibus, qui iam in portum ex alto inuehuntur, praedicere summo studio solent tempore statum rationem, & praedonum & locorum: quod natura fert, ut his faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediatur: quo me tandem animo esse oportet, prope iam ex magna iactatione terram uidentem, in hunc cui uideo maximas tempestates esse subeundas? Rursum in eadem oratione: ut aiunt, in Graecis artificibus eos aulcos esse, qui citharcedi fieri non potuerint: sic nonnullos uidemus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Superiorem Ciceronis parabolam sic imitatus diuus Hieronymus in epist. quadam ad Heliodorū. Et ego nō integris rate uel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum & indoctus nauta praemoneo: sed quasi nuper naufragio eiectus in littus timida nauigatoris uoce denuncio: In illo aestu charybdis luxuria, salutem uorat. Ibi ore uirgineo ad pudicitiae perpetranda naufragia Scyllaeum renidens libido blanditur. Hic barbarū littus. Hic diabolus pirata cum socijs portat uincula capiēdis. Nolite credere, nolite esse securi: licet in modum stagni fulum a quorarridea, licet uix summa iacentis elementi spiritu terga crispentur, magnos hic campus montes habet. Intus est periculum, intus est hostis. Expedite rudentes, uela suspēdite. Crux antennae figuratur in frontibus. Tranquillitas illa tempestas est. Hic si quis singula pericula, quae à uitijs aut improbis, aut aliunde bonis moribus imminēt, uelit contere cum singulis, quae nautis uitae discrimen adducere solent: deinde per comparisonem maius aut minus, item dissimile aut contrarium ostendere: postremo sententijs & epiphonematis, ut inciderint exornare: nimirum copiosiſſime dilatabit orationem. Velut in hoc exemplo. Vt quo preciosior est res, hoc & diligentius solet asseruari, & impendi circumspectius. Ita temporis quo nihil est preciosius, summa habenda est ratio, ne quid effluat sine fructu. Etenim si curatores dari solent his, qui gemmas & aurū temere profundunt: quae tandem erit infamia, tempus pulcherrimum immortalis dei munus aut ocio, aut inhonestis studijs turpiter consumeret? Quid enim perdis, cum tempus perdis, nisi uitam? At uita quid esse potest charius? Et cum una gemmula periit, iacturā uocas. Cum totus periit dies, hoc est bona uitae portio, iacturam non uocas? Praesertim cum illa perditā, aliunde possint recuperari, temporis irreparabilis sit iactura. Praeterea illa cum tibi pereunt, alijs plerunq; lucro sunt. At temporis dispendium in nullius transit compendium. Nullū est damnum, ex quo non aliquis emolumentum aliquod sentiat, praeter damnum temporis. Adde his, quod illarū opum iactura saepe salutis fuit. Nam diuitiae plerunq; uitiorū materiam ministrant, ita ut praestet temere profudisse, q̄ attente adseruasse. Quanto cuiusq; rei usus honestior, tanto turpior profusio. At nihil pulchrius, nihil praeclearius, q̄ bonas horas bene collocare. Illa ut q̄ maxime serues, sepe numero tamē uel casus eripit, uel homo tollit, ut iactura te calamitosum dūtaxat, non etiā turpem reddat. At temporis amissio, quoniam non nisi nostro uitio cōtingit, nō miseros solū, uerū et infames reddit. Pessimū infamiae genus quoties culpa in nullum cōferri potest, praeterq; in eū qui patitur malū: Illis fundos aut aedes mercari poteras, bonā mentē non poteras. Hoc praeter alia animi ornamenta, parare poteras immortalitatem. Nulla est tam breuis uitae portio, in qua non

magnus

magnus aliquis ad felicitatem gradus fieri poterat. Postremo de illis male insumptis, patri fortassis rationem redditurus eras: de horis male tranactis, deo. Sed satis est indicasse, in quantum amplitudinem dilatarı possit collatio, si quis ad eum modum singulas circumstantias uelit componere atque ornare. De dissimili eadem est tractandi ratio, cuius hoc sit exemplum. Neque enim ut nauis utilior noua, quam uetus, sic & amicitia. Nec ut laudanda, quae pecuniam pluribus largitur, ita & quae formam. Neque enim ut in cursu melior est, qui lampadem accipit, quam is qui tradit. Ita in bello melior est imperator qui exercitum accipit, quam qui tradit. Porro quemadmodum ab omni genere rerum collationes duci possint, superiore commentario demonstratum est.

De imagine.

εἰκὼν, quam Latini uocant imaginē, collationi uidetur affinis, quā si explices fit collatio. Velut si dicas, ut asinus fuste non depellitur a pabulo, nisi satur; ita bellator non coquitur scit a caede, donec expleuerit animū suum: Collatio est. Sin dixeris aliquē morē draconis aut leonis in hostes insilisse *εἰκὼν* est. Aut Achille ignis aut solis instar armis luculentem uenisse in praesens, imago est potius quam similitudo. In utroque ut creberrimus ita felicissimus est Homerus. Tamen si *εἰκὼν* magis ad euidentiā, aut grauitatem, aut succunditatem orationis facit, quam ad probationē. Ceterum quantum exemplorum & similitudinum usus ad eadem ista confert, tamen ad faciendā fidem non uulgariter adiuuat, praesertim cum per inductionem, quam Graeci uocant *ἐπιφορὰν* adhibentur. Quo in genere plurimus est Socrates Platonicus. Exemplum per inductionē adhibebitur hoc modo. Dic mihi quem tandem fructum attulit Demostheni insignis eloquentia? Nempe praeter alia incommoda, infelicissimum & miserandū exitum. Quid autē praemij Tyb. & C. Gracchis attulit? Nimirum eandem & miseram, nec satis honestā. Quid porro illi tantopere laudato Antonio? Certe et hic latronū sicis crudelissime confossus est. Age Ciceroni eloquentiae parenti, quam uicem edem attulit? Nonne mortem & acerbā, & miserandam? In nūc & tot uigilijs ad summā eloquentiae laudem enitere, quae praestantissimis quibusque uiris semper exitio fuit. Simile adhibetur per inductionem hoc modo. De nauigando num melius disputabit naua, quam medicus, an non medicus rectius de medendi ratione disseret, quam pictor? Num pictor de colorum & umbrarum, ac linearum ratione melius dicet, quam futur? Num auriga de ratione moderandi currum melius, quam naua? Ea si plurima conferantur, faciunt ut omnino probabile uideatur, unumquodque melius de ea re dicendum esse quam melius norit. Deinde ad rem accommodatur similitudo. At quid orator, qui de omni re proficitur se optime dicendum? Notum est exemplum de Aspasia, & Aeschine.

De contentione demonstratiua.

Est & generalis quaedam contentio, praesertim in genere demonstratiua, quoties laudandi, uituperandiue gratia personā cum persona conferimus. Velut si quis Iulium pontificem Romanū laudaturus, eum cum C. Iulio Caesare componat, atque illius beneficia cum huius comparet. Aut contra uituperaturus malefacta cum malefactis conferat. Itē si quis Maximilianū laudaturus, eū componat cum M. Antonio imperatore. Est et rerū comparatio, quod genus est si quis historiam laudans, eius utilitates comparet cum eorū beneficia, qui re bellica rem publicā auxerunt. Aut poeticam laudare cupiens, huius comoda cum philosophiae comodis committat atque expendat. Est & unius ad multa comparatio. Ut si quis historiae laudes exaggerare cupiens, eam cum laudatissimis quibusque disciplinis comparet. Atque in his duplex ratio. Aut enim alterius partis bona eleuas, alterius amplificas. Aut alterius partis sic exaggeras laudes, ut praeferas tamen, aut certe aequas, quod laudandum susceperis. In uituperando attollis uitia, sed sic ut scelestiorem tamen, aut aequae scelestum ostendas quem insectaris. In his illud obseruandum, ut quae adhibentur ad comparisonem, sint tum confessa, tum insignia. Ut, si bonū principem conferas cum Traiano aut Antonino philosopho, Contra malum cum Nerone aut Caligula. Rursus si hominem maledicum conferas cum Zoilo & Hyperbolo, aut hominē obrectatorem cum Diplade aut Regulo, hominē uoluptatibus effoeminatum cum Sardanapalo. Crescet autem comparisonis copia, si, quemadmodum modo attigi, ad unius hominis aut rei laudem seu uituperationē, personae complures, aut res adhibeantur. Velut si quis principem laudaturus ē multis excerptat, quod in quoque maxime excelluit, e Iulio Caesare felicitatem animique praesentiam, ex Alexandro magnanimitatē, ex Augusto urbanitatem

urbanitatem, ex Tito seniore ciuilitatem, ex Traiano sanctimoniam & clementiam, ex Antonino gloriae contemptum, atque item de ceteris. Similiter & in uituperando. Praeterea si iracundia detestans conferas eam cum enormi temulentia, cum phrenesi, cum morbo comitiali, aut daemniaco. Aut si linguae uirulentia damnaans, componas eam cum halitu hominis pestilentia laborantis, cum afflatu serpentum, quibus est uenenū praesentissimum, cum exhalatione quorundam lacuum aut specuum subitam mortem adferente.

De iudicijs.

Ad exemplorum genus, ut diximus, referuntur & iudicia, quae Graeci *κρίσεις* appellant. Ea sunt sententiae scriptorum illustrium, gentium, uirorum sapientium, aut clarorum ciuium. Ex antiquis ac celebratis poetis magna uis iudiciorum colligitur. Itē ex historiographis, ex philosophis, ex arcanis literis. Nam his rursus eadem uarietas, quae in exemplis ostensa est. Sunt & apud Graecos, qui in his undecumque colligendis laborarunt, quorum de numero Stobaeus quidam. Idem ualent sapientum apophthegmata. Cuiusmodi sunt illa celeberrimorum uirorum dicta, & quae referuntur a Plutarcho. Et hoc uarium genus est. Etenim si spectemus rem, sunt militaria, sunt philosophica. Si personas, sunt regum, sunt sapientum, sunt popularium. Si qualitates, sunt grauius dicta, sunt facete dicta, sunt acute dicta. Huc pertinent & proverbia, uel ab autoribus sumpta, uel uulgo iactata. Nam publica gentium instituta non uideo quid ab exemplis differant. Certe oracula & responsa numinum, iudicijs subiiciuntur. Velut si Socratem probes sapientem, quod ita Apollinis oraculo sit iudicatum.

De sententijs.

Est sententiarum genus, non illud quidem petitum ab autoribus, sed a nobis ad praesentis rei commoditatem confictum. Eas licebit omnibus orationis partibus admiscere. Atque adeo unus locus complures sapientum sententias parit. Incidunt enim & in enarrando, & in mouendis affectibus, non solum in probationibus. Quinetiam sapientum translationes per sententias fiunt. Quae si in loco adhibeantur, haud mediocriter orationi copiam adiungunt, neque id sine grauitate aut gratia. Sunt autem sententiarum uariae formae. Si quidem aliae sunt *καθολικαί*, ut inuidentia ipsa sui supplicium est. Aliae non placent nisi ad rem relatae. Ut nihil tam populare quam bonitas est. Aliae quae ad personam referantur. Ut princeps qui uult omnia scire, necesse habet multa cognoscere. Rursus alia simplex. Ut omnia uincit amor. Alia rationem habet subiectam aut admixtam, ut in omni certamina qui opulentior est, etiā si accipit iniuriam, tamē quia plus potest, facere uidetur. Quaedam duplices sunt ex partibus contrarijs, nulla tamē addita ratione. Ut obsequium amicos, ueritas odium parit. Quaedam ex diuersis, Mors misera non est, aditus ad mortem miser est. Huic generi si ad utranque partē ratio subiiciatur, quadripartita fuerit sententia, ad hunc modum. Qui adolescentium peccatis ignosci oportere putat, falluntur. Haec prima sententiae pars. Et subnequitur ratio, propterea quod aetas est impedimento bonis studijs. Deinde de tertia pars erit. At hi sapienter cogitant, qui adolescentēs maxime castigant. Et rursus additur ratio. Ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri possint, eas in aetate maturissima uelint comparare. Id exemplum etiam si est in rhetorica ad Herennium scripta, tamen mihi sane non admodum arridet. At non est arduum aliud huiusmodi fingere. Iuuentutem decet industria. Adicitur ratio. Nam turpe sit eas dotes, quas natura ad bonas artes comparandas illis annis attribuit, in ocio, foedisque uoluptatibus consumere. At senectutem opulentia decet. Huic quoque subiicitur ratio, quo uidelicet aetas naturae praesidijs destituitur, exterarum rerum adminiculis utcumque fulciatur. Item aliud. Senectus inops, calamitosa, indocta, turpis. Nam & miserum est tum egere, cum imbecillitas naturae pecuniae subsidia praecipue requirit. Et turpe, tum res optimas nescire, cum nec discere decorum est, & docere pulcherrimum. Rursus est sententia recta. Ut tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet. Est figurata. Ut seruare potui, perdere an possim rogare? simplex erat, facilius est perdere, quam seruare, Est communis rerum. Ut nocere facile est, prodesse difficilius. Est ad personas accommodata, ut iam minus appareat sententia, ut est illud M. Ciceronis. Nihil habet Caesar, nec fortuna tua maius, quam ut possis, nec natura melius, quam ut uelis seruare. Est illud etiam tacitum, & quasi dissimulatum sententiae genus apud Maronem: Et caeco carpitur igni. Explicuit enim Ouidius. Tectus magis astatu ignis. Item in narrando, Pars maior uicit meliorem. Explicabis si dixeris, ferē sit, ut pars maior uincat meliorem. Iam aliud sententiae genus, quod *ὑποκρίματα*

Graci

Græci Fabius acclamationem appellat. Ea est rei narrata uel probata summa acclamatione. Narrata, ut apud Vergilium, Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Probata, apud M. Tullium pro Ligario. Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est; eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio: Neque tamen quoduis epiphonema continuo sententia est, etiam si plerumque est, uerum quicquid in clausula argute additum ferit aurem, *ἠπιφώνημα* dici potest. Quod genus proprium est epigrammatis, ut in epigrammate, de oue lupi catulum uberibus alente. Natura haud unquam uertitur officijs. Vnde apud Martialem sapienter carmen epiphonemate clauditur. Vt: Aut uigila, aut dormi Nasidiene tibi. Item: Vis dicam quid sis, magnus es ardeseio. Vt ut & Valerius Maximus frequenter hoc genere. Item Seneca suas epistolas fere claudit epiphonemate. Neque defuerunt quibus epiphonematum usus adeo impense placuit, ut omni loco, omni sensu clausulam acclamatoriam subiiciendam existimarent. Sed ut sententiarum omnium, ita & acclamationum debet esse modus, ut ibi demum adhibeas, ubi locus postulat, aut certe patitur. Est Noema sententiæ genus quod non dicitur, sed intelligitur. Quod genus est illud dictum in quendam agentem cum sorore talionis, quod sibi dormienti pollicem resciderat, cum illa fratrem sapius à ludo gladiatorio redemisset: Eras dignus ut haberes integram manum: nam intelligitur, ut rursus in ludo depugnares. Simile est illud Horatensium, ni fallor, qui negabat se unquam cum matre aut sorore redisse in gratiam: intelligitur enim nunquam illi cum matre aut sorore incidisse dissidium. Sunt noua sententiarum genera, ex inopinato, & ex alio relatis, & ex alio translatis, ex geminatione, ex contrarijs. Quorum exempla si quis desideret, ex Quintiliano petat licebit.

De expolitione.

Cum hoc sententiarum genere, quod superius ostendimus, ex quatuor constare partibus, cognitionem habere uidetur expolitio. Sic enim uocant, quoties eodem in loco diu'tius commoratur, & eandem sententiam alijs atque alijs modis uariamus, simul & locum pletamus. Commutatione uerborum, cum eadem res alijs atque alijs uerbis, alijsque figuris, sapius effertur. Commutatione pronuntiationis cum alio atque alio uultu, gestu, uoce. Commutatione tractationis, cum quod iam sub persona nostra diximus, idem aliter, sed paulo aliter dicentem facimus. Vel cum quod sedatius est disputatum, id acrius atque inflammatus efferimus. Verum copiosissima expolitio septem constat partibus. Propositio, ratione, duplici sententia cui ratio item duplex subijci potest, contrario, simili, exemplo, conclusione. Exemplum erit huiusmodi, Sapiens nullum pro republica uitabit periculum. Ideo quod sepe fit, ut cum pro Rep. perire noluerit, necessario cum republica pereat. Et quoniam sunt omnia comoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum est. Hæc est prima pars qua tota res simpliciter exposita est, & rationibus confirmata, cui subditur duplex sententia, aucta totidem, aut pluribus rationibus. Ergo qui fugiunt id periculum quod pro republica subeundum est, stulte faciunt. Hæc est sententia, cui subnectitur ratio. Nam neque effugere id possunt, & ingrati in ciuitatem reperiuntur. Deinde additur altera sententiæ pars è contrario. At qui patriæ pericula suo periculo propellunt, hi sapientes putandi sunt. Mox adijciuntur rationes, cum et eum quem debent honorare republicæ reddunt, & pro multis perire malunt, quam cum multis. Iam adiungitur huic contrarium. Etenim uehementer est iniquum, uitam à natura acceptam per patriam cum seruaueris naturæ cum cogat reddere, patriæ cum roget, non dare. Et cum possis cum summa uirtute & honore pro patria interire, malle per dedecus & ignauam uiuere: pro amicis & parentibus ac cæteris necessarijs adire periculum, cum uelis, pro republica in qua & hoc, & illud sanctissimum patriæ nomen continetur, nolle in discrimen uenire. Deinde adhibetur simile. Itaque uti contemnendus est, qui nauigando se, quam nauim mauult incolere. Ita uituperandus qui in Reipublicæ discrimine, suæ salutis plus quam communi consultat. Additur collatio similitudinis, à maiori. Naue fracta, multi incolumes fuerunt. Ex naufragio patriæ, saluus nemo potest enatare. Sub hæc exemplum annectitur. Quod mihi uidetur Decius intellexisse, qui se deuouisse dicitur, & pro legionibus se in hostes immisisse medios. Huic annectuntur sententiæ, unde uitam amisit, non perdidit. Re enim uilissima maximam redemit. Vitam dedit, accepit patriam. Amisit animam, potius est gloria, quæ cum summa laude prodita uetustate, quotidie magis enitescit. Demum apponitur conclusio tanquam epilogus. Quod si pro republica debere accedere ad periculum

culum, & ratione demonstratum est, & exemplo comprobatum, hi sapientes sunt existimandi, qui nullum pro salute patriæ periculum uitant. Ergo conueniet huiusmodi thematici exerceri pueros, qui ad copiam parandam instituuntur. Quamquam ne hoc quidem exemplum ex Herenniana rhetorica mihi magnopere probatur, nisi quod utcumque rationem indicat. Potest autem copiosius etiam tractari, si plures sententias & rationes, si plura similia, si exempla plura congeras.

De Apologis.

Ad fabulorum genus proxime accedunt apologi, nisi quod & delectant uehementius, et efficacius persuadent. Delectant, morum faceta quadam imitatione, faciunt fidem, quia uerum ueluti ponunt ante oculos. Capiuntur his præcipue rustici & imperiti, & si quis alius est, qui mores aurei seculi sapit. Celebratur apologi maxime Aesopi nomine qui unus è sapientum numero ob hoc ipsum est habitus. Etiam si Quintilianus ab Heliado scriptas fuisse, certe maioris cuiuspiam ingenij opus existimat. Quo minus mirandum, si Menenius Agrippa plebem Romanam à periculosissima seditione reuocauit, confictio in id Apologo de corporis humani membris aduersus uentrem conspirantibus, ut refert T. Lilius. Et Themistocles Atheniensibus persuasit, ne nouaret magistratus, fabula de uulpe muscis oblata. Quia liberum est cuique pro re cõfingere genus huiusmodi. Verum ut apte conungas, cum ingenio ualeas oportet, tum animantium naturas (sunt autem infinitæ uarietatis) penitus animaduersas habere necesse est. Porro quod ad usum attinet, significatur uerbo, quemadmodum exempla, maxime si notus sit apologus. Veluti si dicas. Si tua scripta lacerant ac damnant imperiti, noli laborare, certe doctissimo cuique maxime probatur. Quia enim mirum, si gemmam aspernatur gallus Aesopicus: Aut si quis dicat. Nullus hostis quantumlibet importes humilisque negligendus, aut contemnendus est, posteaquam nec scarabæum impune contempsit aquila Aesopica. Aut hoc pacto. Tuis ipsius benefactis nitere, non maiorum splendore, ne tibi usu ueniat, quod Aesopi corniculæ. Dilatantur autem præfatione commendationis. Commendamus tum auctorem ipsum, tum Apologorum genus. Ita ut facit Aulus Gellius in explicanda Cæsaris fabula: Aesopus ille è Phrygia fabulator, &c. Nam locus in promptu est. Deinde si describeris animantium aut rerum formis ac naturis, quas inducis, longius immoraberis. Quamquam quidem hoc iam ipsum & cum uoluptate accipitur, & ad eruditionem liberalem pertinet, Veluti si scarabæi formam, deinde quemadmodum è stercoribus nascatur, & quo pacto posterioribus pedibus erectis stercorea protrudat, atque id genus alia describas. Ad eundem modum aquilam regnum in auium genus obtinere, armigeram esse Iouis, non offendi fulmine, non conuicere ad ardentissimos solis radios, perniciosissimo uolatu ultra nubes ferri. Denique quæcumque uel ad scarabæorum humilitatem exaggerandam, uel à quila generositate attollendam pertineant. Quod quidem argumentum nos per lulum tractauimus in prouerbij. Atque hac in re non prætermittendum, si quid animantium cupiam fabulis poetarum est attributum. Quod genus à Lycaone natos lupos, ex adulescente perdicem, cynnum Apollini sacrum esse, & sub fatalem horam suauissime canere, coruum eiusdem fuisse nuncium, & ob cessationem ex albo nigrum factum. Aut si quid proditum est historijs insigniter ab his factum, uelut de aquila quæ uirginem adamauit, apud Plinium. De Bucephalo Alexandri magni equo, atque item de cæteris, nam rationem duntaxat ostendimus. Deinde cum ad ipsum Apologum erit uentum, fusius ac latius narrare licebit. Id fiet citra tedium, si faceta quadam imitatione, quod est in hominum uita, ad fabulæ mores accommodabimus. Præterea si ad eandem rationem sermones, sententias, dictaque affingemus. Exemplum aptissimum est apud Horatium in Saty. Rusticus urbana murem mus paupere fertur Accepisse cauo, ueterem uetus hospes amicum Asper & attentus quæsitus, ut tamen arcum solueret hospitij animam, &c. nam in promptu locus est. Est item exemplum dilatati apologi apud Apuleium de coruo & uulpe. Rursum apud Aulium Gellium de cæsita auicula. Cæterum quod *ἠπολογία* uocant, id est apologi interpretationem, non admodum refert initio ponas an in fine. Quamquam & hinc incipere licebit, & in hanc definire, modo sermonis accedat uarietas.

De somnijs.

Affinguntur à nonnullis somnia quoque, quæ fortassis adhibenda non sunt, nisi in ostensione

tatione: quod genus Luciani somnium. Aut quoties ea pro ueris uisus, hortandi deterrendiue gratia narramus. Tale est Prodicti figmentum de Hercule ambigente, utram uitam ingrederetur, uirtutis arduam, an uoluptatis procliuem. Simile de Momo qui hoc reprehendit in homine, quod demiurgos illi finxisset cor sinuosum, nec addidisset fenestram: in boue, quod in summis cornibus non addidisset oculos, ut uideret quid ferret. Huiusmodi uidetur illud diui Hieronymi, de se flagris caeso, quod Ciceronianus esset. Et nos item pueri in hoc genere lusimus.

De fictis narrationibus.

Iam fictae narrationes rerum gestarum, si persuadendi gratia pro ueris adhibeantur, maxime fieri potest, ad uerisimilitudinē componantur oportet. Sunt autem ex arte rhetorica notae partes, quibus probabilitas constat. Cuiusmodi est fabula de Memmio apud Ciceronē, & fortasse de Vulteis apud Horatium. Genus hoc uideo nonnullis nimium placuisse, qui uulgi credulitate freti, stultissima quaedam miraculorum ostenta pro certissimis inuexerunt Christianorum literis. Porro quae risus causa fingitur, quo longius absunt a uero, hoc magis demulcent animos, modo ne sint anicularum similia deliramentis, & eruditus allusionibus doctas etiam aures capere possint. Quo de genere sunt Luciani uere narrationes, & ad huius exemplum efficitur alius Apulei. Praeterea Icaro menippus, & reliqua Luciani pleraque. Item argumenta ferme omnia ueteris comediae, quae non imagine ueri, sed allusionibus & allegorijs delectant. Nam illud fictionis genus, quod ad simulacrum rerum adumbratur, haud dubium est, quin ad parabolam pertineat. Exemplum huius est apud Platonem de specu, in quo uincti quidam umbris perinde ut ipsis rebus delectantur.

De Allegorijs Theologicis.

At quoties ad pietatem adhortamur, aut dehortamur, plurimum adiuuanti conferent exempla ueteris ac Noui testamenti, id est Euangeliorum. Quae per allegoriam uarie tractantur, & eadem modo ad mores hominum, modo ad corpus ecclesiae Christo capiti connexum & cohaerens, modo ad coelestem illam communionē, rursum ad praesentia nascens fidei tempora, & ad haec nostra possunt accommodari. Sed hisce de rebus copiosius & exactius disseremus in libello quem instituius de Theologicis allegorijs. Atque haec ferme omnia ad exemplorum genus referuntur, in quibus sumus paulo diutius immorati, quod ex hoc potissimum mundo copiae supellex depromatur. Sed priusquam ab his digrediamur, uisum est etiam nonnulla pauca admodum.

Ratio colligendi exempla.

Iam primum quemadmodum unumquodlibet horum uarie possit accommodari per similitudinē, per contrarium, per comparationem, per hyperbolen, per epitheton, per imaginem, per metaphorā, per allegoriā, superiori commentario demonstratum est. Nunc qua ratione fieri possit, ut amplissima horum utrumque in promptu, ac uelut in numero possimus habere, indicabimus. Consilium quidem non perinde magnificum ut frugiferum: quod utinam iuuenes olim ipsi fuisset sequuti (nam tum quoque ueniebat in mentem) uideo quantum momenti literulis nostris fuerit accessurum. Attamen candidi est ingenij non inuidere bonae spei iuuenibus, quod tibi uel negarit fortuna, uel non pararit diligentia. Ergo qui destinauit per omne genus autorum lectione grassari (nam id omnino semel in uita faciendū, ei qui uelit inter eruditos haberi) prius sibi quam plurimos comparabit locos. Eos sumet partim a generibus ac partibus uitiorum uirtutumque, partim ab his, quae sunt in rebus mortalium praecipua, quaeque frequentissime solent in sua uia incidere: eaque conueniet iuxta rationem affinitatis & pugnantiae digerere. Nam & quae inter se cognata sunt, ultrò admonent quid consequatur. Et contrariorum eadem est memoria. Puta sit exempli causa primus locus pietas & impietas. Huic subijcientur species inter se cognatae. Prima est pietas in deum, Secunda in patriam, Tertia in parentes, aut in liberos, aut etiam in eos quos oportet parentum loco colere, ueluti praecipuos, & quorum beneficio seruari sumus. Ex aduerso est impietas. Iam his cognata superstitio, adijcienda igitur. Atque hic aperit sese campus latissimus de prodigijs deorum cultibus, ac uarijs diuersarum gentium ceremonijs. Item inepta parentum in liberos indulgentia quae falsa est pietas. Sit proximus si uidetur titulus, Fides: hanc in species seces licebit. est fiducia

ducta erga deum. Est fides humana, est fides in amicos, fides seruorum in dominos, fides in hostes, toridemque de perfidia. Item sit titulus Beneficentia: Huic quae suas species subieceris, restat gratitudo, non illa quidem huic subiecta, neque rursum contraria, sed adhaerens, eaque ueluti consequens. Haec per omnes locos tractari possunt. Primum quid sit pietas, quomodo differat a ceteris uirtutibus, quid habeat peculiare, quibus officijs praestetur aut uioletur, quibus rebus alatur aut corrumpatur, quid fructus homini pariat. Hic sese aperit campus exemplorum ac iudiciorum. Sed uirtutum ac uitiorum ordinem sibi quisque suo fingat arbitrio, uel e Cicerone, siue malit, e Valerio Maximo, aut Aristotele, aut ex diuo Thoma petat. Denique si malit, elementorum ordinem sequatur. Neque enim id magni refert, quanquam nolim illum omnes huius generis particulas tam minutim concisas in ordines referre, uerum eas duntaxat, quae uideantur frequenter in dicendo usu uenire. Id autem uel ex locis causatum licebit cognoscere, nempe demonstratorijs, suatorijs & iudicialibus. Quod genus ferme sunt tituli apud Valerium Max. & nonnulli apud Plinium. Ceterum quae extra uitiorum ac uirtutum genera sumuntur, partim pertinent ad exempla, partim ad locos communes. Prioris generis ferme sunt huiusmodi. Insignis longauitas, uetula senectus, senilis iuuenta, insignis felicitas, insignis memoria, subita rerum commutatio, subita mors, mors spontanea, mors prodigijs, partus prodigijs, insignis eloquentia, insignis opulentia, Ex humili genere clari, uafrities ingenij, insigne corporis robur, insignis forma, egregium ingenium in deformi corpore, atque id genus innumera alia. Quorum singulis oportebit subijcere, quae cum his pugnant, quaeque cum his habent affinitatem, ut insigni eloquentiae, opponitur insignis infantia. Finitima sunt, uocalitas, felicitas in gesticulando, histrionica, et si qua sunt huiusmodi. Posterioris autem generis sunt istiusmodi. Plurimum inter est quibus studijs puer aduescas. Magni refert, quibus cum uiuas. Suum cuique pulchrum. Facilis offensa, reconciliatio difficilis. Tutissimum est nulli credere. Amia tanquam osurus, oderis tanquam amaturus. Bis dat qui cito dat. Fortunam sui cuique mores parant. Et lenta regum ira. Et periculosa principum amicitia. Et dulce inexpertis bellum. Et infida societas regni. Et optimum senectae uaticinium eruditio. Sed quid ego haec recedere pergo, cum sint sexcenta millia. Ergo ex his ea sunt deligenda, quae uidebuntur ad dicendum maxime commoda. Ad hunc gregem pertinent & illa comparatiua. Coelibatus ne felicior, an coniugium? Vita priuata, an secus? Potior monarchia, an Democratia? Vita studiosorum an idiotarum? Tum autem ex superioribus, si qua sunt quae uirtuti, aut uitio uidebuntur esse confinia, ea licebit suo titulo subijcere. Ut illa. Bis dat qui cito dat. Et nihil carius constat, quod precibus emitur. Et beneficium dando accepit, qui digno dedit. Et nihil tam perit, quam quod confertur in ingratum. Et beneficij gratiam perdidit quisquis exprobrauit. Haec atque huiusmodi ad liberalitatis titulum referri possunt. Verum ne indigesta rerum turba pariat confusionem, profuerit titulos qui latius patent, in aliquot secare partes. Liberalitatis titulum, ut exempli causa loquamur, ita licebit partiri. Si subieceris. Beneficium prompte citoque datum. Beneficium aptum, beneficium digno aut indigno collatum. Beneficium exprobratum. Beneficium mutuum. Et si qua iudicabitur magis idonea. Nam nos indicandi gratia duntaxat haec posuimus. Ergo postea quae tibi titulos compararis, quot erunt satis, eosque in ordinem quem uoles digesseris, deinde singulis suas partes subieceris, rursum partibus addideris locos communes, siue sententias, tam quicquid usquam obuium erit, in ullis autoribus, praecipue si sit insignis, mox suo loco annotabis, siue erit fabula, siue apologus, siue exemplum, siue casus nouus, siue sententia, siue lepide aut alioqui mire dictum, siue parcentia, siue metaphora, aut parabola. Atque ad eum modum pariter fiet, ut & altius insideant animo quae legeris, & aduescas uti lectionis opibus. Sunt enim qui plurimam teneant uelut in mundo reposita, cum in dicendo scribendoque mire sint inopes ac nudi. Postremo utcumque postulat occasio, ad manum erit dicendi supellex, certis ueluti nidis constitutis, unde quae uoles petas. Porro nulla disciplina tam semota est a rhetorica, unde non facias locos tuos locupletiores. Nam a mathematicis, quae remotissima uidentur, sumuntur similitudines. Quandoquidem cum sphaera undique sui simili, cumque tetragono quocumque cadat pariter quatuor angulis nixo, confertur sapiens suis opibus felix, nec aliunde pendens, & quae cunctae inciderit fortunae procellae,

sua uirtute firmus & immobilis. Vt ne dicam interim quod Theologi mysteriorū enar-
 rationem frequenter à mathematicis petunt, propter arcanam quandam rerū, ac nume-
 rorum analogiam. Nam à Physicis non solum parabola, uerum etiā exempla quaedam
 petuntur. Parabola fuerit, si dicas. Quemadmodum fulmen summos montes frequen-
 tissime ferit: ita summa potestas, grauissimis casibus est obnoxia. Item quemadmodum
 fulmen æs liquefacit, intacta cæra. Ita principum animus in rebelles & obfistentes serui-
 re debet, in cæteros uti clementia. Exemplo fuerint Elephantū pudore in abdito coeun-
 tes, si quis etiam in coniugatis modestiam, ac uoluptatis dissimulationem desideret. Et
 Delphini fetus adultos diutius comitantes, nec sinetes paruulos suos ingredi, nisi gran-
 dior aliquis ceu pædagogus adsit & custos, si quis admoneat quanta cura seruari atq; in-
 stitui debeat à parentibus prima illa & lubrica puerorum ætas. Itaq; studiosus ille uelut
 apicula diligens, per omnes autorum hortos uolabit, flosculis omnibus adsultabit, un-
 diq; succi non nihil colligens, quod in suum deferat aluearium. Et quoniam tanta est in
 his rerum fecunditas, ut omnia decerpi non possint, certe præcipua deliget, & ad ope-
 ris sui structuram accommodabit. Sunt autem quæ eadem nō solum ad diuersos, uerum
 ad contrarios usus quadrare possint, eoque diuersis annotanda locis. Quod genus si de in-
 sanabili cupiditate hominis auari agas, recte accommodabis Charybdis fabulam. Rur-
 sum, si de inexplebili uentris ingluuie, aut libidine mulieris inexhausta, nimirum conue-
 nient eadem. Item apologus Aesopi de hirco ac uulpe simul in puteum descendentibus,
 quadrabit uel in prospicientiam, qua sit, ut non aggrediare negocium, nisi prius apud te
 perpēderis, qua ratione queas explicare. Vel in fictum amicorū genus, qui quū uideant
 tur amici commodis consulere, maxime tamen agunt suum negociū. Præterea ex morte
 Socratis non solum ducitur exemplū, mortem non esse formidandā uitro bono, cum ille
 tam alacri uultu cicutam biberit: uerum etiā uirtutem inuidiæ obnoxiam, neq; satis tur-
 tam esse in turba malorum. Rursum inutile, uel potius perniciosum esse philosophiæ stu-
 dium, nisi te ad mores communes deflexeris. Iamq; hoc ipsum factum trahi potest & in
 laudem Socratis, & in uituperium. Laudandus enim qui nulla sua culpa, sed sola inuidiā
 damnatus, tam fortiter mortē neglexerit. Vituperandus qui inutili philosophiæ studio
 neglectuq; morum cōmuniū, amicis acerbissimū luctum, uxori liberisq; calamitatē, sibi
 exitum conciliarit, cum alij soleant utiles esse patriæ, suis præsidio simul & ornamento:
 eoque uere sapientis esse, relictiis aliquando tetricis illis sapientiæ decretis, uulgi studijs et
 opinionibus accommodare sese, temporiq; quod aiunt seruire. Iam si partes exempli cir-
 cumspicias, quot locos licebit elicere? Accusatus per inuidiā ab Anyto & Melyto perdi-
 tissimis ciuibus. Locus cōmunis est, Veritas odium parit. Item alter. Insignis uirtus con-
 ciliat inuidiam. Rursum alius, Apud iudices plerunq; plus ualet nobilitatis ratio quā
 respectus honesti. Rursum alius, Nihil impudētius opulentia, si cum improbis moribus
 copuletur. Quid enim absurdius, quā omni facinore dedecorosos, Socratem in ius uo-
 care? Rursum alius locus. Non quidlibet cuius decorum est. Eoque Socrates non abiicit
 sese ad iudicum pedes: neq; enim conueniebat, ut qui per omnē uitam docuerit mortem
 non esse formidandam, nisi turpis esset, eum nunc ueluti ob mortis metum abiecte sup-
 plicem esse. Quæ eadem causa commouit, ut neque iudicium declinaret, neq; in mediā
 causā exilium eligeret, neq; postremo cum liceret, e carcere uellet effugere, ne ipse à seip-
 so discrepare uideretur. Atq; hæc quidē una pars est. Deinde cum moriturus tam ocio-
 se, tamq; placide disputat, cum nō alio, uultu cicutam bibit, quā quo uinum solet, cum
 mox emoriturus iocatur in Phædonem, admonens ut gallum perfoluat Aesculapio. Lo-
 cus est, Mortem etiā optabilem esse ipsi, qui sibi uitæ integre actę conscij sunt. Rursum al-
 ter locus. Cuiusmodi fuerit hominis uita, id in morte potissimū apparere. Rursum, Con-
 stantis suiq; perpetuo similis exemplum est. Etenim cuiusmodi fuerat in omni uita So-
 cratis uultus oratioq;, talis erat & morituro. Tertia pars est. Dū in carcere agit Socrates
 interim nusquā Alcibiades, nusquam Agathon, nusquā Phædrus, sed Crito, Phædon,
 Simmias. Atq; hic locus est, in periculis demū apparere q; sint ueri amici: nā uulgares illi
 sibi tum consulunt, cum in officijs communibus adsunt. Quarta pars est, Cum amicis de
 animæ immortalitate multa disputat, uxorem ac liberos quū pauca mandasset dimittit.
 Locus est, philosophū leuiter tangi oportere uulgaribus affectibus, id quod mire con-
 gruit

gruit cum doctrina Christi. Quinta pars est, Statim à morte Socratis uersus est in accusa-
 tores populi furor. Socrati desiderato aurea posita statua. Locus erit, Vulgus temere o-
 disse & amare. Rursum alius, Virtutē præsentem odimus, sublatam ex oculis querimus
 inuidi. Rursum alius, Fucata gloriā unā cum uita perire, uirtutis splendorem à morte
 maxime inclarescere. Hinc arbitror liquere in quot usus idem exemplum possit accōm-
 modari. Similiter & in parabola fiet, uelut in nauigatione, quot similia duci poterūt. Vt
 optimū gubernatorem tempestas, ita optimū imperatorem aduersæ res declarant. Item,
 ut nemo clauum committit amicissimo, sed nauigandi peritissimo, Ita nemo Resp. gu-
 bernacula mādabit ei cui studeat maxime, sed quem maxime iudicari idoneū. Rursum:
 Quemadmodū uentis nimum secundis nauitæ uela contrahūt, cum partī prosperi sunt;
 tum latius pandunt sinus. Ita quum res uehementer succedunt, temperandus est animus
 ne insolecat: cōtrā, cum inimica est fortuna, tum fortitudine ac spe securaturæ felicitatis,
 dilatandus ac fulciendus. Item quoties rectum cursum per tempestatem tenere nō licet,
 tum obliquis flexibus eō nihilo secius, quō peruenire uelimus, contendere oportebit.
 Item quoties artem uincit tempestatis impotentia, tum ancoram iacit nauitæ, uel is col-
 lectis. Ita uelanti multitudine nonnunquam cedendum est, donec oratione tractabi-
 lis esse incipiat. Item quemadmodum nauita non semper eodem modo tenet uelum, ue-
 rum nunc tollit in altū, nunc contrahit, nunc in hoc latus, nunc in illud transfert, ut cunq;
 uentorum ratio postulat: Ita sapiens non in omni loco, omniq; tempore & negotio simi-
 li uitæ tenere debet uti, sed uultum, orationem, mores præsentibus rebus accommoda-
 re. Item sicut in magnis tempestatibus peritissimi nauitæ, uel ab imperito nonnunquam
 admoneri sese patiuntur, quod alijs alia soleant in his casibus in mentem uenire. Ita bo-
 nus rex in magnis reipub. periculis, nullius consilium audire grauabitur. Item ut mini-
 mo periculo nauigat, eo gubernatore, qui maximis sit iactatus periculis: Ita tutissimus
 est ciuitatis status eo principe, qui grauissimis casibus sit exercitatus. Itē, ut qui clauum
 regit, non satis arbitratur se suo fungi officio, nisi circumactis oculis, quid cuiq; facien-
 dum, admonuerit, Ita principem non agit, nisi qui magistratum etiam inferiorū officia
 moderatur ac præstat. Item quemadmodū insanat nauita, si propter odium aliquorum,
 quos nauis uehit, nauim perire sinat, qua perdita nec ipse possit esse incolumis. Ita sanæ
 mentis non sit, qui ob factiones, patriæ incolumitatē non tueatur, quæ nisi sit incolumis,
 nec ipse incolumis esse possit. Item ut non nisi seuisissimis tempestatibus sacrā ancoram
 nauitæ iacere solent: ita nō est, nisi in grauissimis periculis ac rebus prope desperatis, ad
 extrema remedia ueniendū. Sed nā ego ineptus, qui ista persequar, cum iam uideas ali-
 quot similitudinum millia hinc sumi posse. Nonnunquā eadē quoq; collationis pars ad
 diuersa trahitur. Quod genus sit, si lunæ crebras mutationes uel ad fortunæ uices accō-
 modes, uel ad humanæ uitæ instabilitatem, uel ad stultorum inconstantiam. Quin eadem
 quoq; sententiā uarios in usus desleclitur, ut Facundus comes in uia pro uehiculo est. In-
 cundior est uita, si non solus agas, sed cum lepidis ac festiuis amicis consuetudinem ha-
 beas. Rursum, semper bonus aliquis liber circunferendus, cuius lectione tædium disci-
 tias. Item, si te lætus animus comitetur & bene sibi cōsciū, nulla pars uitę sentiet tædiū,
 hic optimus est uia: comes si læta narret. Sin turpiū factorum memoriā tibi refricet, tæ-
 dio enecat. Eadē est prouerbiorum & apophthegmatum ratio, quorum usum ostēdimus
 in principio collectaneorum prouerbialium. Proinde quedam erunt eadem diuersis ad-
 scribenda locis, aut annotanda certe. Nam sat erit aliquādo tribus significasse uerbis ad-
 scriptis autorum locis unde peti possunt, præsertim si paucis exponi non queāt. Sed iam
 quo res exemplo magis fiat perspicua, sit titulus inconstantia, aut morum inæqualitas,
 experiamurq; quot res ad hunc conferri possint. Primū ē poetarum fabulis petam Me-
 euriū uarias formas sumere solitū, ut est uaser deus, nūc apud superos, nunc apud infer-
 ros, nunc apud mortales agentē, uarijs etiam fungētē officijs. Nunc Ganymedis agen-
 tem parteis, porrigendo Ioui pocula, nūc nuncia perferentem, nūc animas deducentem
 ad Charontem, nūc negociatoribus ac patronis operam dantem, nūc cithara utentem,
 nunc uirga galero etiam bicolore, postremo uarijs gaudentem cognominibus. Ea sunt
 apud Aristophanem in Pluto: dicitur enim *σποφάιος, ἐμπολάιος, δολίος, ἡγεμόνιος, φαναγόνιος,*
 apud Homerū, & apud Hesiodum *δίακτορ, ἀπρηφάνης*. Dicitur et Cyllenius, & *εὐάνιος*.

Petam Vertumnus deum, cui inde etiam nomen, quod subinde uertat formam. Petam Proteum omnia uertentem sese in miracula rerum. Petam Empusam ex Aristophanis ranis. id est daemones genus, identidem alia atq; alia specie sese offerentis. Item Morpheus, quoscuq; uelit uultus induere solitum. Item Circe ueneficijs ac magica uirga homines in uarias ferarum formas uertentem. Nam improbi secum non constant, sed diuersis agitantur affectibus. Petam *υελοπι* uolubilem deum, nunquam sui similem, & huic similem, si uidebitur Rhamnusia. Petam Iouem, nunc aquilam, nunc cygnum, nunc taurum, nunc aureum imbrem factum. Præterea chimeram capite leonis, uentre uirgineo, cauda draconis. Ac uarium illud portentum quod fingit Horatius in ipsa statim fronte artis poeticae. Adducam & Ianum bifrontem, & triforem Geryonem, & Bacchum, cui poetae tribuunt *υιθεων*, hoc est morum leuitatem ac facilitatem, ac talem in ranis fingit Aristophanes, & si qua sunt alia apud illos, quæ prodigiosa uarietatis imaginem habent. Adducam & Ulysses, quamlibet pro tempore personam gerentem. Vnde & *πολυτροπον* statim in operis initio uocat Homerus. Deinde à phisicis petam lunæ similitudinem, nunquam eodem uultu nobis redeuntis, nunc semiplenæ, nunc plenæ, nunc emoriētis, nunc renascentis, nunc pallentis, nunc rubentis, nunc albicantis, nunc antecedentis solem, nunc à tergo sequentis. Petam similitudinē cœli uerni aut autumnalis, nunc nubili, nunc sereni, nunc tranquillī, nunc uentis commoti. Petam collationem maris assidue uicibus æstuaris decurrentis ac recurrentis, præcipue Euripi mira celeritate septies die ac nocte reciprocatis. Addam polybum, cuius mutabilitas etiam prouerbio locum fecit. Addam chamæleontem colorem subinde mutantem. Item pantheram ac pardum uersicoloribus maculis uarietatis, aut si quod est aliud animal huiusmodi. Item anguillā lubricam. Adungam pueritiæ in horas mutatum ingenium. Adhuc mulieris peculiarem inconstantiam, uulgius leui momento mobile. Præterea argenti uiui miram mobilitatem. Arundinem ad omnem auram facile mobilem. Foliorum arenium, plumæ amentæq; leuitatem. Cera flexibilem, ac mollem naturam. Somniorum inconstantiam, rotæ uolubilitatem. Adducam laminam, quæ summis turrium, ac templorū fastigijs solet imponi, quod uentum circumactū suo indicet. Adducam biltrem, facili momento huc atq; illuc uergentem. Adducam opus uermiculatum, uersicoloribus tessellis, miram uarietate ostentans. Quædam etiam ingenio finguntur. Veluti si quis comparat inconstantis hominis animum, nunc hoc nunc illud cogitantis, speculo rotundo in foro frequentissimo suspensio, quod huc & illuc discursante turba, figuris innumeris uarietur. Aut uitro, quod quemcunq; colorem subieceris, eum imitari uidetur. Aut pensili chalybi, quod hinc atq; hinc admotis magnetibus, quorum alter alliciat ad sese, alter depellat, leui momento nunc huc nunc illuc rapiatur, nec unquam conquiescat. Aut sphaera in plano uolubili. Iam ex historijs mutuo sumam Græcorum genuinam leuitatem, quam describit Iuuenalis. Lubricam Allobrogum fidem. Pœnos simili morum inconstantia. Scythas indies mutatis patris nullam certam incolentes sedem. Virgam Moysi subinde in altam atq; altam uersam speciem. Aristippum quamuis agentem personam, ut quem omnis, ut inquit Flaccus, decuit color, nunc cynico utentem pallio, nunc regia purpura. Item *υιθιδιον* illum, de quo meminit Lucianus. Catilinam uario ingenio, ex Salustio. Hannibalem ex T. Livio, ex Val. Maximo, quibus alius fuit uitæ tenor in adolescentia atq; in senectute. Rursum ex tertia Horatii satyra Tigellium. Nil æquale homini fuit illi, sæpe uelut qui Curerebat fugiens hostem, persæpe uelut qui Iunonis sacra ferret, &c. E comœdijs exemplum sumetur muliebri inconstantia. Soltrata in Adelpis. Aut mi homo sanus ne es? an hoc proferendum tibi uidetur esse uspiam? Ac paulo post. Ah minime gentium non faciam, proferam. Amantium inconstantiam, exprimet Phædria, è rure repente rediens. Puerilem inconstantiam Antipho ex Phormione. Sed hoc persequi longum est. E tragœdijs mutuabor Phædræ uariatis secum sententijs, nunc uolentem, nunc nolentem. Medeam item ante filiorum cædem, diuersis agitatam affectibus. Ab Ouidio Biblidem, Narcissum. A Marone Didonem, iam Aenea parante discessum. Atque hoc genus innumera rables personas passim exhibent poetae. Ex Apologis allegabo rusticum illum, qui satyro admirate, eodem ex ore modo calidum, modo frigidum efflabat. Et si qui sunt alij. Nam in presentia ratione duntaxat ostendimus. E prouerbis mutuabor *τιω πικραγικω απτημυ*
Item

Item *αυτις απθου*, Et *υικεταβολωτορος υεθου*, Et *υεθου ποικιλτορος*. Et *λυβιθου θεου* aliaq; consimilia. Nam ipsi in prouerbis locos adiunximus unde ista peti possint. Et saxum quod subinde uoluitur, non obducitur musco. Et arbor quæ subinde transplantatur, non gradescit. Rursum ex Apophthegmatis addam illud dictum in Ciceronem. Duabus sedere sellis. Et in eundem à Salustio scriptum: Aliud stans, aliud sedens loquitur. Ex Homero *επιπροσθεμω*. Sic enim uocat Martem incertarū partium, quicq; nunc cum his sentit nunc cum illis. Ex Ouidio, ni fallor, Et tantum constans in leuitate sua. Ex Horatio, Leuior cortice, Et, Mutat quadrata rotundis. Et, Romæ Tybur amo uentosus Tybure Romam. Ex Plauto, Tipula leuior. E Terentij Phormione, Volo nolo, nolo uolo, quod dictum est, non dictum est &c. Ex Euripide *πρωγυε γω φρονεις τα η γω πα δε παλαε τα δ' αυτημα*. Iam apparet opinor, quanta huius quoq; generis supellex ex tot scriptoribus colligi possit. Eadem est sententiarum ratio, quas non tantum ab autoribus sumere, uerum etiam pro re nouas parere licet. Quibus omnibus si totidem opponas contraria, deinde subiunxeris utriusq; finitima, nimirum quæ immensus orationis penus futurus sit uides. At cum tam uariis sit usus, id quod diligentius ostendemus in opere de ratione conscribendarum epistolarum, nihil erit quod non aliquo pacto possis ad locupletandam orationem accommodare. Quandoquidem contraria quoq; adhibentur uel per ironiam, uel per dissimile, uel per comparisonem. Per ironiam, ut si quis hominem nunquam sui similem Socratem appellet, qui in omni uita semper eodem uisus est uultu. Per dissimile, ut si dicas C. Iulium Casarem nullius unquam facti poenituit. Hic nihil unquam decreuit, quod non mox resciderit. Per comparisonem si dicas, Quam Cato ille, quem Cicero præfractum uocat, à sententia non potuit abduci, tam hic non potest in eadem retineri sententia. Porro finitima quæ sunt, facili deflectu ad uicina trahuntur. Quod genus Persianum illud: Tecum habita. Nam & si proprie quadrat in eum qui maiora molitur, quam pro sorte sua, tamen quia non esse sua sorte contentum, cum inconstantia cognitionem habet, huc torqueri poterit, præsertim cum Seneca scribat, Plurimum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere, & secum morari. Quin eadem simul & in laudem torqueri possunt. Vt si omnium horarum hominem, uersatiliq; ac dextro ingenio laudes, ex inconstantia penario sumes Polypum, ad speciem subiecti soli mutantem colorē. Sumes Euripum, ac negabis mare hoc esse tam uersatile, quam huius sit ingenium. Sumes flammam stare nesciam. Sumes cœlum subinde alia facie. Sumes arundinem utcumq; flauerint auræ, flectentem sese. Dices sapiētis esse pro re nata, pro tempore, pro loco mutare sententiam, ac uita rationem. Stupida saxa, ac brutam tellurem unam non moueri. Caterum ex animantibus ut quodq; præstantissimum est, ita maxime mobile esse. In uniuersa natura, quo quicquam præclarus est, hoc à quiete longius abesse. Infima est quæ non mouetur terra. At mobilis aqua, mobilior aer, ignis hoc quoq; mobilior, cœlum quam maxime mobile. Proinde mentem hominis, auram atque ignem ab antiquis uocari. Contra stultos, tardos, stupidos, lapides, plumbum. In quas res maxime cadit constantia uocabulum. Per huiusmodi locos pleraq; è constantia supellectile ad uituperandum traxeris, & ex inconstantia ad laudem detorseris. Verum de his, ut modo dictum est, alias temperatius. Nunc reliquas dilatandi sermonis rationes persequamur.

De partium rhetoricarum multiplicatione.

Crescet oratio numero partium orationis. Vt enim quæ breuissimus esse studeat, quæ potest paucissimis utitur partibus. Ita qui dilatare cupiet, etiam legitimis illis & arte prescriptis partibus, aliquid accessions curabit adiungere. Nam cum in summa tria sint oratoris officia, docere, delectare, flectere, cui placet breuitas, is uno contentus tantum docebit, quod sit narrando & arguendo. cui copia, simul omnibus utetur, idq; in omnibus orationis partibus non solum in peroratione aut exordio. Rursum qui studet breuitati, poterit narratione, aut hac quoq; prætermissa, si causæ ratio patietur, esse contentus sola probatione. Atque hæc etiam ut omitti tota non potest, ita potest coarctari cohiberiq;. Contra qui copiam affectabit, non modo sex illis utetur, Exordio, narratione, diuisione, confirmatione, confutatione, peroratione, sed & suo loco latius explicabit exordiorum locos, & in tota oratione, quoties causa præbebit oportunitate exordia sola quædam admiscebit, quibus fauorem, attentionem, docilitatem retineat atq; renouet, aut tædium discutiat, aut quæ dicturus sit præmolliat.

Incidunt autem huiusmodi persæpe. Docilitatem potissimū renouamus cōmodis transi-
tionibus, quarum formulas aliquot superiore commentario proposuimus. Quod genus
fuerit, Audistis largitione, corruptela, sanguine, stupro, ac foedissimis artibus paratū ho-
norem. Nunc ostendam illud quod turpiter est adeptus, turpius administrasse. Attentio
renouatur hęc ferē modis. Magna sunt hęc, sed leuia præ his quæ nūc dicturus sum.
Et nunc ad ipsū rei caput accedo. Proinde quæso, ut hęc animis quā maxime atten-
tis audiatis. Et Sed his longius fortasse sum immoratus, cætera paucis ac dilucide expe-
diam, si mihi, sicut antehac fecistis, aures atq; animos præbere uelitis. Et altius paulo re-
petam, sed ita uerba sum facturus, ut neq; sine fructu, neque sine uoluptate sitis audituri.
Atq; id genus alijs modis, nā bis mille pro rei natura fingi possunt. Tædium discutitur aut
excluditur, hoc pacto. Rogo diligēter aufcultetis. Prima fortasse fronte minutū uidetur
quod tracto, uerum si paulisper attendetis, intelligetis nimirum sub hac specie maxima
reip. pericula occultari. Et quæso patiamini paulisper, mox aperiā quorsum hec spectet.
Et nunc rem ante hac inauditā audietis. Et rem accipietis omnium maxime ridiculam.
Porro fauor ipsdem rationibus renouatur, quibus paratur. Insuper & argumentamur ali-
quoties in exordio; si quid erit amoliedum, quod aliqui sit offuturum reliqua differēt.
Verum id non nisi consilio ex rei circumstantijs sumpto. Narratio uehementer locuple-
tatur schemate, quod quidam appellant fermocinationem, qua uni aut pluribus perso-
nis affingimus sermonē congruētē. Veluti quum Homerus Iliados ꝫ facit Priamum
senem Hectorem dehortantem à prælio, post hunc Hecubam. Item Iliadis ꝫ Androma-
chen uxorem deterrētē à prælio, atq; his respōdentem Hectorem, mire seruato cuiusq;
persona decoro. Neq; quicquā est admirabilius in historiariū scriptoribus: nam histori-
cis hoc omnī suffragijs permittum est, orationē personis affingere, de ethnicis loquor:
an idem liceat Christianis in dubio est, nisi quod simile factū uidetur in historia Septem
Maccabæorum, ac præter alios qui martyriū uitas conscripserunt, idem sibi permisisse ui-
detur diuus Ambrosius in uita beatae Agnetis. Narratio præter quā quod aliquando
fufius explicatur, & omnibus argumētis atq; affectibus expletur, etiā crescit *in dyptice*
Ea est, ut ostēdit Fabius, repetita narratio, quoties res paucis, ac simpliciter exposita, de-
nuo fufius & ornatius eadem narratur. Id quod fit uel inuidiæ, uel miserationis causa.
Præterea crescit item egressione subiecta. Quod ita demum permittit Fabius, si excur-
sus ille sic adhæreat, ut sit quasi narrationis finis. Veluti si atrox fuerit circa finem narra-
tio, prosequamur eam ueluti spiritu protinus erumpente indignatione. Atq; id quidem
in causis ferijs ac periculosis. Cæterum in re ad ostentationem parata nihil uetat, quō mi-
nus exposita re, in locum aliquem quā maxime plausibilem & amœnum expatieris:
quo simul & narrationis tædium abstergeas, & uoluptate sermonis ad futurā probatio-
nem reddas alacriores. Hi loci cuiusmodi sint, superius est demonstratum. Propositio di-
latabitur primū, si pro simplici, duplici, aut multiplici utemur, etiam si una sit factis, pro-
pterea quod alios alia mouēt. Vt si fecisset, præmio magis quā supplicio dignus erat.
Aut res hęc nec est honesta, nec expedit, nec sine summo periculo fieri potest. Quod si
maxime sit honesta, maxime expediat, maxime sit tuta, tamen fieri non potest ut conse-
quamur. Deinde, si non nudam omnino, sed argumentis obiter interiectis, & affectibus
accēsam proferemus. Qualis est illa Ciceronis pro Milone. Hęc sicut exposui, ita gesta
sunt iudices. Infidiator superatus, ui uicta uis, uel potius oppressa uirtute audacia est. De
inde miscet affectus. Nihil dico quid Respublica consecuta sit, nihil quid uos, nihil quid
omnes boni, nihil sanē id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se quidem seruare
potuerit, quin una Rempublicam uosq; seruaret. Deinde argumenta congerit. Si id tu-
re non posset, nihil habeo quod defendam. Sin hoc & ratio doctis, & necessitas barbā-
ris, & mos gentibus, feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper uim, quacuncq; ope
possint, à corpore, à capite, de uita sua propulsarent: nō potestis hoc facinus improbum
iudicare, quin simul iudicetis omnibus qui in latrones, inciderint, aut illorum telis, aut
uestris sententijs esse pereundum. Mox redit ad affectus. Quod si ita putasset, certe optā-
bilis Miloni fuit iugulum dare P. Clodio non semel ab illo, neque tum primum peti-
tum, quā iugulari à uobis, quia se illi iuguladum non tradidisset. Atq; item in sequen-
tibus controuersiam constituens, nam locus est notus, repetit summam argumentorum,
quibus

quibus usus fuerat in exordio. Id tamen magis licuit Ciceroni, propterea quod in exor-
dio quæstiones aliquot tractauerat, tamen idem & alibi continget uerbis comode in-
teriectis, maxime in enumeratione aut expositione, quæ est altera diuisionis pars, de qua
supra non nihil attigimus, cum de propositionibus ageremus. Quod genus fuerit, si dis-
suasurus Ciceroni ne uitam ab Antonio accipiat, exultis Philippicis, sic proponas. Pri-
mum illud uide mi Cicerone, num te dignum sit, ut immortalē ingenij tui famā, tot para-
tam sudoribus, quæq; tuos omnes illustrasti, ob tantulum æui, quod tam grandī longum
superesse non potest, exusto pulcherrimo omnium monumento repente aboleas. Dein-
de num forti uiro, qui semper omnia posthabuerit libertati, ferendum sit, ut uitam rerum
omnium optimā, & in qua sunt omnia, debeat ei portento, cui quouis etiam nomine ob-
noxius esse nemo liber uelit. Postremo uideat, ne parum prudentis sit in re tanta fidē ha-
bere hosti perfidissimo, qui nec amicis unquā fidem seruauit. Neq; perspicere, quod uel
cæco appareat, nihil aliud agere uersutissimum carnificem Antonium, nisi ut totum ex-
tinguat Ciceronem. Nam simpliciter proponi poterat hoc modo. Primum non est tantū
uita. Deinde miserum debere uitam inimico. Postremo decipere cupit Antonius, nō ser-
uare. Quod si qua propositio durior uidebitur, eam oportebit, uelut exordio lo præmol-
lire. Vt si proposueris laudare Platonis dogma de uxoribus communibus, ut hoc exem-
pli causa sumatur, dices te non fugere, quod rem omnium sentētia absurdissimā pollice-
ri uideris. Verum illud orabis, ut tantisper iudicium suum differant, donec argumento-
rum summā audierint: nihil diffidere te, quin penitus exposita re sint in diuersam senten-
tiam pedibus ituri. Tantum illud cogitent, hoc quicquid est, non esse temere dictū à tan-
to philosopho, quicq; cæteris in rebus ob excellentiam ingenij, diuini cognomen prome-
ruerit. Verum quod in formis hominū, idem in rerum iudicio usu uenire. Quasdam si pro-
cul & occitanter aspicias, nihil uenustius, fūco uidelicet oculis imponente. Sin propius
ac fixius contempleris, iam quod paulo ante mire blandiebatur oculis, maiorem in mo-
dum incipit displicere. Silenis, nisi explices, quid magis ridiculū: Sin explices, quid au-
gustius? Adeo ueritas later in abdito, nec oportet in diiudicandis rebus populum auto-
rem sequi, cui semper pessima pro optimis probari cōsueuerint. Ergo seposita paulisper
recepta illa & animis penitus infixa opinione, rem ipsam iudicio perpendant, nec prius
in hanc aut hanc partem flectant animum, q̄ totum argumentorum orbem acceperint.
Quædam enim fore, quæ per se stulta uideri possint. Verū si quis inter se coniuncta per-
ceperit, is demum uerū concentum, & harmoniam sensurus est. Huiusmodi præfatiuncu-
la pro causæ natura commode afficta, nonnunquā expedit auditoris animum ad secutu-
ram argumentationem præparare. Iam uero probationes, præter eas locupletandi ratio-
nes, quas superius ostēdimus crescant labefactione, seu præparatione & asseueratione.
Labefactamus autē seu præparamus duobus modis. Propositionibus. Nūc autem uoco
propositiones non quæ summā causæ complectantur, sed ueluti singularium partū col-
lectiones seu conclusiones, quas oratoribus mos est in initio argumentorum proponere,
& easdem in fine uehementius per affectus aut per epilogum repetere. De hoc genere di-
ctum est superioribus titulis. Præterea cū ita proponimus, ut ipsa orationis figura fidem
abrogemus, aut cōciliemus. Cuiusmodi est illud Ciceronis pro Milone. Sed antequam
quæ in senatu sæpe ab inimicis & improbis iactata sunt, & in concione etiam paulo an-
te ab accusatoribus. Cum inimicos & improbos nominat, iam hoc ipso nō parum fidei
abrogauit aduersariorum propositioni. Deinde propositionem ipsam per ironiā eleuat.
Negant intueri lucē fas eis, qui à se hominem occisum fateatur. Nam atrocitas illa uer-
borum, Negant intueri lucē fas, pro eo quod erat, puniendus est, cum irrisione pronun-
cianda est. Ad iunguntur huiusmodi præparationes singulis etiam collectionū partibus.
Quandoquidem eodem in loco Tullius exemplis refutaturus, quod erat propositū, ita
præparauit. In qua tandem urbe homines stultissimi hoc disputant: Deinde adiungit
exemplum M. Horatij, cum sororem occidisset, absoluti. His non ab similes sunt asseue-
rationes, quæ cum argumenta non sint, tamen sæpe numero pondus habent argumenti,
si probationibus admisceantur. Vt quis tam cæcus qui hoc non uideat: Quis tam impu-
dens, ut neget: Et illud, Stultius est quā ut refelli debeat. Quis enim nō intelligit & c.
Et

Et perfrica faciem, & aude negare. Hæc cum ita sint, quæ tandem impudentia est, &c. Locupletantur & singule collectiones epilogis particularibus, quæ summam rationum paucis comprehensam, auditori denique sub oculos reuocant, ut maiore cum fide conclusio succedat, qua quidem in te frequens est M. Tullius, propterea quod latius explicet argumentationis aciem. Huius generis exemplum erit illud ex oratione pro Pompeio. Quare uideate, num dubitandum uobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis uestri, salus sociorum, uectigalia maxima, fortuna plurimorum ciuium, cum Republica defenduntur. Denique crescunt & excursionibus per amplificationem, ut singulis probationibus suos affectus adijciamus, ad quod proprie destinata est conclusio. Quam si copiosam esse uolumus, geminam efficiemus, ut simul & per epilogum præcipua argumenta recensentur, & affectuum omne genus per omnes locos tractetur. Eos ex Aristotele, & Quintiliano petere licebit. Quin & Poeta in hoc genere miri sunt. Vehementiores, quos Græci *αὐτοὶ* uocant, suppeditant Ilias Homeri ac Tragedia: moderatioribus illis qui delectant potius quam perturbant, subministrat Odyssæa Homeri & comædiæ. Quanquam in Iliade, Græcorumque tragediis sæpe miscentur, *ἵδη* sic enim Græci uocant affectus comicos: Latinorum tragedia parcius hoc genere ueritur. Inter affectus autem ponenda delectatio, quanquam hæc non in peroratione tantum, uerum in tota oratione, cum res feret, debet admisceri. Porro quid cuique iucundum sit, Aristoteles in affectuum locis diligenter prosequitur, & de facietis M. Tullius, Quintilianus de risu scripsere, traditis iocandi rationibus. Delectatio quæ petitur e comicis affectibus, præcipue locum habet in narratione, uel quia rem ueluti subiicit oculis, uel quia ab omnibus agnoscuntur. Quis enim non cum uoluptate legat, quomodo apud Homerum Andromache Hectori armato occurrit ad portam ciuitatis, qua proditurus erat in prælium: non sola, neque enim id decet pudicas matronas, sed comitabantur pedisequa: puerum in ulnis gestas Astyanactem Hectoris filium, patri unice charum. Et quod addit Homerus, pulchro Sideri ad similem, quo per hunc uxor expugnaret affectus mariti. Hector tacite arrisit conspecto puero. Andromache propius adfians, dextram porrexit, ac nominatim compellauit. Dein post affictam utriusque congruentem orationem, quum Hector infantem appeteret osculaturus: ille territus armorum splendore, ac crista e galeæ fastigio minitante, clamans reflexit se in sinum nutricis. Hic risit uterque, pater & mater. At Hector sublata e capite galeam humi deposuit, atque ita puerum amplexus, osculatus est. Mox ei fausta precatus, tradidit matri: illa eum excepit in sinum bene olentem *λαχρυσὴν γελῶσα*, id est, lachrymabile ridens. Ea res Hectori mouit misericordiam, atque uxorem manu sustentans, consolatur, nomine eam appellans: mox reponit galeam. Illa marito obtemperans, domum se recipit: ibi muliebri fletu complentur omnia, quod crederent eum ex eo prælio non rediturum. Itaque spirantem adhuc pro mortuo desent. Interim non medio cretam addit gratiam intermixta epitheta. *κρηβύτιος ἔκτωρ*. Et *οὐ πάρος ἄριστος φάειμος ἔκτωρ*. Et *ὠζάνοιο πύλινος*. Et *λόφον ἰπποκράτιον*. Et *πατήρ τε φίλος καὶ πότνια μήτηρ*. Et *κρηδὸν παμφανουσίην καὶ φίλον ἦόν*. Et *ἑλοχοιο φίλος*, & quod indicauimus *κρηδὸν κλάπρον*. Et *κρηδὸν ἰπποκράτιον*. Hæc uirtus præcipue in causa est, cur nemo legens Homerum saturatur, sed perpetua uoluptate ducitur. Hi sunt affectus de quibus scribit Horatius. Morata recte fabula nullius Veneris, sine pōdere & arte, Valdius oblectat populū, meliusque moratur Quam uersus inopes rerum nugæque canoræ. Sunt huiusmodi narrationes aliquot insignes apud M. Tullium. Velut in Philippica secunda de Antonio. Vehabatur in Eßedo tribunus plebis, lictores laureati antecedeabant: inter quos aperta lectica mimæ portabatur, &c. nam indicasse locum satis est. Sunt in eadem oratione & aliæ, quomodo capite inuoluto ad amicam literas amatorias pertulerit: quomodo consul in supercalibus cucurrerit. Delectant & illa, quum non actio tantum, sed agentium gestus quoque describitur. Quale est illud in Pisonem. Ita enim sunt per scriptæ scite & literate, ut scriba ad ærarium qui eas retulit, per scriptis rationibus secum ipse, caput sinistra perfricans commurmuratus sit: Ratio quidem hercle apparet, argentum *οὐκ ἔστι*. Rursus illud: Respondes, altero ad frontem sublato, altero ad inenium depresso supercilio, crudelitatem tibi non placere. Quanquam hæc interim & ad fidem orationis faciunt, quum ea quæ uelut extra narrationis necessitate adijciuntur, simplicitatis habent

habent speciem. Fabius miratur narrationem M. Tullij pro Milone. Milo quum in senatu fuisset eo die quo à senatu dimissus est, domum uenit, calceos & uestimenta mutauit. Paulisper, dum se uxor, ut fit, comparat commoratus est. Sunt item & figuræ, quæ ad orationis iucunditatem pertinent, quas non magni negocij est ex artis præceptis petere, & à nobis nisi multis uerbis, referri non poterant. Delectant & allusiones sed agnoscentem duntaxat. Itaque in loco sunt adhibendæ.

EPILOGVS

Ergo cui placebit Laconica illa breuiloquentia, primum Atticorum exemplo præfationibus & affectibus abstinere. Rem simpliciter ac summam exponat. Argumentis, non omnibus utatur, sed præcipuis duntaxat: eas non explicatim, sed confertim adhibeat, ut in singulis propè uerbis sit argumentatio, si quis explicare uelit: sit docuisse contentus, ab amplificationibus, ab asseuerationibus, à similibus, exëplis, sententijs, epiphonematis, fabulis, apologis, allusionibus, facietis temperet, nisi quid horum ita erit necessarium, ut citra flagitium omitti non queat. Item ab omnibus figuris, quæ uel amplam, uel illustrem, uel acrem, uel ornatum, uel iucundam reddunt orationem, abstinere. Rem eandem ne alijs atque alijs formis tractet, & ita singula uerbis significantibus explicet, ut multo plus intelligatur quam audiatur, & aliud ex alio colligi possit. Contra qui copiam sequitur, singula dilatare studebit his fermè quas dixi rationibus.

Quid utrobique uitandum.

At caueat uterque, ne quod ferè fit, affectatione in finitima uitia delabatur. Breuitatis amator uideat ne tantum hoc agat, ut pauca dicat, sed ut optima quam potest paucissimis. Et cui placet Homericum illud *παύει μὲν*, eidem placeat & hoc quod protinus sequitur, *ἀλλὰ μάλ᾽ ἀγέτω*. Et cui probatur *ἰσχυροῦς*, non prætermittat & hoc quod statim subiicitur *οὐδ' ἀφαιμαρπύων*. Nam nihil æque conuenit breuiloquentiæ quam uerborum proprietas & elegantia. Cui si accesserit simplicitas, facile uitabitur obscuritas, uitiū, quod plerumque breuitatis studium comitari consueuit. At hic rursus uidentem ne frigescat oratio, dum nullis affectibus inflammatur. Proinde res ita ponetur ante oculos, ut per se nonnullos aculeos tacite infigat animis, Tum omnia Attico lepore condenda erunt. Illud in primis cauendum, ne breuitatis studio necessaria dicta prætermittamus. Contra qui copiam petet, delectum item adhibeat oportet, & uerborum, & rerum, & figurarum. Ne rationes sint futiles, exempla parum idonea, sententiæ frigida, excursus æquo longiores, partiumque tempestiui, ne figuræ durius affectate. Quapropter ordinis ac dispositionis, summam oportet habere rationem, ne rerum indigesta turba, totus sermo perturbatus sit & confusaneus. Et ubique tædium uarietate, iucunditate, risuque leuandum. Varietas potissimum petitur à figuris, & ab eisdem iucunditas. Risus ab his præceptis quæ tradidit Cicero. Sunt autem & peculiare partium uarietates non negligendæ. Proinde expediet plurimas exordiorum formulas in promptu habere. Sunt & narrationis complures modi, sunt argumentationum diuersæ formæ, neque simplex affectuum natura, sed hæc à rhetorum præceptis petantur, oportet. Admonendū hoc quoque, ne quouis in loco parem copiam affectemus. Sunt enim quædam sterilia. Verum relictijs his quæ natura copiam non admittunt, partes maxime fecundas ac tractabiles deligamus, nisi forte periclitandi aut ostentandi ingenij causa, libeat aliquando ex musca, quod aiunt, elephantum facere. Quemadmodum Favorinus febrim, Synesius caluitium, nos stultitiā Encomio, & ancoram Aldinam laudauimus in prouerbijs. Sed in exercèdo detur uentia, si luxuriat adolescens. Ceterum ubi non luditur, sed res seria cum periculo agitur, tibi rhetor non stultus adhibito consilio, copiam modum ex utilitate causæ metietur.

Peroratio.


Adieceram exemplum Thematis in arcum contracti, & eiusdem fusius explicati, quod hic non addo, ne sarcina maior uideatur accessio. Liber extat ad illustrißimum principem iuniorum Gulielmum ducem Cluensem, titulo, de pueris statim ac liberaliter instituendis.

F I N I S.

DES ERASMVVS ROTERODAMVS

IOANNI CAESARIO IVLIAE NSI,

utriusq; literaturae iudici S. D.



HABENT in omni disciplina Caesari charissime praecipiones natura subamarum quiddam: uerum hoc molestiae, comes pensat utilitas, Proinde ut non possum non mirari quorundam fastidiosas delicias, qui quamlibet leui incommodo offensi protinus resiliunt a literis, tantam utilitatem in omnem usque uitam allaturis: ita rursus optimo iure indignor his, qui rei per se submolestae, de suo molestia addunt. Etenim dum ostentandae eruditionis suae studio, in ipso statim operis limine perplexa quaedam insulciunt, quae post erant tradenda, nimirum rudem discipulum odio suo retundunt & alienant, quem allici inescariq; potius oportuit, comoda breuitate, luce, ordine, simplicitate, alijsq; id genus illecebris. At unus omnium Gaza, uir ubiq; sui similis, hoc est, in quauis materia insignis artifex, non minori iudicio quam fide, discens agit negotium: non id statim captans ut ipse doctus appareat, sed ut lectorem doctum reddat. Is primo libro, deum immortalem, quo compendio, quam miro ordine, quanta simplicitate grammatices summam complexus est, ceu simulacro quodam nobis deliniato, Nos igitur quo magis etiam quorundam taedio consuleremus, commoditatem hanc nostra iuimus industria, eumq; librum latinum fecimus, exemplis duntaxat exceptis. Ad haec titulis distinximus, & annotatiunculis additis nonnihil lucis addidimus, ut iam quam minimo negotio percipi possit. Mendas confessas modo sustulimus. Nam quod est doctissimis uiris, qui cum Theodoro consuetudinem egerunt, quicq; huic interfuere negotio, olim audire memini: id liber ipse palam praese fert, nimirum locos aliquot a sciolis, & in alieno libro impudenter ingeniosis, perperam immutatos esse. Quod genus est illud, quod comparatiuum excipit in tertia nominum declinatione, quod praesens & praeteritum imperfectum tanto uerborum dispendio per modos omnes repetit: cum in his per omnia consentiant passiuam cum medijs. Quod uerborum in *ui* delinentium passiuus additur futurum ac praeteritum perfectum, cum regula praecedens negarit haec tempora illis esse propria, quod & alias in horum declinatione miscet nonnullas uoces primitiuorum ac deriuatiuorum. Atq; hoc erroris Demetrio imputant Chalcondylo, uero tum probum, tum eruditum: sed cuius mediocritas exactum illud ac sublime Theodori iudicium haud quaquam assequi potuerit. Gratulor mihi Caesari nostro seculo, quo uidemus passim repullulascere Graecas literas. Nam ut harum neglectus omnium bonarum disciplinarum, omnium elegantiorum autorum *προνοληθεων* inuexit, ita spes est futurum, ut his renatis & illa reflorescant. Illud aliquoties mecum soleo demirari, cum Sarmatae, cum Scoti & Hiberni Graecas literas iam pridem nec illibenter, nec infelicitate amplectantur, quo fato fiat ut una Agrippina, uisus ut uetustissima, ita celeberrima, quam conueniebat in hoc pulcherrimo negotio uel primam occupare laudem, meliores literas a deo grauatim recipiat. Etenim si studia, quibus nunc solenniter utitur, recta sunt, harum accessione non obliterabuntur illa, sed illustrabuntur: sin secus, magis etiam optandum, ut pro nothis syncera, pro friuolis utilia succedant: & iuxta Diomedis ac Glauci permutationem *πὴ χαλκὸς τῷ χρυσῷ ἢ τῷ μέλλοντι*. Quis enim sanus recuset, uel bona melioribus, uel mala bonis commutare? Hunc nostrum bidui laborem tibi uisum est dicere, cum haudquaquam me fugeret, munusculum hoc longe infra tuam esse dignitatem: maiora merebatur ista eruditio, ista morum integritas candorq; meliora flagitabat arcuissima nostra familiaritas: uerum haec interim boni consulat humanitas tua, dum parantur tuis meritis digniora. Tum mihi Caesari fac pergas de literis ac seculo tuo benemereri, & istam quoq; laudem Colonienfi scholae addere. Vere generoso comiti Hermiano Nouae aquilae, aut (si Graece mauis) Neaetio, bonarum literarum candidissimo Mecoenati, multam ex me salutem dicito. Antuerpia, Anno M D XVIIII Pridie natalis Ioannis Baptistae.

THEODORI GAZAE

THESSALONICENSIS GRAMMATICAE

INSTITVTIONIS LIBRI DVO, PER DES. ERASMVVM ROTERODAMVM IN LATINAM LINGUAM CONuersi, ac distincti.

LIBER PRIMVS

SVMMA DIVISIO LITERARVM.

Vator & uiginti literarum, uocales quidem septem, *α ε η ι ο ω υ*. Consonantes autem reliquae septendecim.



Diuisio uocalium:

Vocalium autem longe quidem *u o*. Breues uero, *e o*. Ancipites autem, *a i v*.

Compositio uocalium,

Ex quibus diphthogi proprie quidem *ae, au, ei, ou, ui*. Improprae uero *ae, ei, ui*.

Diuisio consonantium.

Consonantium autem, *Aliae* quidem semiuocales, ut *ξ ψ λ μ ν ρ σ*.

Subdiuisio semiuocalium,

Quarum duplices quidem, *ξ ψ*. Immutabiles autem & liquidae, *λ μ ν ρ*. *Aliae* uero mutae, ut *β γ δ κ π τ θ φ χ*. Quarum tenues quidem *κ π τ*. Aspiratae uero *θ φ χ*. Mediae autem *β γ δ*.

Compositio literarum.

Ex dictis autem hisce literis constant syllabae, unde dictiones, ex quibus oratio.

PARTES ORATIONIS.

Orationis autem partes sunt, Nomen, Verbum, Participium, Articulus, Pronomen, Praepositio, Aduerbiu, Coniunctio.

De Accentibus.

Accentus autem sunt hi: Acutus ' Grauis ' Circumflexus ' Aspiratus ' Tenuis ' Apostrophus ' Hyphen ' Diastole.

DE ARTICVLO.

Articulus, alius quidem praepositiuus, ut *δ*, id est, hic. Alius uero postpositiuus, ut *ς*, id est, qui.



Accidentia articulo.

Ac rursus, alius masculinus, ut *δ*, id est, hic. Alius uero foemininus, ut *ς*, id est, haec. Alius uero neuter, ut *ς*, id est, hoc. Habet autem & numerum, & casum accidentia. Numerum quidem singularem, dualem, pluralem. Casum autem, rectum, genitiuum, datiuum, accusatiuum.

DECLINATIO PRAEPOSITIVI.

Potro declinatio praepositiuus quidem articuli sic habet,

Masculini.

Rectus *δ*, genitiuus *δ*, datiuus *δ*, accusatiuus *δ*. Rectus & accusatiuus *τδ*, genitiuus & datiuus *δ*.

Foeminini.

Rectus *ς*, genitiuus *ς*, datiuus *ς*, accusatiuus *τς*. Rectus & accusatiuus *τς*, genitiuus & datiuus *τς*.

Neutri.

Rectus *ς*, genitiuus *ς*, datiuus *ς*, accusatiuus *τς*. Rectus & accusatiuus *τς*, genitiuus & datiuus *ς*.

De *ω* loco uocatiui.

Ceterum uocandi casum nullus habet articulus. Siquidem *ω* non est articulus, sed aduerbiu uocandi.

DECLINATIO POSTPOSITIVI.

Postpositiui uero declinatio sic habet.

Masculini.

In his mutatur τ in aspiratorem, & fiunt duo accentus

Rectus δs. Genitiuus δ̄. Datiuus δ̄. Accusatiuus δ̄. Rectus & accusatiuus δ̄. Genitiuus & Datiuus οἶν.

Fœminini.

Rectus ῥ. Genitiuus ῥ̄s. Datiuus ῥ̄. Accusatiuus ῥ̄. Rectus & accusatiuus ῥ̄. Genitiuus & Datiuus αἶν.

Neutri.

Rectus δ̄. Genitiuus δ̄. Datiuus δ̄. Accusatiuus δ̄. Rectus & Accusatiuus δ̄. Genitiuus & Datiuus οἶν.

DE NOMINE.

Nominis diuisio

Omen autem, aliud quidem proprium, ut σωκράτης, id est, Socrates, Aliud uero appellatiuum, ut ἄνθρωπος, id est, homo. Aliud autem adiectiuum, ut ἀγαθός, id est, bonus. Aliud rursus relatiuum, ut οἷος, id est, qualis. Aliud autem interrogatiuum, ut ποῖος, id est, qualis. Aliud autem numerale, ut εἷς, id est, unus. δύο, id est, duo. τρεῖς, id est, tres. Cæterū accidentia habet hæc, genus, speciem, figuram, numerum, casum, personam. Genus quidem masculinum, ut λόγος, id est, sermo. Fœmininum, ut ἀπιστήμη, id est, scientia. Neutrum, ut ἀγαθόν, id est, bonum. Speciem uero primitiuam, ut πᾶς, id est, omnis. Deriuatiuā, ut θεός, id est, Theon. Figuram autem simplicem, ut ἵππος, id est, equus. Compositā, ut ἐπιππος, id est, studiosus equorum. Numerum uero singularem, ut θεός, id est, deus. Dualem, ut θεῶν, id est, duo dij. Pluralem, ut θεοί, id est, plures dij. Casum autem, rectum, genitiuum, datiuum, accusatiuum, uocatiuum. Personas autem, tertiam, ut σωκράτης, hic Socrates. secundam, ut σοκράτης, id est, Socrates.

DIVISIO DECLINATIONVM

Declinatur aut aut paribus syllabis, ut ἀνείας ἀνείας, id est, Aeneas Aeneas; aut imparibus syllabis, ut Αἴας Αἴας, id est, Aias Aiacis. Ac paribus quidem syllabis quadrifariam; im paribus autem syllabis unico modo. Vnde & declinatio nominis, alia quidē uocetur prima, alia secunda, alia tertia, alia quarta. Porro quinta imparium est syllabarum.

PRIMA NOMINVM DECLINATIO

Prima igitur, quæ est nominū in as, aut ns desinentium masculinorū, quorum genitiuus definit in s, datiuus in e uel n, accusatiuus in n, cum uocali recti.

Exemplum nominum in as.

Rectus ὁ ἀνείας, genitiuus τῶ ἀνείας, datiuus τῷ ἀνείας, accusatiuus τὸν ἀνείας, uocatiuus ὦ ἀνείας. Rectus & accusatiuus τῶ ἀνείας, genitiuus & datiuus τοῖν ἀνείας, uocatiuus ὦ ἀνείας. Rectus οἱ ἀνείας, genitiuus τῶν ἀνείων, datiuus τοῖς ἀνείας, accusatiuus αὐτὸν ἀνείας, uocatiuus ὦ ἀνείας.

Exemplum nominum in ns.

Ὁ χρῦσις, τῶ χρῦσι, τῷ χρῦσι, τὸν χρῦσι, ὦ χρῦσι, & ὦ χρῦσις. τῶ χρῦσι, τῷ χρῦσι, τὸν χρῦσι, ὦ χρῦσι. οἱ χρῦσι, τῶν χρῦσι, τοῖς χρῦσι, αὐτὸν χρῦσι, ὦ χρῦσι.

SECUNDA NOMINVM DECLINATIO

Secunda uero, quæ est nominum in e uel n desinentium fœmininorū, quorum genitiuus in as uel ns definit; datiuus in e uel n, actiūs in u cū uocali recti.

Exemplum nominis in e purum.

Ἡ μάϊα, τῆ μάϊας, τῷ μάϊα, τὴν μάϊαν, ὦ μάϊα. τῆ μάϊα, τῷ μάϊα, τὴν μάϊαν, ὦ μάϊα. Αἱ μάϊαι, τῶν μάϊων, τοῖς μάϊαις, τὰς μάϊας, ὦ μάϊαι.

Exemplum nominis in e non purum.

Ἡ μῶσα, τῆ μῶσος, τῷ μῶσῳ, τὴν μῶσαν, ὦ μῶσα. τῆ μῶσα, τῷ μῶσα, τὴν μῶσαν, ὦ μῶσα. Αἱ μῶσαι, τῶν μῶσων, τοῖς μῶσαις, τὰς μῶσας, ὦ μῶσαι.

Exemplum nominum in n.

Ἡ ἡμῆ, τῆ ημῆς, τῷ ημῆ, τὴν ημῆν, ὦ ημῆ. τῆ ημῆ, τῷ ημῆ, τὴν ημῆν, ὦ ημῆ. Αἱ ημῆαι, τῶν ημῆων, τοῖς ημῆαις, τὰς ημῆας, ὦ ημῆαι.

Anno

Annotatiuncula.

Sciendum est, quod sola nomina in e purum, aut in ea, aut in ea, aut in ea desinentia, idem finale as, seruant in declinatione, ut μάϊα μάϊας μάϊαι. Ἡμῶν ἡμῶρας ἡμῶρα. Ἡμῶν ἡμῶρας ἡμῶρα. Κίοςάβηα κίοςάβηας κίοςάβηαι.

TERTIA NOMINVM DECLINATIO

Tertia uero, quæ est nominum in o desinentium masculinorū, simul ac fœmininorum, & in oy neutrorum, exceptis comparatiuis, quorum genitiuus in ou definit. Datiuus in o, Accusatiuus in y cum uocali recti.

Exemplum in o masculinorum.

Ὁ θεός, τῶ θεῶ, τῷ θεῶ, τὸν θεῶν, ὦ θεῶ. τῶ θεῶ, τῷ θεῶ, τὸν θεῶν, ὦ θεῶ. οἱ θεοί, τῶν θεῶν, τοῖς θεοῖς, αὐτὸν θεοῖς, ὦ θεοί.

Exemplum in o fœmininorum.

Ἡ ὀδός, τῆς ὀδοῦ, τῇ ὀδοῦ, τὴν ὀδοῦ, ὦ ὀδοῦ. τῆς ὀδοῦ, τῇ ὀδοῦ, τὴν ὀδοῦ, ὦ ὀδοῦ. Αἱ ὀδοί, τῶν ὀδῶν, τοῖς ὀδοῖς, τὰς ὀδοῦς, ὦ ὀδοῖ.

Exemplum in oy neutrorum.

τὸ κελῶν, τῶ κελῶν, τῷ κελῶ, τὸν κελῶν, ὦ κελῶ. τῶ κελῶ, τῷ κελῶ, τὸν κελῶν, ὦ κελῶ. τὰ κελῶ, τῶν κελῶν, τοῖς κελῶν, τὰς κελῶ, ὦ κελῶ.

QUARTA NOMINVM DECLINATIO ATTICA

Quarta declinatio, quæ est nominum in os desinentium masculinorum ac fœmininorum, & neutrorum in oy, quorum genitiuus definit in o, datiuus in o, accusatiuus in y, cum uocali recti.

Exemplum in os masculinorum.

Ὁ μνέλεως, τῶ μνέλεω, τῷ μνέλεω, τὸν μνέλεω, ὦ μνέλεω. τῶ μνέλεω, τῷ μνέλεω, τὸν μνέλεω, ὦ μνέλεω. οἱ μνέλεω, τῶν μνέλεων, τοῖς μνέλεω, αὐτὸν μνέλεω, ὦ μνέλεω.

Exemplum in os fœmininorum.

Ἡ ἄλω, τῆς ἄλω, τῇ ἄλω, τὴν ἄλω, ὦ ἄλω. τῆς ἄλω, τῇ ἄλω, τὴν ἄλω, ὦ ἄλω. Αἱ ἄλω, τῶν ἄλων, τοῖς ἄλων, τὰς ἄλων, ὦ ἄλων.

Exemplum in oy neutrorum.

τὸ δύρεω, τῶ δύρεω, τῷ δύρεω, τὸν δύρεω, ὦ δύρεω. τῶ δύρεω, τῷ δύρεω, τὸν δύρεω, ὦ δύρεω. τὰ δύρεω, τῶν δύρεων, τοῖς δύρεω, τὰς δύρεω, ὦ δύρεω.

DE QVINTA NOMINVM DECLINATIONE

Quinta declinatio, quæ est nominum masculinorū, simul & fœmininorum, ac neutrorū, quorum genitiuus definit in o. datiuus in u, accusatiuus in e, præter neutra.

Exemplum masculinorum.

Ὁ Αἴας, τῶ Αἴαντος, τῷ Αἴαντι, τὸν Αἴαντα, ὦ Αἴας, & ὦ Αἴαν. τῶ Αἴαντε, τῷ Αἴαντι, τὸν Αἴαντα, ὦ Αἴαντε. οἱ Αἴαντες, τῶν Αἴαντων, τοῖς Αἴανσι, αὐτὸν Αἴαντας, ὦ Αἴαντες.

Exemplum fœmininorum.

Ἡ τρογόνη, τῆς τρογόνης, τῇ τρογόνῃ, τὴν τρογόνην, ὦ τρογόνη. τῆς τρογόνης, τῇ τρογόνῃ, τὴν τρογόνην, ὦ τρογόνη. Αἱ τρογόνηαι, τῶν τρογόνων, τοῖς τρογόνῃσι, τὰς τρογόνῃας, ὦ τρογόνῃαι.

Exemplum neutrorum.

τὸ βῆμα, τῶ βήματος, τῷ βήματι, τὸν βήματα, ὦ βῆμα. τῶ βήματε, τῷ βήματι, τὸν βήματα, ὦ βήματε. τὰ βήματα, τῶν βήματων, τοῖς βήμασι, τὰς βήματα, ὦ βήματα.

DE NOMINIBVS CONTRACTIS

Quintae autem huiusce declinationis sunt & illa quæ contractionem patiuntur; alia quidem magis, alia uero minus. Quapropter etiā altera quidem Multipassia, altera uero Paucipassia uocentur.

Multipassiorum formæ tres.

Sint autem & multipassiorum, alia quidem appellata η ε ο, quod genus sunt hæc. Ὁ Δημοδῶννης, τῶ ἀληθῆς, τῷ ἀλήθει, id est, Demosthenes, uerum, murus. Alia uero ι, ut ὁ ἔρις, τῆς ἔριος, τῷ ἔριος, id est, serpens, sinapi. Alia uero α, ut ἡρέας, caro.

Paucipassiorum formæ quinque.

Porro paucipassiorū, alia quidem uocentur ου, ut βασιλεὺς, id est, rex. Alia uero σ, βῆς, id est, bos. Alia uero ω, ut λατὸν, αἰδῶς, id est, latona, pudor. Alia uero pri mum υ, ut ἡδῶς, ἄστυ, id est, iucundus, ciuitas. Alia uero secundū ν, ut βότρυς, id est, botrus.

Tom. 1

i 2

Regulæ

Regulae aliquot.

Cæterum quibus modis, & in quibus casibus horum singula transmutentur, cõsideretur in his, si prius illud acceperimus, Omnium neutrorũ, & omnium dualiũ eundem esse rectũ & uocatiuum.

PRIMA FORMA CONTRACTORVM

Contractiones nominũ u e o. eo contrahitur in u. ei in f. ea in g. uel in ei. ee in g uel in f. eoi in oi. ew in w. ut τὸ δημοδῖνον δημοδῖνον. τῶ δημοδῖνι δημοδῖνι. τῷ δημοδῖνι δημοδῖνι. τῆ δημοδῖνι δημοδῖνι. τῶ δημοδῖνι δημοδῖνι. τῷ δημοδῖνι δημοδῖνι. τῆ δημοδῖνι δημοδῖνι. τῶ δημοδῖνι δημοδῖνι. τῷ δημοδῖνι δημοδῖνι. τῆ δημοδῖνι δημοδῖνι.

Exemplum neutrorũ, ut τὰ τέχνη τέχνη. τὰ ἀλγυθία ἀλγυθία.

SECUNDA FORMA

Contractiones nominũ in i. ii contrahitur in i. ie in i. ia in i. ut τῶ ὄρει ὄρει. οἱ ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει.

ANNOTATIUNCULA

Horum autem & o genitiui in ω transmutatur, & i in e, ut ὄρει, ὄρει, ὄρει. Atq; in torum i penultima in e mutatur: proinde rursus contractiones existunt, quales in nominibus primæ formæ, ut τῶ ὄρει ὄρει. οἱ ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει. ὄρει ὄρει.

TERTIA FORMA

Contractiones eorum quæ habent a, ao contrahitur in ω. ai in a. ae in a. aoi in ω. aa in a longum. eo in ω, ut τῶ κρείσσον κρείσσον. τῷ κρείσσον κρείσσον. τῆ κρείσσον κρείσσον. τῶ κρείσσον κρείσσον. τῷ κρείσσον κρείσσον. τῆ κρείσσον κρείσσον.

PRIMA FORMA ΔΙΛΙΣΤΑΘΩ

Contractiones nominum habentium δν. ei contrahitur in f. ee in ei. ea in f. ut τῶ βασιλέω βασιλέω. οἱ βασιλέω βασιλέω. βασιλέω βασιλέω. βασιλέω βασιλέω.

ANNOTATIUNCULA

In his autem & o genitiui in ω uertitur more attico, ut τῶ βασιλέω, βασιλέω. At rursus e in u uertit in singulis casibus more Ionico, ut βασιλέω βασιλέω, βασιλέω βασιλέω. &c.

SECUNDA FORMA

Contractiones nominũ habentiũ u. oe contrahitur in u. oa in u. oi in u. ut τῶ ληπῶ ληπῶ. οἱ ληπῶ ληπῶ. ληπῶ ληπῶ. ληπῶ ληπῶ.

TERTIA FORMA

Contractiones nominum habentium ω. oo mutatur in u. oi in oi. oa in ω. ut τῶ ληπῶ ληπῶ. οἱ ληπῶ ληπῶ. ληπῶ ληπῶ. ληπῶ ληπῶ.

ANNOTATIUNCULA

Horum dualia & pluralia tertiæ sunt declinationis, ut τὰ ληπῶ, τῶ ληπῶ, αἱ ληπῶ, τῆ ληπῶ. &c.

QUARTA FORMA

Contractiones nominum habentium prius u. ei mutatur in ei. ee in ei. ea in f. ut τῶ ἡδῶ ἡδῶ. οἱ ἡδῶ ἡδῶ. ἡδῶ ἡδῶ. ἡδῶ ἡδῶ.

QUINTA FORMA

Contractiones nominum habentium secundum u. ue mutatur in u. ua in u. ut οἱ βότρυς βότρυς. ὁ βότρυς βότρυς. βότρυς βότρυς.

ANNOTATIUNCULA

Fiat autem & singularis accusatiuus, & nominum habentium u, & habentiũ utrunq; u, à recto, conuerso σ in υ, ut ὁ βότρυς, τὸν βότρυς. ὁ ἡδῶς, τὴν ἡδῶν. Et notandum est ad minimum habentium i consimiliter, exceptis uidelicet neutris, ὄρει, ὄρει.

Apparet hanc exceptionem ad ditã ab aliquo.

DIUERSI INFLEXIONUM MODI

Nominaliter quidem declinetur sic, ut dictum est, quinque formis: uerum secundũ genera fit, uelut à genere in genus transformatio, ut ὁ δίκαιος, ὁ δίκαιος, ὁ δίκαιος, ὁ δίκαιος, ὁ δίκαιος.

DE NUMERALIBVS

Numeralia uero nomina, quæ unum significant, singulariter semper declinantur: porro quæ duo, dualiter: quæ autem plura, pluraliter: hoc modo: εἷς, ἐνός, ἐνί, ἕνα. μία, μιᾶς, μίαν. δύο, δύοιν. τρεῖς, τριῶν, τρισί, τρεῖς, τρία, τριῶν, τρισί, τρία. τέσσαρες, τεσσάρων, τέσσαρες, τεσσάρων, τεσσάρων, τεσσάρων.

A quatuor autem usque ad centum nullus numerus declinatur.

DIVISIO

DIVISIO NOMINIS IUXTA ACCIDENTIA

Inter ea uero quæ accidunt nomini, deriuatiuorum, aliud quidem patronymicum, aliud autem comparatiuum, aliud superlatiuum, aliud diminutiuum, aliud possessiuum, aliud denominatiuum, aliud uerbale.

Terminationes patronymicorum.

Est autem masculinum quidem patronymicum, aut in dus, ut πρίαμος πριαμίδης. ἡλιος ἡλιόδης, πῆλοψ πηλοπιδης, ἀτρεὺς ἀτρεΐδης, ἀτρεΐδης. Aut in ων, ut ἀτρεὺς ἀτρεΐδης. Fœmininũ aut in is, ut πριαμίδης πριαμίδης. Aut in as, ut ἡλιόδης ἡλιάδης.

Terminatio comparatiuorum.

Comparatiuorum autem, aliud quidem in φ, ut πλούσιος, πολυσίωτος, πλουσιώτερος, πολυσιώτερος. Aliud uero in ων, καλῶς, καλλίω. id est, hic & hæc pulchrior. τὸ καλλίω. id est, hoc pulchrius.

Superlatiuorum.

Superlatiuum autem aliud quidem in τῶς, ut πλουσιώτατος, πολυσιωτάτη, πλουσιώτατον. Aliud uero in σος, ut κάλλιστος, καλλίστη, κάλλιστον.

Terminationes diminutiuorum.

Diminutiuum uero, aliud quidem in ως, ut ἀνδρωπίσως. id est, homunculus. νεανίσκος, id est, adulescentulus. Aliud autem in ιος, ut ἀνδρώπιος. id est, homuncio: aliud in αδιου, ut κρεώδιου. id est, caruncula: aliud in υδριου, ut λογύδριου. id est, ratiuncula: aliud in υλλιου, ut κερκεύλλιου. id est, iuuenculus: aliud in αριου, ut πώλειου. id est, herbula: aliud in εψ, ut λιθιαψ. id est, lapillus: aliud in is, genere fœminino, ut νησις. id est, insulula.

Terminationes possessiuorum.

Possessiuum autem aliud quidem in ως, ut ἀθηϊκός, δακτυλικός, δακτυλικός. Aliud uero in ιδ, ut αἰώντιος, αἰώντιος, αἰώντιος.

Denominatiuum.

Denominatiuum autem δειων ab hoc nomine δειός. Verbale.

Verbale uero, ut φιλήμων, id est, amicus: ab hoc uerbo φιλέωμαι, id est, amatus fui.

VERBORVM GENERA

Porro uerbum aliud quidem actiuum, ut τύπτω. id est, uerbero. Aliud autem passiuũ, ut τυπτομαι, id est, uerberor. Aliud mediũ, siue cõmune, ut βιάζομαι, id est, cõpello, siue cõpellor. Aliud neutrũ, ut ὑγιάνω, id est, sanus sum. Aliud per se actiuũ, ut μάχμαι, id est, pugno. Aliud per se passiuũ, ut πάσχω, i. patior.

Terminationes uerborum.

Præterea aliud in ω barytonum, hoc est, penultima acuta, ut τέρπω. id est, delecto. Aliud in ω circumflexũ ex contractione, ut ποιῶ. id est, facio. Aliud in μι, ut τίθημι, id est, pono.

Accidentia uerbo.

Habet autem accidentia, speciem, figuram, numerum, personam, tempus, modum. Speciem quidem primitiuam, ut ἀψδῶ, id est, rigo. Deriuatiuam, ut ἀψδῶ, id est, rigo. Figuram autem simplicem, ut φρονῶ, id est, sapio. Compositam, ut κατὰ φρονῶ, id est, despicio. Numerum autem singularem, ut λέγω, id est, dico. Dualem, ut λέγετε, id est, dicitis uos duo. Pluralem, ut λέγουσι, id est, dicunt plures. Personam autem primam, ut γράφω, id est, scribo. Secundam, γράφεις, id est, scribis. Tertiam, γράφει, id est, scribit. Tempus autem, siue casum. Præsens, Præteritum imperfectum, Futurum, Indefinitum, Præteritum perfectum, Præteritum plus quàm perfectum. Modum autem, Indicatiuum, Imperatiuum, Optatiuum, Subiunctiuum, Infinitum.

CONIUGATIONES QUOTÆ

Porro declinationes uerbi, siue coniugationes sunt quinque, quatuor in ω definitiũ, una in μι.

PRIMA CONIUGATIO VERBORVM IUXTA congruentiam temporum.

PRIMA quidem igitur, quæ est uerborum habentium β π φ η, ut λέγω, τέρπω, γράφω, τυπῶ. quorum futurum per ψ, præteritum perfectum per φ.

Actiua.

Præsens τυπῶ, Præteritum imperfectum ἔτυπον. Futurum τυψῶ, Indefinitum prius ττυψῆ.

Annotatione, quæ tempora cum quibus conueniant in consonantibus coniugationis.

ἐτυψα. Præteritum perfectum ἐτύψα. Præteritum plus quàm perfectū ἐτύψαμ. In-
definitum secundum ἐτυψον. Futurum secundum τυπῶ.

Media.

Præfens τυψομαι. Præteritum imperfectum ἐτυψομην. Futurum τυψομαι. Indefini-
tum prius ἐτυψάμην. Præteritum perfectum ἐτύψα. Præteritū plus quàm perfectum
ἐτύψαμ. Infinitum secundum ἐτυπῶν. Futurum secundum τυπῶμαι.

Passiva.

Præfens τυψομαι. Præteritum imperfectum ἐτυψομην. Præteritum perfectum ἐτύψα
μαι. Præteritum plus quàm perfectum ἐτύψαμ. Indefinitum prius, ἐτύψην. Futu-
rum primum τυψθήσεται. Indefinitum secundum ἐτυπῶν. Futurum secundum τυπῶ-
μαι. Mox futurum τυψομαι.

SECUNDA CONIVGATIO

SECUNDA uero, quæ est uerborum habentium γ aut κ aut χ aut κτ aut ος aut η aut
ξ ut λέγω, πλέκω, ἔχω, τίκω, ὄρω, ἴσχω, παύω. Quorum futurū per β, præteritū autem
perfectum per χ.

Actiua.

Præfens πλέκω. Præteritum imperfectum ἐπλέκον. Futurum πλέξω. Indefinitū prius
ἐπλέξαι. Præteritum perfectum ἐπλέξα. Præteritum plus quàm perfectum ἐπέπλε-
ξαμ. Indefinitum secundum ἐπλέκον. Futurum secundum πλέξω.

Media.

Præfens πλέκωμαι. Præteritum imperfectum ἐπλέκομην. Futurum πλέξομαι. Indefini-
tum primum ἐπλέξάμην. Præteritum perfectum ἐπέπλεξα. Præteritum plus quàm per-
fectum ἐπέπλεξαμ. Indefinitum secundum ἐπλέκομην. Futurum secundum πλέξομαι.

Passiua.

Præfens πλέκωμαι. Præteritum imperfectum ἐπλέκομην. Præteritum perfectum ἐπέπλε-
ξαμ. Præteritum plus quàm perfectum ἐπέπλεξαμ. Indefinitum prius ἐπλέξην. Fu-
turum primum πλεχθήσεται. Indefinitum secundum ἐπλέκομην. Futurum secundū πλε-
κῶμαι. Mox futurum ἐπέπλεξομαι.

TERTIA CONIVGATIO

TERTIA uero, quæ est uerborum habentium δ aut θ aut τ aut ζ aut η aut ω purum;
ut ἔδω, πλῆθω, ἀνύω, φράζω, πλάθω, ἀκείω. Quorum futurum quidem per σ. Præteri-
tum uero perfectum per κ.

Actiua.

Præfens ἀκείω. Præteritum imperfectum ἠκούον. Futurum ἀκείσω. Indefinitum prius
ἠκούειν. Præteritum perfectum ἠκούκα. Præteritum plus quàm perfectum ἠκούκαμ. In-
definitum secundum ἠκούον. Futurum secundum ἀκούω.

Media.

Præfens ἀκούωμαι. Præteritum imperfectum ἠκούομην. Futurum ἀκείσομαι. Indefinitum
prius ἠκούοίμην. Præteritum perfectum ἠκούκα. Præteritum plus quàm perfectū ἠκούκαμ.
Indefinitum secundum ἠκούομην. Futurum secundum ἀκούομαι.

Passiua.

Præfens ἀκούωμαι. Præteritum imperfectum ἠκούομην. Præteritum perfectum ἠκούσομαι.
Præteritum plus quàm perfectum ἠκούσομην. Indefinitum prius ἠκούοίμην. Futurum pri-
mum ἀκούθήσεται. Indefinitum secundum ἠκούομην. Futurum secundum ἀκούομαι. Mox
futurum ἠκούσομαι.

QUARTA CONIVGATIO

QUARTA uero, quæ est uerborum habentium quatuor immutabiles λ μ ν ρ, ut ψάλλω, νέμω, κείνω, σείρω. Quorum futurum quidem per eandem immutabilem circumfle-
xum, correpta simul penultima; porro præteritum perfectum per κ.

Actiua.

Præfens σείρω. Præteritum imperfectum ἐσειρον. Futurum σείρω. Indefinitū prius
ἐσειρεν. Præteritum perfectum ἐσειρα. Præteritum plus quàm perfectum ἐσειραμ.
Indefinitum secundum ἐσειρον. Futurum secundum σείρω.

Media.

Præfens σείρωμαι. Præteritum imperfectum ἐσειρομην. Futurum σείρωμαι. Indefini-
tum prius ἐσειρόμην. Præteritum perfectum ἐσειρα. Præteritum plus quàm perfectum
ἐσειραμ.

ἐσείρειν. Indefinitum secundum ἐσειρομην. Futurum secundum σείρωμαι.
Passiua.

Præfens σείρωμαι. Præteritum imperfectum ἐσειρομην. Præteritum perfectum ἐσειρα
μαι. Præteritum plus quàm perfectum ἐσειραμ. Indefinitum prius ἐσειρόμην. Futurū primum
σειρθήσεται. Indefinitū secundū ἐσειρομην. Futurum secundū σείρωμαι. Mox futurum
ἐσειρωμαι.

QUINTA VERBORVM CONIVGATIO

QUINTA autem, quæ est uerborū in μι desinentium omnium, ut ἴσθμι, πίδθμι, δίδωμι,
ξίδνυμι, quæ sanè cum à uerbis in ω purum desinentibus deducatur, partim fiunt à uer-
bis habentibus αω, ut ἴσθω ἴσθμι, partim ab habentibus εω, ut ἰδέω πίδθμι, partim ab ha-
bentibus οω, ut δίδω δίδωμι, partim ab habentibus υω, ut ξίδνύω ξίδνυμι.

Regula de uerbis in μι.

Et in passiuo ac medio, tum in duali ac plurali, horum unūquodq; syllabam penultimam
habet correptam in penultimā uocalem uerbī originalis unde deducitur, ut ἴσθμι, ἴσθμαι,
πίδθμι, πίδθμαι, δίδωμι, δίδωμαι, ξίδνυμι, ξίδνυμαι. Atq; in totum & auctus, & diminu-
tiones in singulis, tum ab eadem propria originali uocali, tum in eandem fiunt, iuxta ana-
logiam; ut ἴσθμι, ἴσθες, ἴσθνός, ἴσθίλω. Porro futurum his proprium nullum est, Neq; item
præteritum perfectum, Præteritum autem imperfectū, & secundum indefinitum in η de-
sinit, addita uocali præsentis penultima.

Actiua.

Præfens ἴσθμι. Præteritum imperfectum ἴσθην. Secundum indefinitum ἴσθην.

Media.

Præfens πίδθμι. Præteritum imperfectum ἐπιδέμην. Secundum indefinitum ἐπιδέμην.

Passiua.

Præfens πίδθμι. Præteritum imperfectum ἐπιδέμην. Præteritum perfectum πίδθμαι.
Præteritum plus quàm perfectum ἐπιδέμαμ. Indefinitum ἐπιδέμην. Futurum πειθήσεται.

Actiua.

Præfens ἴσθμι. Præteritū imperfectum ἴσθην. Indefinitum secundum ἴσθην.

Media.

Præfens ἴσθμαι. Præteritum imperfectum ἴσθμην. Indefinitum secundum ἴσθμην.

Passiua.

Præfens ἴσθμαι. Præteritum imperfectum ἴσθμην. Præteritum perfectum ἴσθμαι. Præ-
teritum plus quàm perfectum ἴσθμαμ. Indefinitum ἴσθμην. Futurum πειθήσεται.

Actiua.

Præfens δίδωμι. Præteritum imperfectum ἐδίδωμην. Indefinitum secundum ἐδίδωμην.

Media.

Præfens δίδωμαι. Præteritum imperfectum ἐδίδωμην. Indefinitum secundum ἐδίδωμην.
Præfens δίδωμι. Præteritum imperfectum ἐδίδωμην. Indefinitum secundum ἐδίδωμην.

Actiua.

Præfens ξίδνυμι. Præteritum imperfectum ἐξίδνυμην. Media & passiuua.

Præfens ξίδνυμαι. Præteritum imperfectum ἐξίδνυμην.

Annotations aliquot.

Consonantes aut futuri sunt hæ ψ ξ σ. & cum his immutabiles. Sciendum uero, quod
quoties uerbum incipit ab α: ε: ο: siue solis, siue in diphthongo positus, tum temporis sit
augmentū in singulis præteritis, ad hunc modum. A uertitur in η. α in η, ω in ην, ε in
ε η uel φ. δ in ην. ο in ω. ο in ω.

Inflexio uerborum iuxta genera.

Atq; hæc quidem est inflexio uerborum iuxta tempora. Sit autem & secundū genera de-
clinatio, quæ mutato genere figuretur hoc modo: Τύψω, τυψομαι, ἐτυψον, ἐτυψομην,
τύψω, τυψομαι, ἐτύψα, ἐτύψαμην. Et reliqua cōsimiliter uidelicet à singulis eiusdem nō-
minis actiuis, unde deriuantur: excepto præterito plus quàm perfectō, & indefinito pri-
mo, & futuris passiu. Sanè eorum hoc simul, uerbalis inflexio uocetur.

Inflexio iuxta personas & modos.

Sit autem & alia quædam inflexio iuxta modos, & rursus alia iuxta personas, hoc pacto.

CONIUGATIO TOTIVS VERBI.

ACTIVA. PRAESENS.

Indicativum.

τύπῳ τύπῃς πύπῃ, τύπῃσιν τύπῃσιν, τύπῳμι τύπῃσιν, τύπῃσιν.

PRÆTERITVM IMPERFECTVM

ἔτυπον ἔτυπῶν ἔτυπες, ἔτυπον ἔτυπῶν, ἔτυπῳμι ἔτυπῶν, ἔτυπῶν.

Imperativum.

τύπῃσιν, τύπῃσιν, τύπῃσιν.

Optativum.

τύπῳμι τύπῳσι, τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

Subiunctivum.

ἰάν τύπῳ τύπῃσιν, ἰάν τύπῳσιν, ἰάν τύπῳσιν, ἰάν τύπῳσιν.

Infinitum.

τύπῃσιν, τύπῃσιν, τύπῃσιν.

FVTVRVM. Indicativum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

Optativum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

Infinitum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

INDEFINITVM PRIMVM

Indicativum.

ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν.

Imperativum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

Optativum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

Subiunctivum.

ἰάν τύπῳσιν, ἰάν τύπῳσιν, ἰάν τύπῳσιν.

Infinitum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

PRÆTERITVM PERFECTVM

Indicativum.

πέτυπα πέτυπας πέτυπε, πέτυπασιν πέτυπας, πέτυπασιν πέτυπας.

Imperativum.

πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν.

Optativum.

πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν.

Subiunctivum.

ἰάν πέτυπῳσιν, ἰάν πέτυπῳσιν, ἰάν πέτυπῳσιν.

Infinitum.

πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν.

PRÆTERITVM PLUSQVAMPERFECTVM

Indicativum.

ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν.

Imperativum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

Optativum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

Subiunctivum.

ἰάν τύπῳσιν, ἰάν τύπῳσιν, ἰάν τύπῳσιν.

Infinitum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

FVTVRVM SECVDNDVM

Indicativum.

τυπῶσιν, τυπῶσιν, τυπῶσιν.

Optativum

Optativum.

τυπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Infinitum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

MEDIA. PRAESENS

Indicativum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

PRÆTERITVM IMPERFECTVM

ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν.

Imperativum.

τύπῳσιν, τύπῳσιν, τύπῳσιν.

Optativum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Subiunctivum.

ἰάν τυπῳσιν, ἰάν τυπῳσιν, ἰάν τυπῳσιν.

Infinitum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

FVTVRVM PRIMVM

Indicativum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Optativum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Infinitum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

INDEFINITVM PRIMVM

Indicativum.

ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν.

Imperativum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Optativum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Subiunctivum.

ἰάν τυπῳσιν, ἰάν τυπῳσιν, ἰάν τυπῳσιν.

Infinitum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

PRÆTERITVM PERFECTVM

Indicativum.

πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν.

Imperativum.

πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν.

Optativum.

πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν.

Subiunctivum.

ἰάν πέτυπῳσιν, ἰάν πέτυπῳσιν, ἰάν πέτυπῳσιν.

Infinitum.

πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν, πέτυπῳσιν.

PRÆTERITVM PLUSQVAMPERFECTVM

Indicativum.

ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν, ἔτυπῳσιν.

Imperativum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Optativum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Subiunctivum.

ἰάν τυπῳσιν, ἰάν τυπῳσιν, ἰάν τυπῳσιν.

Infinitum.

τύπῳσιν, τυπῳσιν, τυπῳσιν.

Indicatum. *ἐθέλω ἐθέω & ἐθέω ἐθέω, ἐθέμεθον ἐθέμεθον ἐθέμεθον, ἐθέμεθα ἐθέμεθα ἐθέμεθα.*
Et reliqua sicut ἐπέμελω.

PASSIVA. PRAESENS

Indicatum. *πίθεμαι πίθεσθαι πίθεσθαι, ὑδέμεθον ὑδέμεθον ὑδέμεθον, ὑδέμεθα ὑδέμεθα ὑδέμεθα.*
PRAETERITVM IMPERFECTVM
Indicatum. *ἐπίθεμαι ἐπίθεσθαι ἐπίθεσθαι, ἐπίθεμεθον ἐπίθεμεθον ἐπίθεμεθον, ἐπίθεμεθα ἐπίθεμεθα ἐπίθεμεθα.*
Imperatum. *πίθεσθε & τίθεσθε ὑδέσθε, πίθεσθε ὑδέσθε, πίθεσθε ὑδέσθε.*
Optatum. *ὑδέμεθον ὑδέμεθον ὑδέμεθον, ὑδέμεθα ὑδέμεθα ὑδέμεθα.*
Subiunctiuum. *ἐάν τιθώμαι τίθει τίθεισθαι, ἐάν τιθώμεθον τιθῶμεθον τιθῶμεθον, ἐάν τιθώμεθα τίθει τίθεισθαι.*
Infinitum. *τίθεισθαι.*

PRAETERITVM PERFECTVM

Indicatum. *πέθεμαι πέθεσθαι πέθεσθαι, πέθεμεθον πέθεμεθον πέθεμεθον, πέθεμεθα πέθεμεθα πέθεμεθα.*
Imperatum. *πέθεσθε & τίθεσθε, πέθεσθε πέθεσθε, πέθεσθε πέθεσθε.*
Optatum. *πέθεμεθον πέθεμεθον πέθεμεθον, πέθεμεθα πέθεμεθα πέθεμεθα.*
Subiunctiuum. *ἐάν πεθώμαι πεθῶ πεθῶσθαι, ἐάν πεθώμεθον πεθῶμεθον πεθῶμεθον, ἐάν πεθώμεθα πεθῶ πεθῶσθαι.*
Infinitum. *πεθῶσθαι.*

PRAETERITVM PLUSQVAMPERFECTVM

Indicatum. *ἐπέθεμαι ἐπέθεσθαι ἐπέθεσθαι, ἐπέθεμεθον ἐπέθεμεθον ἐπέθεμεθον, ἐπέθεμεθα ἐπέθεμεθα ἐπέθεμεθα.*
INDEFINITVM PRIMVM

Indicatum. *ἐπίθω ἐπίθης ἐπίθης, ἐπίθῃμι ἐπίθῃμι, ἐπίθῃμι ἐπίθῃμι ἐπίθῃμι.*
Imperatum. *πίθῃτε & τίθῃτε, πίθῃτε πίθῃτε.*
Optatum. *πίθῃμι ἐπίθῃμι, πίθῃμι ἐπίθῃμι, πίθῃμι ἐπίθῃμι.*
Subiunctiuum. *ἐάν τιθῶμαι τίθει τίθεισθαι, ἐάν τιθῶμεθον τιθῶμεθον τιθῶμεθον, ἐάν τιθῶμεθα τίθει τίθεισθαι.*
Infinitum. *τίθεισθαι.*

FVTVRVM PRIMVM

Indicatum. *τεθήσεται τεθήσεται τεθήσεται, τεθήσομεθον τεθήσομεθον τεθήσομεθον, τεθήσομεθα τεθήσομεθα τεθήσομεθα.*
Optatum. *τεθήσομαι τεθήσομαι τεθήσομαι, τεθήσομεθον τεθήσομεθον τεθήσομεθον, τεθήσομεθα τεθήσομεθα τεθήσομεθα.*
Infinitum. *τεθήσοσθαι.*

EXEMPLVM VERBI AB αω.

ACTIVA. PRAESENS.

Indicatum. *ἰσμεύω ἰσμεύω ἰσμεύω, ἰσμεύομαι ἰσμεύομαι ἰσμεύομαι, ἰσμεύωμαι ἰσμεύωμαι ἰσμεύωμαι.*
Imperatum. *ἰσμεύε & ἰσμεύε, ἰσμεύε ἰσμεύε, ἰσμεύε ἰσμεύε.*
Optatum. *ἰσμεύομαι ἰσμεύομαι ἰσμεύομαι, ἰσμεύομαι ἰσμεύομαι ἰσμεύομαι, ἰσμεύομαι ἰσμεύομαι ἰσμεύομαι.*
Subiunctiuum. *ἰσμεύωμαι ἰσμεύωμαι ἰσμεύωμαι, ἰσμεύωμαι ἰσμεύωμαι ἰσμεύωμαι, ἰσμεύωμαι ἰσμεύωμαι ἰσμεύωμαι.*
Infinitum. *ἰσμεύωσθαι.*

INDEFINITVM SECVNDVM, ἰσμεύω.

Imperatum. *ἰσμεύε. Optatum, ἰσμεύομαι. Subiunctiuum, ἰσμεύωμαι. Infinitum, ἰσμεύωσθαι.*

MEDIA

imò hoc magis apparet esse mox futurum

MEDIA ET PASSIVA PRAESENS.

Indicatum, *ἰσμεύω. Präteritum imperfectum, ἰσμεύω. Imperatum, ἰσμεύε.*
Optatum, *ἰσμεύομαι. Subiunctiuum, ἰσμεύωμαι. Infinitum, ἰσμεύωσθαι.*

PRAETERITVM PERFECTVM

Indicatum *ἰσμεύω. Optatum ἰσμεύομαι. Subiunctiuum ἰσμεύωμαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

PRAETERITVM PLUSQVAMPERFECTVM

Indicatum *ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε.*
INDEFINITVM PRIMVM
Indicatum *ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε. Optatum ἰσμεύομαι. Subiunctiuum ἰσμεύωμαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

FVTVRVM PRIMVM

Indicatum *ἰσμεύωσθαι. Optatum ἰσμεύομαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

EXEMPLVM AB ωα.

ACTIVA. PRAESENS

Indicatum. *ἰσμεύω. Präteritum imperfectum ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε. Optatum ἰσμεύομαι. Subiunctiuum ἰσμεύωμαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

INDEFINITVM SECVNDVM

Indicatum *ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε. Optatum ἰσμεύομαι. Subiunctiuum ἰσμεύωμαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

MEDIA ET PASSIVA PRAESENS

Indicatum *ἰσμεύω. Präteritum imperfectum ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε & ἰσμεύε. Optatum ἰσμεύομαι. Subiunctiuum ἰσμεύωμαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

PRAETERITVM PERFECTVM

Indicatum *ἰσμεύω. Optatum ἰσμεύομαι. Subiunctiuum ἰσμεύωμαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

PRAETERITVM PLUSQVAMPERFECTVM

Indicatum *ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε.*
INDEFINITVM PRIMVM

Indicatum *ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε. Optatum ἰσμεύομαι. Subiunctiuum ἰσμεύωμαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

FVTVRVM.

Indicatum *ἰσμεύωσθαι. Optatum ἰσμεύομαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

EXEMPLVM AB υω.

ACTIVA. PRAESENS.

Indicatum *ἰσμεύω. Präteritum imperfectum ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

MEDIA ET PASSIVA. PRAESENS

Indicatum *ἰσμεύω. Präteritum imperfectum ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε. Infinitum ἰσμεύωσθαι.*

Itaque & seorsum iuxta modos declinatur uerbum hoc modo.

Indicatum *ἰσμεύω. Imperatum ἰσμεύε. Optatum ἰσμεύομαι. Subiunctiuum ἰσμεύωμαι. Infinitum ἰσμεύωσθαι. Et cætera ad eundem modum.*

Annotatio.

Sciendum autem, quod ex uerbis in *μ* desinentibus, quæ per *ω* faciunt penultimam, per eandem *ω* habent præsentis & indefinitæ temporis subiunctiuam, ut *ἐάν ἰσμεύωμαι, ἰσμεύωμαι, ἰσμεύωμαι.*

Alia annotatiuncula.

Sciendum, quod ex uerbis in *μ*, quæ penultimam faciunt per *υ*, nec optatiuū modum habent proprium, neq; subiunctiuum.

DE VERBIS CONTRACTIS

Sciendum, quod uerba teritiæ coniugationis, in *ω* purum desinentia, & *α* uel *ε* uel *ο*, in *τ* penultima

MVTAE

Porro tenues, aspiratae, & mediae ad hunc habent modum, ut B sono media sit inter π & φ, γ media sit inter κ & χ. δ media sit inter τ & θ.

DE SYLLABA

Porro syllaba, alia quidem longa, alia uero breuis, alia communis. Ac rursum inter longas, alia natura longa, ut ἥρως, id est heros. Alia uero posita longa, ut ἐπὶ λῆξ, id est simplex. Iam dictionem quidem constituit syllaba, quum ea sane sit literarum complexio. Orationem autem constituit dicitio.

ACCENTVS

Ratio uero nunc intenditur, nunc remittitur: id est fit ijs qui uocantur accentus.

ACCENTVS QVOT.

Aeterum inter accentus, Acutus, Grauis, & Circumflexus, Toni sunt. Aspiratus, ac Tenuis, spiritus dicuntur. Apostrophus & Hyphen, & Diastole, passiones.

LOCI TONORVM

Loci, acuti accentus sunt, ultima syllaba, unde dicitio oxytona uocatur: ut ἐγχεθός, id est bonus: penultima unde paroxytona, aut barytona dicitur: ut λόγος, id est, sermo. Antepenultima, unde paroxytona uocatur, ut δῖος, id est iustus.

LOCI GRAVIS

Grauis autem accentus loci, sunt omnes syllabae quae aequabili sono proferuntur, unde & syllabicus appellatur tonus. Nec ponitur nisi tantum in ijs quae ultimam acunt, cum perpetuo uocis cursu aequabiliter pronunciamus: ut πῶς ποῦ, ἀφ' ἧς, id est, qui principi adstant.

CIRCVMFLEXI

Circumflexi uero locus est ultima, unde & circumflexa dicitur dicitio: ut πῶς, id est facio. Et penultima unde properispomena uocatur, ut πιδύμαι, id est fio.

LOCI SPIRITVVM

Porro acuti ac tenuis, loci sunt uocales initiales, ut ἀνθρώπος, id est homo. δμηός, id est Homerus: & inter consonantes ρ quoties hinc incipit dicitio: ut ῥήμα, id est uerbum.

LOCI πιδύμων

Apostrophus locus est, ubi quid eliditur: ut ἀπ' ἄνδρος, ἀπ' ἑσπέρου, id est uidelicet hic. Hyphen autem locus est infra ea quae ex duobus aut pluribus componuntur, ut πεισμελέουσα, id est quae omnibus cure est. Diastoles uero locus est, sub ijs in quibus oportet aliquo modo distingere quae composita sunt, ut εἰ, τί, id est quod pronomen.

DE PARTIBVS ORATIONIS

Aeterum inter partes orationis, nomen (ut ijs quae dicta sunt adijciamus aliquid) aliud est gentile, ut φεῦξ, id est phryx. Aliud indefinitum, ut ὀπιόσις, id est, quae hinc unquam. Aliud comprehensiuum, ut δῆμος, id est populus. Aliud distributiuum, ut ἕτερος, id est alter. ἐκείνος, id est uterque. ἕκαστος, id est unusquisque. ἄλλος, id est alius. Aliud contentiuum, ut ἀμπέλων, id est uinetum. Aliud factiuum, ut φλοῖος, id est fluxus. Aliud ordinale, ut πρῶτος, id est primus. δεύτερος, id est secundus. Aliud ad aliquid, ut πατήρ, id est pater. Aliud tanquam ad aliquid: ut νύξ, id est nox. θάνατος, id est mors.

DE PROPRIIS

Iam propria nomina semper unico genere inflectuntur. Nempe aut masculino tantum, aut feminino: ut δμηός, καλλιόπη, id est Homerus, Calliope.

DE APPELLATIVIS

Appellatiuorum quaecumque significant animalia, fere communis sunt generis: licet non nulla sint epicœna.

DE ADIECTIUIS

Quae uero proprie sunt adiectiua, trium generum sunt omnia: ut σοφός, id est sapiens. σοφία, id est haec sapiens. σοφία, id est hoc sapiens. Caeterum quae anapitissunt naturae, & modo pro adiectiuis usurpantur, modo pro appellatiuis, ut βουδργετικός, id est beneficus: & πολίτης, id est ciuis: & βασιλεύς, id est rex: & id genus alia, duorum sunt generum. Huiusmodi est et κολομβά, id est columba, & λέπας, id est lepus.

INFLEXIO ADIECTIUIVVM

Quae igitur desinunt in ο purum simplicia, trium generum, foemininum deformant in α, ut δῖος, id est iustus. δῖοσα, id est iusta. Cosimiliter & ea quae in ultima syllaba

laba habent ε, ut ἀνδρῆς, id est: floridus: ἀνθηρά, id est florida. Caeterum ἑσπερία pro ἑσπερία, & his similia, ionica sunt. Quae uero desinunt in ο non purum, foemininum, figurant in α, ut ἑσπερία, id est deserta. φρόνημος, id est hic prudens: φρονίμη, id est haec prudens.

INTERROGATIVA

Porro interrogatiua, siue percontatiua, trium generum sunt & ipsa τίς, id est, quis aut quae, τί, id est quid. ποῖος, id est qualis: ποία, id est haec qualis: ποίως, id est quale. Nec habent uocandi casum. Sumuntur autem aut iuxta substantiam, ut τίς, id est, quis: aut iuxta qualitatem, ut ποῖος, id est qualis: aut iuxta quantitatem, ut πόσος, id est quantum: & πηλίχως, id est quantum: & πότερ, id est quotum: & ποῦθεν, id est utrum: aut secundum locum, ut ποῦθεν, id est, cuias.

INDEFINITA

Similiter autem & indefinita trium generum sunt, & singula in singulis interrogatiuorum formantur appositione literae ο, ut ποῖος, id est, qualis: ὀπιός, id est qualis. ποῦθεν, id est uter: ὀποῦθεν, id est uter.

RELATIVA

Trium generum sunt & relativa: & aut iuxta qualitatem, aut iuxta quantitatem sumuntur, ut οἷος, id est talis. οἷος, id est qualis. τήλιχως, id est tantum. ἄλιχως, id est quantum. πόσος, id est tantum, ὅσος, id est quantum.

COLLECTIUA

Aeterum comprehensiuua, siue collectiua, unius sunt generis, ut δῆμος, id est populus. πῆθος, id est multitudo.

DISTRIBVTIUA

Sane distributiua trium sunt generum, ut ἕτερος, ἕτερον, ἕτερα, id est alter, altera, alterum: ἄλλος, ἄλλα, ἄλλο, id est alius, alia, aliud. Quadrifariam autem distribuuntur, siue partiuntur. Aut enim unum ex duobus, ut ἕτερον, id est alterum: aut duo singulatum, ut ἕτερον, id est utrumque: aut unum ex pluribus, ut ἄλλο, id est aliud, aut multa singulatum, ut ἕτερον, id est unumquodque.

ORDINALIA ET MATERIALIA

Trium generum sunt & ordinalia, ut πρῶτος, πρῶτη, πρῶτον, id est, primus, prima, primum. Sicut & materialia, ut λίθινος, λίθινη, λίθινον, id est lapideus, lapidea, lapideum. Haec autem & ab ijs formantur, quae similitum sunt partium. Nam ξύλον, id est lignum: ὀστέον, id est os, & σάρξ, id est caro: similitum sunt partium. Unde & ξύλινον, id est, ligneum: & ὀστεῖνον, id est, osseum. & σαρκεῖνον, id est, carneum. Ad eundem modum et in caeteris. In duas autem potissimum terminationes diuiduntur. Aut enim in ινον, ut πῆλινον, id est, luteum, aut in ωδες, ut πηλοῦδες, γῆωδες, id est, luteum, terreum. Quamquam quae a metallis ueniunt, propriam habent terminationem. In ου & οῦ per contractionem, ut χρυσεον, id est, aureum. σιδερεον, id est, ferreum. χαλκεον, id est, aereum. ἀργυρεον, id est, argenteum. Quibus respondet & λεράμεον, id est ficile.

EPILOGVS

In genere uero, Nomini (ut prius est dictum) accidunt quinque. Ex quibus genus improprie dicitur, & commune quoddam et epicœnum, id est supercommune. Nam ubi tantum praecedat articulus masculinus, masculinum est: ubi tantum foemineus, foemininum: ubi neuter, neutrum: ubi uero uterque, nempe masculinus & foemininus, commune. Porro quod alterutro articulo appposito, genus utrumque significat, epicœnum est: ut ἑσπερος, id est, aquila: χαλιδών, id est hirundo.

SPECIES

Species autem primitiua, ut πᾶς, id est, omnis. Deriuatiua, ut λόγιος, id est sapiens.

DERIATIVORVM DIUISIO

Deriuatiui uero septem potissimum sunt species, de quibus ante dictum est. Ex quibus comparatiua & superlatiua formantur ad hunc modum.

Formatio comparatiuorum & superlatiuorum.

In ο desinentia adiectiua, trium generum nomina, mutatione σ in τ, & assumptione φ, fiunt comparatiua: ut γρηγορός, γρηγορότερος, id est gloriosus, gloriosior. Assumptione autem α, fiunt superlatiua: ut γρηγορός, γρηγορότατος, id est gloriosus, gloriosissimus. πάλαιος, πάλαιότερος, id est, uetustus, uetustissimus. Praeter καλός, id est, pulcher, & κραιότερος, id est

id est malus: & alia nonnulla. Nam haec habet καλλίω, κάλλιστος, id est pulchrior, pulcher-
 rimus. κακίω, κακίστος, id est peior, pessimus. βελτίω, βέλτιστος, id est melior, optimus.
 ἀμείνω, ἀμείνω, id est melior, potior. ἀφίστος, id est optimus. χείρω, ἐλάττω, ἡττώ, μείω,
 id est deterior, minor, inferior, minor. ἐλάττω, id est minimus. μέγας, id est maior. μέ-
 γιστος, id est maximus. ἥπιος, ἥπιος, id est facilius, facillimus. Quod si positivum desinat in
 us, & inflectatur per ε, ab eius neutro fit comparativum & superlativum, ea mutatio-
 ne & assumptione, de qua dictum est. ὑψηλός, ὑψηλός, id est, hic & haec generosus, a, &
 hoc generosum, ὑψηλότερος, ὑψηλοτάτος, id est generosior generosissimus. ἀληθής, ἀλη-
 θής, id est, hic & haec verax, hoc verax. ἀληθέστερος, ἀληθεστάτος, id est, veracior, veracissi-
 mus. Sin in us desinat positivum trium generum, tum ad eundem modum formantur a
 neutro, ut βραχύς, βραχύν, id est, hic brevis, hoc breve. βραχύτερος, βραχυτάτος, id est bre-
 vior, brevissimus. Praeter ἡδύς id est iucundus, πολὺς, id est multus. ταχὺς, id est, uelox.
 Nam ab his fit ἡδύων ἡδύστες, id est iucundior, iucundissimus: & πλείων πλείστες, id est, cor-
 piosior, plurimus. Et ταχέων ταχέστες, id est uelocior uelocissimus. Etiam si haec & aliter
 formare licuerit, additione τέρ, ac πατος: exceptio, πολὺς, id est multus. ἡδύων ἡ-
 δύτατος, id est iucundior iucundissimus: ταχέων ταχέστατος, id est uelocior uelocissi-
 mus. Eorum quae desinunt in us, quaedam simplex comparativum & superlativum faciunt,
 quaedam duplex. Simplex quidem, ut ἄγρος, id est latus: ἄγροστερος, enim & ἄγροστα-
 τος tantum facit, id est lator latissimus. Duplex autem, ut ἡδύς, id est iucundus, & γλυκύς,
 id est dulcis, & ἄγρος, id est uelox. Nam haec non solum in τέρ, ac πατος formantur, ue-
 rum etiam in ων & in σος, ut γλυκίω, γλυκίστος, ἄγριω, ἄγριος, id est, dulcior dulcissimus,
 ocyrocyssimus. Cōsimiliter his & ἀγρός, id est turpis, & ἐχθρός, id est inimicus. Quod
 si nō oportet pretermittere βραχέων, id est brevior, & θάσσω, id est, celerior, & πείσσω,
 id est pinguior: erunt igitur quaedam quae triplicem habent formam. Siquidem a βραδύς,
 id est tardus, & βραχύν, id est brevis, uenit cōparativum βραδέων, id est tardior, aut bre-
 uior. Et a ταχύν, id est uelox, θάσσω, id est uelocior. Et a πεισύν, id est pinguis, πείσσω,
 id est pinguior. Porro quae aliam aliquam habent terminationem, per εστέρος & εστατος
 formant comparatiua & superlatiua plerumque, ut σάφρω, σάφροστερος, id est, sobrius sobri-
 us, σαφρονέστερος, σαφρονέστατος, id est temperatior temperatissimus. χαλκός, χαλκότερος, id est,
 uenustus uenustus, χαλκότερος, χαλκώτατος, id est uenustior uenustissimus. Et ab εἰ ut ὀ-
 νύς, id est beneuolus, ὀνύστερος, ὀνύστατος, id est beneuolentior beneuolentissimus. Non
 solum autem a nominibus sunt comparatiua, quin & a participijs, ut ἐβρόμω, ἐβρόμωστερος,
 id est ualentior. Et insuper a praepositionibus, ut πρότερος, id est prior, & ὑπότερος, id est
 superior. Et ab aduerbjs, ὑγυπότερος, id est uicinior: ὑπερότερος, id est longinquior. ἀνώ-
 τερος, id est sublimior.

Formationes patronymicorum.

CAeterū patronymici formationes sunt huiusmodi: Quaecūq; nomina in os. purum
 desinūt, masculinum patronymicū formāt in αδης, ut ἥλιος, id est sol, ἡλιώδης,
 id est filius solis. Quaecūq; uero in ο non purum, faciunt in ιδης. ut ἑρὼν, id est, Sa-
 turnus, ἑρωνίδης, id est filius Saturni. Quamquam quae sunt quintae declinationis, in his
 a genitiuis formant in ιδης: atq; hic sanē fit & Syncretis, si habeant in penultima. Quo-
 rum est & alia rursus formatio in ων, more Ionico, ut Πέλοψ, Πέλοπ, id est Pelops Pe-
 lopis, Πελωπίδης, id est Pelopides. Πηλεὺς, Πηλεὺς, id est Peleus Pelei. Πηλεΐδης qua-
 tuor syllabis, & Πηλεΐδης tribus, p. Syncretis, & Πηλείων Ionice. Quae uero primae iunt
 inflexionis in αδης faciunt, ἀνεΐας ἀνεΐωδης, id est, Aeneas Aeneades: ἰφίτης ἰφίτι-
 δης, id est, Iphites Iphitades.

Fœminini patronymici formatio.

FOeminina uero patronymica a proprijs fiunt masculinis, abiectione syllabae δης, ut
 ἡλιάδης ἡλιάς, id est filia Solis. νεστέδης νεστέος, id est filia Nestoris. Preterea mascu-
 lina primae sunt declinationis, fœminina quintae, ut Πριάμης Πριάμδης, id est Priami
 des Priamidæ, Πριάμης Πριάμδης, id est Priamis Priamidis. Est & aliud patronymici ge-
 nus improprie, masculinum quidem in ιδης desinens, ut ὑβρώδης, id est Hyradius. Fœ-
 minitium uero in νη, ut ἀδρασίνη, id est, Adrastine, & ἠετιάνη, id est Ectionis filia. Atq;
 ita trifariam fuerit, tum masculinum patronymicum, tum fœmininum;

FORMATIONES DIMINVTIVORVM

Diminutiua uero, partim a proprijs formantur, partim ab appellatiuis: uelut à Ζηνο-
 δώρ, id est Zenodorus. Ζηνάς, id est Zenodorus: ab ἀνθρώπ, id est, homo,
 ἀνθρωπίστος, id est homuncio.

SPECIES DIMINVTIVORVM

AC species quidem masculinorum sex. Prima in ων, duabus syllabis, ut Βακχάω, id
 est Bacchius. Βακχολίδης, id est Bacchonaster. Secūda in ων, ut i fit in penultima.
 μωλιώ, id est morio, a μωρός, id est stultus. Tertia in ας, ut ῥόδας, id est Rhodiolus, a
 ῥόδω, id est Rhodius, Rhodienis. Quarta in ας, ut Ζηνάς, id est Zenodorus. μωφέας,
 id est Metrodorus. Quinta in ως, ut ἀνθρωπίστος, id est homunculus. Sexta in λος, ut
 ναυπίλος, id est nauulus, a ναύτης, id est nauta. Fœmininorum uero tres. Prima in ων,
 ut ὑψίω, id est, hypsipylula; a ὑψίπυλα, id est hypsipyla. Secūda in ις, ut θραπυαίς,
 id est famula: a θραπυαία, id est famula. Tertia in κη, ut παιδίσκη, id est puellula: a
 πῆς, id est puella. Neutorum autem una in ον, ut μαρκυλλίον, id est adolefcentulus.

FORMATIONES POSSESSIVORVM

Possessiuā item & a proprijs & ab appellatiuis deducitur. Et quae quidem in εον de-
 sinunt, formantur a primitiuis in ον, ut νηλεὺς νηλεὺς, id est Neleus Nelei. ἡλιόω,
 id est, Neleium. Verum nō ab his solum. Quandoquidem ab ἀνθρώπ, id est hominis, de-
 riatur ἀνθρώπειος, id est humanū. Quae uero in ως desinunt, & in ωδες, ueniunt a no-
 minibus in ο, ut λόγος, id est ratio. λογικός, id est rationalis: sed non ab his solum, nam
 a βασιλείω, id est regis, uenit βασιλικός, id est regale. Item διαίτεια, id est imago. διαί-
 λικός, id est imaginariū. Sanē Grammatici est, nihil obstante, quod inuitata sint, has
 quoq; tradere ambas species, a dictorum nominum singulis deriuari. Vt enim ab ἀνθρώ-
 π, id est homo, ἀνθρωπίστος, id est humanū, & ἀνθρώπειος, id est humanum. Ita & ab
 Ὀμήρ, id est Homeri, Ὀμηρίκω, id est Homericum, & Ὀμηρείω, id est Homericum: & ab
 Αἰάντ, id est Aiæcis. Αἰαντίκω & Αἰαντείω, id est Aiæcinum. Et a Πλάτων, id est Pla-
 tonis, Πλατωνίκω, id est Platonicum, & Πλατωνίω, id est Platonicum. Nonnulli uero
 etiam ea quae a locorum uocabulis denominantur, possessiua, οἰκονομαίκα, id est domesti-
 catiua uocāt, ut οὐρανίω, id est, coelestis, & θαλάσσιω, id est marinus. Atq; his consimi-
 lia. Itaq; trifariam sumentur possessiua, aut domestice, ἐρασίω, id est coeleste: aut consimi-
 ficatiue, γραμματικόν, id est grammaticū: aut materialiter, λιθώδης, id est lapideum.

FORMATIONES DENOMINATIVI

Porro denominatiuū tot modis formatur, quot sunt species nominū. At licuerit a sin-
 gulis nominibus deducere. Masculinū quidem in ων unius generis, ut φίλος, id est,
 amicus. Φίλω, id est Philo. Fœmininum uero in ον unius generis, ut φίλος, id est,
 amicitia. Neutrum in ιω & generaliter in ον trium generū, ut Φίλιω Φιλιόν, id est ami-
 citiale, siue adamicum pertinens. Tamen si nō sunt eodem modo trium generum, sed pro
 uarijs ultimae ac penultimae syllabae formis. Nam ἀνθρωπίνω & ἀνθρώπειω & ἀνθρωπι-
 ώς, id est humanum, & πῆλον, id est luteum, & ἀνθηρόν, id est floridum. Et ut summa-
 tim dicam, iuxta formationem specierum nominis quam tradidimus. Considerandū au-
 tem est illud, an species tria recipiat genera. Neque enim omnia neutra in ον trium gene-
 rum sunt. Proinde Ζωΐω, id est animalculum, & μαρκυλλίω, id est adolefcentulus, &
 λεβήτω, id est lebetulus, atq; in totum diminutiua unici generis sunt. Cōsiderare autem
 oportebit & reliquas denominatiuorum formationes, iuxta differētiam specierum, ut in
 diminutiuo quidem, λιθάς, id est lapillus. ἀνθρωπίστος, id est homunculus. μωφέας, id est
 Metrodorus. In patronymico uero in ιδης.

FORMATIONES VERBALIUM

Verbalia uero, ut in genere loquat, formātur a passiuo praeterito perfectio, uel a pri-
 ma persona, uel a secunda, uel a tertia. Ac plerūq; uerbalia quidem deducitur a pri-
 ma, ut ποιήμα, id est factus sum. ποιήμα, id est opus. λελογισμαί, id est consideratus
 sum. λογισμός, id est consideratio. Caeterū quae in ις desinunt fœminina, a secunda fiunt
 persona, ut λελυσαί, id est solutus es: λύσις, id est solutio. Quae uero desinūt in σος, triū
 generum, a tertia ueniūt persona, ut ἠκουσαι, id est auditus est: ἀκουσός, id est, audibilis.
 Insuper & appellatiua in κειω, ut ποτιόται, id est potatus est. ποτικέω, id est poculum.

Iam praeter ea & quae ante diximus, erit & figura quaedam de composita, & quae a composita deducatur, ut *Φιλιππος*, id est Philippus, *Φιλιππίδης*, id est Philippides.

AD QVAS DECLINATIONES NOMINA QUAEQUE REFERANTUR.

Cum nomen in quinque declinationes diuidatur, ut dictum est, quomodo ad unam quaque referatur, & communiter & peculiariter, considerabitur hoc pacto.

QVAE AD PRIMAM PERTINEANT

Igitur quae in *as* desinunt purum, plurimum syllabarum quam duarum, simplicia barytona, hoc est, penultima acuta nomina referuntur ad primam, ut *Αινείας*, id est Aeneas. Praeterea in *us* desinentia, barytona, simplicia, unius generis, spondaica, hoc est, quaecumque penultimam habent longam, ut *χρύσις*. Quaeque & non simplicia eodem pertinent, nisi a neutro in *o* composita sint, ut, *πελώνης*, id est, exactor tributorum. *Ὀλυμπιονίκης*, id est uictor in Olympijs. Praeterea quae in *as* formata sunt, siue patronymica, siue propria, ut *πριάμειδος*, id est Priamides; *πριάμειδον*, id est Priamidæ, *παλαμίδης* *παλαμίδον*, id est Palamides Palamidæ. Exceptis ijs quae composita sunt a neutro in *os*. Ceterum *ὑπερίδης*, id est Hyperides, & *ἀριστίδης*, id est Aristides; & alia nonnulla patronymicorum formam sequuntur. Praeterea desinentia in *us* per Iambum, hoc est, quibus penultima breuis est, ut *δεσπότης* *δεσπότου*, id est dominus domini. Excepto *κράτης*, id est Crates. Nam id *κράτη*, id est Cratetis, facit.

QVAE SECUNDAE

Porro in *a* uel in *u* desinentia foemina, ut *μαῖα*, id est Maia. *τιμή*, id est honor, ad secundam pertinent.

QVAE TERTIAE

In *o* masculina & foemina, & in *oy* neutra, ad tertiam pertinet, ut *θεός*, id est deus; *ἰδός*, id est uia. *ἀγαθόν*, id est bonum.

QVAE QUARTA

Quae uero in *os* desinunt, Attico more, masculina & foemina, & in *oy* neutra, ad quartam pertinent. Declinantur enim ablatione consonantis finalis, ut *μελέων* *μελέων*, id est, Menelaus Menelai. *ὄγρον* *ὄγρον*, id est, ferax feracis. Refertur possunt ad hanc, & quae Dorico more declinantur, ablatione *σ*, ut *λάσ* *λάσ*, id est, lapis lapidis. *πόδις* *πόδι*.

QVAE SINT QUINTAE

Iam uero quaecumque formam habent diuersam ab ijs quae dicta sunt, masculina, foemina, neutra, ad quintam pertinent. Nam genitiuum omnia habent in *o*; licet diuersis modis. Quatenus alia quidem desinunt in syllabam puram, alia nequaquam; sed addita consonante, siue tenui, siue aspirata, siue media, siue immutabili. Vocales igitur in quas nomina huiusmodi desinunt, sunt *α* *ι* *ω*. Consonantes uero *σ* *ν* *ξ* *ψ* *ζ*.

Ergo quae in *a* desinunt incontracta, per *τ* declinantur, ut *βῆμα* *βήματος*, id est, gradus gradus. Nisi si quod sit deformatum a masculino. Nam hoc masculini habet inflexionem, unde deductum est. *μέγα* *μεγάλου*, id est, magnum magni, quod dicitur *μέγας* *μεγάλου*, id est magnus magni. Exceptis item proprijs literarum uocabulis, ut *ἄλφα*, *βήτα*, quod haec sint indeclinabilia. Quae uero in *i* desinunt, & graeca sunt, per *τ* declinantur, ut *μέλι* *μέλιτος*, id est, mel mellis. Praeter ea quae deformatur a masculino. Nam haec inflexionem masculini, unde deducta sunt, seruant; ut *τί* *τίνος*, id est, quid cuius. Quoniam dicimus *τίς* *τίνος*, id est, quis cuius. *ἄχαρι* *ἀχαρίτος*, id est gratum grati; quod dicimus *ἀχαρίς* *ἀχαρίτος*, id est, gratus grati. Porro barbarica per *os* purum declinantur, *σινάπι* *σινάπιτος*, id est sinapi sinapis. Quae desinunt in *u*, per *os* purum declinantur, ut *γόνυ* *γόνυτος*, id est, genu. At quae penultimam habent longam, aut quae trium sunt generum, declinantur u conuerso in *e*, ut *πῶν* *πῶνος*, id est grex gregis, *ἡδῶν* *ἡδῶνος*, id est, iucundum iucundi. *ἀφῶν* *ἀφῶνος*, id est acutum acuti. In *o* desinentia, per *os* purum declinantur, *λατῶν* *λατῶνος*, id est, Latona Latona.

DE IN *z* DESINENTIBVS

Rursum in *z* desinentia, partim quidem per *os* purum declinant, partim per *σ* tenue, partim per *θ* aspiratam, partim per *δ* mediu declinantur. Igitur in *os* desinentia, per *os* purum declinant, *ἀλβεις* *ἀλβεις*, id est ueri ueri. Ad haec in *os* desinentia, aut in *us*, abiecta uocali, quae posterior

rior est in diphthongo, *βασιλεύς* *βασιλέος*, id est, rex regis. *ναύς* *ναός*, id est, nauis nauis. Item in *us* desinentia, consimiliter, *βους* *βούς*, id est, bos bouis. Excepto *πούς* *πόδος*, id est pes pedis, & *ὀδὺς* *ὀδόντος*, id est, dens dentis. Attamen quae sunt ex contractione, ad tertiam referuntur, ut *νοῦς* *νοός*, id est mens mentis. Adiungantur autem ijs & in *ois* desinentia per Synaeresim, ut *οἰς* *οἰός*, id est ouis ouis, & *φθοῖς* *φθοῖός*, id est tabes tabis. Praeterea in *o* neutra, *δύς* *δύτος*, id est robur roboris, *φῶς* *φῶτος*, id est lumen luminis. Et quaecumque ab ijs composita sunt in *us*, *δημοδύτης* *δημοδύτης*, id est Demosthenes Demosthenis. Ac generaliter quae in *us* desinunt, habentia neutrum formatum in *os*, *ἀλβεις* *ἀλβεις*, id est uerus ueri. Horum autem formam sequitur *αἴης*, id est Mars. Praeterea in *os* masculina, & penultimam habent longam, *μίνως* *μίνωτος*, id est Minos Minois, *ἥρωος* *ἥρωος*, id est heros herois; atque ita sane iuxta communem linguam. Ceterum iuxta Atticam quartae sunt inflexionis, *μίνως* *μίνωτος*, id est, Minos Minois. Praeterea in *os* unice syllabae incontractae, *δῶς* *δῶτος*, id est genus lupi. *δμῶς* *δμῶτος*, id est famulus famuli. Si quidem quae ex contractione sunt, per *τ* declinantur, ut *φῶς* *φῶτος*, id est lumen luminis. Ad quae sane referri potest & *ἄς* *ἄτος*, id est auris auris. Ac rursus monosyllaba in *os*, quae quidem habent *δ* aut *θ* aut *τ* per *o* purum declinantur, ut *δμῶς*, id est famulus. *θῶς*, id est lupus. *τῶς*, id est Troianus. Nam quae aliam habent quam piā consonantem, per *τ* inflectuntur, ut *χῶς* *χῶτος*, id est, color coloris. *φῶς* *φῶτος*, id est uir uiri. Adiungatur ijs quae dicta sunt *λῶς* monosyllabum lapis: nam *λαός* dicitur, id est lapidis. Praeterea in *os* foemina quae sunt oxytona, hoc est, ultima acuta, ut *αἰδώς* *αἰδῶτος*, id est pudor pudoris. *ἠώς* *ἠῶτος*, id est aurora aurorae. Nam quae barytona sunt, id est, penultima acuta, ad quartam declinationem referuntur, ut *κόσμος* *κόσμου*, id est cos coi, aurora aurorae. Praeterea in *us* appellatiua barytona, quae non habent ultimam naturam longam, ut *ὄφις* *ὄφιος*, id est serpens serpentis. *ὕβρις* *ὕβριος*, id est contumelia contumeliae. Praeter *χέρις*, id est gratia. *παῖς*, id est puer, puella; nam *χέριος*, id est gratiae dicitur, & *παῖδος*, id est pueri, uel puellae. Praeterea nomina in *us* barytona, *βότρυς* *βότρυτος*, id est botrus botri. Praeter *κόρυς* *κόρυθος*, id est, galea galeae. Quoniam horum nonnulla declinantur, mutata u in *e*, *πῆχυς* *πῆχυος*, id est cubitus cubiti. *πέλιυς* *πέλυος*, id est securis securis. Si militer & oxytona, si sint unici generis, & si longam habeant u, *πῆχυς* *πῆχυος*, id est, multitudo multitudinis, *ἄχλυσ* *ἄχλυος*, id est caligo caliginis. *οἰζύς* *οἰζύος*, id est calamitas calamitatis. *οἰκείος* *οἰκείος*, id est familiaritas familiaritatis. Ceterum quae trium sunt generum, declinantur u mutata in *e*, *ἡδῶς* *ἡδῶτος*, id est iucundus iucundi. In *as* desinentia neutra, per *τ* inflectuntur, ut *κρέας* *κρέατος*, id est caro carnis. *ἄσ* *ἄστος*, id est auris auris. Item in *as* masculina, dissyllaba barytona, ultimam habentia longam, quae sane & ante *τ* assumunt u, ut *ἄσ* *ἄστος*, id est, Ajax Aiakis, *κάλχης* *κάλχηντος*, id est, Calchas Calchantis. Praeter ea quae formant ex se foemininum in *αινα*, ut *μέλας* *μέλανος*, id est, niger nigri, quod dicitur *μέλαινα*, id est nigra. Rursum quae plures duabus habent syllabas, si ab huiusmodi nomine dissyllabo fuerint composita sic declinantur, ut *πολυδάμνας* *πολυδάμνατος*, id est Polydamas Polydamantis. His congruunt & nomina in *as* oxytona, & non pura, masculina, ut *ἰμῶς* *ἰμῶτος*, id est lorum lori. Et *πῶς*, id est, omnis, circumflexum eodem modo, facit enim *πανός*, id est omnis: & neutrum ab hoc ueniens *πανῶν*, id est totum. Ad haec in *as* purum desinentia, abiecta posteriore uocali, quae est in diphthongo, ut *χεῖρις* *χεῖριτος*, id est, uenustus uenusti. Quin & ab his formata in *yn* neutra, ad eundem modum declinantur, ut *χεῖρις*, id est uenustus, *χεῖρις*, id est uenustum, *χεῖριτος*, id est uenusti. Excipiatur *μῆσις*, id est mensis; nomen Aeolicum. Nam id facit *μῆσις*, id est mensis. Item in *os* desinentia contracta, declinationem habent incontractorum, *πλάκεις* *πλάκηντος*, id est, placenta placenta; incontractae: *πλάκεις* *πλάκηντος*, contractae. Item in *us* barytona Iambica, hoc est, quibus penultima breuis est, nec in ultima syllaba habent *τ*, ut *λάχης* *λάχηντος*, id est, Laches Lachetis. Praeterea in *us* foemina, Iambica, *φιλότης* *φιλοτητος*, id est, amicitia amicitiae. Praeterea in *os* oxytona, hoc est, ultima acuta, si plures una syllabas habeant, ut *ἰδῶς* *ἰδῶτος*, id est, sudor sudoris. Praeterea in *os* masculina, barytona, penultimam habentia breuem, ut *γέλας* *γέλατος*, id est, hic risus, huius risus.

Item

Item nomina in *ies* incontracta, ut *δῆος δῆος*, id est, conuuium cōiuij. *σῆος σῆος*, id est pasta pasta. Nam *πῆος πῆος*, id est, puer pueri, ex contractione est. Præterea in *as* oxytona, *πῆος πῆος*, id est Pallas Palladis. *πῆος πῆος*, id est ternio ternio nis. *ἀρκῆος ἀρκῆος*, id est arcas arcadis. Præter *λεῖος*, id est caput; nam id facit *λεῖος*, id est capitis. Cæterum propria nomina in *is*, per *d* declinantur, iuxta linguam cōmunem, ut *πῆος πῆος*, id est Paris Paridis. Similiter in *is* foemina, penultimam habentia productam, *μῆος μῆος*, id est ira ira. *νεῖος νεῖος*, id est adolescentula adolescen tula. Ad hæc in *is* oxytona, unicum uocalem habentia in ultima, *πριαμῆος πριαμῆος*, id est Priamis Priamidis. Præterea in *es* desinentia non purum, *κλειῆος κλειῆος*, id est, clauis clauis: *ἀντήριος ἀντήριος*, id est lignum obtentum. Præterea in *us* foemina oxytona, in breuem desinentia, *χλαμῆος χλαμῆος*, id est chlamys chlamydis. Ea quæ acuiunt ante penultimam, ut *ἐπιλυῆος ἐπιλυῆος*, id est aduena aduenæ. Porro quæ desinunt in *is* appella tiua, barytona longam ultimam habentia, inflectuntur per *θ*, ut *ὄρνιθῆος*, id est gal lina gallina. Consimiliter & in *us* desinentia, ut *ἐλάμῆος ἐλάμῆος*. At quæ desinunt in *as*, abiecta *σ*, quæ est immutabilis, declinant, ut *ἀλῆος ἀλῆος*, id est sal salis. Quæ uero in *f*, par tîm quidem declinantur per *κ* tenuem, partim per *χ* aspiratam, partim per *γ* mediam. Etenim quæ penultimam acuiunt, ut in genere dicam, per *κ* declinantur, ut *θώρακῆος*, id est thorax thoracis; præter ea quæ uerbum habent in *ω*, aut in *ω*. Hæc enim per *γ* declinantur, *ῥαπακῆος ῥαπακῆος*, id est rapax rapacis, quod dicatur *ῥαπακῆος*, id est rapio. *τίτλιος τίτλιος*, id est, cicada cicadæ. Nam uerbum habet *τίτλιος*, id est strido. *σάλπιγγῆος*, id est tuba tube. Nam uerbum est *σάλπιγγος*, id est tuba cano. *λέλεξῆος*, id est lelex lelegis. Nam uerbum est *λέγω*, id est, lego. Excepto etiam *ἀναξῆος*, id est rex, quod *ἀνακῆος* facit, id est regis; ne conueniret uox genitiui cum nominatiuo *ἀνακῆος*, id est Car stor. Cæterum quæ acuiunt ultimam, per *γ* declinantur, ut *βουπληθῆος*, id est stimu lus stimuli. *ἀξῆος ἀξῆος*, id est capra capræ. *ῥάκῆος ῥάκῆος*, id est arena arenæ. Excepto etiã *βηθῆος*, id est hæc tuffis huius tuffis. *πῶξῆος πῶξῆος*, id est lepus leporis. Exceptis & ijs quæ consonantem habent ante *f* diuersam à *γ*, ut *σῆος*, id est caro. Nam *σῆος* facit, id est, carnis. Ut autem accuratius eadem dicamus, quæ in *af* desinunt, per *κ* declinantur, ut *ἀν θραξῆος ἀνθραξῆος*, id est carbo carbonis. *θραξῆος θραξῆος*, id est Thrax Thracis. Excepto *ῥαπακῆος*, id est rapax, & *ἀναξῆος*, id est rex. Item in *uf*, siquidem simplicia fuerint, per *κ* declinantur, ut *μύρμηκῆος*, id est formica formicæ. Contra quæ composita per *γ*, *βουπληθῆος*, *πληθῆος*, id est stimulus stimuli. Cæterum in *if* desinentia per *κ* declinantur. Præter *τίτλιος*, *τίτλιος*, id est cicada cicadæ. Nam *θελῆος*, id est pilus pili, habet. Præterea in *uf* de sinentia, & ultimam habentia natura longam, & quæcunq; duabus consonantibus effe runt; quarum altera pertineat ad primam uerborum cōiugationem, inflectuntur per *κ*, ut *διδυθῆος*, id est, cochleare cochlearis. *βιβρυθῆος*, id est bebryx bebrycis. *ἄμπυθῆος*, id est, currus currus. Quæ uero eiusmodi non sunt, inflectuntur per *γ*, *ἀν τυθῆος*, id est, cantus cantu. Item in *of* desinentia simplicia, præter *ῥάκῆος*, id est rupes. In *of* desinentia, per *π* inflectuntur pleraq; ut *κύκλωθῆος*, id est Cyclops Cyclo pis. Quamquam *ἀραβῆος* facit, id est Arabs Arabis. *χάλυθῆος*, id est chalybs chalybis. *λίβῆος*, id est Libs Libis, *φλέθῆος*, id est uena uenæ. *λίθυθῆος*, id est Cinyps Cinyphis. Porro in *lw* desinentia, aut in *g*, inflectuntur per eandem immuta bilem, ut *ἑλλῆος*, id est Græcus Græci, *νέσωθῆος*. In omnibus autem in *lw* de sinentibus, penultima acuta, idem *κ* uertitur in *ε*, iuxta formam neutrorum, ut *πρόνυθῆος*, id est teneri. Nam neutrum habet *πρόνυθ*, id est tenerum. Item in ijs quæ ul timam habent acutam, & inflectuntur per *μ*, ut *ποιμῆος*, id est pastor pastoris. Præ ter *μῆος*, id est hic mensis huius mensis. Quin quædam etiam quæ nō habent *μ*, eo dem modo declinantur, ut *ἀγχυῆος*, id est ceruix ceruicis. *φρῆος*, id est, mens mentis. Consimiliter in *ug* desinentia, nonnulla *γ* mutant in *ε*. Nempe quæcunq; penul timam habent acutam, & eandem longam, *πίρῆος*, id est pier pieris. Item quæ de sinunt in *tes*, *ἀστῆρος*, id est, astrum astri. *πατῆρος*, id est, pater patris, *μή τερῆος*, id est, mater matris. *θυγατῆρος*, id est filia filia. Item in *thes*, ut *ἀθῆρος*, id est aether ætheris. Cæterum in *us* desinentia, uertunt & *μ* in *σ* in recto ca su; unde *δικατῆρος* uocantur, id est, duplicem habentia terminationem. Quamquam manent

manent eiusdem declinationis. Quemadmodum enim dicimus, *δελφίνος δελφίνος*, id est, delphinus delphini, sic etiam *δελφίνος δελφίνος*. Sic & *βίος βίος*, id est litus litoris, et *σαλαμίνος σαλαμίνος*, id est Salamis Salaminis. Atq; itidem in cæteris. His respondet & *πίς*, id est ali quis: licet unice sit terminationis, facit enim *λίος*, id est alicuius. Porro *λίος*, id est, pe dien, geminam habet formam. Nam uelut in *es* desinens, communicat cum ijs quæ gemi nam habent terminationem. Quatenus uero per *ε* declinatur, communicat cum ijs quæ desinunt in *lw*, facit enim *λίος*, id est peclinis. Eorum quæ terminantur in *ωγ*, quædam assument literam *τ*, ueluti circumflexa, ut *ξυνοφῶντος*, id est Xenophon Xenophotis. Præter *πυροδῶντος*, id est Neptunus; nam id facit *πυροδῶντος*, id est Neptuni. Item quæ foemina habent in *ων*, deformata, *λεων* enim facit *λεωντος*, id est leo leonis; pro pterea quod foemininum sit *λεων*, id est leæna. Et *δρακῶντος*, id est draco dra conis; quoniam dicitur *δρακῶντος*, id est dracæna. Tamen si ne id quidem generale est: si quidem *λακῶντος* facit *λακῶντος*, quamuis foemininum sit *λακῶντος*, id est Lacedæmonia.

NUMERALIA

IAm & numeralia nomina ad quintam referri possunt *εἰς ἕνός*, id est unus unius. *τρεῖς* *τρεῖς*, id est tres trium. *τρεῖς*, id est tribus. *τεσσαρῶν* *τεσσαρῶν*, id est quatuor, horum quatuor. *τεσσαρῶν*, id est his quatuor. Præter *δύο* *δύο*, id est duo duorum. Nam ea figu ra est tertia inflexionis. Quod genus est & *ἀμφω*, id est, ambo, *ἀμφω*, id est amborum uel ambobus. Cæterum *δύο* non solum dicitur in accusatiuo quoque, uerum etiam in ge nitiuo ac datiuo. Quæ COMMVNIA DECLINATIO nibus omnibus inter se.

ESt autem declinationum omnium commune, quod genitiuum pluralem habent de sinentem in *ων*. Et quod eundem habent rectum & uocatiuum in omni numero, ni si quod in singulari sit tantum Attico more. In duali uero & plurali generaliter.

COMMUNIA EORUM QUÆ PARIBUS SYLLABIS DECLINANTUR.

Eorum quæ paribus syllabis declinantur, commune est, quod datiuum habent in *ω*, ta non expressum desinentem, cum uocali recti, aut cum maiori, illi respondente, ut *ἀνείας ἀνείας*, id est, Aeneas, huic Aeneæ. *λόγος* *λόγος*, id est sermo sermoni. Item quod accusatiuum habent in *ν* desinentem, cum uocali recti, *ἀνείων*, id est Aeneam. *λόγον*, id est sermonem. Notetur inter nomina quartæ declinationis, *ἄθω*, id est Athonem. *ἴω*, id est con. *ἴω*, id est Teon. *λαγῶ*, id est lepori; quæ accusatiua sunt absq; *ν*, more Attico.

COMMUNIA PRIMÆ & SECUNDÆ.

Primæ uero ac secundæ commune est, quod datiuus singularis desinens in *ε*, conue nit in uoce cum recto & accusatiuo duali, *ἑδ ἀνείας*, id est, huic Aeneæ. *τῶ ἀνείας*, id est, hi duo Aeneæ, uel hos duos Aeneas. *τῆ μάκας*, id est huic Maïæ. *τῆ μάκας*, id est hæc duæ Maïæ, uel has duas. Verum cum datiuus singularis desinit in *ν*, tamen rectum & accusa tiuum dualem faciunt, mutata *ν* in *α*, & ablata *ν* nō expressa, *ἑδ χρύσα*, id est huic Chry sae. *τῶ χρύσα*, id est, hi duo Chrysa, uel hos duos. *τῆ μῦσας*, id est, huic musæ. *τῆ μῦσας*, id est hæc duæ musæ, uel has duas.

COMMUNIA PRIMÆ, SECUNDÆ & QUARTÆ.

Primæ uero & secundæ & quartæ commune est, quod ex recto & accusatiuo dua lium, faciunt genitiuum & datiuum dualium, assumptis *ε* & *ν*, *τῶ ἀνείας*, id est duo Aeneæ. *πῶ ἀνείας*, id est duorum, uel duobus. *τῆ μῦσας*, id est duæ uel duas, *τῶ μῦσας* *τῶ μῦσας*, id est duarū uel duabus. *τῶ μνέλιω*, id est duo Menelai. *πῶ μνέλιω*, id est duorum uel duobus. Porro quod rectus pluralis hinc fit tantū addito *ι*, *τῶ ἀνείας*, id est duo Aeneæ. *οἱ ἀνείας*, id est plures Aeneæ. *τῆ μῦσας*, id est duæ musæ. *αἱ μῦσας*, id est plures musæ. *τῶ μνέλιω*, id est duo Menelai. *οἱ μνέλιω*, id est plures Menelai. Præterea quod ex recto plurali, datiuus fiat pluralis assumpto *σ*, *οἱ ἀνείας*, *τοῖς ἀνείας*, id est plures Ae neæ; pluribus Aeneis. *αἱ μῦσας*, id est plures musæ. *τοῖς μῦσας*, id est pluribus musis. *οἱ μνέλιω*, id est plures Menelai. *τοῖς μνέλιω*, id est pluribus Menelais. Eiecto autē *ι*, & assumpto *σ*, faciunt accusatiuum. *οἱ ἀνείας*, id est plures Aeneæ. *οἱ ἀνείας*, id est plures Aeneas. *αἱ μῦσας*, id est musæ. *οἱ μῦσας*, musas. *οἱ μνέλιω*, id est Menelai. *οἱ μνέλιω*, id est, Menelao.

Communia primae ac tertiae.

Primae uero ac tertiae commune est, quod declinantur ultima uersa in v, ut Aeneas, id est Aeneas, Aeneas, id est Aeneas. Logos logos, id est sermo sermonis.

Communia primae & quintae.

Primae uero & quintae commune, quod a recto uocatiuum faciunt, ablato sigma, ut Aeneas, id est hic Aeneas; Aeneas, id est o Aeneas. Oxytonus, id est hic uenustus, uenustus, id est uenuste.

Communia secundae & quintae.

Secundae & quintae commune est, quod omnino est eadem uox uocatiui & nominatiui, ut Maia, id est haec Maia; Maia, id est o Maia. Laches, id est hic Laches; Laches, id est o Laches.

Communia tertiae & quartae.

Tertiae uero & quartae commune est, quod datiuus singularis eandem habet uocem cum recto & accusatiuo duali, ut logos, id est sermo, logos, id est duo uel duos sermones. Menelaos, id est huic Menelao; Menelaoi, id est duo Menelai, uel duos Menelaos. Praeterea quod datiuus pluralis fiat a nominatiuo plurali, addita sigma, ut logos, id est sermones; logos, id est sermonibus. Menelai, id est hi Menelai, Menelais.

Communia tertiae & quintae.

Tertiae uero & quintae commune est, quod a recto & accusatiuo dualium, genitiuus & datiuus dualis, ut logos, id est duo uel duos sermones. Logoi, id est duorum uel duobus. Aiaces, id est Aiaces duo uel duos. Aiaci, id est duorum, uel duobus.

Proprium primae.

Uersum proprium est primae, quod habentia tau aut gentium uocabula, non solum ablata sigma, faciunt uocatiuum, uerum etiam mutato gamma in alpha, ut propheta, id est hic propheta; propheta, id est o propheta. Perfa, id est hic perfa; perfa, id est o perfa. Huius autem eiusdem est, quod genitiuum singularem habet in omega, more Ionico, oiketes, id est famuli, oiketes, id est famuli. Pelidae, id est pelidae; pelidae, id est pelidae. Unde interiecto alpha, fit pelidae, id est pelidae.

Proprium secundae.

Secundae uero proprium est, quod assumpto sigma declinatur, Maia, id est Maia; Maia, id est honor honoris. Item quod alpha manet in genitiuo, si purum sit, aut si sequatur delta, aut beta, aut gamma. Sin secus fuerit, uertitur alpha in gamma, ut musa, id est musa; musa, id est musa.

Proprium tertiae.

Tertiae proprium est, quod datiuum singularem format a genitiuo in omega, logos logos, id est sermo sermonis. Praeterea quod uocatiuum habeat desinentem in epsilon, logos, id est sermo. Praeterea quod ex recto, eodemque accusatiuo duali, fit rectus pluralis in omni diphthongum, logos, id est duo uel duos sermones. Logoi, id est plures sermones. Deinde quod ex recto plurali, fit datiuus pluralis, addita sigma, logos, id est sermones, logos, id est sermonibus. Porro accusatiuus in uersa.

Proprium quartae.

Quartae autem proprium est, abiecto sigma declinari, Menelaos, id est Menelaus; Menelai, id est Menelai. Item quod rectus pluralis in uoce conuenit cum datiuo singulari.

Proprium quintae.

Quintae uero proprium est, quod genitiuum singularem habet in omni, Aias Aiacis, id est Aias Aiacis. Praeterea quod a genitiuo singulari, facit datiuum singularem in epsilon, Aias Aiacis. Item quod accusatiuum singularem in alpha fingit a datiuo, Aias Aiacis. Si quidem Apollinem & Iulium & Iulium, per Apocopen proferuntur. Quod genus est & Apollinem, id est Apollinem. Praeterea quod uocatiuus in ijs quae per uersa declinantur incontracta, fiat ablatione ultimae syllabae genitiui, Aiacis, id est Aiacis; Aias, id est o Aias. Xanthos, id est uenusti; Xanthos, id est o uenuste. Quamquam in placentis, id est placentis; Simois, id est Simois, & ijs ad similibus, auferendum est & uersa, quod in penultima, Simois, id est Simois; Simois, id est Simois. Excipitur tamen dens, id est dens. Nam huius idem est uocatiuus & rectus. Caterum in ijs quae declinantur per uersa, contrahunturque in uersa, uocatiuus fit a recto, uerso u in epsilon, Demosthenes, id est hic Demosthenes; Demosthenes, id est o Demosthenes. Rursum in foemininis desinentibus in omega, uel uersa, fit a recto, omega finaliter

liuerfoin omni diphthongum, Latona, id est Latona; Latona, id est o Latona, & ablato sigma si fuerit, ut Latona, id est hic pudor; Latona, id est o pudor. In ijs uero quae desinunt in uersa, aut in uersa, quorum neutra deformantur in uersa, uocatiuus formatur a genitiuo, abiecta ultima syllaba, Xanthos, id est tener teneri; Xanthos, id est o tener. Xanthos, id est uenustus uenusti; Xanthos, id est o uenuste. Caterum in ijs quae desinunt in uersa, & penultimam habent acutam, fit uocatiuus in uersa, ut mater, id est haec mater; mater, id est o mater. Excepto pater, id est pater. Quibus sane respondet, & inter oxytona, pater, id est pater. Pater, id est uir. Pater, id est leuir. Pater, id est seruator. Etenim dicimus, pater, id est o pater; pater, id est o uir. Pater, id est o leuir. Pater, id est o seruator. Praeterea quod in quibusdam uocatiuus omnino consonat cum recto, in quibusdam sine s proferatur. Nam in uersa aut in uersa desinentium, absque sigma cum diphthongo proferuntur, nisi quid ueret. Nam uersa, id est o pes, & uersa, id est o dens, tantum ne sit eadem uox cum uersa, id est ubi; uersa, id est uia. Item in appellatiuis desinentibus in uersa, quae penultimam acciunt, nec habent ultimam naturam longam, atque adeo in uniuersum in omnibus in uersa desinentibus penultima acuta, uersa, id est hic serpens; uersa, id est o serpens. Similiter in ijs quae desinunt in uersa, penultima acuta, uersa, id est botrus; uersa, id est o botre. Item in ijs etiam quae ultimam acciunt, si sint trium generum, uersa, id est hic iucundus; uersa, id est o iucunde. Caterum in nominibus masculinis, desinentibus in uersa longum, uocatiui eadem uox quae nominatiui, nec habet alteram. Atque in genere fit hoc in omnibus in uersa desinentibus, Caterum quae inflectuntur, aut per uersa purum, aut per tau. Exceptis uocatiuis pluralibus oxytonorum, ut heros, id est o heros; & nominum barytonorum in uersa Iambicorum, atque in totum omnium, quae sic in uersa desinunt, & declinantur per tau, uersa, id est hic Laches; uersa, id est o Laches. Item nominum in uersa oxytonorum; uersa, id est Pallas; uersa, id est o Pallas. Rursum nominum in uersa oxytonorum, uersa, id est uersa; uersa, id est uersa. Item oxytonorum in uersa, uersa, id est uersa. Item nominum in uersa, uersa, id est hic sal; uersa, id est o sal. Item nominum desinentium in duplicem consonantem, uersa, id est rex; uersa, id est o rex. Item in immutabilem desinentium, ut uersa, id est Gracus; uersa, id est o Gracus. Praeter ea quae superius dicta sunt. Quin & illud est proprium, quod nominatiuum & accusatiuum dualium faciunt a datiuo singulari, uersa in epsilon, uersa, id est Aiaci; uersa, id est Aiaces duo, uel duos. Praeterea quod ex recto, eodemque accusatiuo duali, assumpto sigma, fit rectus pluralis, uersa, id est duo Aiaces; uersa, id est plures Aiaces. Item quod datiuus pluralis, fit a datiuo singulari in sigma uel actu uel potetia, uersa, id est Aiacibus; uersa, id est phoenicibus. Itaque si purum fuerit, datiuus singularis; tum sigma assumitur, uersa, id est Demostheni; uersa, id est Demosthenibus. In nonnullis uero & uersa additur, ut quorum nominatiuus desinit in uersa incontractum, aut in uersa, uersa, id est boui bubus; uersa, id est Peleo Peleis. Sin in uersa non purum, siquidem tau aut beta aut delta aut gamma adiunctum fuerit, uertitur in sigma; & uersa eliditur, si praetercedat tau; uersa, id est Aiaci; uersa, id est Aiacibus. In nonnullis uero & in huius locum uersa assumitur, ut quoru rectus desinit in omega, uersa, id est leoni leonibus. Quod si alia quaeptiam fuerit consonans, aut immutabilis, aut tenuis, aut aspirata, aut media, praeter dictas, rursum sigma assumitur, uersa, id est sal; uersa, id est salibus; uersa, id est perdicibus; uersa, id est perdicibus; uersa, id est tuffi; uersa, id est tuffibus; uersa, id est flagello flagellis; nisi quod aspirata & media in sibi respondentem tenuem uertitur, & recipitur duplex. Praeterea quod ex accusatiuo singulari, fit accusatiuus pluralis, addito sigma. Porro quae declinationis proprie, sunt etiam ferme omnes nominum contractiones.

DE CONTRACTIS

Cum in octo potissimum formas diuisa sint nomina contractionem recipientia, nihil est, quod idem sit omnium commune. Caterum uersa & uersa, & primi uersa, commune est, quod quatuor duntaxat casus contrahuntur in uersa. Nempe datiuus singularis. Item rectus, accusatiuus & uocatiuus pluralis, exceptis neutris. Commune ijs & illud, o genitiui breue, in omega uertere, more Attico. Exceptis ijs quae ad primum uersa pertinent. Si quidem in uniuersum Attici casus in uersa purum desinentes, tum obliquos, tum rectos, uerso o breue in longum; & uocali alpha quae est in penultima, mutata in epsilon proferre consueuerunt. uersa, id est Menelaus; uersa, id est serpenti. Ceterorum quae ad uersa & uersa

pertinent, commune est, & quod in omnibus cōtrahuntur, nisi sicubi neutrum gēnus nētat, & quod genitiui plurales contrahuntur in ω. Differunt autem, quod quē ad primam formā pertinent, nempe η ε ο, contrahuntur in ε η οι, quæ uero ad α, hoc est, tertiam formā polyphōn, contrahuntur in ω & α, propriū autem ω, hoc est, tertie formæ oligophōn, quod singularia duntaxat contrahuntur. Dualia uero & pluralia in contracta declinantur iuxta tertiam inflexionem. Eiusdem autem sunt cōtractions, & quod singularis accusatiuus comparatiuorum, Attico more contrahitur in ω, ἀμείονα ἀμείνω, id est, meliorem meliorem. Videlicet eliso ν, & ο & α in ω conflatis. Præterea quod rectus & accusatiuus pluralis contrahitur in ους, ἀμείονον ἀμείονους, id est meliores. ἀμείονους ἀμείονους, id est meliores. Ad hæc quod nonnulla in ις desinentium, & per δ declinatorum, tum in recto, tum in accusatiuo plurali cōtrahantur, φθόιδες φθόιδες, id est placentē placentæ, φθόιδας φθόιδας, id est, has placentas. ὄιδες οἰς, id est, oues, ὄιδας οἰς, id est, has oues. Est autem Atticum hoc quoque. Atque in super Atticum est, quod accusatiui nominum in ις, aut in ους purum contrahuntur in α, ὕγινα ὕγια, id est, sanum sanum. πειραία, πειραία, id est piræum. Cæterum quod eliditur δ in huiusmodi nominibus Ionicum est, ut παρίς, id est Paridis. θετις, id est Thetidias. Item eliso τ in ijs quæ per τ declinātur, λέκας λέκας, id est carnis. Item quod quæ habent ι & ου, declinentur per ε & η, πῶλες, id est ciuitatis, & βασιλῆες, id est regis. Præterea quod horum nominum accusatiuus fiat etiam ablata ultima syllaba, & in eius locum recepto ν, πείδια πείδι, id est Paridem. μῆιδια μῆιδι, id est iram. Idem fit & in ijs quæ habent ι, ὄφια ὄφι, id est serpētem, & in utroq; ν, ἡδῆα ἡδῆ, id est iucundum. βότρνα βότρνι.

De syncopen patientibus.

Quædam autem in ης desinentium & syncopen patiuntur, uelut ἀνὴρ, id est uir. πατήρ, id est pater. μήτηρ, id est mater. Nam faciūt ἀνὴρ & ἀνδρῶς, id est, uiri. μητὴρ & μητρῶς, id est matris. πατὴρ & πατρῶς, id est patris: atq; item in cæteris casibus, nisi quid uetet. Atq; horum datiuus pluralis fit quidem à singulari quemadmodum in cæteris. Verum aut à datiuo syncopen iam passo, interpositio α, ut πατρί πατρῶσι, id est patri patribus: aut à nondum passo translato ac uerso ε, ut πατρὶ πατράσι, id est patri patribus. Et ἀνδρὶ ἀνδρῶσι, id est uiro uiris. Porro apud poetam dictū est, & ἀνδρῶν, id est uiris. Iam uero πλοῦς, id est nauigatio, & νοῦς, id est mens, aliq; id genus, non sunt contractionis quintæ, sed tertie. Veniunt autem à πλό, id est nauigatio, & νό, id est mens. Quamobrem & præteritū inflectere iuxta tertiam νοῦς, id est mens. νῶ, i. mentis.

De uarie declinatis.

Sunt autem nomina quæ non seruant propriam & æquabilem inflexionem, sed uarie declinantur; unde & ἐτρώκλιτα dicta. Quod genus est ζεύς, id est Iuppiter. Nec enim facit ζεύς, id est Iouis, sed δίδς, id est Iouis, accommodatum in aliam uocem. Item μέγας, id est magnus: non enim facit, μέγαντες, id est magni: sed μεγάλου, id est magni. Item πολλός, id est, multus, neq; enim πολλέ, id est, multi, facit in oratione soluta: sed πολλοῦ, id est multi. Item neutra ab ijs uenientia, μέγα, id est magnum. μεγάλου, id est magni. πολλόν, id est, multū, πολλοῦ, id est multi. Præterea φεῖαρ, id est puteus, & ἥπαρ, id est hepar, ac δέλεαρ, id est elca, & ὕδωρ, id est aqua: nō enim faciunt φεῖαρ, id est, putei. ἥπαρ, id est, hepatis. δέλεαρ, id est, elcæ. ὕδαρος, id est aqua: sed φεῖατος, ἥπατος, δέλεατος, ὕδατος. Cæterum in ijs non est certam reperire formam, aut regulam, sed tantum usus & consuetudo est obseruanda. Rursum alia quædam Apocopen, aut aliquid quippiam passa, indeclinabilia sunt, ut δῶ, id est domus, & λέλ, id est ordeum, & λίπα, id est pinguitudo. & λέγς, id est caro. Ex nihil passis, indeclinabilia sunt hæc, δέκας, id est decus. ὕφελος, id est utilitas. ὕναρ, id est somnium. δέμας, id est corpus. Atq; in summa. Neutra in ας desinentia, quæ non habent ας purū, ut ἑλάς, id est iubar. δέμας, id est poculum. βεῖπας, id est statua.

DE VERBO

Verbum autem prius diuisum est, & quæ haberet accidentia explicatum.

Quæ communia quatuor coniugationum



Cum sint quinque uerbi inflexiones, quas eadem & coniugationes uocamus, quatuor quidem uerborū in ω desinentium, unius uero in ιλλud

illud primarum quatuor est cōmune, quod in indicatiuo actiuo, præteritū imperfectum fit à præsentī, mutata ultima in ον, & addito augmento, uel syllabæ, uel temporis. Atq; in totum siquidem uerbum incipit à consonante, augmentum fit syllabæ, assumpto ε in initio, ut τύπῳ, id est uerberō. ἐτυπῶν, id est uerberabam. Sin à uocali, fit augmentū temporis, prima uocali breui uersa in longā, ἀγαπῶ, id est diligo. ἠγαπῶν, id est diligebam. Nisi sane ἠεταεταε, id est fregi, temporis augmento figuratum est, & ἐαβλυ, id est fractus eram, & ἐωλωμ, id est captus eram, & huiusmodi. Nam in ijs ne hoc quidem fuerit perpetuum. Præterea cōmune est & illud, quod primum futurum desinat in ω, & idem habeat initium cum præsentī, & quod ante ω habeat σ, uel ας, ut ἀκούω ἀκούσω, id est audio audiam: uel uirtute, ut τύπῳ, id est uerberō. τυψώ, id est uerberabo. Excepta quarta, idq; ex consuetudine. Quandoquidem quo ad naturam, & hæc reciperet σ, unde & ἔρω, id est moueo, ἔρσω, id est mouebo, & ἔλω, id est traho, ἔλσω, id est traham, dicunt Dores. Iudem dicendum erat, & μέλω μέλωσω, id est maneo manebo, & κείνω κείνωσω, id est iudico iudicabo. Verum in usu non sunt, ob uocis absurditatem. Nam βαδῶ, id est ibo, Atticum est. Siquidem uerborum in ιζω desinentium, si plures duabus habeant syllabas, futurum eliso σ, proferunt Athenienses. βαδῶσω, id est uadam. βαδῶ, id est uadam. ἐλπῶσω, id est sperabo, ἐλπῶ, id est sperabo. Cæterum ἀύξω, id est augetico, & ἐύω, id est coquo, & ἀλέξω, id est auxiliō: non natia sunt, sed aliquid passa. Ad hæc quod primum indefinitum fiat à futuro, mutato ultimo ω in α, accedēte augmento temporis, uel syllabæ, ἀκούσω, id est audiam. ἠκούσε, id est audiui. τυψώ, id est uerberabo. ἐτυψα, id est uerberaui. Verum ἐλλεξέ, id est uerti, per conduplicationem est dictum. Præterea quod præteritū perfectum à futuro fiat in α, & eadem habeat initialem cum præterito imperfecto secundum tempus aucto, ut ἐμαλῶσα, id est confabulabor. ἐμάληκα, id est confabulatus sum. Porro cum est syllabæ augmentū, etiam initialem præsentis uocalem assumunt, τυψώ, id est uerberabo, τυψα, id est uerberaui. Quamquam in ijs in quibus est in initio consonans duplex, aut ε nunquam eiusmodi consonantem assumit præteritū perfectum, ne sonus uocis sit absurdus. ἐψαληκα, id est cecini. ἐσαρῆκα, id est seminauī. ἐξήρῆκα, id est ieci. Item in quibus est aspirata consonans, præteritum perfectum nō assumit eandem, sed tenuem, ob modo dictam causam. φερώζω, id est dico, φερέσκα, id est dixi. χωρίζω, id est, separo. κειχώρικα, id est, separaui. θηρόνω, id est, uenor, τεθηρόσκα, id est uenatus sum. In quibus autem est α ε ο initialis litera, in ijs Attici proprium præteritū perfectum faciunt, initiales præsentis literas communi præterito apponentes, ac tertiam corripiētes syllabam, ut ἐλάθη, id est, uenio, ἠλθικα, id est, ueni, ἐκλήθη, id est ueni. ἀκούω, id est audio, ἠκούσκα, id est audiui, ἀκούσκα, id est audiui. ἔρυσω, id est fodio, ἔρυσκα, id est, fodi, ἔρυσκα, id est fodi. Sunt tamen in quibus initiales non apponunt, cum incipiant ab ο, sed ε solum, itidem ut fit in præteritis imperfectis & indefinitis, ἄσμαι ἔσμαι, id est, impulsus sum. ἄνημαι ἔνημαι, id est emptus sum. ἄρακα, ἔρακα, id est uidi. ἀνώγα ἀνώγα, id est aperui. Quorū quidem & præteritum imperfectum simile quippiam habet, ἐώνωμιλω, id est emebar. ἐώρων, id est uidebam. Ad hanc formam efferuntur & οἶνα, id est, uideor, ἑοικα, id est, uideor. Cæterum φωέθηκε & πωέθηπε, id est intellexit, & affatus est, poetica sunt iuxta similitudinem efficta. Quin & illud est commune, quod à præterito perfecto fit præteritum plus quam perfectum in ου, etiam cum augmento syllabico, si præteritum perfectum incipiat à consonante, τυψα, id est uerberaui, ἐτυψα, id est uerberaueram. Præterea quod à primo indefinito fit secundum in ον, sic ut penultima sit breuis, & ante ου habeat consonantem præsentis indicem coniugationis. Quod si præsens desinat in ω purum, pure profertur & hoc, ἐτυψα ἐτυπῶν, id est uerberaui. ἠκούσε ἠκούον, id est audiui, penultima correpta. Quod si præsens dissyllabum utcumq; habuerit in penultima ε, uidelicet immutabili præcedente, uel sequente: tum ferè ε uertitur in α, πώρω, id est exciindo, ἐπαρω, id est excidi. ἔρω, id est uideo, ἐδάρων, id est uidi. πώρω, id est semino, ἐπαρω, id est seminauī. φδέρω, id est corripo. ἐφδρω, id est corripui. Cæterum ἠγαγῶν, id est duxi, & ἐπέπληγῶν, id est percussui, per conduplicationē dicta sunt. Atq; ἐχῶν, id est habui, interposito σ, peculiarem habet formam. Præterea quod ab indefinito secundo fit futurum secundum in ω circumflexum, abiecto augmento, ἐτυπῶν, id est uerberaui, τυπῶ, id est uerberabo.

Formationes mediolorum.

IN medio uero indicatiuo comune est, quod singula tempora à singulis actiuorum eiusdem nominis formantur hoc pacto. A praesenti praesens, mutato ω in ο, & assumpta syllaba *μαι*. *βιάζω*, id est compello, *βιάζομαι*, id est compellor. A praeterito imperfecto, praeteritum imperfectum interpositio *μι*, *εβιάζον*, id est compellebam, *εβιάζομην*, id est, compellebar. A primo futuro, primum futurum uerso ω in ο, & addito *μαι*, *τύψω*, id est uerberabo, *τύψομαι*, id est uerberabor. Sed tamen in quarta coniugatione peculiari modo assumitur & υ *ψαλώ*, id est canam, *ψαλούμαι*, id est canam. A primo indefinito, primum indefinitum, & à secundo secundum, assumpto *μι*, *ετυψα*, id est uerberaui, *ετυψομην*, id est uerberaui. A praeterito perfecto, praeteritum perfectum habens ante κ consonantē indicem coniugationis, aut nullam etiam consonantem, si uerbum desinat in ω purum. Vocetur autem hoc totum Characteristicum, *τέτυφα* *τέτυπα*, id est uerberaui, *έψαλα* *έψαλα*, id est cecini, *ήκονκα* *ήκονκα*, id est audiui. Et si duae fuerint consonantes, siue actiu, siue potentia, propter duplicem tamen communē est, ut praeteritum mediam magis accipiat consonantem indicem coniugationis. *τύψω* *τέτυπα*, *φραζω* *φραζα*, id est dixi, *πλήψω* *πλήψα*, id est, percello percellui. Et si futurum in penultima habeat ε, siue solum, siue cum ι, tum praeteritum medium in penultima habet οι, ε uerso in ο, *πέσω*, id est parebo, *πέποιθα*, id est parui, *φθάρω*, id est, corumpā, *έφθαρα*, id est corrupe, *έλψω*, id est sperabo, *έλπια*, id est speraui. Huiusmodi dicit & *έωδα*, id est consueui, & *έικα* *έικα*, id est uideor. A praeterito uero plus q̄ perfectio, praeteritum plus quam perfectum assumpta litera coniugationis indice, *ετετυψαμ*, id est uerberaueram, *ετετυπημ*, id est uerberaueram, *ήκονκαμ*, *ήκονκαμ*, id est audiuerā, *έψαλαμ*, *έψαλαμ*, id est cecineram. A secundo uero futuro, secundum futurū, mutato ω in υ, & assumpto *μαι*, *τυψήμαι*, id est uerberabo.

Formationes passiuorum.

IN passiuis autem comune est, quod praesens & praeteritum imperfectū ab actiuis temporibus eiusdem nominis actiuis ueniunt, eodem modo quo media, *γράφω* *γράφομαι*, id est scribo scribor, *έγραφομ* *έγραφομην*, id est scribebam scribebar. Item quod praeteritum perfectum formatur à praeterito perfecto, mutata ultima in *μαι*, *τέτυφα*, id est uerberaui, *τέτυμαι*, id est uerberatus sum. *πεποίηκα* *πεποίημαι*, id est feci, factus sum. Praeterea quod indefinitum secundum ab eodem actiuo fit, mutata ultima in *μι*, *ετυψομην*, *ετυψομην*, id est uerberaui, uerberatus sum. Praeteritum autem plus q̄ perfectum, à praeterito perfecto, cum quo conuenit in consonante, ultima uersa in *μι*, & addito augmento syllabae, si forte uerbum incipiat à consonante, & omnino si augmentum recipiat, *τέτυμμαι*, *ετετυμήμι*, id est uerberatus sum, uerberatus fueram. Quod si à uocali incipiat praeteritū imperfectum, augere oportet mediam si fieri possit, *έικα*, id est uideor, *έωκαμ*, id est uisus fueram, *έολπα*, id est speraui, *έώλπιαμ*, id est speraueram. Primum autem indefinitum fit ab eodem praeterito perfecto passiuo, mutata ultima in *μι*, & abiectione syllabico augmento, nimirum in ijs in quibus est augmentum: semper autem cum augmento siue temporis siue syllabae, *τέτυπται*, id est uerberatus est, *ετύφθην*, id est uerberatus sum, *έειπαμ*, id est definitus sum. Possit autem fieri & à primo indefinito actiuorum generaliter, si σ est in omni futuro, mutata *α* in *θην*, & tenui quae adest, uersa in eius aspiratam, *ετυψα*, id est uerberaui, *ετύφθην*, id est uerberatus sum, *έψαλα*, id est, cecini, *έψαλλθην*, id est cantatus sum. Praeterea paulo post futurū, à secunda persona praeteriti perfecti interposito *οι*, *τέτυψαι* *τετύλομαι*, id est uerberatus es, mox uerberabor, *πέπλησαι*, *πέπλησομαι*, id est plicatus sum, mox plicabor. Primum autem & secundum futurum ab indefinitis primo & secundo cum quibus conueniunt in consonantibus, assumpto *ομαι*, & sublato augmento, *ετύφθης*, id est uerberatus es, *τυφθήσομαι*, id est uerberabor, *ετύψης*, id est uerberatus es, *τυψήσομαι*, id est uerberabor.

Commune primae & secundae.

PRime uero & secundae commune est, quod in actiuo futuro uirtute habent σ nimirum in duplici consonante: nam omnino in futuro σ adest, & quod in praeterito perfecto, finale κ habet coniunctum cum consonante aspirata, quae respondeat duplici finali futuri, ut quae uim obtineat tenuis, *τύψω*, id est uerberabo, *τέτυφα*, id est uerberaui, *λέξω* *λέξεχα*, id est dicam dixi. Et in passiuo praeterito perfecto ante finale *μαι*, mutatū iam

iam aspiratam actiuū in propriam mediam, *τέτυφα*, id est uerberaui, *τέτυμαι*, etiam si propter κ sequens profertur, *τέτυμμαι*, *λέλεχα*, id est dixi, *λέλεγμα*, id est dictus sum. Atq; in indefinito rursum media consonans in suam aspiratam, *τέτυμαι* *ετύφθην*, id est uerberatus sum, *λέλεγμα*, *έλεχθην*, id est dictus sum. Differunt autem quod primae sunt hae consonantes, ψ β φ, *τύψω*, id est uerberabo, *τέτυφα*, id est uerberaui, *τέτυμαι*, id est, uerberatus sum, *ετύφθην*, id est, uerberatus sum. Secundae uero hae, ξ χ γ, *λέξω*, id est dicam, *λέλεχα*, id est dixi, *λέλεγμα*, id est dictus sum, *έλεχθην*, id est dictus sum.

Communia tertiae & quartae.

Tertiae uero & quartae commune est, quod praeteritum perfectum actiuum κ habet coniunctum cum α finali, *βεβασιλόνηκα*, id est regnaui, *έψαλα*, id est cecini. Quae hactenus differunt, quod tertia idem habet κ uersum ex σ futuri, *βασιλόνησο*, id est, regnabo, *βεβασιλόνηκα*, id est regnaui. Quarta uero additione, *ψαλώ*, id est canam, *έψαλα*, id est cecini. Caeterū in quarta κ, si forte incidit ante υ, assumptum υ uertitur in γ propter κ sequens, *βρω*, id est aspergam, *έβρωγα*, id est aspersi: & passiuum *έβρωμαι*, id est aspersus sum, propter sequens μ. Tamen si indefinitum rursum habet υ, *έβρωθην*, id est aspersus sum.

Quae propria.

Proprium autē tertiae & illud quod in futuro actiuo, actiuo habet σ, ubi priores idem habent uirtute, *άκωσω*, id est audiam, *ποιήσω*, id est faciam. Atq; in uniuersum, ubi in prioribus coniugationibus duplex consonans mutatur in aspiratam aut mediam, ibi aut idem σ quod est seruat, aut in κ uertitur, aut omnino deest. Vertitur enim in praeterito perfecto actiuo in κ semper, *ήκονκα*, id est audiui. Deest autem & seruat in praeterito perfecto passiuo, *πεποίημαι*, id est factus sum, *ήκονσμαι*, id est auditus sum. Etenim si ω finale proprii praesentis purum fuerit, plerumq; deest, *βοάω*, id est clamo, *βέδομαι*, id est clamatus sum, *πρήνω*, id est iaculor, *τεπρέδομαι*, id est iaculatus sum. In nonnullis tamen seruat *έλκνω*, id est traho, *είλκυσμαι*, id est tractus sum, *άκω*, id est audio, *ήκονσμαι*, auditus sum. Item in ijs quae habent α aut ε ante ω, praecedente λ in penultima syllaba, *γελώω*, id est rideo, *γυγέλασμαι*, id est risus sum, *τελώω*, id est perficio, *τετέλομαι*, id est perfectus sum. Sed melius considerandum, quod si ω eiusmodi non fuerit purum, semper manet σ, *έσω*, id est cano, *ήσωμαι*, id est cantatus sum, *πέθω*, id est persuadeo, *πέπθησμαι*, id est persuasus sum, *πλάθω*, id est fingo, *πέπλησμαι*, id est factus sum, *φραζώω*, id est, dico, *πέφρασμαι*, id est dictus sum. Verū in quibus praeteritū perfectum habet σ in iisdem, & indefinitum habeat necesse est, *ήκονσμαι*, id est auditus sum, *ήκονθην*, id est auditus sum. Contra ubi praeteritū non habet, nec indefinitum habet, *πεποίημαι* id est factus sum, *εποίηθην*, id est, factus sum. Propriū autem huius coniugationis, & hoc quod futura uerborū habentium α ε ο ante ω, sic proferantur, uti α & ε uertantur in η, ο in ω, *ποιέω*, id est facio, *ποιήσω*, id est factam, *βοάω*, id est clamo, *βόήσω*, id est clamabo, *χυνέω*, id est inauro, *χυνήσω*, id est inaurabo. Exceptis *καλέω*, id est uoco, *τελέω*, id est perficio, *επαίνέω*, id est laudo, *φορέω*, id est gesto, *φέω*, id est polio, *άκωμαι*, id est, medeor, & *γελώω*, id est rideo, *έλάω*, id est ago, *δράω*, id est amo, *πράω*, id est traicio, *ανιάω*, id est molestia afficio, *ιδώμαι*, id est sano, *έλάω*, id est frango, *πεπίαω*, id est uolo, *λερέω*, id est misceo, *σπώω*, id est uello, *αρώω*, id est ago, *δμάω*, id est iuro, *όνόω*, id est iuuo, *ήρώω*, id est moueo, *βόω*, id est pascō. Tamen si apud Homerū dictum sit Ionico more, & *επαίνήσω*, id est laudabo, & *φορήσω*, id est gestabo, & *πρήσω*, id est traiciam, & *περήσω*, id est tentabo, & *ήθωμαι*, id est sanabo.

Propria quartae.

Quartae uero proprium est, quod futurum actiuum ante finale ω, consonantem habet praesentis, & corripit penultimam, *σπείρω*, id est semino, *σπείρω*, id est semina bo. Quamquam *φύρω*, id est pinsō, & *φυσώ*, id est pinsam, & *θρω*, id est moueo, et *θρω*, id est mouebo, & *φθέρω*, id est corumpo, *φθέρω*, id est corumpam, reperitur habere, iuxta consuetudinem Doricae linguae. Insuper & illud est proprium, quod indefinitum primum α habet in penultima, si futurum in penultima habuerit ε, rursum η, si illud habet α, *μηνώ*, id est, manebo, *έμείνα*, id est mansi, *ψαλώ*, id est canam, *έψαλα*, id est, cecini. Item quod in praeterito perfecto actiuo, & secundo indefinito ε, quod erat in penultima futuri, mutet in α, *σπείρω*, id est seminabo, *έσπαραμ*, id est, seminaui, *φθάρω*, id est corumpam, *έφθαρεκα*, id est, corrupe, *επεινώ*, id est, occidam, *εκαπνον*, id est occidi. Item quod praeteritum perfectum medium α, quae est in penultima, uertatur in η,

χρῆνω. id est hio, λέγω. id est hitui. φαίνω. id est ostendo, πέφλω. id est ostendi. Item quod in uerbis desinentibus quidem in ω, ceterum in penultima habentibus i uel diphthongum, non uertitur y, sed abijcitur. λένω. id est iudico, λέκενα. id est iudicauit. τένω. id est tendo, τέπεινα. id est tetendi. Verum in his sane praeteritum perfectum passiuum eodem modo non habet idem uersum. λέκεμαι. id est iudicatus sum. Nec indefinitum inuertibile. ἐκέθην. id est iudicatus sum, ob soni absurditatem.

Propria quintae.

Quinta uero quod sit uerborum in μι, uenientium a uerbis tertiae coniugationis, habentium a e o v ante ω, & quod non omnia habent tempora, dictum est prius; habet autem illud proprium, quod praeteritum imperfectum sit ab actiuo praesenti, elisione i, & conuersione u in y, τίθημι. id est, pono, ἐτίθειμι. id est ponebam. ἵστημι. id est, statuo, ἵσταν. id est statuebam. δίδωμι. id est do, δίδωπον. id est dabam. ἔδυνυμι. id est copulo, ἔδυνυον. id est, copulabam. Praeterea quod primum indefinitum ante a finale habet x in eadem syllaba. At non in omnibus, sed in ijs duntaxat quae deformantur a uerbis habentibus e aut o ante ω, ut τίθειω. id est pono, τίθημι. id est pono, ἵθειω. id est posui. δίδωμι. id est do, δίδωμι. id est do, ἵδωκα. id est dedi. Dictum autem & illud prius, quod uerba in μι in passiuis ac medijs, item in dualibus ac pluralibus corripunt penultimam. Tamen sine hoc quidem perpetuum est. Siquidem apud Homerum dictum est τίθειμαι. id est ponor, & ἵστανμαι. id est crucior, & ἵστανμαι. id est quoror. Itē ἐκίχημι. id est inuenimus, & ἔστημι. id est ibant duo, & ἔστημι. id est, stabant duo. σωματίζωμι. id est, occurrebant duo. Proinde excipienda erant dualia et pluralia, quae ueniunt a prima persona secundi in definiti. ἔστημι enim dicimus stabamus, & ἔστημι. id est stabatis duo. Item ἐκίχημι. id est ibamus, ἔκισπι. id est ibatis duo. At tamen hoc commune est ferme omnibus, quod sic penultimam corripunt, iuxta rationem consimilem. Etenim quemadmodum in uerbis desinentibus in ω, ω contrahitur in o, aut e in e. Ita in uerbis in μι, y corripitur in e, aut a in a, aut o in o, aut u longum in u breue. Itaque & horum correptio fit in singulis horum in propriam uocalem uerbi originalis, unde deducum est uerbum productum. τίθειω. id est pono, τίθημι. id est pono, τίθειμαι. id est ponor. ἵθειω. id est statuo, ἵστημι. id est statuo. ἵσταμαι. id est statuo. δίδω. id est do, δίδωμι. id est do, δίδωμι. id est dor. ἔδυνυ. id est copulo, ἔδυνυμι. id est copulor.

Formationes uerborum in μι

Fit autem in horum passiuis ac medijs praesens a praesenti actiui, interiecta a ante i finale, & correpta penultima. τίθειμι. id est pono, τίθειμαι. id est ponor. Praeteritum autem imperfectum a praeterito imperfecto, sicut & in ceteris coniugationibus, ἐτίθειμι. id est ponebam, ἐτίθειμι. id est ponebar. Consimiliter & medij uerbi primū ac secundum indefinitum a cognatis, ἵθειω. id est posui, ἵθειμαι. id est ponebar, ἵθειω. id est posui. ἵθειμι. id est positus sum. Praeteritum autem perfectum passiuorum ab eiusdem generis praesenti fit, uersa litera conduplicata i in e, τίθειμαι. id est ponor, τίθειμαι. id est positus sum. δίδωμαι. id est dor, δίδωμαι. id est datus sum. ἵσταμαι. id est statuo, ἵσταμαι. id est statutus sum. Ceterum indefinitum formatur a praeterito perfecto, sicut in tertia coniugatione. δίδωμαι ἐδέθην. id est, datus sum, τίθειμαι ἐδέθην. id est, positus sum. Quamquam ἐδέθην sonatur per τ, ob uocis absurditatem.

INFLEXIO PERSONALIS ACTIUIVORVM IN ω

Iam uero personalis inflexionis idem quidem est modus in quatuor coniugationibus uerborum in ω. Ceterum differentia est in temporibus. Nam alia simili modo inflectunt personas, alia diuerso. Tamen a quibus formentur, id omnibus commune per modos singulos. Commune est igitur praesentis & futuri primi indicatiui modi, actiui generis, quod secunda persona singularis, fit a prima mutata ultima in es, τίθησιν. id est, uerbero uerberas. τίθησιν. id est, uerbero uerberabis. Tertia rursus a secunda eliso o, τίθησιν. id est uerberat, τίθησιν. id est uerberabit. In dualibus autem secunda persona fit a secunda singulari, mutata ultima syllaba in σιν. τίθησιν. id est uerberas, τίθησιν. id est uerberatis duo, τίθησιν. id est uerberabis, τίθησιν. id est uerberabitis duo. Nam prima persona dualis in nullo actiuo fit. Porro tertia consonat cum secunda, Pluralium autem prima

prima persona fit a prima singularium ω mutato in o, & addita syllaba μι, τίθησιν, id est uerbero. τίθησιν, id est uerberamus. Secunda rursus a secunda dualium, conuersione uel timae syllabae in τε, τίθησιν, uerberatis duo. τίθησιν. id est uerberatis plures. Tertia item a tertia dualium mutata ultima in ουσι, τίθησιν, id est uerberant duo. τίθησιν, id est uerberant plures. Additur autem semper & y, τίθησιν. Siquidem generaliter tertiae personae desinentis in i aut in e, addunt y, Attico more, siue uocalis sequatur, siue consonans. Contra Iones absque y proferunt. Argumento sunt illa, ἀπίμωσ' ἀμπίσιν, id est contumelia affecit sacerdotem. & ἔδ' ἔτε, id est nonnunquam. Haec autem communia sunt, & cum futuro secundo, nisi quod illic non eliditur i, secunda persona singularium, sed tertiae dualium siue eliditur siue transponitur. Nam dicimus τίθησιν, id est uerberabis, τίθησιν, id est uerberabitis duo, τίθησιν, id est uerberabunt. At praeteriti imperfecti & secundi indefiniti secunda quidem persona singularis fit a prima persona mutato o in o, τίθησιν, id est uerberabam. τίθησιν, id est uerberabas. Tertia uero a secunda, ut dictum est. Porro dualium secunda, a secunda singularium, mutata ultima in σιν. Rursum tertia a tertia addita syllaba τιν. Pluralium uero prima quidem a prima singularium, interposita syllaba μι, τίθησιν, id est uerberabam uerberabamus. Secunda rursus a secunda dualium, ad eundem modum, ut in praesenti. Porro tertia in uoce non differt a prima singularium. Nam ἤλοσιν, id est ueniebant, & ἐμολοσιν, id est discebant. iuxta Chalcidicae linguae proprietatem formata sunt, ad formam ἔδσιν, id est dabant.

COMMVNIA PRIMI INDEFINITI

& praeteriti perfecti.

Primi autem indefiniti, & praeteriti perfecti commune est, quod secunda persona singularium fit a prima addito o, τίθησιν, id est uerberauit, τίθησιν, id est uerberastis. τίθησιν, id est uerberauit, τίθησιν, id est uerberastis. Tertia uero abiecto o, & uerso a in e, τίθησιν, id est uerberauit. τίθησιν, id est uerberauit. Ceterum dualium secunda fit a secunda singularium, mutata ultima syllaba in σιν, τίθησιν, id est uerberastis. τίθησιν, id est uerberastis duo. τίθησιν, id est uerberauistis, τίθησιν. id est uerberastis duo. Porro iam tertia non conuenit, sed praeteriti quidem perfecti tertia eandem habet uocem cum secunda. Indefiniti autem a sua secunda fit, mutata ultima in τιν, τίθησιν, id est uerberastis duo. τίθησιν, id est uerberauerunt duo. Iam pluralium prima fit utriusque a prima singularium, appposito μι, τίθησιν. id est uerberauit. τίθησιν, id est uerberauimus. τίθησιν, id est uerberauit. τίθησιν, id est uerberauimus. Secunda uero a secunda dualium, itidem, ut in praesenti. At tertia non iam conuenit, sed in praeterito perfecto fit a tertia dualium, ultima uersa in σιν, τίθησιν, id est uerberauerunt duo, τίθησιν, id est uerberauerunt plures. In indefinito rursus a prima singularium addita y, τίθησιν, id est uerberauit. τίθησιν, id est uerberauerunt. Porro praeteriti plus quam perfecti, secunda persona fit a prima, uerso y in o, τίθησιν, id est uerberaueram. τίθησιν, id est uerberaueras. At cetera omnia eodem modo quo in secundo indefinito, nisi quod hic nulla mutatur uocalis, & quod tertia persona pluralium fit a tertia singularium addita syllaba σιν, τίθησιν, id est uerberauerat, τίθησιν, id est uerberauerant. Liquet igitur quod praesentis & amborum futurorum, & praeteriti perfecti actiui, peculiare est praeteris temporibus, quod secunda & tertiae personae dualium inter se conueniunt in uoce. Quapropter & dicitur: Quoties tertiae personae pluralium desinunt in σιν, secunda ac tertia dualium conueniunt. Accidit autem quod tertiae personae pluralium, & in numero syllabarum, & in uoce conueniunt cum primis singularium in praeterito perfecto & secundo indefinito. Nam generale est actiuis praeteritis, quibus participium non desinit in o, ultima acuta, tertiae personae pluralis numeri finalem habere, quae est genitiui participialis penultima syllaba, δ τίθησιν, id est uerberans, τὸ τίθησιν, id est uerberantis, τίθησιν, id est uerberabāt, δ τίθησιν, id est qui uerberauit, τὸ τίθησιν, id est eius qui uerberauit. τίθησιν, id est uerberauerunt.

De mediolorum formatione.

Ceterum mediolorum indicatiuorum, praeteritum perfectum & plus quam perfectum, respondent actiuis eiusdem nominis. Praesentis autem & futuri commune est, quod secunda persona singularium fit a prima, eliso μ, & uerso o in e, & contractio e & ae in y, τίθησιν, id est uerberor. τίθησιν, id est uerberaris. Praeter οἶμαι, id est puto. βούλομαι, id est

MEDIA

Præfens indicatium τὴν ἡμέραν, id est uerberor. Præteritum imperfectum ἐτυπώμην, id est uerberabar. Imperatiuum τὴν ἡμέραν, id est uerberare. Optatiuum τὴν ἡμέραν, id est utinam uerberarer. Subiunctiuum ἐάν τὴν ἡμέραν, id est si uerberer. Infinitum τὴν ἡμέραν, id est uerberari. Futurum primum indicatium τὴν ἡμέραν, id est uerberabo. Optatiuum τὴν ἡμέραν, id est utinam uerberaturus essem. Infinitum τὴν ἡμέραν, id est uerberaturus esse. Indefinitum primum: Indicatiuum ἐτυπώμην, id est uerberaui. Imperatiuum τὴν ἡμέραν, id est uerberato. Optatiuum τὴν ἡμέραν, id est utinam uerberassem. Subiunctiuum ἐάν τὴν ἡμέραν, id est si uerberato. Infinitum τὴν ἡμέραν, uerberasse. Præteritum perfectum: Indicatiuum ἔτυπον, id est uerberaui. Plus quam perfectum ἔτυπον, id est uerberaueram. Imperatiuum ἔτυπεν, id est uerberato. Optatiuum ἔτυπον, id est utinam uerberassem. Subiunctiuum ἐάν ἔτυπον, id est si uerberarim. Infinitum ἔτυπον, id est uerberasse. Indefinitum secundum: Indicatiuum ἐτυπώμην, uerberatus sum. Imperatiuum τυπῶ, id est uerberare. Optatiuum τυπώμην, id est utinam uerberatus essem. Subiunctiuum ἐάν τυπώμην, id est si uerberatus fuerim. Infinitum τυπώμην, id est uerberatus fuisse. Futurum secundum, Indicatiuum τυπώμαι, id est uerberabo. Optatiuum τυπώμην, id est utinam uerberaturus sim. Infinitum τυπώμαι, id est uerberaturum esse.

PASSIVA

Præfens indicatium τὴν ἡμέραν, id est uerberor: & reliqua sicut dictum est. Præteritum perfectum indicatium ἔτυπυμαι, id est uerberatus sum. Plus quam perfectum ἔτυπυμαι, id est uerberatus fueram. Imperatiuum ἔτυπυ, id est uerberatus esto. Infinitum ἔτυπυμαι, id est uerberatum fuisse. Indefinitum primum indicatium ἐτύπην, id est uerberatus sum. Imperatiuum ἐτύπην, id est uerberatus esto. Optatiuum ἐτύπην, id est utinam uerberatus sim. Subiunctiuum ἐάν ἐτύπην, id est si uerberatus fuerim. Infinitum ἐτύπην, id est uerberatum esse. Indefinitum secundum indicatium ἐτύπην, id est uerberatus sum. Imperatiuum ἐτύπην, id est uerberatus esto. Optatiuum ἐτύπην, id est utinam uerberatus sim. Subiunctiuum ἐάν ἐτύπην, id est si uerberatus fuerim. Infinitum ἐτύπην, id est uerberatum esse. Futurum primum indicatium ἐτυπώμαι, id est uerberabor. Optatiuum ἐτυπώμαι, id est utinam uerberandus sim. Infinitum ἐτυπώμαι, id est uerberandum esse. Futurum secundum, Indicatiuum ἐτυπώμαι, id est uerberabor. Optatiuum ἐτυπώμαι, id est utinam uerberatus sim. Infinitum ἐτυπώμαι, id est uerberandum esse. Mox futurum indicatium ἐτυπώμαι, id est mox uerberabor. Optatiuum ἐτυπώμαι, id est utinam mox uerberarer. Infinitum ἐτυπώμαι, id est mox uerberandum esse.

VERBA IN μ, ACTIVA

Præfens indicatium τίθειμι, id est pono. Præteritum imperfectum ἐτίθειμι, id est ponebam. Imperatiuum τίθει, id est pone. Optatiuum τίθειμι, utinam ponerem. Subiunctiuum ἐάν τίθειμι, id est si ponam. Infinitum τίθειμι, id est ponere. Indefinitum primum indicatium ἐτίθειμι, id est posui: & reliqua quemadmodum in ἐτυπώ. Indefinitum secundum, Indicatiuum ἐτίθειμι, id est posui. Imperatiuum τίθειμι, id est pone, & τίθειμι, id est pone. Optatiuum τίθειμι, id est utinam posuissim. Subiunctiuum ἐάν τίθειμι, id est si posuerim. Infinitum τίθειμι, id est posuisse.

MEDIA ET PASSIVA

Præfens indicatium τίθειμι, id est ponor. Præteritum imperfectum ἐτίθειμι, id est ponebar. Imperatiuum τίθειμι & τίθειμι, id est ponere. Optatiuum τίθειμι, id est utinam ponerem. Subiunctiuum ἐάν τίθειμι, id est si ponar. Infinitum τίθειμι, id est poni. Indefinitum secundum indicatium ἐτίθειμι, id est positus sum. Imperatiuum τίθειμι & τίθειμι, id est positus esto. Optatiuum τίθειμι, id est utinam positus sim. Subiunctiuum ἐάν τίθειμι, id est si positus fuerim. Infinitum τίθειμι, id est positum esse. Præteritum perfectum indicatium τίθειμι, id est positus sum. Plus quam perfectum ἐτίθειμι, id est positus fueram. Imperatiuum τίθειμι, id est positus esto. Optatiuum τίθειμι, id est utinam positus sim. Subiunctiuum ἐάν τίθειμι, id est si positus sim. Infinitum τίθειμι, id est positum fuisse. Indefinitum primum, indicatium ἐτίθειμι, id est positus sum. Imperatiuum τίθειμι, id est, positus esto. Optatiuum τίθειμι, id est utinam positus sim. Subiunctiuum ἐάν τίθειμι, id est si positus fuerim. Infinitum τίθειμι, id est positum fuisse. Futurum primum, indicatium τίθειμι, id est ponam.

πρόκειμαι, id est ponar. Optatiuum πρόκειμαι, id est utinam ponendus sim. Infinitum πρόκειμαι, id est ponendus esse. Mox futurum, indicatium πρόκειμαι, id est mox ponar, & reliqua, ut in ἐτυπώμαι, id est mox uerberabor.

Quæ modis omnibus communia.

Comune est modis omnibus, quod augmentum originis abijciunt, excepto præterito perfecto ἐτυπώ. id est uerberabam, τὴν ἡμέραν, id est uerberaui, ἐτυπώ. id est uerberaui, τὴν ἡμέραν, id est uerberato, τὴν ἡμέραν, id est utinam uerberassem, ἐάν τὴν ἡμέραν, id est si uerberaro, τὴν ἡμέραν, id est uerberasse. At ἔτυπεν facit ἔτυπεν, id est uerberato, ἔτυπεν, id est utinam uerberassem, ἐάν ἔτυπεν, id est si uerberauerim, ἔτυπεν, id est uerberasse: eodem augmento manente in omnibus. Præteritum autem imperfectum coniungitur præterito plus quam perfectum, præterito perfecto. Vnde formationes quæ ab alteris horum fiunt, etiam cum alteris habent significationem. Illud autem liquet, quod futurum nec in imperatiuo formatur, nec in subiunctiuo. Cæterum huius nota est in ijs quæ formantur à primis indefinitis.

Formationes imperatiuorum actiuorum.

Verborum actiuorum in ω. Imperatiuum fit à tertia persona proprii thematis, ἐτυπώ. id est uerberabat, τὴν ἡμέραν, id est uerbera, ἔτυπεν, id est uerberaui, ἔτυπεν, uerberato. Tame si primum indefinitum fit, ultima etiam in ου mutata, ἐτυπώ. id est uerberaui, τὴν ἡμέραν, id est uerberato. Optatiuorum.

Optatiua uero à participiali genitiuo, ultima uersa in μ & eliso υ, litera inflexiua, & assumpto ι in diphthongo, aut etiam uersa & diphthongo in οι, in quibus ea fuerit in penultima, τὴν ἡμέραν, id est uerberantis, τὴν ἡμέραν, id est utinam uerberem, τὴν ἡμέραν, id est eius qui uerberaui, τὴν ἡμέραν, id est utinam uerberassem, ἔτυπεν, id est eius qui uerberaui, ἔτυπεν, id est utinam uerberassem, τυπώμην, id est eius qui uerberaui, τυπώμην, id est utinam uerberassem, τυπώμην, id est uerberaturus, τυπώμην, utinam uerberaturus essem. Cæterum optatiua uerborum contractōrum, more etiam Aeolico proferruntur, μ uersio in ω, ut dictum est prius, ἐτίθειμι, id est utinam digner, ἐτίθειμι, id est utinam digner. Nam ἐτίθειμι, id est digner, & τίθειμι, id est uiam, Doricū est, οι diphthongo uersa in ω, quoniam & illud Aeolicū est, τὴν ἡμέραν, id est utinam uerberasses, τὴν ἡμέραν, id est uerberasset, τὴν ἡμέραν, id est uerberasset.

Subiunctiuorum.

Subiunctiua uero à prima persona suæ originis, ultima uersa in ω, ἐτυπώ. id est uerberaui, ἐάν τὴν ἡμέραν, id est si uerberem, ἐτυπώ, id est uerberaui, ἐάν τὴν ἡμέραν, id est si uerberaro, ἔτυπεν, id est uerberaui, ἐάν ἔτυπεν, id est si uerberarim.

Infinitiuorum.

Infinita uero præteritis & futuri temporis primi, à tertia persona originis addito υ, τὴν ἡμέραν, id est uerberat, τὴν ἡμέραν, id est uerberare, τὴν ἡμέραν, id est uerberabit, τὴν ἡμέραν, id est uerberaturum esse. Item infinita præteriti perfecti, ab eadem fiunt persona, addita syllaba ναι, τὴν ἡμέραν, id est uerberaui, ἔτυπεν, id est uerberasse. Indefinitum autem primum, à primo fit, addito ι, ἐτυπώ. id est uerberaui, τὴν ἡμέραν, id est uerberasse. Secundi rursus indefinitum in infinitum ab eodem mutata ultima in ου, ἐτυπώ. id est uerberaui, τυπώμην, id est uerberasse. Eadem sane est forma & secundi futuri, uersa ultima in ου, τυπώ. id est uerberabo, τυπώμην, id est uerberaturum esse.

Mediorum imperatiua.

Media autem imperatiua præteriti quidem imperfecti & secundi indefiniti, fiunt à secunda persona originis ἐτυπώ. id est uerberabar, τὴν ἡμέραν, id est uerberare, ἐτύπεν, id est uerberatus es, τυπῶ, id est uerberare. Cæterum primi indefiniti fiunt à primo, elisa syllaba μω, & addito ι, ἐτυπώμην, id est uerberaui, τὴν ἡμέραν, id est uerberato. Aut si quo alio modo hinc fieri possit ac commodatius. Cæterum imperatiua præteriti perfecti temporis eodem modo formantur, quo in actiuis. Optatiuorum.

Porro optatiua fiunt à prima persona originis, uersa ultima in μω, & ι in diphthongū assumpta ante μω, τὴν ἡμέραν, id est uerberor, τυπώμην, id est utinam uerberarer, ἐτυπώμην, id est uerberaui, τυπώμην, id est utinam uerberassem. Excepto præterito perfecto: nam hoc itidem formatur, ut in actiuo. Subiunctiuorum.

Subiunctiua uero fiunt à prima persona in μαι, sed penultima originalium, in qua est sigma consonans inflexiua habente ω, τὴν ἡμέραν, id est uerberor, ἐάν τὴν ἡμέραν, id est si uerberer, ἐτυπώμην, id est uerberaui, ἐάν τὴν ἡμέραν, id est si uerberarim.

Infinitorum.

Infinita uero fiunt a tertia persona originis, ultima mutata in *ει*. *τυνησθαι*, id est, uerberatur, *τυνησθε*, id est uerberati, *ετυνησθη*, id est uerberauit, *ετυνησθησαν*, id est uerberasse. Excepto praeterito perfecto, quod congruit cum actiuo.

Passiuorum imperatiuorum.

Passiua imperatiua praesentis temporis itidem fiunt, ut in medijs. Caeterum amborum indefinitiuorum, fiunt a tertia persona, assumpto *θι*, *ετυπηθι*, id est uerberatus es, *ετυπηθη*, id est uerberare. Quoniam in quibus praecedit eadem aspirata, non *θ*, sed *τ* assumitur, *ετυπηθαι*, id est uerberatus sum, *ετυπηθη*, id est uerberatus esto, ob uocis incōmoditatem. Praeteriti autem perfecti a secunda persona plus quam perfecti *ετυνησθη*, id est, uerberatus fueras, *ετυνησθη*, id est uerberatus esto.

Opratiuorum.

Opratiua praesentis temporis & futuri similiter fiunt, ut in medijs: uerum non item in praeterito perfecto si consonans fuerit ante *μ*, quae si non fuerit, nec ulla uetet diphthongus, tamen *ι* assumpto in diphthongū cum penultima syllabae uocali, fit optatiuum *επιπιμην*, id est utinā facius essem, *επιπιμημην*, id est, utinam memor essem. Indefinitum autem fit a genitio participij, ultima uersa in *μυ*, & eliso *υ* consonante inflexiua, & *ι* assumpto in diphthongum, *επιπιμην*, id est uerberati, *επιπιμημην*, utinā uerberatus essem.

Subiunctiuorum.

At subiunctiua praesentis temporis eodem modo fiunt ut in medijs. Caeterum utriusque indefinita, fiunt a tertia persona originis, uersa uocali finali in *ω*, *ετυπηω*, id est uerberatus es, *εω τυπηω*, id est si uerberatus fuero, *ετυπηω*, id est uerberatus es, *εω τυπηω*, id est si uerberatus sim. Praeteriti uero perfecti subiunctiuum, si habeat *μ*, ut modo dictum est, nec diphthongus prohibeat, fieri possit & uocali penultima uersa in *ω*, *επιπιμην*, id est factus sum, *επιπιμην*, id est si factus sim, *επιπιμην*, id est meminī, *επιπιμην*, id est si memor fuerim.

Infinitorum.

Infinita uero praesentis & futuri temporis, itidem fiunt ut in medijs. Quin & praeteriti perfecti consimilis est formatio qualis in medijs, nisi quod hic *σ* non assumitur. Nam a *ετυνησθαι*, id est uerberatus es, uenit *ετυνησθαι*, id est uerberatum fuisse, uidelicet priore tenui in aspirata uersa. Nam illud generale est, quod tenuis tenuem praecedat, aspirata aspiratam. Indefinitorum autem fiunt a prima persona originis, addito finali *αι*, *ετυπηαι*, id est uerberatus sum, *ετυπηαι*, id est uerberatum esse.

Verborum in *μ* formationes.

Porro uerborum in *μ* actiua quidē imperatiua, fiunt a participiali genitio eliso *υ*, consonante inflexiua, & mutata ultima in *θι*, *ετυπηθαι*, id est ponentis, *ετιθε*, id est, pone, *ετιθε*, id est statuentis, *ετιθε*, id est statue, *ετιθε*, id est dantis, *ετιθε*, id est da. Aut a secunda indicatiuorum, uocali ultima uersa in penultimam originis, *ετιθε*, id est pono, *ετιθε*, id est posuisti, *ετιθε*, id est pone, *ετιθε*, id est do, *ετιθε*, id est dedisti, *ετιθε*, id est da.

Subiunctiuorum.

Subiunctiua fiunt itidem ut in passiuis indefinitis uerborum in *ω* desinentium, *ετιθε*, id est ponebat, *εω τιθε*, id est si ponam. Caeterum *ετιθε*, id est det. in tertia persona, & *ετιθε*, id est det. poetica sunt ad exemplar tertiae personae singulariū. Huiusmodi sunt & *ετιθε*, id est ponam, *ετιθε*, id est statuam, *ετιθε*, id est dem. Nam cum omnia unicae sint syllabae, & circumflectantur, *ετιθε*, id est ponam, *ετιθε*, id est dem, *ετιθε*, id est statuam: poetae duarum faciunt syllabarum, & penultimam acuunt, apte interponentes huiusmodi syllabas. Singulis enim propriam addunt uocalem originalem productam.

Opratiuorum.

Opratiua item eodem modo fiunt, quo passiuorum in *ω*, opratiua.

Infinitorum.

Infinita quoque praesentis temporis a participij genitio formantur eliso *υ* inflexiua, & ultima transfigurata in *αι*. *ετιθε*, id est ponentis, *ετιθε*, id est ponere, *ετιθε*, id est dantis, *ετιθε*, id est dare. Caeterum *ετιθε*, iuxta poeticam licentiam dictum est. Metra uero & passiuua similiter habent, ut in uerbis in *ω* desinentibus.

Formae

Formationes personarū in caeteris modis.

Formae igitur figurandi personarū inflexionē iuxta singulos modos huiusmodi sunt: Imperatiuorum.

Imperatiuorum actiuorum, tertia persona fit a propria secunda, addito *τω*, *ετυπητω*, id est uerbera, *ετυπητω*, id est uerberet, exceptis ijs quae desinunt in *ει*. Siquidem ea non ad ditione, sed mutatione ultimae ad eundem formantur modum, *ετιθετω*, id est, pono, *ετιθετω*, id est ponat. *ετυπητω*, id est uerberatus esto, *ετυπητω*, id est uerberatus sit. At primi indefiniti tertia persona fit & hoc modo, ut id quod additur in ultima *ει*, ubique uertatur in *αι*, *ετυπηαι*, id est uerberato tu, *ετυπηαι*, id est uerberato ille. Dualium uero secunda persona fit a secunda singulariū, assumpta syllaba *τω*, *ετυπητω*, id est uerbera, *ετυπητω*, id est uerberate duo. Tertia rursus a tertia, assumpto *υ*, *ετυπηυ*, id est uerbera, *ετυπητω*, id est uerberet, *ετυπητω*, id est uerberent duo. Pluralium uero secunda fit a secunda singularium, assumpto *τε*, *ετυπητε*, id est uerbera, *ετυπητε*, id est uerberate, *ετυπητε*, id est uerberato, *ετυπητε*, id est uerberatote, mutato *ου* in *αι*, sicut dictum est. Rursus tertia fit a tertia, addita syllaba *τω*, *ετυπητω*, id est uerberato, *ετυπητω*, id est uerberanto. Caeterum *ετυπητω* pro *ετυπητω*, id est, uerberanto, per syncopen factum esse uidetur, & conuersionem penultimae in longam. Quod tertiae personae pluralium cum ultima syllaba habent *τ*, penultimam utcumque productā habent. Excipiuntur autem Ionicum *ετυπητω*, id est uerberati sunt. Similiter & *ετυπητω* pro *ετυπητω*, id est uerberantur illi, formabitur.

Mediorum ac passiuorum.

Mediorum autem ac passiuorum tertia persona singularium fit elisa e diphthongo, posteriore uocali, & *ο* uerso in *ι*, si fuerit, & assumpto *ει*, *ετυπηει*, id est uerberate, *ετυπηει*, id est uerberetur. Exceptis indefinitis in *θι*. Haec enim semper congruunt cum actiuis in *θι*. Dualium secunda persona fit a tertia singularium, ultima mutata in *ου*, *ετυπηου*, id est uerberetur, *ετυπηου*, id est uerberemini duo. Tertia uero a tertia addito *υ*, *ετυπηου*, id est uerberetur, *ετυπηου*, id est, uerberentur duo. Pluralium autem prima fit a secunda dualium, ultima mutata in *ει*, *ετυπηει*, id est uerberamini duo, *ετυπηει*, id est, uerberamini plures. Item tertia a tertia, addito *τω*, *ετυπητω*, id est, uerberetur, *ετυπητω*, id est, uerberentur. *ετυπητω* pro *ετυπητω*, sic dictum est, ut indicauimus modo, de *ετυπητω*, pro *ετυπητω*.

Opratiuorum in *μ*

Opratiuorum desinentium in *μ*, secunda persona singularium fit a prima, eliso *ι*, & *μ* uerso in *σ*, *ετυπημ*, id est utinam uerberarem, *ετυπημ*, id est utinam uerberares. Rursus tertia a secunda, abiecta *σ*, *ετυπημ*, id est utinam uerberares, *ετυπημ*, id est, utinam uerberaret. Dualium uero secunda fit a secunda singularium, mutato *σ* in *τ*, & assumpto *ου*, *ετυπηου*, id est, utinam uerberares, *ετυπηου*, id est, utinam uerberetis duo. Item tertia a sua secunda, ultima syllaba mutata in *τω*, *ετυπητω*, id est, utinam uerberetis duo, *ετυπητω*, id est utinam uerberēt duo. Pluralium prima fit a prima singularium, ultima mutata in *μυ*, *ετυπημυ*, id est utinam uerberarem, *ετυπημυ*, id est utinam uerberarem. Secunda fit a secunda dualium, ultima uersa in *τε*, *ετυπητε*, id est utinam uerberetis duo, *ετυπητε*, id est utinam uerberetis plures. Tertia fit a sua prima, abiecta *μ*, in flexiua consonante, *ετυπημυ*, id est utinam uerberarem, *ετυπημυ*, id est utinā uerberarēt.

Opratiuorum in *λω*

Desinentium autem in *λω* secunda persona singularium fit a prima, finali *υ* uerso in *σ*, *ετυπηλω*, id est utinam uerberatus essem, *ετυπηλω*, id est utinam uerberatus esset. Caetera uero omnia itidem, ut in opratiuis in *μ* desinentibus, nisi quod tertiae personae pluralium, etiam in *τω* formantur, *ετυπητω*, id est utinam uerberati sint. In *ου* uero fiunt, cum abiiciunt *υ*, quod est in penultima, *ετυπηου*, id est utinam uerberati sint.

Opratiuorum in *μλω*

In *μλω* autem desinentium secunda persona singulariū fit a prima, ultima syllaba mutata in *σ*, *ετυπημλω*, id est utinam uerberarer, *ετυπημλω*, id est utinam uerberareris. Tertia uero a secunda interposito *τ*, *ετυπημλω*, id est utinā uerberareris, *ετυπημλω*, id est utinam uerberaretur. Dualium prima fit a prima singulariū, ultima mutata in *μω*, *ετυπημω*, id est utinam uerberarer, *ετυπημω*, id est utinam uerberaremur duo. Item secunda a se

Tom. I

m 2 cunda

cunda,ultima mutata in *δου*, *τύποιου*, id est utinam uerbereris, *τύποιδου*, id est utinam uerberemini duo. Tertia fit à propria secunda,mutata ultima in *δω*, *τύποιδω*, id est, utinam uerberemini duo, *τύποιδω*, id est, uerberarentur duo. Pluralium autem prima persona fit à prima dualium, ultima mutata in *θαι*, *τύποιμεθα*, id est, utinam uerberemur duo, *τύποιμεθα*, id est utinam uerberemur plures. Secunda item à secunda,ultima mutata in *δεις*, *τύποιδεις*, id est, utinam uerberemini plures. Tertia uero à tertia singularium,interposito *υ*,*τύποιτο*, id est utinam uerberaretur, *τύποιτο*, id est utinam uerberarentur.

Subiunctiuorum.

Subiunctiuorum omnes personae similiter formantur ut in praesenti indicatiuorum: nisi quod ubi illa in inflexione habet *ε*, hic habetur *υ*, *τύπεις*, id est uerberas, *εάν τύπεις*, id est si uerberes, *τύπεται*, id est uerberatur, *εάν τύπεται*, id est si uerberet. Rursus ubi illic habetur *ο*, hic est *ω*, *τύπωμαι*, id est uerberor; *εάν τύπωμαι*, id est si uerberer. Excerptis uerbis quinta coniugationis, habentibus *ω* in penultima. Nam in ijs idem *ω* semper seruat. *διδωμι*, id est do, *εάν διδώ*, id est si dem. *διδως*, si des. *διδω*, id est det. Ad quam autem coniugationem refertur & uerbum substantiuum *εἶμι*, id est sum. Atque in uni uersum, nullum uerbum erit, quod non ad aliquam dicarum formarum pertineat. Caeterum ex uerbis quinta coniugationis, quae in penultima habent *υ*, ut *ζώνυμι*, duntaxat habere comperitur praeteritum imperfectum & indefinitum secundum, *εφω*, id est natus est. *εφω*, id est subjicit praeteritum perfectum, & reliqua tempora, non habent quem admodum caetera eiusdem coniugationis. At neque modum optatiuum, neque subiunctiuum, nisi quis dicat, *ζώνυμι*, i. utinam copularem, & *ζώνυμι*, i. utinam copularer, diphthongo *υ* usus in penultima, quod genus sunt *μνημι*, i. utinam meminissim; et *πονημι*, id est utinam facissim. Atque ad hanc formam licebit & *πονημι*, dicere, i. utinam possissim essem.

De contractis uerbis.

Caeterum uerba tertiae coniugationis in *ω* purum sic, ut ante illud habeant *α* aut *ε* aut *ο*, in penultima, quod contractionem patiantur dictum est prius. Id uero solum accidit in praesenti & praeterito imperfecto. Horum igitur commune est, quod cum praecedat una quaeuis harum *α ε ο*, & sequitur *ω*, semper fit contractio in *ω*; proprium autem est, quod cum praecedat *α*, & sequitur *ο*, siue per se, siue in diphthongo, contractio semper fit in *ω*, ut *βοώμεν*, *βοώμεν*, id est clamamus, *βοώε*, *βοώ*, id est clamare tu, *βοώμι*, *βοώ*, id est utinam clamarem. Cum uero sequitur *ε* aut *υ*, siue in diphthongo, siue sola, semper contractio fit in *α*, *βοώε*, *βοώ*, id est clamas. *βοώε*, *βοά*, id est clama, *βοώ*, *βοά*, id est si clameris. Vnde sanè fit, ut nec subiunctiua haec, nec alia omnino contracta subiaceant ijs quae de uerbis incontractis dicta sunt. Praeterea cum praecedat *ε*, & sequitur *ο*, siue per se, siue in diphthongo *υ*, semper contractio fit in *υ*, *ποιόμεν*, *ποιόμεν*, id est facimus. Cum uero sequitur *ε*, siue per se, siue in diphthongo, semper contractio fit in *ει*, *ποιέει*, *ποιέει*, id est facis, *ποιέετε*, *ποιέετε*, id est, facitis plures. Cum uero sequitur *υ*, siue per se, siue in diphthongo, contractio fit in *υ*, *εάν ποιέεις*, *ποιέεις*, id est si facias, *εάν ποιένται*, *ποιένται*, id est si faciat. Cum uero sequitur *ο*, ut in diphthongo *οι*, contractio fit in *οι*, *ποιοίμεν*, *ποιοίμεν*, id est utinam facerem. Tamen si quae duarum sunt syllabarum in ijs prima persona non contrahitur, *πλέω*, id est nauigo. *πέω*, id est nato. *πέω*, id est fluo. Sed *πλέει*, id est nauigas, & *πλέει*, id est nauigat; & reliqua consimiliter. Praeterea cum praecedat *ο*, ac sequitur *ο*, siue per se, siue in diphthongo, praeterquam in *οι*, tum contractio fit in *υ*, *χρυσόμεν*, *χρυσόμεν*, id est inauramus, inaurare. Similiter & cum sequitur *ε*, *χρυσέται*, *χρυσέται*, id est inauratur. Caeterum ubi sequitur *υ*, contractio fit in *ω*, aut in *υ*, *εάν χρυσώται*, *εάν χρυσώται*, aut *χρυσύται*, id est si inauretur. Rursum cum sequitur *ι*, uidelicet in diphthongo, tum contractio fit in *οι*, *χρυσέει*, *χρυσέει*, id est, inauras, *χρυσέει*, *χρυσέει*, id est, utinam inaurares, *εάν χρυσέεις*, *χρυσέεις*, id est si inaures. Excepto infinito, *χρυσέει* enim contrahitur in *χρυσέει*, id est inaurare. Horum autem omnium commune est, quod optatiua proferuntur etiā more Aeolico, ultima uersa in *ω*, *ποιοίω*, id est utinam facerem, *ποιοίω*, id est utinam facerem, *βοώω*, *βοώω*, id est utinam clamarem. Atque ita transeunt omnino in inflexionem optatiuorum desinentium in *ω*.

De

De uerbis uarie declinatis.

Quemadmodum nomina alia sunt heteroclitica, hoc est, uarie declinata, alia prorsus indeclinabilia, uel propter contractionem, uel alia de causa, sic & uerba dici possunt heteroclitica: *πέπω*, id est coquo, *πέπω*, id est coquam, *πίπω*, id est pario, *πέπω*, id est pariam. *πίπω*, id est cado, *πέπωμαι*, id est cadam. *έλισσω*, id est capio, *έλισσω*, id est capiam. *έρχομαι*, id est uento, *έλθωμαι*, id est ueniam. Sunt autem huius generis complura, atque in ijs usum obseruare conueniet, ut tamen in genere dicamus, uerba deriuatiua, quae desinunt in duas consonantes diuersas, nullam habent propriam inflexionem; uerum formantur haec per *τ*, aut per huius cognatum *σ*, exceptis uerbis quarta coniugationis, *εἶπω*, id est iacio, *εἶπω*, id est iacio. *πέπω*, *πίπω*, id est pario. *έχω*, *έχω*, id est habeo. *έπω*, *έπω*, id est dico. *πέπω*, *πίπω*, id est cado. *έσκη*, id est steteri, *έσκη*, id est, steteri. *βέβηκα*, id est paui, *βέβηκα*, id est pasco. *πέπεκα*, id est perfecti, *πέπεκα*, id est perficio. Volunt autem consonantem assumere à formatione, consonantem inquam secundae aut tertiae personae praeteriti perfecti passiuui. Quare in uerbis quarta coniugationis à *μάνω*, id est maneo, formatum est *μάνω*, id est maneo, propterea quod *σ* non quadret in ea iunctura, ac ne *υ* quidem congruat, sed suo more uerti soleat in *μ*. Nihil autem retulerit, si quis uelit *μ* non esse ex mutatione *υ*, sed assumptum à prima persona, *μάνωμαι*, id est mansi, *μάνω*, id est mansi. Porro haec uocentur redundantia.

Indeclinabilia.

Indeclinabilia sunt autem quae contrahuntur omnia, *ποιέω*, id est facio. *βοώ*, id est clamo, quatenus contractionem passa.

Desyderatiua.

Iam indeclinabilia sunt etiam desideratiua omnia, licet incontracta, *μαθητιώ*, id est, cupio discere. *ζωώ*, id est securio. *βασίλειω*, id est regnatorio. *πολεμησηώ*, id est bellatorio. *δύειω*, id est uidere cupio. Arbitror autem apte adungi ijs, uerba quaecumque speciem habent tertiae personae, cum nullus sint personae. Vnde & impersonalia dicuntur, ut *δέει*, id est oportet, *χρει*, id est oportet, & *δδει*, id est uidetur, & *συμβαίνει*, id est contingit, & *μειν*, id est curae est, & *έφει*, id est licet. In summa, quae nullam certam indicant personam. Verum in ijs haud multa sunt, quae actiui uerbi uoce proferuntur, plurima uero quae passiuui, nimirum omnia personalia passiuorum. Etenim tertia persona singularium in singulis temporibus, quoties transsumitur ad significandam primam personam, neque primam, neque secundam habet personam. Id in ijs liquebit, ut *λέγεται*, i. dicitur, *εργεται*, i. dicitur est, *γράφεται*, id est scriptum est, *εργάσθω*, id est dicitur esto. *πεινήσθω*, i. factum esto.

De participijs.

Porro participia formantur à singulis temporibus, praeterquam à praeterito imperfecto & plusquamperfecto, cum haec duo adiunctiua sunt, alterum praesenti, alterum praeterito perfecto. Ita communia habent ab iisdem participia. Commune autem est ijs, quod in omnibus praeteritis abijcitur augmentum, praeterquam in praeterito perfecto.

Actiua praesentis & futuri.

Fit autem in uerbis actiuis in *ω* desinentibus, à prima persona singularium temporis praesentis & utriusque futuri participium, assumpto *υ*. *τύπω*, id est uerbero, *τύπω*, id est uerberans, *τύπω*, id est uerberabo, *δύπω*, id est uerberaturus, *τυπώ*, id est uerberabo, *δτυπώ*, id est uerberaturus. Foemininum rursus à recto masculino, *ω* finali uerso in *υ*, & *υ* in *σ*, & assumpto *α* finali, *δτύπω*, id est hic uerberans, *ήτύπω*, i. haec uerberans, *δτύπω*, id est hic uerberaturus, *ήτύπουσα*, id est haec uerberatura, *δτυπώ*, i. uerberaturus, *ήτυπώ*, id est uerberatura. Neutrum autem fit à genitiuo, abiecta ultima syllaba, *τωτύπων*, id est uerberantis, *τωτύπων*, id est hoc uerberans, *τωτύπων*, i. uerberaturus, *τωτύπων*, i. hoc uerberaturum, *τωτύπων*, id est uerberaturus, *τωτύπων*, id est uerberaturus, *τωτύπων*, i. hoc uerberaturum. His affinia sunt & secundum indefinitum participia. Nam masculinum fit *ο*, quod est in ultima, uerso in *ω*, *ετύπων*, i. uerberans, *ετύπων*, i. qui uerberauit. Foemininum autem & neutrum, ut dictum est. A primo uero indefinito masculinum participium fit assumpto *σ*, *ετύπων*, id est uerberans, *ετύπων*, id est qui uerberauit. Porro foemininum ac neutrum, ut dictum est, nisi quod hic penultima producitur, nulla uocali aliunde assumpta, *δτύπων*, id est qui uerberans, *ήτύπων*, id est quae uerberans, *ήτύπων*, i. quid uerberans. A praeterito uero perfecto masculinum participium fit *α* finali mutato in *ω*, & assumpto *σ*, *ετύπων*, i. uerberans, *ετύπων*, i. qui uerberauit. Foemininum uero à genitiuo masculini, abiecta

ultima syllaba, & assumpto α, & eliso ο, quod est in penultima, sed assumpta diphthōgō
 η, τὸ τετυφός, id est, eius qui uerberauit, ἢ τετυφῆς, id est quæ uerberauit. Ab eodem
 fit neutrum elisa syllaba π, τὸ τετυφός, id est quod uerberatur. Cæterum γυγῶς, id est,
 quæ fuit, & βεβῶς, id est quæ iuit, ἔσῶς, id est quæ stetit, aliæq; id genus poetica sunt.
 Siquidem poætæ facientes syncopen, hoc est elisis in medio literis, transfigurant fœmini-
 num iuxta contractionem. Nam à γυγα, id est fui, ut fit, γυγαῖα, i. quæ fuit, uenit γυγῶς,
 id est qui fuit, unde γυγῶς, i. quæ fuit. Atq; in cæteris ad consimilem modum. Quibus re-
 sponderet πνεῖς, i. mortua. Tametsi uenit à πνεα, id est mortuus sum, licet syncopen
 non patiatur.

Media & passiuæ.

In medijs autem & passiujs, ijs sanè ut in genere loquar, quæ μ habent literā coniuga-
 toriam, participium masculinum fit ultima mutata in υνος, τὸ πῆμα, id est uerberor,
 ὁ τὸ πῆμα, id est qui uerberatur. ἐτυφάμην, i. uerberabam, ὁ τὸ πῆμα, id est qui uer-
 berauit. Cæterum ijs quæ non habent μ, sed desinunt in λω, participium formatur, ulti-
 ma mutata in ες, ἐτύπην, i. uerberatus sum, ὁ τυπῆς, i. uerberatus. Fœmininum & neu-
 trum in ijs quæ habent μ, fit à masculino, ultima mutata in νη & νομ, ὁ τυπῆς, id est
 qui uerberatur, ἢ τυπῆς, i. quæ uerberat, τὸ τυπῆς, id est quod uerberatur. Vbi
 uero nō est μ, itidem fiunt ut in actiujs, nisi quod manet eadem uocalis finalis, ut est ὁ τυ-
 φῆς, id est uerberatus, ἢ τυφῆς, i. uerberata, τὸ τυφῆς, id est hoc uerberatū. Quamq; à
 medio præterito perfecto, ijsdem per omnia modis sūt, quibus in uerbo actiuo, τετυπῆς,
 id est uerberauit, ὁ τετυπῆς, id est qui uerberauit. Τετυπῆς, id est eius qui uerberauit,
 ἢ τετυπῆς, id ea quæ uerberauit, τὸ τετυπῆς, id est quod uerberauit.

Verborum in μ participia.

Verba autem in μ passiuæ quidem & media, sicut dictum est, habent πῆμα, id
 est ponor, ὁ πῆμα, id est qui ponitur, ἔθεμην, i. positus sum, ὁ θεμῆς, id est q
 positus est, ἐτέθη, id est positus sum, ὁ τεθῆς, id est positus. Cæterum actiuæ formanda
 sunt, sicut prima indefinita uerborū desinentium in ω. At secunda indefinita, & præteri-
 ta imperfecta omnia formantur in σ, ultima acuta, at non in eandem syllabam, sed iuxta
 rationem uocis. In singulis enim propria uocalis initialis resumitur. Ea porro anceps est,
 aut breuis. At anceps cum est, uertitur in longam finalem. Cum est breuis, constat in di-
 phthongum, assumpto ε aut υ, ἔστη, id est, stauēbam, ὁ ἔστης, i. qui stauēbat, ἐστῆς,
 id est coniugabat, τὸ ἔστης, id est qui iugabat. ἔδωκα, id est dabam, ὁ ἔδωκός, id est qui
 dabat. ἐπέθηκα, id est ponebam, ὁ ἐπέθηκός, id est qui ponebat. Fœmininum autē & neutrum eo-
 dem modo formantur, quo ea quæ ueniunt à passiujs in λω, ὁ ἔθεός, i. ponens, ἢ πῆμα, id
 est hæc ponens, τὸ ἔθεός, id est ponentis, τὸ ἔθη, id est hoc ponens, ὁ ἔθης, id est sta-
 tuens, ἢ ἔστης, id est hæc statuens, τὸ ἔστης, id est statuētis, τὸ ἔστης, id est hoc statuētis.
 ὁ ἔδωκός, id est hic dans, ἢ ἔδωκός, id est hæc dans, τὸ ἔδωκός, id est dantis, τὸ ἔδωκός, id est
 dans. ὁ ἔστης, id est hic iugans. ἢ ἔστης, id est hæc iugans, τὸ ἔστης, id est iu-
 gantis, τὸ ἔστης, id est hoc iugans.

Impersonalia participia.

Sunt autem & impersonalia uerborum participia impersonalia, atq; hæc sanè neu-
 tri generis, ἔργον, id est oportens, πῶς ἔργον, id est cōueniens, ἀποκῆ, id est apparēs,
 & ἀβῆ, id est uisum, συμβῆ, i. quod accidit, ἀκουσθῆ, id est auditum, γνωθῆ, id est
 cognitum, ἀποδείξθῆ, i. demonstratum, aliæq; huiusmodi. Cæterū quomodo formari de-
 beant, non est obscurum: nimirum eodem modo, quo neutra personalia. Participia uero
 uerborum personalium, omnia tertiæ personæ sunt, quemadmodū & nomina.

De articulis.

Articuli diuisi sunt prius in præpositiuos & postpositiuos. Nihil autē uetat quom-
 nus postpositiuum articulum per τ, τῶ, τῷ, sic efferas, ut apponas ο, ὁ τῶ in geni-
 tiuo, id est cuius: & τῶ in datiuo singulari, id est cui: & τῶ in genitiuo plurali, id est quo-
 rum. Eundem ad modum & nomen τῆς articulo postpositiuo additū declinatur, speciem
 mutans ad cursum articuli, ut ὅστις, i. quisquis, οὗτινος, id est cuiuscunq; ὅστις, id est cui-
 cunq; & reliqua consimiliter. Huiusmodi est & ἄτῃ, i. quædam. Sumuntur autem articu-
 li & loco pronominum. Nam ὁ ponitur pro ὅστις, id est iste, & τὸν pro ὅτις, id est hunc.
 Idem significat quoties conjunctioni & annectitur, ut ὁ δὲ, id est hic, ἢ δὲ, id est hæc, τὸ δὲ,
 id est hoc. Nam pronominalia sunt hæc quoq;. Sed articuli præpositiuū cum præponitur
 aduer-

aduerbijs, in quouis casu, in quouis numero, adiectiuorū nominiū uice ponuntur, sic ut ad
 uerbia maneat indeclinabilia, ὁ πάλαι, i. prius, τὸ πάλαι, i. prius, ἢ πάλαι, i. prius, τὸ πάλαι,
 i. prius, ὁ πάλαι, i. propinquus, ὁ πάλαι, i. insignis, ὁ πάλαι, i. supernus.

De pronominijs.

EX pronominijs autem ἐγώ, cum adiungit sibi coniunctionem γέ, ut ἐγώ γέ, id est
 ego sanè, translato in primam syllabam tono, profertur: & nō solum diminutionem
 aliquam significat ob uim coniunctionis diminuentem, sed nonnunq; etiam affirmatio-
 nem, quale est ναί, id est etiam. Huius uero cognatus genitiuus ἐμοί, id est mei. Datiuus
 ἐμοί id est mihi. Accusatiuus ἐμέ, id est me. Inflectuntur etiam abiectio ε, ut ἐν τῷ οὐρανῷ,
 id est hoc meum considera. τὸ πῶ μοι λέγε, id est hoc mihi dic. τὸ πῶ μοι διδάσκαε, id est hoc
 me doce. De dualibus autem & pluralibus contractis dictum est prius. In contractione autem
 dicimus hoc pacto, νῶι, id est nos duo, uel duos, νῶιμ, nostrum duorum, uel nobis duo-
 bus, ἡμῶν, id est nos plures, ἡμῶν, id est nostrum, ἡμεῖς, id est nos, ἡμῖν, id est nobis,
 datiuus semper eodem modo, Itidem & pronomina secundæ personæ, σφῶι, id est, uos
 duo, uel duos, σφῶιμ, id est uestrum duorum, uel uobis duobus. ὑμῶν, id est uos plures,
 ὑμῶν, id est uestri, ὑμεῖς, id est uos, ὑμῖν, id est uobis. Item pronomina tertiæ personæ,
 σφῶι, id est illos duos in accusatiuo tantum quemadmodū & σφῖν, id est illis duobus, in
 datiuo σφῶν, id est illi plures, σφῶν, id est illorum, σφῆς, id est illis.

Solitaria pronomina.

Cæterum μίμ, id est illum, & νίμ, id est illū, & σφέ, id est se, peculiaris suæq; formæ
 sunt, quod ad uocem attinet.

Possessiuæ pronomina.

Possessiuæ uero pronomina, quæ formantur à tertiâ persona, uidelicet, ὁ ἐός, i. hic suus,
 ἢ ἐός, i. hæc sua, τὸ ἐός, hoc suū: etiam absq; ε profertur, ὁ ἐός, id est suus, ἢ, id est sua,
 τὸ ἐός, i. suum. Porro inflexio primitiuorum, unde hæc ueniunt iuxta nullam inflectionum
 casuum rationem fit, sed posituæ. Similiter & numerus in ijsdem.

Composita.

EX compositis uero, ἐκαστό, id est sui ipsius: & σῆνε, id est sine ε profertur, ω recipiente aspi-
 rationem in se, αὐτό.

Possessiuæ.

Generaliter autem possessiuæ eodem modo formantur, quo simplicia nomina in ὁ
 tritium generum. Nam quemadmodum illa cum adest alia consonans, fœmininū de-
 ducūt in η, ἐρημῶ, ὁ ἠμῶ, id est desertus deserta. φρόνιμῶ, φρόνιμῶ, id est hic prudens, hæc
 prudens. μέσος μέσῳ, id est medius mediâ, μέθυ μέθυ, id est ebrius ebria. At cū adest
 g, formant in α, λαμπρῶς λαμπρῶς, id est splendidus splendida, φωτόφω, φωτόφω, id est
 hic sapientior, hæc sapientior: sic & hæc, ὁ ἐμός, id est meus, ἡ ἐμή, id est mea, ὁ σός, id est
 tuus, ἡ σή, id est tua, ἡμῶν, id est noster, ἡμῶν, id est nostra, σφῶν, σφῶν, id est
 uester uestra. Cæterum ἡμῶν, id est nostra, & σφῶν, id est uestra, Ionica sunt. Iam
 ex demonstratiuis, ἐκείνος, id est ille, ἐκείνη, id est illa, ἐκεῖνο, id est illud, & absq; ε profe-
 runtur more Aeolico. Cæterum demonstratiuo secundæ personæ nonnunquā & ε addi-
 mus in fine. Idq; in singulis casibus ac numeris, ac generibus dicentes, ἐσσί, id est iste, τῶ
 τῶι, id est hunc. Nimirum ut pronominijs articularibus connexis conjunctioni. Nam
 ὁ δὲ, id est hic, dicimus & τῶι, id est hoc. Genitiuus autem pronominis primitiuū secundæ
 personæ profertur & his modis, σῶ, id est tui, & σῶο & σῶν & σῶ, id est tui, quemad-
 modum uidelicet & in prima persona ἐμοί, i. mei, & ἐμοί & ἐμῶν & ἐμῶν, id est mei. Iu-
 xta diuersas linguarū proprietates, uerum de his definire, nō proprie pertinet ad hoc insti-
 tutum.

De præpositionibus.

EX præpositionibus autem ἐν in poematis reperitur & ἐνί, dicta per extensionem.
 Et quamquam ἐνί, id est translato tono non amplius est præpositio, sed in naturā uer-
 bi transit. Nimirum haud aliter, quam παρῶ, id est iuxta. Nam παρῶ pro παρῆσι, i. adest
 ponitur, & ὑπὲρ pro ὑπερῶ, id est superest, aut inest. Cæterum quæ εἰς est, eadem dicitur
 & εἰς, i. in Attico more. Et præpositio πρὸς, id est ad, & πρὸν, dicitur & πρὸν dorice. Et
 præpositio ὑπὸ, id est sub, & ὑπῶς dicitur, & ἀπὸ ἀπῶς id est ab.

De aduerbijs.

Aduerbia uero ab omnibus orationis partibus formari possunt. Nam à nomine φρονιμων. i. prudentium fit φρονιμως. id est prudenter: à uerbo αφο. i. tollo, fit αφω. i. funditus. A participio εδωκω. i. scienti, εδωκως. id est scienter. Ab articulo η ηδε. i. hic. A pronominis ταυ. i. horum, ταυς. i. sic. A praepositione αυ. i. per, αυω. i. sursum. Ab aduerbio εγγυς. i. prope, εγγυθεν. i. cominus. A coniunctionibus δε, τε & ουν, δεηποθεν. id est profecto. Erunt autem & positiua quaedam, uelut εγγυς. i. prope, & χαμα. id est humi. Sunt temporis significatiua haec quoque, νυ. i. mox, εν. id est adhuc, παλι. i. rursum, μετ. i. usque. Locu uero, & υπα. i. ubi, & απανθεν. i. ex aduerso. Formae autem localium tres. In loco, à loco, in locu, ut ονω. i. domi, ονωδε. id est domu, ονωθεν. i. domo. Similitudinis autem ηδε. id est uelut, ηδε. i. uelut. Congregationis autem alicuius definitae sunt & haec, πανδημι. i. publicus, & πανδημι. i. per uniuersos, & πανομι. i. tota domo. Adhortandi uero sunt haec quoque, εα. i. et, & ηδε. id est age. Praeterea stuporis est & η. Vocetur & aliquod aduerbiu praeterendi, ut χρονως. i. tarde, εκπροθεν. i. lente. Alia separandi definite, απονη. i. id est citra puluerem, ερηνη. i. citra laborem, αμελητη. i. neglecte. Et indefinite, αυδη. id est seorsum, ετη. i. seorsum. Item aliud excipiendi, παλι. i. praeterquam. Item digressiuu, ασε. id est itaque. Et prohibendi, εμποθεν. i. impedimento. Item occultandi, λωθεν. i. claculum: & declarandi, ut ελαφροθεν. i. luculenter, αναφανθεν. i. clare. Nam caeteroru singulis adde re nomina, iuxta rem significata, primu infinitu fuerit, deinde necesse esset noua uocabula cofingere. Quare praestiterit fortasse decem illa genera & in aduerbijs ponere. Substantiam, qualitate, quantitate, ad aliquid, ubi, quando, facere, pati, positus, habere. Conarique ut singula ad horum generu aliquod referamus. Velut σοιωδως. i. substantialiter, εμψυχως. id est uiue, φυσικως. i. naturaliter, referantur ad substantia. ευ. i. bene, ηδεως. i. libenter, εα. i. facile, λυπηθεν. i. canine, απωθεν. i. tanquam, ασε. i. ut, λιαν. i. ualde, πανν. i. admodum, ηρεμα. i. paulatim, παντως. i. omnino, η. i. certe, δηλαδη. i. uidelicet, νη. i. certe, να. i. etiam, ημισ. i. minime, η. i. non, μη. id est ne, μα. i. non, ισως. i. forte, ιδου. i. ecce, η. i. o, αναγνωστορον. i. legendu est, εθε. i. utinam, ηδε. i. iou, φου. i. heu, εα. i. ah, ευαν. id est euan, εγε. i. age, referuntur ad qualitate. απα. i. semel, δις. i. bis, τρις. i. ter, referuntur ad quantitate. δεσποτικως. i. heriliter, δουλικως. i. seruiliter, ισως. i. aequae, ομοιω. i. similiter, πολλω. i. sepe, ολιγω. i. raro, μεγαλω. i. magnopere, μαλω. i. magis, ητω. i. minus, αμα. i. simul, referuntur ad aliquid. αυω. i. sursum, δεθεν. i. deorsum, ηδε. i. hic, εκει. i. illic, ενδε. i. hic, παρ. i. procul, εγγυ. i. prope, χαμα. i. seorsum, εφο. i. foris, ενω. i. intus, εναντιω. i. contra, χαμα. i. humi, αφω. i. mox, οθεν. i. unde, ενθα. i. ubi, επεκεινα. i. ultra, ωθεν. i. ultra, μετα. i. in medio, ενθεν. i. unde, ενθα. i. ubi, υπα. i. ubi, referuntur ad ubi. νυν. i. nunc, οτε. i. tunc, αυθις. i. rursum, τεως. i. eousque, ενιχα. i. cum, επετα. i. deinde, σημερον. id est hodie, αυριω. i. cras, παλι. i. rursum, αυθεν. i. protinus, αποθεν. i. postea, παραχαμα. i. mox, ελαφρως. id est subito, αυτη. i. mox, εφε. i. eousque, παρ. i. donec: referuntur ad quando. δρατικως. id est agiler, θεωρητικως. i. speculatiue, τμηθεν. i. secum: referuntur ad facere. παθητικως. id est passiuue, περιποιητικως. i. sicte, referuntur ad pati: συληθεν. i. uniuersim, αθροως. i. acertiatim, αυδη. i. separatim, χαμα. i. seorsum, εφε. i. deinceps, μεθω. i. mixte, referuntur ad positu: απισμω. i. armate, ποικιλικως. i. complexiue, σεφανοφορως. i. cu coronis, διαφω. i. φε. id est cum laurea, referuntur ad habere. Caeteroru horum differentiae melius sunt expendendae.

De coniunctionibus.

Coniunctiones copulatiuae sunt haec quoque, ημν. i. atque, ηδε. i. atque, ετη. i. et, αυτη. i. et, id est at, ητοι. i. siue. Disiunctiua uero & η. i. uel. Causalis autem etiam est εφε. i. ut, ενε. i. ut, ενε. i. ut. Expletive uero haec, νω. que eade & νω. dicuntur: & θω. i. ut, ηδε. i. ut. Aduersatiua uero etiam est, εμπε. i. tamen, & παλι. i. praeterquam, aut nisi. Ac multae quidem eade uarie significat, ut αμα. i. simul: & copulatiue, et ratiocinatiue. γα uero, expletive & diminutiue & causaliter, αυ uero expletive & ratiocinatiue & circumscriptiue, ωτε uero aduersatiue & diminutiue, οτε causaliter & confirmatiue. δε copulatiue & ratiocinatiue & circumscriptiue. Ac de octo quidem orationis partibus quae ad inflexione & formatione pertinent, haec accommodata & sufficienter dicta sint, ut in secundo institutionis uolumine.

Theodori Gazae institutionis grammaticae libri secundi, Des. Erasmo Roterodamo interprete, finis

Guillelmo Lilio ad diuum Paulum Iudi moderatori primario s. d.

Haud aliter mihi uideor affectus in nouam hanc scholam nostram, Lili charissime, quam in unicum filium pater, in quem non solum gaudet uniuersam suam substantiam transfundere, uerum etiam sua uiscera (si liceat) cupit impartiri. Nam ut huic est parum genuisse, nisi eundem diligenti educatione ad bonam frugem prouexerit, ita meo animo non satis est, quod ludum huic institui, hoc est genui, quodque insumpto patrimonio uniuerso, uiuus etiam ac superstes solidam haereditatem cessi, nisi modis omnibus dem operam, ut pijs moribus & bonis literis diligenter educatus, ad maturam frugem adolescat. Proinde libellum hunc de Constructione octo partium orationis ad te mitto, pusillum quidem, sed non pusillum utilitatis allaturum nostrae publi, si diligenter abs te fuerit traditus. Scis in praecipis breuitatem placere Flacco, cuius sententiam & ipse uehementer approbo. Porro si qua praeterea erunt digna cognitu, tuarum partium erit, ut incident in praelegendis autoribus adnotare. Bene uale, domi nostrae.

ERASMVVS ROTERODAMVVS

CANDIDIS VECTORIBVS salutem dicit.

LPSA re comperio uerum esse, quod olim Graecoru prouerbio dictum est, ωνωι ακριβεσ ουδευ εχθεασ δεφφει. Video passim exoriri, mei nominis & quam ipse uelim studiosiores, qui libros mihi asserunt, quos aut non scripsi, aut certe non in hoc scripsi, ut aederentur. Vetus hic mos studioforum hominum, ut omnes animi affectus, chartis ceu fids, ut ait Flaccus, sodalibus committant. Neque protinus euulgari uelimus, quicquid cum amiculo congerrone uel stomachamur, uel nugamur. Aediderunt epigrammata, a me quidem scripta (non inficior) sed non in hoc scripta. Ea (sicuti conijcio) famulus suffuratus typographis uendidit. Alius quispiam ex pauculis paginis hysque deprauatissime scriptis, uelut ex opere aedito, dictu mirum, quam multa citet & inculcet de ratione conscribendaru epistolarum. Et ut de caeteris minutioribus sileam, nuper hunc ποδι σω πεφωσ libellum mihi ueluti postliminio uindicarunt, primitus nullius aeditum titulo. Quarebat Ioannes Coletus, Theologus inter Anglos eximius, nouae scholae suae nouum de constructione libellum, qui simul & compendio pueris commendaretur & perspicuitate. Eum huius iussu scripserat Guillelmus Lilius, uir utriusque literaturae haud uulgariter peritus, & mirus recte instituentis pubis artifex. Absolutum ab illo mihi tradidit, imò obtrusit emendandum. Quid enim facere, cum uir ille rogandi finem non faceret, tam amicus, ut nefas esse ducerem quicquam negare precanti, tanta uero autoritatis, tam de me meritis, ut suo iure quiduis etiam imperare posset Erasmo? Quonia autem sic emendaru, ut plerumque mutarim, nam id mihi uidebam esse facilius, nec Lilius, ut est nimia quadam modestia praeditus, passus est librū suo uulgari nomine, nec ego iudicauit mei candoris esse, usurpare mihi, in quo quicquam esset alienum. Proinde magnopere sum interminatus cuiusuis titulu ascriberent, modo ne meum. Itaque recusante utroque libellus ανωνυμω prodijt. Coleti duntaxat praefatiuncula comendatus. Quem quidem libellum in praesentia, nec laudaturus sum, ne cui uidear arrogantior, nec uituperaturus, ne parum candidus habear. Verum haec praefari uisum est, ne posthac quisquam ut meum amplectatur, quod ipse praefatiuncula mihi non assero. Plus satis erratorum & in hys quae publicantur a nobis, ut nemo alius aedat quae uel non scripsimus, uel non emendauimus. Bene uale lector amice, Basileae III. Kalendas Augusti M. D. XV.

LIBELLVS DE OCTO ORATIONIS PARTIVM CONSTRV

CTIONE, TVM ELEGANS IN PRIMIS, TVM
dilucida breuitate copiosissimus.

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Nominatiuus ante uerbum.



MNE uerbū antecedit nominatiuus agentis seu patientis, eiusdē nu-
meri & personæ, ut Ego doleo. Tu gaudes. Illi rident. Nos fallimur.

APPENDIX I

Prima & secunda persona ferme non explicatur, nisi discretionis
aut Emphasis causa, ut

Nos accusauimus, Vos damnastis. Tu audes ista loqui.

APPENDIX II

Aliquoties orationis pars nominatiui uice ponitur, ut Dolet mi-
hi quod res nō cesserint tibi ex sententia. Item uerbum infinitū, ut Mentiri nō est meum.

APPENDIX III

Cum plures nominatiui ad idem uerbum referuntur, ad hunc ferē modum efferuntur.
Pater & p̄ceptor accersunt te. Ego & tu sumus in tuto. Tu et pater estis in periculo. Ego
ceteriq; cognati periclitamur.

APPENDIX IIII

Quæ per se multitudinem significant, aliquando numero discrepant, ut Pars abiere.

EXCEPTIO I

Excipiunt impersonalia, quæ nullū ante se casum habent. Tedet, piget, poenitet, uiuunt,
statut. Item tanquā impersonalia, ut Lucescit, nocescit, uesperascit, diluxit, pluit, ningit,
grandinat. Quæ exponuntur per uerbū sit, & est. Item hæc, fieri potest ut fallat. Fieri solet,
ferē sit. Male sit. Bene sit. Nam in bene habet, subauditur res.

EXCEPTIO II

Verba infiniti modi pro nominatiuo accusatiuū habent, ut Gaudeo patrem recte uale-
re, id est, gaudeo quod pater recte ualeat.

VTRINQUE NOMINATIVVS

Quædam utrinq; nominandi casum asciscunt, ut deus est summū bonum. Hic nummus
uidetur adulterinus. Aristoteles habetur doctissimus. Perpussilli uocantur Nani.

Et nomina gestus, ut Studes pronus. Dormis supinus. Incedis rectus.

INFINITVM VARIANS

Infinitum quoq; utrinq; nominatiuū habet accedentibus uerbis optandi, ut Petrus stu-
det uideri diues. Malim esse diues q̄ haberi. At quoties accusatiuus antecessit, & sequi-
tur necesse est, ut, Malim me diuitem esse quā haberi. Quædam uarijs modis efferuntur,
ut Non licet Athenis esse probos. Et nō licet esse probis. Lucanus. Tutumq; putauit iam
bonus esse socer. Non uacat esse ægrotum. Non uacat esse ægroto. Non uacat esse ægro-
tus. Quanquam postremum hoc rariū est.

Genitiuus post uerbum.

Ordo I

Sum genitiuum postulat, quoties significat possessionem, ut hæc uestis est patris. Aut
ad aliquid pertinere, ut regum est tueri leges. Prudentis est multa dissimulare. Non est no-
stræ factionis. Non est mearum uirium. Non est huius loci atq; temporis.

APPENDIX

Item hæc duo impersonalia interest & refert, ut, Nō tam interest regis q̄ totius reipub.
Refert omnī, animaduerti in malos

EXCEPTIO

Hos tamen ablatiuos postulant. Mea, tua, sua, nostra, uestra, ut, Minus interest mea q̄
tua. Nostra nihil refert. Quibus interdū adiunguntur & hi genitiui, unius, ipsius, solius. Et
genitiui participiorū, ut, Non tua unius refert, sed nostra omnī. Tua ipsius refert. Tua
solius interest. Mea refert de uita periclitantis.

APPENDIX

APPENDIX

Adduntur & hi genitiui, Tantū, quantū, quāticunq;, tantidem. Nam cætera huiusmodi
adduntur per aduerbiū. Magni tua refert. Minus mea refert quā tua. Maximopere re-
fert. Nihil interest. Plurimum refert.

ÆSTIMANDI

Ordo II

Verba æstimandi genitiuus gaudēt, ut, Parui ducitur probitas. Plurimi fit pecunia. Tan-
ti eris alijs, quanti tibi fueris. Maximi penditur nobilitas. Nihilū uel pro nihilo penditur.
Nihilū uel pro nihilo habentur literæ. Nauci, flocci, pili, huius nō facio. Assis nō facio. Te-
runq; non facio. Singulare est illud. Aequi boni cōsulo, id est, in bonam accipio partem.

VENDENDI

Ordo III

Vendo, Reuendo, Addico, Distraho, Diuendo, Venundo, Veneo, Prosto, Æstimo, In-
dico, Inscribeo, Liceo, Licitor, Loco, Conduco, Emo, Coemo, Redimo, Mercor, Com-
mercior, Constat, Valet.

Hæc uerba hos duntaxat genitiuos exigunt, ut Tan-
ti, quanti, tantidem, quantiuis, quantilibet, quanticunq;, pluris & minoris. Si non ad dan-
tur substantiua. Nam cætera precij uocabula, uel in ablatiui, uel per aduerbiū apponun-
tur, ut, Minoris reuendes q̄ emeris. Pluris conducis q̄ emi poterat. Quanticunq; locabis,
præstiterat uendidisse. Hodie boues pluris licebant q̄ homines. Miror tatas edes tam par-
uo inscriptas. Paulo, Magno, Nimio, Minimo, Plurimo, Vili, duplo, Dimidio reuendes.
Assis emi, Tantidem tibi sum traditurus. Teruncio seu uitiosa nuce non emerim. Nihilū
constat. Percare locauit equū. Carius emitur oleum q̄ uinū. Carissime constat quod pre-
cibus emptū est. Gratis locat ædes. At magno pascit.

APPENDIX

Quin & quibuslibet uerbis, precij nomen aut aduerbiū apponitur ad hanc formam, ut
magno pransi sumus, pluris cœnaturi. Nō minoris docet q̄ talento. Hic magno etiam ta-
cet. Nimio, Minimo, Paulo uiuunt Londini. Care bibit. Sed carius cacat Bassus. Nec sa-
lutat gratis.

ACCUSANDI

Ordo IIII

Verba accusandi, damnandi, absoluenti, & cōsimilia genitiuū asciscunt, qui crimen si-
gnificat, ut Accersitus est capitis. Detulit fratrem. Iacta maiestatis. Postulatus est repetun-
darum, siue de repetundis. Accusauit male gesta rei, male obita legationis. Egit cum nō
uerca iniuriarū. Condemnatus est peculatus. Reū egit parricidij. Damnauit incestus. Hic
furti se alligat. Criminatus est adulterij, cum plagij teneretur. Arguit te mendacij. Reuicit
perituri. Inculat negligentia. Appellatus est ueneficij. Insimulas herum auaritia. Suggil-
las parsimonia. Notas libidinis, seu de libidine. Infamas inscitia. Traductus luxuria. Su-
specum habes perfidia, siue de perfidia. Taxas ambitionis. Calumniaris maleficij. Ad-
monuit me errati. Commonuit promissi. Commonescit te debiti.

Singulare est. Expostulauit mecum de non missis ad se literis.

APPENDIX

Si non fuerit proprium criminis nomē, apponitur ablatiuus addita ferē præpositione,
ut, Vtrum ambitus accusas, an sacrilegij, an utroq;, siue de utroq;. De plurimis simul ac-
cusaris.

MISERET

Ordo V

Miseret, miserescit me tui. Piget te laboris. Multos uita tædet. Non te pudet uanitatis.
Nostrum nosmet poenitet. Hæc genitiuum habent cum accusatiuo, nisi dicamus, Pu-
ditum est consilij. Misertum est uirginis. Pertæsum est coniugij.

APPENDIX

Sed impersonalibus loco genitiui, potest addi uerbum infinitū, ut Tedet me uita. Te-
det me uiuere. Piget militiæ. Piget militare.

VARIANTIA QVAEDAM

Ordo VI

Hæc uariam habent constructionem. Misereor tui uel tibi. Meminit tui uel de te, id est,
mentionem fecit. Memini pro recordor plerunq; accusatiuo, iungitur. Obluiscor, recor-
dor, Reminiscor, Recolo tui uel te. Venit in mentē eius dies, id est, recordor. Vel, uenit in
mentem ille dies. Potitus est rerum, id est, uicit. Et potitus est amica, id est, affectus est.
Eget tui uel te. Indiget auxiliij uel auxilio.

SIGNIFICANTIA aliquid fieri in loco.

Ordo VII

Omne uerbum admittit genitiuū proprii nominis significantis locum, in quo fit actio,
ut Vixit Roma, Studuit Oxonia. Natus est Londini.

Pro proprijs usurpantur hæc appellatiua, humi, domi, militiæ, belli, ut, Iacet humi. Do-
mi belliq; simul utrimus. Domi mea, nostra, tua, sua, uestra, aliene. Nec alia admittit ad-
iectiua

iectura. Nam domi paterna, nō recte dicitur, sed in domo paterna. Ruri in datiuo, siue rure in ablatiuo, uerbis iisdem adiungitur. Ruri educatus est.

EXCEPTIO

Si tamen fuerint pluralis duntaxat numeri, aut tertiæ declinationis, in ablatiuo ponuntur. ut. Nupit Athenis. Militauit Carthagine. In frequens est his addere præpositionem. Cum essem in Mediolano, quæ semper additur nominibus locorum maiorum, & appellatiuis. Cum essem in Italia. Cum agerem in suburbano.

DATIUVS POST VERBUM. Ordo I

Quoduis uerbum acquisitiue positū exigit datiuum, ut, Nō omnibus dormio. Huic habeo non tibi. Mihi istic nec feritur, nec metitur. Mihi peccat, si quid peccat. Omnibus sapit, sibi uni nō sapit.

ACQUISITIVA Ordo II

Præcipue tamen huius ordinis sunt, quæ cōmodum aut incommodum significant. ut, Do mutuo seu mutuuum, Do cōmodo. Mutuo, Fœnero. Largior. Confero tibi, & confero in te. Præstare pro dare, pro exhibere, ut præstare fidē, præstare pacia. Dono tibi hoc munus, & dono te hoc munere. Impartiam tibi fortunas meas, & impartiam te fortunis meis. Asperit tibi labem, & asperit te labe. Instrauit equo penulā, & instrauit equum penula. Debet tibi uitam. Suam eruditionem tibi acceptā fert. Satisfacio, soluo, resoluo, rescribo, renumero. Numero pro soluo, remetior, pendo, rependo. Refero, repono pro redo, respōdeo pro satisfacio. Nunq̄ tuis meritis est responurus. Commodo pro profum. Incommodo pro noceo. Non potest mihi nec cōmodare, nec incōmodare. Optulor, Prosum. Auxilior, Suppedito, pro subministro, suggero. Succurro, Subuenio, Admniculor, Patrocinator, Suffragor, Adsum, Fauo. Bene uolo, Bene cupio. Medeor tibi, & medebor tuo dolori. Medicor te uel tibi. Conducit, confert tibi, id est, utile est. Conducit huic rei, si ue conducit ad hanc rem. Consulo tibi. Do consiliū. Consule rebus tuis, id est, prospice. Consulit me, id est, consiliū à me petis. Sibi cauit. Metuo, timeo, formido tibi, id est, sum sollicitus pro te. Metuo te, id est, timeo ne mihi noceas. Coniungitur uterq; casus. Omnia tibi timeo, quæ solent pusillis accidere.

IMPERANDI ET NVNCIANDI Ordo III

Ad hæc quæ imperandi & nunciandi significationem habent. ut, Iubeo te abire, iubeo tibi ut abeas. Impero, præcipio. Præeo, ut iudicibus præire conatur. Præscribere leges uicis. Dicta mihi iusiurandum. Edico tibi miles, mando, cōmitto. Delegauit mihi suam uicem. Indixit mihi bellum. Designa, constitue, præstitue, condicito, præfige mihi diem ac locum. Tempero tibi & te, id est, rego. Moderatur animo, ira, & moderatur principem.

NVNCIANDI

Dico tibi. Scribo tibi & ad te. Loquor. Recēceo, narro, expono, explano, explico. Aperto, indico, demonstro, cōmōstro. Refero, id est, narro. Retulit ad senatū, id est, proposuit in senatu.

OBSEQUII ET REPVGNANTIAE Ordo IIII

Quæ ad obsequium siue repugnantiam pertinent, ut Morigeror, morem gero. Obsequor, obsecundo, obseruio. Seruire tempori. Inseruit suis cōmodis. Subseruio, Supparator, Ancillor, Assentor, Adulor, Palpor, Obedio, Milito, Pareo. Ausculto tibi, id est, obedio. Ausculto te, id est, audio. Audiens dicto. Obtempero, Cedo, Concedo. Consentio tibi siue tecum. Assentio siue assentior tibi. Dissentio tibi siue abs te. Subscribo tuo iudicio. Suffragor, Assipulor, Accedo tibi siue tuæ sententiæ, id est, approbo. Hoc accessit meis malis siue ad mea mala, id est, additū est. Accedit huic, Accedit his, & Accedit ad hæc. Conuenit mihi tecum. Constat hoc nobis, siue inter nos.

Repugnantie, ut, Refragor, Obstō, Obstito, Obstrepo, Resisto, Repugno, Reluctor, Reclamo, Officio, Occurro, Obuiam eo, Obuiam factus est mihi. Aduerfor, diffideo tibi siue tecum. Contendo tibi siue tecum. Hoc abs te cōtendo, id est, uehementer peto. Certat illi siue cum illo. Noli pugnare duob, græce magis q̄ latine dixit Catullus, pro cū duobus.

RELATIVA Ordo V

Verba quæ relationem & respectum habent ad aliquid, ut, Quæ huic est coniunx, tibi nurus est. Platonis corpus est uox, id est, iuxta Platonis sententiā. Aristoteli spōgia sententiæ.

RELATIVA PER COMPOSITIONEM.

Huiusmodi formæ sunt composita cum his præpositionibus præ, ad, con, sub, ante, post, ob, in & inter.

PRÆ

Ego meis præluxi maioribus. Præpollet omnibus. Prænitet, præminet, præstat omnibus siue omnes. Præcellit omnibus uel omnes. Præbabit mihi. Præripuit illi. Præeo pro uinco, præcedo, præcurro, præuerto, præuenio accusatiuum exigunt.

AD

Admolitus est illi manum. Accubuit, affedit mihi. Aduolutus est genibus. Arrisit manui. Affinxit probam orationem uiro improbo. Appressit pectori codicem. Adegit gladium pectori. Adhareo, adhærescit, adlubescit. Admouit boui stimulos. Adiecit agropo. Affulsit mihi spes. Acclamabant dicenti.

CON

Coniuxit nobis, Cōmigravit huic uicinia. Commori tibi cupio, siue tecum. Colludo tibi, uel tecum.

SUB

Subiacent fortuna. Succedo. Subicio. Subest. Subolet patri.

ANTE

Antestat, Antepono, Antefero te omnibus. Antecedit, Anteuertit, Antecellit omnibus uel omnes. Anteco te, non tibi.

POST

Posthabeo, postpono famam pecuniæ.

OB

Obgannit nobis, occinat, obturbat. Oppono, obijcio, oppedo, obmurmuro.

IN

Indormis facris. Inuigilas chartis. Immoraris, immoreris, insudas studijs. Infides saxo. Illudo tibi. Insulto. Inniteris arundini. Nitor quoq; simplex. Nititur suis uiribus, Imminet capiti. Impendet omnibus periculum. Incesit mihi cupiditas. Inest illi uel in illo. Incidit mihi lis cum nebulone.

INTER

Intermiscet uera falsis, Interferit. Interijcit. Interfuit conuiuio. Interuenit colloquio.

CONTINGENTIAE

Contingit mihi, Accidit, euenit, usu uenit, obtigit, celsit, suecessit, obuenit, uertit, cecidit.

CONFITENDI, POLLICENDI

Fido, confido, credo, fidem habeo, fidem factō, fidem dō, Polliceor, Spōdeo, Nubo. Item hæc, Liquet, uacat, placet, displicet, dolet, licet, Succenseo, indignor, minor.

DATIUI ADVERBIALES. APPENDIX.

Adduntur & hi datiu aduerbiales. Tempori surgendum. Vesperu uenit. Luci occidit hominem. Verbis aliquoties datiuus festiuitatis, id est, iucunditatis gratia adiungitur. Suo sibi hunc iugulo gladio.

EST PRO HABEO

Est tibi mater. Nō est tibi quod agas. Et intercedit mihi cum illo familiaritas.

GEMINI DATIUI

Non sit tibi cura. An id sibi studio habet. Hoc tu tibi laudi ducis. Speras tibi laudi fore, quod mihi uitio uertis. Dedit mihi uestem pignori, dono mutuo. Dedit mihi pecuniā

ACCVSATIVVS POST VERBUM.

Ordo I

Verba transitua cuiuscunq; generis exigunt accusatiuum significatē id quod patitur, ut Saluta patrem. Numeras harenam. Bibis uinū. Loqueris mendaciū. Osculatur uxorem. Tedet, Piget, Pudet, Poenitet, miseret me tui. Decet te. Non decet senem. Deducet uirginem impudentia. Antiqui dicebant &, decet tibi.

DVO ACCVSATIVI.

Sunt quæ geminum admittunt accusatiuum, ut. Docuit me literas. Dedocebo te istos mores. Poposcit me mutuuum. Rogat. Orat. Flagitat, exorat te ueniam. Postulo, flagito, peto abs te hanc rem, frequētius q̄ te, sine præpositione. Exuo, induo, uestio, calceo, cingo, posteriorē, hoc est accusatiuum rei sepius mutat in ablatiuū. Exuit se chlamydem siue chlamyde. Accinxit se gladio.

ACCVSATIVVS REI ET PERSONAE.

Quædam utrumuis admittunt, rei seu personæ, ut, Vicit te, & uicit litem. Excusat

se, & excusat ualitudinem. Accusat te, & accusat tuam negligentiam.

MOTVS AD LOCVM.

Ordo II

Quæ significant motum ad locum aliquem, accusatiuum postulant nominis proprii
citra præpositionem. Eo Romam. Rediit Athenas. Nauigauit Carthaginem. Item hæc.
Confero me domum. Recipio me rus. Nam appellatiuis, siue maiorum locorum uocabu-
lis ferè præpositio additur. Profectus est in Hispaniam. Reuersus est in prouinciam.
Abiit in forum.

SPATIUM TEMPORIS.

Ordo III

Quibuslibet uerbis apponitur accusatiuus significans spacium temporis. Potauit to-
tam noctem. Hic totum defedi diem. Viginti annos natus est. Jam seculum te operimur.
Quanquam hic aliquoties in ablatiuum uertitur, ut. Commoratus est apud nos tribus ho-
ris, seu tres horas.

APPENDIX

At quoties non spatium, sed species temporis significatur, ablatiuus tantum apponi-
tur, ut. Nocte uigilas. Luce dormis. Aestate domi desides. Hyeme nauigas. Superiori-
bus diebus ad te scripsi. Anno proximo te uisam. Significatur autem species, cum inter-
rogatio fit per quando ut, Quando uenies? Hora tertia. Spatium uero, cum fit interroga-
tio per quandiu, ut. Quandiu uigilasti? Duas horas.

SPATIUM LOCI

Ordo IIII

Quibusdam & loci spacium eodem modo apponitur. Iam mille passus processerant.
Patet in longum quingenta stadia. Latum culmum. Latum unguem. Latum digitum. Pe-
dem hinc ne discesseris. Abest ab urbe sesquimilliarium. Quanquam hic quoque nonnun-
quam uertitur in ablatiuum. Abest a continenti quingentis passuum milibus.

RECIPROCVS ACCVSATIVVS

Ordo V

Quodlibet uerbum quantumuis intransitiuum admittit accusatiuum nominis signi-
ficantis eundem actum, ut. Quam hic uitam uiuisti? Endymionis somnum dormis. Huius
generis sunt illa. Longum nauigauit iter. Hæc scio mea solide solum gauisurum gaudia.

ACCVSATIVVS PER FIGVRAM

Item illa, Resipit, sapit adustionem. Olet lucernam, hircum, Olet unguenta. Spirat Ita-
liam. Vox non sonat hominem. Vineta crepat mera. Viuunt bacchanalia. Viuit Cyni-
cum. Et quæ ponuntur aduerbiorum loco. Furit indomitum. Dulce sonat. Toruum
tuetur, id est, indomite, dulciter, torue.

ABLATIVVS POST VERBUM

Ordo I

Quoduis uerbum admittit ablatiuum significantem qualecunque instrumentum aut
modum actionis. Exemplum instrumenti. Perijt me saxo. Cecidit loris. Enecas odio.
Refellis argumentis. Vincit sapientia. Conciliauit humanitate multos. Concordia res
parua crescunt, discordia maxima dilabuntur, id est, per discordiam. Exemplum mo-
di. Mira celeritate rem peregit. Summa eloquentia causam egit. Hic tamen apponitur
aliquoties præpositio cum. Summa cum humanitate tractauit hominem. Nam instru-
mentis non apponitur, non enim recte dicitur, Scribit cum calamo.

APPENDIX

His finitima sint quæ ad Synecdochen pertinent. Aegrotat animo magis quam corpo-
re. Discruciat animo. Candet dentibus, Rubet capillis, id est, secundum animum, cor-
pus, capillos. Poeta dicunt per accusatiuum. Languet animum. Rubet faciem. Canet
capillos.

COMPARATIVA

Ordo II

Quæ uim obtinent comparationis, admittunt ablatiuum significantem mensuram.
Multo præstat cauere quam admittere. Multis, infinitis partibus te uincit. Duplo supe-
rat. Nimio excellit, antecellit.

MOTVS A LOCO

Ordo III

Quæ significant motum a loco, siue per locum, eadem nomina admittunt in ablatiuo, quæ
in genitiuo

in genitiuo apponebatur, cum significabatur quies in loco. Discessit Londino. Rure re-
uersus est. Louanio sum facturus iter. Apponitur semper præpositio per, appellatiuis re-
gionum nominibus. Per forum ibis. Per Italiam eundem est Greciam petenti.

Adduntur & hi ablatiui aduerbiales. Hæc eundem est, illac, istac. Quæ pro aliqua par-
te seu uia, si quæ licet effugere. Et relatiue. Quæ spectat Aegyptum.

ABLATIVVS ABSOLVTVS.

Ordo IIII

Quibuslibet uerbis additur ablatiuus absolute sumptus, Me dormiente tu bibis. Hoc
me uiuo non facies. Hæc fiunt te rege, te consule, te pontifice. Te impulsore feci. Lilio
præceptore, tantus hic euasit.

IMPLENDI, ONERANDI.

Ordo V

Verba implendi, onerandi, et his diuersa, ut, Satio, Saturo, Expleo te fabulis. Ingurgi-
tauit se cibo. Obruit se uino. Oneras stomachum cibo. Leuabo te hoc onere. Exonerabo
te nummis. Nudauit, exiuit, spoliavit me bonis omnibus. Emunxit fenese argento.

PROSEQVOR, AFFICIO

Ordo VI

Item prosequor & afficio, ut, Afficit me iniuria, damno, honore. Prosequor te odio,
amore, beneuolentia. Pluit lapidibus, Lacte, Sanguine, siue lapides, lac, sanguinem.

MEREOR BENE SEV MALE.

Ordo VII

Bene mereor & male, peius, melius, optime, pessime, interueniente præpositione asci-
scunt auferendi casum. Optime de literis meritis es. De me nihil est meritis, neque bene,
neque male.

PASSIVA

Ordo VIII

Passiuis additur ablatiuus agētis, sed accedente præpositione a uel ab, ut, Rideris ab o-
mnibus. Additur aliquando datiuus absque præpositione. Amaris omnibus, uel ab omnibus.
Accusatiuus patientis uertitur in nominatiuum. Pater castigat filium. Filius castigatur
a patre. Cæteri casus ferè omnes manent in passiuis qui fuerant actiuorum. Doceris a me
grammaticam. Accusaberis furti. Haberis ludibrio. Priuaberis magistratu. Quæ per se
passiua uocantur, construuntur quemadmodum & illa, Veniit a domino. Vapulabis a
præceptore. Quid fiet ab illo?

VESCOR ET CAETERA.

Ordo IX

Vescor carnibus. Hic uicitur lacte. Vtor homine familiariter. Inuenitur et Vtor hanc
rem, & Abutor operam. Fruor tuo conspectu. Et tuo fretus auxilio. De potior dictum est.
Fungitur magistratu. Defunctus est uita.

APPENDIX I

Præpositio subaudita facit, ut ablatiuus recte addatur. Habeo te loco parētis. Est mihi
uice filij, id est, in loco, in uice. Apparuit illi humana facie. Discessit magistratu.

INFINITA APPENDIX II

Quibusdam familiariter adduntur uerba infinita. Solet, debet, coepit, optat, gaudet lau-
dari. Amat uideri diues. Studet metui. Nā figurate ponuntur, ut a nullo pendeat. Hæc cū
ne fieri flagitia? Et uenari pro uenabatur.

Diuersi casus eidem additi uerbo.

APPENDIX

Nihil uetat quo minus eidem uerbo diuersi casus apponantur diuersæ rationis. Dedit
mihi uestem hanc pignori, te præsentem propria manu. Nam uestem, additur tanquā tran-
sitiuo. Mihi, tanquam acquisitiuo. Pignori, ex eorum est forma, quæ resoluuntur per ad,
uel in, præpositionem, id est, in pignus. Te præsentem, ablatiuus est absolutus, Manu, instru-
mentalis.

GERUNDIA

Gerundia omnia eosdē ferme casus admittunt post se quos habent uerba a quibus de-
ducuntur, ut, Ad discendum literas. Ad scribendum tibi. Ad fruendum amico.

IN DI

Gerundia in di ante se habent hæc nomina, gratia, causa, prætextu, occasione, titulo,
ocium, facultas, licentia, ars, aut simile nomen substantiuum, ut Veni huc causa uisendi
te. Non erat copia conueniendi hominem. Ars dicendi. Nonnunquam præcedit adie-
ctiuum. Cupidus uisendi te. Gnarus bellandi. Peritus medicandi. Certus eundi. Imperitus
nauigandi.

IN DVM

Gerundijs in dum præponitur præpositio ad, uel inter. Ad colloquendum tecum. Inter
cenandum, hoc mihi uenit in mentem. Reperitur & ante damnandum. Cum significa-

Tom. I

n 2

mus

mus necessitatem, sine præpositione usurpantur, addito substantiuo uerbo. Vigilandum est ei, qui cupiat uincere.

IN DO

Gerundia in do, pendent à præpositione. In uel ab, siue dictione quæ requirit ablatiuum, ut. In consultando locus est eloquentiæ. In pugnando uiribus est opus. Reuersus à uenando, siue à uenatu. Tacendo refellis, id est, tacens refellis. Scribendo discas scribere. Romanus sedendo uincit.

GERUNDIA NOMINA

Vertuntur gerundia in nomina adiectiua, ut, Causa uisendi te, & causa uisendi tui. Ad discendum literas, & ad discendas literas. Legendo libros doctus euades. Et legendis libris doctus euades.

SUPINA IN TVM

Prima supina sequuntur uerbum, significans motum ad locum, ut: Abijt piscatum, id est, ad piscandum. Admittunt post se eosdem casus quos uerba ipsorum.

ABSOLVTE POSITA

Ponuntur & absolute cum uerbo est. Pugnatum est. Actum est. Dormitum est. Cessatum est factis.

SUPINA IN TV

Supina in tu passiuæ significationis ferme sunt, Adherent nominibus adiectiuis, ut, Turpe dictu. Mirabile uisu. Difficile creditu. Procliue factu, id est, ad faciendum. Nam in his, Surgit cubitu, redit uenatu, nomina potius censenda sunt quam gerundia.

DE PARTICIPIIS

Participia sequuntur constructionem uerborum à quibus deriuantur. Donaturus tibi uestem. Donaturus te ueste. Consulens tibi. Fruiturus te. Diligendus ab omnibus. Quanquam in his uisatiuor est datiuus. Diligendus omnibus.

PARTICIPA FACTA NOMINA

Cum transeunt in naturam nominum genitiuum postulant, ut Amans uini, Fugitans litium. Cupiens tui. Sitiens auri. Peritus belli. Et sine casu, ut, Vir potes, eloquens. Tunc & comparationem accipiunt more nominum in ens uel in tus delinentia. Cupientior famæ quam auri. Cupientissimus tui. Nulli desyderator quæ mihi, Desideratissimus patriæ.

PARTICIPA FACTA NOMINA COMPOSITIONE

Quæ compositione fiunt nomina genitiuum asciscunt. Indoctus pilæ. Inexpertus belli. Quanquam & horum simplicia simili modo usurpantur.

DE NOMINIBVS VERBALIBVS

Ordo I

Omnia ferè uerbalia genitiuum admittunt, qui uerbis erat accusatiuus, ut. Colo agrum. Cultor, cultrix agri, cultura agri. Bibo uinum. Bibax uini. Cupio laudem. Cupidus laudis. Item quæ sunt affinia his, ut Aquarus laudis. Ignarus omnium. Studiosus tui. Securus amorum.

IN BILIS

Ordo II

Verbalia in bilis accepta passiuæ, datiuo gaudent, ut participia in dus. Flebilis formidabilis omnibus, id est, flendus formidandus omnibus.

GENITIVVS ADDITVS NOMINI

Ordo I

Nomina substantiua quæ significant possessorem, mensuram, siue numerum, aut relationem ad aliquid, genitiuum exigunt, ut. Arma Achillis. Cyathus uini. Modius tritici. Vncia auri. Vna panni. Vxor Petri. Comes Vlysis. Mille nummum. Duo milia pedum. Par calciamentorum. Iugum aquilarum. Tres decades quaestionum. Amicus patris. Princeps patriæ. Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum, accedente uerbo est, ut. Hic est tibi pater, huic focer, illi consul.

ATTRIBVTIVA

Ordo II

Cum significatur aliquid inesse, siue adesse cuiusdam quod ad laudem, seu uituperium pertinet, tripartita efferimus. Puer bonæ indolis. Vir maximi nasi. Puer bona indole. Vir maximo naso. Puer bonus indole. Vir maximus naso. Et indolē, poetice. Et nasum, poetice.

SPECIES ET GENVS.

Ordo III

Species subijcitur generi in genitiuo, siue in eodem casu per appositionem. Nomen Catonis in te non quadrat. Crimē laesæ maiestatis. Cum essemus in terra Italiæ, siue Italia. In urbe Romæ, siue Roma.

SVBSTANTIVE POSITA

Ordo IIII

Quædam adiectiua substantiue posita genitiuum admittunt, ut. Multum lucri. Paulum pecuniæ. Quid habes negocij? Quantū habebis pecuniæ, tantūdem habebis fidei. Plurimū uini. Minimū aquæ. Itē pronomina quædam. Hoc negocij. Id operis. Quid illud malit?

APPOSITIO

In summa quoties substantiuum, quacumq; ratione refertur ad alterū substantiuum, additur in genitiuo, nisi addatur appositue. Nam tum satis est, si concordet in casu, etiam si numero & genere dissideat. Abstulisti Maronem meas delicias.

DE ADIECTIUIS ET SVBSTANTIUIS

Adiectiua, nomina, participia, pronomina concordant cum suis substantiuis in numero, genere & casu, ut. Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt. Istam fortunā tui mores promeruerunt.

ADIVNCTIO

Cum plura substantiua, diuersi etiam numeri ac generis, ad unum adiectiuū referuntur, his ferme modis efferri solent. Gloria non est expetenda, neq; diuitiæ, ut in medio ponas ad quod referuntur partes. Non est expetenda gloria, neq; diuitiæ, ut præponatur. Gloria & diuitiæ non sunt expetendæ, ut postpositum conueniat cum proximo. Gloria, diuitiæ, genus, non sunt expetendæ, ut subaudias ista, idq; neutro genere.

RELATIVA

Relatiuum Qui, conuenit cum antecedente in numero & genere. Placuerunt literæ quas ad me dedisti. Nisi figurate loquamur. Quas ad me dedisti literas magnopere placuerunt.

COMPARATIVA

Ordo V

Comparatiua & superlatiua genitiuum exigunt, ut. Sum minor fratrum, de duobus. Sum minimus fratrum, de pluribus. Et cum exponitur per inter. Inter fratres, uel ex fratribus. Nam comparatiua cum exponuntur per quæ ablatiuum asciscunt. Præstantior te. Eloquentior omnibus præterquā Cicerone, id est, quæ Cicero. Additur & alter ablatiuus significans modū excellus. Est maior te quatuor annis. Digito lato te procerior. Multo potior. Multo & longe apponuntur et superlatiuis. Multo omnium doctissimus. Longe pessimus omnium.

DISTRIBUTIVA ET PARTITIVA

Ordo VI

Item, nomina partitiua, aut partitiue posita, uelut quisq; quisq; quicunq; quidam, quis interrogatiuū, & quis pro aliquis. Aliquis, uterq; neuter, uteruis, utercumq; nemo, nullus, solus, unus, medius. Quisq; huius nationis. Vnumquodq; animantium. Prouocat finumquemlibet uestrum. Vtrum horum. maius accipe. Exponuntur per inter, uel ex. Vnus omnium, id est, solus omnium. Medius duorum, id est, inter duos. Et dimidiū animæ. Itē, Alter, Alterius. & his æquipollētia pronomina hic & ille, & aduerbiū partim.

APPENDIX I

Quanquam in his genitiuus significans totum, in alium casum sæpe uertitur. Quis hominum uidit? Neuter Catonum. Et neuter Cato. Et quis homo uidit? Animantium uel animantia; alia sunt uolatilia, alia reptilia.

APPENDIX II

Ad hanc formam pertinent, Quotus, quotusquisq; ordinem significantia numeralia, ut, Quotus eras conuiuatium seu conuiua? Quotus regum Romanorum, id est, inter reges. Sapientum octauus. Quanquam in hoc postremo, nō tam ordinem significat quam numerum simpliciter, ut in illo. Dic quotus esse uelis.

DATIUVS POST NOMEN COMMODI ET INCOMMUDI

Ordo I

Adiectiua quæ commodū aut incommodum significant aut relationē ad aliquid, datiuum exigunt, ut. Rem mihi per molestā, mihi iucundā, tibi perniciosā, mihi salutarem.

RELATIVA

Aptus, Accommodus, Idoneus, Utilis, ut, Inutilis bello siue ad bellum. Natus gloriæ & ad gloriam. Obnoxius illi, Amicus huic & huic. Similis, dissimilis huic et huic. Diuersus huic uel ab hoc. Affinis, cognatus huic uel huic. Nam cum huiusmodi substantiue capiuntur, genitiuo magis gaudent.

ACCUSATIVVS POST NOMEN, SPATII MENSURA

Ordo I

Quæ certum magnitudinis modum significant, accusatiuum admittunt, ut, Longus, Latus, Altus, Crassus. Turris alta trecentos pedes. Liber crassus tres digitos, siue trium digitorum crassitudine, & ducentorum pedum altitudine.

CIRCUMPOSITIONIS VIS

Ordo II

Quædam per circumlocutionem accusatiuum admittunt, ut, Non sum id nefcius, id est, non ignoro. Cuius generis sunt & illa. Eius rei mihi uenit in mentem, id est, recordatus sum. Et id mihi anus indicium fecit, id est, indicauit. Et opus est mihi hac re.

ABLATIVVS POST NOMEN

Ordo III

Dignus & indignus, ablatiuum asciscunt. Dignus honore. Dignū est illo. Dicimus tamen, Dignus ut honoretur. Dignus quæ omnes honoret, Et dignus honorari ab omnibus. Item, Vacuus, Onustus. Vacuus curis, Onustus diuitijs. Pauper, Diues, Plenus. Inanis, etiam genitiuum admittunt.

PRONOMINVM CONSTRUCTIO GENITIVI PRIMITIIVORVM

Mei, Tui, Sui, Nostrī, Vestri, genitiui primitiuorū ponuntur cum passio significatur. Nam cū actio, additur possessiua, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, ut, Læguet desiderio tui, nempe quo tu desideraris. Fauet desiderio tuo, quo tu desideras. Item pars tua, quæ tibi debetur. Pars tui, id est, manus aut pes, corpus, animus. Imago tua, quæ tu possides. Imago tui, quæ te representat. Aliquoties utrūq; cōiungitur, ut Nostra tui memoria, id est, quam nos de te habemus.

POSSESSIVA PRONOMINA

Possessiua adiectiua sunt, et non recusant aliquādo genitiuum, ut, Mea ipsius causa. Tua solius, unius. Meos flentis oculos.

NOSTRVM ET VESTRVM

Nostrum & Vestrū, genitiui plurales gaudent nominibus distributiuis, aut partitiuis, ut, Nemo uestrū. Vnusquisq; nostrum, id est, ex nobis. Item, Comparatiuis & superlatiuis, ut, Maior uestrum, Maximus natu nostrum.

RECIPROCA

Sui, Sibi, Suus, a-um, non nisi reciproce ponuntur, hoc est ut reflectantur ad id, quod præcessit in eadem orationis parte, aut annexa per copulam. Ille sibi placet. Petrus odit suos. Orat, ut suo faueas filio.

DEMONSTRATIVA

Demonstratiua, cum substantiue ponuntur, admittunt genitiuum, ut dictum est, ut, Hoc noctis. Idem temporis. Illud accessit mali.

IDEM CVM DATIVO

Idem datiuū adiungit, uel ablatiuum interueniente præpositione. Idem facit occidens, id est, quod occidens. Idem huic, aut idem cum hoc.

NOMINATIVVS POST ADVERBIVM

En & ecce demonstrātis, nominatiuo seu accusatiuo iungitur. En quatuor aras. Ecce rem. En lupus in fabula. En exprobrātis, accusatiuo gaudet. En animum & mentem.

GENITIVVS POST ADVERBIVM

Ordo I

Superlatiua genitiuum exigunt. Pessime omnium dixit. Qui omnium optime fecit.

ADVERBIA LOCI AC TEMPORIS

Ordo II

Adduntur aduerbijs loci ac temporis genitiui ferme hi, Vbi genitiui. Eo impudētia uentum est. Quo terrarum. Nusquā gentium. Hucine rerum uenimus? Vbiuis, quouis terrarum, Eo loci redacta est, Tunc temporis. Nam minime gentium monadicon est, genitiuo festiuitatis causa addito.

PRIDIE POSTRIDIE

Ordo III

Pridie calendarum, siue calendarum. Postridie eius diei. Postridie quā discesseras. Postridie quā uenires.

INSTAR

Ordo IIII

Instar montis. Instar pecudis. Item parum, multum, satis, abunde uini, uice nominum poni uidentur.

Datiuus

DATIUVS POST ADVERBIVM

Quædam datiuum admittunt nominum, unde deducta sunt. Venite obuiam illi. Nam obuius illi dicitur. Canit similiter huic. Nam similis huic. Et sibi inuuliter. Sedet proxime illi. Propinquius tibi fedet quā mihi.

ACCUSATIVVS POST ADVERBIVM

Sunt quæ accusandi casum admittunt præpositionis, unde sunt profecta. Propius urbem, & proxime castra.

ABLATIVVS POST ADVERBIVM

Ordo I

Quæ comparantur, constructionē habent comparatiuorum nominū, ut, Accessi propius te, id est, quā tu. Melius te dicit, id est, quā tu. Plus quingētis colaphis, & plus milies.

PROCVL, &c.

Ordo II

Procul dubio, & procul ab urbe. Clam patre. Palam omnibus. Coram omnibus.

ADVERBII CONSTRUCTIO

Ordo I

Hic, Illuc, Ilic, Intus, Alibi, Vbi, Vbiq;, Vbicunq;, Vbilibet. Vbiuis, Alicubi, Necubi, Sicubi, Ibi, Inibi, Ibidem referuntur ad quietem in loco.

HVC ILLVC, &c.

Ordo II

Huc, Illuc, Istuc, Intro, Alio, Aliquò, Nequo, Siquo, Eo, Eodem, Quolibet, Quouis, Quocunq;, Foras, Horsum, Alorsum, Dextrorsum, Sinistrorsum, Sursum, Deorsum, Vtroq;, Neutro, Quoquouersum. referuntur ad motionē in locum.

HINC, ILLINC, &c.

Ordo III

Hinc, Illinc, Istinc, Aliunde, Alicunde, Sicunde, Necunde, Indidem, Vnde, Vndelibet, Vndeuis, Vndecunq;, Vtrinq;, referuntur ad motum e loco.

HAC ILLAC, &c.

Ordo IIII

Hac, illac, Istac, Alia, Aliqua, Qua, Siqua, Nequa, referuntur ad motionem per locum.

VARIANTIA

Hæc uariant. Foris cœnat, & foris uenit, Peregre uiuit, Peregre redijt, Peregre abiijt. Nusquam apparet. Nusquam discedet.

Quibus modis uerborum, quæ congruant aduerbia.

VBI. POST QUAM. CVM.

Vbi, Postquam, Cum, aduerbia temporis, interdum indicatiuis, interdum subiunctiuis uerbis apponuntur, ut, Cum aderit, & cum uenerit.

SIMVL, &c.

Simul, simulac, simulatq; magis gaudent subiunctiuis, ut, Simulatq; adoleuerit ætas.

VT

Vt, pro postquam, indicatiuo gaudet adiungi. Vt uentum est in urbem.

QUEMADMODVM, &c.

Quemadmodum, Vt, Vtqunq;, Sicut, Vtrunq; modum admittunt, ut salutabis, ita res salutaberis, ut sementem feceris, ita metes.

QUASI, &c.

Quasi, Ceu, Tanquam, Perinde ac si. Haud secus ac si, cum propriū habent uerbum, subiunctiuis gaudent apponi. Tanquam feceris ipse aliquid. Quasi non norimus inter nos. Alias copulant consimiles casus. Noui hominē tanq; te. Arridet mihi quasi amico.

NE NON,

Ne prohibentis uel imperatiuis uel subiunctiuis additur. Ne nega. Ne dixeris. Non, uerbis imperatiuis non recte apponitur.

NE, AN, NUM.

Ne cum est interrogantis, indicatiuum amat. Superest ne, & uescitur aurā. Similiter & An & Num. At eadem cum accipiuntur dubitatiue, siue indefinite, subiunctiuum postulant. Vise num redierit. Nihil refert, feceris ne, an persuaseris.

PENE, ET SIMILIA

Pene, Prope, Propemodū, Tāūnon, Modonon, unico uerbo seu alia dictione cōtēta sūt.

Propemodū infaniebat. Tantū non infaniebat. Modonon montes auri pollicebatur.

ADVERBIUM RELATIVUM NON AD VERBUM

Aduerbiū aliquoties refertur non ad uerbum, sed aliam orationis partē. Homo egregie impudens. Ne parum sis leno. Admodum puella. Admodum anus. Aliquoties ad uerbiū adhæret aduerbio. Non admodum pulchre. Parum laute.

QUANQUAM ET SIMILIA

Quanquā, Tamen, Et, Etiam, frequentius adiungūtur indicatiuis. Quamuis & licet subiunctiuis. Etiam cum utriusq; cohæret. Vt, pro quibus, semper subiunctiuū flagitat. Serui ut taceant, iumenta loquentur. Aliquoties ad aliam orationis partem refertur non ad uerbum. Complectitur hominē, quibus male uolentē, etiam si pessime de se meritum.

NISI CVM SIMILIBVS

Ni, nisi. Si, Si quidem, quod, quia, & indicatiuis & subiunctiuis adhærent. Ni facies. Nisi feceris. Quod bene uales gaudeo. Quod redieris incolumis gaudeo. Non quia sic merui. Non quia sit pauper, sed quod sit improbus.

QUANDO, &C.

Quando & Quandoquidem, quatenus, indicatiuum exigunt. Et frequenter sequuntur casum, cum reliquæ huius ordinis frequentius præcedant. Quoniam mihi non credis, ipse facito periculum. Ipse periculum facito, quoniam mihi non credis.

QUIPPE

Quippe item cum propriū habet uerbum. Danda est huic uenia, quippe ægrotat.

QUIPPE QUI, UT QUI

Si addideris qui, utrunq; admittit modū. Vt qui plerūq; subiunctiuis adhæret. Nō est huic habenda fides, quippe qui bis iam peieraueris, siue peierarit. Vt qui peierarit.

QUI

Qui cum habet uim causalem, semper adhæret subiunctiuo. Stultus es qui huic credis, id est, quod uel quia credis.

UT VTPOTE

Vt & Vtpote, propriū uerbum nunquam habent. Odi Petrum, ut in omnes male dicerem. Vtpote in omnes maledicem.

TVM TVM, CVM TVM

Et Tum tum, Cū tum, similes modos copulat. In uerbis indeclinabilib; similes casus. Oditum literas, tum uirtutē. Amplectitur cū eruditos omnes, tum in primis Marcellū.

PRÆPOSITIONVM CONSTRUCTIO

PRÆPOSITIO UERBA IN ADUERBIA.

Præpositiones quæ citra casum ullum usurpantur in aduerbiorum naturam transeunt. Extra mētere. An mare quod supra memorem, quodq; alluit infra.

PROPE ABEST

Quemadmodum rursus & aduerbia quædam accedente casu, in præpositiones transeunt, ut. Procul, Coram, Clam, Palam.

CASVS PRÆPOSITIONVM

Quædam accusatiuum exigunt, ut Intra parietes. Extra uallum. Quædam ablatiuum, ut ab urbe. Quædam utrunq; sed non in eodem sensu.

IN.

Varij casus præpositionum earundē. In, cum significatur actus in loco, desiderat ablatiuum, ut. In animo est. In foro uersatur.

IN PRO ERGA ACCVSANDI CASVM HABET

Optimo in te animo. Item in pro contra. In omnes maledicus. In pro ad. In hoc incumbite. In hoc natus sum. In mercatum abiit.

SUB

Sub nocte, id est in nocte. Sub noctem, id est, instante nocte. Sub ea, id est, postea. Item sub, additum uerbo motus ad locum, accusatiuum exigat. Sub umbram prope remus. Sub cum uerbo quietis, ablatiuum requirit. Sub iudice. Sub umbra.

SUPER

Super numerū ingenuorū, id est, ultra numerum. Super hæc omnia, id est, præter hæc omnia.

omnia. Super Priamō, id est, de Priamō. Super arbore sidunt, id est, in arbore.

TENVS

Tenus gaudet ablatiuo singulari, genitiuo plurali. Pube tenus. Crurū tenus. Sed hæc uidentur ueluti composita; quemadmodum & illa, Hactenus, Eatenus, quatenus.

VERSVS

Postponitur & uersus suo casui. Romam uersus iter est.

VSQVE

Vsq; raro sine altera præpositione reperitur, & significat temporis aut loci magnitudinem. Ad multam usq; noctem. Ab extrema usque India. Vsurpatur & aduerbialiter, pro semper siue continenter.

A.

A præponitur dictionibus incipientibus à consonante. A foro. A castris.

AB

Ab, incipientibus à uocali. Ab omnibus. Nisi sunt liquida; aut I consonas. Ab Ioue. Ab rege.

PRÆPOSITIONES SEMPER COMPOSITAE

Sunt quæ non inueniantur extra compositionem, Di, Dis, Re, Se, An, Con, Diduco, Dissipo, Refero, Seiungo, Ambigo, Conuenio.

CON PRÆPOSITIO

Con ex quibusdam neutris facit transitiva. Commixxit lectum. Conspuat hominem. Concauit. Compluit. Conuouit maritum.

DE

Deiçio, id est, ex alto iacio. Deamo, id est, ualde amo. Desipit, id est, sapere desijt. Deferuit ætas. Reclamat, id est, cōtra clamat. Repetit, id est, denuo petit. Retegit, id est, quod tectum est, aperit.

DE CONSTRUCTIONE INTERIECTIONVM.

O

O exclamātis, admittit uocatiuum, nominatiuum & accusatiuum. O dij immortales. Ouir fortis. O insignem impudētiam. Subauditur autem frequenter, ut, singularem impudentiam.

Heu, Proh, &C.

Heu pietas. Heu stirpem inuisam. Proh Iuppiter, & proh deum atque hominum fidem. Heu mihi. Væ tibi. Ah tibi.

Cedo.

Cedo flagitantis exhiberi, accusatiuum habet. Cedo manum. Cedo senem.

Amabo, Obsecro, &C.

Amabo & obsecro blandientis, Sodes et sultis hortantis uerba sunt, & in interiectionis naturam uersa, quemadmodum & Age.

LIBELLI DE ORATIONIS PARTIUM
CONSTRUCTIONE FINIS.

DES ERASMVS ROTERODAMVS

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI,

D. Gulielmo archiepiscopo Cantuariensi, totius

Angliæ primati, S. D.



MITTO ad te Dialogos aliquot Luciani, partim nuper à me traductos, partim recognitos. Nugas inquis, mittis. Nugas sanè, sed literatas, nimirum ut rideas, si tamen unquam ridere potes, homo tot curis districtus, tot negotiorum fluctibus obrutus. Sed cui potius mittam, quicquid fuerit illud, seu ludicrum, seu serium, quod meae Camœnæ producerint, quam tibi unico meo Mecœnati, qui solus & addis animum Erasmo, & alis ingenium, & ocium suppeditas; & ornas studia. Beneuale. Londini, tertio Calendas Maias.

Anno M D XII

LVCIANI SAMOSA-

TENSIS DIALOGI ALIQVOT DES

ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE,

quorum hi sunt tituli.

Saturnalia.

Cronosolon, id est, Saturnalium legum lator.

Epistolæ Saturnales.

De luctu. Abdicatus.

Icaromenippus, seu Hypernephelus.

Toxaris, siue amicitia.

Alexander, seu Pseudomantis.

Gallus, seu somnium.

Timon, seu Misanthropus.

Pro tyrannicida declamatio.

Erasmi declamatio, Lucianicæ respondens.

De ijs qui mercede conducti degunt.

Dialogi amatorij XVIII.

Hercules Gallicus.

Eunuchus, seu Pamphilus.

De sacrificijs.

Conuiuium, seu Lapithæ.

De Astrologia.

SATVRNALIA LVCIANI. DES

ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

PERSONAE

SACERDOS ET SATVRNVS

SACERDOS



Dic mihi Saturne, quādo tu quidem hoc tempore regnare uideris, tibiq; & sacrificatum, et litatum est à nobis, quid potissimum abs te pro immolatis hostijs postulare debeam, quod postulatum feram? **SAT.** Istud quidem te ipsum perpendere oportuit, quid tibi foret optandum, nisi qui princeps sit, eundem & uatem esse uis, ut norit, quid maxime collubitum sit animo tuo petere. Caterum ego, quantum facultas feret, non abnuam uotis tuis. **SAC.** Quin istud iam olim mihi perpessum est: desidero enim uulgaria ista, ac passim obuia, uidelicet opes, multā auri uim, utq; uiris imperem, utq; multa possideam mancipia, uestes splendidas ac delicatas, tum argētum & ebur, breuiter, si quid est praeterea rerum preciosarū. Hæc igitur mihi da optime Saturne, ut & ipse non nihil emolumenti ex tuo sentiam imperio, neue solus per omnem uitam earum rerum sim expers. **SAT.** Illud uide, iam postulas, quod non est meæ potestatis, neq; enim mearum partium est ista distribuere. Quare ne grauiter feras, si quæ petis, nō assequeris. Quin magis ista à Ioue postulato, quum ad eum imperij uices redierint, id quod breui futurum est. Nam ipse praescriptis conditionibus, rerum administrationem ab illo suscipio. Est autē uniuersum imperium meum, septem duntaxat dierum, quorum si ius exceßerit, ilico priuatus reddor, ac uelut unusquislibet de plebea multitudine. Nec tamen in his ipsis septem diebus ferium quippiam, aut publicum tractare mihi permissum est. Verum potare, inebriari, uociferari, ludere, certare tesseras, creare reges, famulos in conuiuium adhibere, canere nudum, lasciuo corporis motu saltitare, nonnunquā & in gelidam aquā dare praecipitem, facie fuligine oblita. Hæc uti faciam permissum est. Caterū magna illa, puta diuitias & aurum, Iupiter

piter ipse disargitur, quibus illi uisum fuerit. **SAC.** Imò ne ille quidē Saturne admodum facile, ac lubens id facit, a deo ut me iam uox defecerit, magno clamore hæc ab illo flagrantem. At is nihil prorsus audit, uerum egidem obtubrās, ac fulmen intentās, torumq; obtuens, paucos facit instantes. Quod si quando etiam annuerit altē, diuitemq; reddiderit, mirum quā id nullo delectu facit, ut aliquoties preteritis probis, ac sapientibus uiris, sceleratis ac stultis hominibus opes offundat, uerberonibus atq; effoeminatis, cuiusmodi sunt isti pleriq;. Quanquā equidē cupio cognoscere, quānā sunt ista tua potestati permissa. **SAT.** Haudquaquam parua, neq; omnino contemnenda, si quis uniuersi imperij uim expēdat, nisi forte tibi parū esse uideatur, ut in tesseras ludo uincas, cumq; cæteris alea in unione uoluatur, tibi senionem semper in summō laterē ostendat. Nam hinc sibi pleriq; uictum parāt, uel ad saturitatem usq;, quibus propitia ac sectida aspirarit tessera. Rursum alij, nudi enatarunt, naue elisa; fracta ad tam minutū scopulum, puta aleam. Adde his, potando q; maxime hilarescere, ac modulatius alio uideri canere in cōuiuio. Praeterea reliquis ministris in aquam praecipitatis (nam eā pœna est parum dextre ministranti) te & uictorem pronunciarī, atq; ei quem uiceris, præmia praeripere. Vides nimirum quā ingens sit bonum. Quemadmodū & illud, quū talo uictor solus omnibus rex praeficeris, ut non solum ipse nō feras ulla ridicula imperata, uerum etiam ipse possis alijs imperare: huic ut turpe quiddam de seipso uociferetur: illi ut saltet nudus, utq; sublata in humeros tibi cina, ter domum obambulet. An non hæc quoq; munificentia meæ non exiguae sunt argumēta? Quod si causaberis regnum hoc nec uerum esse, nec stabile, infcite feceris, quum uideas me ipsum, qui ista dilargior, exigui temporis imperium tenere. Ex his igitur quæ meæ facultatis est praestare, nempe de taxillis, de regnando, de canendo, deq; reliquis, quæ modo recensui, audacter quæ uoles petito, nihil ueritus, ne te ægide aut fulmine territem. **SAC.** Atqui istis nihil mihi est opus Titanum optime. Tu tamen illud mihi respondeas uelim, quod maxime cupiebam cognoscere. Quod si mihi dixeris, satis magnam gratiam pro sacro persolueris, quin & reliquum tempus quæ debueris, condono. **SAT.** Roga modo, equidem respondebo, si forte quod rogaris sciero. **SAC.** Illud in primis. Num uera sunt ista, quæ de te audimus? Quemadmodum deo, raris liberis tibi ex Rheia natos, utq; clam illa, subducto Ioue, saxum infantis loco suppositum, tibi deuorandum tradiderit. Deinde puer adultus, te regno expulerit, bello superatum, mox arreptum in tartarum praecipitarit, uinculis iniectus, tum tibi, tum omnibus copijs auxiliaribus, quæ tecum in acie steterant. **SAT.** Quid dixisti? Nisi festum celebra remus, essetq; licitum inebriari, atq; in dominos impune cōiuita iacere, intelligeres profecto mihi permissum esse irasci, qui quidem istiusmodi roges, nihil reueritus adeo canum ac fenem deum. **SAC.** At ego hæc Saturne, non ex meipso dico. Quin & Heliodus & Homerus, nolo enim dicere reliqui propē mortales omnes, eadem de te credūt. **SAT.** An tu putas uel pastorem illum, uel hunc ampullosum, uere quippiam de me scisse? Rem ad hunc considera modum. Est ne quisquā homo, non dicam deus, adeo durus, ut possit ipse uolens suos deuorare liberos: nisi si quis esset Thyestes, qui ab impio circumuictus fratre comederet. Sed finge esse qui possit, qui fiat, ut ignoret sese saxum edere uice pueri: nisi forte dentibus sit huiusmodi, ut dolere non queant. Imò neq; bello confluximus, neq; Iuppiter per uim imperiū occupauit, sed ego illi uolens & ultro rerum administrationem tradidi, cessiq; Porro neq; uinctum esse me, neq; in tartaro esse, uel ipse uides opinor, nisi prorsus oculis captus es, quemadmodū Homerus. **SAC.** Sed quid tibi accidit Saturne, ut imperiū deponeres? **SAT.** Ego tibi dicā. In summa, senex iā & podagrosus quū essem, ob ætatem (unde etiā factum est, ut pleriq; mihi compedes esse inxerint) impar eram uiribus ad tam multā huius ætatis facinora puniendā: nam erat assidue mihi sursum ac deorsum cursitandum obarmato fulmine, quo sacilegos, perituros, ac raptores exurerem. Eratq; negocium plenum laboris, quodq; iuuenem desideraret. Itaq; mihi consulens, Ioui locum dedi. Quanquā & alioqui recte facturus mihi uidebar, si partitus filijs (nam erant) imperium, ipse plerumq; uitam conuiuijs per ocium traducerem, nihil necesse habens, neque uota facientibus operam dare, nec ab ijs qui contraria petunt, molestia affici, neque tonare, neque fulminare, neque grandinem aliquoties immittere. Sed senilem hanc, ac iucundissimā dego uitam, meracius bibens nectar,

atq;

atq; interim cum Iapeto, reliquisq; æqualibus dijs confabulans. At regnat quidem ille mille districtus negocijs, nisi quod hos pauculos quos dixi, dies mihi uisum est excipere, in quibus recipio principatum, ut mortalibus in memoriam reducam, cuiusmodi fuerit me regnate uita, quam citra sementem, citraq; arationem cuncta illis proueniret. Haud tum quidem ariste, sed panis paratus, carnes apparatæ, ac uinum fluminū instar fluebat, tum fontes mellis, lactisq; propterea quod mortales omnes probi essent, & aurei. Hæc, in quâ, mihi causa fuit, cur exigui temporis imperium geram, atq; ob id undiq; plausus, cantiones, lusus, æqualitas omnibus seruis æque ac liberis, neq; enim me regnante quisquam erat seruus. **S A C.** At ego Saturne coniecturam istam ad seruos, & eos qui boias terunt, referebam, quasi ob eam causam tibi fabula tribueret erga hos humanitatē, quod memor te ipsum aliquando seruitutem seruasse, ac gestasse compedes, eos magnificeres, qui simili essent fortuna. **S A T V R.** Non tu desines istiusmodi nugari nugari? **S A C.** Bene mones, itaq; desino. Quin illud etiam mihi responde, talis ludere, in usu fuit tui quoq; seculi mortalibus? **S A T.** Erat sane. At non depositis talentis, ac decem nummum milibus, quemadmodum uos facitis, uerum ut plurimo nucibus, ne uidelicet discruciarētur qui uictus esset, neue semper ploraret sese unum omnium non habere quod ederet. **S A C.** Et recte quidem illi. Nam quo tandem præmio certassent ipsi talis, quū ipsi toti essent auri? Itaq; te loquente, tale quiddam mihi uenit in mentē, si quis unum aliquē ex aureis illis uiris, in hanc nostrā ætatem adductum uulgo ostenderet, quid illi tandem eueniret? Nempe miserū (sat scio) discerneret, haud aliter incurstantes, q̄ in Pentheum Mænades, aut in Orpheum fœminæ Thraciæ, aut in Actæonē canes, interq; sese decertaret, quam quisq; maximā posset portionem auferre, ut qui ne in festo celebrado, à lucri studio temperent, quin ipso etiam festo ad lucri abutūtur incrementū. Itaq; alij quidem tibi primitias immolant, amicos in cōuiuio deprædantes. Alij uero tibi conuiuantur, cum nihil ad rem pertineant, tum ipsas comminuunt tesseras, perinde quasi illis sit imputandum, quod illi suapte sponte faciūt. Sed dic mihi & illud, quid tandem causæ fuit, ut deus usq; adeo imbecillis, ac fenex, tempus inamoenissimū delegeris, cū iam nix omnia occupat, plurimus factus Boreas, cumq; nihil non gelu concretum est, arent arbores nudæ decussis frondibus, squalent, horrentq; uacua floribus prata, cū incurui, contractiq; mortales, perinde quasi extremo confecti senio, ad focum ferme desident, interea tu festum diem agis, neq; enim accommodū seni tempus, neq; satis idoneū genio indulgentibus. **S A T.** Sed heus tu permulta quidē à me sciscitatis, cum potare iam oporteat. Itaq; nō exiguam temporis portionē tuis rogationibus mihi de festo perdidisti, dum ista mecum philosopharis, non admodum ad rem pertinētia: quare nunc istis tandem omisis, cōuiuū agitemus, plaudamus, ac liberam agamus uitā. Deinde præco more depositis nucibus, ludamus tesseris, ac reges suffragijs creemus, ipsiq; ultro paræmus. Siquidē ad tum modum effecerimus, ut uerum uideatur prouerbiū, quod dicunt, senes repuerascere. **S A C.** Imo cui ista quæ dicis, non probatur Saturne, præcor ut ei nec tum bibere liceat, cū sitit. Itaq; bibamus, quandoquidem ut primo colloquio satis à te responsum est. Proinde uideor mihi recte facturis, si nostram hæc confabulationem, & quæ ipse interrogarim, & quæ tu propitius responderis, literis prodita, tradam amicis legenda, si qui sunt digni, qui tua dicta accipiant.

CRONOSOLON, IDEST, SATURNALIVM
LEGVM LATOR.

Hæc ait Cronosolon sacrificus, & idem uates Saturni, earumq; legum conditor, quæ quidem ad festum pertinet. Quid pauperes facere oporteat, id alio misso libro illis ipsis præscripsi. Neq; dubito quin eas leges seruent, alioqui obnoxij futuri pœnis, quæ grauissimæ decretæ sunt in eos, qui minus paruerint. Vos autem diuites, uidete ne hæc mandata prætergrediamini, neq; negligatis. Nam si quis secus fecerit, is sciat se non me neglecturū legislatorem, sed ipsum potius Saturnum, qui me condendis festi sui legibus delegit. Haud ille quidem in somnis uisus, sed nuper cum uigilante palam congressus. Erat autem neq; compedibus uinctus, neq; situ oblitus, qualem eum pictores fingunt, exemplar à deliris poetis mutuati, uerum falcem quidē tenebat præacutam. Cætera uero & hilaris erat, & ualidus, regioq; apparatu

apparatu. Atq; hæc quidem specie mihi uisus est. Cæterū quæ locutus est, plane diuina sunt, & in his hæc digna, quæ uobis prius exponam. Nam ubi me uidit animo cœlestium inambulanti, mox intellexit, quippe deus, quænam esset molestiæ causa: uidelicet grauer me ferre paupertatem, ut qui non pro temporis ratione unicam uestem haberem, cū iam esset gelu, multusq; flaret Boreas, glacies ac nix, aduersus quæ ego minime communitus eram. Multo magis autem, quod cum festum instaret iam proximè, reliquos uiderem apparantes, quæ ad uictimas, quæq; ad conuiuia requirebantur, mihi uero ipsi res non admodum ad festum instructas esse. Iam à tergo accedens, aureq; prehensa, ac uellitacata (Nam hac specie sese mihi consueuit ostendere) Quid istud sibi uult (inquit) Cronosolon uidere mihi sollicitus. An non æquum inquam heret cum impijs ac scelestis homines opibus superfluere, & solos delictis frui uideas, ipse uero, mecumq; complures alij docti, cum inopia, summaq; rerum penuria uitā degimus? Ne tu quidem here, curas his rebus finem imponere, & ad æqualitatem reuocare. Tum ille. Cætera quidem, inquit, haud facile fuerit inuolare, quæ uobis à Clothone, reliquisq; Parcjs accidit. Porro partitatis malum, uobis corrigam, quatenus ad festum attinet. Sit autem hæc corrigendi ratio. Abi Cronosolon, ac mihi leges aliquot conscribito, ostendens quid obseruandum sit in festo, uti ne diuites inter sese festum celebrent, sed uobis sua bona impertiant. At non noui, inquam, leges conscribere. Quin ego, inquit, docebo te. Moxq; ingressus, ordine me docuit. Deinde cum cuncta perdidicissem: Et illud, inquit, illis dicito, nisi seruarint hæc, tum ego, profecto sine causa falcem hanc acutā circumfero. Alioqui ridiculus sim, si cum patre Cœlosum, executerim, nō item castraro diuites istos, quicunq; leges meas uolauerint, ut iam euirati, Cybeli matri sese adiungat cū tibijs ac cymbalis. Hæc ille minabatur. Quare recte facietis, si leges nō prætergrediamini. Lex prima. Ne quis quid intra festi tempus agito, neq; publicū, neq; priuatū nisi quæ ad lusum, ad uoluptatē animiq; oblectationē pertinebunt. Opsoniorum & bellariorum artifices soli in opere sunt. Aequalitas omnib. esto, seruis, liberis, pauperibus, diuitibus. Irasci, indignari, minari uenē cui liceat. Rationem exigere ab ijs, qui res curant Saturnalicias, ne id quidem fas esto. Ne quis argentum, uestem ue expendito, neue inscribito solennitatis tempore, ne quis exercatur, neue literis operam dato, aut recitato, nisi si quæ sint urbana lepidaq; quæ dicatitate respiciant, ac iocum. Lex secunda. Multo ante festum diuites singulorum amicorum nomina in tabella scribunt. Porro pecuniam paratam habento, ad decimam partem annuorum fructuum. Præterea quicquid illis superest uestium, & quicquid est cultus pinguioris, quàm ut ipsi conueniat. Ad hæc argenteorum uim non modicam. Atq; hæc quidem in promptu sunt. Cæterum ante solennitatem porcellus circumagitor, atq; ex ædibus eijciuntur sordes, auaricia & quæstus, & si quæ id genus alia sunt pleriq; diuitum domestica. Deinde ubi domum perpurgarint, tum rem diuinam faciunt Ioui diuitiarum largitori, ac Mercurio munifico, atq; Apollini magna donant. Deinde circa uesperam tabulam illam, amicorum nomina tenentem relegunt. Distributis autem pro cuiusq; dignitate muneribus, ante solis occasum amicis mittunt. Porro qui deferant, nē plures tribus, quatuorue sunt, atque hi certissima ex famulis fide, iamq; natu grandes. A scribitur autem in literis, & quid mittatur, & quantum, ut ne utriq; suspectos habere possint eos, qui perferunt. Atq; ipsi ministri unico quisq; calice epoto, domum recurrunt, neq; præterea quicquam ab eis postulato. Doctis omnia dupla mittuntur. Nam hoc æquum est geminam accipere portionem. De muneribus quàm modestissime simul, & quàm paucissima uerba fiunt, neq; graue quicquam in literis quisquam ascribito, nec odiose laudato quæ mittuntur. Diuiti diues ne quid mittito. Neq; locuples Saturnalibus æquali sorte quempiã conuiuio accipito. Ne quid eorū quæ in hoc deprompta fuerint, ut mittantur, seruant. Neue cui muneris pœnitentia subito. Quod si quis anno superiore peregre fuit, eaq; causa munerum expers fuit, & illa accipito. Quinetiã pro tenuibus amicis æs alienum diuites soluunt, atq; etiam conductarum ædium precium, si qui forte & hoc debent, neq; sunt soluendo. In summa uero, multo ante illud illis esto curæ, ut cognoscant, qua re maxime sit opus. Rursum qui accipiūt, ne de missis donis ut exiguis queruntur, & quicquid mittetur, qualecunq; fuerit, id magni ducunt. Vini cadus, aut lepus, aut pinguis auis, inter munera Saturnalicia ne habentur. Neue Saturnalia dona in

risum uertunt. Remittito uicissim diuiti pauper: Si doctus est, libellum aliquem ueterem, aut si quid ipse conscripserit, quod fausti sit ominis, & conuiujs accommodum, qualecunque potuerit. Atque id diues laeto admodum, hilarique uultu accipito. Acceptum protinus perlegito. Quod si recusarit, reieceritue, sciat se se quae de falce minatus sum, obnoxium esse, etiam si miserit, quicquid alioqui mittendum erat. Porro reliqui, coronas alij, alij turris frustula mittunt. Quod si pauper, aut uestem, aut argentum, aut aurum, supra facultatem diuiti miserit, id quidem quod missum fuerit, publicum esto, constatque in Saturni thesaurum inferor. Ipse uero pauper postridie plagas a diuite, manibus ferulae suppositis accipito, non pauciores quinquaginta supra ducetas. Leges conuiuiales. Lauandum est, ubi linea sex erit pedum. Ante lauandum, nucibus ac talis lustrandum. Vbi cuncti casus cuique locum dederit, ibi accumbito. Dignitas aut genus, aut diuitiae, parum momenti habent, ut prius alicui ministraretur. Eodem de uino omnes bibunt. Neque profit diuiti, si causetur uel stomachi, uel capitis dolorem, ut ideo bibat de meliore. Carnium omnibus aequa portio. Ministri ne cui quid fauore danto, neque contantor, neque praetermittunt, donec nec ipsis uisum fuerit, quae tollenda erunt. Neque huic quidem magna, illi uero perexigua apponunt. Netic huic coxa suis, illi maxilla apponitur, sed in omnibus aequalitas esto. Pocillator, acutis oculis unumquemque obseruato, minus tamen herum. Acutius etiam ex auditu. Calices omnis generis sunt. Ad potandum inuitare si quis uoluerit, ius esto. Omnes omnibus praebunt, si libeat, ubi praebuerit diues. Neque quisquam bibere compellitor, qui non ualeat ad compositionem. Ne liceat ipsis, neque saltatorum, neque citharodum inducere, nisi qui nuper discere coeperit. Quod si cui libeat diceris uti, liceat, sed haec tenus adhibeatur modus, ut ne sint molesta. Super omnia, pro nucibus ludunt talis. Si quis deposita pecunia talis luserit, in posterum usque diem ieiunato. Et maneto quisque, & abito cum uoluerit. Porro cum diues famulos suos conuiuio accipiet, tum amici quoque una cum ipso ministrant. Leges haec singuli diuites, graecae columnae inscriptas, in aulae meditullio habent, ac legunt. Atque id quidem sciendum est, quoad ea columna manebit, neque fames, neque pestilentia, neque incendium, neque quicquam alioqui molestum, in illorum domum subibit. Quod si quando (id quod deus prohibeant) tollatur, abominanda sunt, quae illis tum euentura.

EPISTOLAE SATURNALES.

Ego Saturno salutem.

QUIDEM & antea tibi scripsi, significans quonam in statu essem, & quem admodum ob inopiam mihi periculum esset, ne solus omnium, expers relinquerer solennitatis, quam indixisti. Addidi & illud (nam memini) iniquissimum esse, si nostrum alij opibus ac delicijs superfluerent, nihil ex suis facultatibus impertientes pauperioribus, alij rursus fame contabescerent, atque id quidem instantibus Saturnalibus. Verum quoniam tum ad meas literas nihil respondisti, opere precium existimaui, te denuo isdem de rebus commonefacere. Tuum erat optime Saturne, sublata hac rerum inaequalitate, bonisque in medio depositis, postea celebrandum festum edicere. Nam uti nunc res habent, formica camelus, quemadmodum aiunt pro uerbo. Quin magis tragoediae histrionem animo concipe, qui altero pede praetis cothurnis sublimis insistat, cuiusmodi sunt Tragica calceamenta, altero uero sit incalceatus. Is si ad hunc modum instructus ingrediatur, uides necessario futurum, ut nunc excelsus sit, nunc humilis, prout huc aut illum pedem uicissim promouerit. Nec minor est in uita nostra inaequalitas, dum illi cothurnis sulti, adornante fortuna, Tragoedias in nos agunt. Contra magna pars pedibus, atque humi ingreditur, quum & ipsi, scias uelim, nihilo deterius illis fabulam agere possimus, atque ingredi, si quis nos quoque ad eundem istum modum adornarit. Atqui ex poetis audio, nihil harum rerum inter homines fuisse olim, quum tu solus adhuc imperium teneres. Verum tellus illis citra ferendi, arandi, labore bona progignebat, cenam, unicuique paratam, uel ad satietatem usque. Porro flumina partim uinum, partim lac, erant autem & quae mel manabant. Quodque est omnium maximum, aiunt illos ipsos homines aureos fuisse. Caeterum paupertatem omnino procul ab illis abfuisse. Nos contra non satis idonei sumus, qui uel plumbum uideri possimus, aut si quid etiam plumbo uilissimum, ut quorum plerisque uicibus labore quaeritur

ritur, ac passim paupertas, egestas, ac desperatio, & illud: Hei mihi, & unde inueniam, & fortunam, atque id genus alia permulta, apud nos nempe pauperes abundant: quamquam his de rebus leuius discruciamur, nisi diuites conspiceremus tanta fruente felicitate. Qui quidem quum tantum auri, tantum argenti conditum habeant, tantum uisum possideant, tot mancipia, tot currus, familias, agros, atque harum rerum omnium magnam uim teneant, tamen adeo nobis nihil unquam de eis impertunt, ut plebeios homines ne aspectu quidem dignentur. Haec, inquam, sunt Saturne, quae nos enecat maxime, planeque rem intolerandam arbitramur, hunc in purpura accumbentem, tantis opum delicijs affluere, ructantem interim, & applaudentibus amicis, perpetuo festum diem agere: me uero, meique similes, somniorum coniecturas interpretari, sicunde forte quatuor oboli contingant, quo uidelicet pane polentaue expleti dormire queamus, nasturcium, aut porrum, cepasue alium uice opsonij uice arrodentes. Aut haec igitur Saturne ad aequabilitatem uitae mutes corrigasque necesse est, aut quod est postremum, illis ipsis interdicas diuitibus, ne soli bonis fruantur, uerum in modis auri tam multis uel heminam in omnibus nos dispergant. Porro ex uestibus, si quas iam a tineis exefas, citra suum incommodum dare possint, malintque haec prorsus uetustate situque peritura, nobis dare qui induamur, quae sine ut in cubilibus ac scinijs multa carie computrescant. Praeterea ut coenent singuli, nunc quaternis, nunc quinque pauperibus ad conuiuium adhibitis. Haud isto quidem pacto, quo his temporibus conuiuia peraguntur, uerum popularius, ut aequa sit omnium portio, neque ut hic opsonijs ingurgitet sese, famulo interim adstante atque operiente, donec herus uorato praefocetur. Caeterum ubi ad nos uenerit, quum uix etiam apparauerimus admouere manum, protinus ad alios transferatur, patina tantum ostensa, uel si quid de placenta reliquum est. Neque illatum aprum ita partiatur, ut domino totum dimidium apponat, una cum capite, reliquis autem ossa tecta apponat. Utque praemoneantur pincernae, ne contentur donec unusquisque nostrum septies poscat bibere, sed semel iusi protinus infundant, & ingentem calicem impletum tradant aequae atque ipsi domino, utque unum & idem uinum conuiujs sit omnibus. Alioqui ubi nam ista lex scripta fuit, aut receptus mos, ut hic uino odorato generosoque temulentus sit, mihi contra multo distrupatur aluus? Haec si correxeris nouarisque Saturne, tum demum effeceris, ut uita uere uita sit, festum uere festum: sin minus, illi quidem epulentur, nos autem interim sedentes precabimur, ut simul atque loti uenerint, puer subuerfam amphoram rumpat, utque coquus ius adurat, ac per obliuionem muriam piscium in lentem infundat, utque canis in domum irruens opsoniorum artificibus alibi intentis, extra deuoret uniuersa, praeterea placenta dimidium: utque sus ac ceruus, neque non suculae inter affandum idem faciant, quod Homerus de Solis bobus commemorat: imo uti non serpant solum, uerum etiam una cum ipsis ueribus in montem abripiant sese fugiantque: utque ipsae etiam aues pingues, iam ademptis plumis, & ad coquendum apparatus, uolatu aufugiant, ne soli illis fruatur: quodque futurum est illis grauissimum, ut formicae tales, quales feruntur Indicae, aurum e thesauris effossum, noctu in publicum efferantur: utque uestis curatorum indiligentia ita ab optimis muribus perforetur, ut cribrum uideri possit, nihilque differat a casse uenatorio: utque formosi illorum comaticque puellic (quos Hyacinthos, aut Achilles, aut Narcissos appellare solent) dum ipsis poculum porrigunt, subito defluente coma calui fiant, & acutam adant barbam, cuiusmodi in comae dijs induci solent Sphenopogones, quibus a cuneata barba nomen inuentum est: utque uertex illis asperis ac pungentibus pilis sit hirtus, reliqua capitis parte nuda. Haec atque his etiam plura illis imprecabimur, nisi desinant usque adeo suis priuatim studere commodis, uelintque in commune diuites esse, nobis quoque quantum aequum est impartientes.

SATVRNVS MIHI CHARISSIMO SALVTEM



Quid tu, obsecro, nugas istas ad me, ac de rebus huiusmodi scribis, iubescque ut de integro bonorum faciam partitionem: quod quidem alterius munus fuerit, penes quem nunc est imperium. Etenim demiror te, si solus omnium ignoras, quemadmodum iam pridem regnare destiterim, ac priuatus esse coeperim, liberis partitus imperium, quanquam Iupiter praecipue rerum istiusmodi curam agit. Porro mea potestas non nisi ad taxillos usque, saltationes, cantiones, & ebrietatem ualeat, idque septem non amplius diebus. Itaque grauioribus in causis, de quibus scribis, uel

delicet de tollenda rerum inaequalitate, utq; ex aequo omnes aut opibus abundent aut egeant, Iupiter uobis operam dabit. Quod si quid in hijs quae ad festum pertineat, uel fraude detractum est alicui, uel additum, id erit mearum partiu iudicare. Iamq; scribo diuitibus de coenis, deq; auri hemina, neq; non de uestibus, ut uobis quoque ad celebrandum festum non nihil mittant. Quandoquidem aqua sunt ista, decetq; illos facere quem admodum praedicatis, nisi forte habent isti quod probabiliter ad haec respondeant. In summa tamen illud scitote pauperes, uos longe falli, neq; recte iudicare de diuitibus. Si quidem illos felices arbitramini, solosq; suauem uitam uiuere, propterea quod illis liceat opipare coenare, uino suauiter inebriari, formosis frui mulieribus, uestibus uti delicatis, uerum istam felicitatem cuiusmodi sit ignoratis: siquidem haec res non mediocribus curis eos distorquent, sed singulis inuigilare coguntur, ne quid rerum domesticarum dispensator fraudet, aut clanculum suffuretur, ne uinum acefcat, ne frumentum uermibus corrumpatur, ne latro tollat pocula, ne populus credat calumniatoribus, si illum dixerint affectare regnum. Atqui haec quidem quota pars est eorum, quae istos discruciant. Quod si nossetis metus & curas, quibus obnoxij sunt, plane fugiedas uobis esse diuitias existimaretis. Alioqui creditis uel me ipsum usq; adeo insanum, ut si praecleara res esset opulenta, aut regnum, depositurus haec, alijq; ea cessurus fuerim, patererq; ut nunc priuatus alieno parem imperio? Quin potius quum non essem ignarus huiusmodi malorum quae plurima diuitibus ac regibus adsint necesse est, imperium deposui, idq; sapienter. Nam quod tu nunc apud me deos obtestans deplorabas, illos apris ac placentis expleri, uos contra nunc sturcium, porrum uel aut cepe per festi tempus, opsonij loco arrodere, cuiusmodi sit considera. Etenim in praesens quidem utrunq; dulce est illis, minimeq; molestum. At postea res inuertitur. Quandoquidem uobis deinde non accidit, ut postridie surgatis, capitis dolore grauati ob temulentiam, quemadmodum illi, neque ob immodicam ingurgitationem graue olentem, & a crem spiritum ructatis. At illi hoc quoq; fructus ferunt, ut quoniam niam magnam noctis partem uario coitu pro libidinis arbitrio transigunt, facile sibi, uel tabem, uel tulsim, uel morbum intercutem, ex intemperato uoluptatum usu colligant. Alioqui quotum quoniam potes ostendere, qui non plane palleat, ac faciem cadauerosam praefereat? Quotum quoniam autem, qui cum ad senectutem peruenierit, suis ipsius pedibus ingrediatur, ac non potius a quatuor baiulis gestetur? foris quidem totus aureus, intus putris, ac pannosus, cuiusmodi sunt Tragicarum indumenta, ex pannis admodum uilibus confarcinata. Vos autem quum molestum est, quod de piscibus gustare non liceat, quod inedia laboratis, non illud item cogitatis, eosdem & podagrae, & tulsis experies esse, aut si quid aliud aliam ob causam illis incommodi contingit. Quaquam nec illis ipsis aequae dulce est, quotidie, supraq; satietatem, istis uelci. Quin potius uideas eos non unquam ita holus ac lupinum appetere, ut tu non aequae leporem appetas, aut aprum. Ut de reliquis interim sileam, quae illos discruciant, puta si filius sit luxuriosus, si uxor uel amans, uel amata a famulo, coacta magis quam ex animo cum illo dormiat. In summa multa alia sunt, quae uos ignorantes, tantum aurum illorum ac purpura uideatis. Tum si quando uideatis eos albo propehi curru, inhiatis & adoratis. Quod si illos contemneretis, negligeretisq; neq; ad argenteum curru oculos haberetis intentos, neq; inter colloquendum, smaragdum annulo inclusum respiceretis, neq; uestes obiter contrectantes molliciem admiraremini, sed sineretis eos ipsos sibi diuites esse, haud dubie futurum sit, ut ipsi uos ultro adirent, ad coenam rogarent, nimirum ut uobis ostendere possint lectos, mensas, ac pocula. Quarum rerum nulla sit utilitas, si sine teste possideantur. Certe reperiretis pleraq; haec illos uestra causa parare, non quo utantur ipsi, sed uti uos admiremini. Haec ad consolandos uos scribo, utranq; uitam cognitam habes. Conuenitq; ita festum agere, ut cogitetis omnibus breui decedendum esse uitae, & illis, depositis opibus, & uobis, relicta paupertate. Quancq; & illis scribam, sicuti sum pollicitus, certum scio eos non neglecturos literas meas.

SATVRNVS DIVITIBVS S.

PAuperes nuper ad me datis literis inculcarunt uos, qui nihil ipsis ex facultatibus quas possidetis, impertimini: atque omnino postularunt, ut omnia bona facerem omnibus communia, ut ad singulos illorum sua pars rediret. Aequum enim esse, ut rerum aequalitas constituatur, neque decere, ut huic super-

perfit, ille nullo modo sit particeps uoluptatum. Ego uero respondi, hisce de rebus rectius Iouem consideraturum. Caterum de praesenti negotio, deq; iniurijs, quibus sese per festos dies affici putant, uidebam mei officij esse sententiam ferre, sumq; pollicitus me uobis scripturum. Sunt autem quae postulant haec, ut mihi quidem uidetur, equa. Nam quod pacto, inquit, tanto frigore horretes, tantaq; obnoxij esuritionis, postea diem, etiam festum celebrare possimus? Quare si uellem & illos festi participes esse, postularunt ut congererem uos, ut & de uestibus illis impertiamini, si quae superflua pinguioribus, quam quae uobis conueniant, utq; de auro nonnullas guttulas in illos destilleretis. Quod si ista feceritis, inquit, non erit amplius disceptatio inter uos de bonis apud Iouem. Sin minus, minantur sese ad nouam rerum partitionem prouocaturus, ut primum Iupiter pro tribuiali sedere coeperit. Atque haec quidem facere uobis nequaquam graue fuerit, impertiri non nihil de tantis opibus, quas possidetis, & recte possidetis. Quin de coenis quoq; ut uobiscum coenarent, & hoc literis addendum putarunt, quemadmodum uos in praesentia foribus oclusis, soli delicias frueremini. Quod si quando uobis uisum fuerit, et illorum quempiam post longum tempus conuiuio adhibere, plus esse molestiae in coena, quam uoluptatis, multaq; illic in pauperum contumeliam fieri uelut illud, cum non eodem de uino bibant, diu boni, quam illiberale: plane dignum, in quo & illi debeant accusari, qui non surgant potius, abeantq; toto conuiuio uobis solis relicto. Quaquam negat sese etiam ad satietatem ex illo qualicunq; uino bibere. Propterea quod uestri pinceriae, aures habebant caera obturatas, quemadmodum olim Ulyssis socij. Porro reliqua usq; adeo sunt turpia ut pigeat commemorare, quae de carniarum partitione criminantur, deq; ministris, qui cum uobis assistant, donec plusquam ad plenum expleamini, ipsos praetercurrunt, aliaq; huius generis per multa sordida, minimeq; digna uiris ingenuis. Proinde aequalitas, res est omnium iucundissima, maximeq; conuiujs congrua. Atq; hac de causa, uobis aequum ille partitor in conuiujs praeficitur, ut aequam omnibus habeant portionem. Videte igitur ne posthac uos iterum accusare possint. Quin potius honorabunt uos, & amabunt, si pauca ista a uobis acceperint, quorum impendium a uobis nec sentiretur quidem, penes illos miseris in tempore dati memoria semper mansura est. Praeterea nec Remp. administrare possitis, ni pauperes una uobiscum in ea uententur, milleq; modis felicitatem uestram adiuuent. Neq; enim habituri estis, qui diuitias uestras suspiciant, si soli atq; apud uos ipsos in tenebris eas possideatis. Videat igitur uulgus, mireturq; uestrum argentum, mensas, et quemadmodum praebentes ad potandum inuitetis. Dein illi inter bibendum poculum iudicij contemplantur, ac pondus expendant, manu libantes. Tum argumenti absolutam celaturam. Tum auri uim, uicissim artem condecorantis. Nam in istum modum, non solum illi uos probos uiros & humanos praedicabunt, uerum etiam inuidiam illorum effugietis. Quis enim inuideat impertenti, dantiq; quod aequum est? Quis non potius optet, ut quam diutissime uiuens, bonis suis fruatur? Verum ut nunc res uobis habent, & felicitas uestra teste caret, & diuitia inuidiosa, & insitans uita. Neq; enim perinde iuuat opinor, si quis solus expleatur, quemadmodum aiunt leones facere, & ex luporum genere, quos solitarios uocant, quam si cum lepidis hominibus, ac per omnia gratificari paratis, conuiuatis. Qui primum non linent conuiuio surdum aut mutum esse, uerum conuiuio ne sua fabulas conuiujs aptas, dicteratq; minime molesta, uariasq; uoluptates adferent. Quibus rebus tempus iucundissime transigitur. Idq; gratum est Baccho, gratum Venere, gratum etiam Gratijs. Deinde postero die, dum comitatem uestram referunt, beneuolentiam uobis conciliant. Haec etiam magno fuerant emenda. Nam illud a uobis sciscitabor, si pauperes abeant taciti, sic enim fingamus, nonne uos ea res ireret, cum non haberetis, quibus ostentaretis purpureas uestes, comitum multitudinem, anulorum magnitudinem? Neq; iam libet referre, necessario futurum ut pauperum insidia atq; odia in uos ostententur, si soli delicias frui uelitis. Nam quae minantur uobis imprecatorios sese, profus abominanda sunt. Ac diu prohibeant, ne unquam ad eiusmodi imprecationes uenire cogantur. Quandoquidem si id fiat, neq; intestina posthac gustabitis, neq; placentiam, nisi si quid canis reliquum fecerit. Praeterea lenticula saperdae liquamen uobis habebit. Porro sus aut ceruus interim dum assantur, e uerum in montes aufugere parabunt. Tum aues quoq; pingues absq; alis fugam molientes, ad pauperes auolabunt. Deniq; quod est omnium

grauissimum, pocillatores formosissimi repete uobis calui fient, idq; etiā fracta amphora. Super his rebus consulite, quę & festo sint digna, & uobis quā maxime tuta, atq; illis paupertatis onus subleuate, exiguu uectigali illos amicos habituri, ne utiquā malos.

DIVITES SATVRNO S.



Non putas Saturne, de rebus istis ad te solū scripsisse pauperes? Quin potius Iouis ipsius aures iam obsurduerunt florum querelis, dum hæc eadem uociferantur, ac nouam rerum partitionem flagitant, ac simul & fatum incusant, quod non æqualiter distribuerit, & nos, quod nihil ipsis uelimus impertiri. Verum nouit ille, quippe cum sit Iuppiter, penes quos sit culpa, eoque illos plerumq; obaudit. Nihilominus tamē purgabimus nos tibi, quandoquidē hoc certe tempore princeps noster es. Nos enim omnia ista quę scribis, ob oculos habentes quā sit honestum de magna rerū copia opitulari ijs, qui indigēt, quantoq; sit iucundius, simul cum pauperibus uersari, & conuiuium agitare, ad eum modum assidue facimus, adeoque in ratione uitę nos æquamus, ut nihil possit incusare is, quem ad conuiuium admittimus. Verum illi primum aiunt sibi paucis opus. Deinde ubi semel illis fores aperuerimus, nunquam desinunt alia super alia postulare. Quod nisi protinus omnia, simulq; cum dicto acceperint, mox paratum odium, in promptu conuiuia, etiam si quid de nobis sit mentiendum. Porro qui audiunt, fidem illis habēt, rati uidelicet illos probe scire quę dicunt, propterea quod nobiscum consuetudinem habuerint. Ita fit, ut in alterutrum incidamus, ut aut si nihil demus, illos prorsus habeamus hostes, aut profulis omnibus, ipsi protinus egeamus, iamq; in pauperum gregem ueniamus. At cætera quidem utcumq; ferenda sunt, uerum inter coenas ipsas non satis habent ingurgitari cibis, atq; aluum exple re, sed iidem ubi plus satis adhiberint, tum uel puellę formosę cyathum porrigentis manum uellunt, aut concubinam, uxorem uel sollicitant. Postremo conuomito conuiuio, postero die nobis obtreant, narrantes quemadmodum sitierint, esurierintq;. Quod si hæc aduersus illos mentiri uidemur, uester ille parasitus Ixion in memoriam redeat, qui ad communis mensę honorem admissus, ac uobis dignitate equiparatus, iam ebrjus uir ille egregius, lunonem adortus est. Hęc atq; huiusmodi sunt, propter quę in posterum sitiuimus, quo res nostrę sint in tuto, ne posthac illis in domum aditum prebeamus. Quod si te autore, pacto recipiant, sese moderate petituros, quemadmodum nunc aiunt, neque quicquam flagitiose in comotationibus admissuros, age, conuiuiant nobiscum, simulq; coenant bonis uibus. Ac de tunicis, sicuti iubes, mittemus, & de auro, quantū facultas patietur, ac sumptus augebimus: in summa, nihil omitemus officij nostri, modo uicissim desinant ipsi arte nobiscum uiuere, sintq; pro parasitis & adulatoribus amici. Ita nihil erit, quod in nobis desideres, si ipsi quoq; suo fungi uolēt officio.

DE LVCTV



PER AE PRECIUM sanē fuerit obseruare ea, quę in lucu uulgo tum dicantur, tum fiant, itē quę dicantur ab ijs, qui eos consolantur scilicet, quamq; non ferenda putent lugentes ea quę sibi acciderunt, & sibi ipsis, & ijs quos flent; cum haud quaquam pernouerint mala ne sint ista, ac dolēda, an contra iucundiora melioraq; ijs quibus accidunt: sed ex more & consuetudine dolorem accersunt. Itaq; cum mortuus fuerit aliquis, faciunt ad hunc modum. Quin prius uolo tibi narrare, quas habeant de morte ipsa opiniones. Sic enim palam fiet, qua gratia superba canea ista moliantur. Vulgi quidem hominum multitudo, quos sapientes isti uocant idiotas, Homero, Hesiodo, reliquisq; fabularum autoribus, super his fidem habentes, & illorum poesim pro lege ducentes, locum quandam subter terram profundum esse putant, quem tartarum uocant. Eum existimant magnum & spaciosum esse, caliginosum atq; opacum, qui tamen istis haud scio quō pacto illustrari uidetur, quo singula quę illic sunt, introspiciant. Tum regnare in hoc specu Iouis fratrem, cui nomen Plutoni, ut mihi retulit quidam harum rerum mire peritus, ob id eo uocabulo honestatum, quod mortuorum copia diues esset. Porro Plutonem hunc inferorum Rempublicam, & manum uitam constituisse in hanc formam. Nam sorte obtigisse huic, ut uita defunctis imperaret. Quos ubi demissos receperit, arreptos uinculis ineffugilibus coercet, nulli prorsus permittens, ut ad superos redeat, præterquam admodum paucis ex uniuerso

uerso auro, idq; grauissimis de causis. Interluitur autem regio illius, fluuijs & magnis & horrendis, uel solo nomine. Siquidem Cocytii, Phlegetontes atq; huiusmodi uocabulis, appellantur. Quodq; est grauissimum, præiacet Acherontica palus, quę prima excipit obuios, quam nō possis neq; transmittere, neq; transire sine uectore. Nam & profundior est, q̄ ut pedibus transiri possit, & spaciosior, quam ut tranari queat. In summa huiusmodi est, ut nec autum manes possent eam tranuolare. In ipso uero descensu, portaq; quę quidē est adamantina, Aëacus est, regis patrielis, cui mandata est custodia, iuxtaq; hunc canis triceps, asper admodum. Is aduenientes satis amice, pacateq; intuetur. Cæterum si quis conetur aufugere, latrat, territosq; in specum redigit. Iam qui trāmissa palude ingressi sunt, eos excipit pratum ingens, asphodelo constitum, ac fluuius memorię hostis, eoque Lethe nomen est inditum. Nam hæc uidelicet priscis illis mortalibus narrat, qui illinc redierant: nempe Alceſtis & Proteſilaus, Theſſalus uterq;, neque non Theseus Aegeo prognatus, & Homericus Ulyſſes, testes admodum graues, digniq; quibus habeatur fides: qui mihi non uidentur e fonte illo bibisse, alioqui non meminissent horum. Itaq; Pluto & Proserpina, ut aiebant illi, rempublicam administrant, rerumq; omnium, dominatum obtinent. Sed inseruiunt his, & in administrando principatu adiuuant ingens turba, Furia, Pœnæ, Terrores, ac Mercurius, quanquam is sane non adest perpetuo. Praefecti autem & satrapæ & iudices sedent duo, Minos & Rhadamanthus, uterq; Cretensis, uterq; Iouis filius. Atq; hi quidem bonos ac iustos uiros, qui cum uirtute uitam peregrissent, ubi iam multi collecti fuerint, uelut in coloniam quandam emittunt in campum Elysium, uitam optimam inibi uicturos. Quod si malos aliquos ceperint, hos Furis traditos, in impiorum locum eiciunt, pro ratione malefactorum puniendos. Quod quidem in loco, quid tandem mali non patiuntur: torti, exusti, a uulturibus arrosi, rota circumacti, saxa sursum uoluentes. Nam Tantalus ipse ad paludem stat in periculum adductus, ne siti moriatur infelix. Rursum alij mediocris uitæ, sunt autē hi complures, uagantur in prato sine corporibus iam umbrę facti, & ad tactum ceu fumus euanescentes. Alij autem uidelicet nostris libationibus inferijsq; quę sepulchris inferuntur. Adeo ut si cui nullus sit in terra reliquus amicus aut cognatus, hic mortuus, ieiunus ac famelicus, inter illos uerſetur. Hęc usq; adeo ualide uulgi animos peruaferunt, ut simul atq; familiaris quispiam mortuus fuerit, primitū obolum illi in os imponant, traiectionis mercedem, quam uectori daturus sit: nec illud prius expendunt, cuiusmodi nomisma legitimum sit, ambuletq; apud inferos, & apud illos ualeat. Atticus, an Macedonicus, an Aeginensis, obolus. At ne id quidem cogitant, multo satius esse non posse naulum reddere. Sic enim fiet, ut nō recipiente portitore, postliminio redeat in uitam. Post hæc lotos eos, perinde quasi tartarea palus nō satis sit idonea lauādis his qui illic degunt, & unguētis optimis uncto corpore, iamq; uicta graue olēta, tum coronatos pulcherrimis floribus proponūt, splendide uestitos: ne uidelicet algeat per uiam, neue nudi conspiciantur a Cerbero. Accedunt ad hæc mulierum eulatus, omnium certe lachrymę, pectorum planctus, comæ dilaniatio, genarum cruentatio. Alijs autem & uestis discerpitur, & puluis capiti inspergitur, adeo ut uiuentes miserabiliores sint mortuo. Nam illi humi uoluntantur sepenumero, capita solo allidunt. Hic uero decorus ac formosus, ac diligentissime coronatus, sublimis propositus est, & excelsus, uelut ad pompā adornatus. Deinde mater, atq; adeo pater quoq; ex medijs cognatis progressus, ac mortuo circumfusus (Nam singe iuuenē aliquem, ac formosum propositum esse, quo magis in hunc competat actio fabulę) absurdas ac stultas uoces emittit: ad quas mortuus ipse respōsurus sit, si contingat uocem recipere. Ait enim pater, flebilis quadam uoce uerbū unumquodq; producēs in longū: Fili iucundissime, peristi mihi, mortuus es, ante diem præreptus es, me super hæc misero solo relicto. Non duxisti uxorem, nō parasti liberos, nō militasti, nō coluisti agros, non ad senectā peruenisti, nō comestaberis posthac, non amabis fili, neq; cum æqualibus in comotatione inebriaberis. Porro hæc atq; id genus alia dicet, quali putet filium adhuc rebus his egere post obitū, ac desiderare quidē, uerum potiri non posse. Sed quid hæc loquor? Quot enim sunt qui equos ac concubinas, rursum alij, qui pincernas etiam in funere macerant, qui uestem, reliquumq; mundum pariter in rogum iniectum exusserunt, aut una cum cadauere sepelierunt, perinde quali illic sit usus, & apud inferos fruiturus:

At senex iste luctum agens, hæc omnia atq; his etiam plura, quæ dicit, neq; filij causa stare uideatur, ut quem sciat non auditurum, etiam si Stentorem clamore uincat, neq; rursum sua ipsius gratia. Satis enim erat illi, cogitare & cognoscere, uel sine uoce. Nihil enim opus est, ut quis apud sese clamet. Superest igitur, ut ad hunc modum deliret ob eos qui adfunt, cum nesciat neq; quid acciderit ipsi filio, neque quod concesserit: imò cum ne suam quidem ipsius uitam, cuiusmodi sit perpenderit. Neq; enim alioqui ceu rem acerbam grauitate ferret, illum ex hac demigrasse. Filius igitur huic ita responderit, exorato Aeaco atq; Orco, quo liceat tantisper e specu proferre caput, dum patrem insanientem compefcet. Homo infelix quid clamas? Quid mihi molestus es? Desine uellicare comam, ac uultus etiam cutem lacerare. Cur mihi conuictum facis, ac miserum appellas, & infortunatum, qui iam sim te multo tum melior, tum felicior? Aut quid acerbi mihi putas accidisse? An quia non sim factus senex talis, qualis es tu, capite caluo, facie rugosa, incuruus genibus, segnis, in summa, tottis ætate putris, multis expletis Triacadibus & Olympiadibus, denique ad istum modum delirans apud testes tam multos? O demens, quid tibi uideatur in uita boni, quo posthac non simus potiturus? Nimirum compotationes dices, ac cœnas, uestimenta, & concubitus, eoq; metuis, ne rerum harum inopia peream. Non cogitas autem, longe bellius esse, non sitire, quam bibere, non esurire, quam edere, non algere, quam uestibus abundare. Age igitur, quando quidem ignarus uideris, docebo te lugere uerius. Iamq; denuo incepto luctu, clama. Fili miser, non amplius sities, nò amplius esuries, non amplius algebis. Peristi mihi infelix, quod morbos effugeris, qui febrè iam non timeas, non hostem, non tyrannum: non amor discruciat te, non auocabit coitus, neq; huius rei causa bis aut ter quotidie perdes impensam. Heu calamitatem. Neq; conuenienter factus senex, neq; molestus eris iuuenibus, si quando conspiciaris. Hæc si dixeris pater, an non putas te multo ueriora, magisq; ridicula dicturum, quam ista quæ modo? At uide ne illud te male habeat, dum noctem, quæ apud nos est, magnamq; cogitas caliginem: proinde metuis, ne tibi præfocer, conclusus in monumento. Verum in his illud oportebat perpenderè, oculis putrefactis, atque adeo exustis (si quidem paulo post extirpare me decreuisset) nihil opus erit, nec ad tenebras, nec ad lumen inspicendum. Atque ista fortassis utcumq; ferenda. Verum euulatus iste uester quid mihi confert? aut quid ista pectorum ad tibia modos percussio? aut quid mulierum immòdica lamentatio? Quid autem saxum, quod sepulchro imponitur, coronis ornatum? Aut quid ualer, quod merum infunditis? Num putatis illud ad nos destillaturum, & ad Orcum usq; permeaturum? Nam de parentalibus ipsi quoq; ni fallor, uidetis quod ex apparatu potissimum ad nos redire debuerat, id fumo correptum, sursum in cœlum abire, neq; quicquam iuuare nos, qui inferne agimus. Porro quod superest, puluis est inutilis, nisi creditis nos cinere uesti. Non est usq; adeo sterile, neq; infrugiferum Plutonis regnum, neq; nos destituit Aphodelus, ut à uobis cibos huc deportemus. Itaque iuro per Tisiphonem, iam pridem mihi libebat uehemèter exclamare super his, quæ & faciebatis, & dicebatis, sed uetabat linteum ac lanæ, quibus mihi fauces obligastis.

Atq; ita profaro, mors ultima lumina clausit.

Sed dicito per Iouem, si conuersus ad eos mortuus ille loquatur hæc, cubito inuictus, an non uidebitur rectissime dicturus? Attamen uecordes isti uociferantur, & accersito quopiam lamentorum artifice, qui multas antiquas calamitates in unum congerat, certaminis adiutore, & amentia chorago abutuntur, ubicunq; ceperit ille, ipsi ad melos euiatu respondentés. Verum quantum ad lamentationes attinet, omnibus eadem est inepiendi consuetudo. At deinceps sepulturæ rationem in uarios diuidunt modos. Nam Græcus exurit, Persa defodit, Indus uitro oblitit, Scythia deuorat, muria condit Aegyptius. Atq; hic quidem (rem à me uisam narro) deficcatum cadaver, conuiuia & compotorem adhibet: sit autem frequenter, ut Aegyptium aliquem indigentem pecuniæ, leuetegegestate pignus frater aut pater in tempore factus. Nalibationes, pyramides, columnas, tituli, ad breue tempus duratura, an non superuacanea, & ludicris simillima? Sunt uero qui ludos quoq; constituant ad sepulchrum, ac funebres orationes habeant, perinde quasi patrocinentur, ac testimoniū perhibeant defuncto apud inferos iudices. Post hæc omnia, superest exequialis cœna. Iamq; adfunt necessarii, ut defuncti parentes cōsolentur, suadentq;

suadentq; uti cibum capiant, quanquam illi per Iouem non illibentes ad id compelluntur, quippe perpetuum iam triduum enecti fame. Et quousq; quæso flebimus? Sine quiete scant Plutonis manes. Quod si tibi deliberatum est omnino flere, uel ob hoc ipsum cibus est capiendus, quo tanto luctui par esse possis. Tum deniq; tum ex omnibus contextuntur duo uersus Homericæ,

Nam cœpit meminisse cibi Niobe auricapilla,

Tum illud:

Vita defunctos flere haud sinit aluus Achiuos.

At capiunt quidem illi, sed initio pudibundi, uerentesq; ne post charissimorum obitum uideantur adhuc affectibus humanis commoueri. Hæc atque his longe magis ridicula reperiet, quisquis obseruarit ea, quæ sunt in luctu, propterea quod uulgo existiment mortem summum esse malum.

ABDICATVS LVCIANI, DES

ERASMO ROTEROD. INTERPRETE.

Quidam abdicatus artem medicinæ didicit. Patrem insaniam laborantem, reliquis medicis desperantibus, dato pharmaco cum sanasset, denuo receptus est in familiam. Post hæc noueram insaniam correptam sanare iussus, abdicatur.



AVD quaquam noua sunt hæc iudices, neq; miranda, quæ in præsentia facit pater, neq; nunc primum ad huc irascitur. modum, uerum hæc lex illi facilis est, & assuetus ad hanc causam accedit. Verum illud mihi nouo calamitatis genere accidit, quod cum nullum proprium sit crimen, quod mihi possit imponi, tamen in periculum uocor, ne poenas dem artis nomine, nisi huic iubenti per omnia parere possit. Qua quidem re quid fieri possit absurdius, uti curem ex præscripto, non iam quatenus ars ualeat, sed patris arbitratu. Quare optarim equidem ut medicorum ars, eiusmodi quoq; remedium aliquod haberet, quod non modo laborantes insaniam, uerum etiam præter æquum irascentes liberare possit, nimirum quo liceat & patris iracundiæ mederi. Nunc autem ipsa quidem insaniam leuatus est, cæterum iracundia magis etiam exasperatur. Quodq; est omnium grauissimum, erga cæteros omnibus sanus est, in me unum insanit, à quo morbo fuit liberatus. Videtis igitur cuiusmodi mercedem curationis feram, cum rursus ab illo abdicor, iterum alienor à familia, ceu ob id ipsum ad breue tempus receptus, ut maiore infamia sæpius eijcerer domo. At ego quidem in his quæ præstare queam, ne expecto quidem patris iussum, ut qui pridem non accersitus ad opitulandum accesserim. Verum ubi res est eiusmodi, ut nulla omnino spes sit, tum nec aggredi uelim. Porro in hac muliere multo etiam minus ausim, neque id temere. Si quidem reputo quæ in me facturus sit pater, si res non successerit, cum iam abdicet nondum aggressum curationem. Quare doleo iudices, noueræ uicem, grauitate laborantis. Erat enim proba. Deinde patris nomine, quem huius morbus excruciat. Maxime tamen mea ipsius causa, qui uidear immorigerus patri, cum non possim quæ iubeor præstare, partim ob morbi magnitudinem, partim ob artis imbecillitatem. At sanè non arbitror æquum esse ut abdicer, si quod efficere non queam, id ne recipiam quidem. Itaque quibus de causis prius abdicarit me, facile fuerit ex hoc negotio conuicere. Quanquam ad illas, opinor, satis respondi, ipsa post acta uita. Ad hæc autem quæ nunc obijcit, pro uirili sum responsurus, si prius de statu meo pauca uobis exposuero. Ego intractabilis ille, & immorigerus, patrem dedecorans, & indigna genere meo patrans, id quidem temporis multa id genus uociferanti, ac sine sine occlamanti, paucis contradicendum esse duxi. Verum domo cedens, existimaui mihi grauissimi iudicij instar fore, uerumq; calculum, ita actam deinde uitam, ut appareret me à patris illis criminibus quam longissime abesse, sed potius honestissimis studiis dedisse operam, cumq; optimis uiris habuisse consuetudinem. Iam uero & eiusmodi quiddam prospiciebam, ac suspicabar fore, ut aliquando pater, qui non admodum animo constaret, mihi sine causa succenseret, falsaq; in filium crimina strueret. Neq; deerat qui ista morbi initium interpretarentur, minasq; ac tela paulo post irruerunt mali. Nempe odium absque causa, mores asperos, conuicta parata, censuram seueram, clamorem, iracundiam

iracundiam, in summa, omnia plena bilis, unde usu uenturum credebam, ut mihi aliquando arte medicinae foret opus. Proinde foras profectus, ac probatissimorum, quos in peregrinis regionibus nancisci potui, medicorum usus doctrina, plurimo labore, uehementique animi studio artem perdidici. Porro domum reuersus, offendo patrem manifesta iam insaniam laborantem, & ab huius loci medicis desperantibus destitutum, qui non altius introrspiciunt, nec admodum exacte morbos diiudicant. At ego sane sicuti par erat facere frugis filium, nec superioris abdicacionis iniuriam recordabar, neque ut accerferer operiebar. Neque enim erat quicquam, quod illi proprie imputare possem. Verum peccata illa omnia fuerant aliena. Nempe quemadmodum modo dicebam, ipsius morbi. Ergo cum inuocatus accessissem, non sum equidem protinus medicatus: neque enim hic nobis mos est, neque id precipit ars: uerum illud omnium primum iubemur obseruare, sanabilis ne sit morbus, an insanabilis, atque artis terminos praetergressus. Ac tum si eiusmodi fuerit malum, ut commode possimus aggredi, aggredimur, totoque adnitimur studio, ut aegrotum seruemus. Quod si uiderimus iam inualuisse, superasseque, nec manum admolimur omnino, idque uultam quandam legem eorum, qui primi medicinae prodiderunt artem, secuti: qui negant tentandos esse morbos, qui iam inualuerunt. Itaque cum patrem adhuc intra spem esse perspicerem, neque malum supra artis uires esse, diu obseruatis ac pensatis singulis, ita demum aggrediebar, ac pharmacum fidenti animo porrexi. Multi sane eorum qui tum aderant, suspectam habebant administrationem pharmaci, calumniantes curacionem meam; iamque parabant in ius uocare me. Aderat autem & nouerca pauida atque diffidens, non id quidem odio mei, sed quod metueret, utpote probe sciens illum grauius laborare. Nam sola nouerat omnia, quippe familiaris & assidue conuiuens aegrotanti. At tamen ego nihil his rebus deterritus, sciebam enim futurum ut mihi signa non mentiretur, neque falleret ars, adhibui curam, obseruato tempore idoneo. Quanquam erant amici nonnulli, qui mihi consilium darent, ne fiderem, ne forte si res male succedisset, maiorem aliquam calumniam mihi accerferem, quasi patrem ueneno ultus essem, memor iniuriarum, quibus me affecerat. In summa, ille protinus conualuit, pristinae redditus sanitati, cognouitque omnia. Familiares admirabantur: denique laudabat & nouerca, ac palam omnibus utriusque nomine gaudebat, tum mihi laudem assecuto, tum illi ad sanam mentem reuerso. Atque hic quidem, nam illud de eo testari possum, neque contatus, neque quoptiam his de rebus in consilium adhibito, simulatque rem omnem e familiaribus cognouit, irritam fecit abdicacionem, ac denuo me filium fecit, seruatorem ac beneficum appellans, confitens sese certum experimentum mei cepisse, deique illis ante factis semet excusans. Id factum compluribus attulit uoluptatem, nimirum quotquot aderant probi. Caeterum uerebat eos, quibus abdicacio filij iucundior fuerat reuocatione. Proinde uidebam tum non eodem modo ea re gaudentes omnes, sed erat cuius & colorem ilico uerti sensi, & oculos turbati, & uultum iracundum, quemadmodum ex inuidia, odioque solet accidere. Nos igitur ut est consentaneum, in complexibus & animi gaudijs uersabamur: utpote utroque alteri reddito. Caeterum nouerca paulopost aegrotare protinus coepit, morbo, iudices, graui, & impotenti. Nam statim obseruabam, ut nascebatur malum. Neque enim simplex erat, aut leuis insaniae species, quin potius uetus quidam morbus, qui iam pridem delituerat in animi domicilio, erupit, uictorque in apertum prodijt. Sunt autem nobis cum alia multa signa, insanabili laborantis insaniam, tum illud commune in hac obseruauit muliere. In caeteros placatior est, ac mitis, atque illis presentibus, conuiescit morbus. Quod si quae conspexerit medicum, imo si uel audierit tantum de medico, in hunc supra modum inceditur. Quod et ipsum argumeto est, illam graui & insanabili teneri malo. Haec cum perspicerem, equidem acerbe ferebam, miserebatque mulieris, ut debui, praeter meritum tanto laborantis infortunio. Pater uero ob imperitiam, neque enim nouit, uel originem mali, quo tenetur, uel causam, uel morbi magnitudinem, iussit uti medicarer, ac simile pharmacum exhiberem: arbitratus idem esse insaniam genus, eundem morbum, eandem aegrotationem, quae similem curandi rationem admitteret. Verum ubi id quod erat uerissimum dico, fieri nullo pacto posse, ut mulier seruetur, fateorque me morbo imparem esse, indignatur, ac succenset, atque me studio detrectare, ac mulierem destituere, mihi crimini uertens artis imbecillitatem. Atque huic quidem accidit, quod solet ijs qui dolent. Succensent enim

enim omnes ijs, qui libere uerum loquuntur. Tamen ego sane pro uiribus illi respondebo, tum meo ipsius nomine, tum artis. Ac primum quidem a lege sumam initium, per quam hic me parat abdicare, ut intelligat sibi non esse posthac eandem abdicandi facultatem, quae prius fuit. Neque enim legislator omnibus, o pater, istam potestatem permittit, neque uti quoslibet filios, neque quoties libuerit, abdicent, neque quibuslibet de causis: Verum quemadmodum patribus concessit, certis de causis israeli, ita prospexit & liberis, ne id immerentibus accidat. Eaque gratia iussit, ne libera esset, ac citra iudicium uindicta: sed ad iudices uocat, aestimatores constituit, qui neque per iracundiam, neque per calumniam, quod iustum sit iudicent. Nouerat enim frequenter accidere multis, ut ob causas iniquas ad iram commouerentur: hic quidem alicui falsa calumniarum credens: ille famulo fidem habens, aut uxori cuiuspiam inimica. Quare noluit rem iniudicatam agi, neque indefensa causa liberos statim capi, uinciri: uerum & aquam infundit, & ratio redditur, & nihil inexcussum relinquunt. Quandoquidem solum hoc autoritatis datur patri, ut ad iudices uocet: uerum iudicandi autoritas, an merito accuset, id penes uos, qui iudicio praesidetis, ac nondum spectate crimen, quod mihi imponit, cuiusque gratia nunc indignatur: uerum illud prius expendite, num posthac illi ius sit abdicandi, qui semel abdicauerit, iamque sit usus facultate, quam lex concedit, atque hanc paternam potestatem expleuerit, deinde rursus in familiam receperit, ac superiorem abdicacionem irritam fecerit. Nam ego certe iniquissimum istud esse dico, ut liberorum quoque sint infinitae poenae, ut multae condemnationes, ac metus perpetuus: utque lex nunc irato inseruiat, mox deinde faciat irritum, quod actum est: rursus ut eodem modo ualeat: in summa, ut ius sursum ac deorsum torqueatur, utcumque patribus pro tempore uisum fuerit. Verum initio quidem aequum erat uti concederet, cumque indignante pariter indignaretur, ac puniendi ius faceret ei, qui genuisset. Porro ubi semel potestatem absumpserit, ac lege sit abusus, iracundiam expleuerit, posthac rursus in familiam receperit, & in hanc opinionem discesserit, ut frugi putet, in his perseueret necessum est, neque postea resiliendum, aut retractanda sententia, neque rescindendum iudicium. Neque enim scire poterat, opinor, is qui natus fuerat, frugi ne, an contra esset euasurus. Atque hanc ob causam permissum est, ut genere indignos abdicet, quos cum educabant, cuiusmodi essent futuri nesciebant. Caeterum ubi non coactus, sed suapte sponte atque autoritate ex sese comprobatum recipit, qua deinde ratione possit mutare factum, aut quis legis usus superest: Etenim ipse legislator hunc ad modum tecum egerit. Hic si improbus erat, dignusque quae abdicares, quid accidit uti reuocares? Cur denuo in familiam reduxisti? Cur legem irritam fecisti? Nam liber eras, tibi in manu erat ista non facere. Neque enim tibi concedendum est, ut legibus tuo arbitrato abutaris, utque iudicia utcumque mutatus sit animus tuus, eo trahantur. Neque uti nunc irritentur leges, nunc rursus ualeant, iudices interim testes sedeant, uel ut rectius dicam, ministri tuae uoluntatis, modo punientes, modo absoluentes, quoadocumque tibi uisum fuerit. Semel genuisti, semel educasti, per his semel item abdicare potes, atque ita potes, si istud merito facere uidearis: uerum ut hoc fiat sine fine, ut perpetuo, ut frequenter, ut facile, id uero supra patris ius est. Quare per Iouem iudices, ne permittatis huic, ut qui sua sponte receperit, superioris iudicij sententiam irritarit, iram damnarit, rursus ad eandem prouocet poenam, & ad patriam recurrat potestatem, cuius tempus iam excelsit, euanuitque priuilegium, nec huic unquam quicquam uales, quippe ante hac consumpta. Etenim illud considerate, quemadmodum in reliquis iudicijs, ubi iudices sortibus ferunt sententiam, si quis perperam pronunciatum existimat, permittitur alios adire iudices. Porro si qui ipsi suapte sponte iudices constituerint, delectisque arbitris causam commiserint, posthac non idem licet. Etenim si quis, quorum sententia initio stare non cogeatur, hos sponte delegerit, iam a quo est boni consulere quae statuerint. Idem sane tu quoque, quem antea liberum erat non recipere, nisi dignus maioribus uideretur, hunc si probum arbitratus esse, denuo recepisti, iam deinde non erit abdicandi ius. Si quidem indignum esse in quem ista dentio fiant, ipse testatus es, iam de integro frugis filium esse confessus. Itaque non conuenit poenitere receptionis, sed firma reconciliatio sit oportet, nimirum post toties pronunciatam sententiam, ac rem his iudicatam, primum cum abdicares, iterum, cum ipse mutasti consilium, meque in familia reuocasti, rescisis decretis superioribus, confirmas illa quae postea sunt placita, Proinde perseuera in his quae proxime statuisti, tuumque ipsius iudicium serua-

Pater sis oportet, quandoquidem id abs te decretum, id probasti, id ratum fecisti. Ego quidem si natura non essem filius, sed adoptatum abdicare uelles, ne tum quidem existerem tibi licere. Quod enim initio liberum erat non facere, id semel factum, iniquum est rescindere. Porro eum qui primū natura sit filius, postea iudicio, sententiāq; accersitus, quāso nūm par est rursum expellere, & eadem familiaritate priuare sapius? Age quid si forte seruus essem, ac tu quidem primū improbum esse ratus, in uincula coniecisses, dein de ubi cognitum est me nihil peccasse, manumisses, nūm tibi liceret, ut cūq; contingerit irasci, rursus in eadem reuocare seruitutem? Minime liceret. Istiusmodi igitur acta, leges firma uolunt esse, ac perpetuo ualere. Ego cum pluribus etiā argumentis docere possim, non esse ius huic abdicare denuo, quem semel abdicatum, sponte sua receperit, tamen si nem faciam. Nūc spectate cuiusmodi filium parat abdicare. Atq; illud nondum dicam, me tum imperitum abdicatum fuisse, nunc abdicari medicū (nihil enim mihi in hac causa suffragetur ars) tum iuuenem, nunc aetate prouectum, ut aetas etiam ipsa fidem faciat, me nihil peccasse. Nam leue fortassis hoc quoq; uerum tum quidem, etiam si nullo cōmissio peccato, ut ego quidem dixerim, sed nec benemeritis, alienabar a familia. Nūc porro cum nuper salutem dederim, ac beneficium extiterim, exigor. Qua re quid fieri potest ingratius, ut mea seruatus opera, tantoq; elapsus a discrimine, protinus sanationem illam huiusmodi factis penset, nulla meritorum habitā ratione, sed usq; adeo facile mandarit obliuioni, atq; in solitudinem abigat eum, qui iure sit obsecutus, cum praeterius ei ceretur, neq; solum non meminerit iniuriā, uerum etiā & salutem attulerit, & sanā mentem restituerit? Neq; enim exiguo iudices, neq; uulgari in hunc collato beneficio, tamen huiusmodi malis nunc uideor dignus. Porro quanquā hic ignorat, quo in statu tunc fuerit, uos tamen omnes nostis, quid facientem hunc, simul & patientē, & quibus affectum modis, ego curandum susceperim, ac medicis reliquis desperantibus, fugientibus familiaribus, nec propius accedere audentibus, talem reddidi, ut etiam accusare possit, ut de legibus disserere. Quin magis si exemplum quaris pater, cum propemodum talis esses, qualis nunc est uxor, ad pristinam sanātem reuocauit. Quare non est aequum, ut pro his officijs, huiusmodi mihi gratia reponatur, utq; in me unum tantūmodo sanus sis. Etenim te nō mediocribus a me beneficijs affectum esse, uel ex his ipsis liquet, quibus me criminariis. Nam quem ob hoc odio persequeris, quod uxorem extremo laborantem periculo, grauisimeq; affectam non sanem, qui sit, ut eundem non multo potius charissimū habēas, quum simili morbo liberarim, non gratias agas, tam acerbis ereptus malis? At tu, quod quidem est ingratisimū, simul atq; ad te redisti, protinus in ius trahis: salute donatus, punis, & ad uetus recurris odium, eandem recitas legem. Egregiam igitur mercedem per soluis arti, dignamq; pro remedijs referis gratiam, qui quidem aduersus medicū tantum sanus es. Vos autem iudices, huic concedetis, ut de benemerito penas sumat, ut salutis autorem expellat, ut eum qui sanitati restituerit, oderit, ut per quem reuixit, ulciscatur. Haud profecto concedetis, si quidem quod aequum est, facietis. Etenim si maximum aliquod flagitium in praesentia cōmisisset, tamen superioris beneficii nomine non merito critere mihi debebat: cuius respectu, memoriaq; conueniebat hunc praesentem iniuriā negligere, & ob illa priora facile ignoscere: maxime si tam ingēs sit beneficium, ut omnia superet, quae postea possint accidere. Quod equidem mihi in hunc competere puto, quem seruauit, qui mihi totius uitae debitor est: cui prestiti ut sit, ut sapiat, ut intelligat, praesertim cum caeteri omnes iam desperarent, seq; morbo impares esse faterentur. Nam & illud, opinor, ad meritū mei cumulum accedit, quod cum id temporis filius nō essem, cum nihil esset causae, quae me cogeret curationē suscipere, uerum cum liber essem, atq; alienus, a naturali causa solutus, tamen haud dissimulaui, sed ultroneus, inuocatus, iniulsus adij, succurri, adnissus sum; sanauit, restituit, meum ipsius patrem seruauit, de abdicatio- ne me purgauit, iram beneuolentia sedauit, legem pietate sustuli, magnosq; beneficio redditum in familiam emi; atq; in tempore adeo periculoso fidem erga patrem demonstraui, meq; ipsum artis auxilio insinuaui, ac tristibus in rebus legitimus filius apparui. Quam multa enim me fuisse passum arbitramini, quātum & exhaustisse laborum: dum adsideo, dum obseruio, dum opportunitates capto, nunc cedens patris uehementiae, nunc artem admouens ad breue tempus concedere morbo. Est autem hoc omnium quae sunt in arte medicoru

medicorum periculosissimum, huiusmodi medicari, ac propius accedere ad hos, qui ad eum sunt affecti modum. Fit enim non raro, ut exaestuante malo, rabiē in proximos exercent. Me tamē nihil horum piguit, neq; grauatus sum, uerum aderam, modis omnibus eum morbo luans, postremo superauit pharmaco. Ne uero quisquam hoc audito, protinus apud se cogitet. Quis aut quantus labor miscere pharmacum. Etenim multa prius sunt facienda, praestruenda uia dando pharmaco, praeparandum corpus, quo facilius recipiat medicationem, deq; corporis habitu sollicitus sit medicus oportet, inaniens, extenuans, cibis idoneis alens, mouens ad omne quod conducit. Somnos accersendi rationes excogitans, solitudines arte reperiens. Quibus in rebus aegroti caeteri facile pareat. At qui laborant insania, ob animi libertatem intractabiles sunt, ac gubernatu difficiles, ipsiq; medico periculosi, neq; qui facile cura expugnentur. Proinde saepenumero cū effecerimus, ut iam speremus proxime adesse morbi finem, leue aliquod erratum incidens, renouato malo, cuncta illa superiora facile subuertit, curationē impedit, artē fallit. Eum igitur qui haec omnia sustinuerit, qui cum morbo tam graui sit luatus, qui malū malorum omnium expugnatum difficillimū uicerit, huic ut iterum abdicet permittetis, utq; leges in benemeritum interpretetur suo arbitratu concedetis, atq; eū cum ipsa natura bellum gerere sinetis? Ego nature parens iudices, patrē mihi ipsi seruo, custodiq; etiā si hic quidem iniuria me afficiat. Quod si filium benemeritum, leges, ut ait, secutus, perdit, et a familia alienat; hic nimirum liberorū osor erit: ego pius in patrem. Ego naturam amplector. Iste naturam contemnit, fasq; & ius uiolat. O patrē iniuste prosequētem odio. O filium iniustius amantem. Nam mihi ipsi uitio uerto, patre cōpellente, quod odio habitus, eum praeter causam amo, & magis amo quā oporteat. Atqui natura comparatum est, ut patres liberos ament magis, q̄ liberi parentes. Verū hic studio leges cōtemnis, quae filios nihil cōmeritos familiae seruant, tum naturā, quae parentes ad uehementis natoū desiderium incitat. Non solum enim cum plures habeat in me beneuolentiae causas, maiorem, uti debebat, beneuolentia non adiungit atq; addit, aut quod est minus, me saltē imitatur, meumq; aemulatur amorē; sed o calamitatē, quā insuper odit amantem, charitate prosequentem expellit, benemerentē laedit, complectentem abdicat, legesq; liberis fauentes, ceu liberis insensas, in me torquere conatur. O bellum, quod contra naturā legibus moues pater. Non sunt ista, non sunt iniqua, quemadmodū tu uis: leges bene conditas, male interpretaris pater. Non pugnat natura cum lege, in his quae ad beneuolentia pertinent. Hic inter sese consentiunt, & altera utriq; auxilio est ad delendas iniurias. Cōtumelia afficit benemeritū. Offendit naturā. Cur legibus quoq; simul cum natura facis iniuriā? Quae cum honestae, iustae, liberorū amantes esse cupiant, non pateris esse: quippe quas aduersus unum filium, tanquam aduersus multos sapius tentes. Nec sinis in supplicijs quietē inuenire, quae uelint in beneuolentia liberorū erga patres conuiescere: quanq; alioqui ne positas quidem aduersus eos, qui nihil peccarint. At sane leges ingratitudinis actionem concedunt in eos, qui benemeritis nō retulerint gratia. At qui non solum non referit gratiam, uerum etiam punire conatur ob ea ipsa, quibus adiutus est beneficio, considerate num quicquā facere possit iniquius? Itaq; nō posse hunc iam abdicare denuo, qui pater nam potestate semel expleuerit, ac lege sit usus: praeterea nō esse aequū, eum qui tanta praestiterit beneficia, expellere, familiaq; exigere, satis opinor demonstratū. Nūc autem ad ipsam abdicatiois causam ueniamus, & crimen cuiusmodi sit expendamus. At rursus ad mentē eius qui legem condidit, recurramus necesse est. Etenim ut istud tibi donemus ad breue tēpus, licere quotiescūq; uelis abdicare, utq; praeterea potestate istam tibi largiamur, etiā aduersus benemeritū, haud tamē simpliciter, opinor, neq; quibuslibet de causis abdicabis. Neq; hoc dicit legis conditor: Quicquid utcūq; criminatus fuerit pater abdicato, ut satis sit tantum uoluisse queri. Nam si id esset, quid opus erat iudicio? Verum uos istud expēdere iubet iudices, nūm grauibus ac iustis de causis irascatur pater, necne. Hoc igitur in praesentia considerate. Exordiar aut ab istis, quae protinus huius insania sunt consecuta. Iam primum omnium quod fecit sanā menti redditus, illud erat: Rescidit abdicatio. Ego seruator, beneficus, breuiter omnia erā. In his nisi fallor, nihil adhuc esse poterat, quod cū crimine uideretur esse coniunctū. Deinde quid est omnium quod accusat? Quod obsequiū, quam curam filio dignā praetermissi? Quando foris cubui, quas intēpe-

stiuas potationes, quas comestationes obijcis: Qui luxus: Quis leno pulsatus est: Quis accusauit: Nemo profecto. Atqui hec sunt, ob que precipue lex permittit abdicare. Cæterum cœpit ægrotare nouerca. Quid istud mihi uertis criminis: morbiq; pœnã à me reposcis: Non reposco, inquit. Sed quid? Quod eam curare iussus recusas, ob hoc dignus fueris qui abdiceris, quippe immorigerus patri. Ast ego quidem cuiusmodi sint ista que iubet, in quibus quia non possim obsequi, uideor immorigerus, paulisper differã. Sed illud prius in totũ dico. Neq; lex huic concedit, ut quiduis imperet, neq; mihi necesse est in omnibus omnino parere. Quædã enim mandata sunt huiusmodi, ut si nō parueris, nō sis obnoxius pœnæ. Quædã id genus, ut nisi obtemperaris, ira, supplicioq; sis dignus: ueluti si ægrotet ipse, & ego nō curem. Si quid rerũ domesticarũ curãdum sit, & ego negligam. Si quid rem rusticã curandam mandes, atq; ego recusem. Hęc omnia atq; id genus alia, probabiles adferunt causas paternæ querelæ. Porro cætera nostri sunt arbitri, nēpe quæ ad artes, & artium usum pertinent: Maxime si nulla in re fiat iniuria patri. Iam si cui pateri præcipiat pater. Hęc pinge filii, illa, nequaq;. Rursum musico, hęc pulsa harmoniã, illam ne pulsa: Tum fabro ærario: Ista cude, illa ne cude: num quisquã hunc patietur abdicare filium propterea, quod nō ex ipsius arbitrio artẽ exerceat: Nemo opinor. Atqui medendi ars, quanto est honoratior, uitæq; conducibilior, tanto cõuenit esse libertiores: qui hac utuntur: ac iustũ est, ut ars aliquo gaudeat priuilegio in exercẽdi facultate, ut neq; cogatur usquã, neq; ferat imperiũ, res sacra, deorũ doctrina, uiroũ eruditorũ cura: neq; in seruitutẽ trahatur legis: neq; timori, pœnisq; tribunaliũ, neq; calculis, ac patris minis, & in doci hominis irã sit obnoxia. Proinde si tibi palã ac simpliciter ad hunc modum respondiſsem: Nolo curare cum possim, sed artẽ soli mihi didici, ac patri, cæteris omnibus imperitus esse uolo: quis est tyrannus usq; adeo ferox, ut cogat etiam nolentẽ uti arte: Si quidẽ istiusmodi officia blanditijs, precibusq;, ni fallor, nō legibus, ira, iudicijs, conuenit elicere: persuadere medico oportet, non iubere, ut uelit, non ut metuat: neq; ad faciendum adigendus est, sed ultro ac lubens accedat oportet, immunitas à compulsionẽ patris. Immunitas est ars ipsa, quandoquidẽ ciuitates quoq; publicitus honores, præminentiã, immunitates, priuilegia medicis tribuunt. Hęc igitur in genere poterã artis nomine respondere, etiã si tu me illam docuisses, si multũ studiũ, multũ pecuniarũ insumpisses, ut discerem, & unam hęc curationẽ, etiam si eiusmodi esset, ut prestare possem, recusassem. Nunc illud cogita, q; rem modis omnibus ingratam & iniquam facias, qui nō sinas me, à me ipso mihi partis libere uti. Hęc ego artem tum cum non essem filius tuus, perdidici, neq; tuis subiectus legibus. Atq; hęc tamen tibi didici. Huius fructũ primus sensisti, cum nihil adũmenti cõtuleris ad eius cognitionẽ. Quem præceptorẽ mercede cõduxisti: Quem pharmacorũ apparatus comparasti: Nullũ omnino. Verũ inops, ac rerum necessariatũ indigens, à præceptoribus mei miseris sum eductus. Nã abs te patre huiusmodi mihi dabatur ad discendũ uaticum, molestia, solitudo, egestas, familiaritũ odium, cognatorũ auersatio. Pro istis itaq; factis postulas uti arte mea, uisq; earũ rerum esse dominus, quas mihi parauit tum cum mihi nō essem dominus. Boni consule, si quid antehac ultro, nullo prouocatus officio, bene de te sum meritis, cũ nullo nomine ullam abs te gratiam possem reposcere. Cæterum nō cõuenit sanẽ, ut meum beneficium mihi in reliquum tempus pariat necessitatem, ut quod uolẽs beneficio iuu, uertatur in occasionẽ, ut postea ea nolenti præcipias: iamq; in consuetudinẽ trahatur, ut qui semel sanauerit aliquem, semper deinde curet omnes quoscũq; uoluerit is, qui sanatus est. Etenim ad istũ modũ fieret, ut quos curarem, eos dominos nobis creauerimus, nosq; metipso illis tradiderimus, mercedis loco seruitutem accepturi, & ad omnia quæ iusserint obtemperaturi. Qua re quid esse potest iniquius? Quontã te grauius adeo laborantẽ restitui, ob id existimas tibi ius esse arte utendi meae: Atq; hęc quidem dicere poterã: si mihi hic imperasset ea, que meae sint facultatis, atq; ego nō omnino modis omnibus, uel inuitus obtemperassem. At nunc tandem perpendite, cuiusmodi sint huius imperata. Quandoquidem, inquit, me laborantem insaniam, sanasti: insanit autem & uxor, eodemq; tenetur morbo (sic enim opinatur) & à cæteris medicis ad eundem modum destituta est: tuq; potes omnia, id quod re demonstrasti: sanato hanc quoq;, ac morbo leuato. Id si quis simpliciter ad hęc audiat modum, uehementer æquum uideatur, præsertim illiterato, artisq; medicinæ imperito.

Sin

Sin autem me auscultetis artis nomine respondentem, intelligetis nimirũ nec omnia esse nostræ facultatis, neq; consimiles morborum naturas, nec eandem medendi rationem, nec eadem remedia in omnibus efficacia. Ac tum palam fiet, quantũ inter sit, nōlis quipiam, an non possis. Vos interim patienter auscultate me, hisce de rebus philosophantẽ: existimantes nec inelegantem fore, nec extra causam, nec alienam à re, nec intempestiuam de his disputationẽ. Iam primum naturæ corporũ, ac temperaturæ, haud quaquam eadẽm sunt: tamet si maxime in confesso est, isdem ex elemẽtis constare. Verum alia de his, alia de illis magis aut minus participat: idq; loquor adhuc de corporibus uiroũ, que neq; similia sunt omnibus, neq; eadem temperatura, neq; eadem cõstitutione. Vnde nec cessario consequitur, ut morbi quoq; tum magnitudine, tum specie differentes, his accedant: utq; alia sanatu sint facilia, atq; ad curationem sponte propẽsa: alia rursum prorsus desperata: ut quæ & facillime corripiantur, & grauissime à morbisprehendãtur. Proinde si quis existimet, quamlibet febrim, aut quamuis tabem, aut peripneumoniã, aut insaniam, quolibet in corpore unam atq; eandem esse genere: is non uideatur ponẽdus inter sobrios, neque doctos, neq; inter eos qui in rebus huiusmodi exquirendis elaborarunt. Quin idem malum in hoc corpore facile sanabitur, in hoc minime. Quemadmodũ uide licet triticum, si idem in diuersos ejctas agros: aliter proueniet in plano solo, profundo, irriguo, aprico, uentis salubribus exposito, exculto, nimirũ ubere, leto, copiosoq; fructu: Rursum aliter in montuosa, petricosaq; terra, aliter in opaca, aliter, in subiecta montibus. In summa: pro cuiusq; loci diuersa natura, uarie proueniet. Itidem & morbi, pro ratione corporum, in quæ inciderint, aut maiores & uberiores, aut minores eueniunt. Verum his omnis pater, nec omnino discussa re, uult quamuis insaniam in quouis corpore consimilem esse, similemq; desiderare curationem. Super hęc tam multa, muliebria corpora plurimum differre à uiroorum corporibus, uel ad morbi corruptionem, uel ad sanandi spem, aut desperationẽ, facile fuerit cognoscere. Si quidem uiroorum corpora bene compacta sunt, neruosa: laboribus, agitationibus, uita sub dio acta, exercitata. Cõtra foeminarum, flaccida, male compacta, in umbra alita: Candida ob sanguinis inopiam, calorisq; penuriam, & humoris superuacanei abundantiam. Quare facilius corripitur, quam uiroorum: utpote in morbis exposita, nec ferentia curationem: præcipue uero ad insaniam procliuora. Nam cum multum habeant iracundiã ac leuitatis, faciliq; commouentur: porro corporis exigua sint uires: facile in hoc malum prolabantur. Proinde, nō conuenit, in utrisque eandẽm à medicis sanandi rationem requirere: cum intelligatis, hęc ab illis longissimo distare interuallo, iam ab ipso protinus ortu discreta, tum tota uitæ ratione, tum actionibus omnibus, tum studijs atq; exercitijs uniuersis. Quare cum dicis, Insania laborat: ad hoc quoq;, laborat mulier. Neq; confundas hic omnia sub unã & eandẽm insaniam referẽs appellationẽ. Verum discretis is, quemadmodũ & natura discreuit, quid in quoq; præstari possit considera. Nam nos, quemadmodũ initio dixisse memini, illud in primis spectamus: ægroti corporis naturam, ac temperaturã: & cuius qualitatis magis sit participes, calidius an frigidius, uigens an ætate deficiens, magnũ an pusillum, crassum an macilentum: reliquaq; id genus omnia. Quæ si quis penitus expendit: is demum erit idoneus cui fides habeatur, uel desperanti, uel recipienti. Quãdoquidem & insanie innumera bilia sunt genera, & causæ complures: nec uocabula quidem eadem. Neq; enim idem desipere ac delirare, rabire & insanire. Verum hęc omnia nomina significant magis aut minus obnoxium esse morbo. Porro causæ alia sunt uiris, alia foeminis. Rursum inter ipsos uiros, alia iuuenibus, alia senibus: puta iuuenibus immodica ferme repletio: senibus autem importuna calumnia, ira impotens, quæ sæpenumero incidit aduersus domesticos. Hęc initio perturbant animum: deinde paulatim uergit in insaniam. Porro mulierum corpora & multa res infestant, & facile in morbum adducunt: præcipue uero si quem oderint uehementius, aut si inuideant inimico, secundis rerum successibus utenti: aut si quid molestum sit: aut si cui succenseant. Hęc paulatim subgliscencia, multoq; alita tempore, tandem in insaniam euadunt. Eiusmodi rerum aliquid uxori quoq; usu uenit patet: & haud scio, an nuper aliquid illi egritudinem aliquam attulerit. Nihil enim illa oderat, quanquam morbo sanẽ tenetur, neq; his malis ullius medici cura poterit eripi. Quod si quis alius se facturum receperit, aut si quis eam liberarit: tum me oderis licet, uelut iniu-

Tom. i

p. 2. tum

rium. Tamen si ne illud quidem uerebor dicere pater: Etiam si non profusus esset, ut est, desperandū: sed adhuc aliqua salutis spes leuis ostenderetur, ne sic quidem facile manum admouerem; neque statim auderem ministrare potionem; uidelicet ueritus fortunam, ac multorum hominum obreftationē. Vides, ut omnes arbitrantur, priuignos inuisos esse nouercis omnibus, etiā si probe fuerint; easque hanc ceu communem quandā mulierū insaniam insanire, Quare facile suspicatus fuisset aliquis, si malum hoc secus euenisset, neque profuissent remedia, perfidam ac dolosam fuisse curationem. Atque uxoris quidem res pater ad hunc sese habent modū: idque loquor, quod profusus exploratum habeo; nunquā melius est habitura, etiā si milies biberit pharmacum: eoque non opere precium conari, nisi me in hoc solum urges ut frustrer; idque uis ut scdam mihi famam accersam. Patere, ut mihi eiusdem artis professores inuideant. Quod si me rursus abdicaris, ego quidem etiā si ab omnibus deserar, tamen tibi nihil imprecabor graue. Sed quid si (quod aueat deus) redeat morbus: solent istiusmodi ferme mala irritata recurrere) quid erit mihi faciundum? Curabo, ut nosti, tum quoque; neque unquam defuturus sum officio, quod liberis natura præscripsit, neque generis, quoad in me fuerit, obliuiscar. Deinde si respicueris, num credere debeo futurum, ut me denuo recipias, illud uide. Iam ista quum facis, acceris morbum, pestemque refricas: heri ac nudius tertius e tantis elapsus malis, contentis, uociferaris, quodque grauissimum est, irascaris, ad odium propensus es, leges reuocas. Hei mihi pater, istiusmodi fuerant superioris insaniam tuam proemia.

ICAROMENIPPVS, SIVE

HYPERNEPHELVS



MER mille igitur erant stadia à terra usque ad lunam, ubi prima nobis fuit mansio. Porro hinc sursum ad solem parasangge ferme quingēta. Rursum ab hoc usque ad ipsum denique cœlum, arcenque Iouis in aëdō sitam, tantum fere spacij fuerit, quantum aquila probe succincta, atque expedita queat uno die peragere. **AMIC.** Dic mihi per Gratias Menippe: que sunt ista que de astris loqueris, ac tacitus tecum supputas? Etenim iam dudum te affectans, audio soles & lunas; præterea autem & magnifica ista, mansiones ac parasangas, peregrina quadam commemorantē. **MENIP.** Ne mireris amice, si sublimia; aereaque tibi uideor loqui, nam summam apud me reputo nuper acta peregrinationis. **AMIC.** Nimirum Phœnicum exemplo uiam stellis notaras. **MENIP.** Haud quaquam per Iouem: quin magis ipsis in stellis sum peregrinatus. **AMIC.** Papæ, longum profecto somnium mihi narras. Siquidem totas edormisti parasangas insciēs. **MENIP.** Quid ais? Somnium tibi referre uideor, qui modo ab ipso Ioue ipse reuersus adsum? **AMIC.** Quid audio? Itane Menippus nobis à Ioue delapsus adest e cœlo? **MENIP.** Ita sanè. Ego tibi ab ipso illo summo Ioue hodie uenio, rebus interim dictu miris, & auditis, & cōspectis. Quod si non credis, equidem hoc ipso nomine supra modum gaudeo, cum supra fidem esse uideo meam felicitatem. **AMIC.** Et quo pacto diuine atque Olympie Menippe, mortalis cum sim, ac terrestris, queam non credere uiro, qui nubes superarit, quique ut Homericis dicam uerbis, iam sit cœlitum e numero unus? Verū illud mihi dicito, si molestum non est, quibus modis in altum subuectus es, aut unde nactus scalas tanta magnitudines? Nam quantum ad faciem ac formam attinet, non es admodum similis illi Phrygio: ut coniectare possumus, te quoque ab aquila raptum fuisse, quo pocillatoris alicubi munere fungereris. **MENIP.** Non me clam est te iam dudum irridere. Neque uero id omnino mirum, si narrationis nouitas tibi fabulæ uidetur adsimilis. Cæterum ad consensum nihil mihi erat opus, neque scalis, neque uti pueri illius in morem ab aquila raperer: propterea quod alæ mihi essent propriæ. **AMIC.** Iam uero istud quod narras, uel ipsum Dædali factum superat. Siquidem præter alia, nobis inscientibus, miluius quispiam aut graculus ex homine factus es. **MENIP.** Recte amice, neque procul à scopo coniecisti. Etenim illud Dædali de alis inuentum ipse quoque sum machinatus. **AMIC.** At interim omnium audacissime, non ueritus es, ne tu quoque alicubi in mare delapsus, Menippeum aliquod pelagus tibi cognomine redderes: quemadmodum ille Icarium? **MENIP.** Nequaquam: Siquidem

Siquidem Icarus cum alas haberet cæra adglutinatas, eaque quamprimum ad solem esset liquefacta, defluxis alis, non mirum si decidit. At nobis citra ullam cæram erant pennæ. **AMIC.** Istud qui fieri potuit? Iam enim haud scio quo pacto paulatim me adducis, ut uera uideatur quæ narras. **MENIP.** Ad hunc ferme modum. Aquilam egregie magnam, tum autem & uulturem ualidum arripui. His cum alas una cum ipsis brachijs præsecuissem. Quin potius si uacat commenti rationē ordine tibi percessebo. **AMIC.** Mihi quidem uel maxime uacat. Adeo sublimis à sermone tuo pendeo: iamque ad narrationis finem inhio. Ne uero me negligas, per Iouem amicitia præsidem, auribus in aere suspensum ob tuam narrationē. **MENIP.** Ausculta igitur. Neque enim ciuile fuerit, si speciem amicum ore hiantem relictum: eumque, quemadmodum tu ais, ab auribus suspensum. Ego igitur cum expendens ea quæ sunt in uita mortalium, protinus omnes res humanas reperissem ridiculas, humiles, instabiles: nempe opes, imperia, magistratus: contemptis his, atque horū studio, adiectoque animo ad ea quæ uere sunt bona, conatus sum ab his tenebris emicare, & ad uniuersi naturam suspicere. Atque hic mihi multam attulit hasitationē: primum hic ipse qui à sapientibus appellatur mundus. Neque enim inuenire poteram, neque quo pacto factus fuisset, neque quo opifice: neque quid esset illius uel initium, uel finis. Deinde cum particulatim contemplerer, multo etiam magis ambigere sum coactus. Quippe qui uiderem stellas temere per cœlum disiectas. Tum solem ipsum, quid tandem esset, scire gestiebā. Super omnia uero quæ Lunæ accidebant, mihi uidebantur absurda ac planè mira: putabamque causam aliquā arcanam & inexplicabilem esse, cur illa subinde speciem formamque uariaret. Quinetiam fulgur emicans, tonitru erumpēs, tum pluuia, nix, grando e sublimi demissa: uidebantur hæc quoque omnia coniectu difficilia: quæque nullis notis deprehendi possent. Itaque cum ad eum modum essem affectus: optimum factu ratus sum, ut horum unum quodque à philosophis istis perdiscerem. Siquidem existimabam illos ueritatem omnē docere posse. Quare cum ex illis præstantissimos delegissem, quantum mihi coniectare licebat, e uultus austeritate, eque coloris pallore, ac barbae profunditate: Mirum enim mihi ex ipso protinus aspectu sublimiloquos quosdam, & celestium rerum peritos uiros præ se ferebant: His ubi memet docendum tradidissem magna pecunia, quam partim euestigio præsentē numerauī, partim tum me persoluturum sumi pollicenti, ubi ad philosophia summam peruentum esset, non grauabar erectus ad nugas doceri, & uniuersi dispositionem discere. At illi tantum aberant, ut me pristina liberarent inscitia, ut in maiores etiam dubitationes conicerent: principia nescio quæ, ac fines, tum infecabilia, inania, syluas, ideas, atque id genus alia, mihi quotidie offundentes. Verum illud interim mihi uidebatur omnium esse grauissimum: quod cum nihil inter illos conueniret, uerum pugnantia, diuersaque inter se omnia loquerentur: tamen postulabant, ut sibi fidem haberem, ac ad suam quicquid rationē me conabatur adducere. **AMIC.** Rem absurdam narras, si uiri cum essent sapientes, inter sese de rebus factiose disidebant: neque de istis eadem probabant. **MENIP.** Atqui rideres Amice, si audieris illorum arrogantiam, & in differendo prodigiosam confidentiam. Qui quidem cum humi ingrederentur, nihil loquebantur præstantiores essent nobis, qui super terram ambulamus, nec cernentes quidem acutius quam quibus alius astans, nonnulli cæcutientes etiam senio, atque inertia: tamen & cœli terminos perspicere sese profitebantur: solem quoque ipsum dimetientes, & ea quæ supra lunam sunt, aggredientes: Ac perinde quasi ex ipsis delapsi stellis, ita & magnitudinem illarum, & figuram explicabant. Ac sæpenuero cum forte ne illud quidem certo scirent, quot stadijs à Megara abessent Athenæ: tamen spacium, quod interest inter solem & lunam, quot esset cubitorum, audebant pronunciare: tum aeris altitudinem, maris profunditatem, terræ ambitum dimetientes. Ad hæc, circulos depingebant, ac triangulorum figuras super quadrangulos inducentes, neque non sphaeras quadam picturatas, cœlum scilicet ipsum metientes. Iam uero illud an non insullum, & insignis arrogantia: quod cum de rebus usque adeo incertis loquantur, nihil tamen ita proponunt, quasi coniecturis ducantur: iterum supra modum contendunt: neque ullum uincendi locum alijs relinquunt, tantum non iureiurando confirmantes Solem massam esse candefactam, incoli Lunam, stellas aquam potare, idque Sole ueluti situla quadam per funem demissa, uaporem e mari attrahente, atque illis omnibus ordine potum distri-

buente. Nam quanta sit in dictis pugnantia, id haud difficile fuerit cognoscere. Iam mihi specta per Iouem, num illorū decreta inter se consentiant, ac non magis longissimis dista intervallis, quandoquidem primum de ipso mundo uaria est sententia, cum alijs & ingenitus, & nunquā interiturus esse uideatur. Rursum alijs, & opificē illius, & fabricandi modum eloqui sint ausi. Quos equidem cum primis admirabar, propterea quod cum deum quendam rerum omnium opificem praeponissent, non illud etiam adderēt, uel unde is esset profectus, aut ubi loci consisteret cum omnia fabricaretur. Nam ante uniuersi exortum, non possis uel tempus, uel locum imaginari. **A M I C.** Prorus audaces quosdā Menippe homines, ac prodigiorum autores mihi narras. **M E N I P.** Quid autem, si iam audias uir optime, quae differant & de Ideis, & de incorporeis: tum quae de finito & infinito nugantur: Nam & his de rebus acriter inter se digladiantur, dum alijs sine circumscribunt uniuersum: alijs cōtra, finem illud nescire existimant. Quin insuper quidam ex istis complures esse mundos demonstrabant, damnantes eos, qui de hoc uelut uno quopiam illorum disputarent. Rursum alius, nescio quis uir, haudquaquā amicus paci, bellum rerum omnium parētem esse censebat. Nam de dijs, quid iam attinet loqui? Cum his deus esset numerus: illi rursus, per canes & anseres ac platanos deierarēt. Deinde alijs, reliquis omnibus dijs expulsis, uni soli rerum omnium imperium tribuebant: ita ut mecum etiam animo discruciarer, cum tantam audirem deorum inopia. E diuerso alijs liberaliores, multos deos faciebant, ac dissectis illis hunc aliquem primum deum appellabant: his secundas aut tertias diuinitatis partes tribuebant. Ad haec alijs incorporeum quiddā & in formam me putabant esse numen. Alijs corpus esse imaginabantur. Deinde non omnes erant in hac opinione, ut putarent dijs esse curae res mortalium: uerum erant nonnulli, qui eos omni cura liberantes, haud aliter atque nos consueuimus aetate defectos, a ministris dimittere: nihilo aliusmodi eos inducunt, quam cuiusmodi in comœdijs induci solent satellitia. Iam alijs superantes haec omnia, ne esse quidē ullos omnino deos credebant, sed mundum nullo domino, nulloque duce temere ferri sinebāt. Atqui cum haec audiebā, uerebar non habere fidem uiris altifremis ac probe barbatis. Neque tamen inueniebam, ad cuius dicta me uerterem, ut aliquam illorum sententiam nanciscerer irreprehensam, ac nequaquam ab alio subuersam. Itaque planē tandem Homericum illud mihi usu ueniebat. Nam saepe numero animus incitabat, ut huic alicui illorum crederem:

Sed me mens diuersa uetabat.

In quibus omnibus cum perplexus haesitarem, desperabam futurum, ut super his uerum aliquid in terris audirem: ceterum unica tantum uia, uniuersa dubitatione liberari posse, si ipse alis aliqua ratione additis, in caelum ascenderem. Eius rei conficiendae spem mihi prebuit primum ipsa cupiditas, deinde fabularum scriptor Aesopus, qui aquilis ac scarabeis, interdum & camelis caelum adiri potuisse demonstrat. uerum ut mihi ipsi alae prouenirent aliquando, id nulla ratione fieri posse uidebatur. Ceterum si uulturis, aut aquilae alas induissem, nam has solas sufficere ad humani corporis modū, futurū forsitan, ut mihi succederet experientia. Itaque correptis auibus, alteri dextram alam, porro uulturi sinistram amputaui, idque admodum scite. Deinde quum obligassem, humerisque loris ualidis accommodassem: tum summis pennis ansas quasdam manibus inferendis addidissem, mei ipsius periculum faciebam: primum subsistens, ac manibus interim subseruiēs, & anserum exemplo paulum adhuc a terra uolatu me sustollens, inter uolandū summis interim pedibus ingrediens. Postea quum res ex animi sententia succederet, iam audacius etiam experimentum aggrediebar: conscensaque arce demissi me ipsum per praecipua, atque inde in ipsum ferebar theatrum. Mox ubi nullo periculo deuolassē, sublimia iam & ardua cogitare coepi, ac tollens me a Parnetho siue Hymetto, ad Geraneam usque uolabam: Rursum inde ad Acrocorinthū subuolauit: deinde supra Pholoen & Erymanthum ad Taygetum usque. Ergo quum tandem audax facinus satis essem meditatus, iamque profectus & altiuolus euasissem, non amplius de pullis imitandis cogitabam, uerū conscensa Olympo, quam leuissimo comœtu onustus, inde recta in caelum tendere coepi: initio quidem oborta oculorum uertigine ob profunditatem: & postea ferebā & hoc quoque facile. Verū ubi iam ipsi lunae uicinus essem, plurimumque nubium essem emensus, sentiebam me defatigatū, maxime in ala sinistra, nempe uulturina. Huc igitur diuertit, ac super eam

insidens

insidens requiescebā, in terram interim e sublimi respiciens, neque secus quae Homericus ille Iuppiter, nunc bellacium Thracum regionē despiciens, nunc Mysorum, mox (si libuisset) Graeciam, Persidem, Indiamque: ex quibus omnibus uaria quadam uoluptate perfundebar. **A M I C.** Ergo ista quoque narrabis Menippe, ne ulla prorus peregrinationis parte fraudemur: quin potius si quid obiter in itinere conspexisti, fac ut hoc quoque sciamus. Nam ego sane haud mediocria dicturum te expecto, de terrae forma, deque omnibus quae in terra sunt, cuiusmodi tibi uisa sunt ex alto contemplanti. **M E N I P.** At tu quidem recte coniectas Amice. Quamobrem quatenus licet, conscensa luna inter narrandum peregrinanti comes esto, simulque mecum contemplare totam terrae speciem, habitumque. Atque initio quidem admodum pusillam quandam terram mihi uidere uidebar, multo inquam, luna minorem: ita ut ego repente intentans oculis diu dubitarem, ubi nam essent tanti illi montes, ac tantum mare: quod ni Rhodiorū Colossium conspexissem, tum Phariam turrim; haud dubie prorus ubinam esset terra, me prorus latuisset: uerū ista quod sint sublimia, praeter ceteris eminētia, praeterea oceanus paulatim ad solem resplendescens, indicabat terram esse id quod uidebam. Mox ubi fixius intenderem oculos, iam mihi omnis mortalium uita coepit esse conspicua: non solum singulae nationes atque urbes, sed planē uidebā nauigantes, bellantes, agricolantes, litigantes, mulieres, feras, & ut summatim dicam:

Quicquid tellus educat alma.

A M I C. Ista quae nunc dicis, haud quaquam sunt uerisimilia, ac secum pugnant. Etenim quum paulo ante Menippe terram requireres, propter ingēs in medio intervallum in arcum contractam, adeo ut nisi Colossus tibi fecisset indicium, forsitan aliud quiddā uidere te credidisses, qui repēte factus Lynceus, cuncta quae sunt in terra, dignoscis: homines, feras, ac propemodū etiam culicum nidos. **M E N I P.** Recte tu quidem admones: nam quod maxime dictum oportuit, id nescio quomodo praeterij. Siquidē quum ipsam quidē terrā conspectā agnoscerem: ceterū reliqua non possem perspicere, propter altitudinē, nimirū ita non pertingēte oculorum acie, grauius ea res me discruciauit, ac uehementer perplexū habebat. Ergo quū ad hūc modū essem sollicitus, ac propemodū etiā lachrymaret: adest a tergo sapiēs ille Empedocles, ea specie ut carbonariū quempiā esse diceres, cinere oppletus, atque exustus. Hunc ego quū uidissem (dicendū est enim) non nihil perturbabar, ratus daemone aliquē lunare uidere me. At ille: Bono, inquit, es animo Menippe.

Nullum ego sum numen, quid me immortalibus aequas?

Sum Empedocles ille phyliscus: etenim ubi me praecipitem in crateras iniicissem, sumus ab Aetna raptum huc subuexit. Itaque nunc lunam incolo, aeriuaagus plerumque ac rore uictito. Adsum autem haesitantiam istam tibi adempturus: nam illud (ni fallor) male te habet, torquetque, quod non liceat tibi perspicue terram cernere. Bene abs te factum est, inquam, optime Empedocles: ubi primum deuolaro rursus in Graeciam, tui memor sacrificabo tibi in fumario, atque in Nouilunijs ter ad lunam inhians, uota faciam. Imò per Endymionem, inquit ille, haud huc accessi praemij gratia, sed affectio quadam mouit animum meum, quum te uiderem affectum molestia: uerum scis quid facies, quo perspicax fias? Non per Iouem, inquam, nisi tu mihi forsitan caliginem amoueas ab oculis: nam in praesentia uideor non mediocriter lippire. Atqui me, inquit ille, nihil erit opus. Etenim ut acute uideas, id ipse tecum e terra allatū habes penes te. Quid igitur est istud, inquam, neque enim noui? An ignoras, inquit, te dextram aquilae alam indutum esse? Scio, inquam, maxime, sed quid alae cum oculo? Quoniam, inquit, aquila inter animantia cetera acutissimi uisus est, unde sola solem aduersum obtinetur, atque ita demum est rex & ingenua aquila, si non conuenientibus oculis aduersus radios aspiciat. Ita quidem aiunt, inquam. Quare iam me poenitet qui non meis exemptis oculis aquilinos inferuerim, cum huc ascenderem. Nam nunc sane dimidiatus aduenio, neque omni ex parte satis regaliter adornatus, quin magis adsimilis uideor nothis istis & abdicatis. Attamen in te est, inquit, ut protinus alterum oculum regalem habeas. Etenim si assurges, uelisque cohibita uulturis ala, alteram solam mouere, iuxta proportionem alae, dextro oculo carnes acute: quominus altero cecutias nulla rōne succurri potest, propter ea quod ad partē pertineat deteriorē. Mihi, inquam, satis est, si uel dextra ex parte aquilino more cernā. Nihil enim fuerit deterius, cum mihi non raro uidisse uidear, fabros altero

P. 4 oculo

oculo melius etiam ad regulam exaequantur ligna. Hæc locutus, simul ea faciebam, quæ præceperat Empedocles, ille interim paulatim subducens sese, sensim in fumum euauit. At simulatq; mouissem alam, ingens lumen mihi circumfulsit, adeo ut cuncta fierent in conspicuo, quæ hæcenus latuerant. Deflexis igitur in terrâ oculis, clare uidebam, & urbes, & homines, & quæ fiebāt: neq; solum ea quæ sub dio, uerum etiam quæ domi faciebant, rati sese à nemine uideri. Ptolemæum uidi cum forore rem habentem: Lyfimacho struentem insidias filiū: Antiochum Seleuci filiū, nouerca Stratonica clanculum innuentem: Theſſalum Alexandrū ab uxore tolli è medio; Antigonū filij uxorem adulterio struantem: Attalo uenenum porrigentem filiū. Rursum ex altera parte Arfacem interficientem mulierculā: & Arbacen eunuchum gladium educentem in Arfacem. Porro Spartianus Medus è conuiuio foras protrahatur à satellitibus, calice aureo in frontem impacto. Atq; his fermè conſimilia tum in Libya, tum apud Scythas ac Thracas, in regijs geri licebat cernere. Nempe adulterantes, occidentes, insidiantes, rapientes, peierantes, trepidantes, nonnullos ab intimis amicis prodi. Ac regum quidē negotia huiusmodi mihi spectaculum exhibebant. Ceterum quæ factitabant plebei, longe magis erant ridicula. Siquidem & inter hos uidebā Hermodorum Epicureū ob mille nummū peierantē: Agathoclem Stoicum de mercede discipulum in ius uocantē: Cliniam rhetorem ex Aesculapij fano phialam aureā suffurātem: Herophilum Cynicū in fornice dormientē. Quid enim alios commemorē, qui parietes perfoderent, qui lites agitabant, qui foenerabant, qui reposcerent: Nam uarium quoddā & undiq; mixtū erat spectaculum. AMIC. Atqui recte facies Menippe, si ista quoq; retuleris. Cōsentaneū est enim te ex his nō uulgare cepisse uoluptatem. MENIP. Ne fieri quidē potest Amice, ut cuncta ordine recēſeam, quum spectare modo ista fuerit difficillimū: uerum rerum fastigia eiusmodi fermè uidebantur, qualia refert Homerus in clypeo, ubi erant cōiuiua, nuptiæq;. Altera ex parte iudicia & cōciones. Rursum alia ex parte sacrificabat quispiam. In proximo uero cōspiciebatur aliquis luctum agens. Porro quū ad Geticam respicerē, uidebam belligerātes Getas, Rursum ubi ad Scythas deflecerem, cernere erat errātes in plaustris. Mox ubi paululum in diuersam partem deflexissem oculum, spectabam agricolātes Aegyptios. Phoenix scortabatur, Cilix latrocinebatur, Lacon loris cædebatur, Atheniēſis causas agebat. Hæc omnia quum eodem tempore gererentur: cogita nunc cuiusmodi uisa fuerit rerum confusio. Nō aliter, quàm si quis producat multos saltatores, uel potius multas choreas: deinde præcipiat, ut omiſſo concentu propriam quicq; cantionem canat. Deinde si certatim canat unuquisque, & peculiarem suum cantum absoluere studeat, uocisq; magnitudine uicinum superare contendat: cogita tecum per Iouem, cuiusmodi futurus sit eiusmodi cantus. AMIC. Modis omnibus Menippe ridiculus ac confusaneus. MENIP. Atqui Amice, hoc genus sunt omnes qui in terris choreas agunt, omnisq; mortalium uita ex huiusmodi constat discrepantia: quippe qui non modo sonent absone, uerum & ornati sunt dissimili, diuersaq; moneant, neq; quicquam idem cogitent, donec choragus omnes è scæna exigat, negans diutius choreas ducere oportere. Id ubi factum est, iam omnes sunt inter se similes, taciti, nec amplius confusam illam, & incompositam canētes cantionem. Verum in uario ipſo ac multiformi theatro, uidelicet ridicula erant quæ gerebantur omnia: præcipue uero mihi risum mouebant ij, qui de agrorum finibus contendeant, quicq; sibi placeret hoc nomine quod Sicyoniū agrum colerēt, aut quod Marathonis eam partem haberent, quæ est iuxta Oenoen, aut quod in Acarnania iugerum mille possiderent. Cum uniuersa Græcia, quemadmodum id temporis mihi è sublimi despectione minima pars erat. Itaq; perspexi quid esset reliquum, quod diuitibus istis animos tolleret. Etenim is qui inter hos quàm plurimum agri possidebat, uix unam ex Epicureis atomis colere mihi uidebatur. Cæterū ubi ad Peloponesum flexissem oculos: deinde de terram Cynosuræ subiectam aspexissem, ueniebat in mentem pro quantula regione, quæ nihilo esset latior lente Aegyptia, tam ingens Argiuorum ac Lacedæmoniorum multitudo cecidisset uno die. Porro si quem conspexissem auro superbietem, quod anulos haberet octo, phialas quatuor, magnopere ridebam & hunc. Nam Pangæum uniuersum, unā cum ipſis metallis, uix erat magnitudine milij. AM. O te felicē Menippe, qui

qui tam nouum spectaris spectaculum. Sed age dic mihi per Iouem, ciuitates atq; homines ipsi, quanti uidebantur ex alto contemplanti. MEN. Equidem arbitror te sapenunero formicarum concionem uidisse: aliquas in orbem obambulantibus, nonnullas exentes, rursum has in ciuitatem redeuntibus. Atq; hæc quidem simum exportat: hæc alicunde raptam fabæ tunicam, aut dimidiatū frumenti granum currens apportat: cōsentaneum est autem pro ratione uitæ formicarum, esse apud illas & ædium fabros, & concionatores, & magistratus, & musicos, & philosophos. Sed urbes sanè cum ipſis uiris, formicarum nidis maxime uidebantur adsimiles. Quod si tibi uidetur humilium exemplum, uiros cum formicarum republica cōferre, uetustas Theſſalorum fabulas specta. Reperies enim Myrmidonas, gentem bellicosissimam, è formicis uiros natos esse. Iam postea quæ satis spectasse omnia, satisq; risissem, excussi me ipsum, subuolauit.

Ad reliquos diuos Iouis altitonantis in ædes.

Nondum stadium ascenderam, cum Luna, forminea sonans uoce: Menippe, inquit, ita tibi contingant quæ optas, Inſerui mihi in re quapiam apud Iouem. Dic, inquam, neque enim erit molestum, nisi si quid oneris sit portandum. Nuncium, inquit, quendam haud grauem, ac petitionem meo nomine Ioui perferes. Enecor Menippe, & multa & intoleranda ab istis philosophis audiens. Quibus præterea nihil est negotij, nisi ut curiosi res meas exquirant, quæ sim, quanta sim, & quam ob causam disſecer, dimidiataq; sū, curq; utrinq; gibbosa uidear. Tum hi me dicunt inhabitari: illi speculi ritu supra mare suspensam esse. Alij rursus, quod quisq; secum excogitarint, hoc mihi tribuūt. Postremo ipsum quoq; lumen aiunt mihi & furtiuum esse, & adulterinum: quodq; superne à sole proficiſcatur, neq; finem faciunt, etiam cum hoc qui mihi frater est, cōmittere me, & factionem inter nos serere conantes. Neq; satis erat illis, quæ de ipſo dixerūt sole, saxum esse illum, & massam candētem. Et tamen quæ multarū rerum illis sum conscia, quas noctu patrant, turpissimas & execrandas, cum interdum tetrici sint, & aspectu uirili, habituq; graues, & imperitorum oculos in se coniectos habentes. Atque ego cum ista uideam, sileo tamen. Neq; enim decorum arbitror, retegere atq; in lucem efferre nocturnas illas diatribas: & quam quisq; in operto uiuat uitam. Quinetiam si quem conspicerem adulterantem, aut furantem, aut aliud facinus quæ maxime nocturnum audentem, continuo contracta nube tegebam, ne uulgo ostenderem uiros senes, ea gerentes, quæ neq; barbæ prolixæ, neque uirtutis professioni essent decora: At istis pro nihilo est oratione me disſerpere, modisq; omnibus contumelia afficere. A deo ut, testis est mihi nox ipsa, sapienter in animo habuerim, quæ possem hinc longissime demigrare quopiam, ubi liceret curiosam istorū linguam effugere. Hæc igitur memineris, ut Ioui renuncies: simulq; illud addas, ne fieri quidem posse, ut hoc in loco dūrem, nisi phisicos illos cōtinuat, dialecticis os ocludat, Stoam demoliat, Academiam exurat, quæ in Peripato habentur diatribas finem imponat. Siquidem ad hunc deniq; modum fiet, ut mihi pareatur quietes, definatq; me quotidie comitari. Fient, inquam, quæ mandas, simulq; recta ad ipsum coelum tendebam.

Nulli ubi comparent hominum ue boiū ue labores.

Etenim paulo post ipsa etiam Luna mihi perpusilla uidebatur è sublimi. Tandem & terram obtexerat. Porro relicto ad dextram sole, per ipsas uolans stellas, tertio die ad cœlum perueni. Ac primum quidem mihi uisum est, protinus ita ut eram, introire: ratus facile fieri posse ut fallerē: quippe dimidia mei parte aquila. Porro aquilam sciebam iam olim esse Ioui familiarem. Post apud me perpendebam illos quæ primū deprehensuros esse me, qui alteram alam uulturinam indutus essem. Quapropter optimum factu ratus, non temere uenire in periculū, adiens pulsaui fores. At Mercurius audito pulſu, ac nomen percontatus meum, festinato abiit. Ioui renūciaturus. Nec multo post, intro sum accersitus, magnopere pauitans ac tremens. Offendiq; deos omnes, pariter confidentes, nec hos abiq; sollicitudine. Non nihil enim animos illorum turbabat nouus & inopinatus aduentus meus. Et quantum antea nunquā expectabant, futurum ut mortales omnes mox aduenirent, ad eundē modū alati. Porro Iuppiter, admodū terribili uultu, toruoq; & Titanico me obtuens, inquit: Quisnā es, & unde uenis: ubi nam urbs tibi, qui ue parentes? Hoc ubi audissem, propemodū metu sum exanimatus. Attamē conſtitui stupidus, præcæ uocis magnitudine attonitus. Aliquanto post ad me reuersus, omnia dilucide exposui, ab ipſo

ab ipso exorsus capite. Quemadmodum concupissem sublimia illa cognoscere. Quemadmodum accessissem ad philosophos: Quemadmodum pugnantia loquentes audissem: Quemadmodum desperassem, distractus illorum dictis. Deinde meum inuentum, tum alas reliquaque omnia, usque ad ipsum caelum. Post omnia addidi quae Luna mandarata. Itaque ridens Iuppiter exporrecit aliquantum supercilij: Quid dicas, inquit, de Oto & Ephialto, cum ausus sit & Menippus in caelum ascendere? At in praesentia quidem te ad hospitij consuetudinem inuitamus. Cras, inquit, super his quorum gratia huc aduenisti, dato responso dimitemus: simulque cum dicto surgēs, ibat ad eam caeli partem, unde maxime omnia poterant exaudiri. Iam enim tempus erat, ut uotis audiendis consideret. Atque interim inter eundem, percontabatur me super his negotijs, quae essent in terra, ac primum quidem: Quanti nunc uenit triticum in Graecia: Et num superior hyems grauius uos tetigit: Et num holera egent hymbre copiosiore. Sub haec rogabat: num quis adhuc superesset e Phidiae genere: Et quam ob causam Athenienses tot annos Iouialia intermississent: & num in animo haberent Olympiū suum absoluere: Et num essent comprehensifsi, qui templum Dodonaeum sacrilegio spoliassent. Ad ea cum respondissem: Dic mihi (inquit) Menippe, de me uero quam habet homines opinionem: Quam (inquā) o here, nisi maxime piam: nimirum omnium deorum regem esse te, Ludis tu quidem, inquit. Caeterum ego contentionem illorum probe noui, etiam si nihil fateare. Siquidem fuit olim tempus, cum illis & uates esse uiderer, & medicus. In summa, unus erant omnia. Tum Iouis plenae erant, & uiae omnes, simul & mortalium conciones. Pisa ac Dodona splendidae erant, ac conspiciendae omnibus. Porro praefumo sacrorum, nec attollere oculos mihi licebat. Verum posteaque Apollo apud Delphos constituit oraculum: Aesculapius medicinae officinam Pergami, simulque Bendidium natum est in Thracia: Anubis templum in Aegypto: Dianae apud Ephesios, ad ista quidem concurrunt omnes, solennes conuēus celebrant: Hecatombas offerunt, mihi uero tanquam aetate defecto, abunde magnum honorem habuisse se putant, si solido quinquennio sacrificarint in Olympia. Proinde uideas aras meas frigidiores, quam sint uel Platonis leges, uel Chryssippi syllogismi. Huiusmodi quae pia confabulati, in eum peruenimus locum, ubi consessurus erat ad exaudienda uota. Erant autem ordine sitae fenestrae, cuiusmodi sunt ora puteorum, habentes opercula, iuxta unamquamque sella posita erat aurea. Itaque Iuppiter cum ad primam assedisset detracto operculo, praebuit sese petentibus. Optabant autem ex omni undique terra, diuersa uariaque. Nam ipse quoque admotis pariter auribus simul audiebam uota. Erant autem huiusmodi. O Iuppiter, contingat mihi regnum, O Iuppiter, contingat cepas & allia mihi prouenire, O Iuppiter utinam pater mihi breui moriatur. Rursum alius aliquis dicit: Utinam existam heres uxoris: Utinam nemo resciscat me struxisse insidias fratris: Contingat mihi uincere litem: Coronari Olympia. Porro ex his qui nauigabant, hic optabat ut spiraret Boreas: ille Notus: Agricola optabat pluuiam: contra fullo solem. At Iuppiter audiens, & singula uota diligenter expendens, non omnibus pollicebatur.

Verum hoc concessit Saturnius, abnuit illud.

Nam iusta uota per os fenestrae sursum admittebat, admissa ad dextram statuens. Rursum iniqua remittebat irrita, statu deorsum redigēs, ne possint ad caelum accedere. Super uno quodam uoto uidebam illum etiam ambigētem. Etenim cum essent duo, qui diuersa peterēt, aequales uictimas pollicitates: non inueniebat utri potius annueret. Itaque iam Academicon illud illi accidebat, ut nihil statuere posset. Verum exemplo Pyrrhonis suspensus haerebat etiam, ac considerabat. Porro cum iam satis uota proponētibus dedisset operam, ad proximam digressus sellam, & ad secundam fenestram, prono capite foedera ferientibus, ac iurantibus dabat operam. Vbi his quoque responsum esset, ac Hermodorum Epicureum fulmine comminasset: ad proximam deinde sellam sese transtulit, de diuinationibus, omnibus & augurijs auditurus. Hinc ad sacrificiorum fenestram transiit, per quam fumus ascendēs, denūciabat Ioui nomē uniuscuiusque, qui rem diuinam faceret. Rursum omisis his uentis & horis mandabat, quae facere deberent. Hodie apud Scythas pluito, apud Libyes fulgurato, apud Graecos ningito. At tu Borea spira in Lycia, Tu Note quiesce, Zephyrus Adriani undas concitet. Tum in Cappadociam gradinis mille modij dispergatur. Tandem omnibus ferme ordinatis, discedebamus in eum locum ubi copotant dii

di, iam enim coenae tempus erat. Meque Mercurius arreptum iussit accumbere iuxta Panem, & Corybantes, & Attim, ac Sabazium, inquilinos istos & ancipites deos. Interea panem exhibebat Ceres, Bacchus uinum, Hercules carnes, myrta Venus, Neptunus mantes: simul interim & ambrosiam & nectar furtim degustabam. Nam optimus ille Ganimedes, ut est hominum amans, si quando conspexisset Iouem auertere oculos, nectaris cyathum unum, nonnunquam etiam duos mihi infundebat. Diuero quemadmodum alicubi dixit Homerus, & ipse, opinor, ut ego illic conspiciatus, neque frumentum edunt, neque potant nigrantia uina, uerum ambrosiam apponunt, & nectare inebriantur: praecipue uero gaudent uesci sacrificiorum fumo, una cum ipso nidore, subuolante: ad haec sanguine uictimarum, quem sacrificantes aris infundunt. Caeterum inter coenandum, & Apollo cithara canebat, & Silenus Cordacem saltabat, & Musae surgentes in medium, tum Hesiodi Theogonias nobis canebant, tum primam ex Pindaricis hymnis odam: deinde omnium saturi requieuitus, quo quisque federamus loco, satis uiuidi potu.

At reliqui noctem diuque, hominesque per omnem Dormibant, me nequaquam sopor altus habebat:

Verum mecum animo uersabam, cum alia permulta, tum illa praecipue, qui fieret, ut Apollini tanto iam tempore non proueniret barba, aut quo pacto nasceretur nox in caelo, quum sol semper adesset, unaque conuiuium agitare. Ac tum quidem pusillum obdormi. Mane uero surgens Iuppiter, iussit indici concionem: mox cum adessent omnes, sic fariet insit: Ut uos conuocarem, in causa fuit hospes hic, qui heri aduenit: uerum quum alioqui iam olim mihi fuerit animus communicare uobiscum de philosophis, maxime uero a luna, hisque de quibus illa queritur, comotus, statui haud quaquam diutius prorogare consultationem. Est enim hominum genus, quod non ita pridem in uita fluitare coepit, iners, contentiosum, gloriae audidum, iracundum, gulae studiosum, stultum, fastuosum, contumeliosum: & ut uerbis Homericis dicam,

Telluris inutile pondus.

Isti igitur in sectas diuisi, ac uarijs rationum labyrinthis excogitatis, alij sese Stoicos appellant, Academicos alij, alij Epicureos, alij Peripateticos: alij item uocabulis, his multo magis ridiculis. Deinde ubi uenerandum illud uirtutis nomen induerint: tum adductis in altum supercilij, promissaque barba, fucato habitu obambulant, detestandos mores secum circumferentes, simillimi nimirum istis Tragœdiarum histrionibus, quibus si personas, stolamque illam auro sparsum detraxeris, quod superest, id ridiculum est: nempe homunculus septem denarijs ad agonem conductus. At qui huiusmodi quum sint, mortales quidem uerfos aspernantur, de dijs uero absurda praedicant, contractisque coetibus adolescentulorum; quos nihil negotij sit fallere, nobilē illam uirtutē ostentant, & uerborum ambiguitates docent, atque apud discipulos temperantiam semper ac modestiam laudant, opes ac uoluptates execrantur: caeterum ubi soli, & apud sese esse coeperint, quid attinet dicere, quantopere sese ingurgitent, quam immodici sint ad Venerem, quemadmodum autem etiam alium sordes oblingant: iam illud est omnium gratissimum, quod cum ipsi nihil agant, neque publicum, neque priuatum, sed inutiles ac superuacanei desideant:

Nusquam in consilijs, nusquam numerentur in armis. Tamen reliquos accusant, ac uirulentis quibusdam dictis congerentes, neque non maledicta quaedam meditati, obturgant, proximisque conuittantur. Adeo ut is inter eos primas tenere uideatur, qui clamosissimus sit, & impudētissimus, & ad maledicendum audacissimus. At sane si quis istum sine fine ista facientem, uociferantem, & caetero inuisantem percontetur ad hunc modum: Tu uero quid tandem facis? Aut quid per deos dicemus te ad uitam conferre: Nimirum respondebit, si modo recta ueraciter fateri uolet, hoc modo: Nauigare quidem, aut agros colere, aut militare, aut artem aliquam aggredi, superuacaneum mihi uidetur. Caeterum clamo, squaleo, frigidulo lauo, incalceatus per hyemem obambulo, ac ueluti Momus ille, quae ab alijs geruntur, calumnior. Ac si quis diuitem sumptuosius opsonarit, aut amicam habeat, id exquirō atque indignor. Quod si amicorum quispiam aut sodalium, morbo decumbat, curaque & obsequio egeat, id ignoro. Hoc genus sunt nobis o dij haec pecudes. Iam uero qui ex his uocantur Epicurei, uehementer sunt etiam contumeliosi, neque mediocriter nos mordent; affirmantes neque dijs esse curae res mortalium, neque omnino considerari a nobis quid apud illos agatur. Quas ob res tempus est, ut de his consulamus: propterea quod

quod si semel ualeant hæc persuadere ijs, qui sunt in uita, nõ mediocriter esurietis. Quis enim post uobis rem diuinam faciat, cum nihil inde expectet emolumentum? Nam de quibus luna hos accusat, omnes audistis heri narrantem hospitem. Super his consultate, quæ pariter & hominibus sint quàm utilissimæ, & nobis quàm minime periculosa. Hæc locuto Ioue, frequens adfremebat concio; mox clamatum est ab omnibus, effulmina, exure, comminue, in barathrum, in tartarum, ut gigantes. At Iuppiter rursus in dicto silentio, sicut ista, inquit, quemadmodum uultis. Omnes comminuuntur cum ipsa sua dialectica. Quamquam in præsentia sanè fas non est punire quenquam. Est enim Hieromenia, sicuti nostis, quatuor hos menses. Iamque inducias promulgauit. Itaque proximo anno, ineunte uere, mali male perdentur formidando fulmine:

Sic ait, atque supercilij pater annuit artis.

Porro de Menippo hæc mihi uidentur, inquit, ut adeptis illi alis, nequando denuo redeat, à Mercurio deferatur hodie in terram. Hæc loquutus dimisit coetum. Me uero Cyllenius dextra aure suspensum, heri circiter uesperam deposuit in Ceramico. Audisti omnia, omnia inquam Amice, quæ è cælo mecum adfero. Quare abeo iam eadem hæc renunciaturus philosophis in Pœcila inambulantibus.

REVERENDO PATRI AC DOMINO

D. RICHARDO EPISCOPO VVINTONIENSI,

Des. Erasmus Roterodamus S. P. D.



PRISCORVM usque seculis mos hic in hæc nostra tempora deductus est, amplissime pater: ut Calendis Ianuarijs principe ineuntis anni die, munuscula quæpiam misissentur: quæ nescio quid lætioris omnis afferre creduntur: tum ad quos abeunt: tum illis ad quos redeunt. Itaque quum ego dispicerem, ecquid tandem muneris à nobis iret ad tantum patronum, ad tam potentem amicum: neque quicquam in mea reperi rem supellectile, præter meras chartulas, profecto chartaceam frenam mittere sum coactus: quamquam quid aliud potius mitti conueniebat ab homine studio ad præfulem, omnibus quidem fortunæ muneribus magnificentissime cumulatum: sed qui uirtutem uirtutisque comites, honestas literas infinitis calculis anteponat: quique tanquam contempnim, penesque dixerim inuitus fortunæ dona admittat: contra animi bonis quum sit opulentissimus, tamen semper magis ac magis cupiat ditescere. Porro nostrum hoc munusculum, si nulla alia licet, saltem Teretiani Parmenonis exemplo, hoc nomine commendabimus: quod non ex Aethiopia, uerum è Samosata usque Comagenorum urbe sit profectum. Est autem dialogus Luciani, cui titulus Toxaris, siue de amicitia, quem nos paucis hisce diebus latinum fecimus. Qui quidem (uti spero) non omnino futurus est ingratus tuæ excellentiæ, uel ob id quod amicitiam prædicat, rem adeo sanctam, ut barbarissimis etiam nationibus olim fuerit ueneranda: Nunc Christianis usque adeo in de suetudinem abiit, ut non dicam uestigia, sed ne nomen quidem ipsum extet: quum nihil aliud sit Christianismus, quam uera perfectaque amicitia, quam commori Christo, quam uiuere in Christo, quam unum corpus, una anima esse cum Christo: hominum inter ipsos talis quædam communitio, qualis est membrorum inter se corporis. Neque minus tamen iucundus, quam frugifer futurus est, si quis modo decorum obseruet, quod in personis situm est. Nam Mnesippi Græci sermo, quam totus Græcicum quiddam sapientis, facetus, festiuus: contra Toxaridis Scythæ oratio, quam tota Scythicum quiddam spirat, simplex, incondita, aspera, sedula, seria, fortis. Quin etiam dictionis discrimen, quasi quædam diuersum stilum à Luciano de industria affectatum, pro nostra uirili referre curauimus. Hanc igitur qualem cunquam clietuli tui strenuam amplissime Præ-

sul, felicibus auspicijs accipe. Et Erasmus sicuti iam pridem facis,

amare, ornare, iuuare perge. Vale Londini, Ca-

lendis Ianuarijs. M D VI

TOXARIS SIVE AMICITIA

INTERLOCUTORES, MNESIPPVS GRÆCVS,

Toxaris Scythæ.

MNESIPPVS.



QUID ais Toxaris? Sacrificatis Orestis ac Pyladi uos Scythæ, deosque esse illos creditis? TOXARIS. Sacrificamus Mnesippe, sacrificamus inquam: haud tamen deos esse arbitrati, sed uiros bonos. MNESIPPVS. An uero mos apud uos, etiam bonis uiris posteaquam uita defuncti sint, perinde ut dijs sacra facere? TOXARIS. Non istuc modo uerum eosdem festis diebus ac celebribus conuētibus honoramus. MNES. Quid captantes aut sperantes ab illis? Neque enim quo beneuolentiam illorum concillatis, ob id rem diuinam illis facitis, quum iam sint mortui. TOXA. Nihil officiat, fortassis, si & eos qui mortui sunt, propitios haberemus: quamquam non ob id tantum hæc facimus: quin magis existimamus nos rem uehementer conducibilem & his, qui in uita sunt, esse facturos, si præstantium uirorum memoriam celebremus, honoremque habeamus ijs, qui uita defuncti sunt. Si quidem hac ratione futurum arbitramur, ut multi apud nos illorum similes euadere cupiant. MNES. Ista quidem recte iudicatis: at Pyladem atque Orestem quo nomine potissimum suspexistis, ut dijs eos æquaueritis: idque adeo quum hospites uobis essent: uel, quod grauius, hostes? Quippe posteaquam naufragio eiecti ab ijs, qui tum Scythiam incolabant, essent comprehensi, abductique, ut Dianæ immolarentur: adorti carcerarios, neque non oppressis excubijs, & regem trucidarunt, & assumpta sacerdote, quum ipsa quoque Diana sublata, nauigio sese proriperunt, irrisa publica Scytharum lege. Quod si ob istiusmodi facta honorem habetis uiris: facile affecti fueritis, ut multos illorum similes reddatis. Iamque ipsi ab hoc die usque ad prisca illa respicite, num uobis expedierit multos in Scythiam Orestes ac Pylades appellere. Nã mihi quidem isto pacto mox futurum uidetur, ut religionis ac deorum expertes reddamini, dijs qui reliqui sunt, ad eundem modum è regione uestra in exilium ablegatis: postea, opinor, deorum omnium uice, uiros, qui illos eiectum uenerant, diuinitate donabitis: & qui sacrilegi in uos fuerunt, ijs tanquam dijs sacrificabitis. Quod si nequaquam horum gratia Orestem ac Pyladem colitis, sed aliud quippiam Toxaris in uos beneficij contulerunt: qua gratia quum olim non esse deos iudicaueritis, nunc è regione, sacra illis facientes, deos esse decreuistis? & qui tum parum aberant ut uictimæ fierent, ijs nunc uictimas offertis? Enim uero ridicula uideantur ista, & quum his quæ quondam statueratis pugnantia. TOXA. Et ista quidem Mnesippe præclara sunt uirorum illorum facinora, quæ commemorasti: uidelicet duo cum essent, tam ingentem ausum audere, ut tam procul à sua patria profecti, mare transmitterent, Græcis ad id usque temporis intactum, nisi solis his, qui Argo in Colchidem traiecerunt exercitum: nihil expauefacti, neque fabulas, quæ de illo feruntur, neque appellationem ueriti, quod inhospitum uocaretur, uidelicet, opinor, quod feræ undique gentes accoleret: deinde quum iam capti essent, usque adeo strenue sese gesserint, neque sat habuerint, si tantum incolumes euaderent, nisi et à rege acceptam contumeliam ultri, & Diana sublata abnauigassent. Quid? an non admiranda hæc, & quæ diuino quodam honore digna iudicent, quicquid est hominum, qui uirtutem suspiciunt? Quamquam non ista spectantes in Oreste ac Pylade, pro heroibus illos habemus. MNES. Atqui iam dices, quid nam præter ista suspiciendum patrarint atque diuinum. Nam quantum ad nauigationem & peregrinationem attinet, non paucos profecto diuiniore istis ostendero negociatores, atque inter hos præcipuos Phœnices, qui non in Pontum neque ad Mæotidem usque, aut Bosphorum tantum enauigant, uerum quaqua uersus, Græcum ac Barbarum mare permetiuntur. Hi si quidem omnem oram, & omne littus (ut ita dixerim) perferutati in annos singulos, extremo demum autumno in suam patriam reuertuntur: quos scilicet ad eandem rationem pro dijs habeto, idque etiam si complures illorum cauponas ac salamentarios esse reperies. TOXA. Audi nunc, o uir admirande, consideraque quanto nos, qui barbari uocamur, rectius uobis de bonis uiris sentiamus. Si quidem in

Argo atq; Mycenis ne sepulchrum quidem ullum insigne uidere est Orestis ac Pyladis, apud nos uero et templum ostenditur, ambobus illis communiter sacrum (ita ut par erat amicis) & hostiæ offeruntur, reliquosq; omnis honos. Porro quod hospites erant, non Scythæ, id uero nihil obstat, quo minus boni uiri iudicentur: neque enim perpendimus ciuitates sint uiri honesti ac probi, neq; inuidemus, si cum amici non fuerint, res egregias gesserunt. Quin magis admirâtes ea quæ patrarunt, ab ipsis factis domesticos ac nostrates illos ducimus. Quod autem potissimum stupentes in illis uiris efferimus, illud est, quod nobis uisi sunt amici inter sese longe optimi extitisse, atq; alijs exemplo fuisse, quasiq; legem statuisse, quemadmodum oportet amicos omnem inter se communicare fortunam. Simulq; promeruisse, ut à Scythis, qui in amicitia laude primas tenerent, colerentur. Itaq; quæcunq; alter cum altero, uel alter pro altero tulit, ea maiores nostri descripta in columna ærea reposuerunt in templo Orestis: ac leges statuerunt, ut ea columna prima esset institutio disciplinaq; liberis suis, si meminissent, quæ in illa essent adscripta. Itaq; penè patris quisq; sui nomen citius obliuisceretur, quam res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu templi eadem quæcunq; in columna notantur, prisicorum picturis adumbrata uisuntur. Nempe Orestes unâ cum amico nauigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipsorû naue comprehensus, & ad uiciniâ adornatus, iamq; Iphigenia inuicem eos. Ex aduerso uero in altero pariete idē iam uinculis exutus depictus est, ac Thoantem occidens, multosq; ex Scythis alios. Postremo soluentes, abducta Iphigenia ac dea. Porro Scythæ frustra scapham adoruntur iam nantem, hærentes gubernaculis, ac conscendere conantes. Deinde re frustra tentata, alijs quidem ex eis saucijs, alijs uero eius rei metu compulsis: natatu semet in solum recipiunt, ubi uel maxime liceat perispicere, quantam alter in alterum beneuolentiam præstiterit in conspectu cum Scythis. Fecit enim pictor utrunq; de hostibus in semet ruentibus securum, propellentem autem eos qui in alterum feruntur, ac præ illo iaculis occurrere conantē, pro nihilq; ducetem, si intreat ipse, modo seruet amicum, uel suo ipsius corpore præuolens, excipiensq; iustus in illum intentos. Iam uero tantam illorum beneuolentiam, atque in rebus tristibus communionem, fidem, humanitatem, ueritatem, deniq; constantiam alterius in alterum amoris, hæc haud quaquam humana putauimus esse, uerum animi cuiusdam præstantioris, quam pro more uulgarium istorum mortalium, qui donec secundis uentis nauigantur, amicis indignantur, nisi ex æquo participes fiant rerum lætarum: quod si uel paululum eis uenti reflare cœperint, aufugiunt, solos in periculis desertentes. Enim uero ut & illud noueris, nihil amicitia melius arbitrantur Scythæ, neq; est in quo Scythia magis gloriatur, quam in adiutandis amicis, communicandisq; rebus acerbis: quemadmodum neque probrum apud nos maius ullum, quam amicitia desertorem uideri. Has ob res Orestem ac Pyladem ueneramus, quod præstantes extiterint in Scytharum uirtutibus, atq; in amicitia præcellentes, id quod nos omnium maxime admiramur. Appellationem quoque ex his illorum factis imposuimus, ut Coraci uocentur, quod quidem nostra in lingua perinde sonat, ac si quis dicat: dijs amicitia præsides. M N E S I P P V S. Hui Toxaris, profecto non arcum modo ualuerunt Scythæ, bellicisq; in rebus cæteris antecelluerunt, uerum uidentur & ad orandum persuadendumq; omnium aptissimi: unde mihi quum dudum secus uideretur, nunc eidem merito fecisse uideamini, qui sic Orestē, ac Pyladem in deorum numerum retuleritis: Verum illud me fugerat uir optime, quod pictor quoq; bonus esses. Admodum enim euidenter ostendisti nobis, quæ sunt in Orestis templo, picturas, pugnamq; uirorum, alteriq; pro altero suscepta uulnera. Tamen non putaram amicitiam usq; adeo cultam fuisse quondam apud Scythas, magis autem quod barbari essent, atq; agrestes, similitate quidem, ira, rabieq; perpetuo committi: amicitiam uero, ne in familiarissimos quidem exercere solitos: idq; conuictis, quum ex alijs quæ de illis audimus, tum ex hoc, quod progenitores suos uita defunctos deuorat. T O X A R I S. An nos Græcis quum alijs in rebus, tum in his quæ ad parentum attinent cultum, sanctiores, magisq; pijs simus, in præsentiarum haud quaquam contēderim. Quod autem nostrates amici longe fideliores sint amicis Græcis: quodq; amicitia ratio maior apud nos, quam apud uos, haud difficile fuerit docere. Ac per deos Græcorum, ne tibi molestum sit audire, si que perpexi, dixerō, multum iam temporis apud uos uersatus: uos enim mihi uide-

mini

mini præclarior cæteris de amicitia uerba posse facere, uim uero factaq; illius, adeo non solum pro sermonum dignitate non exercere, ut fat uobis sit prædicare eam, & quantum sit bonum, ostendere. At ubi usu uenit, deficientes à sermonibus, nescio quomodo, e medio negotio aufugitis. Ceterum quum Tragedi in scenam progressi, istiusmodi amicitias uobis repræsentant, pleriq; laudatis atq; applauditis, ac pro se mutuo periclitantibus illis lachrymatis, ipsi uero nihil dignum laude pro amicis præstare audentis: Quin si quando forte accidat, ut egeat amicus, ibi protinus non secus atq; insomnia, procul auolantes euanescent uobis multæ illæ tragediæ, uosq; similes relinquunt in anibus istis, ac multis personis, quæ diducto ritu, atq; immane hiantes ne minimum quidem loquuntur. At nos ediuerso, quo sumus in dicendo de amicitia posteriores, hoc in præstanda ea præcedimus. Quare si uidetur, ita in præsentiarum agamus, prisicos illos amicos ualere sinamus, si quos uel nos, uel uos ex his, qui olim fuere, recensere ualeamus, quando ista quidē parte uos nimirum superaueritis, compluribus ac grauib; adductis testibus, nempe Poesis, qui Achillis & Patrocli amicitiam, tum Thesei Perithoiq; neq; non aliorum necessitudinem, pulcherrimis uersibus carminibusq; contexuerunt. Quin paucos quosdam in medium adferamus ex his, qui nostra ipsorum memoria fuerint, atque eorum res gestas exponamus: Ego quidem Scythicas, tu uero Græcicas. Et in his uter superarit, melioraq; produxerit amicorum exempla, is et uictor esto, ac suam ipsius uictoriam promulgato, tanquam qui pulcherrimum honestissimumq; certamē decertarit: adeo ut ego quidem non paulo malim mihi in singulari uicto certamine dextram amputari (nam ea est apud Scythas uicto poena) quam in amicitia quopiam inferior iudicari, præsertim Græco, ipse Scythia quum sim. M N E S I P. Quamquam est haud mediocri negotij, cum uisro, ita ut tu es, bellatore, singulari certamine congregi, tum admodum instructio missilibus ac penetralibus narrationibus, haud tamen usq; adeo ignauiter, tam cito uniuersam deserens Græciam, tibi cesserō. Etenim uehementer absurdum fuerit, quum duo illi tantum uicerint Scytharum, quantum fuisse declarant tum fabulæ, tum ueritæ uestrepiciuræ, quas paulo ante scite admodum representabas, Græcos omnes, tot nationes, tot ciuitates, nullo defendente uinci abs te. Nam istuc si fiat, nō dextram, quemadmodum apud uos solet, sed linguam execari cōueniat. Sed utrum spectare nos oportet, numerum ne eorum, quæ amice quis gesserit, an magis quo plures alteruter amicos referre poterit: hoc uictoria dignior uidebitur. T O X A. Nequaquam, imō non multitudine uis hominum spectetur, uerum si quæ tu narrabis facta, his quæ narrabo, uideantur præstantiora: magisq; penetrantia, tum nimirum etiam si numero paria sint, opportunitiora magisq; leuata mihi facient uulnera: Ac penè memet ad ictus accommodabo. M N E S I P. Probe loqueris. Statuamus igitur quot erunt satis. T O X A. Mihi quidem satis fore uidetur, si uterque quinque narret exempla. M N E S I P. Idem mihi uidetur, ac prior dicito, uerum ad iuratus, nimirum non nisi uera dicentur, alioqui fingere eiusmodi, non admodum fuerit difficile, palam autem refelli non queant. Porro si iuraris, nefas sit non habere fidem. T O X A. Iurabimus, si quid etiam iureiurando opus esse censes. M N E S I P. At quis tibi è dijs nostratibus, num satisfaciatur Iuppiter Philius? T O X A. Et maxime. Ego quoq; tibi nostratem iurabo, meapte in lingua. M N E S I P. Testis igitur esto Iuppiter Philius, quæcunq; dicentur sum apud te, ea nimirum uel quæ uiderim ipse, uel quæ ab alijs, quoad fieri potuit, diligentissime perceperim, narraturum, nihil ex me ipso cōminiscentem, alleuantemq;. Ac primo quidem loco, Agathoclis Dinieq; amicitiam referam, quæ apud Ionas est celebratissima. Nam Agathocles hic, qui Samius fuit, non ita pridem uixit, uir in amicitia quidē præcipuus, ita ut re declarauit: ceterum reliquis in rebus uulgo Samiorum nihilo præstantior, neq; genere, neq; cæteris item opibus. Huic cum Dinia Ephesio, Lyfionis filio, amicitia à puero intercesserat. Porro Dinias supra modum ditatus est, & quemadmodum solent ij, qui nuper opes nacti sunt, complures & alios secum habebat, satis quidem idoneos illos, & ad compotandū, & ad uoluptuariam cōsuetudinem, ab amicitia uero longe alienissimos. Atq; inter hos interim habebatur Agathocles, conuiuiebatq; & compotabat illis, non admodum approbans eam uiuendi rationē. Dinias autem nihilo hunc potiorē habebat, q̄ ceteros adultores. Tandē etiā offendere cœpit, crebrius obiurgans, molestusq; uidebatur, quippe qui admoneret eum maiorū,

Tom. 1

q 2

præcipereq;

præcipereque ut feruaret, quæ multo labore parata, pater illi reliquisset, adeo ut ob hæc ne ad comestationes quidē illum deinceps adhiberet, sed solus cum illis comestaretur, coe-
lare cupiens Agathoclem. Demū ab assentatoribus illis misero persuasus est, quod ad-
maretur à Chariclæa Demonactis uxore, uiri illustris, atque inter Ephesios in honoribus
ciuilibus primarij. Iam & literulæ à muliere ad illum uentitabāt, & ferta semimarcida, &
mala quædam admorsa: denique quicquid ad hæc lenæ machinantur in adolefcētes, quo
paulatim illis amorem artibus quibusdam inferant, primumque hæc incendunt opinione,
quod sese credant amari. Nam plurimū illicet & hoc, præsertim eos, qui sibi formosi ui-
dentur, donec imprudentes in casses inciderint. Erat autem Chariclæa urbana quidē et
elegans muliercula, at supra modum meretricia, semperque illius, quicumque forte adisset,
etiam si quis admodum leuiter concupiuisset: quin si uel aspexisset duntaxat, protinus
adnuebat, nec ullo pacto metuendum erat, ne quando recufaret Chariclæa: admirabilis
autem alioqui artifex, quauisque meretricæ doctior allucere amatorem, & ambiguus quum
adhuc esset, totum subigere: at quum iam teneretur, incitare, ac magis magisque accende-
re, nunc ira, nunc blandimētis, ac mox fastidio: deinde iniecta suspitione, quasi ad alium
sese deflexura esset: postremo omni ex parte egregie docta erat mulier, & absoluta, arti-
busque omnigenis in amantes instructa. Hanc igitur tum Dinia adulatores accersuerant
in adolescentulum: multaque adsimulabant, quo eum in amorem Chariclææ impellerēt.
Illa porro quæ complureis iam adolēscētes iugularat, & innumerabiles amores fuerat
mentita, domosque opulentas euerterat: uarium quoddam, atque inexpugnabile malum: ubi
nata manibus est simplicem, & huiusmodi artium imperitum adolescentulum, haud qua-
quam amittebat ex unguibus: sed undique oppugnans tentansque, ubi iam omnium esset
compos, tum ipsa dum captat capta perijt, tum infelici Dinia innumerabiliū malorum
extitit causa. Nam primum quidem statim literulas illa ad illum dāt: ac subinde misit
ancillulam, quæ renunciaret ut fieret, ut uigilaret: postremo ut misera præ amore suffoca-
tura esset sese: donec iam beatus ille persuasus, sibi formosus esse uideretur, atque Ephesio-
rum uxoribus præter cæteros adamabilis. Ac tandem in congressum adductus est mul-
tis precibus exoratus. Et ex eo quidem tempore facilis iam erat coniectura, fore ut capere-
retur à muliere formosa, ad uoluptatem congregi docta, & in loco flere, & inter loquen-
dum miserabiliter suspirare, & iam abeuntem amplecti, et adeunti obuiam occurrere, &
formam colere, sic ut maxime placitura esset: interdum uel uoce, uel cithara canere, qui-
bus omnibus in Diniam usa est. At ubi sensit excruciarī, iamque amore illaqueatū, ac sub-
iugum esse factum: aliud ad hæc excogitat, quo miserum subvertat, grauidam se ex eo
simulat, nam hoc quoque efficacē ad magis ac magis inflammandum stultum amantem.
Neque postea commēbat ad illum, affirmans à uiro obseruari sese, qui iam amorem per-
sensisset. Hic uero rem iam non ultra ferre potis erat, neque durare quibat: quum illam non
aspiceret: sed lachrymabatur, adulatoresque ad sese accersebat, ac Chariclææ nomen in-
clamabat: imaginemque illius amplexus (candido enim lapide fecerat) eiulabat. Demum
in solum abiiciens sese iactabatur: planeque res extremæ dementiæ speciem obtinebat. Si
quidem munera reddita sunt mulieri, non pro malorum aut corollarum precio: sed solide
domus, agri, famulæ, uelites florulentæ, auri quantum optaret. Quid multa? Breui Lyzio-
nis domus antea inter Iones nobilissima, exhausta est, atque exinanita. Deinde ubi iam
exuccus esset, eo relicto, alium quempiam adolescentulum Cretensem, bene nummatum
uenata est, atque ad illum desciiuit. Iam uidelicet illum adamabat: atque is quidem credebat.
Itaque Dinias neglectus non à Chariclæa modo, uerumetiam ab assentatoribus (nam isti
quoque ad Crentem amatorem iam desciiuerant) abijt ad Agathoclem, iam pridem non
in scium, quam illi res misere haberent. Ac pudescens quidem initio, tamen exposuit om-
nia, amorem, egestatem, arrogantiam mulieris, riualem Crentem: in summa, non ui-
cturum sese, nisi cum Chariclæa consuetudinem haberet. Ille uero in tempestiuum esse ra-
tus id temporis exprobrare Dinia, quapropter ex amicis unum sese non admisisset, sed
tum quidem assentatores suos sibi anteposisset: diuendita, quæ unam habebat in Samo
domo paterna, precium illi attulit talenta tria. Quæ simulatque recepisset Dinias, haud clam
erat Chariclææ: rursus subito formosus factus: rursus ancilla & literulæ, & ex postulatō,
quod iam diu sese non adisset: concurrerunt item adulatores applaudētes, ut uiderent
Dinia

Dinia adhuc esse quod daret. Cum autē pollicitus esset sese uenturū ad illam, uenissetque
primo ferē somno, essetque intus Demonax Chariclææ maritus, siue quod alioqui præ-
senserat, siue de cōposito, prōditioneque uxoris (hæc utrumque fertur) exiliēs uelut ex insidijs,
& atrij iubet occludere, & Diniam comprehendere ignē ac flagra minitās: neque non gladiū
tanquā in mœchū educens. Ille porro reputās quibus in malis esset, uectē quopiā de pxi-
mo, ut iacebat, arrepto, tum ipsum occidit Demonactem, in tēpus adigens: tum Charic-
clæam, atque hanc quidē non icu uno, uerumetiam & uectē sapius, & postea Demonactis
gladio, feriēs. At famuli interea muti stabant, rei nouitate attoniti. Deinde cōprehēdere
conati, quum in hos quoque ferro insiliret, ipsi quidē aufugerūt. Dinias autē clam sese sub-
duxit, tātō patrato facinore. Et ad aurore usque apud Agathocle diuersabatur, pariterque &
quæ facta essent reputabāt, & quid in postertū esset euenturū, considerabant. Ut autē dilu-
xit, milites aderāt, (iam enim res erat diuulgata) comprehensumque Diniam, nec hūc infi-
ciantem homicidū, adducūt ad præfectum, qui per id tempus Asiam moderabatur. Hic
eum ad Persarū regē remittit. Nec ita multo post relegatus est Dinias in Gyaron insulā
ex Cycladibus unam, dānatus à rege, ut in ea, quoad uiueret exularet. Agathocles autē
cum reliquis in rebus nunquam abfuerat, tum pariter soluit in Italiam, & amicorū solus
unā est in iudicium comitatus, neque usquam defuit officio. Porro ubi iam in exiliū profe-
ctus est Dinias ne tum quidē desertus est ab amico. Quin potius ipse suapte sponte dan-
natus uersabatur in Gyaro, simulque cum illo exulem agebat. At quū iam rerum necessa-
riarum omnium inopia laborarent, locans seipsum purpurarijs, unā cum alijs utinabat,
quodque hinc partū est referēs, Diniam alebat, Quin & egrotanti diuissime inferuuit: &
ubi uita defunctus est, noluit unquā in patriam reuerti, uerum inibi perseuerauit in insu-
la, pudori sibi fore ratus, si uel mortuū amicum deseruisset: Hoc tibi Græci factum amici
retulerim, quod quidem non ita pridem accidit, haud enim scio an antī quinq; præterite
rint, quod Agathocles in Gyaro mortē obiit. ΤΟΧΑ. Atutinā iniuratus ista Mnelip-
pe dixisses, uidelicet quo mihi fas esset, eis non habere fidē. Adeo Scythiū quendā ami-
cum Agathoclem istum descripsisti, quin uereor ne quem & alium isti similem narres.
ΜΝΕΣ. Audi iam & alium Toxari, Euthydicum Chalcidensem. Retulit autem mihi de
hoc Simylus, nauclerus Megarensis, adiurans profecto se teste rem faciam esse. Aiebat
enim nauigasse sese ex Italia Athenas, circiter Pleiadū occasum, collecticijs quosdā ho-
mines uehentem, in his fuisse Euthydicum, unaque cum hoc Damonem Chalcidensem
eiusdem amicum. Ac natu quidem eos æquales fuisse: uerum Euthydicum ualentem,
robustumque, Damonem contra, subpallidum atque ualetudinarium, quasi qui nuper (ut ap-
parebat) ex diuturno morbo reualuisset. Itaque ad Siciliam usque feliciter aiebat Simylus
nauigasse ipsos. Cæterum ubi transmissis fretis, in ipso iam Ionio mari nauigarēt, tempe-
statem maximā eis incubuisse. Quid autem attinet multa referre: iam manēis quasdā pro-
cellas ac sinuosas, tum grandines, & si quæ alia tempestatis mala: Vt uero iam haud pro-
cul abessent à Zacyntho, nuda nauigantes antenna: præterea & funes quosdam trahen-
tes, quod nimirum uim, impetumque fluctus exciperent: circiter noctis medietate, Damonē,
qui in tanta iactatione nauisaret, uomuisse in mare propendentē. Deinde, ut coniectio na-
ue uehementius in eam partem, in quam ille propendebat, inclinata, simulque propellentē
fluctu, excidisse eum prono capite in pelagus: neque nudum tamē, uidelicet ut misero uel
natate cōmode liceret. Mox itaque succlamasse quum profocaretur, uixque sese ab undis su-
stolleret. Porro Euthydicum simulatque audisset (nam forte fortuna nudus in strato tum
erat) abiecit semet in mare, arreptoque Damone, qui iam deficiebat (diutius enim ista ui-
deri poterāt, luna scilicet relucente) unā iuxta illum nasse, ac subleuasse. Ac uoluisse qui-
dem illis opitulari sese miseratos uirorum calamitatē, uerum nequisse, quod uento præ-
ualido raperentur. Illud tamen fecisse, subera complura ad illos profecisse, tum ex contis
aliquot, ut ab his suspensi narent, si quem forte ex eis nanciscerētur, postremo scāoria
quoque tabulara, quæ quidem erant neutiquam exigua. Cogita iam per deos, quod aliud
grauius beneuolentiæ documentū quisquam ædere queat in hominē amicū, qui noctu
decidisset in mare, usque adeo sauiens, quæ cōmunicata morte: iamque adeo mihi ante oculos
pone imminētis procellas, fragorē aquæ sese adglomerātis, spumam undique effere uescen-
tem, noctem, ac desperationē. Ad hæc illū iam præfocari incipientē, uixque undis extan-

tem, manusq; porrigentem amico: hunc aut incōtanter insilientē, simulq; nantem, profususq; sollicitū, ne se prior Damon interiret. Sic enim profecto cognosces, quod haud in generosum hūc quoq; amicū, uidelicet Euthydiciū, retulerim. T O X. Vtrū perierit uiri Mnesippe, an salus quæpiā ex insperato illis cōtigat? Adeo ego illis nō mediocriter timui. M N. Bono animo es Toxaris, seruati sunt, quin hodieq; Athenis agūt, ambo philosophiē dātes operā. Nam Simylus ea demū narrare poterat, quæ noctu uidere licuit, hūc delapsū, illum desilientē, simulq; nantes, quatenus per noctem dabatur aspicere. Porro quæ post hæc acciderint, Euthydicus ipse narrat. Primū quidem subera quædā forte nauios, suspendisse de his sese, atq; ita hæretes fluitasse, sanē q; incōmode. Deinde ubi tabulata cōspexissent, iam sub aurorā annasse, cōscensiscq; illis cōmode deinde nantes appuulisse Zacynthum. Post hos aut, qui neutiq; mali sunt, ut ego quidē autumo, accipe iam tertū, nihilo istis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio, & Charixeno Sicyonio amicis utebat, & ihs quidē opulentis, quū ipse pauperrimus esset. Hic uita decedens, testamentū reliquit, alijs quidē fortasse deridiculum, tibi uero, haud scio, an tale sit appariturū, uirō probo, & apud quem amicitia in precio sit, quicq; uel cum præcipua in ea certare queas. Sic enim in eo scriptū erat: Lego Aretæo quidem matrē meā alendā, atq; in senectā fouendā: Charixeno uero filiā meam elocandā cū dote, quanta ab illo maxima dari poterit. Erat aut illi mater anus, ac filiola iam matura nuptijs. Si quid aut interrim acciderit alterutri, huius quoq; partem (inquit) alter habeto. Huiusmodi lecto testamento, si qui tenuitatem quidem Eudamidæ nouerāt: amicitia, quæ illi cū his uiris intercesserat, ignorabant, rem pro ludo iococq; ducebant. Nemo certe aderat, qui nō cū risu discederet, quod eiusmodi hæreditatem Aretæus & Charixenus essent accepturi, felices uidelicet, atq; ita aiebāt: Si quidem persoluent Eudamidæ, superstitēs etiā ipsi hæreditatem tradent mortuo. At hæredes quibus ista erāt legata, ut audierunt, uenerūt illico, agnoscentes rataq; facientes ea, quæ erāt testamento mandata. Itaq; Charixenus quinq; duntaxat diēs superstitēs, diem obiit. Aretæus autem optimus successor factus, tum illius, tum suo ipsius suscepto onere, & matrem alit Eudamidæ, & filiam non ita pridem elocauit, ex quinq; talentis quæ possidebat, duobus in propriæ filiæ dotem, duobus in amici filiam erogatis: Ac nuptias ambarū eodem die fieri uoluit. Quid tibi Toxaris, Aretæus iste uidetur, numnam leue amicitia argumentū exhibuisse, adita huiusmodi hæreditate, neque deserto amici sui testamento: an hunc quoq; in perfectis idoneisq; calculis ponimus, ut sit unus e quinq; T O X. Et iste quidem egregius, quanquā equidem Eudamidam multo magis ob fiduciam admiratus sum, qua fuit erga amicos: declarauit enim, quod & ipse eadem fuisset facturus erga illos, tamen non essent ea scripta in testamento, uerum ante alios uenisset non scriptus talium heres. M N E S. Probe dicis. Sed quartum iam tibi narabo: Zenothemim Charmolei, Malsilia oriundum. Commōstrabatur autem mihi in Iralia, patriæ nomine legatum agentī, uir decorus, procerus, ac diues, ut apparebat. Asidebat illi uxor in theā iter facienti, quum alioqui deformis, tum dimidia nempe dextra corporis parte manca, alteroq; capta oculo, teterrimū quoddam & refugendum terriculum. Deinde quum demirarer, si decorus ille quum esset, ac uenustus, sustineret eiusmodi mulierem sibi adiunctam: is qui mihi eum commōstrabat, causam exponit, quare in id matrimoniū incidisset: nouerat enim comperte omnia, nam ipse quoque Malsiliensis erat. Menecrati, inquit, huius fœdæ patri, amicus erat Zenothemim, uir diuiti ac honorato, ipse iisdem rebus par. Deinde aliquanto post, facultatibus exutus est ex condemnatione Menecrates, quo tempore pariter infamis, & ad capeffendos magistratus inidoneus est iudicatus a sexcentum uiris, tanquam qui sententiam iniquam pronunciasset. Ad hunc autem modum, inquit, nos Malsilienses multamus. Si quis corrupte iudicet. Grauius itaq; ferebat Menecrates: primum, quod esset cōdemnatus: deinde quod ē diuite pauper: postremo, quod ex nobili repente factus esset infamis, ac reiectus. At præter cætera eum ipsa discruciaabat filia iam nubilis, utpote annos nata decem & octo, quam ne cum omni quidem patris substantia, quam ante condemnationem possederat, dignatus fuisset quisquam ingenuus ac pauper facile accipere, quæ tam infelici fuerit forma. Quin & concidere dicebatur, idq; circa lunam crescentem. Hæc ubi apud Zenothemim deploraret, bono, inquit, animo es Menecrates. Neq; enim ipse

egebis.

egebis necessarijs, & filia tua dignum aliquem suo genere sponsum inuenierit. Atq; hæc eloquutus, statim apprehensa illius dextra, deduxit domum. Ibiq; opes, quæ illi multæ erant, partitus est cum illo, ac cœna parari iussa, cōuiuio accepit amicos, & in his Menecratem, ueluti iam e necessarijs cuiuspiam persuasisset, ut puellam in matrimoniū acciperet. Postea quàm autem conuiuium peregerant, libassentq; dijs, tum uero plenum illi calicem porrigens: accipe, inquit, Menecrates, a genero solum affinitatis poculum: nam hodie ducturus sum ego filiam tuam Cydimacham, dotem autem iam olim accepisti, talenta quinq; & uiginti. Illo uero respondente, absit ne feceris, o Zenothemim, ne ue ipse usq; adeo infantiam, ut te neglectum, qui & iuuenis es, & formosus, conspiciam cū deformi puella, ac debilitata coniugatum. Hæc, inquam, illo loquente, hic sponfam adiunctam tollens, abduxit in thalamum: ac paulo post prodijt, ea de uirginata, atq; ex eo tempore cum illa uiuit, supra modum diligens, & quemadmodum uides, circumferens eam: Et non solum non pudet matrimoniū, uerum etiam perinde atq; glorians de eo, sic ostentat, propterea quod negligit corporis formam ac fœditatem, ad hæc opes & famam, tantum amici rationem habet Menecrates, neq; arbitratur eum sexcentum uirum sententia deteriorem esse factum, quantum ad necessitudinem. Quæquàm pro his iam illi gratiant retulit fortuna, ad hunc modum. Puellus enim ei formosissimus ex illa deformissima susceptus est. Neq; diu est, quod tollens hunc pater intulit in curiam, frondibus oleaginis coronatū, ac pullis amicū, quo plus miserationis auo conciliaret. At infans aridebat iudicibus, manibus complodebat. Itaq; curia commota super illo, remisit multam Menecrati, atq; ille iam res, famaq; restitutus est, eiusmodi patrono usus apud iudices. Hæc affirmabat Malsiliensis Zenothemim amici gratia fecisse, haud mediocria, sicuti uides, neq; qualia falsim Scythæ faciunt, qui concubinas formosissimas summa cura deligere dicuntur. Restat nobis quintus. Neq; uero mihi uideor alium quempiā debere dicere, Demetrio Suniensi præterito. Nauigarat in Aegyptum Demetrius, unā cum Antiphilo Alopecēsi, qui cum illi iam inde a teneris annis fuerat amicitia, atq; ephēbus ephēbo conuixerat, pariterq; fuerat eruditus, ipse quidem Cynicam disciplinam sequutus, sub Rhodio illo sophista, Antiphilus uero medendi scientiam exercuerat. At hoc temporis forte profectus fuerat in Aegyptum, ad spectaculum Pyramidum, Memnonisq;. Nam audierat illas, quum essent sublimes, umbram non facere: Memnonē autem uocē ædē re, ex oriente sole. Harum igitur rerum cupiditate adductus Demetrius: uidelicet ut Pyramidas intueretur, ac Memnonem audiret: sextum iam mensē aduerso Nilo nauigabat, relicto Antiphilo, quod is itinere atq; æstu defessus esset. Huic autem interea calamitas incidit, quæ singularem quempiā amicū postularet. Nam puer eius ut nomine, ita & patria Syrus, in ita societate cum sacrilegis aliquot, unā cum illis in Anubis templum irrupit: sublaroq; deo, ad hoc phialis aureis duabus, tum caduceo, aureo & hoc, neq; non cynocephalis argenteis, atq; id genus alijs: omnia apud Syrum deposuerāt. Deinde forte comprehensū, (capti enim fuerant, diuidentes nescio quid) rem omnē protinus confessi sunt, districti in rota, deportatq; uenerunt in ædes Antiphili: ibi res furto sublatas depromebant, sub lectica quadam in abdito conditas. Syrus itaque illico uinctus, unaq; herus huius Antiphilus: atque is quidem interea dum præceptorem audit, auulsius. Nec opitulabatur quispiam: quin magis hi qui fuerant hæcenus amici, auersabantur hominē tanquā qui templum Anubis sacrilegio compilasset: seseq; impiari credebant, si cum illo bibissent, aut edissent. Porro duo qui reliqui erant pueri, quicquid erat in domo, conuassantes, fuga discesserunt. In uinculis igitur erat miser Antiphilus multum iam temporis: habitus interim omnīs, quantum in carcere erat, fontū scelestissimus. Porro præfectus carceris Aegyptius, homo superstitiosus, ratus sese gratum facere deo, atq; illius ulciscitices, grauis Antiphilo inminebat. Quod si quando defenderet, affirmans se nihil eiusmodi patrasse, impudens habebatur: atq; hoc nomine multo etiam magis erat inuisus. Subegrotabat itaq; iam, maleq; habebat: nec mirū, quippe qui humi cubaret, idq; etiā noctu, neq; crura sineretur protendere, ligno inclusa: nam per diem catasta stringebatur, altera manu uincta ferro, at noctu cogebatur totus in uinculis esse. Ad hæc insuper domicilij pedor ac præfocatio, multis ibidem uinctis, locumq; angustum prementibus, adeo ut uix respirarent: tum ferri stridor, ac somnus exiguus, hæc omnia molesta erant, atq; into-

q 4

leranda

letanda: nimirum homini eiusmodi rerum insueto, minimeque ad tam durum uitae genus exercitato. Quum uero iam deficeret, ac ne cibum quidem capere posset, reuersus est tandem & Demetrius, nihil dum sciens eorum quae acciderant. Vt autem cognouerit quod in loco res esset, statimque curriculo ad carcerem uenisset: tum quidem admissus non est, propterea quod uespera iam esset, et carceris custos iam dudum occlusis foribus dormiebat, ministris excubias agere iussis. At mane quum esset ingressus, multis uidelicet precibus admissus, accedens multo tempore quarebat Antiphilum: quippe malorum multitudinem sic immutatam, ut cognosci non quiret. Circumiens igitur, e uinctis unum quemque contemplabatur, eorum more qui familiarium cadauera iam marcida facta, requirit in stragibus. Quod nomen fuisse eloquutus, Antiphilum Denomenis filium: ne longo quidem tempore potuisset agnosci quisnam esset, usque adeo praemalis erat transfiguratus. Vt uero ad uocem agnitam respondisset, atque aduente illo comam diduxisset, eam a uultu abiiciens fordida atque impexam, ostendit sese quis esset. Hic ambo collapsi sunt, oculis oborta caligine, in tam inopinato spectaculo. Verum aliquanto post, posteaquam & ipse sibi redidit, & Antiphilum recipiens Demetrius de singulis esset illi diligenter percontatus, bono animo esse iubet. Tum dissecto pallio, dimidiato quidem induitur ipse: reliquum autem illi donat, detractis illi putribus atque detritis, quibus erat operus panniculis, atque ex eo die modis omnibus illi aderat: curam eius agens, inserviensque. Locas enim ipsi, qui uersabatur in portu mercatoribus, a mane ad medium usque diem, oneribus gestandis non parum lucri faciebat. Deinde ab opere reuersus, mercedis partem carcerario in manum dabat, quo illi mansuetum hunc, ac pacatum redderet. De reliquo autem, in amici curam assatim suppedibat. Atque interdum quidem aderat Antiphilo, quo illum consolaretur: ubi uero nox occupasset, pro carceris foribus factio ex herbis thurolo, substratisque frondibus, acquiescebat. Et in hunc quidem modum aliquandiu degebat: ut Demetrius nullo uetante ingrederetur, atque ob id mitius ferret calamitatem Antiphilus: donec extinctio in carcere latrone quopiam, idque ut putabatur ueneno, & custodiam exactissime obseruatae, neque deinde quicquam admissus in domicilium uinculis liber. Quas ob res dubius atque anxius, quum alia uita non pateret, qua liceret amico adesse: adito praefecti collega, seipsum deserit, tanquam in irruptione templi Anubis communem operam addidisset. Id simulatque confessus est, abductus est illico in carcerem, ac ductus ad Antiphilum. Nam hoc magnis precibus uix obtinuerat a carcerario, ut proxime Antiphilo, atque eadem in trabe uinciretur. Hic igitur uel maxime declarauit, quanto in illum fuerit amore, quam sua ipsius incōmoda negligeret, cum & ipse interim agrotaret: illud autem curam haberet, quo pacto fieri posset, ut ille & quamplurimum dormiret, & minimum angereetur. Atque ita comode tolerabant, comunicatis inter ipsos malis: donec aliquanto post, tale quiddam accidit, quod finem ferme eorum imponeret calamitati. Siquidem e uinctis quispiam, haud scio unde nactus limam, adiunctis coniuratis captiuorum plerisque, catenam insecuit, qua seriatim erant astricti, cyphonibus in hanc infertis, soluitque omnes. Qui quidem facile trucidatis, quippe paucis custodibus, cōglobati profiliere. Atque hi quidem illico quod quisque poterat, dissiptati, postea plerique sunt comprehensi. Porro Demetrius & Antiphilus inibi remanserunt: Syro quoque retento, qui iam aufugere parabat. Vt autem diluxisset Aegypti praefes, cognito quod acciderat, emisit quidem qui illos insequeretur: accersitis autem ipsis, qui erant cum Demetrio, soluit a uinculis collaudatos, quod soli non aufugissent. At illis haud quaeque fat erat, ut hoc titulo dimitterentur. Clamabat autem Demetrius, sibi que non mediocribus in rebus iniuriam fieri preterdebat, si pro maleficis habitis, uiderentur uel commiseratione, uel ob id laudis, quod non aufugissent, dimitti. In summa, compulere iudicem, ut causam exactius excuteret. At hic ubi repperit, nihil eos comertitos, collaudatos illos, Demetrium autem seorsum quoque admiratus, liberos esse iussit, consolatus super poena quam tulerat, preteritus in uincula cōfecti. Quinetiam ambos munere profectus est, idque de suo: Antiphilum drachmarum decem milibus, bis tanto Demetrium. Ac Antiphilus etiam nunc quidem in Aegypto est. Demetrius autem sua quoque uiginti milia relinquens amico, concessit in India: profectus est ad Brachmanas, tantum hoc loquutus Antiphilo, merito sibi iam ignoscendum uideri, quod tū ab eo discederet. Neque enim sibi opus fore pecunia, quoad is perseveraret esse qui erat, uidelicet qui possit paucis esse contentus, neque illum amplius egere.

egere amico, quippe cui res iam feliciter haberent. Huiusmodi sunt Toxaris amici Graeci. Quod nomen in initio notasses nos, tanquam qui uerbis nos iactarem: idem profecto relaturus eram tibi complures orationes, atque eas egregias, quas Demetrius habuerit in iudicio: quum interim pro seipso nihil responderet. Pro Antiphilo uero lachrymas funderet, atque etiam supplex esset, totamque causam in sese reciperet, donec Syrus flagris caesus, ambos eos liberos fecit. Hos igitur paucos e plurimis, quos mihi primū memoria suggessit, tibi narrauerim praecarios ac firmos amicos. Quod reliquum est, iam decedens a narratione, tibi dicendi partes trado. Tu porro uti Scythas his non inferiores referas, sed longe praestantiores, tibi ipsi curam fuerit, si quid de dextra sollicitus es, ne ea tibi praecidatur. Verum oportet strenuum praestare uirum. Etenim res quaedam uehementer ridicula tibi contigerit, si cum Orestem ac Pyladem admodum sophistice laudaris, pro Scythia dicens orator ignauus appareas. T O X A. Recte tu quidem Mnesippe, qui quidem ad dicendum etiam exhortaris: perinde quasi nihil sollicitus sis, ne tibi lingua excutatur, uictio in narrationibus. Sed iam exordiar nihil quidem quemadmodum tu, uerbis phalerans atque exornans (neque enim is Scytharum mos) praesertim quum res ipsae longe magis loquantur, quam uerba. Nihil autem eiusmodi expectaueris a nobis cuiusmodi in commemorando laudibus extulisti: puta si quis sine dote duxerit deformem mulierem, aut si quis amici filiae nubem pecuniosam donauerit, duo talenta, ac per Iouem, si quis sponte eat in uincula, quum certo sciat se pauperem esse soluendum. Admodum enim leuia ista, neque quicquam inest in his, uel magni negotii, uel uirile quod sit. Caeterum ego tibi referam multas caedes, bellaque & mortes, amicorum causa susceptas, ut intelligas uestra ista lusum esse, si cum Scythicis conferant. Neque tamē istuc sine causa facitis, sed merito parua ista miramini: propterea quod non sunt uobis admodum graues occasiones declarandae amicitiae, quippe in alta pace uiuentibus. Quemadmodum nec in tranquillitate queas scire, bonus sit gubernator, nec ne. Tēpe state enim tibi opus fuerit, ad hoc ut dignoscas. At apud nos bella perpetua, & aut inuadimus alios, aut cedimus inuadentibus, aut ubi forte concurrimus, pro pascuis praedaeque pugnamus. Hic potissimum opus est bonis amicis, eoque quam firmissime constituimus amicitias, sola haec arma inuicta atque inexpugnabilia esse iudicantes. Prius autem uolo tibi commemorare, quo ritu faciamus amicos, non ex poculis, quemadmodum uos, neque si quis aequalis sit, aut uicinus: uerum ubi strenuum quempiam uirum conspexerimus, quique praecleara facinora patrare possit, in hunc omnes studio incumbimus, & quod uos in ambigendis coniugis, id nos in amicis non grauamur, diu quasi procos ageres, nihilque non facientes, ne uidelicet frustreremur amicitia, neue reiecti esse uideamur. At ubi iam in amicitias caeteris repullis, delectus est quispiam, protinus foedus inicitur, ac iusiurandum, quod sit maximum: nimirum & uicturos eos pariter, & mortem oppetiturum, si sit opus, alterum pro altero. Atque ita facimus. Etenim simulatque incisis digitis, sanguinem in calicem destillauerimus, summisque intinctis gladiis, ambo pariter admouentes biberimus, non est quicquam quod deinde nos queat dirimere. Admittuntur autem ad huiusmodi foedera, ad summum tres. Nam qui multis sit amicus, is eo loco habetur apud nos, quo communes istae atque adulterae uxores: arbitramurque iam non perinde firmam illius amicitiam fore, posteaque est in plures partes dissecta. Exordiar autem ab his, quae nuper Dandamis fecit. Dandamis enim hic in conflictu cum Sauromatis, quum esset captiuus abductus eius amicus Amizocas. Quin potius ante tibi iurabo nostrum iusiurandum, quando quidem isthuc in initio sum pollicitus. Non enim per Ventum & Acinacem, quicquam mentiturus sum apud te de Scythicis amicis. M N E N I P. Equidem tuum iusiurandum haud magnopere desiderabam: proinde recte facis, qui nullum deorum iures. T O X A. Quid tu narras? An non tibi uidentur esse dii, Ventus & Acinaces? Adeone te fugit, quod nihil sit maius mortalibus, uita ac morte? Per haec utique iuramus, quoties per Ventum & Acinacem iuramus: uidelicet per Ventum, tanquam qui uita sit causa, per Acinacem uero, ut qui mortis sit autor. M N E S I P. Atqui si ista idonea causa est, profecto multos alios quoque deos estis habituri tales, qualis est Acinaces: puta iaculum, lanceam, uenenum, funem, atque his consimilia. Quandoquidem uariis est iste deus interitus, atque innumerabiles aperit uias, quibus ad illum sit aditus. T O X A. Vide quam contentiose nunc, quamque litigiose isthuc facis: dum medio sermone interpellas me, excutisque ac disturbas orationem meam. At ipse loquente te, silentium agebam. M N E S I P. Age, non sum isthuc

isthuc posthac facturus Toxaris. Et optimo iure obiurgas: quare perge confidēter quod restat dicere: peritide quasi nec adsim dum loqueris, adeo tibi silebo. **T O X A.** Quartus igitur agebatur dies Dandamidi & Amizocæ, ex quo amicitiam interant, ac mutuum sanguinem pariter biberāt. Venerant interea in regionē nostram Sauromatæ, cum equitum decem milibus: peditum autem ter tantum aduenisse ferebatur. Ii nimirum quū in nos irruissent imparatos, neque expectantes illorum insultum, omnes quidem cedere cogunt, complures autem repugnantes occidunt, nonnullos & uiuos abducunt, nisi si quis effugerat tranans in ulteriorem fluminis ripam, ubi nobis dimidium copiarum, & pars curruum erat. Sic enim id temporis castra fueramus metati, haud scio quo consilio Archiplanorum, id est, ducum nostrorum, ad utranq; Tanaidis ripam. Protinus itaque & prædas abigebant, & captiua abducebant, & tentoria diripiēbant, et curribus potiebantur, atque ipsi plerisque cum uiris captis, & sub oculis nostris concubinas, uxoresq; nostras constuprabant. Nos porro rem indigne tulimus. At Amizoca quum duceretur (erat enim captus) nominatim in clamauit amicum, miserē uinctus, simulq; calicis & sanguinis cōmonescit. Quod simulatq; exaudierat Dandamis, nihil etiam contatus, spectantibus omnibus, tranauit ad hostes. Ibi Sauromatæ densatis telis irruerūt in illū: iam confixuri, nisi sueclamasset: **Zirim.** Hoc uerbi si quis sonuerit, postea nō interimūt, sed recipiunt, tanquā dedentem sese precio redimendum. Moxq; ad illorum ducem adductus, reposebat amicum: Ille redemptionis precium postulabat. Neq; enim prius dimissurum sese, nisi maximum pro illo recepisset. Tum Dandamis, quæ possidebam, inquit, ea omnia à uobis direpta sunt: quod siquid est quod nudus præstare queam, id sum paratus polliceri uobis: & imperato quicquid uoles. Et si ita uis, me ipsum huius in locum recipere, & abutere ad quodcumq; tibi lubitum erit. Ad hæc Sauromata: Nihil, inquit, opus retinere te: præsertim quum temet dedideris. Quin tu partē eorum quæ possides tradita amicum abducito. Rogat illico Dandamis, quidnā uellet accipere. Ille oculos postulat. Atq; hic protinus exhibuit eruedos. Deinde ubi essent execti, iamq; precii persolutum esset Sauromatis, recepto Amizoca, reuersus est innitens illi: unaq; tranātes, incolumes ad nos redierūt. Id factum animū reddebat Scythiis omnibus, neq; iam uictos esse rebantur sese, quum uiderent, quod apud nos esset honorum maximum, id nondum esse abductum ab hostibus: uerum superesse egregiā mentem, & in amicos fidem. At idem Sauromatis formidinem non mediocrem incutiebāt: reputantibus cum cuiusmodi uiris, si se præparassent, essent pugnatū: tamen tū quidē ex improuiso superassent: proinde sub noctē relicta maxima ex parte pecoribus, incensisque curribus, fuga sese subdixerūt. Porro Amizoca hō tulit diutius, ut uideret ipse, amico ceco Dandamide, sed ipse semet ex oculauit. Atq; ita sedēt ambo, omniq; honore à populo Scytharum publicitus aluntur. Quid tale Mnesippe uos referre possitis? Etiā si quis tibi donet, ut possis uel decē alios ad istos quinq; adiungere, etiam citra iusurandū, si ita uis, ut & multa liceat affingere: At ego tibi rem nudā exposui. Tu uero si quē salē narrasses, nō sum nescius, quātas ad ornandā rei gratia phaleras narrationi fueris admixturus: quemadmodū supplicarit Dandamis: & quomodo sit excæcatus, & quæ dixerit, & quo pacto redierit, & quemadmodum exceperint eum Scythæ, ad gratulantes, beneq; ominātes, atq; id genus alia: cuiusmodi uos ad demulcendas aures soletis artificio quodam addere. Audi igitur & alium huic parē Belittam, huius Amizocæ consobrimum. Is ut detrahitur ex equo à leone Balthen amicū conspexisset: nam forte simul erāt in uenatu: iamq; leo circumplexus illum, iugulo admotus esset, atq; unguibus lanaret, desiliēs & ipse, inuolauit in tergū beluæ, reflexitq; in sese prouocās, auertēsq; atq; inter dētes digitos inferens, conatus quoad licuit, Balthen ē rictu leonis eximere, donec leo omisso illo iā semimortuo, ad Belittam sese conuertit, atq; ipsum quoq; circumplexus occidit. At ille moriens (nam tanto ante uertit) acinacem in leonis pectus defixit. Itaq; pariter exanimati sunt omnes: nos autem sepeliuimus eos, duobus aggestis tumultis inter se uicinis: altero amicorū, altero è regione leonis. Iam tertio loco tibi referam Mnesippe, Macentæ, Lonchata, & Arfacomæ amicitiam. Hic enim Arfacomas deperibat Mazæam Leucanoris filiam, qui regnabat in Bosporo: tum quum legatione fungeretur super tributo, quod Bosporini semper uobis pendere soliti, id temporis tertium iam mensem ultra diem legitimum distulerant

rant. In conuiuio igitur quum Mazæam uidisset proceram atq; decoram uirginem, amōre captus est, grauitēq; discruciabatur. Iam itaq; quæ de tributis agebantur, erant transacta: responderatq; illi Rex, conuiuioq; accipiebat, mox illum dimissurus. Est autem mos in Bosporo, uti proci in conuiuio petant puellas, narrantes quinam sint, quibusq; rebus freti, decreuerint eas in matrimoniū accipere. Atq; id temporis forte fortuna multi aderant in conuiuio proci, reges, ac regum filij, in his erat & Tigrapates Lazorū princeps, & Adymachus Machlynæ dux, aliq; cum his permulti. Oportet autem unumquemq; procum, posteaquam exposuit quis sit, & qua fiducia ad ambiendas nuptias accesserit, conuiuari cum reliquis, tacitumq; accumbere. Deinde peracto conuiuio, postulata phiala, uinum in mensam effundere, atq; ita sponsam ambire, multum interea collaudantem sese, quo genere, quibus opibus, qua sit potentia. Ad hunc igitur modum cum multi iam libassent, postulassentq; regna & opes cōmemorantes: tandē Arfacoma, postulata phiala, non libauit (neque enim mos apud nos uinum effundere, quin magis contumelia ista esse iudicatur in deum) sed hausit bibens: Da mihi rex, inquit, filiam tuam Mazæam uxorem, qui multo sum potior istis, quantum ad opes ac possessiones attinet. Leucanore uero admirate (sciebat enim rex pauperem Arfacomā, ac de plebe Scytharum esse) percontanteq; quantum pecorum, aut quantum habes plaustrorum Arfacoma: nam ipsi rebus uos diuites estis. Imò nec plaustra, inquit, possideo, nec armenta: uerum sunt mihi duo amici, honesti, probiq; quales alij Scytharum nemini. Ac tum quidem ista dicens, risus est, contemptuq; habitus, uisusq; temulētus. Mane uero reliquis prælatus est Adymachus, iamq; sponsam abducturus erat in Mæotidem ad Machlyenses. Porro Arfacomas domum reuersus, amicus indicat, quemadmodū reiectus esset à Rege, risuq; habitus in conuiuio, quum pauper esse putaretur. Atqui dixeram, inquit, illi quātas haberem opes: nempe uos o Lonchata atq; Macenta, uestramq; beneuolentiam longe præstare, multoq; firmiorem esse Bosporanorum opibus. Verum hæc dicentem, me subfannauit, contempitq; & Adymacho scilicet Machlyensi tradidit aportandam sponsam, quod aureas phialas se diceret habere decem, præterea currus quaternis sedilibus octoginta: ad hæc ouium boumq; multam copiam. Sic uidelicet antetulit fortibus uiris pecorū multitudinem, operosa pocula, & currus graues. Proinde, o amici, dupliciter excrucior: nam & Mazæam amo, & iniuria mihi inter tantum hominum illata, nō mediocriter mordet animum meum. Arbitror autem & uos ex æquo iniuria affectos esse. Etenim ad unumquemq; è nobis tertia contumeliæ pars pertinebat: si modo ita uiuimus, quemadmodum cœpimus quum coniuingeremur: nimirū ut unus homo simus, isdem dolentes, isdemq; gaudentes. Imò, inquit Lonchates, uniusquilibet è nobis totus iniuria afficiebatur, tum quum in te ista fierent. Quomodo igitur (inquit Macetes) his in rebus agemus? Per partes, inquit Lonchates, negotiū suscipiamus. Atq; ego quidem recipio Arfacomæ me caput apportaturum Leucanoris. Tu uero sponsam ereptam huic adducas oportet. Ita fiat, inquit. At tu Arfacoma, inter hæc (nam his peractis uerisimile est exercitu ac bello fore opus) hic mane, quo contrahas & appares arma, equos, atq; aliarū rerum uim, quantum potes maximam. Facillime autem plurimos adiunxeris: partim quod ipse strenuus, partim quod nobis non pauci sunt familiares: Maxime uero si defederis in tergo bouis. Hæc ubi placuissent, hic quidem quantum potuit, recta profectus est in Bosporum, puta Lonchates: alter, id est Macetes, ad Machlyenses, eques uterq;. At Arfacomas domi manens, & cum æqualibus contulit, & ex familiaribus uim hominum armauit. Demum & in tergo bouis defedit. Consuetudo autem de sedendo in tergo bubulo huiusmodi est apud nos. Vbi quis ab alio læsus est, cupitq; ulcisci, neq; par esse pugnae uidetur: tum boue immolato, carnes frustulatum concisas, igni torret. Dehinc ipse porrecto humi corio, sedet in eo: in tergum reductis manibus, more eorū, qui à cubitis uincti sunt. Et hoc quidem apud nos maximum est supplicandi genus. Appositis autem bouis carnibus, aduentibus domesticis: præterea si quis alius uelit, quisq; partē sibi sumit, ac dextro pede tergū bouis calcās, pro facultate pollicet: hic quidē equites præbiturū se quinque suopecto cibo, suoq; stipēdio, ille decē, alius plures, alius armatos pedites quot possit, atq; qui pauperrimus, se ipsum duntaxat. Colligitur itaq; in tergo bouis, ingens nonnunquā multitudo. Er huiusmodi quidē exercitus, & certissima fide cohæret, & hostib; expugnatus difficillimus

ficillimus est, non aliter quam si iureiurando esset adactus. Nam in tergum ascendisse, instar iurisiurandi est. Arfacomas igitur his in rebus procurandis satagebat: coieruntque illi equites quidem circiter quinquies mille: tum armati ac pedites promiscue, uicies mille. At Lonchates ubi ignotus peruenit in Bosphorum, Regem adit, trachantem quiddam de regni negocijs, atque uenire quidem sese publico Scytharum nomine, sed priuatim res maximas apportare. Ille ubi dicere iussisset: De publicis, inquit, negocijs, hæc in presentiarum denunciant Scythæ: ne uestri pastores in planiciem usque transgrediantur, sed intra Trachonem pascant. Cæterum latrones de quibus expostulatis quod regionem uestram incurserint: negant eos publico consilio emitti, sed priuatim sui quenque lucri causa prædari. Quod si quis illorum deprehendatur: tui arbitrij esse, ut in eos animaduertas. Hæc quidem illi denunciant. At ego tibi indico, grauem in uos insultum futurum ab Arfacoma Mariantæ filio, qui nuper legatum egit apud te, idque (opinor) quum filiã tuam postularet, non assequutus sit abs te: ob id indignatur, sedetque in tergore taurino septimum iam diem, contractusque illi est exercitus haud exiguus. Audiuit, inquit, Leucanor, & ipse, cogit uim copiarum in tergum bouis. Quod autem aduersum nos cogerentur, quodque Arfacomas huius rei dux esset, id uero me fugerat. At qui in te, inquit, Lonchates, hic apparatus constituitur. Mihi autem inimicus est Arfacomas, grauiusque fert, quod sibi præferat à nau maioribus, & quod in omnibus illo uidear esse præstantior. Quod si mihi sponderis alterã filiã tuam Barcetum, alioquin nec indigno uestra affinitate, breuit tibi reuersus caput eius apportauero. Spondeo, rex inquit, uidelicet supra modum formidine correptus, propterea quod non ignoraret, quã ob causam iratus esset Arfacomas: nimirum ob nuptias, tum alias quoque metuerat semper Scythas. At Lonchates: iurato, inquit, te præstiturum pacta, neque inficiaturum. Id quum fieret, iamque resupinatus in cœlum iurare uellet: Absit, inquit, ut hic, ne quis spectantiũ conijciat, qua gratia iuremus. Quin potius hoc templum Martis ingressi, oclusis foribus iusiurandũ adamus, ubi nullus exaudiat. Nam si quid horũ inaudierit Arfacomas, uereor, ne me ante bellum immolet, manu iam nunc non parua cinctus. Introeamus, inquit, Rex. Vos autem absistite quã longissime. Neque quicquam ad templum adeat, quem ego nõ accersiuero. Postea quã igitur ipsi quidem introgressi sunt, satellites autem procul abstiterunt, uibrato gladio, simulque altera manu obturato ore, ne uociferaretur, iectum in pectus adegit. Deinde caput desecit, sub chlamyde tenens prodibat, quasi confabulans interim cum illo, breuiter se dicens adfuturum, tanquam ad negocij quippiam emitteretur ab illo. Atque ita reuersus eò ubi equum uinctum reliquerat, conscenso illo, redequitauit in Scythiam. Porro nemo est eum insequutus, quippe diu ignoratibus Bosphorinis quod acciderat, tum ubi rescissent, factiose de regno decertantibus. Hæc itaque gessit Lonchates, præstititque promissum allato Leucanoris capite. Porro Macentes, in uia factus certior super his, quæ in Bosphoro acciderant, peruenit ad Machlyenses: primusque illis nuncium attulit de Rege trucidato. At populus, inquit, te Adyr mache, gener cum sis, ad regnum uocat. Proinde fac ut ipse prior occupans, imperium arripias, in rebus perturbatis obortus, puella uero te sequatur à tergo in curribus. Facile enim isthoc pacto tibi conciliaueris, multitudinem Bosphoranorum, ubi Leucanoris filiam conspexerint. Ego porro non solum Alanus sum, uerum etiam sponsæ tuæ cognatus maternus: siquidem nostra e gente Masteram Leucanor ascituit uxorem. Et nunc tibi adsum, missus à Masteræ fratribus, qui sunt in Alanis: denunciantibus ut quã potes ocysime, te recipias in Bosphorum, neque per negligentiam committas, ut imperium ad Eubiotum deueniat, qui tamen frater nothus est Leucanoris, tamẽ Scytharum partibus semper fauit, cum Alanis simulates gerit. Hæc quidem dicebat Macentes. Erat autem eodem cultu, eademque lingua cum Alanis. Comune enim horũ utrunque Alanis cum Scythis, nisi quod non magnopere comati sunt Alani quemadmodum Scythæ. At Macentes in hoc quoque illis erat assimilis, uidelicet de tonfa coma: quatinus conueniebat Alanum minus esse comatum, quã Scytham. Itaque his rebus factum est, ut illi fides haberetur, putareturque Masteræ ac Mazææ cognatus esse. Et nunc, inquit, o Adyr mache, ad utrumuis paratus sum: uel proficisci tecum in Bosphorum, si uelis: uel manere, si sit opus, ac sponsam adducere. Isthuc equidem, inquit, Adyr mache, longe malim, quam do quidem cognatus es, te puellam adducere. Nam si nobiscum unã proficiscaris in Bosphorum

rum, unum duntaxat equitem numero addideris. Quod si mihi uxorem aduexeris, multorum instar fueris. Atque ita factum est, & hic quidem iter ingressus est, Macentæ tradens ducendam Mazæam, quæ uirgo etiam dum erat. At ille per diem quidem illam curru uehebatur: uerum ubi nox incubuisset, imposita equo (nam id curarat, ut alius quidam eques sese consequeretur) tum insiliens & ipse, nequaquam deinceps ad Mæotim iter faciebat, sed deflectens ad mediterraneam, relictis ad dextram Mitræorum montibus, quum uirginem interim aliquoties interquiescere iussam refocillasset, intra triduum à Machlyensibus in Scythiam usque permensus est uiam: statimque equus eius ubi destitisset à cursu, paulisper astans exanimatus est. Porro Macentes Arfacomæ Mazæam in manũ dans: Accipe, inquit, à me quoque id quod sum pollicitus. At illo ad insperatũ spectaculum stupefacto, gratiasque agente: Desine, inquit, Macentes, ac noli me alium à teipso putare: nam mihi profecto gratias agere ob hæc quæ feci, perinde est, ac si sinistra mea gratias agat dextræ, quod uulneratæ sibi subministravit, atque officiose curam egit ægrotantis. Ridicula nimirum & nos fecerimus, si iam dudum commisi, & quatenus licet in unum conspati, magnum adhuc esse credamus, si qua pars nostri officiose quid egerit pro toto corpore. Etenim pro seipso fecit, quum pars sit totius beneficio adiuti. Atque ad hunc quidem modum Arfacomæ gratias agenti, Macentes respondit. Cæterum Adyr mache ubi sensit insidias, non perrexit ire in Bosphorum: iam enim Eubiotus rerum potiebatur accersitus à Sauromatis, apud quos fuerat diuersatus: uerum in patriam reuersus, contractis ingentibus copijs, per montuosa irruit in Scythiã, pauloque post irruit & Eubiotus, cum Græcos undecunq; poterat secum ducens, tum Alanos & Sauromatas accersitos, utrinque uicies millenos. Coniunctis autem copijs, Eubiotus atque Adyr mache nonaginta milia confecerunt, atque ex his tertia pars equites sagittarij. Nos autem (nam & ipse ad hanc expeditionem contuleram, addens ijs, qui in tergum taurinum conuenerant, equites in plenum instructos centum) contractis haud multominus triginta milibus, unã cum equitibus operiebamur insultum, ductore Arfacoma. Ut autem admouentes illos conspeximus, contraduximus agmen præmissis in hostem equitibus. Atque ubi iam diu acriter esset pugnatum, tandem cessare nostri, interrupta phalange. Postremo in duo dissectum est uniuersum agmen Scythicum: pars subduxit sese, nõ omnino palam uicta, uerum ita fugebat, ut locum dare uideretur: adeo ut Alani ad multum tempus insequi non auderent: partem alteram, quæ eadem erat imbecillior, cingentes Alani ac Machlyenses, undequaque cauebant, confertim saculis emissis, atque sagittis, sic ut uehementer laboraretur à nostris, qui tenebatur obsessi. Et iam plerique arma proiecerant, quorum in numero forte erat Lonchates & Macentes, iamque ambo uulnus acceperant, dum ante alios sese periculis obijciunt. Hic quidem adusto femore, puta Lonchates: Porro Macentes securi fauciato capite, tum conto in humerum impacto. Quod simulatque sensit Arfacomas, quum in altero agmine esset nobiscum: turpe ratus, si desertis amicis non adesset, subditis e quo calcaribus, cum clamore in hostes tendere coepit, sublato gladio adeo, ut Machlyenses uim animi non sustinuerint, sed uiam illi fecerint, ut transiret. At ille receptis amicis, tum aduocatis & alijs, impetum fecit in Adyr machum, impactoque in ceruicem gladio, ad zonam usque dissecuit. Quo fuso, dissipata est omnis acies Machlyensium, paulopost & Alanorum: Denique cum his Græci quoque. Atque ita redintegrato prælio, nos superiores extitimus, diuque sumus insequuti trucidantes, donec nox finem imposuit. Postero die ab hostibus uenerunt legati, qui supplices pacem atque amicitiam orarent. Bosphorani duplicatum tributum pensuros sese pollicebantur: Machlyenses obsides daturus se confirmabant. Alanis ita eam inuasionem compensaturos sese spondebant, ut Sindianos nostro nomine uellent aggredi, quibus cum multo iam tempore nobis fuerat simultas. His de rebus auditis suffragijs, in primis autem Arfacomæ & Lonchatae, pax inita, duobus illis cuncta pro arbitratu suo moderantibus. Huiusmodi Mnesippe, audent Scythæ amico/ rum causa facere. MNESES. Tragica prorsus, o Toxari, fabulisque similia. Et propitius sit Acinaces & Ventus, per quos iurasti: si quis ista non credat, non admodum reprehendendus esse uideatur. TOXAR. At uide, uir egregie, ne incredulitas ista ab inuidia uestra proficiscatur. Quanquam non me deterrebis non habendo fidem, quo minus & alia his consimilia referam, quæ nouerim à Scythis esse gesta. MNESIPPVS. Tantum ne

longum facias, uir optime, neque usque adeo admisisis, uagisque utare sermonibus, ut nunc sum sum ac deorsum Scythiam, Machlyanamque percurrens, deinde in Bosporum discedes: postremo rediens prorsus abutare silentio meo. **T O X A.** Parendum tibi & hanc prescribenti legem, dicendumque paucis, ne fatigeris una nobiscum, audiendo circumcurritans. Quin magis ausculta, quae in meipsum amicus Sifinnes nomine prestiterit. Quum enim Athenas relicta patria proficiscerer, idque cupiditate Graecanicarum literarum, appuleram Amaltrim Ponticam. Ea est urbs haud procul a Carambe disita in promontorio, obuia ijs, qui a Scythia nauigant. Comitabatur autem Sifinnes, mihi a puero amicus. Nos igitur ubi res quasdam importatas in portu spectassemus, in eumque nauis subduxissemus, emimus, nihil suspicantes mali: interea fures quidam effraeta sera, sustulerunt uniuersa, adeo ut non reliquerint, quod uel in eum diem sufficere posset. Ergo quum domum essemus reuersi, cognito quod acciderat, non uisum est in ius uocare uel uicinos, qui plures erant, uel hospitem, ueriti ne plerisque sycophantae uideremur, si dixissemus nobis ab aliquo sublatos esse Daricos quadringentos, tum uestrium permultum, ad haec tapetia quaedam, denique quicquid habueramus. Consultabamus igitur hisce de rebus, quid esset faciendum, omnium rerum egenis, idque in urbe peregrina. Ac mihi quidem ita uisum est tum temporis, statim demerso in ilia acinace, uitam fugere, priusquam ignauum quippiam, aut indignum esset ferendum, uel fame, uel siti enecto. Contra Sifinnes consolabatur, obsecrans ne quid tale facerem. Aiebat enim excogitasse sese, unde nobis uictus suppeteret. Et eo quidem die baiulantis e portu lignis allata mercede uictum suppeditauit: mane autem obambulans in foro, pompam quandam aspexit iuuenem (quem admodum aiebat) elegarium ac strenuorum. Hi nimirum uirum lecti, uti mercede proposita singulare certamen inirent, in tertium diem erant decertaturi. Ergo quum omnes huius negotii conditiones audisset, accedens ad me: *Caue posthac, inquit, Toxari, ne teipsum pauperem dixeris. Siquidem tertio abhinc die diuitem te reddidero.* Haec ait, atque interea agere parato uictu, quum iam spectaculum esset institutum, spectabamus & ipsi: etenim assumptum me duxit in theatrum, tanquam ad iucundum aliquod, nouumque spectaculum Graecorum. Ergo ubi confedissemus, spectabamus. Ac primo quidem ferae partim iaculis confixae, atque a canibus agitatae, partim in homines quosdam uinctos emissa, nocentes quospiam, ita ut conijciebamus. Vt autem prodierunt qui erant ad singulare certamen conducti, ac producto iuene quodam praegrandi, dixisset praeco: Si quisquam uelut cum hoc singulari certamine cōgredi, prodeat in medium, praemissum pugnae accepturus drachmarum decem milia, ibi protinus assurrexit Sifinnes desiliens, polliceturque se dimicaturum, simulque poscit arma. Tum acceptam mercedem, decem milia mihi deferens, in manum dat: Si uictus ero, inquit, Toxaris, una proficiscemur, suppetetque comeatus: si necidero, sepulto me, redi rursus in Scythiam. Ego quidem his auditis singultiebam. At ille sumptis armis, reliquum quidem corpus muniuit: At galeam nequaquam imposuit, sed nudo consistens capite pugnabat. Et initio quidem ipse uulnus accepit, retorto gladio, succiso poplite, ita ut multum sanguinis deflueret. Ego interim iam metu premortuus eram. At ille confidentius inuadentem aduersarium obseruans, ferit in pectore, transigitque ita ut protinus ad pedes illius procumberet. Ille fessus & ipse uulnere, mortuo incumberebat, parumque aberat, quin ipse quoque efflaret animam. At ego accurrens erexi, animumque reddidi. Porro ubi dimissus est, iam uictor declaratus: sublato illum, domum deportaui, multumque temporis curatus a medicis, superuixit quidem, hodieque agit apud Scythas, ducta in matrimonium sorore mea, claudus tamen adhuc est ex uulnere. Haec res Mneshippe non apud Machlyenses, neque in Alania gesta est, ut testibus careat, & ficta credi queat: uerum complures extant Amaltriani, qui de pugna Sifinnes memorant. Finem iam faciam, si tibi quinto loco factum Abauchae retulero. Appulit aliquando Abauchas hic in Borystenensium ciuitatem secum adducens & uxorem, quam unice diligebat, liberos duos, alterum quidem masculinum lactentem, altera uero erat puella septem annos nata. Erat autem peregrinationis comes & huius amicus Gyndanes, atque is quidem e uulnere laborans, quod in uia accepit a latronibus, qui eos fuerant adorti: cum quibus dum pugnaret, ictus est in femore: ita ut ne stare quidem posset praecruciatu. Itaque noctu dormientibus illis (nam forte in coenaculo quodam diuersabantur) ingens ortus est incendium, omniaque circumclusit, itaque flamma undique domum

domum circumdedit. Ibi experrectus Abauchas, relictus liberis plorantibus, repulsa uxore, quae inharebat, iussaque ut ipsa sese seruaret, amico in humeris sublato descendit, perumpensque euasit, ita ut nequaquam incendio laederetur. Uxor infantem baiulans consecuta est, monens puellulam, ut sese consequeretur. Ea uero semiuista, abiecto ex uulnere infante, uix exiit e flamma. Deinde puella una cum illa ueniens, penes & ipsa extincta est. Post haec quum probro obiecitaret quispiam Abauchae, quod desertis liberis, atque uxore, Gyndanem extulisset: Imò liberos, inquit, denuo parare haudquaquam difficile: tum incertum, an hi boni sint futuri: porro amicum diu fuerit, priusquam inueniam talem, qualis est Gyndanes: cuius amor mihi multis argumentis est exploratus. Dixi Mneshippe, e pluribus his quinque propositis, iam tempus est pronuntiari, utri nostrum, aut linguam, aut dexteram oporteat amputari. Quis igitur futurus est iudex? **M N E S I P.** Nemo. Neque enim constitueramus narrationis arbitrum. Sed scin quid agemus? Quandoquidem in praesentiarum, nullo proposito scopo, sumus iaculati, de integro defecto arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus: deinde uter succubuerit, ei ium quidem amputetur, uel mihi lingua, uel tibi dextera. Aut si hoc crudele, quando tu amicitiam admirari uisus es: ego nihilo secius puto, nullam esse mortalibus possessionem hac praestantiorum neque pulchriorum: quin ipsi quoque in unum copulati, illud approbamus, ut ex hoc die in totam usque uitam simus amici, utriusque uictores, utriusque maximis potiti praemijs: uidelicet pro unica lingua, unaque dextra, binas uterque habituri, atque insuper oculos quoque quaternos, pedesque quaternos, in summa duplicia omnia. Eiusmodi namque quiddam est, cum duo tresque copulantur amici, qualem Geryonem scriptores depingunt, senis manibus, ternisque capitibus hominem. Siquidem (ut mea fert opinio) tres illi fuerunt, qui communiter omnia gererent, ut dignum est his, qui amicitiam coniuncti sunt. **T O X A.** Probe dicis, atque ita faciamus. **M N E S I P.** Verum neque sanguine opus est Toxaris, neque Acinace, qui nobis amicitiam confirmet. Haec enim confabulatio, & quod eadem amamus, id multo certius est calice illo quem bibitis: propterea quod huiusmodi non obligationem, sed amicum postulare mihi uidentur. **T O X A.** Placent ista, tamque amici atque hospites simus: tu mihi hic in Graecia, ego tibi, si quando in Scythiam perueneris. **M N E S I P.** Nimirum ut sis sciens, nequaquam me pigeat uel longius etiam proficisci, si tales amicos nancisci liceat, qualem esse te Toxari ex tua oratione conijcio.

REVERENDO IN CHRISTO

PATRI AC DOMINO, D. RENATO
episcopo Carnuteni, Des. Erasmus Rot. s. D.



VM multis modis compertum habere, ornatissime pater, quam candidè de meo ingenio, meisque nugis tum sentias, tum praedices, uir alioqui naris emunctissima: iamque ad Italicum iter accincto, per itineris commites non liceret celsitudinem tuam interuifere, ut esset tamen interim quod te tui Erasmi commonefaceret, Luciani Pseudomantem mihi sceleratissimum quidem illum, sed quo non alius sit utilior ad deprehendendas coarguedasque quorundam istorum imposturas, qui hisce quoque temporibus uel magicis miraculis, uel ficta religione, uel adsimulatis condonationibus, aliisque id genus praestigijs, uulgo fucum facere solent. Eum igitur leges, uti spero, non modo cum fructu aliquo, uerum etiam summa cum uoluptate, propterea quod intelligam te, licet praeter generis claritatem, fortunae splendorem, muneris auctoritatem, ferijs illis ac tetricis studijs absolutum, non solere tamē admodum ab his etiam elegantioribus Musis abhorre: & huiusmodi lusus nec inamcenos nec infrugiferos arduis negocijs libenter intermiscere. Porro quicquid est, uel nigri salis, quem Momo tribuunt, uel candidi, quem Mercurio ascribunt, id omne in uno Luciano copiosissime reperias licebit. Carnutenis oppidi, tam splendidum profecto, tamque celebre phanum, fulmine conflagrasse, dici non potest quam feram acerbe. Bene uale in reditum ex Italia nostrum. Lutetia,

Anno M D V.

Tom. I

I 2

ALEXANDER SEV

PSEUDOMANTIS.



Nv quidem charissime Celse, leuem forte quandam ac facilem prouinciam tibi mādare uideris, cum iniungis ut Alexandri Abonotichitae impostoris uitam, cōmenta, neq; non audaciā praestigiasq; libro completus, uolumen ad te transmittam. Verū si quis ea conetur omnia ad plenum enarrare, id profecto non minoris sit negocii q̄ Alexandri eius, cui Philippus fuit pater, res gestas literis proderet: tantus fuit scelere, quantus ille uirtute. Attamen si candide ignoscenterq; legere uoles, & quod narrationi deerit, id ex te imputare atq; addere: conatum hunc te autore capeffam, & Augiæ bulbi le si nō omne, at certe pro mea uirili repurgare nitar, paucis aliquot elatis cophinis: nimirum ut ex his coniecturam facias, quantus, quamq; immensus fuerit finis uniuersus, quem ter mille boues multis annis reddere potuerint. Sed amborū interim nomine calumniā ueeor, tuo pariter ac meo: tuo, qui iubeas memoriae literarumq; monumentis tradi uirum longe sceleratissimum: meo, qui sumam operam in huiusmodi narratione, rebusq; gestis hominis, quem nequaquam oportebat ab eruditis legi, sed in frequentissimo quoque & amplissimo theatro spectari a simijs aut uulpibus discernitum: quamq; si quis hoc crimen nobis impegit, poterimus & ipsi nos exemplo quodā simili tueri. Etenim Arrianus ille discipulus Epicleti, uir inter Romanos cum primis laudatus, ac per omnē uitam in literarum studio uersatus, cum simile quiddam fecerit, pro nobis quoq; responsum est. Nam is quidem Tilibori latronis uitam describere non est grauatus, Nos uero multum crudeliorem latronem memoriae prodemus, quippe qui non in syluis ac montibus sed ipsis in urbibus sit latrocinatus: neq; qui Minyam tantum, aut Idam sit pergrassatus, neq; paucas quasdam Asiæ partes, uidelicet desertiores depopulatus, sed qui uniuersam (ut ita dixerim) Romanorum ditionem suo complexit latrocinio. Ac primū tibi depingam hominē, effigiem eius quoad potero proxime uerbis adumbrans: tamen si non sum admodum pingendi peritus. Corpore igitur, ut interm & hoc tibi representem, procerus erat, & aspectu decorus, planeq; specie diuina quadam ac maiestatis plena, colore candido, barba non admodum hirsuta, coma parim natia tectus, partim appositioria: sed hac a deo sciēter efficta, ut uulgius ferē non sentisceret imitatum ascititiamq; esse. Oculi uehementer acres ac uersatiles, tum diuinum quiddam relucens. Vox dulcissima pariterq; clarissima. In summa quod ad has res, nulla ex parte poterat improbari, ac figura quidem hominis erat huiusmodi. Ceterum mens atq; animus, o malorum depulsor Hercules, & auersor tristium Iuppiter, seruatoresq; Dioscuri, in hostes potius contingat incidere, quam cum eiusmodi quopiā habere commercium. Si quidem ingenio, solertia, acumine longe praestabat ceteris mortalibus. Tum curiositas, docilitas, memoria, et ad disciplinas ingenij felicitas, horū unūquodq; supra quam dici possit, illi suppetebat, quibus tamen pessimā in partem est usus. Et quum haberet arma tam egregia sibi suppetitata, illico nimirum omnium qui essent sceleribus nobilitati, facile summus euasit, uel superior Cercopibus, Eurybato, Phrynonda, Aristodemo, Softrato. Nā ipse cum aliquando Rutiliano scriberet genero, modestissimeq; de se loqueretur, Pythagorae semet admilabat. Atqui ueniam mihi dabit Pythagoras, uir ille quidem sapiens, ac mēte diuina: ceterum si huius aetate uixisset, puer (sat scio) pra hoc uisus fuisset. Sed heus tu per Gratiā, caue putes hac in Pythagorae contumeliam me dicere, quasi uelim eos similitudine rerum gestarū cōmittere. Verum si quis deterrima quæq; & probrosissima, quæ de Pythagora per calumniā feruntur (quibus equidem haudquaquē fidem perinde ut ueris habuerim) si quis tamen conferat in unum, ea nimirum omnia, uix etiam minimā partem iam adaequent Alexandriæ uersutiq; Prorsum enim imaginare mihi, & cogitatione fingere, q̄ maxime uariam ingenij temperaturā, indolemq; ex mendacio, dolis, periurijs, maleficijs confusam, promptam, audacē, uersatilem, & ad efficiendum quæ cogitasset nullum refugientem laborem, appositam ad persuadendū, cuiq; facile fides habenda uideretur: tum quæ mire simularer optima quæq; ea quæ à mente essent diuersissima, pra se ferret. Primum igitur nemo cum illo congressus est, qui non hac cum opinione discesserit

rit, ut eum mortalium omnium optimum æquisimumq; simplicissimū minimeq; fallacem iudicaret. Accedebat ad hæc omnia grandū rerum conatus, quum nihil pusillum cogitaret, sed ad maxima semper appelleret animum. Ita quum esset adolescentulus adhuc, formosus admodum, ætate uidelicet tēnera, ac uelut herbescēte: id quod licebat partim ē stipula conijcere, partim audire ex his qui ita praedicabant: passim sese prostituebat, ac mercede sui copiam faciebat ijs quibus lubitum fuisset. Inter multos autem incidit in hunc amans quidam praestigiator, ex eorum numero, qui magiam & diuinas incantationes profitentur, tum illectamenta ad conciliandam in amoribus gratiam, malorum immisiones in hostes, rationem eruendi reperiendiq; thesauros, hæreditatum successiones. Hic ubi conspiceret bene ingeniaturum puerum, atq; ad subministrandum arti negociocq; suo propensissimum: utpote qui non minus illius adamaret maleficiū, quam ipse huius formam: erudit eum, semperq; deinceps pro adiutore ministroq; est usus. At is publicitus quidem & apud uulgius medicum scilicet agebat: didicerat autem apud Thoonis Aegyptij coniugem

Pharmaca mixta, salubria multa, at noxia multa.

Quorum omnium successor hic atq; haeres factus est. Porro doctor ille & idem amator natione Tyanæus erat, uidelicet ex eorū numero, qui cum egregio Apollonio Tyanæo illo erant uersati, totamq; illius tragœdiam perouerant. Vides quam ē schola tibi hominem refero: Verum ubi iam barba plenus esset Alexander, Tyanæo illo uita defuncto, in egestatem redactus, deflorescēte simul & forma, unde uictum parare licuisset, nihil postea paruū agitabat animo. Sed inito commercio cum Byzantino quopiā, analium scriptore, uiro qui in certamina descendunt, omnium ingenij longe sceleratissimū: Cocconas, opinor, erat cognomen: circumibant, imposturis ludificātes, ac pingues homines (sic enim illi peculiari magorum lingua uulgius appellant) detondētes. In his Marcetum mulierē opulentam nacti sunt, natu quidē grauiorē illam, q̄ ut amoribus esset idonea, sed quæ studeret etiā dum amabilis haberi. Ab hac uictus copia suppetitaba, atq; hanc ex Bithynia in Macedoniā usq; sunt cōsequuti. Nam illi patria erat Pella, qui locus olim floruit sub Macedonicis regibus: nunc à paucis, ijsq; obscuris & humilibus incolitur. Ibi quum conspiceret immani magnitudine dracones placidos admodū ac mansuetos, adeo ut à mulieribus alerentur, & cum pueris unā cubarent, & calcantes ferrēt, neq; cōmouerentur, si quis stringeret premeretq;: deniq; perinde atq; infantes lac ē papilla sugerent (nam sunt id genus apud illos permulti, unde uerisimile est, olim illam de Olympiade fabulam increbuisse: quum Alexandrū conciperet, huiusmodi dracone quopiā opinor, cum ea concumbente) mercati sunt ex his serpentibus unum, qui esset pulcherrimus, obolis sanē paucis. Atq; (ut Thucydidis utar uerbis) hinc iam bellum oritur: nimirum quum duo facinorosissimi, & immani audacia praediti, neq; nō ad maleficia promptissimi, societatem iniissent, facile perpenderunt hæc duo potissimum in hominum uita tyrannidem obtinere, spem ac metum: quorum utroq; si quis ad cōmoditatem uteretur, fore ut is illico ditesceret. Si quidē utriq; iuxta, uel ei qui metu laboraret, uel huic qui spe teneretur, uidebant praescientiam quam maxime necessariam esse, summeq; desiderari: atq; hac uia Delphos olim fuisse ditatos, factosq; celebres: praeterea Delum, Clarū, & Branchidas: nimirum hominibus per hos quos modo dixi tyrannos, tempe spem ac metum, ad sacra confluentibus, ac futura praediscere cupientibus, atq; huius rei gratia hecatombas immolantibus, aureosq; dedicatibus lateres. Hæc ubi inter sese uersassent, uulgius ac citro agitassent, uisum est uaticiniū oraculumq; constituere: etenim si res ea procelssisset, sperabant se protinus diuites atq; felices fore. Quod quidem negocium magnificētius etiam illis successit, q̄ expectauerant initio, & uel spe melius euenit. Hinc iam spectare cōperūt: primum quidem de loco, deinde quonam exordio, quaueratione negocium oporteret auspicari. Cocconas igitur Chalcedonem opportunam esse censuit, utpote regionē à negociatoribus frequentatam, tum Thraciæ Bithyniaq; cōfinem, neq; longe disitam ab Asia Galatiaq; cunctis item imminentibus populis. At ē diuerso patriam suam praetulit Alexander: nam aiebat, id quod erat res, ad huiusmodi negociorum auspiciationē aggressioneq; hominibus opus esse crassis & stolidis, & qui uiderentur admissuri: cuiusmodi Paphlagonēs affirmabat esse hos, qui supra Abonū murū incolūt.

nempe supersticiosos plerosque, ac stolidos: qui si quis tantum apparuisset, tibi cinem aut tympanistam, aut qui cymbala pulsaret secum adducēs, cribro (quod aiunt) uaticinans, illico uehemēter omnes in illum inhient, & perinde ut cœlitum quempiam intueantur. Hac de re quum controuersia non nihil inter illos fuisset, tandem uicit Alexander. Itaque profecti Chalcedonem (nam id oppidum uisum est hac parte habere non nihil ipsis con-ducibile) in Apollinis templo, quod est apud Chalcedonios uetustissimum, æreas defodiunt tabellulas, quæ dicerēt, breui admodum Aesculapium unā cum patre Apolline in Pontum aduēturum, atque Aboni murum inhabitaturum. Eæ tabellæ quum essent de industria repertæ, facile effecerunt ut hic rumor in omnem usque Bithyniam ac Pontum dimanaret, multo autem ante alios in Aboni murum: nam hi protinus statuerant etiā templum erigere, iamque fundamentis locum effoderant. Hic igitur in Chalcedone relicus, Cocconas ancipitia quædam atque ambigua obliquaque conscripsit responsa. Deinde paulo post diem obiit, à uisera (sicut opinor) ictus: in huius demortui locum accersitur Alexander, ac succedit iam comatus, castæque promissa, tunicam indutus purpuream albo intermixtam, supra eam ueste amictus candida, falcem tenens exemplo Persei, à quo se maternum genus ducere prædicabat. At perditissimi illi Paphlagonum quum amicos illius nosset parentes obscuros atque humiles, tamen oraculo crediderunt ita canenti:

Persides genere gratus Phœbo iste uidetur:

Dius Alexander Podaliri sanguine cretus.

Hic nimirum Podalirius libidiniosus erat, ac natura multerosus, adeo ut à Tricca ad Paphlagoniam usque, in Alexandri matrem sit incitatus ille cœtusque. Repertum est aliud oraculum, quasi Sibyllæ prædiuinantis,

Ad maris Euxini litus, iuxtaque Sinopam

Tirsi de erit quidam Ausonia de gente sacerdos:

Qui prima ex monade, tribus ac decadis, referabit

Quinque alias monades, uicenasque ter repetita

Quadrorbem numerum, referentem nomina diuini

Qui ueniet laturus opem mortalibus agris.

Alexander itaque multo post in patriam irruens cum eiusmodi Tragœdia, conspicuus erat ac splendidus: quum interim furore afflatum sese nonnunquam ad simulabat, ore spuma completo: id quod ille facile efficiebat, radicula (ea est herba lauandis lanis idonea) radice commanducata. Ceterum illis diuinis quiddam, ac formidandum spuma uidebatur. At multo antea sibi finxerant, parauerantque e linteis cœfectum draconis caput, quod speciem quandam humanam præ se ferret, colorum fucis mire ad simulatum, quodque pilis equinis os & aperiret, & clauderet. Tum lingua (sicut est draconis) bifida atra prominebat, quæ & ipsa pilis agebatur. Porro Pellæus ille draco iam pridem erat in promptu domique abibat: quum res postularet, tum ab illis proferendus, unaque in partem Tragœdiam acturus, uel princeps potius huius futurus fabulæ. Iam uero ut erat maturum aggredi, tale quiddam machinatur, noctu ueniens ad templi fundamenta nuper effossa. Constitit autem in eis aqua, siue quod ea indidem alicunde destillauerat, siue quod ex æthere decidit: illic ouum antea excauatum deponit, quod quidem intus occultabat foetum recens æditum serpentis. Id quum alte demersisset in abditas luti cavernas, rursum illinc discessit. At mane quum in forum proflisset nudus, nisi quod subligari circum pudenda tectus erat, eoque inaurato: tum falcem illam gestans, simulque solutam uentilans, iactansque comam, eorum more, qui à Cybele deorum matre afflati conueniunt, ac numine rapiuntur: conscensa sublimi quapiam ara concionabatur, ciuitatem eam beatam esse prædicans, quæ mox deum propalam esset ostensura mortalibus. Porro qui aderant (nam concurrerat uniuersa prope ciuitas) unā cum mulieribus, senibus, pueris, admirabantur, ac uota facientes adorabant. At ille uoces quasdam sonans incognitas, nihilque significantes, cuiusmodi sint Hebræorum aut Phœnicum, attonitos eos reddebat, ut qui nihil intelligerent eorum quæ dicebat nisi solum hoc, quod Apollinem Aesculapiumque passim admiscebat. Sub hæc ad institutum templum curriculo fugiebat, accedensque ad fossam ac fontem illum quem iam ante conditum oraculum præstruxerant: ingressus aquam, magna uoce canebat laudes Apollinis & Aesculapii, inuitabatque deum, uti dexter ac ielux.

in ciuitatem adueniret. Deinde phialam postulat, eam porrectam à quoptam, facile immergens, unā cum aqua lutoque haurit & ouum illud in quo nimirum ille deum concluderat, candida cæra, cerussaque commissuram operculi ferruminans. Id quum manu cepisset, affirmabat iam Aesculapium tenere sese. Interim illi stupidis defixisque intuebantur oculis, expectantes quidnam esset futurum postea, iam dudum admirantes ouum in aqua repletum. Porro posteaquam fregisset idem caua uola compressum, ac serpentis illius foetum exclusum excepisset, simulatque mouentem hunc sese conspicerent qui aderant, ac digitis circumuoluentem, protinus uocē tollebant, deumque consalutabant, ac ciuitatem eam fortunatam esse dicebant: singulique affatim uotis implebantur, thesauros, opes, prosperam ualitudinem, altaque id genus ab illo flagitantes bona. Hic ille rursus cursim sese domum abrupuit, unā secum asportans, modo æditum in lucem Aesculapii, bis natum scilicet, cum semel duntaxat nascantur homines: atque eum non ex Coronide perlouem, id est, cornicula (nam id matris nomen fertur) neque ex cornice, uerū ex anseris progenitum. Populus autem uniuersus cōsequebatur, omnes afflati deo, atque ob spes animo conceptas furore correpti. Interdum igitur se domi continebat, sperans fore, id quod & euenit, ut fama permoti, Paphlagonum pars maxima concurreret. Ergo posteaquā urbs ita esset hominibus referta, ut iam redundaret: sed quibus omnibus iam tum cerebrum, tum cor esset exemptū, nec ulla parte similes uiderentur uiris pane uicitatibus (ut loquuntur poetæ) uerū qui præter solam figuram nihil à pecudibus distarent, in ædiculis quibusdam, in lecto residēs, eo uidelicet ornatu, qui uatē mire deceret: imponit in sinu Pellæum illum Aesculapium, qui quidem erat, ut dictum est, maximus pulcherrimusque. Hunc totum ubi collo circumdedit, caudam foras prominere sinens (Erat autem ingens adeo, ut cum per pectus illius effunderetur, pars tamen humi traheretur) solum autē caput sub alis abditum teneret, illo nimirum omnia ferente: linteaceum illud draconis caput, altera in amictus parte contextum ostendebat, quod prorsum illius esse draconis uideretur, qui à pectore prominebat scilicet. Iam uero mihi cogita, ædículas non admodum illustres, nec ad fatietatem usque luminis capaces: tum turbam hominum conuenarum, quique alijs ex locis alij concurrissent, tumultuantes: ac prius etiam quàm ista uiderent, mēte attoniti stupefactique, denique spebus illis sublatis: quibus ingressis, non mirum si res uita est portentosa, uidelicet ex modo pusillo serpente, intra pauculos dies tam immanem extitisse draconem humana specie, atque eum insuper mansuetum tractabilemque. Protinus autem ad exitum properabant, & priusquam exactius essent contemplati, protrudebantur ab his, qui noui semper ingrediebantur. Porro è regione ianua, per quam intrabatur, partefactum erat & aliud ostium, per quod exiretur. Cuiusmodi quiddam et Macedonas in Babylone fecisse ferunt in Alexandri morbo, quum ille grauiter iam ægrotaret: illi obfessa regia desiderarent eum intueri, ac supremum alloqui. Atque hoc spectaculi scelestus hic non semel, uerū crebrius exhibuisse dicitur, maxime si qui diuites aduenissent recentiores ac nouitij. Hoc loco, mi charissime Celse, si uera fateri uolumus, æquū est ueniam dare Paphlagonibus ac Ponticis illis hominibus, nimirum crasis & ineruditus, si delusi sunt, quum draconem manu contingerent: nam hoc quoque largiebatur Alexander his qui uoluissent: quumque conspicerent in dubia malignaque luce imitatum illud illius caput, os scilicet nunc aperiens, nunc claudens, tanto artificio, ut res plane Democritum aliquem requireret, aut certe Epicurū Metrodorum uel, aut alium huiusmodi quempiam, qui prorsus adamantiam aduersus hæc, atque id genus alia, mentem obtineret: qui nullo pacto crederet, quique uel quid esset rei coniecturis colligeret, uel si uiam etiam modumque præuestigare non quiret, illud tamen antea sibi persuasum haberet, fugere quidem sese modum rationemque præstigiaturæ: cæterum quicquid esset negotij, prorsus simulatum fucatumque esse, ac ne fieri quidem ulla ratione potuisse. Paucis ergo diebus cōfluxit tum Bithynia, tum Galatia Thraciaque, eorum qui renuntiabant, unoquoque ut fit, affirmate sese primum nascentem uidisse deum, deinde paulo post eundem contrectasse iam grandem admodum factum, uultu etiam homini ad similem. Accedebant ad hæc pictura, imagines, signa deum referentia, partim ex ære, partim argento efficta. Postremo nomē etiam inditum: nam Glycon appellatus est, idque iussu diuino carmine prodito. Ad hunc enim modum eloquutus est Alexander:

Sum ille Glycon: hominum lux, ex Ioue tertia proles.

Ast ubi iam maturum esset, ut cuius rei gratia haec omnia fuerant excogitata, res ipsa quoque redderet ijs, qui requisivissent: diuinaretque, accepta uidelicet anfa ab Amphilocho, qui apud Cilices uatē egerat. Nā is quoque post patris Amphiarai interitū, posteaque ipse inter Thebanos exire desisset, patria pulsus, atque in Ciliciā profectus, haud incōmode rem gessit, quā Cilicibus euentura praediceret, binos obolos pro singulis accipiēs responsis. Ab hoc, inquam, arrepta anfa, praedicit Alexander omnibus qui aduenerant, fore ut deus ipse responsa daret, eiusque rei diem quandam certum praeloquutus est. Iussit autem ut quisque quod uideretur, quodque maxime discere uellet, id in libello conscriberet, eumque funiculis obuinctum, cera argillaue, aut simili re quapiam obsignaret. Se uero receptis libellis, cum subisset adyta (iam enim oraculum erat extructum, & apparatus corinae) ordine per praconem ac theologum euocaturum eos qui tradidissent: dehinc ubi de singulis esset edoctus a deo, libellos redditurum, ita ut traditi fuerāt obsignatos: sub scripto illis responsa pro cuiusque argumento, deo nimirum respondente, quacumque de re quis esset sciscitatus. Erat autem hic dolus, homini cuiusmodi tu es, aut etiam (si modo dictu non est inuidiosum) cuiusmodi sum ego, manifestarius, neque difficilis animaduersus: uerum idiotis, quibusque nares essent mucco oblitae, minimeque emunctae, prodigiosum, planeque incredibile quiddam esse uidebatur. Etenim quum uarias esset commētus artes, quibus signa tollerentur, quae quisque sciscitabatur, ea legebat: atque ita quae uiderentur, ad interrogata respōdebat. Deinde rursus obuincta obsignataque reddebat, nō sine summa admiratione eorum qui recipiebant. Plurimus enim hic inter illos erat sermo, qui tandem scire potuisset iste, quae ego illi tradidit, sane quam diligenter obsignata signis, imitatu ne utquam facilibus, nisi reuera deus esset quispiam, cui cuncta sint perspicua. Sed iam quibus artibus id effecerit, forsitan à me requires. Accipe, quo uidelicet imposturas eiusmodi deprehendere queas, & coarguere. Prima ratio sic habebat Celse charissime. Eam cerae partem quae post signum haerebat, acu candefacta liquefactam diducebat: tum ubi legisset rursus calefactam acu ceram, eam quae à tergo funiculi fuerat, signo eodem manente, facile coagmentabat. Porro secundus modus constat per id quod collyrium uocant. Id conficitur ex pice Berytiae, bitumine, ac lapide perspicuo trito, cum cera & mastiche. Confectum igitur ex his omnibus collyriū igni calfactum, inuncto prius suillo pingui, signo applicabat, ac symboli figuram excipiebat. Id simulatque siccum esset factum (siccabatur autem protinus) commode resignabat libellos: quibus praectis, impositae cerae denuo, perinde atque e lapide signum idem imprimebat, ad archetypi similitudinem mire effectum. Post haec iam tertiam accipe rationem: Calce in gluten iniecta, quo uulgo codicillos adglutinant, atque ex his confecta ceu cera, mollem adhuc eam ad mouebat signo, statimque detrahebat. Nam illico siccescit, adeo ut cornu uel ferro potius reddatur solidius. Hac ad imprimendum signum uti consueuerat. Sunt praeter has & aliae complures uiae, quas omnes referre nihil necesse est, ne parum uidear modestus, maxime quum tu in his quos de magorum artibus conscripsisti commentarijs tum pulcherrimis, tum utilissimis, quique modestos reddere queant, si quis in eis euoluendis uersetur, abunde multa retuleris, longeque his nostris copiosiora. Reddebat igitur oracula, diuinabatque non mediocri ad eam rem utens ingenio, arteque negotium reddens probabilius, dum alijs obliqua quaedam & ambigua respondet ad ea quae proponebantur, alijs penitus obscura. Quandoquidem & hoc oraculis ille conuenire iudicabat. Alios item deterrebatur, alios adhortabatur, prout sibi magis conducere coniectasset. Nonnullis remedia morborum, uitaeque rationes praescriberebat, cum sciret (ut initio diximus) complura atque efficaciam pharmaca. Maiorem autem in modum Cytmidis ab illo probabatur, id est non men confectum emplastri, urfino adipe confecti. Porro spes, rerumque successus & incrementa, neque non hereditarium obuentus semper in aliud tempus resiciebat, illud interim addens: Cuncta haec tum obtingent, cum ipse uolam, quumque uates meus Alexander me rogabit, proque uobis uota faciet. Denique merces erat unicuique responsa praestituta, nempe drachma cum obolis duobus. Ne uero pusillum aut exiguum fuisse putes amice huc quae sum, quum in annos singulos ad septuaginta aut octoginta milia redierit, usque adeo audis & insatiabilibus hominibus, ut singuli supra decem aut quindecim rogationes traderent.

Ceterum

Ceterum ea quae capiebat, nō ipse solus solitus est insumere, nec rursus ad congerendas opes in thesaurum reponere, uerum compluris & alios habebat secum adiutores & ministros, tum qui scitarentur, qui uersibus oracula conderent, qui responsa seruarent, qui subscriberent, qui obsignarent, qui interpretarentur, quorum unicuique pro dignitate meritorum lucrum impartiebat. Ad haec nonnullos foras & in longinquas regiones emandarat, qui famam eius oraculi inter gentes dissiparet, affirmantes ipsum etiam praediceret reuocareque fugitiuos, fures ac praedones indicare, thesauros effodiendos ostendere, morbo laborantibus mederi, quosdam etiam uitam defunctos in uitam reuocare. Concurrerent igitur undique, magnoque tumultu concitati adproperabant, sacrificabatur, dicabatur munera, eaque duplicata, prophetae discipulorum dei. Iam enim & tale quoddam oraculum exierat.

Muneribus decorare meum uatem atque ministrum

Præcipio: nec opum mihi cura, ac maxima uatis.

Verum ubi iam plerique, quibus mentis plusculum inerat, non secus atque ex alta ebrietate resipiscentes, conspirassent in illum, praesertim ex his qui studebant Epicuro: iamque paulatim in oppidis deprehenderetur uniuersa praestigiatum, fictusque fabulae apparatus: horrendum quiddam in eos aedidit, dicens impijs & Christianis impleri Pontum, qui non uererentur in sese turpissime maledicere, eos iussit lapidibus pellerent, si modo uellent propitium habere deum. Porro super Epicuro huiusmodi quoddam oraculum prodidit: Sciscitanti cuiquam, quid ageret apud inferos Epicurus: plumbeis, inquit, compedibus uinctus in caeno desidet. Et adhuc miraris, si magnopere creuit eius celebritas oraculi, cum uideas interrogaciones aduentum, quae sint prudentes, quamque erudita? Modis autem omnibus bellum erat illi cum Epicuro saeuum & irrecōcilabile, idque iure optimo. Nam cum quo tandem iustus bellum gerat, homo praestigiator, & monstris ac portentis amicus, ueris inimicissimus, quam cum Epicuro, uiro uidelicet qui rerum naturam perspectam haberet, quique unus quid in his esset uerum uideret? Nam Platoni, Chrysippo, aut Pythagorae erat amicus, atque alta cum illis pax intercedebat: At intractabilis ille Epicurus (sic enim appellat eum) erat illi plurimum inuisus, atque id merito: quippe qui haec omnia ridicula ac ludicra duceret. Quam ob causam inter urbes Ponticas Amastrim in primis habebat exosam, eo quod acceperat eos, qui cum Lepido erant, alios item horum consimiles quae plurimum ea in ciuitate uersari. Neque unquam Amastrino cuiquam oraculum reddidit: quin ubi conaretur etiam fratri proconsulis respondere, deridicule profecto discessit, cum nec ipse quemadmodum idoneum oraculum fingeret inueniret, nec haberet qui sibi in tempore posset componere. Nam cum illi de stomachi dolore conquerenti, uellet praescribere, uti suillum pedem cum malua praeparatum ederet, hunc in modum ait:

Maluaca porcorum sacra cuninatio Sipydno.

Crebrius autem (uti iam diximus) draconem ostendebat ijs qui uellent, haud totum tantum, sed caudam potissimum, ac reliquum corpus oculis exponens: caput uero ne uideri posset, abdutum in sinu seruabat. Verum quo magis etiam redderet attonitā multitudinem, pollicitus est sese exhibiturum ipsum deum loquentem, citraque interpretem audentem oracula. Deinde nō magno negotio, gruum arterijs cōtextis, ac per lineum illud draconis caput, quod erat arte adsimulatum, insertis, alio quoque per has foras insonante, respōditabat ad ea quae proponebantur, uoce nimirum per linteaceum illum Aesculapium ad aures promanante. Huiusmodi responsa *ἀντοφωνα* dicebantur, id est, ipsius uoce reddita, neque quibuslibet, neque passim dabantur, uerum splendidis modo atque opulentis, & qui grandia largirentur. Itaque quod Seueriano redditum est super expeditione in Armeniam suscipienda, ex Autophonis erat. Adhortans enim illum ad incursum eius regionis, sic ait:

Parthis Armenijsque citato Marte subactis,

Romam urbem repetes, & claras Tybridis undas:

Vertice ferta gerens radijs distincta serenis.

Deinde posteaquam uecors ille Gallus persuasus, incursionem fecisset, euenissetque ut una cum exercitu caederetur ab Othryade, hoc oraculum à monumentis sustulit, atque aliud in eius locum substituit huiusmodi,

Agmen in Armenios ne duc, neque enim expedit isthuc:

Ne tibi foemineis uir amictus uestibus, arcu

Exitum

Exitium immitat, uitaeque ac lumine priuet.

Siquidē & hoc interim callidissime fuerat cōmentus, ut posterioribus substitutisq; responsis, ea quae perperam maleq; euenissent, sarciret ac mederetur. Saepius enim aegrotis priusquam morerentur, praedixerat fore ut reualescerent: quibus morientibus, alteri oraculum illico paratum erat, quod superiori diuersa caneret.

Posthac desine opem morbo petere exitiali:

Mors etenim manifesta, nec euitare licebit.

Porro cum non ignoraret, qui in Claro ac Didymis, Malloq; responsa ferebat, ipsos quoq; huiusmodi quadam arte diuinandi celebres haberi, eos sibi reddebat amicos, plerosq; consultores ad illos remittens, his uerbis:

Nunc Claron ito, mei uocem patris auditurus.

Etrursus.

Branchydica accedas adyta, atq; oracula quaeras.

Et iterum:

Mallon abi, Amphilochi quaerens oracula uatis.

Ethaerius quidem de ijs, quae intra patriae fines usq; ad Ioniam, Ciliciam, Paphlagoniam, Galatiamq; designauit. Vt uero et in Italiae oraculi fama permanauit, inq; ipsam Romanorum urbem: iam nemo omnium erat, qui non alius alium anteuertere studeret, dum hi quidem eo proficiscuntur ipsi, illi uero mittunt, potissimum hi, qui potentia atq; auctoritate plurimum in Repub. pollebant: quibus princeps quasiq; signifer extitit Rutilianus, uir aliam quidem honestus ac probus, tum compluribus in praesens Romanorum spectatae uirtutis: sed qui in his quae ad deos pertinent, parum sane sciret, ut cui prodigiola quaedam de illis essent persuasa, a deo ut sicubi lapidem uel inunctum uel coronatum confixeret, continuo proceret atq; adoraret, ac diutius aduolutus uota faceret, bonaq; ac laeta ab illo postularet. Hic igitur simulatq; de oraculo inaudisset, parum aberat quin omisso quem tenebat exercitum, in Aboni murum auolarit: alios autem post alios eo legabat. Porro qui mittebantur, seruuli nimirum idiotae quidam facile decepti, domum redibant, referentes partim quae uiderant, partim tanq; uidissent, audissentq;: permulta in super accumulantes illis, quo domino fieret commendatiores. Inflammant itaq; senem infelicem, & in uehementem insaniam impulerunt. At ille passim ad omnes amicos accedens, quos habebat quum plurimos, tum potentissimos, enarrabat, partim ea, quae ab ijs quos miserat, accepisset, partim quae ex sese effinxerat. Et ad eum modum iste compleuit urbem, conuocauitq; q; plurimis item aulicis expauescatis atq; attonitis. Qui protinus & ipsi cupiditate flagrare coeperunt, ut aliquid suis de rebus audirent. Porro Alexander aduenientes comiter excipiebat, ac xenijs, alijsq; magnificis donatos muneribus, ad eum remittebat: hoc agens, uti non solum renunciarent oracula, uerum etiam dei laudes canerent, ac portentosa quaedam de oraculo, deq; ipso mentirentur. Excogitabat autem ter scelestus ille quiddam neutiqa in scitum, & ingeniosius, quam ut in uulgarem competat latronem. Etenim resignatis libellis, ac perlectis: si quid offendisset in ijs, quae proponebantur, ita scriptum, ut cum periculo ac discrimine eius qui scripserat, si proferretur, coniunctum uideretur: apud se detinebat, neq; remittebat, quo uidelicet obnoxios, ac propemodum seruos ob metum sibi redderet eos, qui miserant: quum in mentem illis ueniret, cuiusmodi de rebus consulissent. Intelligebat autem esse consentaneum, ut qui opibus ac potentia praecellerent, eiusmodi rogationes essent proposituri. Ab his munera quamplurima ferebat: quippe qui non ignorarent sese intra castes eius teneri. Libet autem aliquot ex his responsis commemorare, quae Rutiliano reddidit. Huic sciscitanti de filio, ex uxore prioris suscepto, qui iam per aetatem maturus esset, ut disciplinis erudiretur, quem instituendo in literis illi praecceptorem deberet adhibere, ita respondit:

Pythagoram, egregieq; canentem praedia uatem.

Deinde paucis post diebus, extincto puero, ipse quidem habebat: nec habebat quod incusantibus responderet: oraculo uidelicet ita re praesenti confutato. At Rutilianus optimus ultro occupans, defendebat oraculum, affirmans hoc ipsum portendisse deum, qui iussisset neminem quidem e uiuis adolescentulo deligi praecceptorem, sed Pythagoram potius atq; Homerum, iam olim defunctos, quibus cum credibile esset eum iam uersari. Quid igitur Alexandro uitio uertere conuenit, si istiusmodi homunculos dignos habuit quibus scum faceret: Rursum eidem percontanti, cuius tandem animam esset sortitus, ait:

Principio

Principio fueras Pelides, deinde Menander,

Deinde is qui nunc es, post fax phoebea futurus.

Octoginta aetum ac centum produxeris annos.

At hic septuagenarius interijt, in insaniam uersus, haud expectato dei prom. To, quam quam hoc quoq; oraculum ex Autophonis erat. Eidem item de uxore ducenda percontanti, aliquando incunctanter ac palam respondit:

Ducito Alexandro natam, Lunaq; puellam.

Siquidem iam olim rumorē dissiparat, filiam quam habebat, e Luna sibi susceptam fuisse. Lunam enim ipsius amore captam fuisse, quum dormientem aliquando conspexisset: nam id illi familiare est, & formosos somno sopitos adamare. Porro Rutilianus uir prudentissimus, nihil cunctatus, protinus accersit uirginem, nuptias conficit, spousus iam sexagenarius, concubitusq; socrum suam Lunam solidis Hecatombis placans: iamq; sibi unus e caelitus numero uidebatur. At hic ubi femel in Italia rem esset aggressus, maiora indies ad haec excogitabat, & in omnes Romanae ditonis partes, qui perferrent oracula, dimittebat: praedicens ciuitatibus cauendam esse pestilentiam, incendia, terrae motus, se certa remedia traditurum, ne quid horum accideret, pollicebatur. Iamq; quum pestilentia increbuisse, unum quoddam tale oraculum, Autophonon & hoc, quoquod uersum gentium prodiderat, unico carmine comprehensum,

Intonsus nubem pestis depellit Apollo.

Atq; hunc uersiculum uidere erat passim pro foribus descriptum tanquam aduersus pestilentiam remedium futurum. Verum ea res plurimis diuersam in partem euenit, propterea quod fortuna quadam sic accidit, ut eae domus, quibus hic uersus esset inscriptus, potissimum desolarentur. Neq; uero me putes illud dicere, carmen in causa fuisse ut interierint, uerum casu quodam ad hunc modum accidit. Et haud scio, an pleriq; freti carmine, negligentius ac securius uixerint, nihil aduersum pestem praeter oraculum adhibentes: perinde quasi syllabas pro sese pugnantes haberent, & intonsum Apollinem telis pestem propellentem: Exploratores item ex sua coniuratione quamplurimos Romae constituerat, qui sibi qua quisq; mente esset, indicarent, ac priusquam oraculum adissent, illi significarent quidnam essent percontaturi, quidq; potissimum cupere uiderentur, ut etiam priusquam aduenissent ijs, qui mittebantur, ille iam ad respondendum instructus ac paratus esset. Atq; haec quidem & id genus alia machinamenta, aduersus Italicas urbes praestruerat. Nam praeter haec & initiationes quasdam instituerat, aedarum per manus tradendarum gestationes, & sacrorum caeremonias, quae quidem tribus ex ordine diebus continenter peragerentur. Ac primo quidem die Athenensium ritu, denunciatio fiebat huiusmodi. Si quis impius, aut Christianus, aut Epicureus mysteriorum explorator accessisset, disceret. Caeterum qui deo credunt & parent, sacris feliciter initiuntur. Sub haec protinus exigebantur, illo praeeunte, dicenteq;: Foras pellantur Christiani. Tum multitudo acclamabat uniuersa: Foras pellantur Epicurei. Dehinc Latonae puerperium agebatur, & Apollinis natiuitas: tum Coronidis nuptiae, demum nascebatur Aesculapius. Altero die Glycon in lucem emergens, deiq; exortus. Porro tertio die Podalirij cum Alexandri matre coniugium agebatur. Dadis autem is appellabatur, idq; ex re, propterea quod faces quaedam incenderentur. Postremo loco, Lunae atq; Alexandri amores, ac nascens Rutilianus coniunx. At uero facem gestabat, mysteriaq; agebat Endymion Alexander, cum hic dormiens scilicet, in medio iaceret: descenderet autem in eum e caeli fastigio, tanq; e caelo, Lunae uicem agens, Rutilia quaedam formosissima cuiusdam e Caesareae domus praefectus uxor, quae nimirum ut amabat Alexandrum, ita uicissim ab illo amabatur. Ac sub oculis perditissimis illius mariti, tum complexus agebant, tum oscula, idq; in propatulo. Quod nisi complures fuissent aedae, forsitan non nihil e eorum quae geri solent infra sinum, paratum fuisset. Paulopost rursum introibat ornatu sacerdotali, multo cum silentio. Deinde ipse primus clara uoce sonabat, Io Glycon. Assonabant autem bene canori scilicet homines: nepe praecones aliquot Paphlagones, Carbatinis calceati, plurimum alij nidorem ructantes, Io Alexander. Porro subinde inter gestandas aedae, atq; inter mysticas saltationes, femur illius de industria renudatum, aureum apparabat: pelle, sicuti conijcio, inaurata circumdata, atque hac ad aedarum fulgorem relucente. Itaque quum duobus quibusdam

Eius enim florem libasti, hoc dedecus ille
Nunc tibi compensans, cum coniuge dormit herili.
Quin idem tibi iam pridem letale uenenum
Ut neque quae faciant, possis audire, nec unquam
Cernere luminibus) recte furtimque pararunt.
Inueniesque tuo sub lecto pharmaca, iuxta
Parietem, sub ceruicali condita, porro
Istis conscia criminibus tua serua Calypso est.

Quis Democritus principio non commoueretur, ubi nominatim & autores, & loca par-
lam audisset designari: Verum illico despuisset, simulatque cognouisset, quo haec artificio
gererentur. Insuper & Barbaris non raro respondit, si quis patria lingua sciscitaretur, pu-
ta Syriace aut Gallice, quoties difficile erat inuenire conterraneos eorum, qui rogatio-
nem proposuissent: proinde receptis libellis, multum intercedere solet interualli, prius-
quam oraculum redderet, quo uidelicet interim per otium posset & soluere tuto libel-
los, & nancisci, qui cuncta possent interpretari. Quod genus erat & illud Scythae cuius-
dam redditum oraculum:

Morphi e bargulis in umbram chnencicratic, relinquet lucem.

Altas rursum, quum nec adesset item quispiam, neque tale quicquam omnino contigis-
set, citra carmen eloquutus est: Redito unde uenisti, siquidē is qui te misit, hodie perijt,
interemptus à Diocle uicino, accedentibus latronibus, Magno, Celere, ac Bubalo, qui
nunc etiam comprehensi tenentur in uinculis. Ceterum pauca nunc accipe ex his quae
mihi ipsi respondit. Sciscitato an caluus esset Alexander, quum libellos palam atque accu-
rate obsignassem, responsum nocturnum subscribitur: Sabar Dalachi Malaeh Attis alter
erat. Rursum quum diuersis libellis eandem rogationē proposuissent, puta cuiatis esset
uates Homerus, idque alio atque alio nomine: alteri subscripsit, uidelicet deceptus à puero:
qui rogatus qua gratia uenit, ut remediū, inquit, peterem aduersus laterum dolorem:

Cytmide te iubeo, ac Latonae rore perungi.

Alteri uero ubi sciscitanti ei dictum esset, utrum mihi satius esset in Italiam nauigio, an
pedestri itinere proficisci, respondit: nihil quidem quod ad Homerum attineret:

Carpe uitam pedibus, rate ne sulcaueris undas.

Multa id genus aduersus illum sum machinatus, quorum de numero fuit & illud: uni-
ca rogatione propofita libello pro more inscripto talis cuiusdam rogationes octo, nomen
aliquod ementitus, missis drachmis item octo: praeterea quod fieri solitum esset adiuu-
gens. At ille persuasus, partim missa mercede, partim inscriptione libelli, ad unicā roga-
tionem, ea erat huiusmodi, quando deprehendendus esset impostor Alexander, octo mi-
sit oracula: sed quae neque caelum (quod aiunt) neque terram attingerent, uerum absurda
& intellectu difficilia omnia. Quod ille ubi in posterum persensisset, praeterea quod Ru-
tilianū à matrimonio conatus essem auertere, suauissimamque ne prorsus in diuinatione spes
reponeret suas, oderat me uidelicet, ita uti par erat, sibique acerrimum hostem iudicabat.
Quodam itaque tempore percontanti de me Rutiliano ita respondit,

Noctiuagus gaudet scortis, spurcoque cubili.

In summa, iure optimo me inuisissimū habebat. Proinde quum me in oppidum adue-
nisse sensisset, meque Lucianum esse illum cognouisset: adduxerā autem milites duos, al-
terum lancea, alterum conto armatū, quos quidem à Cappadociae praeside mihi tum ami-
co acceperam, quo me ad mare usque deducerent, accersit illico, sane quam comiter mul-
taque cum humanitate. Ego cum aduenissem, complures apud illum reperio: porro bona
quodam fortuna & milites unā mecum adduxeram. Tum ille manum mihi porrigit oscu-
landam, quemadmodum uulgo facere consueuerat: ego admodum, perinde atque osculum
daturus acri morfu corripio, ita ut parū abfuerit, quominus illi manū mancam reddide-
rim. Itaque qui praesentes erāt, praefocare me accedere conati sunt tanquam hominē sacrilegū:
quippe qui iam inde ab initio grauiter tulerant, quod Alexandrū illum, non autem pro-
phetam compellassem. At ille oppido quae generose obnitēs compefcuit illos, pollicitusque
est se facile me placidum redditurum, declaraturumque quantū posset Glycon, qui nimirū
& hos qui maxime saeuirēt ferociterque, sibi redderet amicos. Moxque ablegatis omnibus
mecum

meum exposulauit, negans se clam esse quae suauissimam Rutiliano. Ecquid me laesisset
ut ista in sese facerem, quum possem illius opera apud illum magnas ad res promoue-
ri: Equidem hanc hominis humanitatem commoditatemque libenter accipio, perpen-
dens nimirum, quo forem in periculo constitutus: pauloque post prodibam, iam illi factus
amicus. Ea res profecto ijs qui uidebant, uehementer erat stupenda, quod tam facile
fuissem commutatus. Posthaec quum iam nauigare statuissem, missis xenijs ac mune-
ribus permultis (eram autem forte solus cum Xenophonte, patre cum reliquis meis in
Amaltrim praemisso) pollicetur & nauim praebiturum sese, & remiges qui nos auehe-
rent. Etenim arbitrabar haec animo simplici, atque officiose fieri: uerum ubi iam in medio
essemus mari, uideremque gubernatorem lachrymantem, & nescio quid reliquis nautis
contradictentem, non optimae de euentu spes me ceperunt. Erat autem illis ab Alexan-
dro mandatum, ut tollentes nos in mare praecipites darent. Quod si contigisset, facile
quod mecum gerebat bellum, illi debellatum fuisset: sed is qui lachrymabatur, effecit
ne quid in nos grauius patrarent. Ac mihi quidem ita loquutus est: Annos natus, uti ui-
des, sexaginta, quum antehac pie atque inculpate uixerim, haudquaquam uelim in hac
tam grandi aetate, praesertim quum uxorem & liberos habeam, homicidio manus impi-
are: indicans uidelicet, cuius rei gratia nos suscepisset, quaeque sibi mandasset Alexander.
Expositis autem nobis in Aegialos, quorum etiam egregius meminit Homerus, retro
legit cursum: ibi forte nactus praeternauigantes legatos quosdam Bosporanos Eupa-
toris regis nomine in Bithyniam proficiscentes, deportandi uectigalis gratia, quod in
singulos pendebatur annos: cum exposuisset illis, quod me periculum circumualla-
ret, atque illi se mihi commodos facilesque praerent, receptus in nauigium, incolumis
in Amaltrim perueni: tantillum abfuerat ut perierim. Ex hoc nimirum tempore & ip-
se aduersus illum arma capiebam, omnemque (quod aiunt) mouebam funem, quo homi-
nem ulciscerer, quem iam tum ante mihi structas insidias oderam, proque summo duce-
bam hoste, propter morum impietatem. Iamque ad accusationem intenderam animum,
non paucis mecum facientibus, maximeque qui erant ex Timocratis Heraclotae schola
philosophi. Verum qui tum Bithyniae Pontoque praesidebat nos cohibuit, penē suppli-
cans & obsecrans uti desisteremus. Etenim ob necessitudinem quae sibi cum Rutiliano
intercederet, nequaquam posse supplicio afficere, nec si manifesto in crimine deprehen-
disset. Atque ita quidem ab iracundia destiti, meque repressi: non in tempore rem aggressus
furus, cum iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed quid? an non & hoc inter
alia facinus audax Alexandri: à principe Romano postulare ut Aboni murus, commu-
rato uocabulo, Ionopolis appellaretur? utque nomisma nouū signaret, altera quidem par-
te Glyconis obtinens imaginem, altera uero Alexandri, qui insignia aui Aesculapii, ac
falcem illam Persei, unde maternum ducebat genus, teneret. Porro cum esset de sese ua-
ticinatus, oraculo prodito, fatis decretum esse, ut annos uiueret centum & quinquaginta,
dehinc fulmine ictum, interitu maxime miserando periturum: nondum septuaginta
natus annos interijt, uidelicet (uti conueniebat Podaliri filio) pede ad inguen usque pu-
trefacto, & uermibus scatens. Quo tempore simul & illud deprehensum est, quod cal-
uus esset: quum medicis caput humectandum praerent, ad mitigandum cruciatum, id
quod haudquaquam facere potuissent, nisi detractio galericulo. Hunc habuit exitū Ale-
xandri tragœdia, atque haec fuit totius fabulae catastrophe, ut res uideri possit prouiden-
tia quadam esse gesta, quum casu nimirum ad hunc modum euenerit. Restabat illud, ut
& epitaphium uita acta dignum ei constitueretur: neque non certamina quaedam age-
rentur ab ijs qui in uaticinium conturauerant, uidelicet impostoribus insignibus ac pra-
cipuis ad Rutilianum arbitrum sese conferentibus, ut is pronunciatet, quem ex ipsis o-
porteret in oraculi successione capeffendam eligi, atque sacerdotali propheticaque coro-
na redimiri. Erat autem in hoc numero simul & Patus, qui artis professione medicus,
tum canus quum esset, ista faciebat, neque medico neque homini cano decora. At Rutilia-
nus certaminis arbiter, incoronatos eos remittebat, ipse sibi diuinandi autoritatem ser-
uans, posteaquam inde iam demigrauerat. Haec amice ex plurimis pauca, quo degusta-
mentum hominis praerem, describenda putauit, cum uti tibi gratificarer, homini familia-
ri atque amico, quem ego unum omnium maxime suspicio: idque pluribus nominibus,

uel propter sapientiam singularem, uel ob amorem ueri, uel ob morum mansuetudinem ac moderationem, uel ob uitæ tranquillitatem, postremo comitatem atque humanitatem erga hos, qui cum uitis. Tum uero (quod quidem tibi fuerit etiam iucundius) ut Epicurum ulciscerem, uirum uere sacrum, ingenioq; diuino, quicq; solus quæ uere sunt honesta & nouerit, & tradiderit; quicq; solus extiterit, qui liberos reddere solitus sit eos, qui se cum haberent consuetudinem. Deniq; arbitror fore, ut ijs qui in hanc lectionem incidere rint, liber hic non nihil utilitatis afferre uideatur, dum quædam redarguit, quædã in opinionibus horum, qui & recte sentiunt, confirmat ac stabilit.

ORNATISSIMO VIRO D^o CHRISTO

PHORO VRSEVVICO, DES. ERASMVVS ROT. S D



M QUIDEM hac mente semper fui ornatissime idemq; humanissime Christophore, ut à nullo prorsum uitio perinde abhorruerim atq; ab ingratitude, nec unq; istos hominis uocabulo dignos iudicarem, qui alieni in se meriti tempore ullo possent obliuisci. Rursus eos existima uerim beatos, quibus tantum facultatis fortunæ commoditas suppedi tasset, ut bene de se meritis, possent parem remeriri gratiã: beatissimos aut quibus licuisset acceptum beneficium aliquo cum fœnore rependere. Proinde cū antehac sæpenum ero me cū repeterem, quantum in me nihil promeritū tua benignitas cōtulisset (nam collatū arbitror, quicquid ita delatū est, ut haud scio utrū per fortunā, an per me ipsum, certe per te nō steterit quo minus acceperim) circumspicere meq; quonā argu mento possim aliquā saltem erga te memoris gratiã; animi significationē dare: neq; in tanta fortunæ meæ tenuitate quicquā occurreret, quod ulla ex parte, nō dicā tuis meritis respōderet, sed quod uel animo satis faceret meo: illud deniq; mihi uenit in mentē, ut saltem istos quosdã non inurbanos homines imitarem, qui flosculo quopiam insigni, aut alio simili symbolo missō, uoluntatis propensionē, promptiq; animi studiū testificari solent: præsertim ipsi tenues erga eos, quibus neq; res, neq; animus sit alienorū egens munerū. Ergo Græcanica ingredienti *uiscera* (nam musarū horti uel medijs uernant brumis) statim inter multos uaria ad blandiētes gratia, hic Luciani flosculus præter cæteros artissit. Eum non ungue, sed calamo decerpitū ad te mitto, nō solum nouitate gratum, colore uariū, specie uenustum, nec odore modo fragrantem, uerum etiã succo præsentaneo salubrem & efficacem. Omne tulit punctū (ut scripsit Flaccus) qui miscuit utile dulci. Quod quidem aut nemo, mea sententiã, aut noster hic Lucianus est assequutus, qui priscæ comœdiæ dicacitatem, sed citra petulantiam referens: deum immortalē, quæ uafricie, quo lepore perstringit omnia, quo naso cuncta suspendit, quàm omnia miro sale perficit, nihil uel obiter attingens, quod non aliquo feriat scōmate, præcipue philosophis infestus, atq; inter hos Pythagoricis potissimū, ac Platonicis ob præstigiã: Stoicis item propter intolerandum supercilium, hos punctū ac casum, hos omni telorum genere petit: idq; iure optimo. Quid enim odiosius, quid minus ferendum, quàm improbitas uirtutis professione personata? Hinc illi blasphemii, hoc est, maledici uocabulum addidere, sed hinc mirum, quorum ulcera tetigerat. Pari libertate deos quoq; passim & ridet & lacerat, unde cognomen inditum *εὐθεῖα*, speciosum profecto uel hoc nomine, quod ab impijs ac superstitiosis attributū. Floruit (uti putant) Traiani fermē tēporibus, indignus ita me deus amet, qui inter sophistas annumeretur. Tantum obtinet in dicendo gratiæ, tantū in inueniendo felicitatis, tantū in iocādo leporis, in mordendo aceti, sic titillat allusionibus: sic feria nugis, nugas serijs miscet: sic ridens uera dicit, uera dicendo ridet: sic hominū mores, affectus, studia, quasi penicillo depingit: neq; legēda, sed planē spectanda oculis exponit, ut nulla Comœdia, nulla Satyra cum huius dialogis conferri debeat, seu uoluptatem spectes, seu spectes utilitatem. Cæterum si nominatim quæras huius argumentū dialogi, facit id quod semper facit. Pythagoram uelut impostorem ac præstigiatorē taxat: Stoicorum fastum & sapientem barbā ridet: diuitum ac regum uita quantis sit erumnis obnoxia docet: contra q̄ expedita res paupertas hilaris, suaq; contenta sorte. Quem uti legas attentius, te maiorem in modū rogo, si quādo tibi per tua licebit negotia frontem exporrigere.

exporrigere. ~~Callianum cum hoc furore confabulauerit, magis illi~~
~~uacillauerit, ut humanissime~~
~~scribitur, ut in hoc, non in aliis, uocabulo~~

Ex arce Hammensi. Anno M D III

SOMNIUM SIVE GALLVS

INTERLOQVVTORES, GALLVS, MICYLLVS.

MICYLLVS.



M te scelestissime galle, cum ista tanta inuidentiã, uoceq; tam acuta ipse perdat Iuppiter, qui quidem opibus affluētē me, ac dulcissimo in somnio uersantem, & admirabili felicitate fruētē, penetrabile quiddam & clamosum resonans experge feceris, adeo ut ne noctū quidem effugere liceat paupertatem, uel te ipso longe nocentiorē. Atqui si coniectandum est, tum ē silentio quod etiamdum ingens est, tum ē rigore frigoreq; quod nondum me quemadmodum affollet; antelucano morficat titillatq; (nam hic mihi certissimus gnomon aduentantis dici) ne medium quidem adhuc noctis est. Sed iste peruisgil, perinde quasi uellus illud aureum seruet, ab ipsa protinus uespera uociferari cœpit. Verum haudquaquam impune: siquidem mox pœnas de te sumam, fusteq; continuam, si diluxerit modo. Nam nunc negotium mihi faceres, subsiliens in tenebris. **GALLVS.** Here Micylle, equidem arbitrabar me tibi gratum esse facturum, si quoad possem, alta nocte lucem anteuerissem, quo posses antelucano surgēs, quàm plurimum operis conficere. Etenim si priusquam sol exoriatur, uel unicam feceris crepidam, isthuc laboris lucro tibi accesserit ad parandum uictum. Quod si tibi magis libet dormire, equidem tuo arbitratu quietem egero, longeq; magis mutus fuero piscibus. Cæterum tute uideto, ne per somnium diues, esurias experrectus. **MICYLLVS.** O prodigiorum auersor Iuppiter, o malorum depulsor Hercules: Quid hoc mali est: uocem humanam sonuit Gallus. **GALLVS.** Hoc cetera tandem tibi prodigium uideatur, si eadem qua uos lingua loquor? **MICYLLVS.** Quid? an non hoc portentum? sed auertite dii malum à nobis. **GALLVS.** At tu mihi uideris admodum illiteratus esse Micylle, nec euoluisse Homeri poemata, in quibus equus Achillis, cui nomen Xantus, posteaquam hinnitus longum ualere iussisset, medio in prælio constitit, differens, totosq; uersus ordine recitans: non quemadmodum nunc ego prosa oratione loquēs: quin etiam uaticinabatur ille, deq; futuris ædebat oracula, neq; quicquam prodigiosum facere uidebatur: neq; is qui tum audiebat, malorum auersorem, ita uti tu facis, implorabat, quasi rem abominandam & auertendam audisse sese iudicaret. At quid tandem facturum eras, si tibi nauis cui nomē apud Homerum est Argo, carina fuisset eloquuta, ita ut olim in Dodo nea sylua phagus per se loquens oraculum adidit? Aut si tergora direpta serpere uidisses, si carnes bouum mugire semiaffas, coctasq; ueribus transfusas: Ego uero quū Mercurij sim affessor loquacissimi, deorumq; omnium facundissimi: præterea cõtubernalis uobis & cõtuctor, haud mirū uideri debet, si sermonē humanum edidici. Quod si mihi recipias taciturū te, haudquaq; grauabor ueriorē tibi causam aperire, unde factum sit, ut eadē qua uos lingua loquar, & unde mihi suppetat huius orationis facultas. **MICYLLVS.** Modo ne isthuc ipsum sit somniū galle, quod ita mecum loqueris, Sed dicito per Mercurium, o præclare: quid etiam aliud rei tibi sit in causa, ut istā linguam sones? Nam ut taceam, neq; cuiquam proferam, quid attinet te sollicitū esse? Quis enim fidem mihi sit habiturus, si cui narrem, me gallum hæc loquentem audisse? **GALLVS.** Ausculta igitur, nam orationē ex me audies, omnium (sat scio) maxime nouam atq; incredibilem. Si quidem hic qui nunc tibi gallus appareo, nō ita pridem homo fui. **MICYLLVS.** Profecto & olim istiusmodi quiddam de uobis inaudieram: Adolecētulum quempiam fuisse Gallum, Marti adamatū, atq; hunc deo compotasse, collusitasseq; & in uolupta-

*Cetera pter
signata hoc
figno L In
exant hembra.*

tibus gessisse morem. Itaque cum Venerem adiret Mars cum cubiturus: hunc quoque Gal-
lem una secum adduxisse. Quoniam autem Solem potissimum metueret, ne si e sublimi conspex-
isset Vulcano se proderet, foris ad ostium adolescentulum semper relinquere solitum, cuius
iudicio certior fieret, quando sol emergeret. Deinde Gallum aliquando somno correptum, ex
cubitas deferuisse inscientem, Solemque nullo presentente imminuisse Veneri ac Marti secu-
re dormienti, propterea quod consideret Gallum indicaturum fuisse, si quis interuenisset.
Itaque Vulcanum a Sole edocuit, eos deprehendisse implicitos atque irretitos in uinculis, quae
iam olim in illos fuerat fabricatus. Porro Martem simul atque dimissus est, indignatum ad-
uersus Gallum fuisse, atque eum in auem transmutasse, huiusdem armis, ut in capite pro galea
cristam obtineret. Hanc ob causam quo uos Marti purgetis, quum iam nihil opus, simul
atque Solem exorientem sensistis, multo ante uociferari, atque illius exortum praenunciare.
GALL. Feruntur quidem & illa Micylle. At quod ego sum narraturus, multo aliud quidam
fuit, atque adeo nuper admodum in gallum transformatus sum. MICYL. Quoniam
modo: Nam isthuc maximopere cupio cognoscere. GALL. Audisti de Pythagora quor-
dam Mnesarchida Samiorum? MICYL. Num sophistam illum dicis & gloriosum: qui insti-
tuit, ne quis uel carnes gustaret, uel fabas ederet, suauissimum mihi edulium, salubre & pa-
rabile a mensa subueniens: Praeterea autem qui mortalibus suauis, ne intra quinquennium
loquerentur? GALL. Scis nimirum & illud, quemadmodum priusquam Pythagoras esset,
Euphorbus fuerit? MIC. Praestigiatorum & prodigiorum artificem hominem aiunt fuisse,
o galle. GALL. Ille ipse ego tibi sum Pythagoras. Quare parce, quae, o mihi conuicia
ri, praesertim quum ignores, quibus sim moribus. MICYL. At hoc rursum multo etiam
quam illud portentosius: gallus philosophus? Attamen expone Mnesarchi gnate, qui fa-
cium sit, ut ex homine auis, ex Samio Tanagreus repetere nobis prodieris. Neque enim ista
uerisimilia, neque omnino facilia creditur. Quandoquidem duas quasdam res iam mihi ui-
deor in te animaduertisse, nimirum alienas a Pythagora. GALL. Quas? MICYL. Alterum
quidem, quod garrulus es, & obstreperus, quum ille silere in solidos quinque annos (si me
mini) praeeperit. Alterum uero plane cum illius legibus pugnat. Etenim cum non habe-
rem quod tibi obijcerem, fabas heri (sicut nosti) ad te attuli. At tu nihil cunctatus protinus
eas sublegebas: unde fit ut necesse sit: aut ementitum esse te Pythagoram esse, quum aliud
quiddam sis: aut si Pythagoras es, legem praetergressum esse te, iusque uiolasse, quum fabas
ederis, perinde ac si caput patris comederis. GALL. Non cognouisti Micylle, quae sit
harum rerum causa, neque ad unum quodque uitae genus conducant. Ego tum quidem
non esitabam fabas, propterea quod philosophus essem. Nunc contra comesturus sim,
quippe auicio congruas, neque nobis repudiandum pabulum. Verum si molestum non est,
audi quemadmodum a Pythagora coeperim esse id, quod sum in presentia, quamquam in mul-
tis uitae generibus antehac uixerim, & quid ex una quaque transformatione sim consequu-
tus. MICYL. Narra quae: nam mihi quidem auditu iucundissimum fuerit. Adeo ut si
quis mihi deferat optionem, utrum te ista narrantem audire malim, an rursum felicis-
simum illud somnium, quod paulo ante uidi, uidere, haud sciam utrum electurus sim, usque
adeo cognata germanaque uidentur esse ista tua cum suauissimis illis uisibus, & ex aequo uos
aestimo, te pariter ac praeclearum illud insomnium. GALL. Etiamnum tu somnium illud
quod dudum tibi uisum est, in animum reuocas, & inania quaedam obseruans simulachra,
atque (uti loquuntur poetae) euandam quandam felicitatem memoria consecraris? MICYL.
Imo illud scias galle, ne ullo quidem tempore unquam uisi illius mihi uenturam obliuio-
nem. Tantum mellis somnium aufugiens in oculis mihi reliquit, ut praeter illo uix queam pal-
pebras attollere, rursus in somnum coeuntes. Itaque qualem uoluptatem mouent pennae in
auribus uersatae, talem titillationem mihi praebent ea quae uidi. GALL. Nouum quendam
Hercule mihi narras amorem insomnium, siquidem alatum quum sit (sicut aiunt) metasque uo-
landi praescriptas habeat somnium, iamque septa transiit, in oculis etiam uigilantis obue-
fans, adeoque mellitum & euidens apparet. Quare peruelim audire, cuiusmodi nam sit istud,
quod te supra modum delectat. MICYL. Gestio narrare. Nam dulce est hoc ipsum me-
minisse, & commemorare de illo quippiam. Verum heus Pythagora: quando tu narrabis
de tuis transformationibus? GALL. Vbi tu Micylle desieris somniare, melque illud ab ocu-
lis absterferis. Interim prior dicitur, uti intelligam, utrumne per portas eburneas, an per
corneas

corneas tibi somnium aduolarit. MICYL. Neque per has, neque per illas, o Pythagora.
GALL. Atqui duas has tantum commemorat Homerus. MICYL. Valere sinas nugatorem
illum Poetam, qui nihil de somniis intellexit. Paupertina fortassis somnia per istas com-
meant portas, qualia uidebat ille: neque id admodum perspicue, quippe captus oculis. Mihi
uero per aureas quasdam portas dulcissimum hoc aduenit somnium, & ipsum aureum,
& aureis undique circumamicum, & auri plurimum secum adducens. GALL. Desine op-
time Mida de auro fabulari. Nam dubio procul ex illius uoto, istud tibi accidit insom-
nium, & solidas auri uenas mihi duxisse uideris. MICYL. Multam auri uim uidi Pytha-
gora, multam, quam puras pulchri quo fulgore coruscantis? Quid tandem Pindarus
in illius laudem dicit: nam in memoriam redige, siquidem meministi, quum aquam praes-
tantissimam dicens, postea aurum admiratur, idque iure, statim in initio carminis unius
omnium bellissimi. GALL. Num illud quaeris?

Aqua est illa quidem optima:

Ceterum aurum, uti candens

Ignis, ita entens, noctibus eminet eximie unum

Ceteras supra opes: quae

Gloriam ac decus addunt.

MICYL. Per Iouem, isthuc ipsum: perinde enim ac si insomnium meum uideat Pinda-
rus, ita praedicat aurum, sed ut tandem cognoscas quale fuerit, ausculta iam sapientissime
galle. Meministi ut heri nullum domi cibum acceperim: siquidem Eucrates diues ille for-
te mihi in foro factus obuiam, lotum me in tempore ad coenam venire iusserat. GALL.
Isthuc equidem plane meministi. Nam totum esuriebam diem, donec mihi profunda tan-
dem uespera domum reuerfus, subuidus, uinoque madens, quinque illas fabas proferres,
non admodum operam coenam gallo, qui quondam fuerit athleta, quique olympia non
segniter olim decerant. MICYL. Ast ubi reuerfus a coena fabas tibi obijcisses, ob-
dormisti protinus. Tum mihi, iuxta Homerum, ambrosia sub nocte diuinum quoddam
haud dubie somnium assistens. GALL. Sed prius quae tibi apud Eucratem acciderint
Micylle narra: & cuiusmodi fuerit coena, quaeque super coenam acta sunt omnia. Nihil e-
nim prohibet te denuo coenare, si ueluti somnium quoddam eius coenae reducas, & que-
tum ederis, rursum commemoracione quasi rumines. MICYL. Credebam molestum
futurum me, si haec quoque retulisset: uerum postea quam tu desideras, en id quoque narra-
bo, quum nunquam antehac in uita coenasset apud ullum diuitem, o Pythagora, heri bo-
na quapiam fortuna in Eucratem incidi, atque ego quidem simul atque dominum illum salu-
tasset, ita uti consueueram, subducebam me: ne pudori illi essem, si lacera in ueste fuis-
sem affectatus. At ille: Micylle, inquit, hodie natalitia filiae celebros, plurimosque ad conui-
uium amicos inuitaui, uerum quoniam aiunt quendam ex his incommoda esse ualeitudi-
ne, neque posse pariter ad conuiuium nostrum accedere: tu eius loco uenito lotus, nisi
ipse forte qui uocatus est, semet ad futurum renunciarit. Nam nunc quidem ambigit. Hoc
ubi audisset, adorato diuite discedebam: omnes obsecrans deos, ut algidam febrem ali-
quam, aut laterum dolorem, aut podagram morbi auctarium immitterent ualeudinario illi, cui
ius ego sellae occupator, coenaeque uicarius, & heres etiam uocatus. Interim hoc spacium, quod
uisque ad balnei tempus intercessit, longissimum seculum esse iudicabam: dum subinde
respicio, quot pedum esset linea, & quando illos iam lauisse consentaneum esset. Hic
ubi tempus tandem aduenisset, ocyus me corripio, atque ab eo, nitide admodum cultus: sic ob-
uerso palliolo, ut qua esset parte purissimum, ea uideretur. Offendo autem ad fores, & alios
complures, in quibus etiam illum (gestabatur autem a uiris quatuor) cuius eram subcoiua
uocatus: qui male habere dicitus erat, atque id etiam praese ferebat, quod afflictus esset uale-
tudine: nam ex alto gemebat, tussiebatque, ac screabat, uelut ex abdito: quodque aegre gra-
deretur totus pallidus ac tumens, annos natus circiter sexaginta. Ferebatur autem philo-
sophus quispiam esse, ex his qui apud adolescentulos nugas deblaterant. At barba mire-
erat tragica, id est hircina, supra quam credi posset tonsoris egens. Porro increpante Ar-
chibio medico, quamobrem quum ita esset affectus, aduenisset: non oportet, inquit,
promissa deserere, praesertim hominem philosophum, etiam si mille urgeant & insistent
morbi. Putabit enim Eucrates sese a nobis haberi ludibrio. Haudquaquam, inquam ego:

imò collaudabit te, si domi potius apud te uelis emori, quàm in conuiuio animam unà cum phlegmate excreans. Atque ille quidem præarrogantia dissimulabat sese diciturum audivisse. Haud multo post accessit & Eucrates iam lotus: conspectoque Thesmolopide (nam id erat philosopho nomen) Præceptor, inquit, probe quidem factum abs te, qui ipse ad nos ueneris. Tamen si nihilo deterius tibi fuerat futurum. Si quidem etiã absenti omnia ordine missa fuissent, hæc simulatque dixerat introgreditur, manus illi porrigens pariter & famulis innitenti. Ego igitur iam abire parabam: uerũ ille conuersus ubi diu secum hæsitasset, postea quã me tristem admodũ uideret: ades, inquit, tu quoque Micylle, ac nobiscum cœna. Nam filium in mulierũ conclauim unã cum matre conuiuũ agere iubebo, quo tibi sit locus. Ingredebam itaque, quum parum abfuerit, ut lupus frustra hians discederem, uerum ingrediebar pudefactus, quod Eucrates filiolũ e conuiuio uiderer expulisse. Ast ubi iam tempus esset ut discumberemus, primũ tollentes Thesmolopim composuerunt, haud sine negotio per louem, quinque (si dijs placet) proceri ituenes, ceruicalia illi supponentes undiquaque: quo nimirum in eodem habitu permanere, ac longum etiam tempus durare posset. Deinde ubi nemo iam tolerare posset, ut iuxta illum accumberet, me adductum reclinant, ut eadem in mensa essemus. Deinceps cœnabamus, o Pythagora, opiparam quandam & uariam cœnam, multoque in auro, multo item argento. Pocula erant aurea, ministri formosi: tum cantores & concitandi risus artifices. In summa, iucundissima quæpiam erat uita: nisi quod unum quiddam me uehementer male habebat: Thesmolopidis obstrepsens atque obturbans, uirtutem nescio quam mihi commemorans, docensque, quod duæ negationes unicam efficerent affirmationem: quodque si dies sit, nox non sit. Nonnumquam & cornua mihi dicitabat esse, atque id genus multa philosophabatur erga me, quibus eiusmodi nihil opus: planeque uoluptatẽ interpellatione inuiebat, quum non sineret exaudiri eos qui cithara, uoceque canebant. Habes galle de cœna. G A L. Non admodum suauis Micylle: maxime posteaquam cum illo deliro sene fortitus eras accubitum. M I C Y L. Audi nunc & insomnium: uisus enim mihi Eucrates ipse, quum orbis esset liberis, nescio quomodo e uita decedere. Dehinc ubi me accersisset, ac testamentũ condidisset, quo me insolidum hæredem omnium scripserat, paulo tempore superstes emori. Porro ipse uidebar adire facultates: & tum aurum, argentumque ingentibus quibusdam scaphis exhaurire, perpetuo subscaturiens & affatim affluens: tum autem uestes, menses, pocula, ministros, omnia mea, ut par erat esse. Postea cãdido uehiculo uectabar resupinus, cunctis qui intuebantur, conspiciendus & admirandus. Accurrebant permulti, ac circumuequebantur, complures sequebantur. Ego interim illius indutus uestitum, & annulos gerens circiter sedecim digitis insertos, epulum quoddam splendidũ iuebam adornare, quo amicos acciperem. Iamque illi, ita ut in somnio fieri consentaneum est, aderant: iam epulæ erant comportatæ, iam potus ex animi sententia ministratus. In his quum uerfarer, & aureis phialis præberem omnibus qui aderant amicis: quum iam inferrentur bellaria, in tempestiuo tuo clamore perturbasti nobis cõuiuuium, mensasque subuertisti, ac diuitias illas ita dissipasti, ut in auras euanescerent. Num tibi uideor iniuriã stomachatus in ternam uel tris noctes perpetuas libeter adhuc somnium illud quod mihi accidit, uidere cupiam. G A L. Adeone es auri cupidus, & opum auarus Micylle: idque ex omnibus unum admiraris, ac felicitatem unicam esse iudicas, si plurimum possideas auri? M I C Y L. Equidem haud solus ita cogito Pythagora: quin ipse quoque, tum quum Euphorbus esses, auro atque argento comis intexto, prodibas pugnaturus cum Achæis: idque in bello, ubi ferrum quàm aurum gestare satius fuerat. At tu etiam tum uoluisti calamistris auro internexis in periculum descendere. Atque ob eam (opinor) causam, Homerus comas tuas Gratijs similes dixit, quod auro argentoque reuincirentur. Etenim longe nimirum meliores atque amabiliores uidebantur, quod essent auro religatæ, unaque cum eo relucebant. Neque isthuc nouum est Auricome, si tu Pantho patre prognatus, aurum in precio habuisti: quin & ipse deorum omnium hominumque pater, ille Saturno Rheaque progenitus, quum Argolicam illam puellam adamaret: ubi nihil inueniret amabilius in quod sese transformaret, neque quo Acrisij custodias posset corrumpere: audisti uidelicet, ut aurum sit factus: atque ita per regulas illapsus, potius est ea quam deperibat. Iam uero quid tibi commemorem, quàm multos usus præbeat aurum? Et ut eos quibus adfuerit, formosos

formosos, & sapientes, & potentes reddat, decus & gloriam illis concilians: utque nonnunquam ex obscuris & infamibus, claros ac celebres repente efficiat? Nam nostri uicini mihi & eiusdem artificij Simonem: qui paucis ante diebus apud me cœnauit, quum legumen coquerem Saturnalibus, duasque extorũ cefuras immittens? G A L. Noui Simonem illum breuem: qui fictilem ollulam, quæ nobis erat unica, suffuratus, peracta cœna abiit, sub ala gestans. Nam ipse uidi Micylle. M I C Y L. Atqui quum eam sustulerit, tam multos ille deos postea iurabat. Sed quur non prodebas, ac uociferabare tum, o galle, quum nos furto spoliari conspiceres? G A L. Coccizabam, quod mihi solum licebat id temporis: uerum quid Simon iller? Nã uidebare de illo diciturus nescio quid. M I C Y L. Ei confobrinus erat uir supra modum diues, nomine Drimylus: is quoad uiuebat, ne obulum quidem donauerat Simoni: nam qui daret, quum ne ipse quidẽ pecunias attingeret? At simulatque mortuus est nuper: uniuersis illis opibus iuxta leges Simon ille, quæ coriã putriã, qui patellam circumlingebat, gaudens potitur: purpura ostroque circumtectus, famulosque & currus, & aurea pocula, & menses eburnis innixas pedibus possidet, ab omnibus adoratur: iamque nos ne aspicit quidem. Etenim nuper quum illum procedentem conspexissem: Salue, inquam, Simon. At ille indigne ferens: Edicite, inquit, mēdico isti, ne uocabulum meũ diminuat, neque enim Simon, sed Simonides appellor. Porro (quod est omnium maximum) mulieres etiam illius amore capiuntur. Atque is quidẽ eludit eas, ac fastidit: & aĩas quidem admittit, comemque sese præbet, aliã porro quæ negliguntur, necem conscituras sibi minitantur. Vides quantas commoditates pariat aurum: quandoquidem eos qui sunt deformissimi, transfiguratur, & amabiles reddit, non secus atque celsus ille poeticus. Audis insuper & à Poetis dictum.

O aurum auspicata res, & ostentum optimum: Et rursum: Aurum est quod opibus imperat mortalium.

Sed quid interim risisti galle? G A L. Quoniã tu quoque per inscitiam Micylle, simili modo falleris opinione de diuitibus, quæ admodũ uulgus: uerũ (crede mihi) longe etiã erumnosiorẽ uitam uiuunt, quàm uos. Hæc autem loquor, qui ipse & pauper, & diues aliquando fuerim, atque omne uitæ genus sim expertus. Porro paulo post ipse quoque hæc omnia cognosces. M I C Y L. Per louem tempestiuũ iam est, ut & tu referas quemadmodum sis transfiguratus: & quid in unoquoque uitæ genere perspexeris. G A L. Ausculta, hoc tantum prænonitio, me neminem feliciorẽ uitã, quàm tu sis, unquã uidisse. M I C Y L. Quam ego sim o galle? Hanc felicitatem tibi ipsi imprecor. Nam uidere me tibi ridendum proponere. Verũ age, narra, exordiens ab Euphorbo, quo pacto fueris in Pythagoram transformatus: Deinceps ordine ad gallum usque. Consentaneum enim est, te uarias res tum uidisse, tum uulisse: nimirum tam diuersis uitæ formis. G A L. Quemadmodum initio ab Apolline profectã animã in terram deuolarit, & corpus humanum subierit, ut illic pœnam quandam dependeret, id longum dictu futurum sit. Præterea neque mihi referre fas est, neque tibi eiusmodi audire. Verum ubi Euphorbus factus essem. M I C Y L. Sed ego priusquam essem is, qui nunc sum, o præclare quisnam eram? hoc mihi prius dicito: nunquid & ego uersus fuerim itidem ut tu? G A L. Maxime. M I C Y L. Quis igitur eram? si quo modo potes dicere, pertulim enim isthuc cognoscere. G A L. Tu formica fueras Indica, ex earum genere, quæ aurum effodiunt. M I C Y L. Et postea neglexi infelix, uel paucula frustra in uitam importare, quum illo essem alitus: Sed age quid post hæc futurus sim dicito: quãdoquidem consentaneũ est scire te. Etenim si quid bonæ sit rei, iam nunc suspendero me ab ista pertica, in qua nũc stas. G A L. Istuc profecto nulla ratione possis cognoscere. Cæterum quum Euphorbus essem (nam ad illa re deo) in Troia pugnabam: atque à Menelao necatus, aliquanto post tempore in Pythagoram perueni. Porro eousque absque teo perdurabam, donec Mnesarchus aliquando mihi domum ædificaret. M I C Y L. Obsecro te, num absque cibo potuque? G A L. Maxime. Nihil enim istis rebus optis, nisi corpori duntaxat. M I C Y L. Illud igitur prius dicito, ea quæ ad Troiam gesta sunt, num ita se habent, qualia fuisse dixit Homerus? G A L. Quinam ille scire potuisset Micylle: qui quidem dum ista gerebantur, ipse camelus erat in Baetris: Cæterum ego tibi tantum effabor diuinitus, nihil id temporis eximium fuisse, neque Atacem usque adeo magnum, neque Helenam adeo formosam, quemadmodum arbitrantur

arbitrantur: si quidem uidi candida quondam & procera ceruice, ut hinc cygno prognam esse adsimularent. Cæterum uehementer animum, æqualem propemodum Hecubæ. Hanc Theseus primū raptam in Aphidnis possedit. Is uixit Herculis fermè ætate. Porro Hercules prius Troiam ceperat, patrum nostrorū memoria, qui per id temporis maxime florebat. Nam hæc mihi Panthus narrauit, se cum esset admodum adolescens, uidisse Herculem. MICYL. Quid autem Achilles? Num talis erat, nempe quauis in re præstantissimus? An & istæc fabulamenta sunt. GAL. Cum illo quidē congressus non sum: neque queam adeo compete de rebus Græcorum dicere. Etenim qui scire potui, quum hostis essem? Certe Patroclum illius amicū, haud ita magno negotio peremi lancea dissectum. MICYL. Deinde te Menelaus multo minore negotio: uerum istis de rebus satis: Nunc res Pythagoricas refer. GAL. Illud in summa Micylle: sophista quispiam eram (oportet enim uidelicet fateri uerum) alioqui non imperitus, neq; in exercitatus in honestissimis disciplinis. Profectus sum autem in Aegyptū: quo cum prophetis congregarer, de sapientia communicaturus. Hic adyta subiit, atq; ibi Ori & Iſidis libros perdidici. Post rursū in Italiam nauigabam, ac Græcos iuxta ea quæ in Aegypto didiceram, ita institui, ut me perinde ac deum suspicerent. MICYL. Equidem in audieram ista: præterea quemadmodū creditus fueris, defunctus in uitam rediisse, utq; aureum femur illis subinde ostenderis. Verum illud mihi dicito, quid tibi uenit in mentem, ut legem statueres: uti neq; carnibus, neq; fabis uesceretur homines? GAL. Ne perconteris ista Micylle. MICYL. Quam ob rē? GAL. Nam pudet hisce de rebus uerū fateri. MICYL. Atqui nō cōuenit, uti id facere graueris apud hominē contubernalem & amicū: nam herum posthac, absit ut dixerim. GAL. Nihil sani, neq; præclarū quicquam erat: uerum animaduertebam, si consuetudo, atq; eadē quæ uulgo traduntur à multis præcepissim, non fore, ut mortales in admirationē adducerem: sed quo peregriniora, magisq; aliena proposuissim, futurum, ut hoc magis nouus, magisq; uiderer admirandus. Proinde institueram in animo, nouæ quiddam rei designare, eiusmodi proposito decreto, cuius causa esset inexplicabilis, quo uidelicet alijs aliud coniectantibus, omnes redderentur attoniti: quemadmodum in obscuris oraculis solet usu uenire. MICYL. Illud uide ut rides me tu quoq; non minus atq; Crotoniatis ac Metaponticos & Tarentinos: cumq; his alios, qui muti sequuntur, tuaq; adorant uestigia, quæ tu calcata reliquisti. Verum ubi Pythagoram exueras, quem post eum induisti? GAL. Aspasiā Miletensem illam meretricem. MICYL. Papæ, quid ego audio? Siquidem inter alia mulier quoque fuit Pythagoras? Itane fuit aliquando tempus, quo tu gallo generosissime oua pariebas, cumq; Pericle rem habebas: iam Aspasia uidelicet: atq; ex illo grauida facta es? Præterea lanam tondebam, tramamq; deducebas? Postremo meretricum in morem gestiebas, uultumq; componebas? GAL. Illa quidem omnia feci, tamen non ego solus: uerum & ante me, tum Tiresias, tum Elati proles Cæneus. Proinde quicquid in me conuicti dixeris, tantundem & in illos dixeris. MICYL. Age igitur, utra tibi uita erat suauior, quum uir esses, an quum Pericles tecum haberet consuetudinem. GAL. Vides cuiusmodi istuc est quod percontaris? nempe cui ne Tiresiæ quidem expeditur respondere. MICYL. Atqui si minus fateare tu: tamen istuc Euripides satis explicuit, quum ait: se malle ter sub clypeo consistere, quam parere semel. GAL. Imò præmoneo te paulo post puerperam fore: si quidem & tu mulier es olim futurus, idq; sæpius longo nimirum seculorum orbe atq; recurſu. MICYL. Non tu pendebis, o gallo, qui quidem omnes mortales Milesios aut Samios esse ducas? Nam aiunt te etiam tum quum Pythagoras esses, uenusta forma decorum, sæpius Aspasiā fuisse tyranno. Verum age secundum Aspasiā, in quem uirum aut mulierum denuo renatus es? GAL. In Cratem Cynicum. MICYL. O Castor, & o Pollux, quam dissimile. GAL. Deinde rex, deinde pauper, paulo post satrapes: dehinc equus, graeculus, rana, aliaq; innumerabilia: per longum enim fuerit singula recēdere. Postremo gallus, atq; id sæpius, nam hoc uitæ genere sum delectatus. In reera & alijs diuersis mortalibus serui ui, regibus, pauperibus, diuitibus: postremo nunc tecum uiuo, rideoq; quotidie, quum uideo te paupertatis tædio complorantem, eiulantemq; ac diuitum admirantem fortunas, propterea quod ignores quantum illis adsit malorum: alioqui si curas noris, quibus

quibus illi distringuntur, te ipsum profecto riseris, qui antea credideris eum, qui sit opulentus, statim felicissimum esse omnium. MICYL. Ergo Pythagora, aut quid maxime me gaudeas appellari, ne confundam orationem, si te nunc hoc, nunc illo nomine compellem. GAL. Nihil intererit, siue Euphorbum, siue Pythagoram, siue uocaris Aspasiā, siue Cratem: quando quidem ista omnia sum unus, nisi quod rectius feceris, si (id quod in præsentiarum esse uideor) Gallum me uoces, ne auem hanc parui ducere, contemneresq; uideare: præsertim quum tam multas contineat animas. MICYL. Ergo Gallo, quando quidem omnia penè uiuendi genera iam expertus es, atque omnia cognita habes, age dilucide mihi narra, quæ sint peculiaria diuitum ad uitæ rationem, quæ pauperum propria: quo uidelicet cognoscam, uere ne istuc affirmes, me diuitibus esse feliciorē. GAL. En hunc admodum interim perpende Micylle. Te quidem non magno opere tangit cura belli, sed quando rumor sit aduentare hostes: neque sollicitus es, ne in agros incurſantes populentur, neue hortum proculcent, proterantq; aut uineas uastent: sed simulatq; tubam audieris, si tamen audieris, de te ipso uno circumspectas, quo deflexus seruari queas, ac discrimen effugere. Contra illi tum de sese solliciti sunt, tum animo discruciantur, quum de moenibus quicquid opum possidebant in agris, id omne tolli, deportariq; conspiciunt. Ac siue inferendum est aliquid in ararium, soli accersuntur: siue in prælium exeundum, periclitantur: aut pedum turmis, aut equitum alis præfecti. Tu interim uimineum gerens clypeum, expeditus ac leuis, ad salutem consulendum, paratus uictoriale conuiuium agere, si quando uictor exercitus sacra fecerit. Rursum pacis tempore, tu quidem quum de plebe sis, ingressus in concionem, tyrannidem in diuites obtines: illi uero trepidant, pauitantq; ac largitionibus, choragisq; te placent: siquidem quo tibi balnea, ludi, spectacula, reliquaq; id genus abunde suppeditent, ea omnia curant illi. At tu, censor & acerbus expensor perinde quasi dominus ne alloquio quidem interdum dignaris illos: quod si tibi collubatum sit, ingentibus saxis in illos degrandinas, uel facultates eorum publicas facis: ipse neque calumniatorem metuis, neque latronem, ne tollat aurum, uel ædium conscenso fastigio, uel pariete perſosso: neque necesse habes rationibus occupari, neque exactionibus, neq; tibi cum sceleratis dispensatoribus consiliandum est, neque tantas in sollicitudines distraheris: uerum simulatq; crepidam unam perfeceris, mercedemq; retuleris septem obolos, sero surgis crepusculo: & si libuerit, lauaris, tum empto saperda quopiam, aut manide pisciculo, aut paucis ceparum capitulis, temetipse oblectas, canens plerumq;, optimaq; cum paupertate philosophans, adeo ut eas ob res salubri sis ualentiq; corpore, obduruerisq; aduersus gelu: siquidem labores, qui te exacuunt, muniuntq; certatorem haud quamquam contemnendum reddunt aduersum eas res, quæ compluribus inexpugnabiles esse uidentur. Atque hinc nullus ex morbis illis grauioribus impetit te. Quod si quando leuis coeperit febricula: paulo negotio eam medicatus, protinus exilis, inedia temet inde excutiens. Illa porro fugit illico: quippe metuens te, quem uideat etiam frigore ali, saturumq; fieri, ac medicorum certis illis recurſibus longum plorare renunciantem. At illi ex aduerso propter intemperantiam uitæ, quid tandem mali non habent infelices? podagras, phthises, pulmonum exulcerationes, aquas intercutes. Nam hæc omnia à sumptuosius illis conuiuijs nascuntur. Proinde quicumq; ex his Icarum in morem (ut fere faciunt) sese attollunt, propiusq; se soli admouent, haud cogitantes, quod alas habeant: cæra adglutinatas, ingentem nonnunquam strepitum mouent. Cæterum qui Dædalum exemplo non admodum sublimia, neq; excessa appetunt: uerum humilia, terræq; uicina, adeo ut cæra nonnunquam salis aspergine madesceret, ita tuto plerumq; ac citra discrimen transuolarunt. MICYL. Moderatos istos & cordatos narra. GAL. Verum aliorum Micylle naufragia fœdissima conspicias: nempe ubi Cræsus reuulsis alis risum exhiberet Persis, conscenso rogo: aut Dionysius quum abdicatus tyrannide, Corinthiorum in urbe ludi literarij magistrum ageret, post gestum tantum imperium, pueros compellens ut syllabas conuicerent. MICYL. Dic mihi Gallo: tu quum rex esses (nam ais te regem quoque fuisse) cuiusmodi tandem id uitæ genus experiebaris? Mirum ni tum felix eras, quando quidem id quod est honorum omnium caput possidebas. GAL. Ne mihi in memoriam regeras, o Micylle, usque adeo supra modum infelix tum eram. Nam

Nam quo ad res externas, quemadmodum dixisti, planè fortunatus esse uidebar: at intus innumerabilibus curis distringebar. **MICYL.** Quibus tandem curis? Nam rem prozus absurdam neque credibilem narras. **GAL.** Equidem imperabam regioni ne utiquam exiguae Micylle, omnijugarum rerum feraci, tum incolarum frequentia, neque non urbium pulchritudine cum primis admiranda: praeterea fluminibus nauigabilibus, ac mari portuoso commodae. Ad haec exercitus ingens, equitatus spectatissimus atque excellens, satellitium haud exiguum, triremes, pecuniarum uis maior quam ut posset numerari, uasorum argenteorum plurima copia, reliquaque omnis illa principatus tragœdia, strepitusque et apparatus supra quam credi queat, extructus atque accumulatus. Itaque quum prodirem, plerique adorabant, deum quempiam intueri sese rati, alijque trudentes alios concurrebant, quo me conspicerent, nonnulli conscensis tectis, magni aestimabant, si plene contemplari licuisset quadrigam, stragulam, diadema, tum anteaambulones, & eos qui à tergo comitabantur. Ego inter haec mihi conscius, quantae me res discruciatent, uersarentque, illos quidem propter inscitiam uenia dignos iudicabam: at mei ipsius miserescebat, qui praegratibus illis Colossis uiderer per similes: quales uel Phidias, uel Myron, uel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorum quicunque quo ad ea quae foris apparent, Neptunus ipse est, aut Iuppiter, mirifice decorus auro, eboreque compactus: & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuscina dextra sustinet. Ceterum si immisso capite quae sunt intus inspicias, uidebis uectes quosdam, paxillos, & clauos introrsum prominentes, neque non uimina, cuneosque, & picem sublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinsicè inhabitatam. Omitto recensere muscarum, mustelarumque uim, quae nonnunquam in eis mansitat. Huiusmodi quaedam res nimirum regnum quoque uidetur. **MICYL.** Nondum explicuisti, lutum, & clauos, & uectes; quinam fuerint in imperio, neque foeditatem illam plurimam quanam sit: nam istum ad modum uectari, tam multis imperari mortalibus, ac numinis instar adorari, haecenus quidem cum Colossi exemplo quadrat. Siquidem hoc quoque diuinum quiddam & admirandum: nunc autem quae sint intra Colossum exposito. **GAL.** Quid primo loco tibi referam Micylle: utrum metus, curas mordaces, suspiciones, odium, quo regem persequuntur, qui cum illo uiuunt: insidias, atque eas ob res somnum rorum, & hunc ipsum pertenuè, ac plena tumultus infornia, cogitationes perplexas, spes semper improbas: an oei penuriam, & occupationes, iudicia, expeditiones, edicta, foederata, consultationes: quibus rebus sit, ut ne per somnum quidem aliqua re suaui frui liceat, uerum ut omnibus de rebus solus dispiciat necesse est; milleque negotia sustineat.

Quippe nec Atiden Agamemnona dulcis habebat
Somnus, multigenas uersantem peccore curas.

Idque quum reliqui omnes Achiui sterterent. Adde quod Lydum illum discruciat filius mutus. Persam uero, Clearchus ad Cyrum desciscens. Atque alium quempiam, Dionem cum Syracusanis nonnullis ad aurem communicans. Rursum alium quendam uirum Parmenionem collaudatus. Item Perdiccam Ptolemæus. Ptolemæum Seleucus. Quin illa quoque molestiam adferunt: amasius per uim non sponte conuiuens, concubina alio gaudens, tum si qui defectionem parare dicantur: aut duo, quatuorue satellites inter sese confusurrates. Porro (quod est omnium grauissimum) amicissimi quique uel maxime sunt formidandi, semperque metuenti, ne quid magni mali ab illis exoriat. Nam alius à filio ueneno necatus est: alius item ab amasio. Alium simile quoddam fortassis mortis genus eripuit. **MICYL.** Apagesis. Atrocita, miraque sunt ista quae narras o Galle. Mihi igitur multo sit tutius operæ cerdonicae prouum incumbere, quam ex aurea bibere phiala comiter delatum haustum, ceterum cicuta aconitocque temperatum. Nam mihi quidem hoc unum est periculum: ut si paulum aberret smilion, deflectatque à recta incisione, summum secantis digitorum exiguo sanguine tingat. At isti quemadmodum narras, letifera agunt conuiuia, atque id innumerabilibus in malis constituti. Deinde ubi conciderint, per similes esse uidentur tragœdiarum histrionibus: Nam multi sicut uidere licet, quoad Cecropes sunt scilicet, aut Sisyphi, aut Telephi diademata gestant, argenteisque capulis gladios, comamque uentilantem, & auro intertextam clamydem: quod si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulsos illos media in scena praecipites det, rursus profecto moueant spectatoribus: uidelicet persona una cum ipso diademate contrita, uero autè actoris capite luxato, cruribusque

cruribusque maxima ex parte renudatis: ut iam interioris amicus quam miseri sint panni fiat perspicuum, ac cothurnorum quos pedibus induxerunt, appareat deformitas, haudquaquam ad pedis modum respondentium. Vide ut me iam similitudines conferre docueris optime galle. Ceterum tyrannis talis quaedam res tibi uisa est esse: uerum ubi equus esses, aut canis, aut piscis, aut rana, quomodo eam uitae rationem ferebas? **GAL.** Istum quem nunc suscitasti sermonem et longior sit, neque huius temporis. Illud autem unum in genere dixerim: nullam ex omnibus uitam mihi non uisam tranquilliorè uita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & uisibus circumscripam. Siquidem publicanum equum, aut sycophantam ranam, aut sophistam graculum, aut popinatorem culicem, aut cinædum gallum, atque id genus alia, quae uos studio comminiscimini, haudquaquam inter illos uidebis. **MICYL.** Quae dicis, o galle, fortassis uera sunt: uerum non me pudebit apud te fateri, quod mihi accidit. Haud unquam quicquam deducere cupiditatem illam, à puero mihi insitam, uidelicet ut diues euadam. Quin nunc quoque somnum illud ob oculos uersatur, aurum ostentans: potissimum autem scelestus ille Simon excruciat, qui quidem tatas inter opes delicietur. **GAL.** Atego te isto leuabo morbo Micylle, tamen nox etià dum est. Surge modo, ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducam, atque in aliorum diuitum aedes, quo nimirum uideas, quomodo res habeant apud illos. **MICYL.** Istuc quo pacto, clausis foribus? Num me parietes transfodere compelles? **GAL.** Nequaquam, uerum Mercurius, cui sum sacer, hoc optanti mihi largitus est, ut si quis longissimam caudae pennam, quae ob mollitiem inflectitur. **MICYL.** Atqui duas habes eiusmodi. **GAL.** At dextram ex his aulicam cuiuscunque ego gestandam dederò, is quoad uolueris, fores omnes poterit aperire, cunctaque uidere, ipse inuisibilis. **MICYL.** Equidem ignorabam, o galle, te praestigiarum quoque peritum esse. Porro si mihi isthuc semel praestiteris, uidebis ilico Simonis uniuersas opes huc deportatas, nam eas huc rediens transferam. At ille rursus circumrodet, ebibetque patria coria, quibus consueuit soleas compingere. **GAL.** Atqui nefas sit istuc facere. Siquidem Mercurius illud mihi mandauit, ut si quis pennam tenens, istiusmodi quippiam patrarit, uociferans furè proderè. **MICYL.** Rem ne utiquam uerisimilem narras, nempe Mercurium quum ipse sit fur, non sinere alios, ut idem faciant. Sed tamen abeamus. Nam aurum auferam, si modo possim. **GAL.** Pennam prius reuellito. Quid hoc reitambas reuulsisti. **MICYL.** Tutius hoc quidem o galle, tum tibi minus foedum sit futurum, ne altera caudae parte mutilatus claudices. **GALL.** Age sane: sed utrum Simonem prius adimus, an alium quempiam diuitum? **MICYL.** Haud alio, imò ad Simonem, qui uidelicet pro dissyllabo, tetrasyllabus esse affectet, posteaquam diues euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facior? **GALL.** Pennam serae admooue. **MICYL.** Ecce autem dii boni, ostium perinde atque clauis resiliit. **GAL.** Perge porro praecedens, uides illum uigilantem ac supputantem? **MICYL.** Video per Iouem & quidem ad obscuram siticulosamque lucernam. Praeterea pallet, haud scio unde galle, totusque exaruit, atque extenuatus est, mirum, ni curis. Neque enim auditum est illum alioqui male habere. **GAL.** Ausculta quid dicat: siquidem intelliges, quibus de causis ad eum modum sit affectus. **SIMON.** Nimirum septuaginta illa talenta tuto admodum sub lectica deossa sunt, neque quisquam alius omnino uidit. At uero, sedecim illa Sosylus equis uisit me sub praesepi occultantem: Itaque de curando stabulo non est admodum sollicitus, quanquam nec aliis admodum laboris appetens, uerisimile est autem illum multo etiam his plura sustulisse. Nam unde alioqui Tibius heri tam ingens fassamentum illi opsonio proposuisset? Tum autem aiunt, illum monile emisse uxori drachmis quinque. Heu misero mihi. Hi omnia mea dissipabunt bona. Quid quod ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quae sint raula. Vereor enim, ne quis ea suffosso pariete tollat. Complures mihi inuidet, atque insidias parant, praeter ceteros autem Micyllus iste uicinus. **MICYL.** Ita per Iouem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala gesto. **GAL.** Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas. **SIMON.** Optimus igitur fuerit, ut ipse infornis seruem. Omnem obibo domum in orbem obambulans. Quis iste uideo te per Iouem. O parietum perfossor, posteaquam es columna, bene res se habet. Pernumerabo denuo resofsum argentum, ne quid forte dudum me fugerit. En rursus, obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atque insidias appetor ab omnibus, ubi mihi gladius? Si quenquam deprehendero, rursus

aurū defodiamus. **GAL.** Sic tibi habet ō Micylle, res Simonis, Sed abeamus ad alium quempiam donec noctis adhuc aliquantulum superest. **MICYL.** O miser, cuiusmodi uiuit uitam; hostibus eueniat ad hunc modum diuitem esse. Itaq; pugno illi in maxillam illiſo, uolo diſcedere. **SIMON.** Quis me pulſauit: Latrocinio deſpolior miſer. **MICYL.** Plora ac uigila aurūq; ſimilis corpore reddaris; quandoquidē illi affixus, deditus es. Nos autem, ſi uidetur, Gniphonem ſceneratorem uiſamus. Nam nec is procul hinc habitat. ipſa nobis ſuapte ſponte fores patuerunt. **GALL.** Vides hunc quoq; curis inuigilantem, & uſurarum rationes iterantem digitis cōtortis: cui propediem relictis his omnibus ſit in ſilpham, aut culicem, aut muſcam abeundum. **MICYL.** Equidem uideo miſerum ac uecordem hominem, ne nūc quidem multo meliorem uiuere uitam, quam ſilphæ aut culicis. A deo totus & hic à curis et rationib; eſt extenuatus. Nūc ad aliuſ eamus. **GAL.** Ad tuum, ſi uidetur, Eucratem. En tibi fores per ſe patuere. Quin introimus? **MICYL.** Paulo ante hæc omnia mea erant. **GALL.** At etiam nunc tu diuitias ſomnias: uides igitur Eucratem ipſum quidem à ſamulo, uirum natu grandem. **MICYL.** Video profecto quiddam hauquaquam uirile. Porro altera ex parte ipſam item uxorem à coquo conſuprari. **GAL.** Quid ergo? Num optaris & horum hæres exiſtere Micylle, cunctaq; poſſidere, quæ ſunt Eucratis? **MICYL.** Haudquaquam galle. Imò fame citius interierim, quam id genus quiſpiam patrarem. Valeat aurum & conuiuiã. Duo oboli mihi potiores diuitiæ ſunt, quam ſi à domeſticis mihi domus perfodiatur. **GALL.** Sed iam nunc quandoquidem dies ferme diluxit, domū ad nos redeamus. Reliqua rurſus aliàs uidebis Micylle.

ORNATISSIMO IURIS VTRIVSQUE

DOCTORI THOMAE RUTHALLO SECRETARIO REGIO,
poſt epiſcopo Dunelmēſi, Des. Eraſmus Roterod. S P D

VIDE quantum audaciæ mihi ſuppeditet ſingularis quædã ingenij tui, morumq; facilitas, humaniſſime Ruthalle: qui cū neutiquã ignorem te inter Aulicos primores, uel autoritate, uel gratia, uel ſplendore, uel eruditione præcipuū eſſe: tamē nō uerear meas nugas rudes adhuc, uixq; e prima ſcheda repurgatas ad tuã excellentiã mittere. Sed quid facerē: iam urgebat nauita, uentos & æſtum nulli ſeruire clamitans. Itaq; ne nihil mei apud hominē tam noſtri ſtudioſum relinquerē, id quod tum forte erat in manibus, Miſanthropū miſi, nimirum ad uirum unum omnium Philanthropotaton. Is eſt Luciani dialogus, quo uix aliſ ſectus, uel utilior, uel iucundior, uerſus quidem ille iam pridem ab alio neſcio quo: ſed ita uerſus, ut interpres hoc modo demōſtrare uoluiffē uideatur, ſeſe neq; Græce ſcire, neq; Latine: nec temere a deo quis ſuſpicetur cum interpretem ſubornatū eſſe ab ijs, qui Luciano male uolunt. Tu noſtram hanc audaciã boni conſules, & Eraſmum in eorum numero ponas, qui tui ſunt amantiſſimi. Vale, Londini. Anno M D IIII

TIMON SIVE MISANTHROPVS

IVPITER Philæ, hoſpitalis, ſodalitiæ, domeſticæ, fulgurator, iuſſuran dice, nubicoge, granditrepe: & ſi quod aliud tibi cognomen attoniti Poetæ tribuunt, maxime quum herent in uerſu. Nam tum illis tu multi nominis factus, carminis ruinam fulcis, metriq; expleſ hiatum. Vbi tibi nunc magnicrepum fulgur, grauiſſimum tonitru: ubi ardens, candens, ac terrificum fulmen: Nam hæc omnia iam palam apparet, nugas eſſe, ſumumq; poeticum, nec omnino quicquam præter nominiſ ſtrepitum. Sed decantata illa tua arma eminus ſerientia expromptaq; neſcio quomodo penitus extincta ſunt, frigentq; a deo, ut ne minimam quidem ſcintillulam iracundiæ aduerſus nocētes reliquam obtineant. Itaq; citius quiuis ex his, qui peieraturi ſunt, extinctum ellychniū meuerit, quam ſtammam fulminis cuncta necantis: uſq; a deo titionem quempiã in ſeſe uibrare te putant, ut incendium aut ſumum ab illo proficiſcēs, nihil quicquam formident: uerum

uerum hoc ſolum uulneris inferri poſſe iudicent, ut fuligine compleātur. Quibus rebus factum eſt, ut iam Salmoneus tibi ſit auſus etiam obtonare, neq; id admodum ab re: quippe aduerſus Iouem uſq; adeo ita frigidum, uir ad facinora feruidus, audaciq; tumidus. Quid ni enim faciat, ubi tu perinde ac ſub mandragora ſtertis: qui neq; peierantes exaudias, neq; eorum qui flagitia committūt, reſpectum agas? Cæcutis autem lippitudine, & hallucinariſ ad ea quæ fiunt: auresq; iam tibi obſurduerunt, inſtar horum, qui ætate deſecti ſunt. Quandoquidem quum iuuenis adhuc eſſes, acricq; animo, uehementiq; ad iracundiã, permulta in homines maleficos ac uiolētōs faciebas. Neq; tum unquam tibi cum illis erāt induciã. Sed perpetuo fulmen erat in negotio: perpetuo obuibrabatur Aegis, obſtridebat tonitru: fulgur continenter iaculorum in morem, denſiſſime ex ædito loco deuolantium torquebatur. Terræ quaſſationes, cribri inſtar frequētes: ad hæc nix cumulatim, neq; non grando ſaxorum in morem: atq; ut tecum grandius loquar, imbresq; rapidi & uiolenti, ac flumen quotidie exundans. Hinc tantum repente Deucalionis ætate naufragiū ortum eſt, ut omnibus ſub aqua demerſis, uix unica ſcaphula ſeruaretur, quæ in montem Lycorem appulſit, humani generis quaſi ſcintillulas quaſdam ſeruans, unde ſceleratiſ etiam genus in poſterum præpagaretur. Nimirum igitur dignū ſecordia præmium ab illis reportas: quum iam nec ſacra faciat tibi quiſquã, nec coronas offerat: niſi ſi quis obiter in Olympiis, ac ita ne is quidem rem admodum frugiferam facere uideatur, ſed priſcum quendam ritum magis referre, ac penē Saturnū, ō deorū generoſiſſime, te reddunt, magiſtratu abdicantes. Omitto loqui, quoties iam templum tuum ſacrilegio compilarint: quū tibi etiam ipſi in Olympiacis manus admoliti ſint. Atq; interea tu altiſſremus ille pigritabar, uel excitare canes, uel uicinos aduocare: ut auxilio accurrentes illos comprehenderēt, quum etiã dum ad fugam adornarentur. Sed egregius ille, gigantumq; extinctor & Titanum uictor ſedebas, quum tibi cęſaries ab illis circumdederetur, decemcubitale fulmen dextera tenens. Horum igitur, ō præclare, quis tandem erit finis, quæ tu adeo ſecure deſpicis: aut quãdo de tantis maleficijs pœnas ſumes? Quot Phaetontes, aut Deucaliones, ſatis idonei ſint ad expiandum tam inexhauſtam morum iniquitatem: Etenim ut de communibus ſileam, de ijs quæ mihi acciderunt dicam: quū tam multos Athenieſes in ſublime euexerim, ex pauperrimis diuites reddiderim: cunctiq; quotquot opus haberent, ſuppeditarim, imò ſemel uniuerſas opes in amicos iuuãdos effuderim: ſimul atq; his rebus ad inopiam deueni, iam ne agnoſcor quidē ab illis, nec aſpicere dignatur me, qui dudum reuerbatur, adorabāt, meoq; de nutu pende bāt. Quod ſi quando per uiam ingredies, forte fortuna in eorum quempiã incidero, perinde ut euerſam hominis iam olim deſuncti ſtatuum, ac temporis longitudine collapſam prætereunt, quaſi ne norint quidem. Porro alij procul conſpecto me aliò ſeſe detorquent: exiſtimãtes ſeſe inauſpicatum, abominandumq; uifuros ſpectaculum, quem non ita pridem ſeruatorem & adiutorem ſuum eſſe prædicabant. Itaq; prementibus malis ad extrema redactis conſilia, renone arrepto, terram exerceo, quaternis conductus obolis: atq; hic cum ſolitudine, cumq; ligone philoſophor. Hoc interim lucri mihi uideor facturus, quod poſthac nō intuebor pleroſq; præter meritū ſecundis fortunæ ſucceſſibus utētes. Nam illud uel maxime urit. Iam igitur tandem aliquando Saturni Rheæq; proles excuſſo profundo iſto, grauiq; ſomno (nam Epimenidē quoq; dormiendo uiciſſi) denuo iactato fulmine, aut ex Oeta redaccenſo, ingenti reddita ſtamma iram aliquam ſtrenui illius ac iuuenilis Iouis oſtende, niſi uera ſint quæ à Cretenſibus de te, tuaq; ſepultura ſeruntur. **I V P.** Quis hic eſt Mercuri, quem audio ſic uociferantem ex Attica, ad radicem montis Hymetti, horridus totus, ac ſqualidus, pelleq; hircina amictus: fodit autem ut arbitror, nam pronus incumbit homo loquax & conſidens: mirū ni philoſophus eſt, neq; enim alioqui a deo impia, nefariãq; in nos fuerat dicturus. **M E R C.** Quid aiſ pater, an non noſti Timonem Echekratidis filium Colytteſem? Hic nimirum eſt, qui nos ſæpenumero in ſacris legitimis conuiuiis accepit, ille repente diues factus, ille qui totas Hecatombas, apud quem ſplendide Iouialia feſta conſueuimus agitare. **I V P.** Hem quænam iſta rerum commutatio: hiccine honeſtus ille diues, quem tam frequentes cingebant amici? Quid igitur accidit ut hoc ſit habitus? ſqualidus, erumnoſus, foſſor conductitiſ, uti conſicio, quū tam grauem ligonem gerat? **M E R C.** Ad hunc modum illum quodammodo probitas euer

tit, atq; humanitas, & in omnes quicumq; egerent misericordia. At re uera recordia potius facilitasq; nullusq; in suscipiendis amicis delectus, quippe qui neutiquam intellexerit, sese coruis lupisq; largiri. Quin magis quum à uulturibus tam multis misero iecur roderetur, ob id amicos eos necessariosq; iudicabat, quasi beneuolentia erga sese afficerentur, quum illos epulae magis caperent. Ergo posteaquam ossa penitus nudassent, circumfissentq; deinde si qua medulla suberat, hanc quoq; admodum diligenter exuissent, aufugerunt, exuccum & radicitus defectum destituentes: adeo ut postea ne agnoscant quidem, aut aspiciant, tantum abest ut sint qui suppeditent, impartiantq;. Has ob res forsor, & sago, ut uides, opertus pelliceo urbem prae pudore fugiens, mercede terram exercet, aduersus ingratos atra bile stomachatur, qui quidem sua benignitate ditati, admodum fastuose nunc praetereant, ac ne nomen quidem an Timon uocetur, nouerint. **I V P.** At qui profecto uir neutiquam fastidiendus, neq; negligendus, & iure optimo indignatur, qui ijs tantis in malis agat. Quare sceleratos istos adulatorem ipsi quoq; fuerimus imitati, si cum uirum neglexerimus, qui tantum taurorum & caprarum pinguisimas quasq; nobis in aris adoleuerit. Quarum nidor etiam dum mihi in naribus residet. Tametsi propter negocia maximamq; turbam peierantium, tum ui, non iure agentium, neq; non aliena rapientium, praeterea ob formidinem, quam mihi pariunt sacrilegi, qui quidem tum multi sunt, tum obseruatu difficiles, adeo ut ne minimū quidem nos conuicere sinant. lampridem profecto ad Atticam regionē oculos detorsissem, maxime posteaquam philosophia & de uerbis digladiationes apud istos increbuerunt, ita ut pugnantibus inter se istis uociferantibusq; ne exaudire quidem mortalium uota liceat. Vnde mihi necessum est, aut auribus obturatis sedere, aut dirumpi ab eis, conficiq;, qui uirtutem quamdam, & incorporea quaedā, merasq; nugas ingenti uociferatione connectunt: haec in causa fuerunt, ut hunc quoq; neglexerim, quā haud mediocriter de nobis sit meritis. Quod reliquū est Mercuri, tu Plutū adducens, quantū potes ad istum abeas. Porro Plutus unā secum ducat & thesaurum, & utriq; apud Timonem perseuerent. Neq; usq; adeo facile demigrent, etiam si quam maxime rursus illos per bonitatem ex aedibus exegerit. Ceterum de palponibus illis, atq; ingrati tudine qua in hūc sunt usi, in posterum consultabo: poenasq; daturi sunt, simul atq; fulmē instaurauero. Nam fracti sunt in eo retusa cuspidē duo ē radijs maximis: quum nuper auidius in sophistam Anaxagoram iacularer, qui suis familiaribus suadebat, nullo pacto esse ullos nos, qui dii uocaremur. Ac illum quidē errore non feriebam, propterea quod Pericles obtēta manu eum protexerit. Ceterū fulmen in Castoris ac Pollucis templum detortum, tum illud exussit, tum ipsum parum abfuit, quin ad saxum cōminueretur. Quamquā interim uel id supplicij satis magnū in istos fuerit, si Timonem conspexerint egregie locupletem factum. **M E R C.** Quantum habet momenti altum uociferari, & obstreperum audacemq; esse: Idq; non ijs modo qui causas agunt, uerum etiam qui uota faciūt conducibile. En mox ē pauperrimo diues euaserit Timon, qui se in precando clamosum & improbum praestiterit, louemq; reddiderit attentum. Quod si silentio fodisset incuruus, etiam nūc foderet neglectus. **P L V T V S.** At ego Iupiter haudquaquam ad istum rediturus sum. **I V P.** Quid ita nō rediturus optime Plute, praesertim a me iussus? **P L V.** Quoniā per Iouem iniuria me affecit eiciens, & in multa fragmenta dissecans: idq; quum illi paternus essem amicus, ac me, penē dixerim, fuscis ex aedibus extrusit, nec aliter quam ijs, qui ē manibus ignem abijciunt. Num rursus ad istum ibo, parasitis, adulatoribus & scortis donādus? Ad eos me mitte o Iupiter, qui minus intellecturi sint, qui amplexuri: quibus equidem in precio sim, & maiorē in modum exoptatus. At hi stupidi cum inopia commercium habeant, quam nobis anteponunt, ut ab ea accepto sago pelliceo, ligoneq; sat habeant, quum quatuor lucratur obolos, decem talenta contemptim dono dare soliti. **I V P.** Nihil istiusmodi posthac in te facturus est Timon, quippe quem ligo abunde satis corripuerit, nisi prorsus nullum dolorem sentiunt illius illa, te uidelicet potius, quam inopiam esse praoptandam. At tu mihi querulus admodum uideris esse, qui nunc Timonem incuses, quod tibi patefactis foribus libere permiserit uagari, neque includens, neq; zelorypus in te. Porro aliās diuersa de causa in diuites stomachabare, quum diceres te ab illis repagulis, clauibus, ac signorum obiectaculis impressis ita fuisse conclusum, ut ne prospicere quidem in lucem tibi liceret. **Id**

Id igitur apud me deplorabas, affirmans praefocari te nimis tenebris: eoq; pallidus nobis occurrebas, & curis confectus, digitis etiam ex asiduo colligendis, coaceruandiq; usu contractis, cōtortisq;: quod si quando daretur opportunitas, aufugiturum quoq; ab illis te minitabare. In summa rem supra modum acerbam iudicabas in greo ferreoue thalamo, Danaes exemplo, uirginem asseruari, atq; à scelestissimis educari paedagogis, foenore & computo, proinde absurde facere aiebas hos, quod te praeter modum adamarēt: neq; (quum liceret) frui auderent, neq; quum ipsis esset in manu, amore suo secure uterentur: sed uigiles obseruarent, ad signum ac feram oculis nunquam conuicibus neq; usquam dimotis semper intuentes, abunde magnum fructum arbitantes non quod ipsis fruendi facultas adesset, sed quod nemini fruendi copiam facerent, non aliter quam in praesepi canis, nec ipsa uescens hordeis, nec equum famelicum id facere sinens. Quin etiam ridebas istos, qui parcerent, asseruarentq;, & (quod esset absurdissimum) ipsi quidem sibi subtraherent, uerērenturq; contingere, non intelligerent autem fore, ut aut scelestissimus famulus, aut dispensator, aut liberorum pedagogus furtim subiret, ludibrio habiturus infelicem & inamabilem herum, quem postea sinat ad fuliginosam, & oris angusti luczrnulam, ac siticulosum scirpulum usuris inuigilare. Quid itaque: an non iniquum, quum haec quondam incusaueris, nunc in Timone diuersa his criminari? **P L V.** At qui si rem uere perpenderis, utrunq; me iure facere iudicabis. Nam & Timonis ista nimia lenitas, negligentia potius, haud beneuolentia, studiumq;, quod ad me pertinet, merito uideatur. At ē diuerso, qui me ostijs ac tenebris inclusum seruabant, id agentes, quo scilicet crassior saginatioq; ac uehementer corpulentia onustus euaderem, quum interim neq; ipsi contingerent, neq; in lucem producerent, ne uel aspicerer à quopiam, hos dementes et contumeliosos in me iudicabam: quippe qui me nihil commeritum tot in uinculis cogerent situ carieq; putrescere, haud intelligentes, quo mox demigrent, me alij cuiquam, cui fortuna fauerit, relicturi. Nec hos igitur probo, sed ne illos quidem qui nimium facile mihi manus admouent. Sed qui (quod est optimum) mediocritate utantur, uti nec prorsus abstineant, neq; penitus profundant. Etenim illud per Iouem considero Iupiter: Si quis ubi puellulam & formosam lege duxisset uxorem, postea neq; obseruet, nec ulla omnino zelopypia prosequatur, uidelicet sinens illam noctu atque interdū quocunq; libitum sit ire, & quicūq; uoluissent cum his habere rem, uel producat potius ultro ut adulteretur, fores aperies, prostitutusq;, & quoslibet ad illam inuitas, num hic amare uidebitur? profecto hoc tu nequaquam dices Iupiter, qui saepenumero amorem senseris. Rursus si ingenuam lege domum deducat, uti liberos legitimos progeneret, ceterum nec ipse contingat florentem aetate, decoramq; uirginem, nec alium sinat aspiceret: sed inclusam, orbam, sterilemq; in perpetua uirginitate contineat, idq; praeter amorem se facere praedicet, & hunc quidem praeferat, pallore, corpore exhausto, oculis refugis, num fieri potis est, ut huiusmodi non desipere uideatur? quippe qui quum liberis oportuerit operam dare, fruiq; cōiugio, puellā adeo formosam atq; amabilem sinat emarcescere, per omnem uitam tanquā Cereri sacerdotem alens. Huiusmodi & ipse indigne fero: quum à nonnullis ignominiose caedor calcibus, laniorq; atq; exhaurior: à nonnullis contra perinde ut stigmaticus fugitiuus compedibus uincior. **I V P.** Quid est autē quod aduersus illos indigneris, quando quidem utriq; poenas egregias luunt? Alteri quidem dum Tanrali in morem, neq; bibere sinuntur neq; edere: sed ore sicco duntaxat inhiant auro. Alteri uero dum his ceu Phineo cibos Harpyiae ipsis ē faucibus eripiunt. Sed abi iam, Timone multo post hac usurus cordatiore. **P L.** An ille aliquādo desinet me ceu fo raminoso cophino, priusquam omnino influxerim, data opera exhaurire, quasi conetur occupare, quo minus influam: ueritus, ne si copiosius infundar, ipsum undis obruam? Quo fit, ut in Danaidum dolium aquam mihi uidear allaturus, frustra q; infusus, uase non continēte liquorem: imo prius propemodum effuso quod influit, quam influxerit. Adeo latus dolij hiatus ad effusionem ac liber exitus. **I V P.** Proinde ni hiatum istū obturauerit, perpetuamq; perstillationem sistere studuerit, te propediem effuso, facile rursus solum, & ligonem in dolij fece reperiet: sed interim abite, atq; illum diuitem reddite. At tu Mercuri haec memineris, ut redies Cyclopa ex Aetna tecum adducas, quo fulmen cuspidē restituta resarciat. Nam eo nobis acuminato opus fuerit. **M E R C.** Eamus Plute.

Quid hoc? Num claudicas? Equidem ignorabam ô præclare: te non cæcum modò, uerum etiam claudum esse. P L V. Atqui non hoc mihi perpetuum Mercuri: uerum si quando proficiscor à Ioue missus ad quempiam, tum nescio quo pacto tardus sum, & utroq; claudus pede, ita ut ægre ad metam pertingere queam: sene nonnūquam interim factio, qui me operiebatur. Porro quum discedendum est, alatum uidebis multo auibus celerior rem. Vnde fit, ut uix iam amoto repagulo, ego iam præconis uoce uictor pronūcter, saltu stadium transmensus, ne uidentibus quidē aliquoties spectatoribus. M E R C. At ista quidem haud uera narras: imò ego tibi permultos cōmemorare queam, quibus heri ne obulus quidem erat, quo restim emerent: qui hodie repente diuites facti, splendide uiuant: albis quadrigis uehantur, quibus ante ne asellus quidem suppeditarit. Ii tamē purpurati, aurumq; manibus gestantes obambulant. Qui ne ipsi quidē opinor, credere possunt, quin per somniū diuites sint. P L V. Ist hæc alia res est Mercuri, neq; enim tum meis ipsius ingredior pedibus, nec à Ioue, sed à Dite ad istos transmittor: qui & ipse nimirum opum largitor est, ac magna donans: id quod ipso etiam nomine declarat. Itaq; quoties est mihi ab alio ad alium demigrandum, in tabellas iniiciunt me, ac diligenter obsignantes sarcinæ in morem sublatum transportant. Interea defunctus ille alicubi in ædium te nebricosa parte iacet, uetere linteo in genua iniecto tectus, de quo feles digladiatur. Porro qui me sperauerant obtinere, in foro operiuntur hiantes: nō aliter quàm hirundinem aduolantem stridentes pulli. Deinde ubi signum detractum est, & lineus ille funiculus incisus, apertæq; tabellæ, iamq; nouus dominus pronunciatu est, siue cognatus quispiam, siue adulator, siue seruulus obscenus, qui puerili obsequio fauorem emeruerit, etiā tum mento subrafo, pro uarijs & opiparis uoluptatibus, quas illi iam exoletus suppeditauerat, ingens scilicet præmium ferens generosus quisquis ille tandem fuerit, nonnūquam me ipsis cum tabellis arreptum, fugiens ad portat commutato nomine: ut qui modo Pyrhias, aut Dromo, aut Tibius: iā Megacles aut Megabizus, aut Protarchus appelletur. Cæterum illos nequicquam hiantes, sedq; mutuū intuetes relinquit, ac uerum lucum agentes, quod eiusmodi Thynnus ex intimo sagenæ sinu sit elapsus, qui non parum magnam escam deuorarit. At hic repente totus in me irruēs, homo uitæ mundioris atq; elegantioris rudis, pinguis, illoracq; cute, qui compedes etiam dum horrescit: & si quis præteriens loro increpet, arrectis stert auribus: quiq; pistrinū, perinde uti templum adoret, non est deinceps tolerandus ijs, quibuscum uiuit: uerum & ingenuos afficit contumelia, & conseruos flagris cædit: experiens, num sibi quoq; similia liceat, donec aut scortulo cuiuspiam irretitus, aut equorum alendorum studio captus, aut adulatoribus sese permittens, deierantibus Nireo formosiorē esse, Cecrope Codroūe generosiorē, callidiorē Vlyse, unum autem uel sedecim pariter Cræsis opulentiorē, momento temporis semel profundat infelix, quæ minutatim multis ex periurijs, rapinis, flagitijs, fuerant collecta. M E R C. Ista fermè sic habent uti narras, uerum ubi tuis ipsius ingredieris pedibus, qui tandem cæcus quum sis uiam inuenire soles? Aut qui dignoscis ad quosnam Iupiter te miserit, dignos illi uisus qui diuitijs abundant? P L V. Enim uero, credis me reperire istos ad quos mittor? M E R C. Per Iouem haudquaquam. Neq; enim alioqui Aristide præterito, ad Hipponicum & Calliam accessisses, tum ad alios Athenienses, homines ne obulo quidem æstimandos. Cæterum quid facis quando quidem es emissus? P L V. T. Sursum ac deorsum circumcursans oberro, donec imprudens in quempiam incurrero: hic autem quisquis ille sit, qui forte primus me nactus sit, abducit ac possidet, te Mercuri pro lucro præter spem obiecto uenerans atq; adorans. M E R C. Num ergo fallitur Iupiter: qui quidem credat ex ipsius animi sententia, ditari abs te hos, quos ille dignos existit marit qui ditescerent? P L V. Et iure quidem optimo fallitur ô bone. Quippe qui quū me cæcum esse non ignoret, emittat uestigatum rem usq; adeo repertu difficilem, & iam olim è uita sublatam, quam ne Lynceus quidem facile inueniret, quæ nimirum adeo obscura sit, ac minuta. Itaq; quum rari sint boni, improbi porro in ciuitatibus omnia obtineant, oberrans facile in huiusmodi mortales incurro, ac retibus illorum illigor. M E R C. At qui fit, ut quoties eos deseris, celeriter aufugas quum uia sis ignarus? P L V. Tum demum acutū cerno, pedibusq; ualeo, ubi ad fugā tempus inuitat. M E R C. Iam illud quoq; mihi responde, qui fit, ut quum sis oculis captus (dicendum enim est) præterea pallidus, postremo

postremo claudus, tam multos habeas amantes, adeo ut omnes in te defigant oculos: & si potiantur, felices uideantur, sin frustrentur, non sustineant uiuere? Ex his equidem non paucos noui, qui sic perditte te amarint, ut se aereo è scopulo piscosi in æquoris alta, præcipites abiicerint, rati fastidiri sese abs te, propterea quod illos nullo pacto respexisses. Quanquā sat scio, tu quoq; fateberis, si quo modo tibi ipsi notus es, furere istos, qui eiusmodi amore sunt dementati. P L V. At enim credis me, qualis sum, talem istis uideri, nempe claudum, aut cæcum, aut si quid aliud adest mihi uitij. M E R C. Quidni ô Plute? nisi forte & ipsi omnes cæci sunt. P L V. Haud cæci quidem, ô optime, uerum in scitia, errorq; quæ nunc occupant omnia, illis offundit tenebras: ad hæc ipse quoq; ne per omnia deformis sim, persona uehementer amabili tectus inaurata, gemmisq; picturata, ac uersicoloribus amictus eis occuro: at illi rati sese natiui uultus uenustatem aspicere, amore capiuntur, dispereuntq; nisi potiantur. Quod si quis me toto corpore renudatum illis ostenderit, dubio procul futurum sit ut se ipsi damnent, qui tantopere cæcutierint, ad amantes res neutiquam amadas ac foedas. M E R C. Quid ergo posteaq; eò peruertum est ut iam diuites euaserint, iamq; personā sibi circumposuerint, rursum falluntur? Adeo ut si quis illis detrahare conetur, penè caput potius, quàm personā abijciant? Neq; enim uerisimile est etiam tum illos ignorare, auro bracteatum esse formam, quum intus cuncta inspexerint. P L V. Ad id non parum multa res, ô Mercuri, mihi sunt adiumento. M E R C. Quæ nam? P L V. Simul atq; qui me primum nactus est, apertis foribus exceperit, clanculum unā mecum introit elatio, uecordia, iactantia, mollicies, uiolentia, dolus, atq; alia item innumerabilia: à quibus omnibus posteaquam est animus occupatus, iam admiratur quæ neutiq; sunt admiranda, & appetit ea quæ sunt fugienda, meq; cunctorū illorum quæ introierat, malorum patrē stupet, illorū satellitio uallatum, quiduis potius passurus, q̄ uti me compellatur rescere. M E R C. Ut leuis ac lubricus es Plute, retentū dissicilis, ac fugax, neq; ullam præbēs ansam certam quo prensus tenere: sed nescio quomodo anguillarū ac serpētum in morē inter digitos elaberis. At è diuerso paupertas, uiscofa, prensu facilis, totoq; corpore mille uncōs gerit hamos, ut qui tetigerint, ilico hæreāt, nec facile queant auelli. Verum interea dum nugamur, rem haud parua omisimus. P L. Quam? M E R C. Neme quia thesaurum nō adduxerimus, quo uel in primis erat opus. P L. Ist hæc quidē ex parte bono sis animo. Nam nō nisi in terra relicto illo ad uos ascēdere soleo: iussuq; intus manere foribus oclusis, neq; cuiquā aperire, nisi me uociferantem audierit. M E R C. Iā igitur Atticā adeamus. Tu me cōsequitor chlamydi adherēs, donec extremā uia attigerimus. P L. Recte facis Mercuri, quū me per uia ducis. Etenim si me de ferres, forsā oberās in Hyperbolū aut Cleonē incidere. Sed quis hic stridor ceu ferri saxo impaciū? M E R C. Timon hic est, qui proxime montanū & petricosum fodit solum? Papa: adest & Paupertas, & Labor ille, tum Robur, sapiētia, fortitudo, atq; id genus aliorum turba: quorū omnium agmen Fames cogit, longe præstātius q̄ tui sint satellites. P L. Quin igitur q̄ ocysime discedimus Mercuri? Neq; enim ullum opere precitū fecerimus cum homine eiusmodi uallato exercitu. M E R C. Secus uisum est Ioui: quare ne metu deterreamur. P A V P E R T A S. Quo hunc nūc Argicida manu abducis? M E R C. Ad hunc Timonem, ad quem à Ioue sumus ire iussi. P A V. Ita ne rursum Plutus ad Timonē posteaquam ego hunc antea delictis male corruptū suscepi: cōmendansq; Sapiētia & Labori, strenuum, multiq; precij uirum reddidi? Adeo ne despicienda iniuriaq; idonea uobis Paupertas iudicor, ut hunc quæ mihi unica erat possessio, eripiat, iam exactissima cura ad uirtutem excultum: ut Plutus hic ubi denuo susceperit, per contumeliam & arrogantiam illi manu iniecta, talem reddiderit, qualis erat dudum, mollem & ignauum, ac uercedem: rursum mihi restituat, ubi iam nihil factus erit, & resculus? M E R C. Sic ô Paupertas, Ioui placitum est. P A V. Equidē abeo. At uos Labor & Sapiētia, reliquiq; consequimini me. Porro hic breui cognoscet, qualis in se fuerim, quam nunc relinquet: neme pe adiutrix bona, & rerum optimarū doctrix. Qui cum donec habuit cōmercium, sano corpore, ualentiq; animo perseuerauit: uirilem exigens uitā, & ad sese respiciēs: superuacua autem & uulgaria ista aliena, ita ut sunt, existimans. M E R C. Discedunt illi: nos ad eum adeamus. T I M O N. Quinam estis, ô scelesti? aut qua gratia huc aduenistis homini operario mercenarioq; negotium exhibituri? uerum haudquaquam læti abibitis,

scelesti ut estis omnes: nā ego uos ilico glebis & saxis petitos cōminuam. **MERC.** Nequaquam o Timon, ne ferito, neq; enim feries mortales: uerum ego sum Mercurius, hic Plutus. Misit nos Iupiter, uotis tuis exauditis. Quare, quod bene uertat, opes accipe, desistens à laboribus. **TIM.** Atqui uos iam ploraueritis, etiam si dii sitis ut dicitis. Siquidē odi pariter omnes, tum deos, tum homines. Sed hūc cæcum quisquis hic fuerit, mihi certum est ligone impacto cōminuere. **PLV.** Abeamus per Iouem Mercuri: quandoquidem hic homo mihi uidetur non mediocriter insanire, ne malo quopiam accepto discedam. **MERC.** Ne quid ferociter Timon: quin exue potius penitus istam ferocitatē, asperitatemq; ac manibus obujs excipe bonā fortunā: rursus diues esto; rursus Atheniensium princeps, & ingratos illos despice, quū solus florebis. **TIM.** Nihil mihi uobis est opus, ne obturbate. Sat opum mihi ligo; præterea fortunatissimus sum, si nemo propius ad me accesserit. **MERC.** Adeone quæso inhumaniter?

Hæc ego saua Ioui refero atq; immania dicta:

Atqui par erat forsitan homines tibi haberi inuisos, ut qui tā multa indigna in te commisissent: deos odio te prosequi nequaquā erat consentaneum, quum illi tantopere tui curam agant. **TIM.** At tibi Mercuri, Iouiq; quod me respicitis, plurimam equidem habeo gratiam: ceterum hunc Plutum nequaquam recepero. **MERC.** Quid ita? **TIM.** Quoniam pridem innumerabilium malorum hic mihi fuit auctor, quum me assentatoribus proderet, insidiatores in me inuitaret, conflaret odium, illecebris corrumpere, inuidiā obnoxium redderet: deniq; quū repente me adeo perfide ac proditorie destituerit. Contra, paupertas optima, me laboribus uiro dignissimis exercens, mecumq; uere & libere conuiuens, & quibus opus erat suppeditauit laboranti, & uulgaria ista docuit contemnerere, effectiq; ut mihi uitæ spes omnis ex me ipso penderet, demonstrans quam essent opes uere meæ: nempe quas neq; adulator assentans, neq; sycophanta minitās, neq; plebes irritata, neq; concionator suffragiorum auctor, neq; tyrānus intētus insidijs queat eripere. Itaq; iam ualidus effectus ob laborem, dum hunc agellum gnauiter exerceo, neque quicquam eorum quæ sunt in ciuitate malorum aspicio, abunde magnum & sufficientem uictum mihi ligo suppeditat. Quare tu Mercuri, quam uenisti uitam remetēs, recurre, unā tecum Plutum adducens ad Iouem. Illud mihi fat fuerit, si effecerit ut omnes mortales per omnem ætatem eiulent. **MERC.** Nequaquam o bone, neq; enim omnes ad eiulandum sunt ætatem commodi. Quin tu iracunda pueriliq; ista missa face, ac Plutum excipe: non sunt reijcienda munera, quæ à Ioue proficiuntur. **PLV.** Vin Timon' ut cōtra te partes defendam meas, an grauius feres si quid dixerō? **TIM.** Dicitō, ne multis tamen, neq; cum procemijs, quemadmodū perditissimi isti solēt Oratores. Nā huius Mercurij gratia te ferā paucis dicentē. **PLV.** Atqui multis mihi potius aurī dicēdū, tot nominibus abs te accusato. Antamē uide, num qua in re te, quæadmodum ais Ieserim: qui quidem dulcissimarū quarumq; rerū tibi extiterim auctor, opifexq; autoritatis, præsidētia, coronarū, altarum item uoluptatum: mea opera conspicuus eras, celebris et obferuādus. Cæterum si quid molesti ab adulatoribus accidit, nō mihi potes imputare: quin ipse magis abs te sum affectus cōtumelia, propterea quod me tam ignominiose uiris illis execratōis suppeditaris: qui te mirabātur, ac præstigijs dementabāt, mihiq; modis omnibus insidias struebāt. Porro quod extremo loco dixisti, te à me proditū, desertumq; fuisse: istud criminis in te possum retorquere, quum ipse sim modis omnibus à te reiectus, præceptsq; exactus ex ædibus. Vnde pro molli chlamyde, sagū istud charissima tibi paupertas circumposuit. Itaq; testis est mihi hic Mercurius, quantopere Iouem orauerim ne ad te uenirem, qui tam hostiliter esses in me debacchatus. **MERC.** At nunc uides Plute, in cuiusmodi hominem sit commutatus. Proinde audacter cum illo consuetudinem age. Tu uero fode ita ut facis. Tu interim Theaurum sub lignonem adducito. Audiet enim si tu accersueris. **TIM.** Parendum est Mercuri, rursusq; ditescendum. Quid enim facias quum dii compellant: tamē uide, in quas turbas me miserum conijcies: qui quidē quum ad hūc usq; diem felicissime uixerim, tantū aurī repēte sum accepturus, nihil cōmeritus mali, tātumq; curarū suscepturus. **MERC.** Sustine Timon mea gratia, tametsi graue est isthuc, atq; intolerandū, quo uidelicet palpones illi præ inuidia rumpātur. Ego porro si perata Aetna in cœlum reuolauero. **PLV.** Abijt ille quidem sicut apparet. Nam ex

alarum

alarum remigio facio cōiecturam. Tu uero hic operire, siquidem digressus Theaurum ad te transmittam, sed feri fortius: tibi loquor auri Theaure, Timoni huic audiens esto; offerq; temet eruendum. Fodi Timon altius impingens. Cæterum ego à uobis digredior. **TIM.** Age iam o ligo, nūc mihi tuas uires explica, neq; defatigere, dum ex abdito Theaurum in apertum euocaris. Hem prodigiorum auctor Iupiter, amici Corybantes, ac lucifer Mercuri, undenam auri tantum: Num somnium hoc est? Metuo ne carbones reperiturus sim experrectus. Atqui aurum profecto est insigne, fuluum, graue, & aspectu multo iucundissimum.

Pulcherrima Aurum faustitas mortalibus.

Quippe quod ignis in morem ardes, noctesq; & dies renides. Ades o mihi charissimum desideratissimumq; nūc demum credo uel Iouem ipsum olim aurum esse factum. Etenim quæ tandem uirgo non exporrecto sinu usq; adeo formosum amatorē excipiat, per tegulas illapsum? o Mida Croeseq; ac munera Delphico in tēplo dicata: ut nihil eratis si cum Timone, cumq; Timonis opibus conferamini: cui ne Perfarum quidem rex par est. O ligo, sagum charissimū, uos huic Pani suspendi commodum est. At ego quā maxime semotū mercatus agrum, turriculaq; seruādi auri gratia cōstructa, uni mihi affatim uiuero: sepulchrū item inibi mihi defuncto parare est sententia. Hæc igitur decreta sunt, placitaq; in reliquum uitæ: seiunctio, ignorantia, fastidium erga mortales omnes. Porro amicus, hospes, sodalis, aut ara misericordiæ, meræ nugæ. Tum commiserari laochrymantem, suppeditare egentibus, iniuitas, ac morū subuersio: at uita solitaria, qualis est lupis: unus sibi amicus Timon: ceteri omnes hostes, & insidiarum machinatores. Cum horum quopiam congredi, piaculum: adeo ut si quem aspexero duntaxat, inauspicatus sit ille dies. In summa: non alio nobis habētur loco, quam signa saxea, aereæue: neq; foecialem ab illis missum recipiamus, neq; fœdera feriamus. Solitudo terminus esto. Cæterum tribules, cognati, populares, postremo patria ipsa, frigida quædam & sterilia nomina, stultorumq; mortalium gloria: solus Timon diues esto, despiciat omnes, solus ipse secum oblectetur, liber ab assentationibus, & onerosis laudibus dijs sacra faciat: repuletur solus, sibi ipsi uicinus, sibi particeps, excutiens sese ab alijs. Ac semel decretum esto, ut unus seipsum comiter accipiat, si moriendum sit, aut necesse habeat sibi ipsi coronam admouere. Nullumq; nomen sit dulcius, quàm Misanthropi, id est, hominū oforis. Morum autem notæ, difficultas, asperitas, feritas, iracūdia, inhumanitas: quod si quem conspexero incendio conflagram, obtestantemq; quo restinguam, pice oleoq; restingue: rursum si quem flumen undis abstulerit, isq; manus porrigēs, impleret ut retineatur: hunc quoq; demerso capite propellere, ne possit emicare: hunc admodum par pari relaturus est. Hanc legem Timon tulit Echeerates Colyttenis: & concionis subscripsit suffragijs idem ille Timon. Age hæc decreta sunt: hæc fortiter tueamur. Cæterum magno emerim ut id omnibus innotescat, quod opibus abundo: nam illa res illos præfocauerit: sed quid illud? Hem quæ trepidatio: undiq; concurrunt, puluerulenti atq; anhelis, haud scio unde aurum odorati. Vtrū igitur hoc conscēso colle saxis eos abigo, è sublimi deiaculans: an hac tantum in re legem uiolabimus, ut semel cum illis congregiamur: ut magis angantur, fastiditi, repulsiq;: Ita fatius esse duco. Itaque restemus quo illos iam excipiamus. Age prospiciam: primus eorū iste quis est? Nempe Gnatonides adulator, qui mihi nuper cœnam petenti, funem porrexit, quum apud me saepenumero solida doli uouerit. Sed bene est quod ad me uenit: nam primus omnium uapulabit. **GNATO.** An non dixi Timonem uirum bonum non neglecturos esse deos? Salue Timon formosissime, iucundissime, cōuiuator bellissime. **TIM.** Scilicet & tu Gnatonides, uulturum omnium edacissime atq; hominum perditissime. **GNATO.** Semper tibi grata dicacitas. Sed ubi compotamus? Nam nouam tibi adfero cantilenam, ex his quos nuper didici dithyrambis. **TIM.** Atqui elegos canes, admodum miserabiles, ab hoc doctus ligone. **GNATO.** Quid isthuc? Feris o Timon? Attestor. o Hercules: he! he! in ius te uoco apud Areopagitas, qui uulnus dederis. **TIM.** Atqui si cūctere paulisper, mox cædis me reum ages. **GNATO.** Nequaquam, quin tu planè uulneri medere, paululo auri inuncto. Mirum enim in modum præsentancum id est remedium. **TIM.** Etiam manes? **GNATO.** Abeo. At tibi male sit, qui quidem ex uiro commodo tam sauus factus sis. **TIMON.** Quis

hic

hic est qui accedit recaluaster ille: Philia des, assentatorum omnium execratissimus. Hic quum à me solidum acceperit fundum, tum filia in dotem talenta duo, laudationis præmium, quum me canentem reliquis silentibus omnibus solus maiorem in modum extulisset, deierans me uel oloribus magis canorum, ubi me pridem ærotum conspexisset: nam adieram oraturus ut mei curam ageret: plagas etiam egregius ille uir impexit. PHILIADES. O impudentiam, nunc demum Timonem agnoscitis: nunc Gnatonides amicus & coniuua: enim uero habet ille digna se, quãdo quidem immemor est atq; ingratus. At nos qui iam olim conuictores sumus æquales ac populares, tamen modeste agimus, ne insilire uideamur. Salue here, fac ut istos adulatores sacrilegos obserues, qui nusquã adsunt nisi in mensa: præterea à coruis nihil differunt. Neq; posthac finis ætatis mortaliū ulli fidendum est. Omnes ingrati, & scelesti. At ego quum tibi talentū adducerem, quo posses ad ea quæ uelles uti, in uia accipi te summas quasdam opes esse nactum. Proinde accessi his de rebus admoniturus te, quãquam tibi forsitan me monitore nihil erat opus, uiro nimirum adeo prudenti, ut uel Nestori ipsi, si necesse sit, consiliū dare queas. TIM. Ita fiet Philia des, sed age, accede quo te ligone comiter accipiam. PHI. Viri, caput mihi comminutum est ab hoc ingrato, propterea quod eum ea quæ in rem illius erant, admonui. TIM. Ecce tertius huc orator Demeas se recepit, tabulas dextra gestas, atq; se mihi cognatum esse. Hic una die de meo sedecim talenta ciuitati dependit: nam damnatus erat, ac uinctus. At quum soluendo non esset, ego misertus illum redemi. Porro quum illi forte obuenisset, ut Erechtheidi tribui distribueret ærarium, atq; ego adiens, id quod ad me redibat poscerem, negabat se ciuem nosse me. DEM. Salue Timon: præcipuum generis tui præsidium, fulcimentum Atheniensium, defensaculum Græciæ. Profecto iam dudum te populus frequens, & utraq; curia operitur. Sed prius decretum audi, quod de te conscripsi. Quando quidem Timon Echecratidæ filius, Colyttensis, uir non modo probus & integer, uerum etiam sapiens, quantum alius in Græcia nemo, nunquam per omnem uitam destitit optime de Repub. mereri: Tum autem in olympicis uicit pugil, & lucta cursuq; die eodem, ad hæc solenni quadriga, equestriq; certamine. TIM. At ego ne spectator quidem unquam in olympicis sedi. DEM. Quid tum? spectabis posthac, sed ista communia addi satius est. Tum anno superiore apud Acharnenses pro Rep. fortissime se gessit, & Peloponensium duas acies concidit. TIM. Qua ratione? Quippe qui nec unquam arma gesserim, neq; unquam militiæ dederim nomen. DEM. Modeste tu quid de te ipso loqueris, nos tamē ingrati futuri sumus, nisi meminerimus. Præterea scribēdis plebiscitis, & in consultationibus, & in administrationis bellis nō mediocrem utilitatem attulit Reipub. His de causis omnibus uisum est, curiæ, plebi, magistratibus tributim, plebeijs singulatim, communiter uniuersis, aureum statuere Timonem iuxta Palladem in arce: fulmen dextera tenentem, radijs tempora ambientibus, utq; septem aureis coronis coronetur, hæcq; coronæ hodie in Dionysijs per Tragædos uos promulgentur. Siquidem hodie, illi Dionysia sunt agenda. Dixit hoc suffragiū Demeas orator, propterea quod cognatus illius propinquus, ac discipulus eius sit. Nam & orator optimus Timon: præterea quicquid uoluerit. Hoc igitur tibi suffragium, sed utinam & filium meum ad te pariter adduxissem, quem tuo nomine Timonem appellauit. TIM. Qui potes Demea, quum ne uxorem quidem duxeris unquam, quantum nobis scire licuit? TIM. At ducam, nouo ineunte anno, si deus permiserit, liberisq; operam dabo. Tum quod erit natum (erit autem masculus) Timonē nuncupabo. TIM. An uxorem tu sis ducturus, equidem haud scio, tanta à me plaga accepta. DEM. Hei mihi. Quid hoc est rei? Tyrannidem Timon occipias, pulsasq; eos qui sunt ingenui, ipse nec ingenuus planè, nec ciuis: uerum propediē pœnas daturus, quā alijs nominibus, tum quod arcem incenderis? TIM. Atqui non conflagrauit arx scelestæ. Proinde palam est, te calumniatorem agere. DEM. Verum effosso ærario diues effectus es. TIM. Atqui non effossum isthuc, unde ne hæc quidem probabiliter abs te dicuntur. DEM. Verum effodietur posthac, sed tu interim omnia quæ in eo condita, possides. TIM. Alterā itaq; plagam accipe. DEM. Hei scapulis meis. TIM. Ne uociferare, alioqui & tertiam tibi illi dam. Etenim res planè ridicula mihi acciderit, si quum inermis duas Lacedæmoniorum acies fuderim, unū scelestum hominē non protriuero. Tum frustra uicerim in olympijs, &

& pugil & palaestrites. Sed quid hoc? An non philosophus Thrasyclus hic est: profectio ipse est, promissa barba, subductisq; supercilijs, & magnum quiddam secum murmurās accedit, Titanicum obtuens, cæsariem per scapulas fluentem uentilans, alter quidam Boreas, aut Triton, quales eos Zeus depinxit. Hic habitu frugalis, incesu moderatus, amictu modestus, mane mirum quàm multa de uirtute disserit, damnans eos qui uoluptate capiuntur, frugalitatem laudans: at ubi lotus ad cœnam uenit, puerq; ingentem illi calicem porrexit, meracior autem maxime gaudet: perinde ut Lethes aquam ebibens, à diuularijs illis disputationibus diuersissima quæ sint exhibet, dum milui instar præripit obsonia, & proximum cubito opposito arcens, mento interim condimētis opipletto, dum canum ritu ingurgitat, prono incumbens corpore: perinde atq; in patinis uirtutem inuenturū sese speret: dumq; usque adeo diligenter catinos extergit indice digito, ut ne paululum quidem reliquiarum sinat adhærere, nunquã non querulus, tanquam deteriore partem acceperit, uel si totam placentam, aut suam solus omnium accipiat, qui quidem edacitatis & insatiabilitatis est fructus, temulentus, uinoq; bacchatus, nō ad tantum modo, saltationemq; uerum ad conuiciū usq; & iracundiam. Ad hæc multus inter pocula sermo (tum enim uel maxime) de temperantia, sobrietateq; atque ista quidem loquitur, quum iam à mero male affectus ridicule balbutit. Accedit his deinde uomitus. Postremo sublatum eum de conuicio efferunt aliqui, ambabus manibus tibi cinæ inhærentem. Quamquam alioqui ne sobrius quidem ulli primariorum cesserit, uel mendacio, uel confidentia, uel auaricia. Quin & inter assentatores primas tenet, peierat promptissime, ante impoſtura, comitatur impudentia. In summa prorsus admirandum quoddam spectaculum est, omni ex parte exactum, uarieq; absolutum: proinde non euiabit clarius uidelicet quum sit modestus. Quid hoc? papa, tandem nobis Thrasyclus? THR. Non hoc animo ad te uenio Timon, quo pleriq; isti, qui nimirum opes admirant tuas, argenti, auri, opiparorum conuiuiorum adducti spe concurrunt, multaq; assentatio ne delinunt te, hominem uidelicet simplicem, facileq; impartientem id quod adest. Siquidem haud ignoras offam mihi in cœnam sat esse, tum opsonium suauissimum cape aut naturcium, aut si quando lubeat lautius epulari, pusillum salis. Porro potum sors Athenis nouè saliens uenis suppeditat. Tum pallium hoc quauis purpura potius. Nam aurum nihilo magis apud me in precio est quam calculi qui sunt in littoribus. Sed tua ipsius gratia huc me contuli, ut ne te subuerterit pessima ista atq; insidiosissima res opulentia: quippe quæ multis sæpenumero in medicabilium malorum extiterit causa. Etenim si me audies, potissimum opes uniuersas in mare præcipitabis, utpote quibus nihil sit opus bono uiro, quiq; philosophiæ possit opes perspicere. Ne tamen in altum obone, sed ferme ad pubem usq; ingressus, paulo ultra solum fluctibus opertum, me quidem uno spectante. Quod si hoc non uis, tute igitur eas potiore uia ex ædibus eijcito, ac ne obolum quidem tibi facias reliquum, uidelicet largiens ijs, quicunq; opus habent, huic quinq; drachmas, illi minam, alij talentum. Porro si qui erit philosophus, hunc æquum est duplam aut triplam ferre portionem: quamquam hoc quidem mihi non mea ipsius gratia postulo, sed quo amicis, si qui egebunt, donec: sat est si modo peram hanc largitione tua expleueris, ne duos quidem modios Aegineticos capientem. Nam paucis contentum, modestumq; conuenit esse eum qui philosophatur, neq; quicquam ultra peram cogitare. TIM. Equidem ista quæ dicis probo Thrasyclus: ergo si uidetur, priusquam peram expleam, age tibi caput opplebo tuberibus, posteaquam ligone sum mensus. THR. O libertas, o leges, pulsamur ab impurissimo libera in ciuitate? TIM. Quid stoma charis o bone Thrasyclus: num te defraudauit? Atqui adiciã ultra mensuram Chæonices quatuor: sed quid hoc negocij? Complures simul adueniunt. Blepsias ille, & Laches, & Gniphon, breuiter agmen eorum qui uapulabunt. Itaque quin ego in rupem hanc conscendo, ac ligonem quidem iam dudum fatigatum, paulisper interquiescere sinor? At ipse plurimis congestis saxis, procul eos lapidum grandine peto.

BLEPSIAS. Ne iace Timon, abimus enim. TIM. At uos quidem nec citra sanguinem, nec absq; uulneribus.

ERASMVS ROTEROD. RICHARDO

VVITFORDO BRITANNO, DOCTO ET
cum primis iucundo amico, S. P. D.

V M annis iam aliquot totus Græcicis in literis fuerim. Richarde charissime, nuper quo cum literis Latinis redirem in gratiam, Latine declamare cœpi, idq; impulsore Thoma Moro, cuius (uti scis) tanta est facundia, ut nihil non possit persuadere uel hosti: tanta autem hominē charitate complector, ut etiam si saltare me, restimq; ductare iubeat, sim non grauati obtemperaturus. Tractat ille idem argumentū, & ita tractat, ut nullus sit omnino locus, quem non excutiat eruatq;. Neq; enim arbitror (nisi me uehemens in illum fallit amor) unquam naturam finxisse ingenium hoc uno præsentius, promptius, oculatius, argutius, breuiterq; dotibus omnigenis absolutius. Accedit lingua ingenio par, tum morum mira festiuitas, salis plurimū, sed candidi duntaxat, ut nihil in eo desideres quod ad absolutum pertineat patronum. Quare non hoc animo laborem hūc suscepi, ut tantum artificem uel æquarem, uel uincerem, sed uti cum amico omnium dulcissimo, qui cum libenter soleo seria ludicraq; miscere, in hac ingeniorum palæstra quasi coluctarer: idq; feci eo libentius, quod magnopere cupiā hoc exercitij genus, quo nullum aliud magis frugiferum, in ludis nostris aliquādo instaurari. Neq; enim aliud esse in causa puto, quod hac nostra tempestate quum tam multi sint, qui scriptores eloquentissimos euoluant, tam pauci tamen existant, qui non infantissimi uideantur, si quando res oratoriam poposcerit. Quod si tum Ciceronis Fabijq; autoritatem, tum ueterum exemplū sequuti, q; *videtur melioris* diligenter à pueris exerceremur, non esset (opinor) tanta dicendi inopia, tam miseranda infantia, tam pudenda balbuties etiā in his qui literas oratorias publice profitentur. Nostram declamationē ita leges, ut eam me pauculis diebus luisse cogites, non scripsisse. Hortor autem ut & Moricam conferas, itaq; iudices, num quid in stilo sit discriminis inter hos, quos tu ingenio, moribus, affectibus, studijs usque adeo similes esse dicere solebas, ut negares ullos gemellos magis inter se similes reperiri posse. Vtrumq; certe ex æquo amas, utriq; uicissim ex æquo charus. Vale meum delictum Richarde festiuissime, Ruri, ad Calendas Maías, M D VI

TYRANNICIDA

ARGUMENTVM DECLAMATIONIS.

Quidam in arcem ascendit, uti tyrannum occideret, atq; ipsum quidem non reperit. uerum filium eius interemit, gladiumq; in uulnere reliquit. Adueniens tyrannus, ubi filium extinctum conspexit, eodem ense necem sibi consciscit. Is qui ascenderat, tyranniq; filium peremerat, præmium tanquam tyrannicida petit.

DECLAMATIO.



V M duos eodem die tyrannos occiderim iudices, alterum quidem ætate iam affecta, alterū æuo florentem, & ad scelerum successionem capessendam paratum, unicum tamen pro ambobus præmium petitū uenio, qui quidem unus omnium quotquot unquam tyrannicidæ fuerūt, unico uulnere duos maleficos fuerim amolitus, neciq; dederim, filium uidelicet ense, patrem indulgenti charitate qua filium adamabat. Itaq; tyrannus pro his quæ commisit, abūde magnas pœnas nobis pendit: quippe qui & uiuus aspexerit, filium prius morte sublatum, & quod est omnium maxime nouum, compulsus sit deniq; ipse sui tyrannicida fieri. At filius illius mea quidē manu peremptus est, cæterū occisus alteram ad cædem operā mihi suam cōmodauit, dum qui uiuo patri scelerum socius fuerat, eiusdem post mortē (quatenus licuit) extitit parricida. Ego itaq; sum is qui tyrannidē sustulisti, pariterq; mecum gladius, quo cuncta confecta sunt, meus: tamen cædis ordinē commutarim, ac morem modumq; nouarim conficiendi sceleratos: nempe hunc qui ualentior erat, ac sese defendere poterat, ipse perimens, porro senem soli gladio referuās. His igitur

igitur de causis et amplius quiddam à uobis me consequuturum arbitrabar, præmiatq; futurum, quæ numero æquaret eos qui essent interempti: utpote qui non præsentibus modo malis uos leuarim, uetum etiam futurorum formidine, quicq; stabilem pepererint libertatem, nullo relicto qui scelerum capessat successionē. Verum interim tantis rebus strenue peractis, in discrimen adducor, ne præmio fraudatus à uobis discedam, ac ne solus non feram mercedē, quam leges à me seruatae præstituunt. At qui cōtradicit, is mihi uidetur nō Reipub. studio (quemadmodū ait) hoc facere, sed quod extinctos esse illos grauius ferat, atq; eum qui illis mortis autor extitit, ulcisci conetur. Vos igitur iudices mihi paulisper attendite, dum tyrānidis mala tamen ipsi optime nostis, commemoro. Si quidem hoc pacto futurum est, ut & beneficii mei magnitudinem intelligatis, & ipsi plus capiat is uoluptatis, repurantes nimirum quibus sitis leuati malis. Neq; enim quemadmodum alijs quibusdam sæpenumero accidit, itidem & nos simplicem tyrānidem ac uicam seruitutem sustinebamus, nec unius domini uolentiam tolerabamus: uerum soli omnium quos similis habuit calamitas, duos pro uno tyrānos habebamus, & in geminas contumelias distrahebamur infelices. Porro senex multo erat moderatior, quippe ad iras lentior, ad supplicia segnior, & ad cupiditates tardior: utpote cui iam ætas uehementiam impetus cohereret, uoluptatumq; cupiditates refrenaret. Quin ad suscipienda maleficia filij instinctu nolens impelli ferebatur, ipse alioqui non admodum tyrānicus, nisi quod illi morem gerebat. Si quidem indulgens in filium supra quam credi queat erat, id quod re declarauit, ita ut filius illi esset omnia. Illi parebat, per uim faciebat quicquid ille iusserat: supplicio afficiebat quoscumq; præceperat, ac prorsus in omnibus illi obsequendabat. In summa, filius in patrem tyrannum quendam agebat, pater filij cupiditatum satelles erat. Tamen huic propter ætatem honorem cedebat adolecens, soloq; imperij nomine temperabat, tamen res & caput tyrānidis erat ipse. Et quāquam tutamentum præsidiumq; principatui ab illo mutaretur, scelerum tamen emolumentis solus fruebatur. Ille erat qui satellites continebat, qui custodias obtinebat, qui tyrānidem affertantes è medio tollebat, qui insidias formidabat, ille qui castrabat ephēbos, qui coniugia uiolabat, illi uirgines producebantur. Tum si quæ cædes, si qua exilia, si quæ pecuniarum expilationes, delationes, contumelias, ea omnia iuuenis temeritate gerebantur. Porro senex illi obsequabatur, comitemq; scelerum sese præbebat, ac comprobabat duntaxat filij sui flagitia. Itaq; quum ea res nobis erat intoleranda, propterea quod quum animi cupiditatibus ex imperio potestas accedit, nullum flagitij modum imponunt: tum illud in primis discrucia bat, quod prospiceremus diuturnam, uel æternam potius seruitutem eam futuram, & per successionem alij post alium domino tradendam Remp. populumq; homini scelesto hæreditatis instar obuenturū. Nam id alijs spem nō exiguā facit, quod apud sese reputant, quod inter se dicunt: at mox coerebitur, at mox demoretur, paulopost liberi sumus futuri. Verum de his nihil eiusmodi sperabatur, quin potius iam intuebamur paratum tyrānidis hæredem. Unde factum est, ut ne aggredi quidem quisquā fortium ciuiū, & qui eadē quæ ego animo statuisset, auderet. Sed desperabatur ab uniuersis libertas, atq; inexpugnabilis tyrānis uidebatur: quippe quū esset cum tam multis conflegendum ac dimicandū. At me nihil ista deteruerunt, neq; perpēsa negocij difficultate refugij, neq; ad suscipiendum discrimen trepidauit: uerū solus, solus inquam aduersus adeo ualidam uariamq; tyrānidē: uel non solus potius, sed gladio comite conscēdit: quippe qui mihi sit auxiliatus, mecumq; ex parte tyrannum interemerit, quum mors mihi interim ob oculos obuersabatur: at è diuerso perpendenti, quod publicam libertatem mea cæde redēpturus essem. Ergo ubi in primam irruissem custodiam, neq; medio cri negocij satellites submouissem: occidens interim, in quem incurrissem, & quicquid obliteret amolens, ad ipsum negocij caput ferebar, ad unicum tyrānidis robur, ad nostrarum calamitatum fontem, atq; irrupto arcis propugnaculo, quum uiderem illum fortiter tuentem sese, multisq; uulneribus resistentem, tamen occidi. Et iam tum erata tyrānis, iam tum mihi confectū facinus. Ex eo tēpore liberi omnes, nisi quod reliquus adhuc erat senex solus, iaermis, nudatus custodij: iamq; amisso magno illo suo satellite desertus, neq; deinde dignus forti dextra, Ibi nimirū mecum ipse iudices, hæc animo reputabam. Cuncta mihi pulchre habēt, cuncta confecta sunt, cuncta eò quò destinaram, Tom. I u perducta

perducta. At eum qui reliquus est, quo tandem modo poenas dare cōuenit? Me quidem meaq; dextera ne utiquam est dignus, præsertim si post splendidum facinus iuuenile atq; magnificum interimatur, priorē illam cædem dedecoraturus. Carnifex aliquis quærendus est illo dignus, uerum post calamitatem, ne uel hanc ipsam lucrifaciat: uideat, discrucietur, appositū habeat ensem, huic reliqua mando. Hæc ubi mecum statuissem, ipse quidē illinc discedo: at ille peregit id quod ego prædiuinaueram, tyrannum occidit, summamq; meæ imposuit fabule. Adsum igitur, popularem administrationem uobis adportās, eundisq; bono iam ut animo sint edicens, ac libertatem annuncians. Iam meis frui minifacis: uacua, sicut uidetis, sceleratis hominib; arx: imperat nemo, quin et magistratus creare liberum est, & causas agere, & ex legibus contradicere. Atq; hæc omnia uobis mea contigerunt opera, meaq; fortitudine, uidelicet ex una illa cæde, post quam pater iam uiuere non quibat. Aequum itaq; censo, ut his pro meritis debitum mihi à uobis præmiū donetur, non quod lucri auidus, aut fordidus quispiam sum, nec is qui mercedis gratia de patria benemereri statuerim: uerum quod præmio cupiam officia mea comprobari, neq; repudiari, aut inglorios fieri conatus meos, si uelut irriti præmioq; indigni iudicentur. At hic contradicit, negatq; æquum facere me, qui decorari munere, præmiūq; ferre cupiam. Neq; enim tyrannicidam esse me, neq; quicquam à me pro legis sententiā confectū esse, uerum facinori meo deesse quiddam, ad hoc ut præmiū postulem. Percontor igitur illum, quid præterea requiris à me? nonne uolui: nonne ascendi: nonne occidi: nonne libertatem peperit: num quis imperat: num quis iubet: num quis minuitur dominus: num quis nocentium manus effugit meas: haudquaquā dixeris, sed omnia plena pacis, omnes restitutæ leges, libertas manifesta, Democratia stabilis, inuiolata connubia, pueri tuti, uirgines absque periculo, publicamq; felicitatem solennibus feriis celebrat ciuitas. Quis igitur horum omnium autor: quis est qui illa sustulit: hæc peperit? Etenim si quisquā præ me dignus honore sit, cedam præmiū, desistam à petendo munere. Quod si solus omnia peregi, audens, periclitās, ascendēs, interimens, excrucias, alterū ultus in altero, quid mea calūniaris officia: quæ facis ut populus parū erga me gratus existat? At enim num occidisti tyrannū? Porro lex tyrannicidæ præmiū decernit. Verum dic mihi, nunquid interest utrum ipse interimas, an mortis causam ministras? Mea profecto sententiā, nihil: uerum hoc solū spectauit legis cōditor, libertatem, Democratia, sceleratorū sublationē. Huic honorē decreuit, hoc præmio dignum iudicauit, quod quidem inficiari nō potes, quin mea contigerit opera. Etenim si occidi eum, quo occiso, ille nō poterat uiuere, nimirum ipse cædē peregi, ego occidi, sed illius manu. Itaq; ne discepta de cædis modo, neq; illud expende quemadmodū interierit, uerum an iam perierit, & an quod perijt, id à me sit profectum. Quādo quidem & illud excussurus mihi uideris, atq; his aduersus bene de Repub. meritis calūnijs usurus, si quis non gladio, uerū lapide lignoq; uel alio quouis pacto peremerit. Quid porro si fame tyrannum obsedissem, ad mortis necessitatem compellens: num ibi quoq; requisiturus eras à me cædem, mea ipsius manu peractam? aut desiderari adhuc quiddam diceres, ad id ut legi factum à me satis uideatur: atque id quum scelestum acerbis etiam atq; atrocioris mortis genere trucidassem? Vnum hoc duntaxat spectā, hoc require, hoc excute. Quis nocentium reliquus? aut quæ metus expectatio: aut quod calamitatis uestigium? Quod si purgata omnia, si pacata, profecto syphophantia est, modum rei gestæ calūniantem præmio frustrari uelle, quod ijs quæ uirtute confecta sunt debeat. Equidem & illud meminī disertum in legibus, nisi forte propter diuinam seruitutem oblitus sum eorum quæ ab illis dicuntur. Causam mortis esse duplicem: puta, si quis ipse occidat: aut si nō ipse quidem occidit, neq; manu facinus peregit, uerum compulit, præbuitq; mortis occasionem. Ex æquo & hunc quoq; lex censet supplicio affici oportere, idq; iure optimo. Neq; enim statuit minus ualere oportere audaciam q; facinus: ac postea superuacaneum est cædis rationem uiamq; spectare. Deinde hunc qui sic occiderit, tanquam homicidam poenas oportere dare censebis, ac nequaquā absolendum esse. At me qui per omnia consimili modo Remp. iuui, nō censes ea capere oportere, quæ ijs debentur qui beneficio iuuerūt. Neq; enim illud dicere possis, me quidem imprudentē fecisse, sed exitū quendam cōmodum fortuito fuisse cōsequutū præter animi sententiā. Nā quid præterea iā formidasset, eo qui ualidior erat intercepto?

Quir

Quir autem gladium in uulnere reliquissem, nisi planē quod erat euenturum, id ipsum prædiuinaissem? Nisi forsan illud dices, hunc qui extinctus est, tyrannum non esse, neque hanc appellationem in illum competere: neq; uos multum præmijs hoc nomine, si ille fuisset occisus, decreturos fuisse. At qui istud dicere non queas: an tyranno intercepto, et qui cædis causam ministravit, præmiū negabis? O curiositatem, de illo laboras quo pacto interierit, quū interim libertate fruaris? Aut ab eo qui Democratia restituit, nescio quid superuacaneū præterea requiris? At qui lex (uti fateris) caput rei gestæ spectat. Quæ uero ad id conducunt, ea omnia missa facit, neq; iam ultra curiosus excutit. Quid enim, an si tyrannū exegerit quispiam, nō is iam tyrannicidæ præmiū cepisset? cepisset opinor, idq; iure optimo: si quidem & hic pro seruitute libertatem peperisset. At id quod à me patratum est, nō exilium habet, nō in posterum instaurandæ tyrannidis metum: uerum absolutam sublationem, totiusq; generis internitionem, omnemq; malum radicibus excisum. Et mihi per deos, iam ab initio ad finem usq; (si uidetur) rem totā perpendite, num quid eorum quæ ad leges pertinent sit prætermisum, & num quid in me desideretur ex his, quæ Tyrannicidæ oportebat adesse. Principio mentē prius oportet suppetere fortē, & amantem Reipub. quæq; pro communibus commodis periculum adire nō recuset, quæq; priuato suo interitu multitudinis incolumitatem ausit redimere. Num hac parte quicquam mihi defuit? Num frangebar animo? Num quum præscirem per quæ pericula mihi perpendendum esset, per ignauiam refugi? Profecto non potes dicere. In hac interim parte tantum cōmorare, atq; aestimare, an nō uel uoluisse tantum ista, ac statuisse, præclarum facinus futurum fuisse uideatur. Ac putato me solius animi, uoluntatisq; argumento præmiū postulare, tanquam qui beneficio iuuerit. Tum si uoluntati meæ facultas defuisset: uerum alius post me Tyrannū occidisset, dic mihi: num absurdum aut præter æquū fuerat dare præmiū? Minime. Si dicerem, ciues, uolui, statui, aggressus sum: uoluntatis experimentum dedi, solus dignus sum qui præmiū feram, Quid tum responsurus fueras? Nunc porro non hoc dico, sed insuper ascendi, periclitatus sum, atq; innumerabilia priusquam iuuenē occiderem, patraui. Neq; enim usq; adeo facilem, factūq; procliuē esse rem existimetis, custodias perumpere, satellites opprimere, unumq; hominē tam multos amoliri. Quin isthuc penē maximū est omnium quæ sunt in Tyrannicidio, totiusq; negotij caput. Nam ipse iam Tyrannus, non magna res est, neq; expugnata, neq; confectū difficultis: uerum ea quæ tumentur continētq; tyrannidem, quæ quidem si quis superarit, is nimirum cuncta quæ definauit, peregerit, & perpulillum est id quod superest. Sed ad tyrannos peruenire nunquā mihi contigisset, ni prius qui illum cingunt custodes oppresissem, omnesq; satellites ante debellassem. Nihil adhuc addo: uerum in his rursum immoror. Custodiam oppressi, satellites superauit: tyrannum incustoditum, inermem, nudum reddidi. Virum his rebus confectis, non tibi uideor honore dignus: an adhuc cædem ipsam à me requires? Quinetiā si cædem quæris, ne ea quidem desiderabitur. Non sum incruentus: uerum cædem peregi, magnam ac strenuam: nempe iuuenis ætate ac uiribus florētis, atq; omnibus formidandi, per quem ille ab insidijs erat tutus, cui uni fidebat, qui complurium satellitum instar erat. An non igitur, quæso te, præmio dignus uideor, sed tantis rebus gestis honore fraudabor? Quid enim si satellitē unū, atq; adeo quid si Tyranni ministrum quempiā interemissem? Quid si seruum aliquem charū: an non hoc quoq; magnum uisum fuisset, cōscendisse, mediāq; in arce, medijs in armis, aliquem e tyranni familiaribus iugulare? Nunc & hunc ipsum qui occisus est, cuiusmodi sit cōsidera. Filius erat Tyranni, uel Tyrannus potius crudelior, dominus intolerabilior, ad supplicia dirior, ad contumelias uiolentior, quodq; est maximum, hæres ac successor omnium, quicq; in longū nostras calamitates posset prorogare. Vin hoc solum mihi confectū esse? Ipsum uero Tyrannum uiuere adhuc, fuga ereptū: iam horum nomine præmiū postulo. Quid dicitis? Non dabitis? An non & illum uerebamini? An non dominus, an non grauis, an non intolerandus erat? Porro nunc negotij caput deniq; ipsum perpendite. Etenim quod hic à me requirit, hoc quam fieri potuit, pulcherrime confeci: Tyrannūq; aliena cæde occidit, non simpliciter, nec uulnere uno, id quod fuerat optatissimū illi, uidelicet tantorum facinorū sibi conscio, sed posteaq; illum prius multo dolore excarnificassem; tum quo nihil habebat charius, miserabiliter prostratū coram oculis ostendens:

Tom. 1

u 2

puta

puta filium in ipso æui flore, tametsi scelestum quidē illum, attamen & ætate uigenti, & patri similem, sanguine taboq; oppletum. Hæc nimirū sunt parentum uulnera, hū gladij uerorum tyrannicidarum, hæc mors digna crudelibus tyrannis, hæc ultio tātis sceleribus cōgruit. Cæterum protinus interire, protinus excidere sibi, neq; huiusmodi ullū spectare spectaculum, profectio nihil habet tyrannico supplicio dignum. Neq; enim ignorabam uir egregie, non ignorabam, inquā, neq; quenq; alium lauit, quanta ille charitate filii sit profectus, adeo ut illo extincto, ne paululum quidem temporis sibi in uita morādum esse fuerit ducturus. Atqui haud scio, an omnes patres hūc admodum affecti sint erga liberos: uerum hic etiā ultra reliquos habebat quiddā, idq; merito, quippe qui cōspiceret illum unicū esse qui curaret, seruaretq; Tyrannidem, quicq; solus pro patre pericula susciperet, & tutamen imperio adderet. Itaq; si non ob charitatem, certe ob rerum desperatōnem sciebam illum protinus exiturum ē uita; perpensurum enim, iam nihil esse quod uelut uiuere, adempto tutamine, quod illi filius ministrauerat. Nimirum effeci, ut hæc omnia illum agminatim circumfisterēt, forma, dolor, desperatio, formido, quicq; in posterum imminēbant metus: his aduersus illum auxilijs sum usus, atq; ad id extremum illum con silium adēgi. Interijt itaq; uobis orbus, ex cruciatus, plorans, lachrymans. Luxit luctum, non illum quidem diuturnum, uerum qui satis magnus esset patri. Postremo quod est omnium acerbissimum, ipse sibi necem conscituit, quod quidem mortis genus, præ cæteris miserrimū, multoq; atrocius, q̄ si per aliu inferat. Vbi mihi gladius: Num quis alius eum agnoscit: Num cuius alterius hoc gestamen erat: Quis eum in arcem adduxit: Ante tyrannū quis eo est usus: Quis eum ad illum misit: O ensis particeps, succellorq; meorum egregie factorū, post tanta pericula, post tantas cædes cōtemnimur, & indigni præmio iudicamur. Nam si huius tantum nomine præmiū à uobis postulare: si sic dicerem iudices: Tyrannus quum mori uellet, quū id temporis inermem se deprehēdisset, meus hic illi gladius inferuit, & ad consequendā libertatē auxiliō fuit uniuersis, hunc quoq; laude, præmioq; dignum iudicassetis. Porro domino tam popularis rei non gratiā retulissetis: Nonne inter eos qui de Repub. benemeriti sunt, scripsissetis: Nonne gladiū inter sacra monumenta consecrassetis: Non illum secundū deos uenerareminit: Nūc mihi considerate, quæ uerisimile est fecisse tyrannū, quæ dixisse, priusquā sibi mortem conscisceret. Quum iuuenis à me trucidaretur, ac multis etiam uulneribus cōfoderetur, idq; in his corporis partibus, quæ cōspiciæ magis, magisq; sint oculis obuiæ, uidelicet ut q̄ maxime discruciet eum, qui genuerat, quoq; primo statim conspectu perturbaret, miserabiliter in clamabat, parentem implorans non adiutorem, nec opitulatorem: quippe qui senex iam esset, atq; inualidus: uerum domesticarum cladūm spectatorē. Nam ego interrim discesseram, autor qui fueram totius tragœdiæ, relinquens actōri cadauer, scenā, gladium, reliqua quæ ad actum fabulæ pertinebant. At ille astans, ubi filiu conspexit, quem habebat unicū: semiuiuum, sanguinolentū, cæde conspersum, tum uulnera perpetua, plurima ac letalia, hunc ad modum exclamauit: O nate extincti sumus, interēpti sumus, tanq; Tyranni iugulati sumus. Vbi mactator: Cui me seruat: Cui me relinquit: qui quidem iam dudū propter occisum te filii sum extinctus, nisi forte me tanq; senem cōtemnit, ac lento supplicio me conficit: productiq; mihi mortē, redditq; mihi cædem longiorem. Atq; hæc loquutus, ensē quærebat. Nam ipse inermis erat, propterea quod per omnia filio fideret: uerū ne is quidem deerat, ut qui iam dudum fuerit à me paratus, atq; ad facinus futurum relictus. Euulso igitur ē cæde gladio, atq; ē uulnere exempto, ait: Dudū me occidisti, nunc sinē malis impone gladiē. Ades patri lugenti solamen, senilemq; manum & infelicem adiuua, iugula. Tyrannū occide, luctu libera: utinā prior in te incidissem, uti nam in cæde priorē occupassem locū. Occidissem quidem, sed tanq; tyrannus duntaxat, sed qui crederem mihi superesse ultorem: nunc autem tanq; orbus occumbō, nunc tanq; cui desit etiā mactator. Atq; hæc ubi diceret, gladiū adēgit, tremens neq; sat potens. Cui plebat quidē, uerum nō suppetebāt uires ad facinus exigēdū. Quot hic supplicia: Quot uulnera: Quot mortes: Quot tyrannicida: Quot præmia: Postremo spectastis omnes iuuenem dudum prostratū, nec exiguū profectio, neq; mediocriū uirtutum opus, ac senem huic circumfusum, atq; amborum sanguinem commixtū, libertatis illam & uictorialem uictimā, meiq; gladij facinora. At gladius ipse in medio amborum: declarans quā non indignum

indignum se domino prestitit: testansq; quod mihi fidam nauasset operam. Id si à me ipso fuisset patratum, minus fuerat futurum. Nunc autem illustrius est ipsa nouitate. Atq; ego quidem sum is, qui tyrannidem sustuli. Cæterum actio in multos est distributa, quæ admodum in fabulis fieri consueuit. Ac primas quidem partes egi ipse. Secundas autem filius. Porro tertias Tyrannus ipse. Nam gladius omnibus inferuit.

DECLAMATIO DES ERASMI ROTER

NON ILLA QUIDEM VERSA, SED QUAE SUPERIORI

declamationi è Luciano uersa respondeat.



i mihi causa hæc iudices, apud concionē popularem, quæ studijs potius, q̄ exacto rerum iudicio duci consueuit, esset agēda, ac non magis apud iudices ex honestissimis ordinibus delectos, nimirum grauisimos sapientissimosq;: nō nihil profectio uererer, ne omnium animis noua hæc & insperata lætitia gestientibus, atq; (ut ita dixerim) exultantibus, nec satis attētos, nec dociles essem auditores habiturus. Porro fauētes, beneuolosq; multo minus: quippe qui frōtem modo, quasiq; personā huius negocij intuentibus, nō faciem ipsam propius contemplantibus uideri fortasse possim, in cōmuni totius ciuitatis gaudio, tum aut in causa tam populari, uelut importunius obstreperere atq; obturbare. Enim uero quum omnis affectus inutilis est ad recte iudicādum, tum ingens, intemperās, atq; exundans lætitia, nō solum iudicium omne funditus tollere solet, uerum etiā nostri sensus nō raro nobis eripere: præsertim (si quemadmodū hæc nostra) post graues diuturnasq; calamitates, ac ueluti tempestatē fauissimā repēte præterq; spem, quasi portus quidā, fuerit obiecta. Quid aut tam acerbū liberæ multitudini, quā seruitus: Quid tam dulce, quid tam exoptatum, q̄ libertas: Itaq; nō rebus modo ipsis, sed uel inanibus harum rerum uocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc uelut estus quidam impotens, omnia sursum ac deorsum miscet, dum lætitię temulētia, dum gratulandi dulcis quædā ebrietas pectus occupās, animum ad cogitandū instituere nō sinit. Verū uestra iudices singularis sapiētia, perspicacitasq; nō hoc tantū scrupulo me leuat, uerum & hæc mihi fiduciam suppeditat, uti sperem futurum, ut hoc contradicēdi munus, quod equidē nec inuidētia, nec fauore in Tyrannidem (sicut iste calumniabatur) sed solita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate suscepi, uobis nō modo nō inuidiosum, sed fauorabile, plausibileq; uideatur. Etenim postquā uiderem manifesta quadam deorū beneuolentia, post diuturnam ac miserrimā illam seruitutem, toties Reip. uotis expetitā libertatem aliquādo contigisse, nihil prius curādum nobis esse iudicauit, q̄ ut gratos nos exhiberemus in eos, à quibus nobis tam egregia felicitas esset profecta: quo uidelicet munus suum huic urbi propriū, perpetuumq; facere uellent, & constabile, tueriq; quod largiri nō essent grauiti: meminissent usq; hōdem in manu esse, ut eriperent ingratū, quod optatibus dedissent. Sunt autem uel primæ gratitudinis partes, intelligere uidelicet, cui beneficiū acceptum ferre debeas. Et hac una ratione in mortales diuinæ beneficentiæ gratiam referre possumus: si beneficiū acceptum agnoscamus: si celebremus, si ad illos autores referamus. Neq; mihi committendum putauit, ut dum nimiu candidi in ciuem esse uolumus, in deos ingrati, impijque reperiamur. Neq; enim isthoc nomine nūc perinde laboratur, ne hoc præmiū pereat ærario, & huius lucris accrescat (quanq; id quoq; lōga iam Tyrannide exhaustius est, quā ut inde teme re dari præmia cōueniat immerētibus) illud agitur, ne dñi immortales qui huius male cōsulta nobis uerterūt bene, hoc tantū munus à nobis tanq; ingratū reposcāt, si quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominē cōtulerimus. At quæ hominē obsecror: Nempe qui quū priuatus contra leges iuuenē occiderit, atq; hac temeritate sua restitutæ libertatis periculosa occasione modo præbuerit, idē adeo imprudens (uti mox docebimus) non ueretur pulcherrimū Tyrannicidæ titulū dñs eripere, sibi arrogare: Reip. diem dicere, ac leges ipsas in ius uocare: ciuitatē ingratitudinis ream agere, nisi sibi totā hanc felicitatē ferat acceptā. Nullum quidem iudices facinus speciosius

Tyrannicidio, nullum diis dignius: uerū hoc impudētior, qui sibi laudem tam eximiam usurpat immeritus. Nullum præmium honestius illustriusq; quam quod Tyrannicidæ debetur. Sed hoc impensius accuratiusq; spectandum, ne temere decernatur indigno. Per multa siquidem, per multa ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam diuino præmio dignus quis esse uideatur: quorum nihil in hunc cōperere, paulo post eū cemus. Proinde quum nō tolerandæ improbitatis mihi uideatur, qui legibus tum homi- cidij, tum temeritatis pœnas debeat, eum à legibus præmium omnium maximū petere: pe- tere dixi, imō flagitare, ut etiā si unum ex huius arbitrio dependerint, tamen multa insu- per isti creditori sunt debituræ. Quæ cuncta quū postulare iure potuisset: maluit tamen homo uerecūdus, unico persoluto, reliqua sibi deberi: ut haberet nimirū, quod obnoxia Reip. quoties libido sit, possit improperare: Tum illud utrum risu potius, an odio di- guum existimem: quod in tribunalibus, quod apud ornatissimum seuerissimorum iudici- cum confessum, Thrasonem quendam nobis è comœdia retulit. Sensistis iudices, ut è co- rona plerique risum tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tragœdiam illam suam nobis recitabat: de sese terq; quaterq; Tyrannicida, de sapiente illo gladio commi- litone suo, qui per se prudens senem interemit: digno uidelicet, qui inter sydera colloce- tur, domino in deorum numerū relato. Diis boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis suum ornauit, iactauit, exaggerauit: quam militari iactantia, quam Stentorea uoce, quam fastuoso uultu, quam arrogantibus supercilijis, quam ita- pidis oculis, suum ipse uobis encomium detonabat. Quæ so iudices, ut etiā nunc homi- nis uultum diligenter attendatis: nōne uobis minitarī uidentur: nōne diceret ni mihi præmiū decreueritis, haud feretis impune, incolumi diuino illo meo, ac fortissimo gla- dio, qui uel sine me, meas uices ubi lubebit, acturus est. Quis tandem istam ferat iactan- tiam, uel in eo, qui uere Tyrannum occidisset: Hæc quoq; me causa iudices (neq; enim inficiandum est) commouit, ut huius obliuiscerem petitioni, uel magis, ut immoderatā ar- rogantiam, ut odiosam huius imputationē retunderem. Videbā iam inde ab initio, quum certatim uniuersa ciuitas diis libertatis autoribus grataretur, ut hic sese ira tumēs in me- dium ingesserit, q̄ indigne tulerit uictimas diis seruatoribus immolatas. Sibi hūc hono- rem eripi, sese unicum esse restitutæ libertatis autorem proclamabat, leges, aras, focos, or- nia publica, priuataq; sua dextræ, suo magifico gladio deberi. Agite quod futurum deniq; iudices auguramini, si ad huius intolerabilem iactantiam, uestra autoritas, uestra comprobatio, si præmium quasi pignus accesserit: Quid, nisi ut Tyranno submoto, alter quidam huic ciuitati paretur, qui uentosa lingua, gloriæq; quasi Tyrannidem quandam exerceat: Qui quotidie nobis odiosam istam suā Tragœdiā ingerat, quotidie dextram istam Herculanam, & gladiū prodigiosum minitetur: Vtrum est hoc iudices Tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videtis ipsi quā minaci frōte me iam obtueatur. Quid mihi sic censet? Quid minitaris oculis? Quid teres supercilio? An mihi nō licebit liber- tate in cōtradicens (tuo scilicet munere) uti, quū tu sic abutere qui liberum tibi putaris (id quod etiam in proscenio leges fieri uerant) crimen tam atrox, tam capitale in ciuē im- pingere, tantū quia libuit, idq; apud iudices iratos, in tam frequēti ciuium corona, quod nequeas uel leuissimo confirmare argumento. Si quidem quā reliqua gloriose, tam il- lud impudenter dicebas, mihi nullam fuisse causam, quare tibi contradicendi partes sus- ciperem, nisi quo Tyranni necem, quæ me discruciaret scilicet, ulciscerer. Quo quidem tuo exemplo si uicissim in te liberet uti, mox intelligeres, quā atrociam, quanto probabi- lius in te possint retorqueri. Nam tuū istud tam inuidiosum (quemadmodum tu quidem existimabas) conuiciū, me longe minus etiā territabat, quā (quod uulgo dicitur) ex- pelui reddidit fulgur. Etenim præter quā quod neq; affinitas, neq; cognatio, neq; neces- s- tudo, neq; emolumentum, neq; prorsus alia res ulla mihi cum Tyranno intercessit, quæ mea referret illum uiuere, sine quibus rebus nullam in quenquā criminis harere suspitio- nem tu quoq; scires, nisi nunq; tribunalia uidisses, ac nisi hodie demum te lucelli spes fe- cisset iureconsultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatē, pietatem, totamq; meā uitam sic huic Reip. spectatā esse, ut isto crimine tibi potius improbitatis odium, q̄ mihi suspitionē ullam conciliaris. Vides quā multis adductus sim causis, ut tibi obliuiscerē. De- niq; (si scire uis) bona ciuiū pars id à me inuicissimè flagitauit, ut sui patrociniū aduersum

te

te capefferem, negantes sibi uideri Tyrannide liberos sese, nisi te à Tyrannicidæ præmio deicerem. Nō quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tamen id quoq; durum, ei debere, qui sic imputet. Sed debere arroganti, sanè quā molestum est: at debere, cui non debeat, isthuc uero nō grauisimum modo, uerum etiam stultissimum. Equidem ne lenoni quidem uel uerbo refrager, si modo is promereatur: sed obnoxium esse tam im- portuno imputatori, tum qui nihil iuuerit, id uero bis miserum est, bis stultū est. Nullus enim insolētius exprobrat beneficiū, quā qui quod nō dedit, id uult dedisse uideri. Sed finge mihi nullam esse causam quæ tibi me opponerem, nisi quia sic animo lubitum sit meo, profecto nihil habes quod mihi iure succēseas. Etenim quū apud iudices tam san- ctos agatur: si uere præmium meruisti, non tibi honorem eripio, uerum etiam uehement- ter illustro, quādo non paulo magnificentius est tyrannicidæ præmium euicisse, q̄ tulisse. Sin minus, æquus uentiam dabis, si boni ciuis fungor officio, si nullo meo emolumēto Rempub. debiti præmij ream defendo, si stultitiæ crimen, si imprudentiæ infamiam à ci- uitate depello, si non sino, ut nostro omnium periculo hæc urbs in deos existat ingrata: Postremo si deorum immortalū causam ago, quibus honorem debitū tu conaris inter- uertere, ut uel hinc sat liqueat, quāta religione reliquam causam egeris, qui statim ingre- diens tam impudēter sis calumniatus. Contradicit, igitur contra Remp. fauet Tyranno. Quanquam ego illud quoq; liberæ ciuitatis esse iudico, hoc loco uel Tyrannorum causas citra fraudem agere licere. Neq; tamen à uobis postulo iudices, ut uel mihi proficit in cau- sa hoc meum erga Remp. studium, uel huic oblit tam insolens arrogantia: imō nō depre- cor inuidentiæ suspicionem, non refugio uel atrocissimam illam, quam iste mihi conaba- tur impingere, inuidiam, ut Tyranno fauisse uidear, nisi certioribus, quā ut à quoquam refelli possint, argumentis euinco, nisi demum & aduersario persuadeo, modo ne tergi- ueretur, ut quāmaxime ciuilliter quis agat, nullum ei deberi præmium: Sin exactius, seueriusq; pœnam etiā ab ipso deberi. Quæ quidem dum quā potest breuissimè fa- cio, quæso iudices, ut me attentis animis atq; auribus audiatis. Meministis iudices, ut iste inter dicēdum subinde nobis conatus sit ob oculos ponere, id unū spectare iusserit, quan- tis malis Tyrannide simus leuati. Hoc passim inculcabat, hæc re bonā orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere uoluit, nisi quod grauē seruitutem tolerassemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirū id tantum uos spectare uoluit, quod ad hoc iu- diciū nihil attinebat. Neq; enim hoc in quæstionem uenit, quā miserā sit Tyrannis, quā opranda libertas. Sed de illo cognoscitis iudices, quum libertas huic urbi sit resti- tuta, quanta hic laudis portio huius uirtuti debeatur, & an id quod euentu cū huius factio coniunctum est, idem cum eius merito coniunctum uideri oporteat. Relegam autem ea- dem uestigia, quibus ipse in causam ingressus est, quod equidem refellendi genus simpli- cissimum esse puto: sequarq; partes illas, quibus iste rem secuit, id nimirū agens, ut quæ- admodū ingeniosi conuiuatores isdem carnibus alio atq; alio modo coquendis, cōdien- disq; efficiunt, ut multa opsoniorum genera uideantur, itidem iste nobis ex unico homi- cidio multa faciat tyrannicidia. Repetā igitur ordine gradus illos, quibus iste facinus suū sibi uisus est mirifice attollere, & in quibus identidem restitabat. Quod si me deturbate, uel in uno quolibet consistere poterit: tum ipse sese uictorem pronūciat licebit. Quot ty- rannicidia, inquit, quot præmia? Primū quod uolui, deinde quod conatus sum. Tū autem quod filium occidi plusquam tyrannum. Postremo quod pater ob mortem huius sibi ne- cem consciiuit. Principio quod uoluit iudices, quis non leuius esse uideat, quā ut sit re- fellendum: nisi quod iste tanta uoce intonabat, toties inculcabat, quod tyrannū uoluisset occidere, atq; id (ut nihil iam accideret) tamē præmio dignū asseuerabat. Quid autē tam ridiculū, quā nudæ uoluntatis præmiū à lege flagitare? quæ adeo nihil ad se pertinere putat, quid uelint, aut in animo stuant homines, ut neq; pœnā irrogēt, si qd uelis modo perperā, neq; præmiū ostendāt, si quid officiose uelis: uerū id unūquēq; uoluisse interpre- tant, quod nulla ui coactus effecerit. Ergone, inquit, nō magna facti pars est uoluisse, qd quidē arduis in rebus uel solū sufficere solet? Recte sanè. Sed apud deos modo: quippe quibus solis perspicuū est quid nolis aut uelis, ab his præmiū expectandum, si quid præ- clarum animo cōceperis. Lex hominū uices agit, & quid in obscuris illis sinuosi cordis specubus mortales agitēt, adeo sua referre nihil putat: ut non dicā abdita aut suspiciosa,

u 4 sed

sed ne ea quidem admittat, quæ populari sunt opinione famaque iactata. Postremo ut non nisi comperta recipiat, non audiat nisi quæ sunt certissimis argumentis deprehensa, probata, euicta. Cedo quod est facinus tam nefarium, cuius simplex uoluntas in crimen unquam est uocata: ista iudicia Aeacii, Rhadamantiq; tribunalibus seruantur. Hic mihi non quid uolueris, sed quid feceris adfero. Quod si nulla lex ulli flagitio supplicium minatur quod in animo statueris, quæ tandem est impudentia, pro merito quod præstare uolueris duntaxat, perinde quasi præstiteris, à lege quasi præmium postulare? Quæ quidem quum ad id unum sit comparata, ut maleficia uel deterreat, uel coerceat, multoq; magis ad eius partes pertineat, nocentibus irrogare pœnam, quam bene meritis largiri præmia (id quod mox copiosius demonstrabimus) postea quæ in criminibus non accipit in simulatione meræ uoluntatis, quæso te, in petendis præmijs ostentationem uoluntatis admittet: Quis autem est ciuium uel quatumlibet ignauus, qui non uelit Tyrannum occidere, si tuto liceat? Quis non uel leno, saltè emolumentum causa uelit? Deniq; quis non facile simulare possit uoluisse se: uidelicet quo præmiũ gratis auferat? Vis itaq; dicæ, quatum hoc totum habeat momenti, uoluisse occidere? Nempe perinde est, quasi te somnariis occidisse. Par pari pensari conuenit. Qui præstitit beneficium, ei lex beneficium repedit: at qui bene uoluit tantum, ei quid debetur, nisi ut uicissim bene uelit Resp. In nunc, & hoc in gradum iube consistere. Rem tam eximiam, inquis, animo uersasti, statui, decreui: an præmium negabitur? Non fraudaberis præmio, si isthoc nomine postules: uerum illud interim præmiũ feres, uelut homo nimium perfrectæ frõctis, irrisus, explosus, exhibitus discedes, quem non puduerit id à lege postulare, quod ne leno quidem ausit à quoquam petere, ut rem pro uoluntate auferat, nemo tam uecors qui concedat, ut uoluntatem nescio quam, hoc est minus quam uerba precio redimat. At non uolui tantum, inquis: uerũ & periclitatus sum, ascendi, submouĩ satellites. Primum isthuc tu quidem cõsulte facis, quod de gradu illo desilisti, in quo nimis profecto incõmode stabas, quanquã ne in hoc quidẽ multo comodus consisteris. Nam etiã si paulo minus absurdũ uideatur, haud ita multo minus impudens tamen est, quum lex palam præmiũ decernat ei, qui factũ præstiterit, te quod conatus modo sis, præmiũ postulare. Ergo ne hoc quidem iuris erit apud te legibus, quod per illas est ciui priuato cum ciue priuato? Age quid si quis ciuium tecũ inisset contractum, ita ut ille pecuniã stipulatus, tu cõditione pactus esses, mirũ ni suo uterq; periculo, atq; is nondũ præstita cõditione, nummos his uerbis abs te petat: Cedo mercedẽ, conatus sum, tentauĩ, admissus sum: an nõ protinus impudenti homini respondebis? Cedo cõditionem? Nã de tuo conatu quid mea refert? quãdo quidem effectum abs te pactus sum, non conatũ. Puta totidem uerbis tibi nũc respondere legem? Agnosco contractum, non mutuo pacta: de beo præmiũ, sed si tu cõditionem præstitisti, si tyrannum occidisti. Verbis aut obligatur, aut absoluuntur homines. Si conato pollicita sum præmiũ, non grauior dare: sin ei qui facinus peregrisset, quod tandem ius est te ferre quod es stipulatus, me non ferre quod sum pacta. In priuatis ac minutis contractibus nemo tã improbus inuenitur, ut lucrum cõditione promissum postulet, nõ præstita cõditione, nemo tam stultus ut det, si quis postulet: & tu à Rep. maximum omnium præmiũ postulas, q; conatus modo sis: Nihil mihi nisi nugas adfers, donec illud unũ audia, quod te præstare oportebat. Volui, inquis, ascendi, perrupi custodias, submouĩ satellites, quatumlibet iã est illud quod superest: Quid adhuc desideras? Nempe nihil in te desidero præter illud, cui soli debebatur præmium. An non intellexisti in istiusmodi contractibus duplex esse periculum: quorum alterum ad hunc tãtum, alterum ad illum proprie pertineat: uidelicet persoluendæ mercedis, & præstendæ cõditionis. Ego meo periculo præmiũ dependendi onus recipio, neq; tua referre putes, neq; refert quam angusta mihi res, unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem cõditionem tuo suscipis periculo, neq; mea quicquam interest, quo sudore, quo periculo sit ea tibi præstanda. Totam istam curã, totum hoc negocium tibi relinquo. Quod si ego iam præstita abs te cõditione, cõmemorem tibi in agris meis male prouenisse segetes, merces naufragio perisse, nihil auelli à malis debitoribus, nõ sine graui dispendio cõsari posse pecuniã, quam tibi debeã, dic obsecro, nõne nugas agere me dices, negãs horum quicquã ad te pertinere? Hoc uno modo posse satisfieri tibi, si pecunia numeretur. Neq; quicquam est iudex tam iniuquus, quin te tuo uti iure fateatur.

Et

Et mihi pulchre satisfactum existimas, si tu mihi tragœdiam adferas, quantum adieris periculi, quantum sudorum, quantum uigiliarum exhauseris, dum studes præstare cõditionem? Res est (mihi crede) calumniosior, scrupulosiorq; q; ut legibus tam occupatis conueniat, alienã expendere uoluntatem, alienos periculis conatus: quorum suos quisq; nimio solet aestimare, non suos difficile est adamusim perpedere. At facti, facili est aestimatio. Proinde ea in legis cognitione cadit: hinc reliqua omnia cõsueuit metiri. Tamen nõ piget interdum æqui boniq; ratione habere. Verum in his litibus, quæ de uetere illa formula pendunt, inter honos bene agere oportet: at in contractibus, quæ neq; ui, neq; do lo coierunt, quid est quod à prescripto recedatur, nisi quis uelit omnino à pactis discedere: Quid uis? Circumspice, & si potes usquam inuenire exemplum, non nego præmium. Sæpenumero in pugilum Olympicis, sæpe in certamine spectator (opinor) sedisti. Cedo, num quãdo uidisti quenquã tam impudentem, qui palmã sibi hoc nomine uendicaret, quod strenue certasset? Nõ arbitror, atq; id in re penè ludicra, certe ad uoluptatẽ comparata. Et tu in tam serio, omniumq; splendidissimo negotio, id tibi postulas, quod in scenis illis pudeat uel impudētissimũ tentare? Age quoties & illud uidisti euenire, ut qui sese fortissime, doctissimeq; gessisset in cursu, is à præmio longissime abesset, & ignauissimò faueret euentus? Habeat ille sanè quod causetur, excidisse habenas, cõsternatũ equũ, fractam rotã, iactet se uel arte, uel utribus tanto præcellentiorem, quãto Therfita præstitit Achilles, nisi metã prior attigerit, profecto postulandi præmiũ nullum habebit, for unam suã incusare licebit. Ceterũ Agonothetæ nõ indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen descenderit, ut eius uteretur cõditione, id est, ita demum præmiũ ferret, si uirtuti fortuna fauente uicisset. Alioqui si conatũ, nõ tantum effectũ præmium deberetur, tot palmis esset opus, quot in Olympicum certamen uenissent. Quanquã in huiusmodi ludis, qui solẽnitatis, uoluptatisq; gratia proponuntur, sit interdũ ut uictis quoq; præmia statuuntur, nõ honoris, sed solatiũ gratia: uerum serijs in rebus atq; adeo periculosis, quænam obsecro lex unquã mercedem statuit, nisi si quis facinus peregrisset: & ita peregrisset ut omneis numeros impleat? A quo tu quantum ab sis, mox audies: nam nunc de conatu tantũ agimus. Lex igitur ciuicam promittit coronam ei, qui ciuem in bello seruarit. Quis unquam ad hũc honorem uel aspirauit, quod se telis obiecerit, quod nõ sine multis uulneribus discesserit? Profecto nisi ciue seruato, nemo ciuicã petit. Quis unquã his uerbis muralem petijt. Acriter contendit iudices, ut mœnia superarem. Omnia feci, sed depulsus sum. Quantumlibet enisus sit, nisi conscenso muro, nemo tam inuerecudus ut muralem coronam sibi deberi dicat. Obsidionalem nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Postremo nullus honos petitur, nisi ab eo qui id effecerit, ad quod honor inuitat. Qui nauim in tempestate desertam, ad littus perduxerit, huic ex lege uendicatio est earum rerum, quæ nauĩ uehebantur. Quorsum attinet hic tuam iactare peritiam, sudores, pericula, conatus? Nihil nõ feceris, quo nauem in tutum reduceres, sed uictus tempestate deseruisti, audebis quicquam ex his quæ sunt in nauĩ, tibi uendicare? Aut si ausis, futurum speras, ut quicquam te uel pilum sinat attingere? Non opinor. Si quis unquã ouationem, supplicationem, triumphũ obtinuit, quod ad uictoriam omnibus neruis esset enisus, quod gnauiter se gesserit in bello, nisi superior discesserit, nisi prescriptum à lege numerum hostium fuderit, aude & tu tibi præmium promittere quod tyrannicidũ sis aggressus. Quod si nemini hominũ memoria contigit, desine tibi noua spe blandiri, desine inaudito exemplo postulare, quod sperare sit improbissimum, dare postulanti stultissimum. Noli nobis cõmemorare, quãto capitis periculo murum arcis conscenderis, qua uirtute satellitum Tyrannicum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ præmium, duobus duntaxat uerbis est opus, Tyrannum occidi. Quantumuis conatum exaggeres, alleues, attollas, non nisi tyrannicidæ debetur præmium. Alioqui quid dices si eodẽ illo die, quo tu arcem conscendisti, permulti pariter aggressi, sua quisq; uirtute freti: quorum nemo tamen tyrannũ interemisset: utrum omnes tyrannicidæ præmio potentur ex æquo, nõpe quia conati? Age quid si multis strenue rem aggressis, uni cuiquam qui sit omnium ignauissimus (ut nõ semper uirtuti respõdet fortuna) eũ cõtingat interficere, an nõ præteritis reliq; hic unus honore auferet? Quãobrem tandem? Nõ quia plus adierit periculi, sed quoniam

quonia id confecit, cui lex honorē decreuit. Hic tu fortasse rursus incipies deplorare, frustra sumptam operam, negabis aequū esse uirtutis egregios conatus merito fraudari praemio, nisi fortunae suffragio adiuuentur. Sed quae tandē potest esse iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit aequissimam, quisquis suapte sponte recipit. In alex ludo (si fas est hoc exemplum conferre) quid iniquius, quam uel summū artificem ab imperitissimo su perari, si modo iactus commode cadat. Atque id adeo nemo tanquam iniquum cauetur: propterea quod cui lus huius lex non probatur, ei liberum erat non suscipere. Itaque lex quid praestari uelit, id palam atque in medio proponit. Quid abs te praestari possit, id tibi relinquit expēdendum. Illa nihil mauult, quam ut res quam optime cadat: quod si postea quam nihil iam intentatum reliqueris, quo minus effeceris, per fortunam stetit, intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi succēdeas. Fortunam, si ita lubet, in ius uoca, cum lege nihil tibi rei: quae ut nihil promittit, ita nihil debet, nisi praestanti. Neque uero existimemus iudices, istud a maioribus qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse factum, ut conato praemium non esse statuendum putarint: uidelicet illud cauerunt, non tantum ne ancipites istas & inexplicabiles huiusmodi de conatu lites inuiterent, uerum etiam quod intelligerent tyranniciū conatum, non posse, nisi summo ciuitatis periculo suscipi. Vnde futurum prospiciebant, ut si conatū praemii statuissent, temeritate conatum Respublicae subuerteretur potius quam restitueretur. Etenim tyrānis quid aliud est quam graue capitaleque ciuitatis huiusmodi: huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam ita demum ferat, si remedium praesentaneum attulerit. Verū huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua diligentia peritiāque fretus, non sinat hoc licere fortunae, ut dum ipse salutem dare conatur, illa uitā penitus eripiat. Quid utrum tu igitur in eiusmodi discrimine conatum praemio iudicas inuitandum esse: an potius poena deterrendū, nisi quod conatus est quispiam, idem praestiterit? Nec illud te subleuat, quod mihi uidebare ratiocinando colligere, quum lex in maleficiis poenam irroget simplici sceleris molitioni, par esse ut multo magis in beneficiis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propensiorē uideri ad compēsandam uirtutē, quam ad retaliandam culpam. Atque uide quam hic tota erras uia. Principio non animaduertis hoc tyranniciū facinus toto genere a reliquis discedere, propterea quod aliorum molitione cum priuato molientis periculo modo coniuncta est: huius cum publico Reipublicae discrimine copulata, ut temere moliri tyranniciū nihil aliud sit quam temeritate priuata rem omnium prodere. Deinde lex nec in quouis crimine, nec qualemcumque conatū in quaestione uenire sinit, uerū in paucis duntaxat, quae uel propter insignem atrocitatē hoc odij merentur, uel eiusmodi sunt, ut prius exitium adferant, quam conatus dent significationem: quod genus parricidii, ueneficii, proditionis. Postremo non uides nihil esse simile, totaque natura rationeque discrepare, poenae legitimā irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legi munus, alterum quasi quaedam de iure concessio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes quam multa sint quae lex iubeat, addita poena ni pareas: quam multa item uetet, nisi obtemperaris supplicium minitās: contra, uix unum atque alterum esse, ad quae praemio sollicitet. Quaedam enim eiusmodi sunt, ut durum ac seruire uideatur ad ea metu mali adigere: quo de genere sunt, uxorē ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum urbanus ac uerecundius tecum agit, patris non magistratus sumit habitum, praecio ad id inuitat, quod alio qui gratuito te praestare decebat. Rursus alia tamen si id genus sunt, ut a quouis non improbo ciue praestari uel le oporteat, tamen & fortiora uidentur, quam ut a multis praestari queant: & periculosiora, quam ut multi uelint suscipere: nam inhumanum uidetur cuiquam uitae suae contemptum imperare: ad haec igitur praemio animat, quasi calcar addit uirtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quam ad quae femel ipsa astringit. Nec mirandum est si attentior, si uigilantior, si exactior est in proprio naturali que minere suo, quam in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic assipulatur illud, quod nouis etiam criminibus exemplū, aut nouū noua lege solet institui, aut a simili lege mutuo sumi. Neque tamē idem fieri consueuit, si quis quid noui facinoris cum laude patrauit, ut praemium a simili constitutione decernatur, nisi lex extet, quae nominatim honorem

norem statuat eius factio, quod roget, uix habebit: quod postulet, haudquaquam. Quir enim legi necesse sit passim cuius suorum officium mercede redimere? quando quidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autē est quod non uel gratus patriae debeat ciuis: cui si uel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Ut supplicio dignus sis, nisi parēti pietatis officium perfoluas, non praemium ilico tibi debeatur, si perfoluas, itidē, si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illa tibi praemium debetur sint, si quid cum officio feceris. Nam si ciues omnes sese in officio continerent, ne opus quidē esset ullis legibus: quippe quae non ad bonos mores comparata, sed malis e moribus natae sunt, id quod uere uulgo dicunt, ac pharmaci uice fungatur. Finge itaque nullas esse leges, quaedam de aureo Saturni seculo fabulatur poetae: suo quocumque sponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex praemium decernat? Uel lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis ciuibus. Quorsum enim opus promisso, quod uirtus ab soluta abūde seipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profectio plus quam impudentissimum est: improbe flagitare quod ea candide ciuilitate promiserit, ciuis est probitatis non satis spectatae. Tu quid merueris, paulo post excutietur: interim finge sanē praecipuam quandam utilitatē attulisse, cui tamen ex lege praemium non debeatur. Vtrum protinus clamitabis in frugiferū fuisse officium, ciuitatem in ius uocabis, plebē ingratae uociferabere, minitabere iudicibus, nisi tibi mercedē ex animi tui sententia decernat? An potius ipsam uirtutē abunde magnum sui praemium iudicabis? Oblectabis te conscientia recti. Hunc esse maximū fructum officij duces, quod de alijs citra tuū emolumentū benemerendo ad deorum benignitatem uidearis accedere: Nimirum haec tibi futura sunt satis, si modo ciuis sis optimus. Quod si non contētus istis, aliud adhuc nescio quod praemium desideres, certe maximo proximū est gloria: hoc tu iam propemodum tulisti. Quanto metiris precio, uolitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te coniectos circumferre? Ista, inquam, uel maxima praemij pars: nam pecunia sanē quae exiguum momentū adfert. Tu conatus duntaxat es, permagna portio, uel caput potius ipsum tuo deest facinori. At quum interim his rebus frueris, dum non occiso tyranno, tamen uelut tyrannicida celebraris, quae te, quantula pars abest a tuo praemio quod laurus eras, etiam si tyrannum occidisses? Postremo isthuc ipsum praemium, penē dixerim, inuidendū mihi uidetur, quod iam tibi licuit toties Reipublicae tyrannicidium imputare, quod in celebri iudicio tibi contigit honestissimum praemium flagitare, & in tam frequēti theatro spectante Republicae magnificā istam tuam tragediā peragere. Mihi uidetur iudices, beneficij tulisse gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunae, tu deorum munus imputas ciuitati, & sunt fortassis qui tibi libertatem acceptam ferant. An haec tanta praemia contemnis: quae uel uero tyrannicidae sufficere debuerāt, nisi lex maluisset praemio conatum ab effectu distinguere. Quamquam nullum me hercle praemium magis congruit ei, qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, quam ut illi contingat tyrannicidae praemium sperare, nec ferre tamen. Hicne erat ille gradus, in quo nos tecum commorari iubebas? Quamquam hoc nomine tuus conatus minus promeretur praemium, quod aliorum proposito fortuna modo defuit, tibi uoluntas, ut ais. Effecisti quod uoluisti: id quod erat necesse, nec fecisti, nec uoluisti. Sed tam dudum alium gradum (ut uideo) circumspectas, in quem te recipias: nam in hoc quam citra omnem praemij spem consistas, intelligis. Age sequemur te per omnia, & aliunde alio fugitante persequemur, nec usquam sine mus consistere. Atqui non tantum aggressus sum inquis, uerum etiam occidi, nempe filium, atque id facinus in duo secas tyrannicidia, & quod filium sustuleris plusquam tyrannum, tum tyrannidis successorem: & quod parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De illo mox, nunc hoc cuiusmodi sit inspiciamus. Parentem ais abs te, iugulato filio, eadem occisum opera: negas enim referre, qua uia peremeris, modo sustuleris: imò splendidius istuc uideri uis, quod tuo quidem ense, uerū ipsius dextera sit interemptus. Haec tam honesta iudices oratio possit parū attentū fallere, praesertim hoc rem fucis illis suis & phaleris uenditante, dum nobis ob oculos ponit ualidum illum florētemque iuuenem, sic patri adamatum, crebris uulneribus confossum: parētem senem miserū, illi circumfusum, eodē exanimatum ense, sanguinem utriusque inter se confusum. Ista quidem dictu splendida, sed

sed quid ad tuam causam attinent? Nemo tam cæcus qui non uideat, nemo tam effrons qui neget, spectaculum illud multo omnium iucundissimū extitisse ciuitati, quum senem tyrannum iuueni uideret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet sese leuatum malis præteritis, in altero futurorum metu. Hæc quæ per se maxima, quum Reipub. sint gratissima, quid attinet uerbis exaggerare? Illud unum in hoc iudicio uertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat, quod pater sine controuersia tyrannus occisus est, an fortunæ superumq; dexteritati. Quod enim tuo gladio peremptus est, id uero quàm est futile nihilq;. Quid si tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogasset, tyrannus esset necatus, num tu protinus tyrannicidæ præmiū petendum uenires? Lex occisori pollicetur honorem, tu eum iugulasti, de quo certe controuersum esse poterat, tyranni nomine censendus esset necne, eum de quo nihil erat dubitationis reliquisti. Si prudens, prudēs excidisti à præmio: sin metu, multo minus etiam causæ est postulandi muneris. Verum illud tute uehementer urgebas, uti prudens uolensq; reliquisse uiderere. Sed quod tandem erat istud tuum cōsiliū, quum tibi sic in manu esset, non toto metu liberare Rempub. sed ultorem tui facinoris, & uerum certumq; tyrannum relinquere: intelligebas (ut ais) omne negocium confectum extinctio iuuenis, propterea quod modis omnibus futurum præcires, ut senex illico sibi met eodem gladio necem cōscisceret. Videte iudices, in manifestissimo mēdacio qua rima conatur elabi: nisi diuinandi scientiam commētus fuisset, non poterat hinc explicare sese. Si quidem hæc uel augur, uel haruspex, uel uates diceret, fortasse nonnullos inuenires qui ista prædicanti fidē essent habituri. Nunc quid impudentius: quid uanius: quid ueri dissimilius: quàm asseuerare, id certū præcisse te, quod tale sit ut quiuis alius exitus potius fuerit expectandus? An coniecturis es assequutus id euenturum quod euenit? At quid aliud effici coniecturis poterat, nisi ut uel sperares, uel suspicareris? Porro in re tam ancipiti, quæ dementia erat spem incertam sequi, di scrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro certas illas cōiecturas, quibus hic non ster uates præsentit inopinatum omnibus exitum. Iam ætate fessus erat, inquis, iam uitibus defectus, nec obtineri iam autumabat posse tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quàm ut filio uellet esse superstes. Nonne sentis hæc adeo non esse naturæ rerum consentanea, ut iam omnibus uideantur esse confutata, uel priusq; refellantur? Vtrum senī mentē ullam fuisse putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit ut illi tutum uideretur, quod neutiquam erat tutum, atq; ita protinus toto falleris augurio: sin putas sapuisse, quæ erat quod usq; adeo diffideret? Quasi uero tyrannus uiribus duntaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, uersutia, calliditate, largitione, crudelitateq; contineatur: quæ omnia si magis in senem quàm in adolescentem competunt, quæ tu in diuersum torques augurium? An non illa ætas usu rerum callentior est? an non alitius dissimulat? an non cauet diligentius? an non prospicit oculatius? irascitur implacabilius? tenacius iniuriæ meminit? meliusq; in longinquū consulit? His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In militia dūce quantulum est illud momentum, quod corporis uires adferunt? at in tyrannide profectio multo minus. Cur magis illum terreter ademptus filius, q̄ extinctus satelles quispiam audacior? quum arx superesset approbe munita, superessent opes, arma, satellitum ingens agmen, tot in ciuitate factiosi potentesq;, qui non solum tyranni partes adiuuabant, uerum etiam tyrannos agebant: quos equidem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen senectia callidum, animosum, ambitiosum, non stultum, una filij mors consternauit, ut rebus desperatis protinus è uita sibi migrandum duxerit? præsertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, sed multo inuidiosorem, idq; ob libidinem, atq; ætatis insolentiam temeritatemq;, adeo ut expedierit propemodum illi ad stabilēdam tyrannidem filium è medio tolli. Etenim quo propius ad iusti regni speciē accesserit tyrannus, hoc minus est inuidiæ obnoxia, magisq; tuta. Iuuenis ille solū hoc augebat, quod maxime tyrannos solet euertere. Vera illa tyrannidis munimenta in callidi senis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, q̄ ut defuncto posset superesse. De matercula quapiam priuata loqueris, an de uiro sene, callido, crudeli, deniq; tyranno? Quid ego iudices in eo sermone argumentis coarguendo sumam operam, quem ipsa natura,

quem

quem mos, quem communis omnium sensus repudiat? Quis unquam isthuc audiuit? tyrannum usq; adeo pio in liberos fuisse animo, ut non dicam commori uoluerit, sed cōui uere cōmode quiuerit? Credite mihi, priuatorū isti sunt affectus, Tyrannus neq; quid natura, neq; quid pietas, neq; omnino quid sit officium nouit. Exiit hæc omnia, simul atq; tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui uel deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nōdum expedit, aut quorum opera ministerioq; ad fulciendum imperium indiget. Quod si uollos ille posset amare, similes certe sui diligeret, impios, uiolētos, rapaces, scelestos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum similitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi quatenus adiuuant, adeo ut præposterum, uel peruersum potius quendam Stoicum tyrannum exprimat. Neq; enim quisquam tam Stoicus fuit, ut æque uacari omnibus affectibus atq; tyrannus: hoc modo illos discernit, quod philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit, qui in patriam uitæ parentem altricemq;, qui in cœlites omnium honorum autores tam sit impius, ut illam crudelissima opprimat seruitute, horū phana despoliet, iura contemnat? Verum ut largiamur tibi non nihil, sinamusq; te priuatos affectus in tyrannicum pectus, hoc est, ignem in flumen transferre, an tandem persuadabis illud, usq; adeo indulgenter illum adamasse filium, usq; adeo in eum omnes uitæ suæ spes, uoluptates, opesq; semel contulisse, ut illo sublato, ne minimam quidem uitæ causam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac ciuitate, uerum ex uniuerso mortalium genere: nō ex hoc seculo, sed ab orbe condito, & ab ipso (si uis) Promethei simulacro. Quotus quisq; fuit pater, quota quæq; matercula, quæ ob liberorum necem sibi fatum accersuerit? Naturalis hic dolor, & quem nemo ferè non modeste ferat. Priuatis parentibus uel indulgentissimis, multiercularum intemperatissimis affectibus mediocrius luctus sufficit, tyranni in filium charitati non nisi solam mortem fati facturam esse tu Lynceus præuidebas? Age, hoc quoq; tibi donamus, uicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pietatem, uicerit indulgentes materculas omnes, qui tibi compertū esse potuit, utrū se dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in desperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut senex natura ferus, ciuibus infestus, uel maxime uellet esse superstes, uel ob id deniq; quo ueterem illā irā, tunc filij nece acer rime exasperatā irritatamq; Reip. supplicij saturaret. Quod si aliās uitæ pertaxum fuisset, hæc nimirū una causa poterat illū in uita retinere. Quid aut senili animo uindictæ cupidius? An nescis q̄ impotētes ætas illa cōcipiat impetus, quo rapiatur æstu, quo flagrare soleat incendio, si quādo atroci insigniq; contumelia laçessatur? Quæ uero potuit esse atrocior, q̄ filij cædes sic amat, ut tu quidem ais? Hæc nimirū quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid sæuitiæ, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorū fames, deniq; si quid tyrannicū, id omne semel de integro poterat excitare qualisq; renouare. Mitiora etiā animalia, datæ orbitatis iniuria, in rabiē solet agere, & tu in tyranno (quo nullū animal immitius) nihil tale metuendū esse certissimus augur existimasti, quod in Tigris uidemus euenire? Quod si tibi uni compertū erat tyranno sic in delicijs esse filij, quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi ut sæuissima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem uersa, in miserā hanc ciuitatem dilaniandā discerpēdāq; insiliret? Id si non euenit magna dijs gratia, tibi magnū debetur malum: qui quantū ad te pertinet, tam diu ram beluam in nostra capita fortunascq; immiseris. Elige nunc utrum malis, an uerū fati, nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus cōmune, an confingere sic adamasse, ut matercularum quoq; uicerit delicijs. Certe neutro modo tua constabit diuinatio: quæ nisi constiterit, non est quod ad eius rei laudem aspices, quæ fortunæ commoditate te imprudente euenit. Postremo donemus & hoc tibi, ut præciteris, & certum præciteris, deo uidelicet quopiam te certiolem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non præciteris, quum præciteris istius fidem legi facere non possis. Profer quibus prædixeris id euenturum quod euenit: doce quis deorum quando isthuc tibi prænunciari, nihil habes quod dicas. Verum posteaquā rem feliciter euenisse uideres, tum demum post factum uates esse cœpisti, quemadmodū uulgo tum fieri, tum dici consueuit, post euentū stultos etiā sapere: & quo fortunæ beneficiū uerbis in te trāsmoueres,

Tom. I

x

tragœdiam

tragœdiam istam nobis comminisci coepisti, causas reperisti, quibus præcisse uideretur. Sed dii boni, quam non bonum poetam te prestitisti, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia finxeris, scruisimum tyrannum ob pietatem erga filium ultro uitam fugisse: ob unius capitis necem tutum sibi non putasse in uita commorari, quum omnia superessent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, sublato eo in quo omne tyrānidis præsidium collocat, repente rebus suis diffusum ad inferos abiisse. Age, mitto nunc argumenta, hæc omnia uera, non ficta credemus esse, tamen ne fucum quidem ullum habet ueri, si mihi ex omni hominum memoria uel unum tyrannum potes nominare, qui liberos suos sic adamarit, ut non spadones ac pallacas longe prætulit: qui sic illis indulserit, ut non suspectos haberet obseruaretque: qui sic illis sit filius, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac seruis stigmaticis plus quam in illis fiducia posuerit. Ego tibi permultos referre possim, qui filios sic oderint, ut uiuos esse pati non possent: adeo metuerint, ut ne cibum quidem unam capere uellent: adeo diffiderent, ut tum demum se tutos esse putarent, si quis illos e medio submouisset. Nullus inutilior tyrāni fatelles quam filius. Ex extrema barbarie cōducitios mauult ille sicarios, fugitiuos, homicidas, sacrilegos: his uitā suam mauult committere, qui sua patria frui non possint, & alienā euertere gaudeat, qui barbaricis ferinisque uiribus antecellant, & gigantes illos impios referant, qui propter animi cupiditatem non difficile ad quiduis periculi suscipiendum perducuntur, & propter ingenij feritatem a nullo facinore abhorret. Hi sunt idonei tyrānorum ministri, hi fiducia, munimentum, præsidiumque tyrānidis multo tutissimum: hos si quis ademerit, causam uideatur dedisse, quor rebus tyrānus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum sustinebat: Aetate: ut utilior aetas grandior. Robore: unus erat. Prudētia: magis sapit senectū. Custodijs quas obtinebat: at si aduersus patrem obtinebat, mors illius seni etiam optanda. Si patris nomine, quid nisi unus fatelles ademptus erat: Nam custodie quod deficerent, nisi ad eum cui aiebantur: Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyrāno suspecta, filius uiolentus & insolens, propterea quod reliqui illi Barbari solo lucro contenti sunt. Filius illud præmium spectat, tyrānidis successiōnem. Nec ullus pietati locus ubi mentem possidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, et patris interitum optat filius. Sed dicturis iam dudum nescio quid mane, præfensi, nihil in expugnatum omittam, urges, Nisi præter modum adamauit filium, nisi diffusus est, quor tibi mortem consciiuit: Isthuc uero merito demirandum, quippe quod præter omnium, ac tuam etiam spem euenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi dii in mentem immiserint, ut tibi uim adferret: hoc tantum euincere sat est, te nullis cōiecturis huc exitum certo præscire potuisse, quantum libet amarit filium: tamen causa non admodum obscura. Iam deorum si qui fuerit huic infensi Reip. iras diuturna nostra calamitas satiauerat. Iam propitios nostra uota, nostra sacra commouerāt: aderat illud fatale tempus, quum impius ille senex dijs atque hominibus dignas admissorum poenas daturus erat. Iam aderāt ultrices Erynnes, aderant Furia, facibus & hydris omnibus armata: hæc illi mentem ademerunt, hæc uanam formidinem incusserūt, hæc attonitum ad spontaneam sui cædem impulerūt. Nihil minus arbitrabatur, quod fugisse qui filium peremerat, quam una cæde contentum fore: qua quidem una in re iure potes gloriari, quod tyrānum uehementer fefelleris. Virum esse putabat, qui hoc facinus peregrisset. Credebat esse talem, quales audierat esse solere tyrānos, qui magno suæ uitæ cōtempitu, tyranni caput impeterēt: qui non adorirentur facinus, nisi ratione probe perspecta, qua possent perficere. Hanc suspiciōnem Pan ille, aut si quis alius est deus, nouis terriculis exagitabat. Arbitrabatur instare sibi carnificem, sensit adesse necessitatē illam fatalem, quam nemini nocentium uitare licuit. Itaque quod huius urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, quor tu id phaleratis dictis in te transferre conaris: Vbi discrimen erat subendum, tibi fugitabas: nunc ubi res præter spem pulchre cecidit, tutumque putas, fortunæ laudem in te deriuas. Sed finge diuersum exitum fuisse consequutum, pone tyrānum ira percitum, passim ciues ad exquisita supplicia rapere, proscribere, iugulare, in exilium agere, possessionibus exuere. Quid hic dices: non fines, opinor, eorum malorum causam in te tanquam in autorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi impurandum esse, si quid fortuito præter propositum euenierit. At nunc nonne inu-

rium

rium est, quod boni, fortunæ commoditate præter spem euenit, id totum in te uelut autorem uelle traduceret. Etenim te nihil expectasse minus, quam id quod euenit, uel ipsa res clamitat. Si hoc animo conscendisses arcem, ut filium, non patrem occidisses, credi poterat te talem quandam spem animo cōcepisse: nunc casu nescio an metu potius in iuuenem incidisti, & tum denique diuina ista mens & futurorum præfaga, sed quæ non nisi post euentum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiendum, tibi demum iudices in re tam tumultuosa, secum uelut oculos consultare coepit, utrum senem sua dextra dignum existimaret, tibi demum præuidere coepit, fore ut pater ipse sibi manus adferret. Et quo commentum tam impudens iudices efficiat paulo probabilius, quæ nec uidit, nec uideri potuit, ea perinde descripsit, nimirum (ut iactat) poeta, quasi spectator astiterit, quid in mentem uenerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem profectio impudentiæ, fingere præcisse se, quod esset euentu consequuturum, & quod non uideris, id ita narrare quasi uideris. Quanto melius tuo commeto, id est, fabulæ sua fides constitisset, si ita strinxisses: te quum perempto iuuenem, stricto gladio ad senem ire destinasses, repente a tergo adfuisse Palladem illam Homericam, & iam euntem capillis reuocasse te: uetuisse ne tam luculentum facinus senili cæde obscurares, sese citra tuam operam curaturam, ut ille suapte manu, sed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil teneram offunderet, sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam cōtemplatum, uel (quod est te dignius) repente deam sepsisse te nebula, ut tyrannicæ necis tutus & oculos spectator assisteres, nec prius illinc discessisses, quam negocium omne consecutum uidisses. Hæc si confinxisses, paulo minus malum poetam te prestitisses. Sed oculos, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commodè tractandas, uidelicet lucricupiditate te protinus ad præmium postulandum rapientem. Nunc uel ipsa te prodit inconstantia figmentique coarguit. In arcem ascendisti, quo tyrannum occideres, neque tum præuidebas, quod sole ipso clarius uideri uis. In medio negotio subito nescio quis deus oculos tibi restituit, ut uideres futurum id quod accidit. Porro si ueris fidem facere uoluisses, narrare debueras quem admodum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in ædes clanculum irrepseris, forte fortuna obuio nemine, non dicam ut tolles aliquid, sed ut experieris, si quod tuto facinus posses designare: hæc molienti cōmodum fauisset fortunam: itaque quum adolecentem solum atque incustoditum offendisses (ut est enim nimirum ætas securior, periculi minus cogitans: præterea diuturna tyrannis iam magnam ætas partem exuerat) tum haud scio (ut mores illius erant) multo uino sepultum, atque immo dica libidine defessum, fortiter iugulasse scilicet, & somnum illi cum morte, id est, germanum (ut ait Homerus) cum germano cōiunxisse: deinde tibi iam cardines protul stridere coepissent, exaudito uidelicet morientis gemitu, tibi te metu exanimatum ita fugisse, ut non uacaret gladium e uulnere tollere, quem nec parricidæ, nec sicarii solent relinquere ne deprehendantur: Interea domi latitasse te, iam dudum de fuga cogitatem, & longinquas aliquas, semotasque mundi latebras animo circumspectantem, in quibus abditus posses irritati patris sauitiam fallere: Iamque te ad spontaneum exilium accincto, repente in uulgus exisse famam, liberam esse ciuitatem, tyrannum unam cum filio iugulatum, reliquos metu fugisse, autorem ignorari facinoris: Ibi repente ad nouam tuæ fabulæ catastrophem, immutasse te animum, & qui prius de salute tuas sollicitus, protinus ad præmij spem arrectum fuisse, lucricupiditate, priusquam tibi satis esset excogitata ratio, qua totam huius inopinati euentus laudem in te traduceres, profuisse in medium: id quod uidimus, clamitasse tuum illum esse enssem, tuum facinus, non unum præmij tuæ uirtuti fore satis. Hæc nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ cōsentanea, usu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulo quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis præficientiam niteris persuadere, quæ multa cōminisceris, non dicam tota facie a uero distantia, uerum etiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnatiam primum tyrannum tam materne filium adamasse, ut sine eo uiuere noluerit: sic ob unius mortem metu fuisse consternatum, ut in uita manere non sit ausus: sic illi toto pectore filium, ut ipse nullas circum se custodias haberet: adeo fracti animi fuisse, ut tam chari pignoris truculenta cæde non potuerit ad ultionem inflammari: tam inualidum, ut tua dextra fuerit indignus: tam inermem, ut nisi illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset, quo se

Tom. I

x 2

iugu

iugularet. Non uides quàm non competat tam insignis in tyrannū pietas, tam secura in eam aetatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus praesidijs munitum, tanta confertatio in hominem tot periculis exercitatisimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, quur tu senem illum tantopere contempseris, ut indignum habueris, qui tua ista magnifica dextera iugularetur? Tūne indignum iudicabis quem occideres, quum eum Resp. non putarit indignū quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret. Nō talem illum iudices, non talem sensimus, ut cuiquā contemnendus uideri debuerit. Neq; tu eum unquā contempisti, nisi forte contemnere est, misere formidare. Sciebas arcē armis refertā, sciebas superesse satellites, quorū uel unus (si seni uires deerant) sufficiebat iugulando tibi. Nō ignorabas (id quod nemo nostrū nefcit) quantum uirum illi partim exercitatio, partim ingenij feritas etiam in illa senectate reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud senium sic interdum acri dolore inflāmari, ut iuuenibus etiam ualidissimis saepenumero fuerit intolerandum, si quando solitū illud robur, quod etatis gelu uelut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recāduit. Quis autem tam inualidus est, ut non illi pudor, ira, dolor ingens uires suppeditet? Hoc erat ut delictet, quur tu filium quàm patrem malueris occidere, quod illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna obiecit. Cum hoc pugnādum erat, armato, uallato, irato deniq;. Hoc erat quur gladium relinqueres, ratus ne tantisper quidē morari tutum dum reciperes, metuens uidelicet ne tantillum sarcinē te redderet in fuga tardiozem. Reliquisti inuitus, quo tyranno prodi posses; sed prodi maluisti quàm deprehendi. Neq; ego nunc formidinē tuam accuso, imō miror magis quod pedibus consistere, quod fugere potueris, quum audires moueri tyrannicam familiam, stridere arma; intelligeres tibi non cum puero, sed cum uigilantibus uiris, accinctis, armatis, sobrijs, irritatis, deniq; cum rabioso patre dimicandum esse: non quod illum usq; adeo filij mors commoueret, sed quod arbitraretur, & haud scio an uere, se petitum fuisse, dexteram tuam errasse tantū in filio. Inūc & spera, non dicam hos iudices uiros omnium perspicentissimos, sed uel e media plebe quenquam esse tam muccosis naribus, cui non suboleat, imō qui non planē odoretur, persentiatq; totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poetae solent, quum haerent in explicando tragediā argumento, hanc ueluti deam diuinationem arte quadam induxisti, quo praesensionē tuam iudicibus probares, sine qua uidebas praemium obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministraui paternae mortis, qui gladium quo se feriret reliquerim, atq; id solum nō modo satis esse putat ad petendum praemium, uerum etiam meritum esse, ut ipse ensis inter arma deorum consecratur, dominus pro deo praesenti colatur. O hominē suauem, si has spes uere concepit; impudentē, si quum nō speret, postulat. Itane tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in syluam ligna portāda putasti: Nisi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat irabutum, ut ultro ad mortis adegerit necessitatem; an uero nihil referre putas, quam praebes occasionē, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquisti, quo nihil minus deest tyranno; nunquam ferrum abest, non in cubili, nō in triclinio, nō in sacris; reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demitor, qua fronte eum gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas; reliquisti rem accipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensē in ciuium iugulos distrinxisset; quid si eodem lectos aliquot ex huius uiribus iuuentute adolefcētes filio suo inferias maclasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna caedes ad te pertinebit: quippe cuius ense peracta est. Id si non euenit, nihil ad te pertinet; nam anceps occasio quam in partem cadat, id dijs in manu est; si bene uerterit, nihil gratiē debetur ei qui dedit imprudēs; sin male, temeritas imputatur. Neq; enim culpa uacat, qui periculosam ministrat occasionem: quae si feliciter, inirentur omnes; sin infeliciter, merito accidisse dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyrannus tuo ense alios in usus abuteretur. Scio me iudices hęc pluribus refellere uerbis, quàm necesse uideatur, quippe tam friuola; uerum id mihi propositum est, nullum illius argumentum nō excussum, non exagitatū, nō reuictum praetermittere. Quare quāso ne pigeat ita ut antehac fecistis, patienter atq; attēte cognosce re, dum hunc ab gradu firmissimo deicio. Hic sibi uehementer fidebat, hunc acriter urgebat

urgebat locum. Negabat uitari posse, quin praemium deberetur quod patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum iam habet pro derelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus disertū aiebat, nihil interesse utrū manu sua quis occidat, an mortis causam praebet. Addebat, aequū esse, ut quum in maleficijs causam datam imputaret leges ad supplicium, multo magis idem obseruaret in benefactis ad praemium. Haec aiebat meminisse sese in legibus esse disputata, illud addens Thraconicum; nisi sibi diuturna seruitus legum memoriam oblitterasset. Nō tu legum oblitus propter diutinam desuetudinē, sed nunquā quid sibi uelint leges inquisisse uideris. Bis enim hic erras, qui neq; causae datae rationem, neq; dantis animum discernas, id quod legibus traditū est, nec animaduertis longe diuersam esse rationē maleficij & beneficij imputandi. Quid ais noue iuris interpretis? Itane satis esse iudicas uel ad poenā, uel ad praemium, qualemcuq; quomodo cuq; causam dedisse? Nihil igit refert, Hector an Aiacē occiderit manu, an gladiū illum dederit, quo se postea confodit? Atqui hanc laudem nunquā ille sibi uindicasset; tamen si probabile uideri poterat, in eū usum hosti ab hoste datum fuisse ferrum. Quin ergo fabros ararios omnes uel ad poenam uocamus, uel ad praemium, quoties armis in eorū officina perfectis, aut iugulantur ciues, aut seruatur? Postremo quur hoc quod tu petis praemium, non ensis istius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente; tu porrigere nō poteras, nisi huius industria tibi ministrasset. Age si telo interuenandum temere misso, forte tyrannum uicinum interfecisses, clamares tibi tyrannicidā deberi praemium, an potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudēs & infcius iaculū torisisses? Imō in ius potius uocādus esses, qui missi teli temeritate ciuē (quod in te fuit) occideris: nā quod in tyrannū incidit, id nihil ad te. Quid si caupo uinū lene ac suaue, quale Polyphemo dedit Vlysses, tyranno uendidisses, atq; ille eius dulcedine captus, auēditus se se ingurgitasset, eaq; re cōcepta febri decessisset; auēderes ne caupo, uini titulo tyrannicidā praemium flagitare? At quis nō te cum tua flagitatione, ut temulentū, uinoq; madidū exploderet? Ceterum quanto frigidiore titulo nūc idem postulas? Vt cumq; coniecturis praecipī poterat; ut aetas uinosa tam illicibili uino auēditus, intemperantijsq; fruēretur, crapulam cōsequeretur morbus, praesertim in senē, morbum mors; Vulgo haec eueniunt. Tu eam tyranno mortis causam dedisti, cuius nullum extat in hominū memoria exemplum. Quis enim antehac ob filij necē sibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyrannū coquum esse; probe callere palatum domini, medicos interdicare cibum, quo tamen ille oppido q̄ libens uescatur, interminari morbum capitalem, ni temperet; id te non fugere, eum cibū tu arte tua, cupedijsq; & condimentis magis ac magis illecebrosum reddis, consequitur edētem morbus, quem praedixerat medicus; moritur tyrannus, liberatur ciuitas. Hiccine coquus e culina in forum prosiliens, & adhuc iure madens, fuligine niger, tyrannicidā praemium postulabis? Mortarium, tonfillum & ollas ostentabis, arma scilicet quibus tyrannidē expugnaris? Non eris (opinor) tam imprudēs in ea causa, qua tamē ista tua multo est absurdior. Nam illi uoluntas occidendi nō defuit, probabilem praebuit causam. Tu nec in hoc iugulasti filium, quo pater ultro uitam relinqueret, & causam dedisti, ad quiduis potius q̄ ad istud idoneam. Accipe exemplum tuo similis, quàm ouum sit ouo (quod autē) simile. Quid si tyranni amicam, quam ille misere ac perditē deperisset, occidisses; eaq; cognita re tyrannus sibi uitam abrupteret, auderes ad praemium aspirare; auderes dicere, te certum praestitisse, fore ut tyrannus sponte fugeret e uita? Certe quanquam plures amicas extinctas sequuti sunt, quàm filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi praemium decerneret, tuum factum periculosum & anceps dicerent: omnes fortunae gratias haberent, cuius commoditate res ea feliciter cessisset. Tibi abunde magnum praemium existimarent, si commissi uenia donatus discederes. Primum igitur diuersam imputandi maleficij, & ascribendi beneficij rationem conueniet distinguere, deinde causae aequalitatem, postremo animū; atq; ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod aiebas legem prolixiorē esse oportere ad reddendum praemium, quàm ad infligendam poenam, id in priuilegijs, quae in exemplum nō uocantur, fortasse locum habet. In iure communi longe secus est. Siquidē (uti superius demonstraui) nulli nocenti lex nō minatur poenam; paucis bene factis praemium ostendit. Tum in maleficijs etiam conatum simplicē suppli-

cio profectur, in beneficiis semper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, si lex est diligentior in eo negotio, ad quod unum est nata, atque instituta, quam in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas sibi sumit partes. Ergo in utroque communiter spectat, ut causa sit idonea: deinde ut animus adsit, non tantum casus. Hoc rursus interest, quod in beneficiis nec causa idonea, nec animus idoneus satis facit legi, nisi his accesserit euentus item idoneus. In malefactis, si quid nocendi animo tentes, non expenditur nec euentus, nec causa: sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat, tibi nihil ad scelus defuisse praeter fortunam: qua te subleuari, quod tandem ius sit. In euentu simul & causam datam & animum expendit. Si animum uitiosum comperit, nihil moratur causam, quam sit idonea, putat animum & euentum ad poenam commendam sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea, & non consequitur euentus: lex quasi conuiet ad id, & non putat ad suam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus est consequutus, etiam si de animi uitio doceri non potest, tamen temeritatis & negligentiae nomine poenam irrogat: partim propter suspectam dantis uoluntatem, partim ut haec latebra peccantibus eripatur, imprudens feci, discantque homines uel suo periculo cauere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & sciens, certam atque euidentem noxae causam dedit: eum perinde lex censet, quasi facinus manu peregerit. Veluti si quis hostem opibus, copiisque iuuerit, perinde est ac si ipse arma contra ferat. Siquidem id suppeditauit, sine quo bellum geri non poterat. Aut si quis inimicum suum per dolum nauigio solutis imponendum curet, ut naufragio intereat, aut in conclaue pensili testudine inducat, ut uisita opprimatur: aut iuxta lectulum aegroti, loco pharmaci uenenum ponat, futurum sperans ut eo hausto pereat, tamen si non bibit aegrotus, tamen ueneficij postulari potest qui posuit, propter uitiosam animi uoluntatem. Nam uehementer erat probabile id euenturum, quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocendi uoluntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi uoluntate, apponas euentum: non effugiet temeritatis crimem, nisi illum inculpata ignorantia absoluerit. Porro si in loco non ad id destinato, puta in uia publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum agit, nisi si quem occideris, aut uulneraris, aut si cui damnum dederis. Caeterum quod facis, tuo facis periculo. Quod si quid horum consequutum est, cum lege tibi res est. Neque tibi tua patrocinauit imprudentia: quippe quae culpa temeritatis non uacet. Siquidem in te fuerat praecauere, quod probabiliter poterat praetimeri. Vides quanto discrimine disita sint, inter quae tu nihil interesse dicebas. Primum non statim imputatur ad praemium, quod ad poenam, idque non a malignitate legumlatoris, sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, partim a legum officio. Deinde discernitur animus, causa data diiudicatur, spectatur euentus. Age nunc si libet, tuam causam, qua tuum facinus aestimari uis, expendamus. Finge te certam, inuitabilem mortis causam tyranno dedisse, sed imprudenter, nulla tibi sit praemij petitio. Quis enim insciens benemereri dicitur? Fortibus uiris praemia dantur, non fortunatis tantum. Nam euicimus iam dudum opinor, ne posthac affirmes te in hoc iugulasse filium, ut pater sibi necem conscisceret: quod euenturum ne uates quidem quisquam praescire poterat, tu nec suspicari. Imo posteaquam rem plenam discriminis, fortunae arbitrio commisisti, quia bene successit, hoc nomine lex te non postulat: at idem si male euenisset, temeritatis poenas eras debiturus. Neque enim tibi succurreret inculpata ignorantia. Quid enim aequae formidandum erat, quam ne tyrannus, simul atque occiso filio se peti insidias persensisset, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret: iam ut de animo res tibi constet, causam dedisti non solum non idoneam, uerumetiam periculosissimam Reipublicae. Vn hoc tibi argumento euidentissimo demonstrari: Finge te quempiam e ciuibus uitio occidisse: tum extingui patrem id facere, quod modo fecit tyrannus. Vtrum tu duplici caedis crimine teneberis, an simplici: Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabis, qui necato filio, seni causam mortis dederis: atque his ferme uis argumentis uter. Indulgentissime filium adamabat, in illum omnem familiae curam reclinauerat, illo se oblectabat: atque haec de priuato senes cum fide dicet, quae tu de tyranno nimis dare (ne dicam ridicule) dicebas. Adde ea te scisse, prauidisse futurum ut ille uitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia uitae oblectamenta collocarat. Non tibi defuisse iugulandi senis uoluntatem, sed hoc tantum egisse, ut miserabilis sua dextra perimeretur, ut odium tuum ple-

nus miseri patris malis exaturares. Ideo iuuenem necasse, in hunc usum gladium in uulnere reliquisse. Vides quanto sunt haec probabiliora in hoc, quam in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi suspensionem, causae qualitate purgabis. Negabis causam idoneam fuisse, quae ille libimet manus adferret. Te nec praescire, nec timere potuisse: id quod sit consequutum: quod rarum extet exemplum patris, ob filij necem sponte fugientis e uita. Alioqui futurum fuisse, ut & mater sibi fatum accerferet: quippe quam impotentius amare sit consentaneum, ac minus aduersum dolorem animi uiribus ualere. Haec non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodesse dubio procul. Atqui quod in maleficijs ualet, ne quid imputetur, id multo magis in hac causa ualet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret a uoluntatis suspicionem, quod causas parum idoneas dederis: hic ex causis multo minus idoneis propter personam tyranni, uideri uis non modo quod euenit, fuisse suspicatus, uerumetiam certum praescisse. Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quod tamen si uisio abs te data est causa, tamen idonea non sit ad id quod euenit. Imo ipsi tota res imputabitur, & legibus poenas dabit, sepultura prohibitus, quod ciuitati citra causam idoneam, ciuem unum ademerit. Tibi non nisi unius filij mors imputabitur, etiam si mater quoque & filiae, & sorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter euenisset: quippe ubi summum Reipublicae periculum & uerteretur, & praetimeri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud praesidium iudices, quod iste tutissimum, ac penes inexpugnabile iudicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non solum sit non habiturus quo tyrannidij & huius laudis arcem obtineat, uerum uix etiam latebram inuenturus, ubi temeritatis ac maleficiij poenam effugiat: quo nimirum intelligat, quam non inimice, non curiose (ut aiebat) secum agam: ut quem possim in crimen ac poenam uocare, sat habeam ab honore non promerito secludere. At sibi debere praemium, uel hoc uno nomine, quod iuuenem occiderit, iam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum heredem, etiam si hunc euentum dii non dedissent, ut senex ipse uitam abrumperet. O deploratam impudentiam. Tu tibi praemium peteres, si tyrannum suae furiae non essent ultae? Diij quid uis potius dederint, quae istuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidem id tuto licet: tamen si ad solam mentionem inhorrescit animus. Tunc, inquam, occiso filio, relicto senes uiuo, tyrannidiae praemium peteres? An potius nec ipse superesses, qui possis petere: nec esset respublica, quae dare posset? Nam tu aut exquisitis supplicijs exanimareris, aut in extremis Orcadis exul delitesceres: nos pro tyranno iam immanissimum carnificem patemur: & tuum caput ubicunque terrarum latitares, diris imprecationibus deuoueremus, qui nos tua incogitantia, uel praecipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempestatem coniecisses. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri praeter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audior duos igitur haec ciuitas tyrannos aiebat? Nam de patre nemo unquam dubitauit, quin tyranni uocabulum mereretur. Quando autem antehac unquam fando auditum est, duos una in ciuitate sedisse tyrannos: id quod magis etiam natura repudiat, quam eodem in corpore gemina capita. In hisdem aluearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In hisdem lustris non conuenit duobus inter se leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferatius) parem in eadem urbe patitur. Non uides necessario fieri, ut e duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuisse maus in patre, an in filio? Si iuuenis aduersus senem obtinebat tyrannidem, quid a Republica praemium postulas? Tyranni partes adiuuisti, non Reipublicae. Si patri cessit: quid tandem illum uocare potes, nisi tyranni uel praefectum, aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quoquo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione deriuares, quae multa tu quidem non ex re, sed pro causa tuae comoditate comminisceris: Caeterum quam in his confingendis decori, quod in personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam senem iam aetate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbiteriam ob senectam exuisset: non secus atque mala, quae natura acerba, tempore mitescunt, & in alium abeunt succum. Porro iuuenem ferocem, illo incolumi gerente tyrannidem, iamque patri uiuo succedentem. Priuatus paterfamilias non fert filium se uiuo successorem: & tu uis istuc credi in tyranno? Ille non sinit ullum e liberis rem domesticam ex animi sui

libidine moderari: & tyrānus sese ueluti abdicans imperio, negotiū omne in adolescentem reiecerat. Nō dubito, quin & ipse uideris, quā dura sint ista, & quā a communi sensu abhorrentia. Verum quid faceres, nisi tales personas induxisses, exitū inuenire traegedia tua non poterat. Quæro te, an unquā auditum est tyrannum aetate mitescere? Quando tu delines ea quæ sunt priuatorum, quæ honorum principum, tyrannis tribuere? Ut eodē igni cæra mollescit, līmus durefcit: ita aetate pleriq; redduntur mitiores ac temperantiores, tyrānus magis exasperatur. Ut tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut uinis nonnullis acorem cōciliat: itidem tyrānis non adimit sœuitiam aetas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannicū ingenij tibi demonstrē imaginem? Spinā cogita, quæ quo magis senescit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habet aetatis, hoc testis sunt asperiore. Vulgaribus ingenijs fortasse nonnulla uitia senectia uel detrahit, uel certe mitigat, etiam si plura iritat, nonnulla parit. At tyrānorum mentibus ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atq; educatis, præter uitiorū omnium incrementum adferre senectia quid potest? Nisi forte libidinem adimit: Quanquam ista tyrannidis quantula tandem est portio: Sed esto fuerit sane propter aetatem ad uoluptates segnior, uerum erat fastidiosior: unde fit, ut imbecillior sit ad coitum, ad raptum audacior. Fortasse pauciores huic execabantur ephēbi, sed insigniores. Pauciores producebantur uirgines, sed exquisitiores. Quis non autem & plures uidelicet quo senile fastidium optione, & uarietate uinceret. Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quo nobiliores sunt, quo forma præstantiores habent liberos, hoc magis eis a flagitiosisimū senis cupiditate metuebant. An tu putas unā cū uiribus senescere libidinem? Multo secus habet. Imo quantum aetas improborum hominum facultati detrahit, tantū adicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam uoluptatis usus capit, quā nostra delectat contumelia. Ut frigeat in senē tyranno Venus, certe feruet uigetq; malitia, sœuitia, nocendi libido. Postremo totum illud uitiorum agmen, quæ propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, uolentia, impotentia, suspitio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, periurium. (Quid autem oportet omnia cōmemorare nobis omnibus heu nimis nota?) horum in quā nullum nō aetate fit acerbius, propterea quod iuuenta nonnunquā nature bonitate uincitur: præterea quædam mala nondū didicit: at senectia, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenij a natura insitū est, id omne multo ac diuturno flagitiorum usu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abiit. Id ita euenisse, iudices, in execratissimo illo senē, quid ego coner argumētis docere, quū sua cuiq; memoria abunde satis exemplum suppeditet. Quod si iuuenis sese gerebat insolentius, uidelicet patris abutens imperio: num tu hunc continuo tyrāni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis est omnino in tyranni familia, uel extremum mancipium, qui non ipso penē tyranno sit ferocior, uolentior, sceleratior? Filius, inquit, emolumentis imperij potiebatur: patri præter nomē nihil celsit. Quasi uero non sit istuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuū pars, qui solent ex tyrannide capi, ad ipsum redeunt tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri consuevit: prædæ cōmuniter in omnes distribuuntur, uel in eos potius quorū opera capiuntur. Alioquin non cohereret cohors illa scelerata: nisi dux ille quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quā sibi ipsi. Solum nomen sibi proprie uendicat. Et in nullos est tyrannus indulgentior, quā in scelerum ministros: quippe quorum opera sentiāt suum imperium cōtineri. Proinde sub unius umbra satellites omnis, omnis minister, familiaris, leno, Tyrannidem quandam in ciues exercet. Ridicule fecero, si hoc quoq; coner argumentatione probare, iudices. Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi forte tam diutina calamitatis memoria, tā pauculi dies oblitterauerūt. Neq; enim esset res usq; adeo misera tyrannus, si unius modo foret toleranda uolentia. Quot ferendi latrones, quot sacrilegi, quot ex extrema barbarie aduenæ, feris q̄ hominibus similiores? Neq; desunt, qui se simulet apud tyrannū sceleribus suis gratiā promeritos esse, quo nimis hoc nomine metuantur a ciuibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiso tyrannicidæ præmiū petes: Non in tantum omnem exues pudorem opinor. Sed pater aetate fessus, omnē dominatum in filiū transfulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur

gerebatur, id iuuenis uolentia committebatur. Sed istuc quantum absit ab imagine ueris, quis tam cæcus, ut non uideat? quis tam obliuiosus, ut non possit experimento refellere? Ego tibi complures nominare satellites possum filio insolentiores. Ad hæc, uerissimum est nullius insolentiam minus approbasse senem quā filij, uel quod odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrānus, uel quod intelligit ex illius facinoribus longepius inuidiæ, odijq; sibi consari (Callidissimi autē tyranni est, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrānis possit) uel quod pater etiā pessimus, tamē liberorum non nihil offēditur uitij; & ad crudelitatis ministeria alienis quā suis uti mauult. Quod si clam patre rapinas, raptus, atq; id genus facinora designabat filius, profecto nō tyrannum agebat, sed insolentem satellitem. Sin approbante patre, quasiq; per illum exercente tyrannidem, utri tandem parerat imputari commissa, huic per quem gerebatur, an eius auctoritate arbitrioq; siebāt? Nō arbitrator obscurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent uetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipsi quidem neq; pueros emasculant, neq; uirgines abripiunt, neq; proscribunt, neq; bona diripiunt, neq; phana dispoliant, neq; hæreditatibus manum iniiciunt, neq; compilant ærarium, neq; tormentis excruciant, neq; quemquam iugulant, neq; armis uicos expugnant, neq; incendunt uillas. Totum hunc tyrannicum ludum per ministros exercent. In unum tamen tyrannici nominis inuidia competit, in unum occidendum lex præmiū instituit, in unum stringendi ferri ius facit, illos suæ cognitioni reseruat. Quorum ut quisq; sua opera tyranno profuit, ita aliud atq; aliud uocabulum imponi potest, certe tyranni uocabulum nemini congruit, nisi uni illi, sub cuius ueluti clypeo, tota illa perniciosissimorum hominum colluies latitat. Arbitror uobis, iudices, sæpenumero auditū esse, id quod eleganter a doctissimis uiris est scriptum, tyrannus non longas modo, uerum etiā plurimas esse manus, plurimos oculos, eosq; acerrimos: plurimas aures, easq; longissimas. Omnino prodigiosum quoddam est animal tyrānus, multoq; gigantibus illis Briareo & Encelado portentosius, centenis capitibus, centenis linguis, cētēnis manibus, pedibusq;. Quot enim habet scelerū ministros, totidem habere membra uidetur. Atq; ut ex mēbris corpus, ita tyrānis ex huiusmodi constat ministris. Verum ut illud quod corpus appellatur nihil est aliud, quā quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide unum quispian est, quod neq; pes sit, neq; manus, nec ullum aliud membrum, contineat autem uniuersa: at ita contineat, ut ab his possit separari, idq; tyrannus uocatur. Proinde exaggeratum libet iuuenis insolentiam, uolentiamq;, præfectum arcis uoces licebit, oculum nomines licebit, aut si maui dextram: aut si ne id quidem satis, præcipuum tyranni caput dicas licebit: Tyrannum certe uocare nequaquam potes. Vnum enim illud portentum tyrāni nomine censet, cuius auctoritate tituloq; cuncta hæc membra uelut animantur: idq; unum fortū cui permittit occidere. Non uult te in oculum aliquē inuolare: non finit ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eueniat, quod de Lernæa hydra fabulantur poetæ, ut pro uno capite relecto, duo pestilentiora subnascatur: pro uno excusso oculo, plures acriores succedat: pro una rescissa dextera, multæ robustiores subpullulent: unius uite te dominū, arbitrumq; cōstituit, qui sibi sit ausus tyranni uindicare nomē, quod sublatum futurū sit ut mēbra reliqua quasi destituta spiritu, emoriatur, aut certe sanetur. At quid ego tecum iam accuratis argumentationibus ago? Possum ilico tuis te uerbis reuincere, ac ueluti tuo te laqueo capere. Iuuenem paulo ante magnū patris satellitem nominabas. Non inficiabere. Rursum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupasse filium: solius appellationis honorem celsisse. Qui conuenit eundem & satellitem, & tyrannum appellari? Tum si celsit, non igitur usurpauit tyrāni nomen. Contraçius autem uerbis aut rati sunt, aut rescindantur. Lex hac tecum formula contraxit: si quis tyrannum occiderit, præmiū ferat. Quid tu mihi iuuenis flagitia cōmemoras? Id te lex uoluit occidere, quod cunq; illud esset animal, quod tyrānus diceretur. Magnum (ut ipse fateris) satellitem occidisti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei est? At rem, inquis, legis sequutus sum, non syllabas, eum interfeci qui caput erat tyrannidis, paratus hæres paterni dominatus: libertatem peperit, seruitutē sustulit: hoc lex sensit, huius rei auctori præmiū præstituit. Satellitem, inquam, occidisti, nihil moror quātum, quā grauem, q̄ ferocem, q̄ scelestum: satellitem tamen occidisti tyrannidis, non caput: aut si caput, unum è pluribus. Sed hæc

hæc omnia tibi ex animi sententia largiamur: fuerit sanè res tota tyrannidis filius: pater nihil nisi uocabulum quoddam inane tyrani: quemadmodum in fabulis habetur. Echo nympham, nihil aliud quam meram quandam fuisse uocem sine corpore. Qui tibi licuit in re tãta, à uerbis legis discedere: præsertim ita dilucidis, ut perspicuè magis nihil esse possit, & commentitiam interpretationem domini tuæ natam in iudicium adferre. Ego iudices, nullum in Rempublicam exemplum perniciosius induci posse iudico, quæ si consuecant homines calumnioli à præscripto legum recedere: & interpretatione, quod ad prætexendum facinus quisq; suum maxime idoneum comminisci queat, id iudicibus obijcere. Quis autem unquam meminit de legis sententia quæri solere, nisi quum in scripto quiddam apparet ambigue, obscurèue dictum: aut quum ex uerbis & euentu absurditas quæpiam extitit, eaq; manifesta. In priore nõ cuiusuis commentum, sed iuris prudentium responsa, sed iudicum sententia recipi solet. In hoc posteriore, necessitas ipsa compellit aliquantisper à legis uocibus desistere: & æquitatem iuris potius, quam uerba spectare. Duplex itaq; periculum uidetis iudices: alterum ne superstitiosa cauillatione literarum legis ab eo quod lex spectauit abducatur: alterum ne passim à præscripto discedendo, leges omnes & iudiciorum religionem subuertamus. Quorum illud quidem, multo leuius est: propterea quod uix unquam accidat, ut legislator obscure quid uoluerit, explicauerit: aut absurdum quiddam exoriatur. Hoc multo periculosissimum, perniciosissimumq;. Etenim quæ tandem lex futura est, quam uersutus calumniator, quo poenã effugiat, nõ facile possit aliquo commento subuertere: Neq; quisq; nõ elabatur è iudicio uestro nocens, nisi qui sit usq; adeo nullius ingenij, ut ne friuolam quidem aliquam commentatiunculam queat inuenire. Atq; ut cuiq; commodum erit, aut animi libido feret: ita pro se iuuenem, pro Tyranno satellitem, pro homicidio tyrannicidum: & passim aliquid pro alio interpretabitur. Vestra interim iudices religio, uestrum iusurandum, qua tandem ratione seruabitur: quibus nihil futurum est certi, quod in cognoscendo sequamini: uerum ambiguas, diuersasq; litigatorum cõiecturas spectare necessum erit: Ergo quum in omni causa maximopere cauendum est, ne sine grauisima ratione à legis præscripto discedatur: tum in hac nõ periculosum modo, uerum etiã absurdissimum: quum legis uerbis nihil possit esse dilucidius, sententia nihil æquius: interpretamẽto quod præter legis mentẽ inducitur, nihil pestilentius. An credimus legis huius autorem usq; adeo infantem, & uerborum inopem fuisse, ut dicere nõ potuerit: qui quouis modo Tyrannidem sustulerit, huic præmiũ est, si modo isthuc sensisset: Neq; uero fugit illum, totam tyrannidem per satellites & præfectos exerceri solere, permultosq; in his esse uel Tyrannis ipsi sceleratores, atq; ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino supplicio digniores: nisi & omnium omnia ministrorum scelera Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine censetur, tibi ferro grassandi facultas data est. In reliquos nõ tibi permittitur idem: nõ quod illos uita dignos iudicet lex, sed quod unius cæde totam tyrannidem tolli uelit, nõ multorum cæde reddi duriores. Tuũ erat legi simpliciter parere, neq; eius uerba quasi piuribeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, uerum ad illius præscriptum factorum tuorum rationem instituere. Præsertim in hoc exemplo, quo non aliud potest admitti pestilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quem uelis interficiendi tibi pro tua libidine licentiam sumas. Non illud hic spectandum, iudices, quam inuisus Reipub. sit, qui occisus est, quam maiore etiam supplicio dignus: uerum id etiam atq; etiam pendere oportet, exemplum præter leges iugulandi homines, semel in ciuitatem receptum, semel uestris sententijs approbatum, deniq; præmio compesatum, quo tandem licentiæ sit processurum. Quod iste sibi in tyranni filium licere uoluit, hoc alius sibi uolet in ditissimum quenq; ciuium licere. Quisquis pauper à locuplete contumelia afficitur, protinus tyrannum eum appellabit, & ueneno aut ferro adoriatur. Postremo si cui magistratus nõ placebit, si cui iudex erit inuisus, nõ dubitabit è medio tollere. Porro ad facinoris defensionem, Sophistam quempiã aut sycophantam consulat (si ipse ingenio stupidiore fuerit) & nouã legis interpretationem uobis adducet: dicet nil aliud sensisse legislatorem, quam ut huiusmodi ciuium genus non nomine, sed re tyrannidem agentium, ferro, igni, ueneno tollatur è medio. Atque ita breui futurum est, ut quod in uno factum semel & probauimus, & gauisissimus: id in multis sæpius & doleamus & improbemus.

Credite

Credite mihi, nõ mediocre discrimen, neq; conuenter accipiendum, ut titulo reperto, priuatus hominem in demnum interficiat. Id ita esse facile liquebit, siquidẽ animaduertimus, nihil omnium esse, quod lex parcius, circumspectiusq; permiserit. Etenim (si memineritis) tribus dumtaxat temporibus lex indulsit, ut quis citra iudicium hominẽ occidat. Primum adulterum, sed in uxore deprehensum: id quod intemperanti & insuperabili mariti dolori donatum est. At ita si corpus utrunq; pariter interimat, si argumẽtis idoneis deprehensum fuisse doceat. Deinde in ui depellenda. At ita si demonstres te mortem effugere nequissimè, nisi mortẽ intulisses: id lex ita interpretatur, quasi sese tueri potius sit isthuc, quam alium occidere. Vterq; tamen facti sui rationem reddere compellitur, statim sese prodere, nec expectare donec in ius trahatur: atq; (ut ita dicam) ultro semet reum facere cogitur. Quod si omnia constabunt argumenta: ita demum à lege dimittitur, ut uenia, non laude dignus esse uideatur. Postremo in tyrannicidio: ubi propter periculi suscepti magnitudinem lex præmium quoq; proponit: at ita si eum quem tibi lex istò uelut insigni tyrannici nominis denotauit, fortiter occideris: non si sceleratum alio scelere sustuleris: neq; patietur te ius occidendi permissum, latius quæ ad unicũ tyrani caput trahere, nisi si quis obstitat, ut per illum necẽ tibi necesse sit ad illum penetrare. Jamq; hoc factum tuum secunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortasse proxima uideatur hostem in bello ferendi facultas: quam tuã tamẽ libidini lex nõ permisit. Nisi palam hostis sit declaratus, nisi in imperatoris uerba iuraris, nisi ille aciem eduxerit, nisi signa canere iusserit, tibi fraudi futurũ est, hostem interfecisse. Tu dicurus es, Hostẽ occidit, nõ plus quæ hostilia faciebat, nomẽ hostis ratum aberat, re hostem agebat. Lex respõdebit, suarum partium fuisse, hostem declarare, ac tuo fortasse scelere fruetur: uerum ne serpat exemplum, poenas de te sumet. Quid autẽ aliud abs te factũ est? Vnum tibi lex nominatim designauerat: tu illius uocabulum tuapte autoritate in alium trãfers, quod nisi in unũ nõ potest competere: neq; traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas sit aliquando quem uoles magistratum, quem uoles iudicẽ, quem uoles ciuẽ, tyrannum appellare. Neq; uero sine grauisimis causis lex tot uinculis astrinxit hæc in uitam alterius licentiam. Perpendit nihil maius eripi cuiquam posse, quam uitam: uidit in extinctum facile uarias causas cõfingi etiã impune posse, quãdo quidem ille nõ sit refutaturus, qui facer. Vidit quæ multis uitalis suum quisq; dolorẽ posset prætexere, si post occisum hominẽ ulla causa recipiatur, præter eas quæ legibus sunt expressæ. Quid quod grauatim sibi quoq; lex permisisse uideatur, ut homini uita eripiat: quæ comperta, quam multa requirit argumenta, quæ multa contedit reo, quam maligne agit cum actore, quem nõ nisi suo periculo uult accusare: quantum spaciũ largitur ei qui deserit: quam liberam iudicum refectionem. Quantum igitur à mente legis abesse putas, ut cui libet permittat, uel pro suo priuato dolore, uel domestica iuris interpretatione, hoc est, subuersione, in cuiusquã uitam grassari? Neq; ad rem pertinet, quantum criminum acerrimum exaggeres, quantum uis etiam uerorum, addo notorum: dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, ueneficum interfecit. Tyrannum lex iubet occidi. Atqui hic unũ multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiorq; ciuitati. Ad ista tam multa crimina lex tibi uerbo respondebit. Nihil moror quam fuerit scelerosus qui periit: in unum tyrannum tibi ius feceram occidendi, in reliquos in ius trahendi. Si detulisses: auditus, reuictus, damnatus à me palam poenas dedisset, omninq; Reipub. salubri exemplo fuisse. Nunc tu priuata libidine interficiens, pro saluberrimo exemplo, perniciosissimum in ciuitatem induxisti, & legum instaurationem, à legis uiolatione auspicas: hoc est, malis malo mederi studes. An me clam esse putas, quam multi sint in hac turba uita indigni, morte dignissimi? At eos meã cognitioni, non tuis manibus seruo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt iudices, sunt carceres, securæ, carnifices. Quur tu mihi præire conaris? quur nullo mandante magistratum occupas? & dum tyrannicida uideri uis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est, inuisus ille, nisi quod mihi parere recusat, & præire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cuius manibus ego permisero. Si iuuenem occidisses, quod non alia patuisset ad tyrannum uita, darem ueniam necessitati: nunc occidisti, non obstitentem, non auxiliũ ferentem patri, sed patris opem implorantem. Huius unius cæde contentus discessisti, tyrannum nec imperisti, in quem unum tibi ius feceram

feceram. Meum erat expendere, utrum ex usu Reipub. fuerit, an iuuenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum supplicijs, exemplum omnibus aedere. Neque hæc dico iudices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublato filium: utinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscumque tyrannus placet. Sed quis prohibet, simul & gaudere, quod deorum bonitas nobis hanc rem bene uerterit, & tamen non committere, ut huius temeritas, si iudicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur. Nec de iuuenis iniuria uindicanda nunc agitur, sed de legis uiolate maiestate. Non enim par est, ut cuiquam personæ præter ius extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quam quo exemplo commissum. Alio, qui quæ non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, leones grassari: Bonam tyrannidis partem uxor sæpenuero suggerit. Ad summam immunitatem nonnquam libertus aliquis, aut uernula instigat: quæ non & hos iugulas, si tibi ius est: æstimatione priuata meritorum ciuem iugulare. Quid quod est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haud quæquam tibi ius sit occidendi. Finge esse qui totam hanc urbem, templa, domos, curiam conatus sit incendere, imò qui iam compluribus locis ignem subfecerit, sed incendium subito exorto imbri restinctum: autorem non obscuro, uerum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num leuatum factum approbabit: Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior: Tanto nimirum, quanto est atrocius ciuitatem semel funditus euertere, quam expilare: ciues uniuersos uno igni finire, quæ in pauca quædam fauere capita. Et tam in unum tyrannum stringendi ferri potestas priuatim permittitur. Illum deferendi modo ius habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & nouo interpretamento tuum facinus palliare: quid tandem aliud est, quam legum autoritatem euertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palam ac uis facere consueuit. In recipienda lege fas est populo causam, æquitatemque legis excutere. Cæterum receptæ, & longo iam usu comprobata, simpliciter oportet obtemperare. Neque enim existimandum est maiores illos nostros, uiros sine controuersia sapientissimos, ita sine grauissimis rationibus instituisse, ut priuatim interficendi tyranni facultas unico capite finiretur. Primum ad iugulandi licentiam, fenestram aperiendam ciuibus non putauerunt: deinde perspiciebant tyrannidem fatale quoddam esse Reipub. malum, quod minore noxa toleraretur, quam male exagitaretur: neque posse semel tolli, nisi Tyranni ipsius cæde. Quo submoto, uidelicet qui legibus imperabat, non parebat, iam nihil opus esse priuata audacia, nimirum illis in Reipub. administrationem uindicatis. Quod si Tyrannus in ius uocari potuisset, ne hunc quidem tuæ dextræ arbitrio permisisset. Videbant & illud: Tyrannidem nonnullam habere monarchiæ legitimæ speciem: hoc tantum interesse, quod in monarchia populus regi paret, rex legibus: in Tyrannide omnia unius libidini subiecta sunt. Rex publicam spectat utilitatem, Tyrannus priuatim suam: unde publicitus expedit, ut Tyranno ueluti principi legitimo ciuitas pareat donec idoneus aliquis uindex extiterit, qui legum autoritatem in pristinum statum restituat, atque id unius (si fieri potest) capitis iactura. Nam hac moderatio ne in fatalibus illis pestibus, quæ totum Reip. quasi corpus corripunt, legum prudentia consueuit uti: ut exemplo magis, quam admisi talione morbo medeatur: ne dum ciuitatem sanare studet, magnam ciuitatis partem interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis non nisi in ipsos autores consueuit animaduerti, reliquos quos tempestas illa commouerat, dari uenia: aut uix etiam dari uenia, qui in publico Reip. tumultu quietem egissent. Quæ potest autem pestis esse fatalior, quam Tyrannis: Quæ sese latius in ciuitatis membra diffundit: Quæ quæque urbis pars ab hoc uitio sincera potest esse: Omittit iam quicquid est ambitiosorum, ære alieno obstrictorum, scelere contaminatorum, barbarorum (nam hæc tota sentina hominum tyrannide gaudet, ut in qua nullis maiora, quam sceleratis sint præmia) bonos etiam ciues hoc malum inuoluit, dum uel timet fortunæ suæ, uel rectum iudicat seruire tempori. In hoc itaque rerum statu leges non extinctæ, sed oppressæ modo, cautim & circumspicienter agunt, intelligunt hoc hucus citra summam ciuitatis perniciem exasperari non posse, unius capitis dispeditio commode sanari posse. Quare docto cuiquam medico præmium ostendunt, digito demonstrant, quod membrum secari uelint, quibus abstinere. Caput indicant illæ, tu dextram secuisti. Illæ Tyrannum,

tu tyranni satellitem occidisti. Quo præmio dignus? Nempe eo, quo qui morbo inscite exagitato, totum hominem in extremum uitæ discrimen adducat, quo qui hominem legibus uentibus occidat. Neque ego nunc te cædis reum ago, aget alius fortassis, cuiuscumque libitum erit: uerum illud modo consilium fuit, ostendere tibi quam insignitæ sit impudentiæ, in ea causa tam eximiam tibi uendicare laudem, tam egregia poscere præmia: in qua nequeas obtinere, si modo tecum exactius ac seuerius agatur, ut graueis poenas effugias. In nunc & curiosum me uoca, qui tam candidè, tamque ciuilitè tecum agam: ut quum te possim in graue discrimen uocare, sat habeam legis & Reip. causam defendere, ne circumuenta præmia dare cogatur ei, qui nihil boni sit promeritus. Id quod non iudicibus modo (quibus isthuc iam dudum liquere puto) uerum tibi etiam ipsi cupio persuadere: & facturum me confido, si modo tantisper animum possis attendere. Vin igitur, ut quem admodum tu faciebas, itidem & nos summam totam causam ob oculos reuocemus: dispiciamusque quam multa tuo in facto desiderentur ad id ut legi satisfeceris: et quantum tu sis hallucinatus, quum multa diceres etiam superesse. Tria quædam requirit lex, & ita requirit, ut si quodlibet horum desit, aut poenâ te, aut certe nihil gratiæ debere se credat. Quorum ego non unum aliquid, sed unum quodque deesse docebo. Quod si facio, utrum æquo animo cedes præmio, an impudenter petere perstiteris? Ergo rem accipe. Nisi tria hæc tibi constiterint, non est quod Tyrannidæ præmium petas: Animus, uita, & effectus. Animus duo quædam complectitur, uel quid speraris, uel quid proposueris. Nam si Tyrannum per imprudentiam occidisses, si præter propositum, non magis profecto præmium tibi debeatur, quam si quis Tyranno amicissimus idem fecisset, nam idem potuit accidere. Tu porro quid propositi in arcem attuleris, ipse uideris: ita demum legi persuasum erit, te uoluisse occidere tyrannum, si occideris. Non occidisti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (ut ais) si libuisset interficere. Lex negat sua referre, utrum tyrannidij propositum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Iam quid speraris excutiamus. Quamquam isthuc leges non ita ualde curiose perspiculantur: sed tamen in tam absoluto facinore partes omnes constare oportet. Quid enim si Tyrannum interfecisses, quo Tyrannidem ipse occupares, utrum præmium sperares? an supplicium metueres? Quid si quo priuatum animi tui dolorem ulcisceris, Tyrannum occidisses, atque id esset palam, num præmium auderes poscere? Quid, si latrones Tyrannum forte fortuna obuium obruncassent, num ad hunc honorem aspirarent? Quid si quis Tyranno priuatim infensus, magna te pecunia conduxisset, quo ei Tyranno uenenum dares, dedissesque, num quæso, tyrannidæ præmium postulares? Ego hic tecum non ago coniecturas: nihil dico in uitam tuam, quæ quidem obscurior est, quam ut tu alioqui tam gloriosus quicquid de ea ausus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui Tyrannum quum tuto licuerit, non occidit, planè noluit occidere. Qui eum occiderit, cuius mors extremum exitium Reipub. uideretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut priuatum dolorem ulcisci uoluit, non libertatem publicam uindicare, aut emolumentum suum sequutus est Reipub. periculo, non suo periculo Reip. studuit prodesse. Postremo non potest nisi gloriæ ieiunio adductus uideri, qui tam insolenter se iactat. Non potest non uideri lucrum sequutus, qui tam improbe præmium flagitat. An non uides igitur quantum opere hac parte à tota legis mente dissentias? quem illa tuæ uitæ periculo sua causa uoluit occidere, eum tu non solum uolens præteristi, uerum etiam periculose in Reipub. irritasti: quæ sua causa noluit occidi, eum tu maximo nostro periculo tui compendij, aut animi fortasse gratia iugulasti. Sed finge te animum Tyrannidæ dignum ad facinus attulisse, lucri perinde ut uita contemptorem, magni tamen refert, qua ratione Tyrannidem tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi concessurus est. Te in filio iugulasse patrem, in non tyranno Tyrannum. Largior isthuc Delium aliquem tibi prædixisse, ut certum præscire potueris, quod ipse etiam uix diuinare Delius potuerit. Licuisset tibi patrem occidere, si libuisset, uerum hoc poenæ genus tibi magis placuisse. Sustuleris sanè Tyrannidem, idque noua quadam & inusitata ratione. Vides quam multa tibi dono. Tamen obsistam tibi, nec sinam ferre præmium, propterea quod ea uita sustuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus ciuitatis, quæ non sit forti uiro digna. Age quid si Tyranni filium infantem

in cunis iugulasses, & rursum aduisset Delius ille, per quem certum praescire posses: fore ut necato puero pater sibi mortem accerferet, atque id euenisset, utrum te tanquam Tyrannicidam suspiceret Resp. an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam saeuieris aetatem, cui etiam ab hoste armato parcutur, quae leonibus etiam miseranda uideatur: Quid ergo? Vtetur tuo maleficio Resp. ceterum exemplum haudquam probabit. Quid si tyranni uxorem, quam ille misere deamaret, per uim costuprasset, atque ille eius impatiens contumeliae, fugerit e uita: utrum Tyrannicidam laudem flagitabis, an raptus & adulteri supplicium potius formidabis: Res obscura non est, Conferam tuo facto propiora. Quid si tyranni medicus quum esset, ueneno agrotanti dato, illum sustulisset, utrum ut ueneficum oderit te Resp. an ut uirum fortem admirabitur: Tyrannum sublatum gaudebit, facti rationem, modumque detestabitur. Quid si quum te Tyrannus familiariter uteretur, tu in conuiuio praetextu necessitudinis uenenum porrigeres: Denique si per magicas imagines, ac maleficas quasdam deuotiones Tyranno uitam ademisses: utrum a lege praemium, an poenam expectares: Atqui tyrannidem utcumque sustulisti. Euentu gaudet lex. Verum exemplum tam perniciosum in Remp. non recipit: ut consuecant ciues scelus ulcisci scelere, patrem in filio iugulare. Vides quantum momenti sit in modo, utrumque, ut factum tuum approbetur: Quod lex permittit ut fiat, non statim permittit, ut id uia qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet: ueneno aut incantamenti non licet. Quur ita? Quia pestilens exemplum omnino tractare uenena. Nec id ulla causa quantumuis honesta, finit in ciuitatem irreperere. Quid quod ne hostem quidem ueneno, aut malis artibus interficere fas est: Nam nusquam non improbat maleficia lex: & ueneno tincta tela etiam in bellis interdicta sunt. Quod si modus facti spectatur in his in quibus nullum petitur praemium, quanto magis id fiet in his in quibus summum petitur. Lex triumphum statuit ei, qui certum hostium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, sed aquis & pabulo ueneno tinctus. Vtrum ciues hunc aquis oculis spectare poterunt triumphantem, an potius sicuti ueneficum oderint, auersabuntur, execrabuntur: Quid quod priuatis etiam in rebus uia, modusque perpenditur: quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in splendidissimo facinore, ut a quo conueniat omnem sceleris suspitionem abesse: Age illud tecum reputa, si medico mercedem pactus esses, quo te morbo leuaret, atque ille non pharmacis, sed maleficijs & incantamentis morbum exemisset, utrum praemium dabis, an magis hominem in ius trahes: iniuria malis artibus datae reum ages: Clamabit ille, morbo te leuauit, qua uia quid isthuc tua refert: Hoc tantum spectabas, ut morbo liber esses, et rei merces est promissa. Ingratum te uocabit, qui nisi sua opera, ne esses quidem qui praemium negare posses. Tu protinus respondebis, opinor, medico te praemium esse pollicitum, non mago, neque debere quicquam, nisi rem malam ei qui beneficium male dederit. Quamquam ne dedisse quidem uidetur, qui malum malo tollit. Id enim mutare est in commodum, non amouere. Dices enim anitho nocitum, dum corpori subuenitur. Atque istam litem uincas, etiam iniquo iudice. Atqui eadem, aut melior etiam & uincibilior est tecum causa legis, quam quae tibi futura fuerat cum medico. Nam tibi de priuata mercedula disceptaretur, hic de publico honore. Ibi falsus est unus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam ciuium circumueniatur. Ibi salus data, certa quidem & efficaei, sed suspecta & improbata uia: hic nefario scelere (quur enim non sic appellatur homicidium, quod in ciuem contra legem admissum sit) non libertas restituta, sed in extremum discrimen adducta Resp. quandoquidem tuum factum perinde habet, ac si medicus quispiam ad curam mercede conductus, uenenum pro remedio ministraret: quod tamen agrotanti (ita ut non raro consueuit accidere) per occasionem morbum adimat. Qui reualuit, suis satis acceptum feret quod uiuat, tibi mortem, tamen si uitari, imputabit. Neque sua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac studiose pro pharmaco uenenum porrexeris: propterea quod tui fuerat officij, aut non suscipere negocium, aut fidem simul, & artem, & industriam, ac diligentiam, & quicquid a probato artifice solet requiri, ad curam adferre. Sed age sinimus adhuc considerare te, quod dudum sumus largiti: ut plane ista uia Tyrannum occideris, citra ullum Reip. discrimen. Lex non approbat facinus tuum: nisi non tantum a crimine, uerum etiam ab omni criminis specie procul abserit: ne uidelicet ea quae in hoc potissimum adhibita est in ciuitatem, ut maleficium

leficium omne secludat, incolumitatem suam, quam conueniebat aut Deo cuiuspiam, aut certe dijs simillimo homini, acceptam referri, sceleri debere dicatur. Non approbat, inquam, nisi Tyrannum ipsum quem nominatim indicauit ipsa, quaeque permittit uia, sustuleris: ne per rimam istam periculosum exemplum in Remp. irrepat. Postremo nisi ferro, non clancularijs ac maleficijs artibus: nisi uirtute, nisi manu, nisi uia tuae manifesto contemptu Tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantum spectat lex, ut Tyrannus in praesens submoueatur: uerum illud multo magis respicit, ut omnes mortales intelligant in ea ciuitate uiros esse fortes, qui non uereantur uiae suae dispendio patrie commodis consulere, ac praecleari exemplo facinoris, omnes etiam in posterum ab affectatione Tyrannidis deterreantur: cum uideant in ea ciuitate nullum esse Tyrannidis satis tutum praesidium: quandoquidem illud neminem nescit, qui uiae suae sit contemptor, eum esse alienae uiae dominum. Nam quod omnino satellitium, quae excubiae, qui parietes, quae arx, quae arma aduersus huiusmodi animum Tyranni caput defendant: qui patriae libertatem suam uita bene credat emi: Postremo autem, ut maxime tibi constet animus, ut constet uia, id quod est totius negotij caput, non effecisti. Tantum enim abes ut tyrannum occideris: ut quantum in te fuit, Tyrannidem maiorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an stultitia Remp. in discrimen adduxeris: Nam illo quod uulgo dicunt nihil uerius, Intempetiuam beneuolentiam nihil a similitate differre. Tantum abest ut occideris Tyrannum: ut ne suspicari quidem potueris id euenturum, ut ipse semet occideret. Sed iuuenem occidisti patre insolentiore: quid tum postea: si patri & huius scelera lex imputat: Magnum proinde Tyranni satellitem, non Tyrannum occidisti. Sed paratum Tyrannidis heredem occidisti: in tyrannidem succedit, qui prior, qui potior est in occupando. Veram esto sane, certum heredem sustuleris: igitur qui Tyrannus erat futurus, interemisti. Atqui quod futurum est, id nondum est. Porro lex eum qui iam Tyrannus sit, tolli iubet: non quem aliquando futurum diuines. An qui statim ex pacto debeat, & rudem truncum praestiterit, fidem persoluisse uideatur: Non arbitror. Vbi nunc igitur sunt illa tam multa, quae tibi ad praemium postulandum supererant: Vides quam ne unum quidem omnium tibi constet, quorum nihil oportebat deesse. Volui, inquis, id demum uoluisse te lex credit, quod effeceris. Postea e re nata propositum est commutatam. Hoc igitur praemij tibi debetur, quod ei qui in Olympijs medio e cursu, relicta meta, ad carceres reflexit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui sudauit in Olympijs, nec uicit. Sed occidisti denique uerum eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex usu publico fuerat occidi. At bene uertit ciuitati quod fecisti. Numini igitur gratia debetur, talem Palladem Atticis fuisse ferunt: de qua pro uerbis extat, quod Atheniesium male consulta, in bonum exitum uertere consueuit. Non tu leges seruasti: sed sustulisti: non libertatem restituisisti, sed numen aliquod huic urbi propitium, quod euentum tuae temeritati debitum, sua commoditate a nobis auertit, quod tuam stultitiam nobis uertit in occasionem restituenda libertatis. Non ego ingratum erga te populum constituo, imo tu populum ingratum in deos reddere laboras: quem quum semel in periculum uocaris, ne pro simplici Tyrannide duplicatam pateretur, nunc rursum in discrimen trahere conaris, ne ab iratis superis in pristinam seruitutem, aut grauius aliquid infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum insinuas: Quid tibi in eo negotio laudem uniuersam uendicas, ex quo praeter poenam temeritatis, nihil ad te redire merito possit: Si Reip. si iudicibus probare potes animum tuum tyrannicida dignum, qui nullum periculum uiae Reipub. causa recusarit: si facinus non scelere, non pernicioso exemplo, sed legitima uia peregisti, si fortuna tuis egregijs conatibus bene expeditum dedit euentum: aude tyrannicidam te uocare, aude pulcherrimum, ac pene diuinum munus a Reipub. poscere: aude nobis seruatas leges, restitutam ciuitatem, aude templa, aras, focos, fortunas omnes, tutos pueros, inuolatas uirgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipsum quod hic lege & apud iudices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quod obstiterim: aude ciuitatem ingratitude insimulare, nisi laudem promeritam persoluerit, aude iudices uel iniquos, uel corruptos clamitare, nisi suis sententijs praemium tibi decreuerint. Contra, si suspectum quid uolueris, si periculosum, si contra leges, sicum scelere coniunctum quod feceris: sit pudor, ac desine tandem improbe praemium

flagitare, quod nulla ratione promerueris: poenam, si sapias, incipe deprecari. Isti huc fortassis ab aequitate iudicum, a ciuitate deorum munere laeta, queas impetrare. Neque enim putes unum me te a premio deterrere. Imaginare isthac in causa pariter & leges, & Respub. & Deos tibi aduersari. Puta leges his tecum uerbis agere: Si nos uere restitutas uideri uis, sine nostram autoritatem primum in hac tua causa ualere. Longe plus laudis ex hoc iudicio referes, si nobis cesseris, si parueris, si tuam cupiditate nostro submiseras: uix denique tam diutinis uotis, tot sacris, tot precibus, tot meis malis placui, commoui, propitios reddidi, denuo per ingratitude iratos atque inferos reddere. Sine ut mihi per te liceat, saltem illorum beneficio frui. Quod si te neque leges, neque Respub. commouet: certe Deorum oratione uereri debes, quos ita tecum agere putato. Quid tu te in nostrae laudis possessione ingeris? Quid honori nostro inuides? Quir non finis nos in hac ciuitate perpetuo benignos esse? Quir tu ipse tam ingratus existis? Ciuitas haec semel mihi restitutam libertatem debet, tu his debes, commoditati nostrae: & quod Remp. seruauimus, cuius tu pars es, & quod commoditate nostra tuam periculosam stultitiam, uel scelus potius, in maximam felicitatem uerterimus. Etenim nisi nos dextri propitiique aduissimus, quid aliud tu quam perieras, & per te Respub. Quod si plane contendis, ut premium aliud quod feras, abunde magnum premium a nobis persolutum est, quod per nos res a te male instituta, bene uerit. A legibus merito maior relata gratia, si nostrae prosperitatis respectu, temeritatis simul & sceleris ueniam condonarint. A ciuitate satis amplam laudem ferres, si ea patiar, ut in restituta libertatis historia tuum quoque nomen admisceatur. Haec laudis parte contentus desine nobis debitum uelle praeripere, ciuitati munus nostrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum extillata iam aqua. Quod superest, nunc uestrae partes sunt iudices statuere, utrum secundum leges, secundum Deos, secundum Remp. sententiam dicere, an secundum hunc gloriosum ostentatorem pronuntiare uelitis. Vtrum hanc urbis felicitatem huius temeritati, huius sceleri accepta ferre malitis, saepius exprobrandam, & breui fortassis a superis iratis (id quod abominor) auferendam: an in deos quibus sine controuersia tota debetur, referre, eorundem pietate seruandam, augendam, beneque fortunandam. Vtrum magis ex usu sit, ut primo hoc iudicio statim leges circumuetae dicantur, an ut appareat legum restitutarum feueritatem, & iudicum sapientiam aduersus unius iniquam postulationem ualuisse.

ERASMVS ROT. M. IOANNI PALVDANO

RHETORI LOVANIENSIS ACADEMIAE S. P. D.



Vt intelligas humanissime Paludane, Erasmus illum tuum tamen per omnes terras mariaque uolitantem, tamen tui memoriam perpetuo secum circumferre: mitto quasi symboli uice Luciani dialogum: cui titulus, *πρὸς τὸν ἰδιὸν σωβροῦτον*. Quem in Italiam profecturus, in ipso penes prociuum Latinum feci. In eo non sine uoluptate tanquam in speculo, uidebis aulicam uitam incommoda: quae tu mihi saepenumero commemorare solebas, nimirum expertus, & ueluti naufragio electus, ac uix isti liberae, literariaeque uitae redditus. Idque feci eo studiosius: ut meo exemplo te prouocarem, quo iam diu Graecanicis in literis uersatus, incipias & ipse aliquando audere aliquid. Quir enim non dicam audere: Quum nullum sit mea sententia facinus audacius, quam si coneris ex bene Graecis, bene Latina facere. Vale, meque tui amantissimum mutuum ama.

LIBELLVS DE IIS QVI MERCEDE CON- DUCTI, IN DIVITVM FAMILIIS VIVVNT.



L C QUID tibi primum amice, aut quid postremum, quemadmodum uulgo dici consuevit, recenseam, ex his quae tum facere, tum pati coguntur, qui mercedis gratia sese in alienas domos, conuictumque tradunt alienum, quique in locupletum istorum amicitiam accensentur, si modo eiusmodi illorum seruitutem conuenit amicitiam appellare? Noui enim permulta, atque adeo pleraque omnia, quae illis ibi soleant accidere, non per Iouem quod ipse ea experimento cognorim (neque enim mihi unquam experiundi incidit necessitas, ac ne quando incidat dii prohibeant) sed quod complures qui in hoc uite genus inciderant, apud me soliti sunt commemorare: partim qui in ipsis etiam dum malis constituti, quae & quanta ferret deplorabant: partim qui tanquam e carcere quodam profugi, non absque uoluptate recordabatur commemorabant: ea quae fuerant perpersi. Immo iuuabat reuocare ob oculos, quas erant effugissent. Atque hi quidem digniores mihi uisum sunt, quibus fides haberet: ut qui eius sacri ritus (ut ita dixerim) omnia omniaque mysteria perdidicissent, cunctaque ab initio ad finem usque perspexissent. Hos igitur haudquaquam indiligenter, nec oscitate audire soleo, ueluti naufragium quoddam, ac praeter spem obiectam salutem enarrantes. Cuiusmodi sunt isti, qui in templis deaeso capite, complures simul obambulantes, immanes undas, procellas, sublatos in caelum fluctus, iactus, malos fractos, gubernacula reuulsa narrant. In primis autem geminos Castorem & Pollucem apparatus (nam hi peculiariter ad hanc Tragcediam pertinent) aut alium deum quem praerapente, quemadmodum in fabulis fieri conuenit, exortu: summisque antennis insidentem, aut iuxta clauum adstantem: qui nauim ad littus aliquod molle dirigeret, ad quod appellens futurum esset ut & ipsa paulatim ac lente solueretur, & ipsi tunc in solium descenderet, idque ope fauoreque diuino. Atque isti igitur permulta id genus ad praesentem commoditate exaggerantes, commemorant: quo uidelicet a pluribus stipem accipiant: si non calamitosi modo, uerum etiam diis chari esse uideantur. Porro si dum eas quas in tectis tulerunt tempestates referrent, atque immanes illas undas, quin etiam decumalos fluctus, si fas est dicere: & quemadmodum primum a litore soluerint mari tranquillo: quantumque molestiarum perpetua nauigatione sint perpersi: dum sitiunt, dum nauiscant, dum salo perfunduntur. Denique quemadmodum infelici nauigio in cautes quampiam sub undis latentem, aut in scopulum aliquem praeruptum, & asperum illis, fractoque miseri aegre enatarint, nudis, cunctarumque rerum inopes. Haec inquam quum referret, mihi quidem uisum sunt permulta praepudore subticere, uolentesque ac scientes obliuisci. At ego etiam illa, praeterea autem & alia nonnulla ex illorum narrationibus coniectas, deprehendi quicquid erumnarum cum eiusmodi conuictibus coniunctum est. Quae quidem omnia haud graua bor optime Timocles tibi percerere. lampridem enim mihi uideor animaduertisse, te de capeffenda hac uitae ratione cogitare. Nam olim quum his de rebus sermo incidisset, mox ex his qui praesentes erant, quispiam mercenarium hoc uite genus laudare coepit, fortunatissimos eos affirmans, quibus contigisset horum uti familiaritate, qui apud Romanos essent optimates: tum conuiuus adesse opiparis, idque immunes: praeterea splendidis in aedibus diuersari: tum peregrinari omnigena cum commoditate, uoluptateque: alba interim in rheda (si forte libeat) resupinatos. Insuper ob hanc amicitiam, obque commoditates quibus afficiuntur, etiam mercedem capere: id uero non mediocre uideri. Istis enim haud dubie citra sementem ac culturam (quod aiunt) cuncta prouenire. Haec igitur atque id genus alia quum audires, animaduerti quemadmodum ad ea inhiaueris, quamque auide ad escam os apertum porrexeris. Proinde ne quid mihi certe in posterum possis imputare, neque expostulare queas: quod quum te conspiceremus tantum una cum esca deglutientem hamum, non reuocarem, neque priusquam in guttur demergeretur, reuulserimus, neque praemonuerimus: uerum posteaquam cessassemus, donec eo iam adactum atque infixum trahi iam, ac uel duci conspiceremus, tum quum nihil opis afferri possit, frustra adesse nos atque illachrymari, Haec inquam, nequando possis dicere, quae si dicantur, merito profecto dicantur, neque a nobis refelli possent, quo minus peccasse uideremur.

ut qui prius ista non indicassent: audi nunc ordine omnia. Ac rete quidē ipsum cuiusmodi sit, quamq̄ nullum habeat exitū, non intus medijs in sinibus inuolutus, sed foris toto atq̄ per oclum ante contemplator, unci aeris aculeum, reflexam hami aciem, ac tridentis cuspidēs manu tentans, malaq̄ admota experiens. Quod nisi uehementer acuta, nisi sic illigantia, ut effugiendi nulla sit facultas, nisi dira uulnera factura uideatur, acriter trahentia, & inexplicabiliter retinentia, nos quidem inter formidolosos, atq̄ ob id etiā pauperes, famelicosq̄ adscribito: ipse uero sumpta fiducia, uenatum istum, si uidetur, aggreditor. Lari in morem totam escam hiatu deglutitēs. Atq̄ in uniuersum quidē forsitan tua causa omnis hic sermo dicitur. Quanquam nō solum de uobis philosophis, aut his quicumq̄ uitā institutū sibi delegerunt cum uirtutis studio coniunctus, uerum etiā de grammaticis, rhetoricis, musicis, breuiter de omnibus, qui in doctrinae professione uersari, quāstumq̄ facere proposuerunt. Cæterum quum omnia sint inter istos communia, eademq̄ prorsus accidant omnibus, palam est philosophorum conditionem non esse à reliquis eximiam. Imo hoc illis turpius ista contingere, quā sint cū alijs cōmunia, si ij qui conducunt, nō alijs præmijs eos q̄ reliquos dignos iudicent, nihilq̄ magis q̄ ceteros in honore habeant. Sed quicquid erit, quod narrationis series aperiet, eius culpam potissimū in ipsos conferre par est, qui eiusmodi faciunt: deinde in eos qui talia sustinent. Ego uero culpari nō debeo, nisi forte ueritas & libertas in cōmemorando reprehensionem mereatur. Ac reliquum quidem hominum uulgus, puta palæstricos quospiam, aut adulatorum imperitos, sordidoḡ animo, ac suo pte ingenio humiles & abiectos homines, ne operæ precium quidem fuerit ab eiusmodi conuictu dehortari, quippe nequaquam obtemperaturos: neq̄ rursus æquum sit illis uitio uertere, quod non relinquāt suos conductores, etiam plurimis ab illis contumelijs affectū. Sunt enim ad eam uitā rationem accommodati, factiq̄, neq̄ ea uidelicet indigni. Præterea ne habeant quidem aliud quippiam, ad quod sese conuertant, & in quo sese exerceant, adeo ut si quis eam uitā illis adimat, ignaui ilico, consilijsq̄ inopes, desidijs atq̄ inutiles reddantur. Quamobrem nec ipsi rem aliquam indignā patiātur, nec illi contumeliose facere uideatur: si (quod aiunt) in matellam immittantur. Etenim ad eas ipsas cōtumelias iam inde initio præparati, conferunt sese in familiā, atq̄ hec sola illis ars suppetit, ferre & perpeti quicquid acciderit. Ceterū eruditum nomine, de quibus instituerā loqui, merito indignandū, enitendumq̄, ut quā maxime fieri potest, eos inde reuocatos, in libertatem uindicemus. Videor autem recte facturus, si quibus de causis se quidam ad hoc uitā genus conferunt, eas causas excussero: parumq̄ idoneas, atque efficaces esse demonstrauero. Si quidem eo pacto omnis illis præcipietur excusatio: summusq̄ ille titulus, quo suam spontaneam seruitutem solent obtinere. Iam igitur plerique paupertatem & rerum necessariorum inopiam proponunt: atque eam umbram satis idoneam existimant, qua suum factum prætexant, quod ultro ad eam uitam accesserint. Ac sibi sufficere credunt, quum aiunt se quiddam ignoscendū facere: qui id quod est in uita molestissimū, nempe paupertatem, studeant effugere. Postea in promptu Theognis, atq̄ illud plurimum in ore,

Nam quemcunq̄ uirum paupertas enecat.

Et si quæ alia terricula abiectissimiq̄ poetæ de paupertate prodiderūt. Equidem si uiderem ex huiusmodi conuictu paupertatis effugium aliquod uere contingere, nō admodum anxie cum eis de uehementer amplectenda libertate disceptarem. At postea quā eiusmodi quædā accipiunt, cuiusmodi sunt ægrōtantium alimenta (quemadmodū egregius ille dixit orator) qui queant effugere, quo minus in hoc ipsum parum recte sibi consuluisse uideantur, nimirum semper illis manente eodem uitę illius argumento: Semper enim manet paupertas, semper accipiendi necessitas, nihil quod seponatur, nihil superest quod referuetur. Verum quicquid datum fuerit, ut detur, ut uniuersum etiam capiatur, prorsus omne insumitur, ita tamē ut ne id quidem in usus sufficiat. Rectius autē futurum fuerat, si nequaquam causas eiusmodi comminiscerentur, quæ paupertatem seruant aluntq̄, atq̄ eatenus duntaxat opitulantur, uerū quæ illam tandem aliquādo tollant. Ac forsitan tibi hoc uolebas Theogni, quum diceres eam in altū mare ac præruptis de scopulis præcipitē dari oportere. Quod si quis semper pauper, semper egens, quum semper mercede cōductus mereat, hoc ipso sese arbitret ausugisse paupertatē: nō uideo qui fieri possit

possit, quo minus hic ipse sese fallere uideatur. Rursum alij negant sese paupertatem formidaturos, si modo reliquorum hominum in morem possint suo labore, suaq̄ industria sibi uictū suppeditare. At nunc sibi fractas esse corporis uires, seu senio, seu morbis: eoque ad eam uitam mercenariam facilem uidelicet atq̄ commodam cōfugere. Age igitur, inspiciamus num uera prædicent, & num ea quæ dantur ex facili illis suppetant, nō multo neq̄ adeo maiore labore content, quā uulgo suus uictus. Nam id quidem etiam uotis expetendum, uti citra laborem, citra sudorem, nullo negotio paratum argentū accipias. Verum q̄ hæc absint à uero, istud profecto ut dignum est, ne dici quidē satis potest: tantum laborum, tantum sudorū in eiusmodi conuictibus exhauriendū, ut hic ne ualetudo quidem ad id par sit: quippe quum quotidie sexcenta non desint negotia, quæ corpus conficiant, atq̄ extremam usq̄ defectionem delassent. Verum hæc suo loco dicemus, quum etiam reliquas illorum incommoditates cōmemorabimus. In presentia sat erat leuiter ostēdere, qui se aiunt hac de causa in seruitutē addicere sese, ne istos quidē uera dicere superest iam ut eam causam referamus, quæ quidē ut est uerissima, ita ab illis minime profertur. Nemp̄ ipsos uoluptatis gratia, & amplis illis spebus incitatos, ultro inuadere familias diuitum, auri argentiq̄ uim & copiā admiratos: præterea quod felices sibi uideatur ob conuiuia, reliquasq̄ eius uitę delicias: sperantes futurū, uti mox, nemine uentante, assatim aurum bibant. Hæc nimirum sunt quæ illos adducūt, atq̄ ex liberis seruos constituūt: non rerum necessariarū usus, quem prætexebant: sed rerum non necessariarum cupiditas, atq̄ ingentium illarum & ampliarum opum admiratio. Enim uero quædam modum miseros istos, atq̄ infelices amantes, callidi quidam & ueteratores amantē recipiant & fastiditē ducunt, lactantq̄ uidelicet quo iugiter amantes, ambiant ipsos atque inserviant. Ceterum ex amoris fructu, ne summo quidem osculo impertiunt. Intelligunt enim copia facta dissoluendū amorem. Id igitur ne fiat, præcauent, diligenterq̄ sui copiā subtrahunt. Alio qui spe semper retinent amantem: metuentes, ne desperatio minuat cupiditatis ardorē: amantemq̄ se alienet. Proinde semper arrident, pollicenturq̄, semper facturi sunt, semperq̄ gratificaturi, semperq̄ ingētium sumptuū rationem habituri: donec imprudentes ambo senuerint, atq̄ utriq̄ iam præterierit ætas: huic ad amandum, illi ad dandum. Atq̄ ita omni uita nihil illis peractum est ultra spem meram. At qui uoluptatis cupiditate nihil non ferre, id quidem forsitan non usq̄ adeo uitio uertendum: quin magis uenia danda, si quis uoluptate capiatur, & hanc undequaq̄ cōsectetur, quo possit ea potiri: quanquam turpe forsitan ac seruilē, si quis ea gratia semet in ius tradat alienum: propterea quod uoluptas, quæ ex libertate percipitur, multo suauior est, q̄ ea quam libertatis iactura seclatur. Attamen hoc quoq̄ aliquo pacto ignoscendum illis sit, si modo consequantur. Verū enim uero ob solam uoluptatis spem, multas perferre molestias, equidem & deridiculum arbitror, & stultum: maxime quum uideāt labores certos esse, manifestos, et inuitabiles: porro illud quod speratur, quod quidē nihil aliud tandem est q̄ uoluptas, ne tam longo quidem tempore contigisse. Præterea autem, nec uerissimile uideri, ut contingat aliquādo, si quis modo rem recta reputet uia. At Vlyssis quidem foris, dulci quadam gustata: loto reliqua negligebāt, ac presentī uoluptate delinīti honesta contemnebant, ut nō prorsus cum ratione pugnarit in illis honestatis obliuio: nimirum animo uoluptatis illius sensu occupato. Verum si quis famelicus alij cuipiā loto sese ingurgitanti, neq̄ quicquam inde impertienti, assistat, idq̄ solam ob spem, quod credat fore, ut & ipsi aliquando degustandā lotum porrigat: assistat, inquam, ad hunc modum, rectū atq̄ honesti oblitus, dñj boni quā hoc ridiculum, planeq̄ uerberibus quibusdā Homericis dignum. Ergo quæ istos ad diuitum conuictum adducūt, & quibus impulsī sese illis dedunt, ad quodcūq̄ lubitum fuerit utendos, hæc sunt, aut his ferme simillima. Nisi si quis & illos commemorandos esse iudicat, quos hæc una res ad id cōmouet, quod gloriosum arbitrantur, cum illustribus atq̄ opulentis uiris habere consuetudinē. Sunt enim qui hoc quoq̄ præclarum ac magnificum supraq̄ plebem esse existimēt. Nam ego quidem quod ad me proprie attrinet, recusarim uel cū Persarū rege conuiuere duntaxat, conuictorq̄ uideri, si nullus ex eo conuictu fructus ad me redeat. Quum itaq̄ causa eius uitæ suscipiendæ sic illis habeat, age iam consideremus apud nosmet ipsos: primū cuiusmodi sint illis perferenda priusquam admittantur, priusquam obtineant. Deinde cuiusmodi

in ipsa iam uita cōstituti patiantur. Postremo quæ tandē catastrophe, quis fabulæ exitus illis cōtingat. Neq; enim illud dicere possunt: hæc tamen molestia sint, tamen assuesci facile, neq; ad id multo opus esse labore, sat esse si uelis modo; postea reliqua omnia factu fore facilia. Imò necesse est ut primū diu sursum ac deorsum cursites, mane excitatus assidue pro foribus obuerseris, ut perdures, quū protruderis, quū excluderis, quum improbus interdū atq; importunus uideris, cū ianitori male Syristanti, ac nomēclatori Libyco subijceris, quumq; nominis tui memoriam mercede redimere cogeris. Quin etiam uestitus tibi est apparandus supra tuæ rei facultatem, pro dignitate etus cuius conuictum ambis, delegendus color, quo ille potissimū gaudeat, uti ne discrepes, ne uē oculos illius ofrusus, ac ueluti pompam quandam expleas. At ille interim complures iam dies ne aspicit quidē te. Quod si quando res tibi felicissime uerterit, si te respexerit, si accersuerit, dixeritq; quicquid illud fuerit, quod illi forte in buccam uenerit, tum deniq; tum plurimus sudor, tum multa oculorum caligo, tum intempestiua trepidatio, tum fannæ eorum qui adsunt, hæsitantiam tuam ac perplexitatē ridentium. Qua quidem non raro accidit ut quum oportuerit respondere, quis fuerit rex Achiuorum, mille naues illis fuisse respondeas. Atq; id si qui sunt modesti pudorē uocant: immo desit timiditatē nominant: improbi inscitiam. Ita sit, ut tu primam hanc diuitis comitatem, tibi periculosissimā expertus, ita discēdas, ut tantā animi tui imbecillitatem ipse cōdemnes. Porrò ubi multas iam noctes in somnes duxeris: ubi plurimos dies cruentos egeris: haud quidem Helenæ gratia per Iouem, neq; ob Priamēa Pergamæ, uerum spe quinq; obolorū, contigerit autem & deus quispiā tragicus qui tibi sit auxilio: iam illud restat, ut exploreris excutiariisq; num literas noris. Atq; ea quidem disceptatio nō iniucūda est ipsi diuiti: quippe qui laudatur interim, ac felix esse prædicatur. Cæterū tibi uidetur, de uita ipsa, deq; omni fortuna tum certamen esse paratū: propterea quod tibi uenit in mentē, idq; merito, futurum ut alius nemo sit admitturus, si prius ab hoc reiectus ac repudiatus uideare. Interim in uariis curas distraharis oportet: dum inuides ijs qui pariter ex æquo tecum examinantur. Finge enim & alios esse, qui eiusdem fortunæ tibi sint competitors: te uero tibi uideri cuncta parum absolute respondiisse, metuentem interim simul & sperantem, ac miserē de illius uultu pendente: qui si quid parum probet eorum quæ dixeris, peristi. Sin aridēs auscultat, hilarescis & spe bona fultus consistis. Porrò consentaneum est, esse non paucos, qui tibi aduersentur, atq; alios in tuum locum uelint inducere. Horum unusquisq; claculum uelut ex insidijs in te iaculatur. Iam uero illud considera, quale sit uirum promissa barba, cana cōma, examinari, nunquid bonæ rei didicerit, & alij quidem didicisse uideri, alij secus. Superior interim uita, & omnis antea cōta ætas tua curiosius disquiritur. Quod si quis aut ciuis inuidia, aut uicinus leui quapiam de causa prouocatus te deserat, & adulterum dicat uel pæderasten: is protinus, iuxta uetus illud prouerbiū, ex Iouis tabulis testis. Porrò si pariter omnes bene de te prædicēt, suspecti, leues, ac largitione redempti uidebuntur. Nam admodū omnia tibi consent oportet. Nihil prorsus sit, quod tibi queat oblitere. Alioqui nunquam obtinueris. Age sanē, hoc quoq; cōtigit, ac bona quapiam præcipui, quibusq; ille huiusmodi in rebus plurimam habet fidem, non dehortatur. Ad hæc uult etia uxor. Non refragatur domus præfectus, neq; item dispensator. Nemo tuam insimulauit uitam, dextra omnia & omni ex parte bene promittunt sacra. Vicisti igitur o fortunate, & coronatus es Olympia. Quin Babylonem magis cepisti, aut Sardium arcem occupasti. Habebis copiam cornu & gallinacem lac emulgebis, iam sanē par est, ut aliquando præmia capias, maxima uidelicet, & quæ laboribus tantis respondeant, ne corona tua frondea duntaxat sit, simul ut merces haudquaquam contemnenda præstituat, eaq; commode ad usum citraq; negocium perfoluatur, utq; reliquis item honos tibi præter ministrorum uulgus suppeditetur. Cæterum à laboribus illis, à luto, à cursitationibus, à uigilijs, in ocium te recipias, uti id quod uulgo solent optare mortales, porrectis pedibus dormias, nihilq; iam facias præter ea sola, quorum gratia primum receptus es & in quæ conductus. Ita enim consentaneum fuerat Timocles, neq; ingens malum erat futurum, si quis subdita ceruice ferat iugum, leue nimirū & portatu facile, quodq;

quodq; est omnium maximum, auro illitum. Atqui longe secus res habet, imò nihil horum reperietur. Siquidē in medijs ipsis id genus conuictibus, sexcēta res accidunt, uero ingenuo neutiquā toleranda. Quæ quū audieris, ipse tecum ordine reputato, num quisquam ea perpeti queat, cui quidē cum eruditione uel minimū cōmercij fuerit. Exordia autem si uidetur à primo conuiuio, unde consentaneum est te consuetudinē illam auspicaturum. Primum igitur, adest tibi quispiā, qui te iubeat ad conuiuium accedere: famulus non incomis qui tibi prius placandus datus in manū, ne uidearis inciuilis, ut minimū quinq; drachmis. At ille Accissans, seq; quū maxime cupiat, cupere dissimulās: Apage inquit. Egone quicq; abs te? Addit & illa, absit, dii prohibeant. Tandē flecitur atq; obtemperat, ac discedit, te late diducto ricu sublanās. Tu porrò nitida sumpta ueste, mundissimēq; cultus: lotus accedis, sollicitus interim, ne prior alijs aduenias. Nam id inurbanum, quemadmodū postremū uenire, graue. Proinde mediā inter utrunq; obseruata oportunitate ingrederis, teq; sanē quā honorifice excipit. Tum arrepta manu te quispiam iubet accumbere, paulo supra diuitē, inter duos ferme ueteres amicos. At tu perinde atq; in Iouis aedes ueneris, nihil non admiraris, & ad omnia quæ geruntur suspensus inhiās, propterea quod noua tibi atque inuisa sint cuncta. Interim familia te spectat, omnesq; qui præsentēs sunt, quid agas obseruant. Neq; uero ea res curæ non est ipsi diuiti, quippe qui famulis aliquot præmonitis negocium dederit, ut oculis obseruet, quemadmodum te geras in pueros aut in uxorem, num subinde ex obliquo respicies. Ac reliqui quidem conuiujs, simul atq; te uident propter imperitiā ad ea quæ fiunt attonitum, ac stupefactum, derident clanculum, coniectantes te nunquā antea apud alium quempiam cognasse, nouumq; tibi esse ut mantile apponatur. Proinde, sicuti uerisimile est, præ hæsitantia sudes oportet, ac neq; cum sitias, audeas potum poscere, ne uinosus uideare: neq; uarijs appositis opsonijs, & in ordinē quendā extructis, scire posses, cui prius aut posterius manū admoueat, Quare ad eum qui proximus accumbit respicies necesse est, atq; eundem imitatus, conuiujs rationē & ordinē discas. Alioqui anceps sedes, et uariās, animoq; penitus perturbato, & ad omnia quæ illic geruntur obstupescens. Atq; interim quidem, diuitis admiraris felicitatem, propter auri uim & eboris, tantasq; delicias. Interim tuam ipse deploras infelicitatem, qui quum nullius sis rei, tamen uiuere te credas. Nonnunq; & illud in mentem uenit, fore ut admirandam & expetendam quandam uiuas uitā, quippe qui sis omnibus delictis illis fruiturus, cunctorumq; ex æquo futurus particeps. Arbitris enim te semper bacchanalia festa celebraturū. Quin & adolescentuli formosi præministrantes, ac silentio aridentes, suauis in posterum hoc uitæ genus pollicentur, ut Homericum illud nunquam desinas in ore habere,

Haud uitio uerti debet si Troia pubes

Armatq; simul Danaï, sub Marte laborum

Pondera tanta ferant.

ob tantam uidelicet felicitatem. Accedunt ad hæc inuitatiuncula ad bibendum. Ac postulato perquam ingenti scypho quispiam, præbit tibi, præceptorem, aut aliud quiddam deniq; te appellās. At tu recepto scypho quid uicissim oporteat respondere, propter eiusmodi morum imperitiā ignoras, iamq; rusticianus, & inelegans esse uideris. Cæterum ea propinatio multorum ueterum amicorum inuidiam in te concitauit, e quibus nonnullos iam dudum tuus accubitus clanculum urebat, quod modo quum adueneris, ijs antepone, qui multorum annorum seruitutem exhauserint. Protinus itaq; talia quædam de te inter illos dicta feruntur: Illud scilicet malis nostris deerat, ut etiam ijs qui nuper in familiā commigrarunt, posthabeamur. Et solis Græculis patet urbs Romana. Et quid habent, quam obrem nobis debeant antepone? Num mirificam quandā utilitatem adferre uidentur, quum uerbula quædam misera dicunt: Rursus alius, hæc: An non uidisti, quantum biberit, quemadmodū cibos appositos auide corripit deorarit? Homo inelegās, ac fame enectus, qui ne per somnium quidem unquam fuerit albo pane saturatus, multo minus alite Numidica, aut Phasianis, e quibus nobis uix ossa reliqua fecit. Porrò tertius, fatui, inquit, priusquā quinq; abeant dies, uidebitis hunc nihilo pluris fieri quā nos. Nam nunc quidem, non secus atq; calcei noui solent, in precio est, & habetur charus: uerum ubi crebro iam fuerit calcatus, lutoq; deformatus, tum misere sub lecticam abijcietur, cimicibus quemadmodum nos oppletus

oppletus: Atque inter illos talia permulta de te iactantur. Ex quibus aliquot iam tum etiam ad calumniandum insimulandumque te incitantur. Omne igitur illud conuiuium tui plenum, ac plerisque de te sermones. Tu uero propter insolentiam atque insuetudinem plus quam fat est hauris uini tenuis & acris, eoque iam dudum aluo tibi cita discruciaris: uerum neque decorum tibi ante alios est conuiuio discedere, neque rursum manere tutum. At producta interim in longum potatione dum sermo alius ex alio nascitur, dum spectacula alia post alia proferuntur in conuiuium (nam uniuersum fortune suae strepitum tibi cupit ostentare) non mediocriter discruciaris, cui non liceat, neque uidere quae geruntur, neque auscultare, si quis uoce, citharaue canat egregie dilectus adolescentulus. At laudas tamen inuitus: caeterum animo illud optas, ut aut terramotus repes ortus ea cuncta discutiatur; aut incendium aliquod renuncietur, quo simul conuiuium tandem aliquando dirimatur. Habes amice primum illud scilicet & suauissimum conuiuium, quod mihi quidem haudquaquam suauius sit cepis, candidoque sale, libere quum uelim ex his, & quantum uelim edenti. Verum ut ne tibi commemorem rucius acidus, qui deinde sequitur, ut ne nocturnos uomitus, mane uobis erit de mercede pacto transigendum, quantum, & qua anni parte te oporteat accipere. Ergo praesentibus duobus aut tribus amicis, accessito te, & considere iusto, sic loqui incipit: Facultates nostrae cuiusmodi sint, iam perspicere potuisti, quam nullus in his factus, sed citra ostentationem, moderata ac popularia omnia, sed mediocria omnia ac plebeia. Sic autem animum inducas uelim, ut existimes omnia nobis fore communia. Nam ridiculum profecto, si quum charissimam possessionem meam partem, puta meam ipsius uitam, aut per louem, liberorum etiam (si fors illi liberi fuerint exaudiendi) tibi credam, non aliatum item rerum te mecum ex aequo dominum ac possessorem existimem. Caeterum quando certi quippiam est praesiniendum, equidem uideo uitae tuae frugalitatem, & animum paucis contentum. Neque non intelligo haud mercedis adductum spete in nostram uenisse familiam, uerum aliarum gratia rerum: puta nostrae in te beneuolentiae causa, tum honoris, qui tibi praeter omnes continget. Attamen praesiniendum est aliquid. Quin ipse magis quod uidebitur statuito, habita ratione, uir amicissime, munerum etiam illorum quae quotannis festis diebus a nobis accepturus uideris. Neque enim uel ista nobis fuerint neglectui futura, etiam si nunc haec pactione non complectamur. Scis autem complures per annum eiusmodi munerum occasiones incidere. Horum igitur habita ratione, moderatius nimirum praemium nobis praescribas. Praeterea decet etiam uos homines eruditos, pecuniam negligere. Haec ille dicens, totumque te uaria spe labefactans, mitem sibi ac tractabilem reddidit. Tu porro qui dudum taeta, ac multa nitumum milia somnias, solidos agros, & familias, sentis quidem tacitus apud te hominis fordes ac parsimoniam: nihilominus blanditur tibi pollicitatio tamen, atque illud, communia futura sunt omnia, ratum & uerum fore arbitraris: ignarus eiusmodi dicta,

Summis est labijs, non imo est corde profecta.

Tandem praepudore ipse statuendi ius defers. Verum ille facturum sese negat. Caeterum ex amicis praesentibus quempiam in eo negotio ueluti medium intercedere iubet, qui salarii modum pronunciet eum: qui neque ipsum grauet, ut cui plurimas tum alias in res magis his necessarias sumptus sit faciendus; neque rursus ei qui laturus est, sit omnino indignus. Atque is seniculus quispiam, diuitis aequalis, una cum illo a pueris aduulando educatus: Eho tu inquit, num inficias ire potes, quin unus sis qui in hac urbe uiuunt omnium fortunatissimus, cui primum contigerit, quod pluribus misere cupsetibus, uix a fortuna dari possit: nempe ut in huius hominis consuetudinem admittaris, ut communes penates habeas, ut in familiam inter Romanos primatiam recipiaris: Id nimirum tum Croesi tanta, tum Midae diuitias superat, si modo modestus esse noris. Equidem non paucos non ui magni nominis uiros, qui cupissent, etiam si quid ultro dandum fuisset, gloriae duntaxat causa, cum isto uiuere, & familiares apud hunc atque amicum uideri. Quapropter haud inuenio, quibus modis tuam praedictam felicitatem, qui quidem ad hanc tam expetendam fortunam, etiam praemio addito admittaris. Proinde, mihi satis esse uidetur, nisi plane es insolens, si tantum accipias, simulque pronunciat, sane minimum quiddam praesertim ad spes illas tuas: attamen boni consulas necesse est. Neque enim iam possis effugere, quum intra retia te nearis. Frenum igitur recipis, mulsitans, ac dissimulans, ac initio quidem non magnopere illi

illi reluctans, facileque sequeris, ut quod non admodum te torqueat, neque stringat, donec illi tandem paulatim assueueris. Tum uero si qui foris sunt mortales, hoc ipso nomine tuae fortunam admirantur, quod te conspiciant intra cancellos uersantem, ac nullo prohibente introeunte, prorsusque praeclearis illis opibus deliciisque domesticum quendam ac familiarum esse factum. At ipse nondum uidere potes, quam obrem illi te felicem existimant, nisi quod gaudes tamen teque ipse fallis, semper futura meliora fore existimas. Caeterum contra atque speraris euenit, & quemadmodum adagio dicitur: iuxta Mandrabuli morem negocium procedit, in singulos (ut ita dixerim) dies, deterius ac retro relabens. Vnde paulatim uelut in luce dubia, tum demum dispiciens intelligere incipis, aureas illas spes, nihil aliud fuisse, quam ampullas quasdam inauratas; labores autem esse graues, feros, inuitabiles, ac perpetuos. Sed quina ista sint, forsitan me rogabis. Neque enim uideo inquit, quid in hac consuetudine sit adeo molestum, neque intelligo ista quae commemoras, grauiataque intoleranda. Audi igitur uir egregie, non molestiam modo negocii perpendens, uerum foeditatem, humilitatem, prorsusque seruitutem, uel praecipue interim considerans. Principio meminere ex eo tempore, te iam neque liberum, neque ingenuum posse uideri. Noueris enim te haec omnia, genus, libertatem, progenitores ante limen relinquere, quum in huiusmodi seruitute te metipsum addicens in aedes ingrederis. Si quidem libertas tibi comes ire recusarit, ad uitam tam indignam, tam humilem te conferenti. Seruus itaque (tamen si nomine ipso grauius offenderis) seruus inquam, uelis nolis, futurus es, neque unius seruis uerum complurium, operamque seruilem praestare cogaris, obstipito capite, a diluculo in uesperam usque, idque mercede uili atque indigna. Adde, quod ne placebis quidem admodum, neque domino satis facies, neque ab illo magnifices, ut qui non a puero fueris ad seruitutem institutus, sed sero didiceris; atque aetate multum aliena coeperis ad id erudiri. Excruat autem te pristinae libertatis memoria, animo recurans, facitque ut interdum resillire conere, relucterisque, atque ob id ipsum sit, ut seruitus tibi molestior accidat. Nisi forte illud tibi ad libertatem sufficere putas, quod non fueris Pyrrhia aut Zopyrionis pater prognatus: aut quod non sic, uti Bithynicum aliquod mancipium, uociferante pracone diuendaris. Atqui tum uir egregie, quum instante nouilunio, Pyrrhijs & Zopyrionibus immixtus, manum itidem ut alij seruuli protendis, capisque: quodcumque illud tandem est quod datur, haec uidelicet est auctio. Nam pracone nihil opus erat homini qui ipse sui fuerit praeco, quicquid ipse ultro sibi multo tempore dominum amberit. Age iam o scelesti (cur enim non dicam praefertim in eum qui se philosophum esse dicat) si quis te pirata inter nauigandum captum, aut si quis praedo in seruitutem tradidisset, te ipsum deplorares, tanquam indignam fortunae iniuriam patientem. Aut si quis manu iniecta, te duceret in seruitutem afferens, leges inlamaris, omnia faceres, acerbe ferres, & o terra, o dii, magno clamore uociferareris. Nunc uero quum ipse te, ob paucos obolos, id aetatis in qua etiam si seruis natus esses, tamen tempestiuum fuisset iam ad libertatem aspirare, cum ipsa uirtute ac sapientia ultro adductum uendideris, nihil illa reueritus, quae permulta ab egregio Platone, Chrysippo, Aristotele differuntur, quum libertatem laudat, seruitutem damnat: an non te pudet, quum inter homines assentatores, & emptitios, ac scurras uersans ex aequo cum illis aestimaris, quum in tanta Romanorum turba, solus peregrino in pallio uersaris, quumque Romanae linguam perperam ac barbaram sonas: praeterea; quum agitas conuiuia tumultuosa, magna hominum turba conferta, quorum plerique collectum, quidam sunt & improbi: Atque inter hos laudas odiose, bibisque praeter modum; deinde mane ad tintinabulum experge factus, discussa ab oculis dulcissima somni parte, una sursum ac deorsum circumcurfas; hesterno luto etiam dum tibijs adhaerere: Vsq; ad eum te lupini, aut holerum agrestitum tenuit penuria: Vsq; ad eum tibi defuerunt fontes frigida manantes aqua, ut per desperationem ad ista deuenires: Haud puto. Quin potius palam est, te, non frigida aquae, neque lupini, sed bellariorum, atque opsoniorum, uinique odorati cupiditate captum eo uenisse. Quae dum lupi piscis in more auidius appetis, tuo merito euenit, ut hamus tibi fauces transfixerit. Itaque praesto sunt huius intemperatis, guleque autorameta. Ac perinde atque simia a truco reuinctus collo; reliquis quidem omnibus, risui es: at ipse tibi delicijs affluere uidere uideris, cui contigerit, affatim expleri caricis. Caeterum libertas, ingenuitas, una cum ipsis gentilibus, ac tribulibus, haec nimirum euania cuncta, atque istarum rerum ne memoria quidem ulla: quanquam hoc quoque ferendum, si uita

si uita cū hac turpitudine dūtaxat esset conuicta, quod ē libero seruū uideri facit, non labores etiā accederent, cū illa seruorū collutiē cōmunes. Sed uide, nūm quæ tibi imperantur, leuiora sint his, quæ Drōmonī aut Tibio mandant. Nā doctrinā quidē, cuius rei cupiditate simularat te in familiā suā accersisse sese, perq̄ exiguā illi cura est. Quid enim (ut dici solet) commercij alino cum Iyra: An nō uides uidelicet, q̄ misere macerētur in modico desiderio, uel Flomerica sapientia, uel Demosthenica grauitatis ac uehementia, uel Platonica sublimitatis: Quorum me hercle ex animis si quis aurum, argentum, atq; hartum rerum curas tollat, nihil fuerit reliquum, præter fastum, molliciem, lasciuam, luxum, ferocitatem, imperitiā. Atq; ad ista nihil profum opus te. Verum quoniam tibi barba ingens propendet a mento, quoniamq; uultu ipso graue quiddam & ueneradum præ te fers, tum quia pallio Græcanico decenter amictus es, norūtq; iam omnes te grammaticum esse, seu rhetorem, seu philosophum, pulchrū ille sibi putat, ut et eiusmodi quispian, anteambulorum suorum pompæ permixtus esse uideatur. Futurū enim hac re ut Græcanicarum disciplinarum studiosus, reliquaq; omnis doctrinæ neq; negligēs, neq; rudis esse putetur. Vnde fit ut in periculum uir egregie uenias, ne non tam ob admirandas illas artes, quin magis ob barbam palliumq; conductus esse uideare; proinde ut perperuus apud illum conspiciaris oportet, neq; absis unquam, uerū ut diluculo relicto stratis, in famulatio temet exhibeas conspiciendum, neq; locum in acie deseras. Porro ille iniecta nonnunquam tibi manu, quicquid forte in mentem incidit, de hoc tecum nugatur, obuijs ostentans, quā ne per uiam quidē ingrediens, incurius sit literarum, quin ut illud ipsum etiam ocium, quod inter inambulandum datur, in re quapiam honesta collocet. At tu miser interim, nunc cursim, nunc gradatim, nunc scansim perung, nūc descensim (Nam scis huiusmodi esse urbem) obambulans, tum sudas, tum spiritum anhelus trahis. Deinde illo intus cum amico quopiam, ad quem accessit confabulāte, quum tibi interrim locus desit, ubi uel assidere queas, librum uidelicet stans in manū sumis, quoq; falsas tædium, legis. Post ubi ieiunium te sitientemq; nox occupauit, in cōmodo lotus, in tempestiue, puta nocte ferme concubia, ad cœnam accedis, haud perinde deinceps in precio habitus, neq; conspiciendus his qui adsunt. Verum si quis aduenerit recentior, tu post tergum reuerteris. Itaq; in angulum aliquem abiectissimū retrusus, accumbis, testis dumtaxat ac spectator eorū que apponuntur, canum ritu ossa circumrodens, si fors ad te perueniat, uel aridum maluæ folium, quo reliqua inuoluunt, si fastidiatur ab ijs qui supra te accumbunt, præ fame libenter arrepturus. Audi iam & aliud contumeliæ genus. Quid quod ne ouum quidem soli tibi apponitur. Neq; enim conuenit, ut tu semper eadem requiras, quæ hospitibus atq; ignotis ministrantur, quando quidem hæc tua sit inscitia atq; inturbanitas. Neq; auis eiusmodi tibi apponitur, qualis alijs. Verum diuiti illi pinguis & succulenta, tibi pullus dimidiatus, aut palumbus aliquis aridus atq; insipidus, non auis uidelicet, sed manifesta contumelia ludibriumq;. Neq; uero raro fit, ut si quādo desit alibi, minister repente te inspeçtante submouens ea, quæ tibi erant apposita alijs apponat: illud tibi ad aurem immurmurans, tu profecto nolter es. Quod si quando interim dissece tur, uel porca foeta, uel ceruus, aut structorem tibi modis omnibus propitium habeas oportet, aut certe Promethei partem feres: nempe ossa adipe circumtecta. Nam quod ei qui supra te accumbit patina sinitur adstare, quoad satiatu repudiet, te contra tam celes riter prætercurrat, quis tandem isthuc ferat qui modo sit ingenuus, cuiq; tantum insitibi lis, quātum uel ceruus adest: Atq; illud equidē nondum dixi, quod reliquis suauissimum ac uetustissimū uinum bibētibz, tu solus malum quoddam & pingue bibis. Proinde illud semper curas, ut auro, argēto uel bibas, ne colore prodente, palam fiat, te usq; adeo cōtemptum neglectumq; esse conuiuiam, quanq; bene tecum ageretur, si uel illud ipsum ad satietatem usq; bibere liceret. At nunc ubi crebrius poposceris, minister audisse dissimulat. Adde iā multas interim & alias esse res, que te discrucient, imō nihil esse ferme, quod non sit acerbum, maxime quum tibi cinædus aliquis antefertur, quin pluris te sit is qui saltandi docet artem, qui focos Ionicos contexit Alexandrinus quispiam homunculus. Nam qui tibi speres tu ut in accubitu æqueris ijs, qui uoluptates & amatoria subministrant: qui literulas in pectore gestant: Proinde in obscuro quopiam cōuiuij latibulo tectus, præq; pudore abstrusus, suspiras, uti coniectandum est, teq; ipsum deploras, ac for-

tunam

tunam inctas tuam, quæ tibi ne paucillulum quidem leporis ac uenustatis asperferit. Ac prorsus ita uideris affectus, ut optes poeta fieri, ut amatorias conscribas cationes, aut si id non contingit, uel eam assequi facultatem, ut possis ab alijs conditas digne canere. Vides enim quibus in rebus situm est, ut quis efferatur, plurimiq; fiat. Quin & illud ferre queas, ut magi quoq; aut arioli personam (si necesse sit) induas, ex horū genere qui amplas hereditates, qui imperia, qui cumulas opes pollicentur. Quandoquidē hos quoq; uides nō mediocriter à diuitibus amari, plurimiq; fieri. Eoq; uel unum quodlibet horum fieri percipias, uti ne prorsus reijculus, atq; inutilis appareas. Atqui ne ad ista quidē docilis es infelix: proinde submittas te oportet, multisitesq; ac tacitus feras, clam apud te plorans, ac neglectui habitus. Etenim si te famulus aliquis susurro deferat, qui solus omnium nō laudaris puerū heræ saltantē, aut cithara canentē, ista scilicet ex re nō leue discrimen impendet. Quapropter terrestris in morem ranæ sitiens uocifereris necesse est, id operam dans, ut in laudantium numero insignis ac præcipuus appareas. Quin sapicule, silentibus reliquis, tibi ficta quedam laus proferenda: quæq; multam sapiat assentionē. Iam uero magnopere ridiculum est, cum esurias interim sitiasq; unguētis collini, ac uertice gestare coronam. Siquidem id temporis non dissimilis uidere sepulchrali columnæ, uetusti cuiuspiam cadaueris, quæ gestare solet ea quæ manibus inferuntur. Nā huic infuso unguēto, impositaq; corona, ipsi & bibunt, & edunt apparatus epulas. Porro si etiā ze lotypus quispiā fuerit, sintq; illi uel pueri formosi, uel uxor puella: neq; tu prorsus à uenere Gratijsq; fueris alienus, profectio non satis tuta res, neq; periculum negligendum: propterea quod regis plures sunt oculi, qui quidē non uera solū uident: sed semper ueris aliquid addunt ad cumulū, ne conuiuere uideantur. Quas ob res, uultu demisso tibi est accumbendū, quemadmodū in Persicis conuiujs fieri mos est, uerito, ne quis eunuchus sentiat te in concubina aliquam conijcientem oculos: moxq; alter eunuchus, cui iam dudum arcus in manu tensus est, quia uideris quæ uidere nephas, inter bibendū, malam iaculo transfigat. Iam peractio cōuiuio, ubi paululum dormieris, ad galli cantum experge factus: O me miserum inquis, o infortunatū, cuiusmodi quondā conuictus, quos amicos reliquit: tum uitam tranquillam & ocij plenam, somnum quem meapte cupiditate metiri soleo, deambulationes liberar, atq; ex his in quale barathrum inemet præcipitem dedic. Et deum immortalē: cuius tandem rei gratia? Aut quod nam istud magnificū premittit? At ne fieri quidem potuit, ut mihi unquam aliās plures commoditates suppetere quā tum suppetebant. Tum autē accedebat libertas, atq; omnia pro meopte arbitrio faciēdi facultas. Nunc porro iuxta id quod prouerbio iactatū est: Leo chardula uinctus sursum ac deorsum circumferor. Quodq; omnium est miserissimū, maximeq; deplorandū, neq; efficere possum ut placeam, neq; gratiam emereri queo: propterea quod harum rerum sum imperitus ac rudis, maxime compositus collatusq; cum his qui hæc uelut artē profitentur. Proinde iniunctus sum, ac neutiquam aptus cōuiujs, quippe qui ne risum quidem concitare norim. Quin etiā sentio me non raro molestum esse et importunum, quū adsum, maxime, quū ipse seipso festiuor esse conatur. Nam illi tetricus uideor. In summa nullā inuenio uiam, qua me illi accommodem. Etenim si meā ipsius auctoritatē ac seueritatem tueri pergo, iniunctus uideor, ac propemodū horrendus ac refugiendus. Contra si risero, uultumq; quam possum maxime ad hilaritatem composuero, fastidit ilico ille, & auerſatur. Ac prorsus tale quiddā mihi uidetur, quale sit, si quis in persona tragica comœdiam agere tentet. Postremo quam tandē aliam uitam mihi uiuam demens, posteaquam hanc præsentem alteri uixerim? Dum hæc tecum loqueris, iam sonuit tintinnabulum, iamq; ad eadem tibi redeundum est, obambulandum, standum, sed ceromate inunctis ante femoribus poplitibusq;, si modo uelis par esse certaminī, præmioq; tollēdo idoneus. Deinde conuiuium idem & eadē apparatū hora. Iamq; adeo diuersa uiuendi ratio superioriq; cōtraria, tum insomnia, sudor, defatigatio, paulatim quasi suffosis cuniculis inducūt uel tabem, uel pulmonis exulcerationem, uel intestini tormina, uel egregiam illam podagrā. Reluctaris tamē sedulo, ac frequēter quū ualetudo poscat uti lecto decubas, ne hoc quidē licet: eo quod assimulari morbus, quo munia officiaq; iusta defugas, existimatur. Hinc præter omneis perpetuo palles, semperq; iamā morituro uidere similis. Et hæc tenus quidē de his quæ domi ferenda sunt. Quod si quando fuerit peregrinatus,

Tom. I

Z

dum

dum (ut ne interim referam alia incōmoda) saepe fit, ut pluuio cœlo, ubi postremus ueneris. (Nam is locus tibi forte contigit) uehiculū opperiaris, donec nullo iam reliquo loco ubi diuerferis, proxime coquam aut heræ comptorem te reclinant, ne stipulis quidē affatim substratis. Neq; uero tibi referre grauabor, quod mihi Thesmopolis iste Stoiæus narrauit sibi accidisse, rem profecto nimisquam ridiculam, quæ tamen eadē possit & alij cuius accidere. Conuiuiebat enim cum opulenta quadam ac delicata muliere ex illustribus istis & urbanis. Eam, quum aliquādo peregre proficisceretur (nam id primū aiebat sibi maximopere deridiculum accidisse) in curru sibi uiro nimirū philosopho adiunxisse cinædum quempiam picatis cruribus, derasa barba. Quem illa honoris (ut conijcio) gratia secum ducebat. Quin nomen quoq; cinædi commemorabat. Aiebat enim Chelidonium uocari. Iam primū illud cuiusmodi fuerit uide, iuxta uirū seuerum tetricumq; tum senem canoq; mento (Scis autē quā profundam ac uenerabilem barbam habuerit Thesmopolis) asidere nihil hominem & effœminatam, picaturis oculis, lubrico uultu, fracta ceruice, nō Chelidonem per Iouem, id est, hirundinē, sed uulturē magis, reuulsis barbæ plumis. Quod nī magnopere illū fuisset deprecatus, ne faceret, futurū fuisse ut flammeū etiam in capite gestans asideret. Præterea autem perpetuo hoc itinere molestias innumerabiles pertulisse sese, illo cantillante garrieteq; demū (nisi idem hominem coercuisset) in rheda etiam saltante. Addebat secundo loco tale quiddā sibi fuisse mādātum. Accersito illi mulier Thesmopolis inquit, ita tibi dii bene faciant, magnū quoddam officium abs te requirā, quod caue recuses, neq; expectes ut quicquā te sim rogatura studiosius. Atq; hoc (ut est credibile) omnia se facturum pollicito; hoc inquit, te rogo quandoquidem uideo te uirum probum, diligentem & amantem, caniculam quā nostri Myrthinam, in uehiculum recipe, eamq; mihi serua, curans ne quid illi desit. Nam misera grauida est, atq; adeo propemodum iam propinqua partui. At isti scelesti & immorigeri ministri, non dicam huius, sed ne mei quidem ipsius magnopere rationem habēt in peregrinationibus. Quare ne te putes mihi medio cre beneficium facturū, si charissimā mihi iucundissimamq; caniculam seruaris. Recepit Thesmopolis quū illa tātopere rogaret ac propemodum etiam fleret. Porro speciaculum erat supra modum ridiculum. Canicula e pallio prominens prospectasq; paulo infra barbam ac subinde immeiens (tametsi hæc quidem Thesmopolis reticuit) ac gracili uoce latrans (huiusmodi enim catellæ iam in delitijs sunt) neq; non philosophi mentum oblingens, maxime si quid pridiani iuris in hæreret. Porro Cinædus affessor ille, quum non insulse super conuiuium dicteria quædam iecisset in eos qui aderāt, ac deniq; & ad Thesmopolim usq; dicacitas peruenisset; de Thesmopolide, inquit, unum hoc possū dicere, eum ē Stoiæo Cynicum iam nobis esse factum. Equidem audiui caniculam etiā peperisse in Thesmopolidis pallio. Huiusmodi delitijs illudunt, uel (ut uerius dicam) huiusmodi contumelijs ac ludibrijs trahant eos qui cū ipsis uiuunt, paulatim eos cicures ac mansuetos adferendas contumelias redentes. Præterea autē & Carcharorum Oratorem noui, qui iustus super cenam declamabat, neutrūquam inerudite per Iouem, imō grauius & absolutissime, ac laudabatur interim ab illis bibentibus, quum nō ad aquæ modum, sed ad uini amphoram oraret. Atq; eam molestiam, ob ducentas drachmas perpeti ferebatur. Verum hæc quidem fortassis uicūq; tolerāda. Porro si diues ipse, aut poeticus fuerit, aut historicus, qui sua ipsius scripta in conuiuiis recitare gaudeat; tum uero maxime futurum est, ut discrucieris ac dirumparis. Nempe quum admirari, quum assentari, quum nouos quosdam laudandi modos comminisci necesse habes. Sunt autem qui & formæ nomine studeant admirandi uideri. Eos nūc Adonidas, nunc Hyacinthos appelles necesse est, etiam si illis naris nonnūquam cubitali hiet specu. Quod nī laudaris, protinus in lapidicinas Dionysiacas asportaberis, tanquam qui illi tum inuideas, tum insidieris, maleq; uelis. Ad hæc & sapientes & rhetores sunt necesse est. Quod si etiam rustice quippiā dixerint, tum uero iuxta illud, quod dici solitum est: Atticæ atq; Hymetti plenam orationem uideri uolunt, atq; in legem abire, ut deinceps ita loquantur homines. Quanquā quæ uiri faciunt, ferri forsitan queāt. At uero mulieres (nam mulieribus etiam illud studio est, ut doctos aliquot in suo conuiuii conductitios habeant, quicq; sese mercede affectentur) quandoquidē hoc quoq; ad reliquum cultum, elegantiamq; pertinere putant, si dicantur erudita, si philosophi, si

carmina

carmina componere Sapphicis haud multo inferiora, ob hæc sanè hæ quoq; conductitios Rhetores, Grammaticos, Philosophos circumferunt. Hos autem audire solent (id quod ipsum est ridiculum) tum temporis, quum uel comuntur, aut capillos in orbem religant, uel in conuiuiis. Nam alias non suppetit illis octum: Porro sæpenumero fit, ut interim dum Philosophus quippiam disserit, interueniēs ancilla, literulas ab adultero porrigat. Ac præclari illi de pudicitia sermones intermittuntur, opperientes donec illa rescripserit adultero, atq; ita redeat ad auditionem. Porro si quando post multum temporis instatibus saturnalibus, aut panathenæis, misera quæpiam umbella tibi mittatur, aut tunica semiputris ac detrita, tum deniq; plurima misitentur oportet. Atq; aliquis qui statim subauscultarit, herum id facere destinantem, præcurrit, ac primus rei index, abiensq; non exiguū precii aufert qui renunciarit. At mane plus tredecim te adeunt idem apportantes nuncios; quorum quisq; commemorat quā multa dixerit, quemadmodum submonuerit, quemadmodum adhortans commodiora subiecerit. Omnes itaq; donati præmio discedunt, at non sine murmure tamen, qui non plura dederis. Porro salariū ipsum sex ferme obolorū. Idq; si tu postules, gratis atq; importunus haberis. Proinde quo illud aliquando auferas, primum ipsi hero adulteris, supplexq; sias necesse est; deinde candus & dispensatoris fauor. Nam hoc quoq; quoddam est seruitutis genus. Neq; uero negligendus is, quem in consilium adhibet; neq; item amicus. Deinde quod acceperis, iam didum debebatur uel uestiario, uel medico, uel cerdoni cuiquam. Vnde fit ut se ra atq; intempetiua, eoque inutilia præmia tibi accedant. Cæterum inuidia ingens. Iamq; etiam calumniæ quædam paulatim struuntur in te, apud hominem qui iam non inuitis auribus accipiat, si quid aduersum te dicatur: Quippe qui perspiciat te laboribus asiduum iam detritum, & ad obeunda munia famulatus claudicantem, atq; obaudientem, ac podagra subinde grauari. Proinde posteaquam id quod erat in te florētissimum decerpserit, atq; partem maxime frugiferam ac præcipuum corporis uitorem detritum, iamq; te lacrum panniculū reddiderit, tum modis omnibus circumspicit in quod sterquilinum te portatum abijciat, atq; alium perferēdis laboribus idoneū, in tuū substituat locum. Ibi insimulatus, uel quod pusionem illius tentaris: uel quod homo senex uxoris ancillā uirginem uitariis: uel alio quouis impolito crimine, noctu obuolutus ac præceps datus exrudēdis, discēdisq; desertus ab omnibus, atq; omnium inops rerum optimā podagram unā cū senecta comitem ducens. Quum interim quæ quondam sciueris, tanto temporis spaciō dedideris, tum uentri culeo reddideris ampliorem, tibiq; paraueris inexplēbile quoddam & implacabile malū. Etenim gula ea quibus assueuit, flagitat. Quæ cū negantur, indignatur. Adde quod præterea nemo te posthac recepturus est in familiā, ut pote cuius iam præterierit ætas, quicq; similis euaseris equis senio affectis, quorū ne pellicis quidē perinde ut aliorū animantium est usui. Quin ex hoc ipso quod eiectus es, calūniāq; potest proxime ad uerissimilitudinem conficta, facit ut aut adulter, aut ueneficus, aut aliud quippiā tale uidearis. Nam accusatori uel tacēti fides habetur. Tu uero Græculus, moribus leuibus, & ad omne facilius facilis. Siquidē huiusmodi nos omnes esse ducit, idq; iure optimo: uideo enim mihi causam aduertisse, quam obrē eiusmodi de nobis obtineant opinionē. Nam pleriq; qui in familias accedūt, propterea quod alioquin nihil bonæ rei didicerunt, diuinationē ac maleficia profitentur, conciliationē amorū, abductiones in hostes, atq; id quum faciunt, doctos sese affirmāt, pallijs amicti, barbiscq; neutrūquā contemnēdis onusti. His rebus fit, ut non iniuria eandem de reliquis omnibus habeant opinionē, quando eos quos præcipuos esse iudicant, uideant tales. Maxime uero, posteaquam animaduertent, q̄ sint in conuiuijs, reliquoq; conuiuii aduantes, q̄ ad lucrum humiles ac seruales; deinde eiectos eosdem iam oderunt, neq; id iniuria, ac modis omnibus admittuntur, ut eos funditus perdant, si quo modo possint. Verentur enim, ne cūcta illa uitæ suę mysteria in uulgus efferāt, quippe qui nihil non exacte norint, quicq; illos nudos conspexerint. Ea res igitur illos male angit. Omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris: quorum aurei quidē umbilici, purpurea foris pellis; cæterū intus aut Thyestes est liberis in conuiuiis comedēs, aut Oedipus, matris maritus, aut Tereus cum duabus pariter fororibus rem habēs. Eiusmodi sunt & illi, splendidi, cōspicuiq;. Porro intus sub purpura uarias occulūt Tragedias. Quorū unumquēq; si euolueris, explicuerisq;

Tom. I

Z. 2

fabulam

fabulam nō medio criter longā reperies, Euripidis cuiuspiā, aut Sophoclis. Contra foris nihil nisi purpura splēdida, aureiq; umbilici. Harū itaq; rerū sibi conficij oderūt illos, atq; insidias parant, si quis penitus ab illis defecerit, qui eos probe cognitos depingat, qualesq; sint euulget. Iam uero libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginem quādam huius uitae tibi depingere, ut eam contemplatus scire queas, num ex usu tuo sit eam adire. Equidem magnopere cupiam uel Apellem quempiam, uel Parrhasium, uel Aetionem, uel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verum quoniam fieri potis non est, ut aliquem artificem tam egregium atq; absolutum nanciscamur, in praesentia tenuem quādam pro mea uirili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur uestibulū sublimē atq; inauratum, neq; id humi situm in solo, uerum procul a terra in aedito collis fastigio. Praeterea inaccessum fectmē & abruptum, lubricoq; aditu, ita ut plerūq; qui se iam ad summum usq; uerticem penetrasse sperant, lapso pede praecipitati ceruicem frangāt. Intus autem Opulentia sedeat, tota (sicuti uidetur) aurea, maiorem in modum formosa, atq; amabilis. Porro amator ubi uix tandem conscendit, iamq; ad fores accesserit, obstupescat, oculis in aurum defixis; deinde Spes, quae & ipsa specioso uultu est, ac uericoloribus amicta, manu prehensa introducat, mire tam ipso ingressu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore Spes usq; illum antecedit, ducatq; tum aliae mulieres illum excipiunt, puta Fallacia Seruitusq; tradant Labori. At is miserum penitus defatigatū tandem Senectae tradat iam morbidum, coloreq; commutato. Postremo Contumelia, arreptum illum ad desperationē pertrahat. Ex hoc quidem tempore Spes auolās euanescat. Tum ille non per aureum illud atrium per quod ingressus fuerat, sed per posticum quoddam, & occultum exitum extrudatur nudus, uentricosus, pallidus, senex, laeua quidem pudorem occultans, dextra uero seipsum strangulās. Occurrit autem exeuntū Penitudo frustra lachrymans, & miserum bis etiam conficiens. Atque hic quidem esto picturae finis. Caeterū tu Timocles optime, ipse diligenter consideratis singulis expende, num ē re tua sit ut in hāc imaginem per aureas illas fores ingressus, per illas longe dissimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris sapientis illius, qui dixit: Deum in culpa non esse, uerum qui sua sponte delegerit.

HIERONYMO BVSLIDIANO PRAEPOSITO


ARIENSI CONSILIARIO REGIO ERAS. ROT. S. P. D.

VMOR iam pridem hic perseverat, acerbior quā ut uerum esse libeat credere, sed constantior tamen, quā ut uanus credi possit, Philippū principem nostrum, ē uisus excessisse. Quid querar mi Buslidiane, quid uociferer, quem in eusem, hominum uē, Deum uē? Quae comploratio tam Tragica, quae huic tam atroci uulneri sufficiat? Nimio, heu nimio constitistis Hispaniae, quae quidem primum Franciscum Buslidianum Archiepiscopum Bizontinum nobis ademistis, neq; tanti uiri iactura contente, principem etiam eum absorbuistis, quo (si uirere modo licuisset) nihil unquam habuit hic orbis, neq; maius neq; melius. Quāquam quid, quae so, supererat etiam adolecenti, nisi uti iam ipse sese superaret. Sed o diuini fortunae ludum, o nouam fatorum inuidentiā, o mors quā iniqua, tam etiam inuida, ut semper praestantissima quaeq; quā ocyssime tollis ē medio, uixq; oculis ostensa protinus subducis. Cuius ego uicem hic potissimum deplorem? Maximiliani ne patris, qui tali sit orbatus filio, quem unum multis etiam imperijs anteponebat? An liberorum magis, quibus aetate tam immatura, tam pius sit ereptus pater? An patriae potius, cui de charissimo principe, tam seruum gaudium, tam praeproperus contigerit luctus? An orbis demum uniuersi, cui tam singulare lumen sit ademptum? idq; tam ante diem. Hoc nimirum hoc tempestas illa fatalis, qua medio ē cursu in Britanniam depulsus est, portendebat, uidelicet fati illum palam ab Hispania rescipientibus. Equidem Panegyrico qualicumq; laudauit iuuenem. Tum autem bone deus, quot mihi panegyricos, quā copiosos pollicebar? Et en repente commutatis rebus, epitaphium paro miser. Eamus nunc nos homunculi, & fortunulis nostris fidamus, quum eos etiam pro sua libidine mors rapiat, quos quā diutissime uiuere tantopere omnium refert. Sed quid ego mi Hieronymedum

dum meo indulgeo dolori, tuum exulcerō? Quod reliquum est, precor ut superi propitij liberis paternam quidem felicitatem, sed cum diui Federici uiuacitate copulatam, largiantur. Tibi item in moderandis illis fraternos successus: sed uitam fraterna diuturniorē. Literis his, ne ad tantum, tamq; doctum amicum nullo literario munusculo comitate uenirent, dialogos aliquot Luciani, comites addidi: quos pauculis his diebus, dū obsidionis metu Florentiam profugeremus, Latinos feci: hoc nimirum agēs, ne nihil agerem. Nam in praesentia quidem in Italia mire frigent studia, feruent bella. Summus Pontifex Iulius belligeratur, uincit, triumphat, planeq; Iulium agit. Vale, & amplissimo patri Nicolao Ruterio episcopo Atrebatensi etiam atq; etiam Erasmus commēdato. Bononiae XV Calendas Decembres. M D VI

CNEMONIS AC DAMIPPI

CNEMON



HOC illud est quod uulgo dici consuevit, Hinnulus leonem. DAM. Quid istuc est, quod tecum stomachare Cnemon? CNE. Quid stomachacher rogas? Equidem haeredem reliqui quendam praeter animi sententiam, uidelicet astu delusus miser, ijs quos maxime mea cupiebam habere praeteritis. DAM. Sed isthuc quā euenit? CNE. Hermolauum nobilem illum diuitem, quum orbis esset, imminente morte captabam, absidens atq; inseruiens. Neq; ille grauatim officium meum admittebat. At interim illud quoq; mihi uisum est scitū, consiliumq; ut testamentum proferrem, ac publicarem, quo illum rerum mearū in solidum haeredem institueram, nimirum ut ille uicissim idem faceret, meo prouocatus exemplo. DAM. At quid tandem ille? CNE. Quid ille suo in testamento scripserit, id quidē ignoro. Caeterum ego repente atq; insperato ē uita decessi, tecti ruina oppressus. Et nūc Hermolauus mea possidet, lupi cuiuspiam in morē ipso hamo cum esca pariter auulso. DAM. Imò non escam modo cum hamo, quin etiā te quoq; piscatorem simul abstulit. Itaq; technam istam, in tuum ipsius caput struxeras. CNE. Sic apparet, idq; adeo deploro.

ZENOPHANTAE ET CALLIDEMIDAE.

ZENOPHANTES

AT tu Callidemides, quo pacto interisti? Nam ipse quemadmodum Diniae parastus quum essem, immodica ingurgitatione praefocatus fuerim, nosti, aderas enim morienti. CAL. Aderam Zenophantes. Porro mihi nouum quiddam, atq; inopinatum accidit. Nam tibi quoq; notus est Ptoeodorus ille senex. ZEN. Orbem illum dicis, ac diuitem, apud quem te absidue uersari conspiciebam? CAL. Illum semper captabam, colebamq; id mihi pollicens fore, ut meo bono quā primum moreretur. Verum quum ea res in longum proferretur, sene uidelicet uel ultra Tithonios annos uiuente, compediariam quādam excogitauit uiam, qua ad haereditatem peruenirem. Si quidem emptō ueneno, pocillatori persuaferam, ut simul atq; Ptoeodorus potum posceret, bibebat autem prolixius, praesentius in calicem iniiceret, haberetq; in promptu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iureiurando confirmabam, me illum manumissurum. ZEN. Quid igitur accidit? nam inopinatum quiddā narraturus mihi uideris. CAL. Vbi iam loti uenissimus, puer duobus paratis poculis, altero Ptoeodoro cui uenenum erat additum, altero mihi, nescio quo modo errans, mihi uenenum, Ptoeodoro porrexit innoxium. Mox ille quidem bibit, at ego protinus humi porrectum stratus sum, supposititium uidelicet illius loco sumus. Quid hoc? Rides Zenophanta? Atqui non conuenit amici malis illudere. ZEN. Rideo profecto, nam eleganter ac lepide tibi haec res euenit. Porro senex ille, quid interrim? CAL. Primum ad casum subitum atq; inexpectatum sanē conturbatus est. Deinde simul atque intellexit id quod acciderat, puta pocillatoris errore factum, risit & ipse. ZEN. Recte sanē. Tamen si non oportuit ad compendium illud diuertere, si quidem uenisset tibi populari, uulgataq; uia, tutius certiusq; etiam si paulo serius.

Tom. I

Z 3

Menippi

MENIPPVS

Quid eiulas ó Tantale, aut quid tuam deploras fortunam, itaagno imminēs? **TAN.** Quoniam siti enecor. **MEN.** Vsqe adeo piger es atq; iners uti non uel pronus incumbens bibere noris, uel caua uola hauriens? **TAN.** Nihil profecero si procumbam; refugit enim aqua simul atq; me propius admoueri senserit: quod si quando hausero, oriq; coner applicare, prius effluxit, quam summa rigem labia. Atq; inter digitos effluens aqua, haud scio quomodo rursus manum meam aridam relinquit. **MENIP.** Prodigiosum quiddam de te narras Tantale: uerum dic mihi isthuc ipsum, quorsum opus est bibere, quum corpore careas; nam illud quod esurire poterat, aut sitire, in Lydia sepultū est. Ceterum tu quum sis animus, quinam posthac aut sitire queas, aut bibere? **TANT.** At qui hoc ipsum supplicij gen^o est, ut anima perinde quasi corpus sit, ita sitiat. **MEN.** Age, hoc ita habere credamus, quādoquidem affirmas te siti puniri. At quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Num metuis ne potus inopia moriaret? At equidē haud uideo alteros inferos, si quis hos relinquat, neq; locum alium in quem morte demigret quispiā. **TAN.** Recte tu quidem dicis: uerum hoc ipsum supplicij genus est, sitire, quum nihil sit opus. **MEN.** Desipis Tantale, & uti uerum tibi fatear, non alio potu uideris egere quā uerastro mero: nam diuersum quiddam pateris, ijs quos canes rabiosi momorderint, ut qui non aquam, quemadmodum illi, sed sitim horreas. **TAN.** Ne ueratrum quidem recusarim bibere Menippe, si liceat modo. **MEN.** Bono es animo Tantale, certum habes nūquam fore, ut uel tu, uel reliquorum Manium quispiā bibat: Nec enim fieri potest; quamquam non omnibus quemadmodum tibi, pœna ad iudicata est, ut sitiant, aqua illos non expectante.

MENIPPI AC MERCVRII

MENIPPVS

At ubinam formosi illi sunt, ac formosæ Mercuri? ducito me docetiq; utpote reuens huc profectum hospitem. **MER.** Haud mihi licet per ocium Menippe, quin tu isthuc ipso è loco dextrorsum oculos deflecte. Illi & Hyacinthus est, & Narcissus ille, & Nireus, & Achilles, & Tyro, & Helena, et Leda, breuiter quicquid est ueterum formarum. **MEN.** Equidem præter ossa nihil uideo, caluariasq; carnibus renudatas, inter quæ omnia nihil sit omnino discriminis. **MER.** Atqui hæc sunt quæ poetæ cuncti mirantur ac celebrant, ossa scilicet quæ tu uideris contemneret. **MEN.** At Helenam saltem mihi commōstra: nam ipse quidem haud queam dignoscere. **MER.** Hæc uidelicet caluaria, Helena est. **MEN.** Et huius scilicet ossis gratia, mille naues ex uniuersa Græcia, acto delectu, sunt impleta; tantaq; tum Græcorum, tum Barbarorum multitudo confluit; tot urbes sunt euerse: **MER.** Ceterum Menippe non uidisti mulierem hæc uiuam, quod si fecisses, forsitan diceres tu quoq; uitio dandum non esse.

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui si quis flores etiam arefactos marcidosq; contempletur, posteaquam coloris decus abiecerint, deformes nimirum uideantur. At isdem donec florēt coloremq; obtinent, sunt speciosissimi. **MEN.** Proinde illud iam demiror Mercuri, si Græci non intellexerunt sese pro re usque adeo momentanea, quæq; tam facile emarcesceret, elaborare. **MER.** Haud mihi uacat tecum philosophari, quare delecto loco ubi cunque uelis, prosterne temet ac recumbe, mihi iam aliæ sunt traducendæ umbræ.

MENIPPI, AMPHILOCHI, TROPHONI DISCEPTATIO.

MENIPPVS

Vos nimirum Trophoni atq; Amphiloche, quum sitis mortui, tamen haud scio quonam modo phanis estis donati, uatesq; credimini, ac stulti mortales deos esse uos arbitrantur. **TRO.** Quid an nobis igitur imputandum, si per inscitiam illi de mortuis huiusmodi opinantur? **MEN.** Atqui non ista fuissent opinati, ni uos, tum quum uereretis, eiusmodi quædam portenta ostentassetis, tanquam futurorum fuissetis præscij, qualiq; prædicere potuissetis, si qui percontarentur. **TRO.** Menippe, nouerit Amphiloachus hic, ipsi pro sese respondendum esse. Ceterum ego Heros sum, uaticinorq; si quis ad me

ad me descenderit: At tu uidere nunquam omnino Lebadiam adisse, neq; enim alioqui ista non crederes. **MEN.** Quid ais? equidem nisi Lebadiam fuisset profectus, ac linteis amictus, ossam ridicule manu gestans, per angustum aditum in specum irrepsissem, nequaquam fieri potuisset, ut te defunctum esse cognoscerem perinde atq; nos, solaq; præstigiatura reliquos antecellere. Sed age per ipsam diuinandi artem, quid tandem est Heros? neque enim intelligo. **TRO.** Est quiddam partim ex homine, partim ex deo compositum. **MEN.** Nempe quod neq; sit homo, quemadmodum audio, neq; deus, uerū pariter utrunq;. Ergo dimidia illa tui, ac diuina pars, quo nunc recessit? **TRO.** Reddit oracula Menippe in Boeotia. **MEN.** Haud intelligo quid dicas Trophoni, nisi quod illud planè uideo; te totum esse mortuum.

CHARONTIS AC MENIPPI

CHARON

Redde nauum scelestæ. **MEN.** Vociferare, siquidem isthuc tibi uoluptati est Charon. **CHAR.** Redde, inquam, quod pro traiectione debes. **MEN.** Haudquaquam auferre queas ab eo qui non habeat. **CHAR.** An est quisquam qui ne obolum quidem habeat? **MEN.** Sit ne alius quispiam præterea, equidem ignoro, ipse certe non habeo. **CHAR.** Atqui præfocabo te per Ditem impurissime, ni reddas. **MEN.** At ego illis baculo tibi comminuant caput. **CHAR.** Num ergo te tam longo traiectu gratis transuexeris? **MEN.** Mercurius meo nomine tibi reddat, ut qui me tibi tradiderit. **MER.** Belle mecum agatur per Iouem, siquidem futurum est, ut etiam defunctorum nomine persoluam. **CHAR.** Haud omittam te. **MEN.** Quin igitur uel huius gratia perge ut facis, nauim trahere: quanquam quod nō habeo, quinam auferas? **CHAR.** At tu nesciebas, quid tibi fuerit adportandum? **MEN.** Sciebam quidem, uerum non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi semper in uita manendum? **CHAR.** Solus ergo gloriaberis te gratis fuisse transuectum? **MEN.** Haud gratis ó præclare, siquidem & sentinam exhausti, & remum arripui, & uectorum omnium unus non euilui. **CHAR.** Ista nihil ad nauum, obolum reddas oportet, neq; enim fas est secus fieri. **MEN.** Proinde tu me rursus in uitam reuehe. **CHAR.** Belle dicis, nimirum ut uerbera etiam ab Aeæo mihi lucrifaciam. **MEN.** Ergo molestus nē sis. **CHAR.** Ostendē quid habeas in perā. **MEN.** Lupinum si uelis, & Hecataæ coenam. **CHAR.** Vnde nobis hunc canem adduxisti Mercuri? tum qualia garrēbat inter nauigandum? uectores omnes irridens, ac diceris incessens, unusq; canitillans, illis plorantibus. **MER.** An ignoras Charon quem uirum transuexeris: planè liberū, cuiq; nihil omnino curæ sit. Hic est Menippus. **CHAR.** Atqui si unquam posthæc te recepero. **MEN.** Si receperis ó præclare, ne possis quidem iterum recipere.

CRATETIS AC DIOGENIS.

CRATES

Moerichum diuitem, nouerāsne Diogenes? illum, inquam, supra modum diuitem, illum Corintho profectum, cui tot erant naues onustæ mercibus, cuius cōsobrinus Aristes, quum ipse quoq; diues esset, Homericū illud in ore solebat habere; Aut me confice tu, aut ego tete.

DIOG. Cuius rei gratia sese captabant inuicem Crates. **CRAT.** Hæreditatis causa, quum essent æquales, uterq; alterum captabant, iamq; testamenta publicauerant ambo, in quibus Moerichus (si prior moreretur) Aristeam omnium rerum suarum dominum relinquebat, Moerichum uicissim Aristes; si quidem ipse prior è uita decederet. Hæc igitur quum essent in tabulis scripta illi inter sese captabant, & alter alterum adulationibus obsequijsq; superare contendeat. Porro diuini, haud scio utrum ex astris id quod futurum sit cōiectantes, an somnijs, quemadmodum Chaldæi faciunt; quin & Pythius ipse, nunc Aristeam uictorem fore pronūciabat, nūc Moerichum, ac trutinā quidam interim ad hunc, interim ad illum propēdebat. **DIOG.** Quid igitur tandem euenit? nam audire est operæ præcium Crates. **CRAT.** Eodē die mortui sunt ambo: ceterū hæreditates ad Eunomium ac Thrasyclem detenerūt, quorum uterq; cognatus illis erat: atqui de his nihil prædixerant diuini futurū, ut tale quippiā accideret. Etenim quum Syracuse Cirrham uersus nauigarent, medio in cursu, obliquo orto Iapyge, euerfa nauis perierunt.

perierunt. **DIOG.** Recte factum: at nos quum essemus in uita, nihil eiusmodi alter de alio cogitabamus. Neque enim ego unquam optabam ut moreretur Antisthenes, quomum mirum baculus illius ad me rediret hæredem (habebat autem egregie ualidum, quem ipse sibi parauerat oleaginum,) neque tu Crates, opinor desiderabas, ut me mortuo, in possessionum mearum successionem uenires, puta dolij ac peræ, in qua quidem lupini, hœnices inerant duæ. **CRA T.** Neque enim mihi quicquam istis rebus erat opus, imo ne tibi quidem Diogenes: siquidem quæ ad rem pertinebant, quæque tu Antistheni succedens accepisti, deinde ego succedens tibi, ea nimirum multo sunt potiora, multoque splendidiore, quam uel Persarum imperium. **DIOG.** Quanam sunt ista quæ dicis? **CRA T.** Sapientiam, inquam, frugalitatem, ueritatem dicendi, uiuendi, libertatem. **DIOG.** Per Iouem memini me in istiusmodi opum hæreditatem Antistheni successisse, tibi que eas longe etiam maiores reliquisse. **CRA T.** Verum reliqui mortales hoc possessionum genus aspernabantur, neque quisquam nos ob spem potiundæ hæreditatis obsequijs captabat, sed ad aurum omneis intendebant oculos. **DIOG.** Nec iniuria, neque enim habebant quo facultates eiusmodi à nobis traditas acciperent: quippe rimosi iam, uitiatique delictis, non aliter quam uasa carie putria. Quo fit, ut si quædo quis in illos infundat uel sapientiam, uel libertatem, uel ueritatem, effluat ilico perstilletque, fundo quod immissum est continere non ualente. Cuiusmodi quiddam & Danaï filibus aiunt accideret, dum in dolium pertusum haustam aquam important: at idem aurum dentibus & unguibus, omni que ui seruabant. **CRA T.** Proinde nos hic quoque nostras possidemus opes: illi simul atque huc uenerint, obululum duntaxat secum ferent, ac ne hunc quidem ulterius quam ad portitorem.

NIREI AC THERSITAE.
NIREVS

Ecce denique uel Menippus hic iudex erit, uter nostrum sit formosior. Dic Menippe, an non tibi uideo forma præstantior? **MEN.** Imò quina sitis, prius arbitror indicandum, nam hoc opinor scito est opus. **NIR.** Nireus ac Therstites. **MEN.** Vter Nireus, uter Therstites? nondum enim uel hoc satis liquet. **THER.** Iam unum hoc uincio, quod tibi sum similis, neque tantopere me præcellis, quantopere te cæcus ille Homerus extulit, unum enim formosissimum appellas: quin ego fastigiato uertice, rarisque & impexis capillis ille, nihilo te inferior uisus sum arbitro. Iam uero tempus est uti pronuncies Menippe, utrum altero formosior existimes. **NIR.** Mirum mihi me Aglaia Charopeque prognatum.

Qui uir pulcherrimus unus,

Omni bus è Graijs Priameia ad Pergama ueni.

MEN. Atqui non item sub terram opinor pulcherrimus uenisti, quippe qui reliquis quidem osibus alijs appareas asimilis: porro caluaria hoc unio insigni a Therstite caluaria dignosci possit, quod tua delicata est ac mollicula: quædoquidè isthuc habes efforminatum ac neutique uiro decorum. **NIR.** Attamen Homerum percontare, qua specie tu fuerim, quum inter Græcorum copias militarem. **MEN.** Tu quidè somnia mihi narras: at ego ea speo quæ uideo, quæque tibi adsunt in præsentia: cæterum ista norunt, qui id temporis uiuebant. **NIR.** Quid igitur tandem? an non ego formosior Menippe? **MEN.** Neque tu, neque quisquam alius formosus hoc loco: siquidem apud inferos æqualitas est, paresque sunt omnes. **THER.** Mihi quidem uel hoc fat est.

DIOPENIS AC MAVSOLI.
DIOPENES

Ohe tu Car, quare tandem insolens es tibi que places, ac dignum te credis, qui unus nobis omnibus anteponeas? **MAV.** Primum regni nomine o tu Sinopensis, quippe qui Carie imperauerim uniuersæ, præterea Lydiæ quoque gentibus aliquot: tum autem & insulas nonnullas subegerim: Miletum usque peruenerim, plerisque Ionie partibus uastatis. Ad hæc formosus eram ac procerus, ac bellicis in rebus præualidus. Postremo, quod est omnium maximum, in Halicarnasso monumētum erectum habeo, singulari magnitudine, quantum uidelicet defunctorum alius nemo possidet, neque pariter etiam pulchritudine conditum, uiris scilicet atque equis: pulcherrimo è saxo ad uiuam formam absolutissimo artificio expressis, adeo ut uel phanum aliquod simile haud facile quis inueniat

inueniat. Num iniuria tibi uideo has ob res mihi placere atque efferri? **DIOG.** Num ob imperium ais, ob formam, atque ob sepulchri molem? **MAV.** Per Iouem ob hæc inquam. **DIOG.** Atqui o formose Mausole, neque uires iam illa, neque forma tibi iam adest. Adeo ut si quem arbitrum de formæ præcellentia deligerimus, haudquaquam dicere potis sit, quam obrem tua caluaria meque sit anteferenda. Si quidem utraque pariter tum calua, tum nudat: utriusque dentes pariter ostendimus, pariter oculis orbatum sumus, pariter naribus simis ac fursum hiantibus deformati. Cæterum sepulchrum ac saxa illa preciosa, Halicarnasseis forsitan iactare licebit, & hospiti bus gloria causa ostentare, tanquam qui magnificam quandam apud se structuram habeant: uerum quid hinc commoditatis ad te redeat uir egregie nequaquam uideo, nisi forsitan illud commodum uocas, quod plus oneris atque nos sustines, sub tam ingentibus saxis pressus ac laboras. **MAV.** Itane nihil illa mihi condant omnia? planeque pares erunt Mausolus ac Diogenes? **DIOG.** Imò haud pares, inquam, uir clarissime: nam Mausolus discrucabitur, quoties earum rerum in mentem ueniet, quibus in uita florere consueuit: at Diogenes interim eum ridebit: atque ille quidè de suo illo monumēto, quod est in Halicarnasso memorabit, ab uxore Artemisia atque sorore parato: contra Diogenes ne id quidem suo de corpore nouit, nūquid habeat sepulchrum. Neque enim illi res ea cura est, uerum apud uitros excellentissimos sui memoriæ famamque reliquit, ut qui uitam peregerit uiro dignam, tuo monumento Carum abiectissime celsior rem, ac tutiore in loco substruam.

SIMYLI AC POLYSTRATI
SIMYLVVS

Venisti tandem & tu Polystrate ad nos, quum annos uixeris haud multo pauciores centum, opinor. **POL.** Nonaginta octo Simyle. **SIM.** Sed quinam triginta istos annos egisti, quibus mihi fueras superstes. Nam ipse perij te ferme septuagenario. **POL.** Quam suauissime profecto, etiam si hoc mirum tibi uidebitur. **SIM.** Mirum uero, siquidem tibi primum seni, deinde inualido, postremo etiam orbo quicquam poterat esse in uita suaue? **POL.** Principio nihil erat quod non possem, præterea pueri formosi complures aderant, tum mulieres nitidissimæ, unguenta, uinum mire fragrans, postremo mensæ uel Siculis illis lautiores. **SIM.** Noua narras, nam ego plane sordidum ac parcissimum esse sciebam. **POL.** Atqui uir præclare, ex alienis arcis opes mihi subscatebant. Tum diluculo protinus quam plurimi mortales ad fores meas uentitabant, simulque ex omni rerum genere quæ terrarum ubiuis pulcherrimæ reperiuntur, munera deportabantur. **SIM.** Num me defuncto regnum gessisti? **POL.** Minime, uerum amantes habebam innumeros. **SIM.** Non possum non ridere: tunc amantes tantus natu quum es, ses, uixque tibi dentes superessent quatuor? **POL.** Habebam per Iouem equidem optimates ciuitatis: quumque essem tum senex, tum caluus, sicuti uides, præterea lippiens etiam, ac senio cæcutiens, postremo naribus muccosis: tamen cupidissime mihi inferuiebant, adeo ut is felix uideretur, quemcumque uel aspexissem modo. **SIM.** Num tu quoque quem admodum Phaon ille, Venerem aliquam è Chio trāstuxisti, ut ob id optanti tibi illa dederit rursum ad iuuentam redire, ac denuo formosum atque amabilem fieri? **POL.** Haudquaquam, quin magis quum talis essem, qualem dixi, tamē supra modum adamabar. **SIM.** Aenigmata narras. **POL.** Atqui notissimus est hic amor, quum uulgo sit frequens, nempe erga senes orbos ac diuites. **SIM.** Nunc tua forma unde tibi profecta fuerit intelligo uir egregie, nimirum ab aurea illa Venere. **POL.** Veruntamen non parum multas commoditates ab amantibus tuli Simyle, propemodum etiam adoratus ab illis. Porro sæpius etiam quasi pro cax illis illudebam, excludens interdum nonnullos eorum: interim illi inter sese decertabant, & in ambiendis primis apud me partibus, alium alius antefere nitebatur. **SIM.** Sed age, de facultatibus tuis quid tandem statueras? **POL.** Palam quidem affirmabam, me unum quenque illorum relicto hæredem: idque illi quum crederent futurum, certatim se quisque obsequentiore atque adulantiore præbebat. Cæterum alteras illas ueras tabulas, quas apud me seruaueram, reliqui, in quibus omnes illos plorare iussi. **SIM.** At postremæ illæ tabulæ quæ pronuntiabant hæredem: num è cognatis quempiam? **POL.** Non per Iouem, imò nouitium quendam ex formosis illis adolescentulis, natione Phrygem. **SIM.** Quot annos natum Polystrate? **POL.** Viginum ferme. **SIM.** Iam intelligo quibus obsequijs ille

ille te demeruerit. **P O L.** Attamen multo illis dignior qui scriberetur haeres, etiam si Barbarus erat ac perditus, quem iam ipsi etiam optimates colunt captatq. Is igitur mihi extitit haeres, tamq. inter patricos numeratur, subrafo mento, Barbaroq. cultu ac lingua: quin eum Cōdro generosorem, Nireo formosorem, Vlyffe prudentiorem esse praedicant. **S I M.** Non laboro, uel totius Græciæ sit imperator, si libet, modo ne illi potiantur hæreditate.

VENERIS ET CVPIDINIS

VENVS

Quid tandem in causa est Cupido, ut quum reliquos deos omnes adortus expugnaris, Iouem ipsum, Neptunū, Apollinem, Iunonem, me deniq. matrem, ab una Minerua temperes, utq. aduersus hanc nec ullum habeat incendium tuā fax, & iaculis uacua sit pharetra, tum & ipse arcu careas, neque iaculati noris? **C V P.** Equidem hanc metuo mater: est enim formidabilis truculentosq. aspectu, ac ferocitate quadā supra modum uirili: proinde si quando tenso arcu petam illam, galeæ cristam quatens, expauescit me, moxq. formidine tremere occipio, sic ut arma mihi e manibus excidat. **V E N.** Atqui Mars an non erat hac formidabilior? & hunc tamen superatū exarmasti. **C V P.** Imo ille cupide me recipit, atque ultro etiam inuitat: Verum Minerua semper adductis supercilij obseruat: quin aliquando temere ad illam aduolasti, facem propius ad mouens: at illa, si quidem ad me accesseris inquit, per parentem Iouem, quouis modo te confecero, aut lancea te transfigam, aut pedibus arreptum in tartara dabo praecipitem, aut ipsa te discerpam. Plurima item id genus comminabatur: Ad hæc acerbis obruetur oculis, postremo & in pectore faciem quandam gestat horrendam, uiperis capillorum uice comatam, hanc nimirum magnopere formido: territat enim me, fugioq. quoties eam aspicio. **V E N.** Esto sane, Mineruam metuis ut ais, atq. huius gestam gorgonæ formidas, idq. quum Iouis ipsius fulmen nō formidaueris: cæterum Musæ quā ob causam abs te non feruntur, atq. a tuis iaculis tutæ agunt: num & hæc cristas quatunt, aut gorgonæ præduntur? **C V P.** Has quidem reuereor mater, sunt enim uultu pudico ac reuerendo, præterea semper aliquo tenentur studio, semper cantionibus animum intentū gerunt: quin ipse etiam non raro illis assisto, carminis suauitate delinitus. **V E N.** Esto, nec has adoriris propterea quod sint reuerendæ: at Dianam qua tandem gratia non uulneras? **C V P.** Ut breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidem usquam sum potis, quippe perpetuo per montes fugitantem: ad hæc alterius cuiusdam sui cupidinis illa tenetur cupidine. **V E N.** Cuius o gnater? **C V P.** Nempe uenatu ceruorum & hinnulorum, quos insciatur ut capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerū huiusmodi studio tenetur: tamen si fratrem eius, qui nimirum arcu ualet & ipse, feritq. eminus. **V E N.** Teneo gnate, eum saepenumero sagitta uulnerasti.

MARTIS AC MERCVRII

MARS

Auidisti? Mercuri cuiusmodi nobis minatus sit Iupiter: quā superba, quāq. diuina absurda? Ego, inquit, si uoluerō, catenam ex æthere demittam, unde si uos suspensi me ut detrahere conemini, uiseritis operam: nunquam enim me deorsum trahetis. Contra ego uos si uelimi in altum attrahere, non uos modo, uerum etiam tum terram ipsam, tum mare pariter subuectum in sublime sustulero. Ad hæc alia per multa, quæ tu quoq. audisti. At ego, si quidem cum uno quolibet singulatim conferatur, ita præstantio rem eum esse, uiribusq. superiorem, haud quāquam negauerim: uerū unum tam multis pariter in tantum antecellere, ut eum ne pondere quidem uincere queamus, etiam si terram ac mare nobis adiunxerimus, id ne utiquam crediderim. **M E R.** Bona uerba Mars. Neque enim fat tutum est ista loqui, ne quid forte mali nobis hæc petulantia concillet. **M A R S.** An uero credis apud quemlibet hæc dicturum me: imò apud te solum id audeo, quem linguæ continentis esse sciebam. Sed quod mihi maxime ridiculum uidebatur, tum quum hæc minitantem audirem, haud queam apud te reticere. Etenim memineram, quum non ita multo ante Neptunus, Iuno, ac Pallas, mota aduersus eum seditione, machinareretur comprehensum illum in uincula conijcere, quātopere formidaret, utq. in omnē speciem sese uerterit, idq. cū tres distaxat essent dii. Quod hi Thetis misericordia commota

commota, Briareum centimanum illi auxilium accersisset, ipso pariter cum fulmine ac tonitru uinctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat eius magniloquentiā iactantiamq. **M E R.** Tace, bona uerba: neq. enim tutū est ista uel tibi dicere, uel a uide mihi.

MERCVRII ET MAIÆ

MERCVRIVS

Est uero mater deus quisquam in cœlo me inferior? **M A I A.** Caue ne quid istiusmodi dixeris Mercuri. **M E R.** Quid non dicam: qui quidem tantum negotiorum solus sustineam quibus delassor, in tam multa ministeria distractus? Nam mane protinus surgendum est mihi, statimq. uerendum cœnaculum, ubi dii compotant. Tum ubi curiam in qua consultant undiq. strauero, ac singula ita ut oportet composuero, Ioui necessum est assistere, ac perferendis illius mandatis toto die sursum ac deorsum curitare, insuper quum redeo, puluerulentus adhuc, Ambrosiam apponere cogor. Porro priusquam nouitius iste pocillator aduenisset, ego necar etiam ministrabam. Quodq. est omnium indignissimum, soli omnium ne noctu quidem agere quietem licet, uerum id quoq. temporis necesse habeo defunctorum animas ad Plutonium deducere, manumq. gregi me ducem præbere, tum autem & tribunalibus assistere. Neq. enim mihi sufficiebat scilicet diurna negotia dum uersor in palæstris, dum in concionibus præconis uices ago, dum oratores instruo, ni hæc quoq. prouincia accedat, ut simul etiam umbrarum res disponam. Atqui Leda filij alternis inter ipsos uicibus apud superos atq. inferos agitant. Mihi necesse est quotidie tum hoc, tum illud pariter agere: deinde duo illi Alcmena ac Semele miseris prognati mulieribus, ociosi in conuiujs accumbunt, at ego Maia Atlantide progenitus illis ministro scilicet. Quin nunc quum recens Sidone a Cadmi filia reuersus essem: nam ad hanc me legarat, uisum quid ageret puella: priusquā respirassem, & adhuc anhelum de uia, rursus ad Argos emandauit uisurum, qui cum Danae ageretur. Rursum inde in Boeotiam profectus inquit, obiter Antiopam uisito: adeo ut planè iam pariturum me negarim. Quod si mihi licuisset, libens profecto fecissem, id quod solet in qui in terris durā seruitutem. **M A I A.** Missa fac ista gnate: decet enim per omniamorē gerere patri, quū sis iuuenis: ac nunc quō iussus es, Argos contēde, deinde in Boeotiam, ne si cessaris, fuerisq. lentior, plagas etiam auferas: nam iracundi sunt qui amant.

VENERIS ET CVPIDINIS

VENVS

CVpido gnate, uide quæ facis flagitia: Non tam de his loquor, quæ te impulsore mortales in terra uel in se quisq. uel inuicem alij in alios faciunt: uerum de his ago, quæ apud superos quoq. designas. qui quidem Iouem ipsum cogis uarias assumere formas, in quodcumq. tibi pro tempore uisum fuerit, eum uertens: tum Iunam e cœlo deuocas. Quin & solem aliquoties compellis lentum apud Clymenen cessare aurigandi muneris oblitum: nam quicquid iniuriæ in me matrem etiam committis, audacter ac tanquam tuto facis. Verum tu quidem o deorum omnium confidentissimè, Rheam insuper ipsam iam anum, præterea deorum tam multorum parentem, eò perpulisti, ut pulsionem adamet, atq. in Phrygium illum adolescētulum depereat, ac tua iam opera insanit, iunctisq. leonibus, adhibitis item Corybantibus, quippe qui & ipsi furore quodam sunt afflati, per Idam montem sursum ac deorsum oberrat, ipsa quidem Attis amore eiulans. Cæterum Corybātum alius suum ipse penem ense defecat, alius demissa coma per montes fertur insanus, alius cornu canit, alius tympano tonat, alius cymbalo perstrepit: breuiter, omnis undiq. Ida tumultus atq. insanitæ plena est. Proinde cuncta timeo: me tuo ne tale quid accidat, quandoquidē te produxi, malum ingens, ut si quādo resipiscat Rheam, uel potius si pergat insanire, Corybantibus imperet, ut te correptū discerpant, aut leonibus obijciat. Hic me sollicitat metus, quod uideā tibi periculum imminere. **C V P.** Ocioso animo esto mater, siquidem leonibus etiam ipsis iam familiaris sum factus, ita ut saepenumero concessis eorū tergis, prehensaq. iuba, equitis ritu insidens illos agitem. At uero illi interim mihi caudis adblandiuntur, ac manum ori insertam receptant lambuntq. deinde mihi reddunt innocuam. Porro Rheam ipsi quādo tandē uacauerit, ut me ulciscatur quū in Atte sit tota: Postremo quid ego pecco, quū res pulchras ut sunt, offero ac demostro, uos ne appetite res pulchras: quare his de rebus ne in me crimē cōferte.

Num

Num uis ipsa tu mater, uti neq; tu posthac Martem ames, neq; ille te? VEN. Ut es per uicax; & nulla in re non superas: attamen horum quæ dixi, aliquando memineris.

DORIDIS ET GALATEAE.

DORIS

Formosum amantem Galatea, nempe Siculum istum pastorem aiunt amore tui deperire. GAL. Ne ride Doris: etenim qualis qualis est, Neptuno patrè prognatus est. DOR. Quid tum postea, si uel Ioue ipso sit progenitus, quum usq; adeo agrestis atq; hispidus appareat, quodq; est omnium deformissimum, unoculus? An uero credis genus illi quicquam profuturum ad formam? GAL. Ne isthuc quidē ipsū, quod hispidus est atq; agrestis, ut tu uocas, illū deformat, quin uirile magis est. Porro oculus media in fronte decet etiam, quo quidē nihilo segnus cernit, quàm si duo forent. DOR. Videris Galatea non amantem habere Polyphemum, sed illum potius adamare, sic eum prædicas. GAL. Equidem haud adamo, sed tamen insignem istam uestram insultandi opprobriandiq; petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirum inuidentiā quadam isthuc facere uideamini, propterea quod ille quum forte aliquando gregem pasceret suum, nosq; è littorali specula in littore ludentes cerneret in prominentibus Aetnæ pedibus, quā uidelicet inter montem & mare litus sese in longum porrigit, uos ne aspexerit quidem: at ego omnī uisa sim formosissima, eoq; in unam me coniecerit oculum. Ea res uos male habet: nam argumentum est, me forma præstantiorem esse ac digniorem quæ amer: uos contra fastiditas esse. DOR. An istud tibi putas inuidendū uideri, si primum pastori, dein de lusco formosa uisa sis: quanquam quid aliud ille potuit in te probare, præter candelam? Is illi placet opinor, quod caseo & lacti assueuerit: proinde quicquid his sit simile, id protinus pulchrū iudicat. Alioqui ubi libebit scire, qua sis facie, de scopulo quopiam in aquam, si quando tranquilla steterit despectans, temetipsum contemplare, uidebis aliud nihil nisi perpetuum candorem: uerum is quidē non probatur, nisi rubor admixtus illi, decus illi iunxerit. GAL. Atqui ego illa immodice candida, tamen eiusmodi habeo amantem, quum interim è uobis nulla sit, quam uel pastor, uel nauta, uel portitor aliquis miretur: ceterū Polyphemus (ut alia ne dicam) etiam canedi peritus est. DOR. Tace o Galatea, audiuius illum canentem, quum nuper pruriret in te: sed o sancta Venus, alinum rudere dixisses: nam lyrae corpus simillimum erat ceruino capiti ossibus renudato: tum cornua perinde quasi cubiti prominebant, ihs iunctis, inductisq; fidibus, quas ne colope quidem circuntorquebat, agreste quiddam et absonum cantillabat, quum aliud interim ipse uoce catteret, aliud lyra succineret, ita ut temperare nobis nequiuerimus, quin rideremus amatoriā illam cantionem. Nam Echo ne respondere quidem illi uoluit balanti, quum sit adeo garrula: imò pudisset, si uisa fuisset stridulum illius, & ridiculū cantum imitari. Ad hæc gestabat in uinis amasius iste delicias suas, urfi catulum pilis hirtum, ipsi non dissimilem. Quis autem non inuideat tibi amicū istum Galateæ? GAL. Quin tu igitur Doris, tuum ipsius amicū nobis cōmonstra, qui meo sit formosior, quicq; doctius ac melius uel uoce canat, uel cithara? DOR. mihi quidē nullus est amator, neq; me hoc nomine factio, quasi sim uehementer amabilis, ueruntamen istiusmodi amicum, qualis est Polyphemus, nempe totus hircū olens, tum crudis uicitans carnibus, & hospites, si qui appulerint deuorans, tibi habeas, eumq; tu mutuum ames.

DIOGENIS ET ALEXANDRI.

DIOGENES

Quid hoc rei Alexander, itane defunctus es tu quoque perinde atq; nos omnes? ALEX. Vides nimirum Diogenes: tamen si mirandū nō est, si homo cum fuerim, defunctus sim. DIOG. Num ergo Iupiter ille Hammon mentiebatur, quum te suum filium esse diceret, an uero tu Philippo patrè prognatus eras? ALEX. Haud dubie Philippo: neq; enim obijssim, si Hamone parente fuisset progenitus. DIOG. Atqui de Olympiade etiam consimilia quædam ferebantur, puta draconem quendam cum ea fuisse cōgressum, uisumq; in cubiculo, ex eo grauidam peperisse te: porro Philippū errare falliq; qui se tuum patrem esse crederet. ALEX. Inaudieram quidem & ipse ista quemadmodum tu, at nunc uideo neq; matrē, neq; Hammonios illos uates sani quicquā aut ueri dixisse. DIOG. Attamen istud illorū mendaciū Alexander ad res gerendas haudquaquā tibi

tibi fuit inutile, propterea quod uulgus te uerebatur metuebatq;, quum deum esse crederet. Sed dic mihi, cui nam tam ingens illud imperium moriēs reliquisti? ALEX. Id equidem ignoro Diogenes: celerius enim è uita submouebar, quàm ut esset ocium de illo quicquam statuendi, præter id unum quod moriens Perdiccæ anulum tradidi. Sed age, quid rides Diogenes? DIOG. Quid ni rideam: an non meministi quid Greci fecerint, quum nuper tibi arrepto imperio adularentur, principemq; ac ducem aduersus Barbaros deligerent: nonnulli uero in duodecim deorum numerū referrent, ac phana constituerent: deniq; sacra facerent tanquam Draconis filior? Sed illud mihi dicitur, ubi te sepelierunt Macedones? ALEX. Etiamdum in Babylone iaceo tertium tam diem: porro Ptolemæus ille satelles meus, si quando detur ocium ab his rerum tumultibus qui nunc instant, pollicetur in Aegyptum deportaturū me, atq; inibi sepulturum, quo uidelicet unus fiam ex dijs Aegyptijs. DIOG. Non possum non ridere Alexander, qui quidē te uideam etiam apud inferos delipientē, sperantemq; fore ut aliquādo uel Anubis fias uel Osiris. Quin tu spes istas omittis o diuinissime, neq; enim fas est reuerti quinquā, qui semel paludem transtulerit, atq; intra specus hiatum descēderit, propterea quod neq; indiligēs est Aecus, neq; contemendus Cerberus. Verum illud abs te discere peruelim, quo feras animo quoties in mentem redit, quanta felicitate apud superos relicta huc sis profectus, puta corporis custodibus, satellitibus, ducibus, tum auri tanta uis, ad hoc populis qui te adorabāt: præterea Babylone, Bactris, immanibus illis beluis, dignitate, gloria: deinde quod eminebas conspicuus, dum uectareris, dum amiculo candido caput haberes reuinctum, dum purpura circumamictus esses: nunquid hæc te discruciant, quoties recurant animos? Quid lachrymas stultæ: an non id te sapiens ille docuit Aristoteles, ne res eas quæ a fortuna proficiscantur, stabiles ac firmas existimares? ALEX. Sapiens ille, quum sit assentatorum omnium perditissimus: Sine me solum Aristotelis facta scire, quam multa à me petierit, quæ mihi scripserit: deinde quemadmodū abusus sit meā illa ambitione, qua cupiebam eruditione cæteris præstare, quum mihi palparetur interim, ac prædicaret me, nunc ob formā tanquam & ipsa summi boni pars quædam esset, nunc ob res gestas atq; opes: nam has quoq; in bonorum numero collocandas esse censebat, ne sibi uitio uerte retur quod eas acciperet. Planè præstigiōsus uir ille quidem erat, ac fraudulentus o Diogenes: quanquā illud fructus scilicet ex illius sapientia fero, quod nūc perinde quasi summis de bonis ex crucior, ob ista quæ tu paulo ante cōmemorasti. DIOG. At scin quid facies? ostendam tibi molestiæ istius remedium. Quandoquidem his in locis ueratrum non prouenit, fac ut Lethæi fluminis aquam auidis faucibus attrahēs bibas, iterumq; ac sapius bibas: atq; eo pacto desines de bonis Aristotelicis discruciarī. Verum enim Cleum etiam illū & Calisthenem uideo, cumq; his alios complureis raptim huc sese ferentes, quo te discerpant, pœnasq; sumant ob ea quæ quondam in illos cōmissisti. Quare fac in alteram hanc ripam te conferas, & crebrius, ut dixi bibas.

MENIPPI ET CHIRONIS.

MENIPPVS

Equidem inaudiui Chiron, te deus quum esses, tamē optasse mortem. CHIR. Vera enim sunt ista quæ audisti Menippe, planeq; mortuus sum sicuti uides, quū mihi licuerit immortalem esse. MENIP. At quænam te mortis cupido tenebat, rei uidelicet, quam uulgus hominū horreat? CHIR. Dicam apud te, uirum neuti quā stultum atq; impeditum: iam mihi desierat esse iucundum, immortalitate frui. MENIP. Quid? an iniucundum erat te uiuere, lucemq; tueri? CHIR. Erat inquam Menippe: nam quod iucundum uocant, id ego neuti quā simplex, sed uarium quiddam esse arbitror. Verum quum ego semper uiuerem, atq; isdem perpetuo rebus uterer, sole, luce, cibo, tum horū eadem recurrerent, reliqua item omnia quæcunq; contingunt in uita, reciproco quodam orbe redirent, atq; alij alia per uices succederent, satietas uidelicet eorū me cepit. Neq; enim in eo uoluptas est sita, si perpetuo fruaris isdem, sed omnino in permutando posita est. MENIP. Probe loqueris Chiron: ceterum hæc quæ apud inferos agitur uita, quinā tibi procedit, posteaquam ad hanc tanquam ad potiorem te cōtulisti? CHIR. Haud insua uiter Menippe: si quidem equalitas ipsa quiddam habet admodū populare. Nihil autem interest, utrum in luce quis agat, an in tenebris: præterea neq; sitendū est nobis quemad-

modum apud superos, neque esuriendum, sed eiusmodi rerum omnium egentia uacamus. MENIPP. Vide Chiron ne temet ipse inuoluas, neue eodem tibi recidat oratio. CHIR. Quamobrem isthuc ais? MENIPP. Nempe si illud tibi fastidio fuit, quod in uita semper istidem similibusque rebus utendum erat, quum hic itidem similia sint omnia, eundem ad modum parient fastidium. At de integro tibi quaerenda erit uita commutatio, atque hinc quopiam aliam in uitam demigrandum, id quod arbitror fieri non posse. CHIR. Quid igitur faciendum Menippe. MENIPP. Illud nimirum, uti sapiens quum sis, quemadmodum opinor, & uulgo praedicant, praesentibus rebus sis contentus, bonisque consulas quod adest, neque quicquam in his esse putes quod ferri non queat.

MENIPPI ET CERBERI
MENIPPVS

HEus Cerbere, quando quidem mihi tecum cognatio quaedam intercedit, quum & ipse sim canis: dic mihi per Stygiam paludem, quomodo sese habebat Socrates, quum huc accederet? Verisimile est autem te, deus quum sis, non latrare modo, uerum etiam humanio more loqui, si quando uelis. CER. Quum procul adhuc abesset Menippe, uisus est constanti atque interrito adire uultu, perinde quasi mortem nihil omnino formidaret, tanquam hoc ipsum uellet ipsi, qui procul a specus ingressu stabant, ostendere: uerum simulatque despexit in hiatus, uiditque profundum atque atrum antri recessum, simuleque ego cunctantem etiam illum aconito mordens pede correptum detraherem, infantium ritu euulabat, suosque deplorabat liberos, nihilque non faciebat, in omnem speciem sese conuertens. MEN. Num igitur fucate sapiens erat ille, neque uere mortem contemnebat? CER. Haud uere: caeterum ubi uidit id esse necesse, audacia quandam praese ferebat, quasi uero uolens id esse passurus, quod alioqui uolenti nolenti tamen omnino fuerat ferendum, uidelicet quo spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totum de uiris istiusmodi uere possum dicere, ad fatices usque specus intrepidus sunt ac fortes: porro intus quum sunt, nihil mollius neque fractius. MEN. Caeterum ego quonam animo tibi uisus sum subisse specum? CER. Unus mortalium Menippe sic mihi uisus es subire, ut tuo dignum erat genere, & prior te Diogenes, propterea quod neutiquam adacti subieritis, aut intrusi: uerum tam uiltronem, tum ridentes, atque omnibus plorare renunciantes.

PRÆFATIO SEV HERCVLES GALLICVS

HERCVLEM Galli lingua gentis uernacula Ogmii uocant. Porro deum ipsum notia quadam atque inuoluta figura depingunt: decrepitus est apud illos, recaluater, reliquis capillis, si qui reliqui sunt, plane canis, cute rugosa, & in aterritum exusta colorem, cuiusmodi sunt nautae isti senes. Charontem potius aut Iapetum quempiam ex his qui apud inferos uersantur, diceres. In summa, quiduis potius quam Herculem esse coniceres ex imagine. Atque talem specie quum sit, tamen Herculis ornatum gerit, ut qui tum leonis exuuium indutus sit, tum clauam dextera teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum tensum laeta praetendat: denique modis omnibus Hercules est. Haec equidem arbitrabar in Graecarum deorum contumeliam perperam facere Gallos, quum eum eiusmodi fingeret effigie, quo nimirum illum talibus picturis ulciscerentur, quod olim in regione ipsorum incurfasset, praedas agens id temporis, quum Geryonis armenta uestigans, Occidentium gentium plerasque regiones peruastaret. At nondum etiam dixi, id quod erat in imagine maxime nouum atque mirandum: siquidem Hercules ille senex, ingentem admodum hominum multitudinem trahit, omnibus ab aure reuinctis: porro uincula catenulae tenues auro electroque confectae, pulcherrimis istis monilibus adsimiles. Atqui quum uinculis usque adeo fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant, quum alioqui commode possint, neque prorsus obnituntur, aut pedibus aduersus trahentem obtendunt, sese resupinant: uerum alacres ac laeti sequuntur, ducentem admirantes, uelto festinantes omnes, & laxatis funiculis etiam anteuertere studentes, perinde quasi grauius laturo, si soluerentur uinculis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi uidebatur omnium absurdissimum: etenim quum non inueniret pictor unde catenularum summas ansas neceret, uidelicet

uidelicet dextera iam clauam, laeva arcum tenente, summam Dei linguam perterebrauit, atque ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipse nimirum ad eos qui ducebantur, uultum & oculos conuertebat, aridens. Haec ego quum diutius assidens essem contempletus, admirans, haesitans, indignas: Gallus qui spiam, qui propius astabat, nostratum literatum non indoctus, id quod declarauit, quum Graecanicam linguam absolute sonaret, philosophus opinor ex eo genere philosophorum, quod apud illos esse fertur: Ego tibi hospes, inquit, pieturae istius aenigma explicabo: nam uidere uehementer ad eam attonitus ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum uos Graeci, uerum Herculem illam tribuimus, propterea quod hic Mercurio longe robustior extiterit: nam quod senex fingitur, nihil est quod mirere. Siquidem una facultas consueuit in senecta demum absolutum uigorem ostendere, si modo uerum uestri dicunt poetae,

Obduci iuuenum densa caligine pectus:

Contra senectam posse quiddam dicere,

Rudi iuuerita melius ac praeclearius.

Hinc uidelicet apud uos & Nestoris lingua melle profluit, & Troianorum concionatores Itrioesam adunt, uidelicet floridam quandam uocem: nam Itria si satis commemoris, flores appellatur. Proinde quod ab auribus uinctos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non aliud quam ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguam cum auribus esse cognitionem. Neque uero ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea pertusa est: nam meministi, inquit, & Iambicos quosdam uersiculos e comedijs apud uos dicere.

Siquidem uiris loquacibus

Extrema lingua perforata est omnibus.

Quum de eodem hanc in summa habemus opinionem, ut quicquid egit, id oratione facultatque concessisse putemus, utpote uirum sapientem, ac persuadendo plerumque sibi subegisse. Iam tela illius nimirum rationes sunt acuta, missiles, citae, atque animam saucientes: unde pennigera dicta uos quoque nominatis. Haecenus Gallus. Ac mihi quidem quum huc me conferens mecum inter eundem perpenderem, num decorum iam esset, ut tam grandis natu, quicquid iam pridem ab his doctrinae certaminibus memet abdicassem, rursum me tam multorum iudicium calculis exponerem iudicandum, in tempore subijci animum meum eius picturae recordatio: nam antehac uerebar, ne cui uestrum uiderer haec admodum pueriliter agere, qualisque praeter aetatem iuuenari. Proinde ne quis Homericus adolecentulus illud mihi impingeret dicens,

Aetas iam perijt tua. Tum illud,

Ac te corripuit cariota senecta, minister

Inualidusque tibi, & seghes tardusq; caballi:

uidelicet eo scommate pedes meos notas. Verum quoties senex ille Hercules recurrit animo, ad quiduis adducor ut faciam, neque me pudet haec audere, quum sim ipsi aequalis imagini. Itaque robur, celeritas, forma, & si qua sunt alia corporis bona, ualeant, cumque his tuus o Teie uates, Cupido, ubi me mento subeano uiderit auro rutilantibus alis, si uidebitur, uel aquilas preteruolat: neque laborabit Hippochides, imo nunc uel maxime tempestiuum fuerit, facundia repubescere, florere, uigere, & quicquid licet plurimos ab auribus ducere, ac saepius arcu ferire: quando quidem periculum non est, ne quando quis praeter spem pharetram inanem reperiat. Vides quibus modis aetatem meam, meamque senectutem ipse consolentur animemque, adeo ut non sim ueritus nauim iam olim in terra subductam denuo reuellere, suisque instructam armis, mediu in pelagus demittere. Contingat autem a uobis o dii, afflatus secundi, quando nunc uel maxime, praesente bono atque amico uento nobis est opus: quo si digni modo uidebimur, in nos quoque dicat aliquis Homericum illud:

Quos profert senior pannis e uilibus armos.

EVNVCHVS SIVE PAMPILVS



NDE nobis aduenis Luciane, seu quidnam rei rides? Semper tu quidem & alias consueuisti nobis hilaris ac festiuus occurrere, uerum isthuc maius aliquid solito uidetur esse, de quo risum nec comescere queas. LVC. Eforo tibi adsum o Pamphile: porro mox efficiam, ut tu quoque mecum rideas, simul atque

audieris cuiusmodi litis adfuerim actioni, duobus philosophis inter sese cōtendētibz.
 P A M. Iā isthuc ipsum profecto ridiculum est quod ais, philosophos inuicē lites agitare.
 Nam etiā si quid magni fuisset negotij, inter ipsos modeste citraq; pugna cōtrouersiam
 compositā oportuit. L V C. Quid ais, tranquille componat illi, qui quidem solida plaustra
 conuicijs onusta, alter in alterū effuderint, uociferantes miraq; peruicacia contendētes.
 P A M. Videlicet de disciplinis atq; opinionibus Luciane, ita ut assolent, dissentiebant,
 quod erant diuersa factionis. L V C. Nequaquā, imō aliud quiddā erat hoc de quo dissi
 debant, nam eiusdē sectae erant ambo, eiusdemq; scholae, & tamen orta inter eos lis erat.
 Porro iudices qui cognoscebāt, primates erant huius Reip. natuq; maximi ac sapiētissi
 mi. Breuiter, apud quos pudeat aliquis etiā parum apte quippiā eloquutus, nedum ad
 tantam prouectus inuerecundiā. P A M. Quin tu igitur litis argumentū exponis, quo ui
 delicet ipse etiam cognoscam, quae res tibi tantū risum concitarit. L V C. Scis Pamphile
 salarium, idq; neutiquā exiguum ab imperatore fuisse constitutum singulis philosopho
 rum generibus: puta Stoicis, Platonis, Epicureis: cumq; his etiam Peripateticis: ita ut
 unicuiq; sectae praeuium esset equale. Ceterum demortuo ex his quopiam, alius aliquis
 in eius locum subrogandus est, qui sit optimatū calculis probatus. Porro praeuiū illud,
 neq; bubula pellis erat quae priam, quemadmodū ait poeta, nec porcellus: uerum singulos
 in annos decies mille nummum, quos accipiunt, uti doceant iuuentutem. P A M. Memi
 ni quidem ista. Quin aiunt nuper ex illis diem obisse quempiā, alterum (ni fallor) e Peri
 pateticis. L V C. Haec ipsa Pamphile Helena, propter quam illi inter sese singulari certam
 mine conflictabant. Et haec tamen quidem nihil etiā ridendū erat in illis, praeter hoc quod
 quum philosophos esse se profiterentur, ac pecūnias pro nihilo due ere, tamen earū gra
 tia perinde atq; pro patria in discrimen adducta, pro religione maiorum, pro monimen
 tis progenitorum decertarent. P A M. Atqui Peripateticorum istud est decretū: non ad
 modum esse negligendas pecūnias: uerum eas in tertio quodam bonorum ordine esse
 ponendas. L V C. Recte dicis. Nam ista quidem aiunt. Proinde bellum hoc ex maiorum
 iudicio, sententiaq; illis exitit: uerum quae postea consequta sint, iam ausculta. Primum
 complures quidem alij in defuncti illius funebribus ludis decertabant: sed inter hos pra
 cipe duo uiribus pares, puta Diocles ille senex, nosti quem dicā, contentiosum illum in
 quam; praeterea Bagoas, qui quidē ea specie est, ut Eunuchus esse uideatur. Inter hos ini
 tio de doctrina, deq; philosophiae decretis atq; opinionibus est decertatum: & uterq; sut
 specimen ac documentū dedit, quod esset Aristotelicae factionis, quodq; eius placita se
 queretur ostendit. Ac per Iouē in hoc certamine, neuter altero superior erat. Lis igitur huc
 deflexit deniq; Diocles desinēs iam eruditionis suae periculū ac specimen ostendere, ad
 Bagoam descēdit, ac uitā illius in primis carpere est aggressus. Bagoas istidem huius uitā
 uicissim taxabat. P A M. Idq; merito Luciane. Siquidē eius rei magis erat habēda ratio.
 Proinde si ego forte iudex causae sedissem, magis in hoc ut mihi uideretur, futurus erā oc
 cupatus: potiusq; spectassem, uter moribus esset praestantior, quam uter ad disputandum
 ac dicendum promptior: atq; illi potius quam huic uictoriam adiudicassem. L V C. Re
 cte dicis: Equidem isti tuae sententiae meum & ipse calculum addo. Verum ubi iam con
 uicijs, ubi maledictis essent satiati, tandem Diocles illud aiebat nefas esse, uel conari aut
 proponere Bagoam, uti cum philosophiae studio, cumq; pulcherrimis illius praemijs cō
 mercium haberet, qui quidem Eunuchus esset. Imō hoc hominum genus non solum ab
 eiusmodi cōtubernio secludi oportere, uerum ab ipsis etiam factis, ac uasis puris, breui
 ter ab omnibus publicis coetibus eijs: ostendens inauspicatum quoddam et occursum in
 faustum spectaculum fore, si quis mane domo egressus, uel uideat istiusmodi quippiam.
 Atq; hac de re multis uerbis differebat, affirmās Eunuchum neq; uirum esse, neq; mulie
 rem, sed quiddam utriusq; compositum & cōflatum, planeq; monstrum ab hominum na
 tura specieq; alienum. P A M. Nouam accusandi rationem nobis narras Luciane. Iamq;
 & ipse ridere compellor, crimen audiens tam inauditum. Sed alter ille quid? Num ob
 ticebat? Ari uicissim & ipse quiddam ausus est ad ista responderet. L V C. Initio quidem
 pudore ac metu (nam id est istis familiare) diutius obticebat, erubescēs interim, palamq;
 praeseferens id quod erat. Tandem autem tentem quādam ac muliebrē adens uocem,
 negabat æquum facere Dioclem, qui se quod Eunuchus esset, ob id à philosophia seclu
 deret

deret, cum qua foeminis etiam esset commercium. Allegabantur, Aspasia, Diotima, Thar
 gela, quae causam illius adiuuabāt. Praeterea Academicus quidā Eunuchus natione Gal
 lus, qui paulo ante nostrā aetatem maximi nominis apud Graecos floruisse. Porro Dio
 cles etiā illum ipsum siquidē extaret, ac simili negotio sese misceret, prohibitorū sese re
 spondit, nihil expauefactum opinione, quā apud uulgus obtinebat. Ad haec quum ipse
 quēdā diceria in illum iaciebat, tum referebat in eum, quae a Stoicis maximeq; Cynicis
 dicta ad risum concitandum erant idonea, de corpore mutilo atq; imperfecto. Haec in re
 iudicium cognitio uersabatur. Deniq; totius causae iam illud caput esse coepit: Num Eu
 nuchus idoneus esset censendus, qui ad philosophiā admitteretur, quicq; iuuenibus praesi
 ci postulare, quum alter interim formam etiā ac corporis integritate, in philosopho re
 quirendam esse diceret. Maxime uero uti barbati altam ac promissam gerat, quo uide
 licet ijs qui cupidi aduenirent, uir grauis appareat, & is cui fides haberi debeat, neq; indi
 gnus uideatur decem illis drachmarū milibus, quae forent ab imperatore capiendae. Cae
 terum Eunuchorum conditionē etiam quā Spadonum esse uisiorē. Nam illos aliquan
 do uirile quiddam expertos fuisse, at hunc ab ipso statim ortu fuisse execium, planeq; ani
 mal esse quoddam uarium atq; anceps, non aliter quā cornices, quae neq; inter colum
 bas, neq; inter coruos numerari queant. Alter contra responderet eo iudicio non de cor
 poris agi figura, uerum de animi uirtute, proinde mentis qualitatem expendi oportere,
 deq; dogmatum cognitione quaerendum esse. Eius rei testis citatus Aristoteles, qui quidē
 Ermeam eunuchum Atarne oriundum tyrannū supra modum sit admiratus, a deo,
 ut illi perinde atq; Dijs sacra fecerit. Ausus est & illud addere Bagoas, multo magis ido
 neum esse eunuchum, cui adolescentem erudiendū credatur, quod ab hoc nulla in illis ca
 lumnia possit haerere, neq; Socraticum illud crimen in hūc competat, quod adolescentu
 los corrūpat. Deinde quae ille potissimū in mentū imberbe fuerat cauillatus, ea hic face
 te, ut ipsi quidē uidebatur, reiecit. Etenim si ē barbae prolixitate, inquit, philosophos aeti
 mare conuenit, nimirū hircus ante omnes primas tenebit. Hic tertius quidam assistens
 (nomen hominis silebitur) atqui iudices, inquit, hic malis leuibus, ac foeminea uoce, re
 liquoq; corporis habitu eunuchō adsimilis, si quis uestes detrahat, egregie uir esse uide
 bitur. Alioqui mentiuntur qui serunt eum aliquando in adulterio deprehensum, mem
 bra in membris, ut legum tabulae loquuntur, habentem: atq; id quidem temporis ad Eu
 nuchum confugisse, eaq; reperta latebra absolutum fuisse, quum iudicibus crimen per
 suaderi non posset, ut qui ē specie hominem iudicarent Eunuchum. At nunc mihi pali
 nodiam canturus uidetur, idq; propter ostentatum praemium. Haec quum dicerentur, or
 nibus, ut par erat, risus est obortus. Porro Bagoas magis etiā perturbabatur, omne in
 speciem sese uarians, atq; in innumerabiles uersus colores, tum frigido sudore fluens: ac
 neq; decorū sibi existimabat adulterij crimen agnoscere, neq; rursum eam accusationem
 inutilem ad praesens certamen arbitrabatur. P A M. Profecto deridicula sunt ista Lucia
 ne, neq; uulgarem uobis, uti coniectandum est, uoluptatem praebuerunt. Verū quo tan
 dem res euasit? Et quid super his pronūciarūt iudices? L V C. Non erat eadem omnium
 sententia. Verum alijs quidem uisum est, uti nudato illo, quemadmodū in emptijs ser
 uis fieri consueuit, inspicerent, num in ijs quae ad penem pertinent, philosophari posset.
 Alij uero sententiam dixere multo magis etiam hac ridiculam, nempe ut accersitis e lu
 stro mulieribus aliquot iuberent illum cum illis congregari, ac uiri officio fungi, alitate in
 terim ē iudicibus quopiam, qui quidem esset natu maximus, fideq; spectatissima, qui in
 spiceret, num philosophum praestaret. Haec ubi omnium risu fuissent excepta, neq; quis
 quam omnino adesset, cui non doleret alius risu concussus, uisum est, ut integra causa in
 Italiam reijceretur. Et nunc alter, ut aiunt, ad eloquentiae ostentationem semet exercet,
 atq; instruit, & accusationem quā elaboratissimam meditatatur, adulterij crimen aggre
 diens, id quod ipsi maxime aduersatur. Quod quidē & hic facit, iuxta malorū rhetorum
 morem, quum ex ipso crimine aduersarium inter uiros recenseat. Contra Bagoas diuersa
 cura, quemadmodū audio, & assidue uirū agit, negotiumq; praemanibus habet. Postre
 mo uicturum sese sperat, si modo docere possit, se nihilo deteriore esse equas ineuntibus
 alinis. Id enim amice uisum est optimum philosophiae documentum, atq; una demonstra
 tio, quae refelli non queat. Proinde optarim, ut filius qui mihi est adhuc admodum adole
 scens, non animum & linguam, sed penem haberet ad philosophiam idoneum.

DE SACRIFICIIS



NIMVERO si quis recensere uelit, quae stultissimi mortales faciunt in sacris, in festis diebus, in adeundis salutandisque dijs, tum quas res ab illis petat, quae uota faciat, cuiusmodi sint, quae de illis sentiant, statuuntque, equidem haud scio, sit ne quisquam animo curis ita cōfecto, usque adeo moesto quin risurus sit, ubi perpenderit negotij, tum absurditatem, tum amentiam. At multo ante quae ridere incipiat, opinor secum illud expendet, utrum pios istos appellari cōueniat, an cōtra dijs inimicos, atque infelices, ac Genios malos, qui quidem numen ipsum re usque adeo humilem atque abiectam existimant esse, ut humanis egeat obsequijs, utque adulatione capiatur ac gaudeat: rursum ut stomachetur, atque iracunde ferat, si negligatur. Nam Aetolica illa mala, simulque Calydoniorum calamitates, totque hominum caedes, ad haec & Meleagri interitum, haec omnia à Diana autōre profecta esse praedicant, quae uidelicet grauius ferret, quod ab Oeneo non esset ad sacrificiū adhibita. Usque adeo nimis alte dolor hic animo illius insederat, quod sacris epulis esset frustrata. Quin illam iam mihi uidere uideor, ut erat id temporis, in caelo solitaria, reliquis dijs ad Oenei conuiuium profectis foras, miseris modis gerentem sese, ac miserabiliter eiulantem, quod ab eiusmodi festo esset abstura. Cōtra Aethiopes illos fortunatos, ac multis modis felices quae dixerit, si modo Iupiter illis gratiam referret pro humanitate, quam in initio poematis Homericum in ipsum exhibuerant, duo decim perpetuos dies epulis acceptum, idque quum reliquis etiam dijs comitatus ad conuiuium ueniret. Usque adeo nihil ut apparet, quicquid faciunt illi, gratis faciunt: uerum sua bona uendunt mortalibus, atque emere quidem ab illis licet omnia, puta bonam ualeitudinem bucula, diuitias bobus quatuor, tum regnum bobus centum. Praeterea sospitem ab Troia in Pylum reditum tauris nouem. Iam ex Aulide ad Ilium transmittendi facultatem regia puella. Nam alius quidam, ne id temporis urbs caperetur, à Minerua mercatus est bobus duodecim, ac peplo. Verisimile est autem, esse praeterea quaedam, quae uel gallo, uel corolla, uel solo thure ab illis redimi queat. Haec igitur quum non ignoraret, opinor, Chryses ille, utpote tum sacerdos, tum senex, diuinarumque rerum egregie peritus, postea quare infecta redisset ab Agamemnone, tanquam qui partem Apollini mutuū dedisset beneficium, ita nunc imputat ac reposcit uicem, quum conuiciatur etiam propemodum, nempe quum sic ait: Equidem Apollo egregie, templum tuum, quum id temporis adhuc esset in coronati, saepe numero coronis ornauit, deinde tam multas tibi in aris adoleui coxas taurorum, pariter atque caprarum. At tu contra, me negligis, quum huiusmodi patiar iniurias, proque nihilo ducis hominem bene de te meritum. Quia quidem oratione intantum ille pudefactus est, ut protinus arripit arcum, ac supra nauum stationem sese collocans, pestem in Graecorum coptas iacularetur, ne multis quidem & canibus intactis, Sed quoniam de Apolline incidit mentio, referam de eodem & alia, quae de illo sapientes isti tradunt, non illa quidem, quoties quae infeliciter amant, non Hyacinthi caedem, neque Daphnes superbiam, uerum quemadmodum damnatus etiam fuerit, & ob Cyclopes interfectos in exilium exactus. Unde factum, ut ex caelo in terram demitteretur, humana iam sorte usurus, nostrisque malis factus obnoxius. Praeterea autem quaedam modum in Thessalia mercenaria operam suam locarit apud Admetum, tum item in Phrygia apud Laomedontem, atque apud hunc quidem haud solus, uerum cum Neptuno, quum ambo propter egestatem lateres componeret, inque construendis moenibus operam praestarent. Ac ne mercedem quidem solidam à Phryge illo tulerunt, uerum debebat illis adhuc de summa, ut ferunt, plus triginta drachmas Troiani nominis. Quid enim? An non haec in deorum honorem fabulantur poetae: atque his etiam multo diuinitiora de Neptuno, de Prometheo, de Saturno, de Rheo, denique de uniuersa ferme Iouis familia, idque inuocatis, ut ad sint canentibus in exordio poematum, Musis, à quibus tandem uelut afflati numine, id quod apparet, huiusmodi quaedam cantant. Quemadmodum Saturnus ut primum caelum patrem suum executisset, ipse in eo regnauerit, deinde liberos suos deuorarit, sicuti ferunt fecisse & Argiū illum Thyestem. Deinde quaedam modum Iupiter furtim occultatus à Rheo, faxum pueri loco subiiciente, in Cretam sit ablegatus, atque inibi à capella nutrice sit alitus, itidem uidelicet, ut Telephus à cerua, Cyrus Persa, is qui prior regnauit, à cane narratur enutritus. Postea quaedam modum expulso patre, atque in uincula cōiecto, ipse potitus sit impetitus

ritio. Duxerat autem uxores complures quidem alias: sed postremo loco Iunonem germanam, idque iuxta Persarum & Assyriorum institutum. Tum autem quod esset in amores propensus, atque in Venerem effusus, facile caelum liberis expleuerit. Quorum alios ex sua sortis deabus creauit, alios cōtra nothos, ex mortali terrestri genere sustulerit. Quum interim generosus ille, nunc in aurum, nunc in taurum, nunc in cygnum aut aquilam uerteretur: ac in summa plures sibi formas assumeret, quae uel Proteus ipse. Porro Mineruam è suo ipsius capite progeniuit, hanc planè sub ipso cerebro complexus. Nam Bacchum imperfectum adhuc (ut aiunt) è matre etiam conflagrate surreptum, in suum femur illatum defodit. Deinde uer gente partu, execut. Nec his dissimilia de Iunone etiam canunt. Nempe haec citra uirilem congressum, subuetano conceptu grauidam puerum adidisse Vulcanum: atque eum quidem non admodum fortunatum, uerum excusorem ac fabrum ararium: quicquid perpetuo tum in igni, tum in fumo uerteretur, ac scintillis popule: quippe cuius ars in fornacibus exerceatur. Tum autem ne pedibus quidem integris, claudicare enim è ruina, quum à Ioue praecipuus datus esset è caelo. Quod ni Lemnij pro sua bonitate eum, dum adhuc ferretur in aere, suscepissent, perierat nobis Vulcanus: non aliter quae Astyanax è turri deiectus. Quanquam quae de Vulcanus no narrat, toleranda uideantur. Caeterum de Prometheo, cui non cognitum est, quae atrocitas sit passus, propterea quod supra modum humanam gentis amans fuerit: si quidem hunc Iupiter in Scythiam deportatum, super Caucasum montem cruci suffixit: adhibita illi aquila, quae iecur illius assidue circumderet. Hic itaque poenas pendit. Porro Rheo (nam sunt haec quoque simul referenda) an non indecore, atque indigne facit: iam anus quum sit, & aetate exacta, istis rebus intempestiua: deinde tam multorum mater deorum, dum pueros adhuc adamat, eosque zelotypia profectur: dumque Athen ipsum leonibus secum circumuectat, praefertim quum iam utilis esse non queat: itaque quum post hac uitio uertat aliquis, uel Veneri quod adulteretur, uel Diane quod ad Endymionem frequenter medio è cursu diuertens descendat: Sed age missas faciamus has fabulas, atque ipsum caelum cōscēdamus, poetico illo more subuolantes: ea nimis uia, quam unam pariter cum Homero Hesiodus cōmonstrat, cōtemporari, quem in modum singula apud illos sunt ordinata. Ac primum quidem quod forinsecus sit ferreum, uel ab Homero, qui id ante nostram aetatem dixit, audiuius. Quod si si peraris, ac sublato paulum capite sursum aspexeris, ac planè in ipsum quasi dorsum peruenis, ibi simul & lumen apparet candidius, & serenior sol, & astra fulgentiora, nihilque usquam oculis occurrit nisi clarus dies, ac solum undique aureum. Caeterum introgredienti, primo loco mansitant Horae: quippe portas seruant. Post eas Iris ac Mercurius, utpote ministri Iouis & internuntij. Deinde Vulcani fabrilis officina, omnigeno referta artificio. Postea deorum aedes, ac Iouis ipsius regia: quae quidem omnia Vulcanus pulcherrime fabricatus sit. At uero dii iuxta Iouem assidentes (conuenit enim opinor, ut in superis illis sedibus magno strepitu, fastuque uiuatur) in terram despiciunt: & quoquo uer sum intento capite, circumspectant, sicunde subuolantem ignem uideant, aut nidorem in aere surgentem, circaque fumum rotantem sese. Quod si quis forte sacrum faciat, epulatur omnes fumo inhiantes, ac muscarum in morem sanguinem exuentes circum aras effusum. Alio qui si domi cibum capiant, nectare atque ambrosia uiscitant. Nam olim homines etiam ab illis in conuiuium sunt adhibiti, unaque cum eis potarunt: nempe Ixion ac Tantalus: uerum illi quonia uim & raptum pararent, essentque futiles & garruli: ob id in hunc quoque diem poenas luunt. Porro reliquo mortalium generi caelum iam inaccessum est, atque occultum. Et in hunc quidem modum uiuunt à dijs. Proinde uidelicet & iam mortales ipsi in colendis illis consimilia quaedam atque istis consentanea moluntur. Nam primum lucos illis attribuerunt, tum & montes dicarunt, praeterea aues consecrarunt: deinde sua cuique arborem assignarunt. His factis per regiones illos distributos colunt, eosque uelut in ciuitatem suam receperant. Nempe Apollinem Delphi Delijque: Mineruam Atheniensis: quae quidem Graecis Athena dicta, uel ipso uocabulo se et Reipub. familiarè esse festatur. Argiui Iunonem: Mygdonij Rheam: Venerem Paphij. Rursum autem Creten ses Iouem affirmant, non modo uixisse apud sese, nutritumque fuisse: uerum etiam sepulchrum illius ostendunt. At nos scilicet interim tam multis iam seculis fallimur: qui quidem opinemur Iouem tonare, pluere, reliquaque omnia peragere. Et illud nos latuit, etiam olim fuisse defunctum, & apud Creten ses sepultum. Deinde uero phanis in honore illorum erectis,

ne tectis uidelicet aut penatibus careant, formas illorum expriment, adhibito ad id uel Praxitele, uel Polycleto, uel Phidia. At hi quidē artifices, haud scio ubinā uisam, eorum effigiem repraesentant. Ac Iouē quidem barbarū fingunt. Apollinem uero semper puerum. Mercuriū iam pubescētem, primamq; ducēntē lanuginem. Neptunū nigro capillitio, caesis oculis Mineruā. Attamen qui templa ingrediūtur, non iam arbitrat̄ur sese uidere, uel ebur ab Indis aduectū, uel e Thracū uenis effossum aurū: uerū ipsum Saturni Rhegq; filium à Phidia in terrā hospitem adductū, iustumq; Pisanorū in solitudine custodem ac speculatorē assistere: idq; hoc contentū prēmio, boniq; cōsulentē, si intra quinq; perpetuos annos dum olympia celebrātur, interim obiter illi sacrificet aliquis. Tum autem constitutis aris, designatis sacrorum septis, puris uasis collocatis, uictimas offerunt: bouem aratorē agricola, agrum opilio, capram caprarius. Est qui thus, est qui placentur, iam offerat. At si quis pauper: is ita Deo litat, ut dexterā duntaxat suā ipsius exosculetur. Iam uero quum immolant (nam ad illos redeo) primū fertis coronant pecudem, multoq; ante explorant, num legitima sit & sacris idonea: ne quid forte maerent ex his, quae religio repudiat: deinde ad aram applicant, ac sub oculis dei iugulant, flebile quiddam emugientem, beneq; sicuti licet conicere, ominatam: deniq; uoce iam leuiore ad sacri tibias respondentem. Quis uero non facile coniectet gaudere deos, quum ista spectant? Quin & in frontispicio posita scriptura denunciat, ne quis intra pura uasa consistat, qui manibus sit impuris. At qui sacrificus ipse sanguine foedatus, neq; aliter quam Cyclops ille pecudem incidit, intestina educit, cor reuellit, cruorē arae circumfundit. Et quid tandem obiens, peragensq; quod ad pietatem, sacrorumq; ritum pertineat? Post omnia demum incenso igni, caprā ipsam pariter cum pelle deportatam imponit: ipsam item cum lanis ouem. Nidor interim ille sacer atq; diuinus sursum fertur, atq; in ipsum usq; coelū subuectus paulatim diffunditur. Iam uero Scythae reliquos omnibus hostijs omisis, ut quas uiles atq; humiles existiment, ipsos homines maectant Dianae, atq; eo ritu deam placant. Verum haec fortassis modesta uideantur: cumq; his ea quae faciunt Assyrii, quae Phryges, quae Lydi. Verum, si in Aegyptum proficiscaris: ibi demū, ibi uidebis permulta religiosa, planeq; caelo digna. Puta Iouem arietino uultu: Mercurium illum optimū facie canina: Panem uero totum hircum. Ad haec alium Ibtm, alium Crocodilum, alitū etiam Simiam. Quod si his quoq; de rebus

Quo plane pernosse queas didicisse libebit,

complures sōphistas audies: tum scribas, ac prophetas, mento raso, qui tibi narrent (Sed prius, ut dicit̄ solet, Fores occlude prophane.) Quemadmodum uidelicet quōdam ea seditione territi, quam mouerant hostes atq; gigantes, in Aegyptum deuenerint: ut illic in posterum tuti ab hostibus latitarent. Et ob eam causam alius hircum induerit, alius erietem, nimirū praeformidine, alius ferant, alius auem. Atq; hinc esse, ut dii nunc etiam eas obtineant formas, quas id temporis assumpserant. Nam haec diligenter mandata literis, idq; ante annos plus decies mille in adytis illorum reposita seruantur. Porro sacrorum peragendorum idem sermē apud illos ritus, nisi quod hostiam luctu prosequuntur: iamq; maectatae circumfusi membra laetant. Sunt qui sepeliant duntaxat, postea quā occiderint. Nam Apis ille, qui quidē deus apud illos est maximus, si quando moriatur, quis usq; adeo magni faciat casariē suam, qui nō eam detondeat, ac nudo capite luctū praeferat: etiā si uel purpuream Nisi comā habuerit. Est autem hic Apis deus ex armēto iam antea suffragijs designatus: utpote multo formosior ac uenerabilior reliquis illis priuatis & gregarijs bubus. Hec igitur quā sic habeāt, & tamen à uulgo uera, seriacq; credātur: mihi quidē postulare uidentur, non qui reprehēdat: sed uel Heraclitum potius aliquem, uel Democritum: quorum hic amentiam eorum rideat, ille deploret inscitiam.

ERAS ROT IOANNI EVTYCHIO SVO S D




U AN QVAM hic Luciani Dialogus Eutychi doctissime, plurimum habet artis, ob decorum mire seruatam in personis tam multis, tamq; diuersis: tamen aliquot repperi, qui dicerent esse premendum, quod liberius ac uelut *et quod* philosophorum omne genus laceret.

~~Propterea quae haec in~~
~~quidam in delenda~~
~~Enycho dicam. Bene uel~~
~~Anticipat. Anno M D XVII~~

Propterea quae haec in
quidam in delenda

CONVIVIUM SEV LAPITHAE, PHILON, LVC

PHILON



OVAM quandam & uariam disputationem Luciane uobis fuisse narrat, super coenam apud Aristanetum: tum philosophicos quosdam sermones dictos, ac super his summam contentionē exortam fuisse. Quod ni mentitus est Charinus, etiam ad uulnera usque remi processisse: deniq; sanguine conflictum fuisse diremptum. L V C. Atqui ueniam Philon ista rescituit Charinus: neq; enim is nobiscum aderat in conuiuio. PHIL. E Dionico medico aiebat audisse sese: Porro Dionicus etiam ipse e conuiuarū numero fuit opinor.

L V C. Fuit maxime. Verū ne is quidē ab initio rebus omnib; fuit praesens: sed serius aduenerat, media sermē pugna, pauloq; ante uulnera. Proinde detrorq; si quid cōpertū, ceratū referre potuit, qui non ordine spectarit illa, unde inter illos nata lis, postea ad sanguinem usq; deducta est. PHIL. Proinde Luciane Charinus, etiā ipse si rē cōpertius uellem cognoscere, et quo singula modo sint gesta doceri, te adirem iussit. Nam Dionicū etiam ipsum fassum fuisse: ne se quidē toti negotio praesentem adfuisse. Te uero quicquid esset actum, id omne comperito certoq; scire: tum etiā quae dicta inter illos fuerint, meminisse: quippe qui eiusmodi nō obiter neq; neglectim audire, sed per octū atq; attentē auscultari solitus. Proinde nunquam effugies, quā nō hoc suauissimū accipias epulo: quo mihi quidē haud scio an ullum possit accidere iucundus: praesertim quod sobrii per octū iūtū ac citra sanguinem, extraq; teli, quod aiunt, iactū constituti sumus epulaturi.

Sive senes aliquid, Super coenam sunt debacchati,

Sive etiam iuuenes

Amo cōpulsū sunt, quae neutiquā fas erat, tum dicere, tum facere. L V C. Iuuenilius tu quidē Philon, atq; inconsultius haec nos iubes in uulgus efferre, eaq; referre, quae inter pocula ab ebrijs sunt acta: quum haec magis oporteat obliuioni tradere, eaq; omnia Baccho deo uelut auctori imputare: qui quidem haud scio an quēquā suis non afflatum Origijs, & Bacchanalium expertem praeterierit. Proinde uide ne hominis sit parū bene morati, eiusmodi adamusim exquirere: quae tectius erat in cōuiuio reliquisse, atq; ita discere. Si quidē odi (sicut inquit uersus poeticus) memorē cōpotorē. Ne à Dionico quidem recte factū, qui haec apud Charinū effutuerit, immodicāq; & pridiana dissiparit te uolentiam hominū philosophorū. Caeterum ego ablit ut istiusmodi quippiā sim dicturus. PHIL. Nugas agis Luciane, quū ista dicis. Quin haudquaquā oportebat ad istum modum apud me praesertim agere: ut qui certō sciam, te multo cupidiorē esse narradi, q̄ ego sim audiendi: adeo ut mihi uidearis, si desint qui te audiant, uel ad columnā aliquam, aut statuam libeter accessurus, quo cūcta pariter etuomas. Quod si nūc coner discedere, non sines, ni te prius audiero, abire: uerum ultro aderis, consectabere, rogabis. At tū ego te uicissim lusero. Iamq; adeo, si ita uis, abimus ex alio quo piā hęc eadem audituri. Tu uero ne dicitō. L V C. Age ne quid succenseas: equidem dicam, quandoquidem usque adeo cupidus es audiēdi: uerū heus ea lege, ne passim in uulgus efferas. PHIL. Ni priorius ignoro Lucianum, tute istuc potius feceris. Nam prior ipse denarrabis omnibus, ut me quidem ad id nihil futurum sit opus. Sed illud mihi primo responde loco: Aristanetus, num filio Zenoni dabat uxorem, atq; ita in nuptijs eius uos accepit? L V C. Nō: imō filiam suam elocauit Cleantidē, Idq; Eucriti nummularij filio, qui philosophiae dat opem. PHIL. Formoso admodū per Iouem adolescētulo: tamen tū tenero adhuc & uxoriae rationē, admodū māturo. L V C. Verum: at non inueniebat, opinor, alterum generum magis

uersuum centones quosdā recitabat, Pindari, Hesiodi, & Anacreōtis carmina simul con-
texens atq; confarcinans: ita ut ex omnibus unicam redderet cantilenam, oppido quā
ridiculam. in primis autem illa, perinde quasi uaticinās, de his quę postea acciderunt,
Commisere simul clypeos. Tum illud quoque,

Tum uero clamorq; uirum lucusq; coortus.

At uero Zenothemis, libellulum quempiā minutis cōscriptum literulis, à puero acce-
ptum legebat. Verū quum ij quorum partes erant edulia inferre, aliquantisper, ita ut so-
lent, cessarent morarenturq; Aristæneius sedulo curans, ne uel id interea temporis, aut
ociosum esset, aut uoluptatis expers, accersitū intro Morionem iussit ridiculum aliquid
uel dicere, uel facere, quo magis etiam exhilararentur conuiuā. Moxq; ingressus de for-
mis quidam, derafo capite, pauculos capillos in uertice gestans, eosq; cristæ in morē ere-
ctos, hinc saltabat, atq; inter saltandū, quo maiore concitare risum, rotatu sese circumage-
bat, distorquebatq;. Tum cymbalo concusso, sonabat interim quiddam, linguam imitās
Aegyptiorum. Postremo dicteria quædā iaculabatur in eos qui aderant. Ac reliqui scō-
mate taciti ridebant. Verum ubi & in Alcidasantē simile quiddam torsisset: carulum il-
lum Melitæum appellans, indignatus ille (iam dudū autem præ se ferebat, quod inuide-
ret illi, dum probaretur ac cōiuuatiū oculos retineret) abiectio pallio, ut secum luctaretur
prouocauit. Quod ni faceret, hunc, inquit, baculum tibi impingam. Atq; ita miser ille Sa-
tyrion (nam id erat Morioni nomen) congressus cū eo, pancratio decertabat. Erat id spe-
ctaculi multo iucundissimū, quippe quum uiderent hominē philosophum cum Morio-
ne cōpositum, quum ferire, tum uicissim feriri, Proinde qui aderāt partim pudore tan-
gebantur, partim ridebant: donec iam icūs Alcidas, pugnam detrectaret, ab homi-
nionē omnium plausu comprobato certamine superatus. Hæc igitur quum essent non me-
diocri risu excepta: tibi tandē ingressus & Dionicus medicus haud multo post peractam
concertationē, Aiebat autē in mora fuisse Polyprepontem tibiricē, dum hunc phrenesi
concepit curandī gratia uiseret. Ac planē quiddam risu dignum cōmemorabat. Dice-
bat enim in edes illius uenisse sese ignarum etiam hominē iam eo morbo teneri. At illum
protinus surrexisse, foribusq; oclusis, ac nudato gladio, tibias ipsas sibi tradidisse, ipsq;
uti caneret iussisse. Deinde ubi id nō posset, illum percussisse, scuticam sublata manu ge-
stantem. Sese porro in tanto periculo tale quiddam fuisse cōmentum. Nempe ad canēdi
certamen prouocasse hominem: idq; ea lege ut uictus præscriptū certumq; plagarum nu-
merum acciperet. Ac sese priorem cecinisse, praue atq; imperite: deinde traditis illi tibis
scuticam ab illo recepisse: gladium autē ex templo per fenestras in aream abiectisse. Dein
quum minore iam discrimine cum illo luctaretur, auxilio aduocasse uicinos. Eos reuul-
sisse belluam, atq; ita illorum opera seruatum sese. Ostendebat autem et plagarū uestigia
quædam: nonnullaq; in facie tubera liuētia. Ergo cum Dionicus ob huiusmodi fabulam
non minus placuisset, q̄ Morio ipse: proxime Istiaum reclinans sese, de reliquijs cœna-
bat. Atq; hic quidē haud absq; numine quodam nobis aduenerat: Imò prorsum usui futu-
rus ad ea quæ postea contigerunt. Nam prodies in mediū conuiuuiū puer quidam, qui
se ab Eteocle Stoico uenire diceret, epistolium quoddā adferens, aiebat ab hero sibi
mandatum, ut eo palam omnibus audientibus perlecto, rursus domū sese reciperet. Hic
igitur permittente Aristæneto, admotus ad lucernam legebat. P H I L. Num orationem
Luciane in sponsæ laudem compositā, aut carnē nuptiale: quod genus permulta faciūt
L V C. Videlicet nos quoq; tale quippiā existimabamus. Verum ne accedebat quidē ad
id, ut aiūt. Cæterum in literis ita scriptū erat. Eteocles philosophus Aristæneto. Quā
non mouear conuiuuijs, omnis ante acta uita mea fuerit testis. Qui quidem quum quoti-
die mibi complures ea causa molesti sint, te multo ditiores, tamē haud unquam illis mo-
rem gessi: perpendens nimirū, quantū sit in eiusmodi compotationibus tumultus, quan-
tum licentiæ petulantiq; uerum aduersus unum te mibi uideor meo iure stomachatus,
qui tantum temporis à me officiosissime cultus & obseruatus, tamen indignū habueris,
quem uel inter reliquos amicos tuos numerares, sed solum ex omnibus præterieris, idq;
quum uicinus essem. Proinde tua causa magis discrucior, qui quidem te tam ingratum
præbueris. Nam ipse felicitatem nequaquā in hoc statu, si quis mibi impartiat, uel suum
syluestrem, uel leporem, uel placentam, quæ mibi affatim contingūt apud alios, qui offi-
cia

cia norint. Quandoquidem etiā hodie quum apud discipulum Pammenē cœnare mihi
liceret, oppiparam (ut uocant) cœnam, non annui tamen uehementer obsecrati, tibi scī
licet detmens ego, me metipsum reseruans. At tu nobis præteritis, alios accipis cōuiuio.
Idq; merito facis, neq; enim ullo modo potes quid sit rectius dignoscere, nec apprehensi-
uam illam phantasiā habes. Cæterum haud sum nescius, unde mihi ista sint profecta:
nempe ab egregijs istis philosophis tuis Zenothemide ac Labyrintho. Quibus equidē
(absit inuidia dictio) uel unico syllogismo mihi uideor os protinus obturare posse. Alio-
qui respondeat istorum aliquis quid sit philosophia, aut hæc quæ inter elementa tradun-
tur: quid habitio differat ab habitu, ut ne quid interim de perplexis illis rogationib; pro-
ponam: quid sit syllogismus cornutus: quid acrualis, quid metēs. Verum tu quidē istis
frutaris licet. Nam ego, qui solum in bonis ducam quod sit honestum, facile tulerō conu-
meltam. Atqui ne possis posthac ad istam exultationem confugere, ut dicas te mei obli-
tum fuisse: nimirum in tanto rerū strepitu, tantisq; occupationibus: bis te hodie sum al-
loquutus, primum mane domi tuę: rursus in Castoris ac Pollucis templo rem diuinam
facientem. Ac his quidem de rebus hæc responderim. Quod si tibi uideor cœnæ gratia
succensere: quid Oeneo acciderit cogitato. Videbis nimirum ipsam etiam Dianam in-
dignantem, quod ille se solam non adhibuerit ad sacrificiū, quum reliquos deos omnes
acciperet conuiuio. Nam hac de re sic alicubi meminit Homerus:

Seu quia non norat, seu non succurrerat illi:

Acriter est offensa tamen.

Item Euripides.

Calydon quidem hæc Pelopeij regio solit:

Qua parte sæuū spectat aduersa fretum

Agros habens, tum diuites, tum fertiles.

Rursum Sophocles.

Immanis apri triste monstrum, in Oenei

Immisit agros gnata Latonæ dea

Docta eminus missis ferire spiculis.

Hæc tibi e plurimis pauca citauit, ut intelligeres, cuiusmodi præterito uitro Diphilum
ad cœnam adhibeas, cui & ipsi filium commiseris tuū. Idq; recte. Est enim iucundus ado-
lescens, & ita cum eo uiuit, ut placeat, atq; obsequatur: atq; adeo ni mihi turpe dictu fue-
rat: addidissim & aliud quiddam. Quod quidem tu si libebis, e Zopyro eius pædagogo
uerum esse cognosces. Verum nō conuenit obturbare in nuptijs, neq; accusare quenq;
præsertim criminibus usq; adeo fœdis ac pudendis. Tamen si Diphilus dignus in quem
facerem: quippe qui duos iam discipulos à me retraxerit: ego tamen ipsius philosophiæ
causa reticebo. Porro famulo huic mandauit, uti si quam partem dare uelles, uel apri, uel
cerui, uel placenta: mihi deportandam: ut istoc pacto te mihi de cœna purgares, ne reci-
peret, ne ad hoc ipsum à nobis missus fuisse uideatur. Hæc amice quum legeretur, sudor
interim utiq; mihi manabat præ pudore: simulq; iam illud quod uulgo dici solitū est, op-
tabam, ut terra mihi dehisceret: quum uiderem eos qui præsentem aderāt ad singulas epi-
stolæ partes inter se ridentes, potissimum autem hos, qui nouerant Eteoclem uirū ca-
num, tantumq; seueritatis præ se ferentem. Admirabatur igitur quod eiusmodi uir esset,
hactenus fugisse sese, barba uidelicet ac uultus austeritate deceptos. Cæterum Aristæ-
netum mihi quidem haud uidebatur hominem contemptu negligentiaue præterisse, ue-
rum quod desperasset, si fuisset inuitatus, unquam adduci posse, ut annueret: utq; ad eius-
modi res se morigerū præberet. Eoq; ne tentandum quidem esse putasse. Ergo posteaq;
puer iam legere desisset, uniuersum conuiuuium in Diphilum ac Zenonem torquebant
oculos, quod hi iam metu trepidi sederent, ac pallidi, ipsaq; uultus inconstantia ac per-
plexitate crimen agnoscentes, ab Eteocle intentum. Porro Aristænetus quanquam
esset sane perturbatus, uehementerq; consternatus animo, tamē nos iubebat bibere, co-
nans nimirum id quod euenerat, commode uertere, subridens interim. Ac puerum redi-
re iussit, respondens, ea sibi curæ fore. Paulo autem post surgens & Zeno clanculū sese
abduxit e conuiuio, submonitus à pædagogo, ut discederet inuente, idq; tanquā patris
iussu. Ibi uero Cleodemus, qui iam dudum occasionem quærabat (Nam gestiebat om-
nino cum Stoicis conflictari, uerum dirumpebatur, quod non reperiret causam ad id sa-
tis idoneam) tum igitur, ansam præbente epistola huiusmodi, inquit, facit egregius ille
Tom. I B Chrysiippus

Chrysiippus & Zenon ille mirabilis, neque non Cleantes, uerba misera, neque quicquam præter rogatiunculas, & umbras duntaxat philosophorum. Cæterum Ercemocles sunt plerique omnes. Videtis quam & ipsa epistola graues sint ac seniles. Postremo Aristænetus hic Oeneus est: Ercemocles Diana, Dii boni, quam bene auspicata omnia, quam congrua celebranda festiuitati. Ita per Iouem inquit Hermon, supra hunc accumbens: inaudierat autem, ut opinor, aprum quendam Aristaneto paratum, ut in conuiuio proponeretur, eoque putabat non intempestiue faciam mentionem apri illius Calydonij: per lares Aristenete, fac quam primum sacri partem mittas, ne senex interim ille fame pereat, tanquam Meleager tabefactus. Tamen si nihil queat acerbum accidere, quandoquidem Chrysiippus hæc indifferentia censet esse. Itane uos Chrysiippum nominatis inquit Zenothemis, erigens sese, maximaque uoce intonans: an ex uno homine, qui non legitime philosophiam exerceat, nempe præstigiatore isto Ercemocle, Cleantem ac Zenonem metimini, uiros sapientes? At qui tandem estis ipsi uos, qui hæc dicitis: an non tu Hermon Castoris & Pollucis casariam, quam habebant auream circumtondisti? Cuius quidem facti poenam dabis carnifici traditus. Tu porro Cleodeme, nonne Sofrati discipuli tu uxorem stuprastis? Nonne in adulterio eo deprehensus nefandissima passus es? An non igitur silebitis, quum huiusmodi dedecorum uobis sitis conscij? Atqui non sum mea ipsius uxoris leno, Cleodemus inquit, quemadmodum tu, neque discipuli diuerfantis apud me uaticum sustuli, quod is deposuerat, eoque facto rapuisse me per Palladem deieras abnegauit, neque quaternis drachmis foenero, neque discipulos obtorto collo in uincula duco, nisi in tempore mercedem persoluerint. Verum illud, inquit Zenothemis, haudquaquam possis inficias ire, te Critoni uenenum quo patrem necaret ministrasse. Atque interea forte bibebat, quicquid autem erat in calice reliquum (erat autem ferme semiplenus) in duos illos profundebat. Porro cõspersus est pariter & Ion, idque præmij tulit, quod illis uicinus accumberet, alioqui eo malo non indignus. Hermon igitur demisso uertice merum è capite abstergebat, eos interim qui præsentibus erant attestans, quod id genus contumelijs esset affectus. Cleodemus autem quum non haberet calicem, inuadens primum conspuerat Zenothemidi: deinde laua comprehensum à barba, plagam in tempus erat illisurus: ac senem fortasse necasset nisi Aristænetus dextram sublatam retinuisse. Is mox transiens Zenothemide inter utrumque medius affedit, ut eo ueluti muro dirempti, pacem inter ipsos agerent. Hæc igitur dum gerebantur Philon, equidem uaria meo cum animo uolebam. Primum illud statim occurrebat, nullum esse opere precium, si quis disciplinas perdiscat, nisi simul & uitæ rationes, ad id quod est optimum, accommodet atque componat: quum uiderem illos qui uerbis alios antecellerent, quam factis ipsis sese ridiculos exhiberent. Deinde & illud ueniebat in mentem, ne forte uerum esset, quod uulgo plerique dicunt, uidelicet eruditionem à recta ratione bonisque institutis abducere istos, qui solos libros spectarent, quicque sollicitudine curaque quam illi adferrent, perpetuo tenerentur. Quandoquidem quum ibi tam multi præsentibus essent philosophi, ne casu quidem ullum erat cernere à peccando immunem. Verum alij faciebant turpia, alij dicebant turpiora. Neque enim tam poteram eorum que fiebant culpam, uino autori imputare: mecum reputans cuiusmodi essent, quæ Ercemocles, neque cibo neque potu etiam dum gustato, scripserat. Ita rerum uices præpostera atque inuersa uidebantur: siquidem uidisses idiotas illos summa cum modestia conuiuium agitantibus, neque uino petulantibus, neque indecore sese gerentes. At ridebant duntaxat: & iam damnabant eos opinor, quos dudum suspexerant, ex habitu iudicantes eos alicuius esse precij. Contra sapientes illi, & in libidine ferebantur, & conuicijs certabant, & supra modum sese potu cibisque explebant: postremo uociferabatur & ad manus usque conserendas rapiebantur. Cæterum admirandus ille Alcidas, etiam meiebat sub oculis omnium, nihil reueritus foeminas. Ac mihi quidem, si quis hæc quæ in eo conuiuio gerebantur rectissime uoluisset conferre, simillima uidebantur ijs quæ de Eri de dea poetæ fabulantur: nempe hanc, quod non esset ad Pelei nuptias aduocata, malum in medium conuiuium abiecisse, ex quo tam ingens apud Troiam bellum fuerit ortum. Itidem Ercemocles mihi uisus est epistola illa, quasi malo quopiam in medium proiecta, non minus malorum, quam Ilias habebat, excitasse. Neque enim finem contentionis faciebant Zenothemis ac Cleodemus: quanquam medius inter utrumque intercesserat Aristænetus. Age, inquit

inquit Cleodemus, in præsentiarum quidem sat est, si literas nescire conuincamini: sed crastino die uos ulciscar, quibus conueniet modis. Responde mihi Zenothemi, uel tu, uel elegantissimus iste Diphilus: qua tandem gratia pecunia possessione inter indifferentia ponenda esse censetis: cum ex omnibus nil aliud spectetis, quam ut ipsi quam plurimum pecunia possideatis? Atque ob id causam, semper apud diuites hæretis: foeneratis atque usuris incumbitis, neque non mercede docetis. Rursum quur uoluptate detestemini, atque hæc de causa Epicureos in ius uocetis: quum ipsi uoluptatis gratia, turpissima tum facitis, tum patimini: indigne ferentes si quis uos non uocarit ad cœnam, rursum si uocemini, non sat est tantum uorare ut cibo turgeatis, nisi & famulis tantum donetis. Atque hæc quum diceret, pariter et linteam reuellere conatus est, quod Zenothemidis puer tenebat, omni carnis genere refertum: planeque futurum erat, ut apertum illud ac solutum medium in solum abijceret, nisi quia puer non omitebat è manibus grauiter aduersus trahentem retinens. Hic Hermon: Euge Cleodeme, respondeant qua gratia dampnent uoluptatem: quum ipsi supra cæteros omnes studeant uoluptati? Quin magis, inquit Zenothemis, tu Cleodeme respondeo, quam obrem diuitias inter indifferentia numeres. Imò tu potius. Atque hunc ad modum diuitius est altercatum: donec Iona capite tandem in apertum prolato, desistite inquit: Ego si libet sermonum argumenta proponam in medium, conuiuio nuptijsque digna. Vos porro citra contentione uicisim, & dicite & auscultate: quemadmodum & apud Platonem nostrum, alternis dicendi uicibus res ut plurimum agitur. Id dictum probabat, quum omnes qui aderant, tum in primis Aristænetus atque Eucritus, nimirum in spem erecti, fore ut eo pacto ab odiosis illis contentionibus discedi posset. Et Aristænetus priorè in locum sese recepit, iam partem esse pacem ratus. Iamque nobis inferebatur ea conuiuij pars, absolutam cœnam uocant, singula singulis aues, carnes aprugnae, pulpa leporina, piscis Tagenicus, placenta, breuiter illa, quæcunque liberum est, seu uelis in aluum condere: seu domum asportare malis. Apponebatur igitur, non sua cuique quadrula, uerum Aristaneto atque Eucrito, eadem in parte mensam, una ambobus communis, ita ut de sua utriusque parte quæ se spectaret, esset edendum, aut tollendum. Deinde altera Zenothemidi Stoico, & Hermioni Epicureo, & his item inter ipsos communis. Deinceps Cleodemo atque Ioni. Post hos sponso ac mihi. Porro Diphilo duorum pars apposita, propterea quod Zenoniam discesserat. Hæc facito Philon, uti memoria teneas. Nam paulo post, ad intellectum narrationis erunt usui. PHIL. Meminero sanè. LVC. Tum Ion, primus igitur exordiar inquit, si quidem uidetur. Deinde ubi paulisper inter siluisset: Conueniebat, inquit, fortassis, ut apud eiusmodi uiros de ideis, atque incorporeis substantijs, deque animi immortalitate sermo haberetur, uerum ne mihi contradicant ij qui diuersam philosophiæ sectam sequuntur, de nuptijs dicam, ea quæ congruunt. Atque illud quidem optimum fuerat futurum, si nuptijs opus non haberemus, sed Platonis ac Socratis dogma sequuti à foeminarum commercio nos penitus abdicaremus. Etenim qui ita fecissent, ij demum ad absolutam illam uirtutem pertingere potuissent. Quod si uiris omnino ducenda sint uxores, ut eas iuxta Platoniam sententiam inter se communes habeant, uidelicet quo zelotypia uacemus. Hæc quum essent risu excepta, ut quæ nimis intempestiue dicerentur, tum Dionysodorus, opinor, iam erat conuicia quæ conueniebat regesturus, uerum grammaticus Istitus uir optimus ille: Desinite inquit, Ego uobis epithalamion recitabo, simulque cœpit legere. Erant autem Elegiaci uersus hi, si satis memini.

Nuper Aristaneti in ædibus unica summo

Nutrita est studio diua Cleantis hera.

Virginibus cunctis reliquis præstantior una

Vel potior Phœbe, uel potior Venere.

Salue & tu iuuenum ualidissime sponse ualentum,

Nereo prior, ac fortior Aeacida.

At rursum uobis hoc carmen sapius olim,

Commune ambobus conjugiale canam.

Hæc ita ut est cõsentaneum, risus est consecutus. Reliquum erat, ut cibi tolleretur. Iamque

Tom. 1

B 2

tollebant

tollebant Aristænetus, atq; Eucritus ex his quæ sibi fuerat proposita suâ uterq; partem; Tum ego quæ mihi, & Chereas item quæ sibi erant proposita. Eundem ad modum Ion & Cleodemus. Porro Diphilus etiam Zenonis digressi partem tollere parabat: affirmans uni sibi ea fuisse proposita: atq; hac de causa cum ministris dimicabat, ac vicissim inter sese trahebant manibus utriq; in aem iniectis: non aliter quam Patrocli cadauer hinc atq; illinc attrahere conantes. Postremo uicit ille, atq; abstulit, plurimum interim risum præbens conuiuis: maxime quum eam ob rem postea grauius stomacharetur: perinde quasi atroci affectus iniuria. Iam uero Zenothemis atq; Hermon, qui pariter ut dictum est, accumbebant: alter superius, puta Zenothemis: alter infra hunc, reliqua quidē, quoniam æqualia fuerant apposita: citra pugnam sustulerant. Cæterum auis, quæ iacebat ad Hermonis partem, erat altera paulo pinguior: idq; ita casu euenerat, opinor. Iamq; suam uterq; sublaturus erat, ibi Zenothemis (sed tu mihi nunc quàm maxime fac animū ad uertas, iam enim ad ipsum negocij caput peruenimus) Zenothemis inquam, omiſsa ea quæ sese spectabat, eam quæ ante Hermonem iacebat tollere est aggressus: quæ quidem (uti iam diximus) erat pinguiuscula. At ille contra nitens retinebat, haud sinens, ut ea in re potiores ferret. Inter hæc clamore coorto utriq; in alterum irruentes ipsi auibus facies mutuo cædebant: ac barbīs inuicem prehensis auxilio aduocabant: hic quidē Cleodemus, puta Hermon: ille uero, nempe Zenothemis, Alcidamantem ac Diphilum. At cæteri quidem ad partes acceſſerunt, partim huius partim illius, præter unum Ionem, qui sese neutrum atq; ancipitem seruabat. Cæterum illi inuicē conſerri pugnabāt. Ac Zenothemis quidē scyphum ē mensa sublatus, eum qui coram Aristæneto stabat, abiecit in Hermonem,

Atq; hunc haud tetigit, aliō sed flexus aberrat, (monem,

Verum sponsi caput dissecuit, alto grauiſſimoq; uulnere. Itaq; mulierū coorta uociferatio, quæ medium in prælium infiliebant: cum primis autē adoleſcentulæ mater, quum iam sanguinem eius aspexisset: præterea & sponsa metu territa, proſiliit. Inter hæc Alcidamas strenuum uirum præstitit, quum Zenothemidi ferret opem, & illiſo suo baculo, Cleodemum quidem caluariā, Hermonis uero maxillam comminuit: ad hæc ē famulis alii quot opitulari parantes uulnerauit. Quamquā illi nihil his rebus territi ceſſerūt. Verum Cleodemus intentato digito Zenothemidi oculum effodit: tum ad motus narem mordicus auulſit. Porro Hermon Diphilum Zenothemidi ſuppētas ferre conatū, ē sponda in terram præcipitem dedit. Sauciatus est & Iſtæus grāmaticus, dum interuētū ſuo eos ſtudet dirimere: calice uidelicet in dētes illius illiſo: idq; à Cleodemus, quum hūc Diphilum esse credidiſſet, non Iſtæum. Iacebat igitur miſer ille, iuxta ſuum ipſius Homerum, Sanguinem ab ore uomens. Præterea tumultus atq; lachrymarum plena undiq; erāt omnia: dum & mulieres eiularent Chereæ ſponſo circumſuſæ, dumq; alij has ſtudet compeſcere. Porro maxima malorum omnium pars erat Alcidamas, poſtea quum ſemel ad ſuum rediſſet ingenium feriens, quicumq; forte in ipſum inciſiſſet. Neq; uero pauci in eo prælio ceciſiſſent, ſcito, ni baculum is fregiſſet. Ego porro iuxta parietem erectus aſiſtens, ſpectabam omnia, neq; me ei negotio admiſcebam, nimirum Iſtæi iam doctus exēplo, quum eſſet periculofum eiſmodi conſilius uelle dirimere. Lapithas itaq; Centauroſq; uidiſſes, euerſi menſas, effundi ſanguinem, proſici ſcyphos. Demū Alcidamas ſubuerſa lucerna, magnas induxit tenebras. Iamq; res ut eſt coniectu facile, atrocior etiam multo eſſe cœpit, præfertim quum haud eſſet procliue, luminis copiam alicunde recuperare, ſed multa interim ac ſæua patrata ſunt in tenebris. Poſt ubi accederet, neſcio quis lucernam tandem adportans, Alcidamas quidem repertus eſt tibicinæ ueſtem ſuſtollens, uicq; cum illa congregi pugnans. Dionyſodorus autem in alio quodam ridiculo facinore deprehendus eſt. Nam ut ſurrexerat, ſcyphus ē ſinu illius elapſus in ſolū decedit, poſtea excuſans aiebat, Ionem in tumultu calicē ſublatus ſibi tradidiſſe, ne periret. Id ita factum, Ion admodum ſollicite quaſi patronum agens aſſeuerabat. His rebus dimiſſum eſt conuiuium, à lachrymis denuo in ridiculum exitum conuerſum, idq; Alcidamantis, Dionyſodori, atq; Ionis gratia. Porro qui erant ſauci, ſublatis ſarcinæ ritu, foras deportabantur miſeris affecti modis, maxime ſenex ille Zenothemis, pariter tum oculo tum nare muti latus, enecari ſe præ cruciatu clamitans: adeo ut Hermon, quamquam ne ipſe quidem ex perſ malorum, nam huius duo dentes fuerant excuſi, palam atteſtaretur: Memineris in-

quiens

quiens o Zenothemis, ne poſthac dolorem in medijs habendum ducas. At ſponſus iam uulnere à Dionico curato, domum reuectus eſt ſacijs reuincto capite, eidem impositus uehiculo quo ſponſam fuerat abduciturus. Atq; ita miſer ille nuptias acerbas celebrarat. Deinde et alijs item Dionicus pro ſua utriſq; remedij adhibuerat. Poſtremo poſtquam iam dormierant, aſportati ſunt, pleriq; medijs in uijs uomētes. Cæterum Alcidamas inibi remanebat. Neq; enim ualebant hominē extrudere, poſteaquam ſemel ſeſe in ſpondam abiecerat, atq; ibi tranſuerſus accubiſſet. Hic erat o bone Philon eius exitus cōuiuij, de quo reſuſtime illud dici poſſit, quod in fine Tragediarū nonnunquam accinitur,

Sunt fortunæ uarij caſus.

Plurima quæ haud ſperaueris unquam

Ea conſciunt numina diuum.

Rurſum quæ certò ſperaris,

Ea fruſtrato non contingunt.

Siquidem & hæc planè præter expectationem atq; inopinatò exierūt. Præterea & illud iam didici, non eſſe tutū, cui nō ſit opus, cū eiſmodi philoſophis agitare cōuiuium.

DE ASTROLOGIA



De celo, deq; aſtris eſt nobis inſtitutus ſermo. Nō de ipſis quidē aſtris, neq; ipſo de celo, uerū de diuinationē ac ueritate, quæ ab illis in hominum uitam proficiſcitur. Neq; rurſum mihi libellus hic ſe traditurū aut docturū proſtitetur, quo pacto diuinationē hæc aſſequi liceat. Sed illud queror, doctos omnes cū in cæteris omnib. exerceat ſeſe, ſuiſq; omnibus tradant, ſolā Astrologiā nec habere in precio, nec exercere. At qui hoc doctrine genus uetuliſtū eſt, neq; nūper ad nos peruenit, ſed inuentū eſt priſcorum regum, quos Dii amabāt. At huius ætatis mortales nō ſolum inſcitia ſocordiaq; uerū etiam odio laboris, diuerſa ab illis ſentiūt. Cūq; fortē inciſerint in eos, qui falſa prædicūt, tum & aſtra culpant, & ipſam Astrologiā habent exoſam, neq; ſalutare eam, neq; ueridicam arbitrares. Sed artē magis falſam atq; inanē, haud recte, ſicuti mihi quidem uidetur, ſentientes. Neq; enim ob imperitiā fabri, ars ipſa culpatur, neq; ob cantoris inſcitia, ipſa muſica parum eſt erudita: quin illi potius artium ſunt ignari. Cæterum ars unaqueq; ſuapte natura ſcita eſt. Primum igitur Aethiopes hanc rationem mortalibus tradiderūt. In cauſa fuit partim gentis eius ſapientia, Nam cæteris quoq; in rebus Aethiopes reliquos homines antecellunt ſapientia. Partim regionis quā incolūt opportunitas, propterea quod apud eos perpetua ſit cœli ſerenitas, tranquillitasq; neq; patiuntur anni mutationes, ſed eadem temperie uiuunt. Itaq; cum primū uiderent lunā non ſemper eodē uultu apparentem, ſed uaria ſubinde ſpecie, & in aliā atq; aliā uerti formā, uifa eſt illis ea res admiratio: ne atq; diſquiſitione digna. Deinde cū inquiſiſſent, reppererunt hæc eſſe earum rerū cauſam, quod lunæ nō eſſet lumen proprium, ſed à ſole mutuatum. Inuenerunt autem & reliquarum ſtellarum motus, harum quas nos erroneſ appellamus, nam ſtellarū hæc ſolē mouentur, naturamq; earum ac poteſtatem, & effectus, quos unaquæq; præſtet, nominibus quoq; inditiſ, non illis quidem utcumq; uifum eſt, cōſtitis: ſed quæ notæ rerū eſſent. Hæc igitur in celo perſpexerunt Aethiopes, mox Aegyptijs finitimis artem imperfectā tradiderunt. Porro Aegyptij diuinandi rationem, quam ab illis dimidiatam acceperant, in maius prouexerunt: quippe qui menſuram etiā, ad quam unaquæq; ſtella moueretur, indicarint. Ad hæc annorum, menſium, horarumq; numerum inſtituerunt. Ac meſes quidem illi luna metiuntur, atq; eius reſurſu finiūt. Annum uero ſole, & huius circuitu metiuntur. Quin his etiam maiora oſtenderunt. Nam ex uniuerſo celo reliquisq; ſtellis, & errantibus & fixis, neq; ſimul cum cæteris ſeſe mouentibus, duodecim partes effecerunt in his quæ mouentur, & unamquamq; ſuis animatibus repræſentarunt, partim marinis, partim homine, partim feris, partim uolatilibus, partim pecudibus. Vnde & ſacra Aegyptiorū uarie ſiūt. Neq; enim omnes Aegyptij, ex omnib. duodecim partibus diuinabāt. Sed alij alijs utebātur partibus. Itaq; arietē colūt, qui ad arietē ſpectabant: piſcibus non uelcūtur, qui Piſces annotarāt. Nec hircum maciant, qui Capricornū uiderant, atq; alij

Tom. 1.

B 3 item

item alia venerantur, quæ quicquid inuenerat. Quin taurum etiam ob honorem cœlestis Tauri colunt. Nam Apis apud illos, res in primis sacra, regionem sortitus est: et qui eam incolunt partem, oraculum quoque dicunt, signum uidelicet diuinationis, quam a cœleste tauro petunt. Ac non multo post Libyes quoque artem hanc sunt aggressi. Siquidem & oraculum quod est apud illos Ammonis, ad cœlum, & huius sententiâ refertur, iuxta Ammonem, quem illi arietis specie fingunt. Calluerunt autem hæc omnia & Babylo- nî, atque hi quidem affirmant se primos omnium fuisse. Verum ut ego existimo, multo postèrius ad hos scientia peruenit. At uero Græci nec ab Aethiopiis, nec Aegyptiis de Astrologia quicquam audierunt. Verum illis Orpheus Oeagro Calliopeque prognatus, primus ista monstrauit, non ille quidem admodum dilucide, neque rem clare docuit, sed præstigijs ac mysticis inuolucris obtexit. Sic enim illi uisum est. Nam concinnata lyra, Orgia instituit, sacrasque cantiones decantabat. Porro lyra cum septem haberet chor- das concertum mobilium stellarum repræsentabat. Hæc conquirens atque hæc agitans Orpheus, omnia delineabat, omniaque uincebat. Neque enim illam hominis lyram specta- bant, neque illi alterius musices studium erat, uerum hæc magna illa Orphei lyra. Hicere bus cum Græci honorem habere uellent, locum illi in ipso cœlo designarunt, & complu- sculæ stellæ uocantur Orphei lyra. Quod si quando Orpheum uideris uel saxo expres- sum, uel coloribus effictum, sedet in medio, canenti similis, manibus tenens lyram. Circum hunc animantium innumera multitudo, inter quæ & homo & taurus & leo, Cumque hor- rum singula uideris, fac horum mihi memineris, cuiusmodi sit illius eantus, cuiusmodi lyra. Cuiusmodi taurus & cuiusmodi leo Orpheum audiant. Quod si eorum quæ dico, causas intelligas, tum & in cœlo horum unumquodque contemplator. Fertur autem & Ti- resia genere Bœotius, diuinandi gloria multum celebris fuisse. Hunc Tiresiam ex Græ- cis aiunt dixisse, stellarum erraticarum alias esse foeminas, alias mares, non tam eadem efficere. Vnde eundem ancipiti quoque sexu fuisse fabulantur, aliquando foeminam, ali- quando marem. Porro Atreo & Thyeste de regno paterno decertantibus, iam tum ma- ximam Astrologiæ, cœlestisque doctrinæ curam fuisse Græcis, palam est. Ac publico con- sensu statuerunt Argiui, ut uter scientia præcelleret, is imperio potiretur. Ibi Thyestes arietem illis in cœlo demonstrauit, atque hinc aureum arietem Thyestæ fuisse proditum est fabulis. At Atreus de sole, de quo uario illius exorta locutus est, ostendens non eodem modo ferri solem & mundum, sed contrario inter se cursu rapi. Et qui nunc uidetur oc- casus, cum sit occasus mundi, solis exortum esse. Hæc locutum Argiui regem creauerunt, magnamque doctrinæ laudem est assecutus. Equidem & de Bellerophonte similia sentio. Nam alatum equum illi fuisse, non admodum credo. Verum arbitror, illum hanc disci- plinam sectantem, sublimiaque cogitantem, & inter alia uersantem, in cœlum non equo ascendisse, sed animo. Eadē de Phryxo Athamantis filio dixerim, quem aureo ariete per ærem uectum fabulantur. Quin & ipsum sanè Dædalum Atheniensem, etiam si res est noua audita, tamen haud existimo eum ab Astrologia fuisse alienum. Sed cum ipse ea ma- xime est usus, tum filium suum eandem perdocuit. Ast Icarus cum iuuentutis calore & incitiam, non ea disquiret quæ conueniebant, sed ad ipsum usque posuit animo tolleretur, delapsus est uero, totaque aberrauit arte, & in mare præceps decidit rerum immensæ pro- funditatis. De quo Græci secus fabulantur, qui ex huius nomine sinum eius maris Ica- rium frustra uocant. Fieri potest, ut Pasiphae quoque cum ex Dædalo de Tauro audisset inter stellas apparente, de qua ipsa Astrologia, in artis amorem inciderit, ob id existimât fa- ctum, ut Dædalus illam tauro copulari. Sunt autem qui scientiâ in portiones partiti in sin- gulis partibus singuli elaborarint, alij in his quæ ad lunam, alij quæ ad Iouem, alij quæ ad so- lem pertinent congerentes, neque non cursum, ac motum & uim illorum. Atque Endymion lunæ rationem tradidit. Phaeton solis cursum deprehendit, non ille quidem uere, sed mor- riens imperfectam artem reliquit. Hæc qui ignorant, Phaentem solis filium credunt, fabu- lamque de illo haudquaquam ueram narrant, ad hunc solem patrem, ac postulasse ab eo, ut si- bi liceret lucis currum moderari, illum id concessisse, monuisseque qua ratione foret auris- gandum: Phaentem uero conscendo curru, partim ob ætatem, partim ob imperitiâ ita egisse, ut aliquando esset uicinus terræ, aliquando longo semotus spacio à terra, interim- mortales frigus atque æstus intolerabilis cõficiet. Ob hæc indignatum Iouem ingenti ful- minis

minis telo percussisse Phaentem. Eum deiectum forores circumstantes magno luctu proferebantur, donec immutarent formas, quæ nunc sunt populi, ac lachrymarum uice, quibus fratrem deplorabant, electrum destillant. Haudquaquam hæc ita gesta sunt, neque prius est his habere fidem, neque Soli fuit filius, neque illi filius interijt. Sed narrat Græci & alia per multa fabulosa, quibus ego non admodum credo. Nam qui consentaneum est credere, Aeneam Veneris fuisse filium, aut Minoam Iouis, aut Ascalaphum Martis, aut Au- tolycum Mercurij: Verum hi homines prius dijsque grati fuerunt, eosque nascetes, hunc Ve- nus, illum Iupiter, alium respiciebat Mars. Etenim qui patres familias sunt mortalibus, in hoc progignendi genere, si ueluti parentes sibi similia producant omnia, & colorem, & formam, & facta, & animam. At rex quidem Minos Iouis auspicijs, Aeneas formosus Veneris fauore natus est. Fur Autolycus. At ea furacitas illi ex Mercurio contigit. Iam uero nec Saturnum Iupiter coniecit in uincula, nec in tartara præcipit dedit, neque cæte- ra machinatus est, quæ putant homines. Verum Saturnus extremus mouetur, proculque à nobis semotus est. Segnis illi motus, neque facilis animaduersu mortalibus, atque hanc ob causam illum stare dicunt, ceu uinculis alligatum. Ceterum ingens aeris altitudo tartarus appellatur. Sed potissimum ex Homeri poetæ Hesiodique carminibus liceat intelligere pri- scorum fabulas cum Astrologia cõsentire. Si quidem ubi Iouis catenam narrat, ac Solis ia- cula, quæ quidem ego radiorum ictus esse coniicio, tum urbes quas in clypeo finxerat Vulcanus, præterea choream, & uineam: ad hæc quæcumque de Veneris ac Martis adul- terio dixit, de quo detectione, haud alium de, quam ex hac scientia sunt conficta. Quædoqui- dem Veneris & Martis concursus, Homericæ cantilenæ præbet argumentum, in alijs au- tem uersibus utriusque diuersum effectum descripsit, Veneris, cum ait illi:

Tute Venus iucunda magis connubia cura.

Porro de belli negocijs

Cuncta cito hæc curæ fuerint Marti atque Mineræ. Hæc cum intelligerent ueteres il- li, maxime diuinationibus utebantur, nec eam ociosam esse putabant, adeo ut nec urbes conderent, neque moenia circumducerent, neque quenquam occiderent, neque ducerent uxores, priusquam de singulis à uate responsum accepissent. Denique nec ipsa deorum oracula, ab arte astrologica erant aliena. Verum apud Delphos uirgo prædicendi munus admini- strat, quæ cœlestem illam Virginem repræsentat: ac Draco sub tripode uocem addit, quoniam & inter stellas Draco conspicitur. In Didymis uero templum est Apollinis, & hoc, sicuti mihi uidetur, ex his Didymis, id est, geminis qui cœlo sunt, appellatum. Vt quædo uero diuinatione uisa est illis res sacra, ut Ulysses etiam cum errando festus uellet certo de rebus suis cognoscere, ad inferos penetrari, non quo uideret umbras & locum inamœnum, sed quod cuperet cum Tiresia colloqui. Qui simul atque in locum peruenerat, quæ Circe mon- strarat, foueam fodit, oues mactauit, cumque complures essent umbræ, atque inter has ma- tris quoque, sanguinem bibere cupientes, non prius permisit ulli, ne matri quidem, quæ Tiresia gustasset, coactusque esset sibi uaticinium addere: potuitque interim matris umbram uidere sitien- tem. Ad hæc Lycurgus Lacedæmonijs omnem Reip. administrationem cœlo temperabat, ac legem illis dedit, ne quando in bellum prodirent ante plenilunium. Non enim existima- bant eandem esse ciuitatis administrationem, crescente luna & euanescente, propterea quod omnia ab illa regerentur. Porro Arcades soli hæc non receperunt, nec in præcio habuerunt Astrologiâ, sed idem ob imperitiâ et stultitiâ aiunt se luna antiquiores esse. Proinde cum nostri maiores usque quædo fuerint Astrologiæ studiosi, huius ætatis homines partim aiunt fieri non posse, ut homines sine inueniant diuinandi scientiâ, propterea quod neque certa sit, neque uera, neque Martem aut Iouem nostra causa moueri in cœlo, uerum illis hu- manarum rerum nullam esse curam, neque quicquam esse eis cum his negocijs commercij, ue- rum secundum hos necessitate circumaguntur: partim dicunt Astrologiâ non esse quidem mendacem, at inutilem. Non enim mutari uaticinio quæcumque fati decreta instat. At ego sanè utriusque respondere possum, stellas in cœlo suo quidem motu uolui, ceterum obiter eius motus effectum ad nos peruenire. An uis equo currere, et gallinis aut hominibus tumul- tuantibus, lapides subilire, stipulasque moueri uentis cursu cõcitatis, syderum uero uertiginem nihil præterea efficit: tum ab igni exiguo calor ad nos permanat, neque nostra tamen cau- sa quicquam erit ignis, neque illi curæ est æstus noster, ab astris autem nihil ad nos defluit.

At sane fieri non potest, ut per Astrologiam ex malis bona faciamus, neque mutare quicquam earum rerum, quae ab illis ad nos demanant. Sed hanc utilitatem ars adfert utentibus. Bona multo ante delectant eos, qui uentura praescierint: mala uero facile cum non im prudentibus uenerint, accipiuntur. Neque enim in illos irruunt, sed quia meditata expectataque sunt, leuia mitiaque uidentur. Haec mea est de Astrologia sententia.

Luciani aliquot Dialogorum Des. Erasmo Roterod. interprete, Finis.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS

NICOLAŌ BERALDO S. P.

POSTEA QVAM Holonius ille desiderat esse apud superos, eruditissimam me Beralde, non putabam mihi quenquam alium metuendum, qui naenias, quas iuuenis, uel exercendi stili gratia, uel obsequundans amicorum affectibus scripsissem, in uulgus aederet, in quiduis potius, quam in hoc natus. Et ecce de repente apud Britannos exortus est alter Holonius, qui librum de Componendis epistolis excudit, quem annis ab hinc ferme triginta Lutetiae scribere coeperam, cuiusdam amico parum sincero, cui simili munere gratificari uolebam, uidelicet ut haberent similes labra lactucas. Lectioni simul & compositioni, non plus temporis tributum est, quam dies uiginti. Atque adeo non erat tum animus hoc opus absolueret, ut archetypum illi tradiderim auferendum (nam adorabat longinquam professionem) nullo antigrapho apud me seruat. Aliquanto post, amici quidam, qui, nescio quo casu, nacti, nugas eas descripserant, precibus adegerunt me, ut operis rudimentum absoluerem. Erat enim non solum rude, uerum etiam truncum ac mutilum. Receperam in manus, sed quum ne retractanti quidem arrideret, in totum abiecti, nequaquam fore suspicans quenquam tam effrontem, qui me uiuo & reclamante, schedas meas euulgaret. Verum, ut uideo, nihil iam pudet typographos. Postea quam experientur nihil auidius rapti, quam nugacissimas quasque naenias, neglectis interim praescis ac probatis autoribus, perfricta fronte sequuntur illud est Satyra: Lucri bonus est odor ex re Qualibet. Proinde nos tamen si sic effemus affecti, ut nunquam antehac aequae senserimus, quomodo fuerit animatus Flaccus quum scriberet carmen illud: Vt nox longa quibus, &c. nam agnoscis reliqua: tamen sepositis operis sacratoribus, quae ut magis decet hanc aetatem, ita magis iuuant hunc animum: dies aliquot in recognoscendis quae iam exierant, perdidimus, nescio quanta iactura studiorum grauioribus, certe maximo meo taedio. Quod ne mihi saepius accidat, etiam atque etiam te rogo mi Beralde, effice quouis pacto, ut iuuenis iste, nimum, ut apparet, amans mei, librum, quem uti scribis, a callido uenditore magno emit, aut aboleat, aut certe tibi tradat ad me transmittendum, quo mihi liberum sit de eo statuere. Typographis quid imprecer, nisi mentem meliorem ipsis dari. Ceterum iuuentutem studiorum cultricem, libens admonuerim, ut in hisce nugis quamminimam operam perdat. Video, discruciorque animo, bellum hoc inter Germanos & Gallos Indies magis ac magis incrudescere. Quanta totius rei Christianae calamitas, duos potentissimos orbis monarchas, sic feralibus dissidijs inter se conflictari. Tolerabilius esset malum, si res eorum quorum interest, monomachijs finiretur. Sed quid commeruere ciues & agricolae, qui spoliatur fortunae, exiguntur sedibus, trahuntur captiui, trucidantur ac Ianianantur. O ferreos principum animos, si haec perpendunt, ac ferunt: o crassos, si non intelligunt: supinos si non expendunt. Erat nonnulla spes in hoc nouo pontifice, primum theologo, deinde spectatae a primis annis integritatis. Verum haud scio quo pacto sit, ut pontificum autoritas longe plus ualeat ad excitandum inter principes bellum, quam ad componendum. Sed hi tumultus non dirimunt musarum foedera, nec haec commercia nobis intercipere possunt bellorum leges. Non conuenit Caesarianis & Gallis, sed pulchre conuenit honestissimorum studiorum sodalibus. Quare ualebis uir humanissime, simulque quum dabitur oportunitas, Budaeum, Deloium, Brixium, ac reliquos amicos meo nomine salutatibus diligenter. Basileae VIII Cal. Iun. Anno M D XXXII

DES. ERASMVS ROT. DE RATIONE CONSCRIBENDI EPISTOLAS

QVIS EPISTOLAE CHARACTER.



VI in epistolis unum aliquem characterem uel requirunt, uel praescribunt, id quod ab eruditioribus etiam quibusdam uideo factum: si mihi nimirum de re tam multiplici, propeque in infinitum uaria nimis anguste atque arcte uidentur agere. Neque sane ita multo minus absurde facere eos existimo, quam si sutor omni pedi ad eandem formam crepidam uelit consuerere: aut si pictor quoduis animal ipsidem liniamentis, ipsidemque coloribus conetur effingere: aut sarcinator consimilem uestem pumilioni ac giganti tribuere studeat. Negant epistolam ferendam esse, nisi quae intra exilem dicendi figuram sese contineat: nisi quae illaborata dissolutaque fluat, & omnibus contentiois neruis careat: nisi quae uulgo mutatis uerbis contexta: nisi denique quae breuitate ipsa epistolae nomen mereatur, potius quam uoluminis. Hanc formam si quis suo quodam instituto sequi maluit: ut saepe numero pro ingeniorum uarietate, aliud scribendi genus, alij magis arridet: cum hoc equidem non admodum pugnabo. Sit enim per me suum cuique pulchrum. Verum si eam nobis ita praescribit, ut uel solam uel optimam haberi uelit, cum argumentorum species non minus sint innumerabiles, quam mundi illi Democritici: & nullum fere argumenti genus non recipiat epistola: & nusquam oporteat orationis habitum cum argumenti genere dissidere: qui quae so potest tam infinitae rerum uarietati, simplex sermonis character accommodari: Quem quidem, ut uel maxime alioqui per se optimum deligas, fieri tamen non potest, ut idem ubique optimus esse uideatur. Ego tum unamquamque orationis figuram optimam existimo, cum maxime in loco adhibetur: tum pessimam, quoties iuxta praescum Graecorum adagionem, το σὺ φανὸν μύρον, hoc est, In lente unguentum admiscuerimus. Atque haec quidem eruditissimae abunde satis in summa dicta fuerint. Ceterum literatoribus istis quibusdam triuialibus, ut multo indoctoribus, ita non paulo magis importunis, pinguiore (quod aiunt) Minerua, & per partes satis faciendum est. Quibus etiam si (ut solent esse pertinaces) fieri satis non poterit, tamen eos coargui uel puerorum interest, ne horum autoritate decepti, ea rudibus annis discant, atque imbibant, quae grandes iam dediscere, aut pudeat aut nolint, & ut maxime uelint non possint. Atque hoc indocum doctorum genus, & illiterata literatorum turba, literarijs in ludis hodie praecipue regnat, & tanquam in sua tyrannide Phalarisimum quendam exercet. Illic mihi blatero quispianam arrepta censoria uirgula, Solonis leges dictabit, clamabitque delendam esse epistolam, quae non intra duodecim uersiculos constiterit: hanc enim epistolari modo praefixam esse metam. Obliteremus igitur hoc censore plerisque Platonis, Ciceronis, Plinij, Senecae, D. Hieronymi epistolas, καὶ τὴν ἰσχυρὰν ἀποκρίσιν, & contemptis istorum limitibus, in iustum usque uolumen porrectas. Quod si argumentum uarium & amplum obiectum erit, tu nihilo minus me cohibebis, & circulum istum tuum magicum egredi uertabis: Agefilaus haudquaquam probum cerdonem sibi uideri dicebat, qui paruo pedi magnum induceret calceum: at quanto molestior, qui magnam pedem arctiore calceo stringit, torquetque. Recte Fabius scribit, absurdum fore, si quis Hercules personam, & cothurnos infanti tribuat. uerum multo uidetur absurdius, si infantis fasciolas calceolosque Herculis coneris accommodare. Neque paulo grauius est tum flagitium, tum etiam periculum, in re copiosa contrahi, quam in re non ampla copiosorem fieri: propterea, quod superuacua fortasse cum taedio leguntur: certe necessaria non nisi magno utriusque dispendio praetereunt. Porro si omnino propositum est, delicatis quorundam ingenijs consulere, quibus omnis epistola longa est, nihil esse scribendum praecipiamus. Neque rursus haec dixerim, quod eos probem, qui ridicule copia affectantes, emedicatis uoculis & male consutis sententiarum centonibus, epistolam infarciant: quique cum omnino scribere nesciant, tamen scribendi finem inuenire nunquam possunt. Nihil enim infantia loquacius. Sed ut puerorum causa, eorum stultitiam resellam

refellam, qui suam infantiam Laconismi nomine pretextunt, cum interim nec ipsa breuitatis ac copiae uocabula, quid sibi uelint intelligant, cum unius atque eiusdem artificis sit utrunque. Etenim quemadmodum apud Platonem Socrates, eum demum optime uerum dicere posse colligit, qui sit idem artifex mentis optimus: ita nemo breuitatis nomine recte laudabitur, qui non idem quam copiosissime scribere possit. Nam quid tandem est breuitatem praestare? Nempe maximam rerum uim, quoad fieri potest, in pauca conferre; non pauca scribere, quod alioqui uel indoctissimus quisque, desidiosissimusque facillime possit. Omnem igitur ad copiose dicendum supellectilem in animo prepararis oportet, si Laconismi, hoc est, breuiloquentiae laudem auferre uoles. Ea autem pro argumenti oblati modo: utque sese dabit oculum uel scribenti uel lecturo, ita utemur: modo rei satis fiat. Neque interim ulla epistola non breuis uidebitur, in qua praeter argumenti dispendium nihil admere queas: quae sic est scripta, ut iterum atque iterum relecta, tamen non satiet: eum tua interim, uel intra duodecim uersiculos consistens, adeo breuis non sit, ut Iliade quoque uideatur prolixior. Quandoquidem in hac, tamen si longissima, nullus ex tot uersuum milibus redundat, cum ex tuis illis undecim uersiculis, septem possint resecari: atque ita sane resecari, ut reliqui quoque ob sermonis ineptiam, immensae prolixitatis nauseam faciant. Quare si quem in scribendis literis impendit delectat hic Laconismus, per me quidem licebit, si rei occasione, non chartarum spatium, ac uersiculorum numero breuitatem metatur. Nec ita scribat paucissima, ut ex his ipsis supersint quaedam, sed ut uelut e diuite rerum acero uo optima quaeque decerpta fuisse appareat. Meminisse tamen debemus, non nihil inter esse inter uolumen & epistolam, propterea quod haec ad temporis, rerum, personarumque presentem rationem, quantum licet, est accommodanda. Volumen quoniam omnibus scribitur, ita temperandum est, ut optimis atque doctissimis placeat.

DE ILLABORATA EPISTOLA.

Sunt qui non ferant epistolam nisi inelaboratam: & hac de causa figuratam esse uolunt: ne si quid in ea phalarum fuciae appareat, lucernam olere dicatur. At ego citius feram epistolam, quae lucernam oleat, quam quae temetum, quae myrothecia, quam quae hircum. Quis porro tam iniquus censor, qui non eas ueterum epistolas optimas iudicat, quae sint omni cura arteque elaboratae? Quid unquam exquisitius accuratiusque scripsit Cicero, quam illam prolixam ad Lentulum: rursus illam, qua Curionem commendat Milonem, & plerasque ad M. Varronem: praecipue uero eam, qua Luceio persuadere conatur, ut res ab se gestas, literis mandet: quam ipse uelut accurate feliciterque scriptam, Atticum uti legat hortatur. An lector his anteponat eas, quas scripsit ad Terentiam, Ciceronem, Tironem, aut Acilium? An Plinius, dum Ariano suo scribit, quid sit actum in causa Marci Prisci: dum Gallo Laurentinum suum describit: dum Minutiano narrat, quid rerum gesserit in provincia Beica: dum Apollinari Tuscos agros suos depingit, num decem uersibus absoluit epistolam? Atque is testatur eas potissimum a se collectas, quas scripsisset accuratius, nimirum ut posteritate digniores. Sed interim habenda ratio, cui scribas. Sunt qui neglectam & illaboratam epistolam, sui contemptum interpretantur. Sed ut dicam in genere, quemadmodum incidere potest, ut pro personae cui scribis, proque argumenti ratione, nullum ornamentorum aut dignitatis genus non deceat epistolam: ita fere congruit simplicitas quaedam orationis, sed elegans. Non effragito phaleras, sed idem non fero pannos. Non desidero calamistros, modo adsit mundicies. Pigmenta ne gas, at sordes ut absint facito. Non requiro curam anxiam ac morosam, sed rursus nolo scopas dissolutas. Postremo, si libet, scribito ex tempore, scribito quicquid in buccae uenerit, sed ita, ut ad Atticum fecit Cicero.

DE GRAVITATE EPISTOLAE.

Nam istos qui nusquam uolunt assurgere epistolae phrasim, sed quotidiano sermone proxima esse oportere contendunt, uel una Ciceronis epistola facile reuicerit: nimirum ea, quam scripsit ad Octavianum Augustum: quae adeo non repit humi, ut non solum attollatur ad orationum procellas, uerum etiam in tragediam exeat. Et arbitror atrocissimam eius epistolae partem esse resectam ab his, qui hoc uel Octavianum, uel Ciceronis interesse putabant. Quid enim illa, quid illis interrogantibus, quid agat nunc Resp. respondebit aliquis nostrum, qui proximus in illam aeternam domum discesserit: a quo accipiet de posteris

posteris suis nuncium, ueteres illi Africani, Maximi, Pauli, Scipiones, quid de patria sua audierint, quam spolijs triumphisque decorarunt, & caetera quae consequuntur. Num remissiora tibi uidentur, illa Albanorum tumulorum obstinatione, qua nihil in oratione uehementius inueniri posse putat Fabius? Effruescet igitur uel in tragicam usque uociferationem epistola, si quando res ita postulabit, sumetque ampullas, & sesquipedia uerba. Neque de bello paceque simili stilo loquetur eruditus magnatibus, quo de macerandis falsamentis, aut coquendis holeribus mandaret famulo. Caeterum in mediocribus argumentis, si non incidet quod aliud sua deat, non displicebit Atticismus in epistola: nec hic requiram fulmina aut tonitrua Periclis, si modo sermo uelut e fonticulo limpidis aquis, grato lenique murmure perstreptentibus fluat, non uelut mortuus, stagni in morem torpeat, omnium expers affectuum.

DE PERSPICUITATE EPISTOLAE

Ecce autem maxima pars eorum, qui hoc iuris, uel aetatis, uel fortunae praerogatiua sibi uindicant, ut de literis quas non didicerunt, censuram agant, magnis etiam conuicijs a nobis effragitanti perspicuitatem. Graue flagitium esse clamitant, si uerbum ullum misceatur epistolae, quod legentem uel tantisper remoretur. Memini quum ipse puer annos natus quatuordecim, scripsissem tutori cuidam meo, quem magis etiam puer habueram institutorem: & ex lectione librorum, qui tum suppetebant, admiscuissem non nihil: rescriptit homo, non minus superciliosus, quam indoctus, ut si posthac esset animus tales epistolas mittere, eadem opera commentarium adiungerem: sibi semper hunc fuisse morem, clare, & punctuatum scribere. nam his flosculis sibi placebat. Non haec dico, quod negem in quauis oratione praecipuam esse laudem perspicuitatis. Quid enim est oratio, quae non intelligitur? Sed quemadmodum pro re non solum probanda, uerum etiam necessaria est perspicuitas, facilitasque sermonis: ueluti, quoties seruum quippiam petitur ab homine semidocto, moroso uero, aut etiam uehementer occupato: ita incidit nonnumquam, ut non aliud genus excusatus admittat obscuritatem: uelut cum eruditus cum erudito uelutur literatis iocis, quos nolit a quouis intelligi. Quemadmodum nos olim iusi mus cum eruditissimo uiro Thoma Linacro: cui scripsimus epistolam metro trochaico tetrametro, sed ita temperata compositione, ut aliud agenti non suboleret esse carmen. Admonueram in epistola fronspicio, ut sibi caueret: nam mihi in animo esse ipsum hac epistola fallere: & in calce adieci iam me fefellisse, ni falleret ipse. Non sensit homo fraudem, nisi monitus a me. Mihi non displicet illud Octauij Caesaris, non aliter in sermone fugiendum uerbum insolens, quam in cursu scopulum. Et merito ridetur hoc nostrum serculo quidam Apuleianum, & obsoletae antiquitatis affectatores. Arridet usitatis uerbis contexta oratio, sed ab istis libens quae serim, quae tandem appellent usitata. Num e compitis, ac triuicis sumpta? Recte sane si Gallice, aut Germanice scribendum erit. Verum si Graece aut Latine, quid minus conuenit, quam eius sermonis mundiciem ab his autoribus petere, apud quos praeter meras sordes nihil est? Olim hoc iuris erat consuetudini publicae, ut quaedam uoces antiquaret, alijs gratiam nouitatis adderet. Quanquam ne tum quidem omnia placebant doctis, quae uulgo in conciliabulis, theatris, aut castris iactarentur: & erant in libris eruditorum, ad quae resisteret plebeus lector. Nunc uero Latine loquendi consuetudo, non a foris aut conciliabulis idiotarum, sed a probatis autoribus petitur. Itaque nullum uerbum inusitatum uideri debet, quod extet in elegatis mundique scriptoris literis. Quid Ciceronis oratione candidius, quid apertius? At hic nonnullis uidetur Cimmerijs tenebris obuolutus. Quid Terentiano sermone luculentius? At hunc ne commentarijs quidem adiuti, complures intelligunt. In sordidis autoribus uersatus, si quando incidit in Quintilianum, clamat omnia sibi uideri Graeca, aut Arabica. Dada est opera, ut simus aperti, sed eruditus. Neque quenquam commoueat obscuritatis crimine, quod sit illi cum Cicerone, aut Tito Liuio commune. Clamitas tenebricosam esse Flacci dictionem, sed eruditus uel in primis admirabilis est erudita perspicuitas. Proinde colligis, opinor, in te tenebras esse, non in autore. Tu in quemcunque scriptorem incidis, modo laudatum, noctem istam tecum circūfers. Vociferaris spinosum esse librū, sed tui pedes spinas habet, non locus: caligas in sole, & lux ipsa tuis oculis nocturnis pro caligine est. Mutandus est, inquis, stilus: qui quoquo modo accidat, tamen non intelligit. At quanto iustius est, & tibi

& tibi etiam uttilius, tuum mutare uitium, quam eruditos omnes suam orationem tuo uicio accommodare. Barbare loquendi mille sunt species, ac subinde exoritur noua. Itaque simplicius est ac facilius, ut unam emendate loquendi rationem discant omnes, quam ut omnes barbare dicendi formas singuli. Aequum censes, ut docti Romanam linguam, cui tot egregiae disciplinae, cui Christiana religio concredita est, sinat inter mori, ne quid offendant istorum indoctam arrogantiam. Num par esse iudicas committere ut intereant: non dicam Cicero, Quintilianus, & huius generis caeteri: sed Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, ut pro his legatur, Catholicon, Holcot, Bricot, & Gorra. An lascinia commutabit cum cuculo modulos suos, propterea quod a fello iudici planius & intelligibilis canit cuculus. At iniquius sit, si docti cogantur rectum sermonem dediscere, ut cum istis foede balbutiant: praesertim cum eis in manu sit, imò cum eis tot nominibus expediat ea discere, quae suo magno malo fastidiunt. Ego uero qui semper discendi sum cupidus, nec his succedere soleo, qui praesca uoces & a Ciceronis etiam consuetudine semotas erunt. Fortassis & his usus erat Cicero, si extaret quicquid scripsit. Non indignor obiectum esse quod non intelligam, sed oblatum gaudeo quod discam. Tu contra maui alienam eruditionem reprehendere, quam tuam ipsius incitiā uel agnoscere modeste, uel mutare prudenter. Maui solem in crimen uocare, quae lippientes oculos tonfori Licino committere. Ac uide interim, quae studiose in nos iniquus sis: tu qui tuis in literis sordidissimi sermonis portenta inculcas, quum uere tenebrosus sis, sanis etiam oculis: dilucidus tamen uideri postulas, & alios obscuritatis accusas. Paria certe facere debueras: & si oculis tuis irrisimaeque sunt, cupias & laudari. Non dignatur tua prudentia Latinam linguam discere, quo possis D. Hieronymum (nam unum hunc plurimorum uice nomino) intelligere, & nos uis fecerit istam sermonis in tua culina nati, perdiscere, ut te tuosque sodales delirantes, ac misere balbutientes intelligamus. Non uero haec, optime lector, in hoc tot uerbis describimus, quod eruditam sermonis simplicitatem contemnamus: quae mea sententia, saepe penumero plus habet artis, quam operosa structura: sed ut ueram perspicuitatem, a uerbis tenebris separemus. Seruendum est auribus, sed eruditus in his duntaxat, quae cupimus ab eruditis legi. Quod huic obscurum est, illi dilucidum est. Sed hic lusciosus, ille puris oculis. Est tamen aliquid striapte natura dilucidum, ad cuius sensum repurgandi sunt oculi. Caeterum, ut ad institutum sese referat oratio: quanquam obscuritas quoties officit, ubique uitanda est uel dicenti, uel scribenti: tamen haud scio, an ullo in genere inueniatur uentia, quam in epistolis: modo non indocta, in quibus uel Ciceronis exemplo, licet subinde Graeca miscere Latinis, obscuris allusionibus uti, amphibologis, significationibus, parœmisi, aenigmatibus, clausulis de repente praecisis. Tantum habenda ratio: qua de re, cui scribas. Non damnabitur libertas, si non destituat nos consilium, cui decet artem ubique cedere.

DE COMPOSITIONE.

Porro qui compositionem in hoc genere damnant, equidem non adeo demiror, quum uideam fuisse permultos, qui eam ne in orationibus quidem aequo animo tulerint. Quanquam mihi nunc cum his potissimum res est, qui quid sit in oratione compositio, prorsus ignorant. Caeterum quum eiusdem sit artificis, orationis numerum uel adhibere in tempore, uel negligere, & hanc partem scriptoris arbitrio relinquo: nisi quod uelim adolescentem, qui tantum exercendi stili gratia scribit, aliquandiu compositionem etiam elaborare. ita fiet, ut si res postulet orationem numerosam, apte moduletur: sin neglectam, tamen uitet illud Ciceronis conuictum, scopae dissolutae.

DE HABITU EPISTOLAE.

Magna olim inter eruditos sententiarum uarietas fuit, quod dicendi genus maxime probaretur, Atticum, Rhodiense, an Asiaticum. At Fabius existimat eum optimū dicendi genus sequi, qui pro re, pro loco, pro tempore, pro qualitate auditorum quae appositissime dicit: ut inepte faciant, qui dictionem ad certas leges astringunt. Itidem & ego eam epistolam optimam iudico, quae a uulgato hoc & indocto literarum genere quae longissimi me recedat: quae sententis exquisitissimis, uerbis electissimis, sed aptis constat: quae argumentum, loco, tempore, personae, quam maxime sit accommodata, quae amplissimis de rebus

rebus agens, sit grauisima: de mediocribus, concinna: de humilibus, elegans, & faceta: in iocis acumine delectet ac lepore, in encomiis apparatus: in exhortando uehemens sit, & animosa: in consolando blanda sit, & amica: in suadendo, grauis sit & sententiosa: in narando, lucida & graphica: in petendo, uerecunda: in commendando, officiosa: in rebus sequendis, gratulabunda: in afflictis, seria. Denique (ne quae sunt infinita persequar) sit uersipellis, ac polyus quemadmodum semet ad omnem subiecti soli habitum, ita sese ad quemuis argumenti, reliquarumque circumstantiarum habitum attemperet. Neque enim rei solum obsequundabit epistolae stilius, uerum ut dignum est egregio quopiam Mercurio (nam nuncij uice fungitur epistola) temporum personarumque rationem habeat: nec eadem de re quouis tempore, nec apud quouis loquetur: alia specie sese offeret senibus, alia iuuenibus, alia tetricis ac seueris, alia his qui festiuore sunt ingenio, alia aulicis, alia philosophis, alia familiaribus, alia ignotis, alia uacuis, alia negociosis, alia fidis sodalibus, alia fictis amicis, ac parum bene uolentibus. Sed interim & illud spectabit, unde ueniat, non solum ad quem ueniat, aut quibus de rebus legata. Proinde Mercurium quendam aget, semet pro re praesentem in omnem transfigurans habitum: sed ita tamen, ut in tanta uarietate unum quemdam tenorem obtineat: uidelicet ut semper munda sit, semper erudita, semper sana. Ab his si non fuerit recessum, nullum est praeterea delictum in epistola, cui non sit parata uentia. Erit loquacior, scripta dicetur tum auido, tum ociofo. Elaboratior erit, & lucernam olens, scripta est erudito. Habebit artificium, talem decebat mittere artificii. Carebit artificio, scripta putabitur ei, cui placebat simplicitas, aut imperitiori. Laconissimum habebit, occupatus scripsisti occupato. Fucator erit, ac picurator, scripta dicatur curioso: praesca uerbis antiquario, blandior amico, licentior familiari, asperior improbo, adulator ambitioso putabitur. Denique quicquid alibi non uacasset crimine, hic uel a re, uel a persona scribentis, uel a moribus, fortunaque uel aetate eius cui scribitur defensionem inueniet. Quin & alias damnanda phraeos, & argumentorum uarietas, & inaequalitas, hic uel praecipuam habet gratiam. In Noctibus ac Miscellaneis argumento subinde nouo datur uentia, stilo subinde diuerso non datur, in epistolis iuuat etiam uidere, quantum oratio iuuenilis differat a senili, quid uicetas stilo uel adiecerit, uel detraxerit. Quare qui unam quampiam formam ac faciem huic generi tribuere conantur, hi non solum inanem, uerum etiam ridiculam operam sumunt.

PECULIARIS EPISTOLAE CHARACTER.

Fortassis erunt, qui quasdam epistolas se mouebunt ab hoc ordine: quod genus sunt epistolae ad exercitationem, uel ostentationem ingenij confictae: ueluti Phalaridis, quas eruditi tribuunt Luciano: & amatoriae Philostrati, sane quam elegantes, si perinde essent castae: ad haec heroinarum, auctore Nasone, aliaeque consimiles, quas si quis malit appellare declamatiunculas, equidem non admodum refragabor. Sunt in quas magis libri nomen uidetur competere: quales sunt aliquot Platonis, Senecae omnes: pleraque Hieronymi, Cypriani, & Augustini, Tertulliani paucae. Sunt quas aliquis malit orationes appellare, nimium quae ad principes aut magistratus, arduis ac perplexis de rebus prolixè scribuntur. Tunc enim epistola, non confabulatio, aut nuncij, sed oratoris uice fungitur. Quod si quis non dignatur epistolae uocabulo, nisi quae priuatis de rebus inter amicos obambulet: quanquam ne hic quidem certa forma praescribi potest: tamen si qua peculiaris est huic generi, uideor mihi non maiore compendio quae sit indicare posse, quam si dixero, talem oportere esse dictionem epistolae, quales sunt amicorum inter ipsos confabulationes. Est enim (quod scite scriptum est a Turpilio comico) epistola absentium amicorum quasi mutuus sermo, quem neque agrestem, aut asperum, neque fucatum esse oportet, neque una de re, neque ad fastidium usque multum. Hocque simplicitatem, candorem, festiuitatem, argutum amat hoc epistolarum genus. In his igitur omnia leporem genera conseruabimus, nisi quum res, aut personae diuersa postulabunt. Neque diu sermonem eundem urgebimus: & quod solemus cum amicis confabulantes, miscemus, si uidebitur, non solum multa, uerum etiam uaria. Huic generi magis congruet Atticissimus, ac stilius humilior, comediae propior quam tragediae, aut si quid etiam humiliter phraasi comica, modo docta sit humilitas: meminerimusque non inferioris esse facultatis, cum laude humi serpere, quam cum Deda lo uolare per aera: & uicinum litus legere contractis uelis, quam sublatis antennis medio

ferri pelago. Amica est huic generi breuitas, maxime si uel de multis, uel de minutulis negocijs agatur: & si aut ipsi qui scribimus, aut ij quibus scribitur occupatiores erūt. Ceterum quibus rationibus præstanda sit breuitas, indicauimus in opere de Copia. Quod ad hoc institutum attinet, breuiloquentiam præstabimus, si quando, ita ut sit in comœdijs, statim mediā in rem aggrediemur: si præfationes superuacaneas uitabimus: si uerbis quā significatissimis utemur: si rerum exitus ita proponemus, ut ex his conijctantur ea quæ præcesserunt: si epistolæ, cui respondemus, argumentum recensere superfedebimus, quæ res nonnunquā bonam epistolæ partem occupat: sed hoc è nostris diuinandum relinquemus. Quod genus sunt illa: Quid narras? Antonius episcopus? Quem lupus quod aiunt. Hæc tempestas magis desiderabat Aurelium. Ille quid aliud quæ nullus magnus malus piscis. Tu uerbo, sed absolutius totum hominem depinxisti. Occideras de ualeitudine fratris: sed optimo medico quantū debeam, breui re ipsa declarabo. Fœcunditas uxoris mihi iucundior esset, si res unā cum prole crederet. Cum Laurentio homine furiosè maledico, fatius arbitror nullo pacto contendere. Quid enim aliud quā irrita bis crabronem, aut si quid crabrone pestilentius? Ex his enim uerbo notatis perpendit lector, quid ille scripserit, cui rescribitur. Sunt qui alienam epistolam penè totam recensent, ac propemodum uerbosius, quā is qui scripsit. Si res postulet, ut repetatur argumentum, id dextra quadam ac commoda breuitate fieri conueniet. Qua quidē in re Politianus mirus est artifex, qui hoc in plerisque epistolis facere consuevit, nimirum lectori consulens, ne quid desideraret, si forte non extarent epistolæ, quibus responderet: aut si tales essent, ut non liberet legere.

ELEGANTIA.

Iam admonere, ut sermonijs uitijs careat epistola, tametsi hoc in arte sua præcipiunt rhetores, tamen mihi uix operæ precium uideretur. Nec enim tam ad rem attinet admonere ne fiat, quā dedocere nostram ætatem, quæ passim id facit. Nihil breuius præcipitur, quā ut sit elegans epistola: at nihil maiore negotio discitur: nec usquam peccatur, aut turpius, aut frequentius. Hoc uitium intolerabile reddit infelix affectatio. Quid enim tam portentosum, quā oratio: quæ quum munda non sit, tamen ornata uideri uelut: & quum sana non sit, tamen formosa uideri gestiat, purpuris huiusmodi hinc inde: ueluti is qui nostra ætate maluit dicere, sagio quid portendas, quā sentio quid tibi uelis. Multa lectione, multis præscriptionibus, accurata scriptorū obseruatione, multo scribendi dicendique usu paratur sermonis mundicie. Erit hic igitur primus ac præcipuus labor, si suppetet orationis puritas, atque etiam ingenij sanitas. Artem in epistola non admodum efflagitabimus: si deierit, ritum etiam mouebit artis affectatio.

EXERCITATIO ET IMITATIO.

Ne illud quidem hominum genus errare sinemus, quos ipse non parum multos deprehendi, qui tribus præceptiunculis, ceu magicis uerbis, recte scribendi facultatem dari posse credant, quorum stultitiæ utinā olim non obtemperassem. Talis enim erat is, in cuius gratiam ante annos uiginti quinque opus hoc deliniam, non tam ex animo, quæ mea facilitate cupiens obsequi, quā efflagitanti: quem mox expertus sum, & ingratum discipulum, & perfidum amicum. Is in principum aulis meliorem ac maiore ætatis partem contriuerat, nisi quod sacerdotijs opimis onustus, iam sero sapere cepit, & de literis cogitare, quæ marsupium non consequitur. Sed huius generis non parum multos comperi, qui simul atque a prophanis negocijs, & a sordidissimis coacertandæ pecuniæ curis, ad literas sese appulerint, huiusmodi quasdam compendiaras recte scribendi leges à nobis flagitare solent: quas & ita breues esse uolunt, ut tertiam paginam non totam impleant: & ita efficaces, ut intra mensem non totum, è muta pecude reddant oratorem eloquentem. Aiunt sibi opus esse omnī compendio, propterea quod & sunt ignauissimi, ut quā minimum operæ sumant in rebus honestis, & ætatis bonam partem iam alijs in nugis perdididerunt: postremo quod ad sordida illa negotia redire festinant, literas igitur uelut obiter secum rapere student. Hos si ridere libeat, iubebo semel ex musarum fonticulo bibere, atque in Parnasso somnare, quo repente nobis prodeant ex asinis lusciniæ. Ceterum de quibus aliqua bona spes affulgebit, hos admonendos censeo, ne errent. Neque enim committam, ut hæc præceptiones, quas studiosorum adolescentium industria promouendæ

mouendæ paramus, aliorum stultitiā augeant. Augerent autem, si quis tantum his tribueret, ut citra uariam eruditionem, citra studium uigilantissimum, citra multum usum ex his sibi facultatem recte scribendi polliceretur. Ceterum delicatos istos, & indociles senes, quibus pluris sunt pecuniæ, quā literæ: quibus uacauit tot annis arcas onerare nummis, nec uacauit animum onerare honestis disciplinis, in Parnassum, ut dixi, mitteamus: ut postquā illic unam noctem cum Ennio somnauerint, magno omnium stupore, subito pro Midis redeant Cicerones. Aut certe legemus illos ad talem præceptorem, qualem rhetorices doctorem depinxit Lucianus. Porro iuuenes industrios, ac meliorem mētē præditos, ad uigilias, & exercitationis assiduitatē hortabimur: quā, quum in omni re, tum in hac potissimū tenere primas: & a grauioribus autoribus dictum est, quā ut sit dubitandum: & sæpius repetitum est, quæ ut hic sit admonendū. Neque tamē inficiabor, bonam laboris partem, doctoris commoditate posse detrahi: quem ut assiduum & indefatigatum, ita quā doctissimū esse uolo: ne quod præcipit, ipse præstare non queat: & iuxta prouerbium, Sus suem docere incipiat. Quod si ob nostrorū temporum infelicitatē, non temere talis contingit, ut exquisita doctrina præpollat, ferendus tamē erit: modo ne sit ex horum numero, qui fallā persuasione doctrinæ turgidi, magna (ut inquit Fabius) confidentia stultitiā suam perdocent: illiteratiores, quā ut alios docere possint: elatiores, quæ ab alijs doceri se patiantur. Cuiusmodi pestes procul ex urbibus deportandas curarent ubique magistratus: si quidam aut partes agnoscerent suas, aut ulla omnino Reip. cura tangerentur. Amplissimis salarijs aluntur tot tibicines ac tubicines: at nemo potius eratur amplissimo salario accersendus, quā eruditus ludimagister. Verum hoc salariū non esse certum ac perpetuū, ne magnitudo mercedis improbos inuitet et indoctos, quibus semper minus est frontis, & plus audaciæ, quā eruditis. Conueniet salarium arbitrio doctorum, & spectatæ fidei uirorum, pro merito eius qui asciscitur, præstitui, atque etiam augeri, minuiue, si is sua doctrina, suaque industria uinceret expectationē de se, aut contra. Alioquin periculum erit, ne usu ueniat, quod in amplissimis sacerdotijs uidemus accidere: quæ quo sunt magis opima, hoc ab indignioribus occupantur. Extant apud nos, si multis placet, etiam uolumina non exigua de conscribendis epistolis, ad unam quancquæ formā additis aliquot exemplis: sed o Deum immortalē, cuiusmodi. Sed hæc prodigiosa barbaries illi seculo imputanda est, quo prorsus extinctis omnibus bonis literis, impune regnabat incitia, publice simul ac priuatim: quæ grauis & copiosus autor esset Mæmatrectus, opulentum quoddam copiarum cornu Catholicon. Jam apud Italos cœperat reuiuiscere bonæ literæ, quum Louanij magno cum applausu legeretur epistola Caroli cuiusdam, qui multis annis moderatus est paedagogiū Liliense, quas nunc nemo dignetur sumere in manus. Apud Hollandos, orbis lumen habebatur Engelbertus quidam, qui suis epistolijs nihil aliud docebat pueros, quæ inepte scribere. At nisi me fallit animi præfatiū, breui ueniet ætas, quæ nec his monitis erit opus, nec meis præceptionibus iuuētus egebit. Sed interim ut mediocriter literatos didascalos industria nostra non nihil adiuuemus, postea quæ suis tradiderit compendii artis rhetoricæ præcepta, studebit illos breuibus, & epistolaribus argumentis frequenter exercere. In his delectum habebit & curā, ut ea potissimū proponat, quæ ætati illi amœnitate uelut illecebræ blandiantur. In his enim pueri ut libentius, ita & utilius exercebuntur, id fiet si uel noua sint, uel faceta, uel alioqui puerorum ingenijs affinia. Ea uel è poetarum fabulis, uel ab historicis erūt petenda, nisi quid nouæ rei, ut ferè fit, suggesserit uita mortalium. Frequenter enim & nostris temporibus eueniunt, indigna quæ nesciat posteritas. Et primi quidē generis sunt amatoriarum Naonis, in quibus fortasse tutū non sit, rudem ætatem exerceri. Quancquæ heroinarū sunt castiores, neque quicquā uetat & hoc genus caste uerecundeque tractari. Veluti si procius blandis literis ambiat nuptias puellæ: si Helena Paridem ab amore non permissio deterreat. Nam Penelopes ad Ulyssē epistola tota pudica est, quemadmodum & Acontij ad Cydippen. Si uxor marito peregre cessanti scribat, uti domum properet. Si Nestor uir natu grandis & facundus, hortetur Achillem epistola, ut Briseida ereptam ab Agamēnone magno animo ferat: ostendens regi etiam improbo parendum esse, tum publicū cōmodum priuato dolori anteponendum: postremo uehementer indignū esse, Achillis uel genere clarissimo, uel animo generoso, uel factis egregijs, ob barbaræ ancille amorē, uirtu-

tis obliuisci. Vbi simul etiā amœnus sese locus aperit, aduersus uoluptatē inhonestam; rursus alter pro immortalitate gestis eximijis apud posteros parāda. Si Phœnix eidem scribat, ut cum Agamemnone redeat in gratiā & periclitantibus Græcis subueniat. Aut si Antenor Priamo suadeat, ne grauetur raptam Helenā suo Menelao reddere, uel quia per se iustū sit, uel quia stultissimi regis sit, cōmittere, ut ob turpissimū effœminati iuuenis, & uix uiri Paridis amorem, tot fortissimi uiri dimicationē suscipiant; tot populorum fortunā, simul & uita, in extremum discrimen pertrahatur. Aut si Agamemnon suadeat Menelao fratri, ut negligat potius Helenam, quā ut ob mulierculam uita indignā, tot procerum milia in uitā periculū adducat: & eam totius orbis tumultu repetat, quā etiā si ultro rediret, non esset recipienda. Aut si Linus Herculem duabus conspectis deabus, utram potius sequatur hæsitantem, ad uoluptatis contemptum, & uirtutem amplectendam extimulet. Aut si Menelaus Paridū uiolatum hospitij exprobet. Si Amphion fratrem ad musices studium adhortetur, cōtra ille ad suū inuitet. In hoc genere pleriq; Græci non infeliciter luserunt, sed nemo felicius Luciano. Ex his tamē deligēda censeo, quæ non omnino sint ociosa, sed habeant aliquid ad uitam communē conducibile. Ociosa sunt illa Luciani, de Ioue cerebro prægnanti, & imploratē securim Vulcani. De Neptuno per Mercurium non admissio, cum recens Iupiter peperisset è cerebro Palladē. Nam huius generis quæ sunt, ut sunt amœna, & ingenij felicitatem arguunt, ita non multū faciunt ad uitam communē. Huc propius conducunt, quæ à comicorum argumentis ducuntur. Quod genus fuerit si Phædræ sōdalis illi scribat, ut Thaidis amorē penitus excutiat ex animo, ac pristinae suæ feueritatis memor, in eptire desinat; præsertim cum magno famæ, reiq; dispendio sit alenda, quæ nec amet ex animo, nec uni sui copiam faciat. Si quis diuiti illi Plautino suadeat, ut Euclionem pauperem probum, potius quā diuitem illum procum asciscat generum; aut contra, diuiti potius colloct filiam, quā pauperi. Si Demea fratrem ad suum uitæ institutū uocet, hoc est, ab urbana uita ad rusticā, à coelibatu ad matrimonium; ab indulgenti liberorum educatione, ad feueriorē. Si è diuerso Mitio Demeam ad suum uitæ genus adhortetur. Et hæc quidem pueris gratiora. At illa quæ ab historiographis sumuntur, propius etiā ad uerū accedunt, eoq; plus frugis adferunt, nec ita multo minus iucūditatis. Veluti si Horatius iam capitis damnatus, patris opem imploret, suamq; fortunā tam repente mutatam deplorat. Si Cicero Milonem, ut forti animo ferat exilium, hortetur. Si quis Catonem à literis Græcis, quas iam senex appetebat, deterreat. Si quis Ciceroni secum deliberanti, an mortē sibi cōsciscat: an fuga saluti cōsulere properet; an exulstis Philippicis, uitā ab Antonio redimat; quodlibet horū trium, uel suadere uel dissuadere conetur. Si quis Q. Curtio gratuletur, tam fortem ac pium animum, qui priuatam salutem posthabuerit suæ ciuitatis incolumitati. Si quis Delphicis sacerdotibus suadeat, ut Phalaridis taurum recipiant. Si quis Lucretiam uir constupratam à uoluntaria morte reuocet. Si Ionathas Saulis filius, Dauid amicū regis metu latitantem, uagantemq; cōsoletur, ut promissi diuinitus imperij expectatione mentē in rebus tam afflictis fulciat. Si Plato Dionysii regem ad philosophiæ studiū adhortetur. Rursus si alius quispiā dehortetur. Si Resp. Romana Camilli exulis uirtutem, aduersus Gallos extrema molientes, imploret. Si Aristoteles Calistheni ad Alexandrum Magnū proficiscenti rationē præscribat, qua debeat regis consuetudine uti, docēs, cum regibus, aut quā rarissime loquendū, aut quā iucūdisime: quo uel silentio tutior sit, uel sermone gratior. Si Calisthenes Aristoteli respondeat, consiliū futurū fuisse philosopho dignius, si potius autor fuisset, nō proficiscēdi in eiusmodi principis aulam, in qua philosopho uel seruiliter esset tacendū, uel turpiter adulandū; sibi magis curæ fore, quæ sint honesta, quā quæ utilia aut tuta. Si Alcibiades Socrati suadeat, ut uxorē rixosam ac procacem domo exigat. Aut si Callicratides, ut omisso philosophiæ perēni studio, ad mores communes, & Reipub. administrationem sese conferat. Si Crito eidem suadeat, ut elapsus è carcere, uitæ suæ consulat. Huiusmodi copiosissimam uim Valerius Maximus, alijq; scriptores, qui res memorabiles ex historicorū libris decerpserunt, citra uestigandū tædiū suggerēt. Quin ex una quapiā historia, uelut è uita Catonis, aut Antonij, aut Iulij Cæsaris, plurima themata duci possunt. Quare nos rem, & infinitā, & cuius promissam, nō persequemur plurimis uerbis. In hoc genere uarie, diligēterq; cōuenit exerceri iuuentutem

iuuentutem, quod præter stili fructum, uetustas ac memorabiles historias, hæc ratione uelut aliud agentes imbibent, ac penitus insigent memoriæ: hominū & locorū nominibus assuescent; ad hæc decori uim, & probitatis naturam, præcipuas orationis uirtutes ita potissimū cognoscant. Quare doctores erunt partes, prius quā epistolæ formā proponant, rem gestam, unde necesse erit repetitā, & quemadmodū conueniet acuratissime pueris exponere, indicatis & temporū momentis & personarum proprietatibus, reliquisq; circumstantijs: ne aut aberrent à decoro scribentes, aut parum cōsentanea dicant. Deniq; ut sint parati fontes, unde ducant, uel argumenta, uel argumentorū confirmationes, quā ad rem non uulgariter adiuuat circumstantiarū cognitio. Tum locos aliquot indicabit, ubi ea tractentur apud autores, ut ipsi uerborū ac sententiarū uim inde uel colligant, uel imitentur, ex alijs similia cōiectantes. Iam quæta argumenta suppeditant historiæ, talia licebit & cōingere: cuiusmodi pleraq; sunt declamatoria, ueluti Luciani de medico abdicato; et Auli Gellij de puerpera; cui suadet Favorinus, ut proprio lacte nutriat infantulū, de quo genere mox nihil attingemus. Sed est & illud breuius, ac puerorū ingenijs appositius exercitationis genus, uarios locos cōmunes, aut excogitatos, aut ab autoribus traditos, arte tractare: ut ferè sumuntur, uel ab apophthegmatis ueterum celebratis, uel à Prouerbijs, uel ab Apologis, uel à similibus, ac metaphoris. Siquidē ex horū unoquoq; bet potest argumentū epistolæ compingi. De apophthegmate sit hoc exemplū: Socrates bibiturus cicutam, uxori Xanthippe uociferati, quod innocēs esset moriturus: Quid ais, inquit, mulier, num me malles nocētē mori? Id ualebit in epistola cōsolatoria. Si unusquispiam esses de turba uulgi; merito grauius ferres exiliū, quod longe aliter pro merito contigit: sed quoniam scio te uirum cordatū, ac philosophiæ quoq; præceptis non uulgariter institutum, hoc ipso leniter ferre debes fortunam tuam, quod indigno obtigit. Ea demum grauis & acerba est calamitas, quæ accidit cōmerito. Nunc ista fortunæ procella, quid aliud quam integritatem tuam, ac in Rempub. merita illustrat: Sub hæc narrabitur apte, quod modo retuli de Socrate. Prouerbij exemplū esto: Si me audies, desines cum tam multis cōiuratis cōfēdere. Nec tu Hercules es, nec res ista uirtute geritur. Et tamē si prouerbio credimus, nē Hercules quidē aduersus duos, et tu cū tot cancris, cum tot hydris cōgredieris unus: Apologi exemplū erit. Si quē admonebimus, ne periculo sōnegocio se tēmere admisceat, nisi prius perpēsa ratione, qua cōfici possit, quod instituit, adhibebit apologi de capro; quē sitū periclitantē uulpes pertraxit in puteū, unde postea non dabatur exitus. Item si quis admonebit amicū, ne pendeat ex officio quorundā, qui magnifice polliceantur, sed ipse coram suum agat negocium, eleganter accommodabit fabulam auiculæ casis, quā in Nōctibus suis refert Aulus Gellius. Parabolæ uero sit hoc exemplum. Si quē admonebitur, nē pertēdat obstinate, quod per se quidē optimū esse iudicat, sed præsentibus rebus semet accommodet; similitudinē adhibebimus de prudente nauclero; qui nō semper eō dirigit clauū, quō recto cursu cuperet ire, sed frequenter obsequiundat æstui, frequenter uentis; ac uelis flexis, eum portū petit, nō quò cursum instituerat, sed quem præsens tempestas cōcedit. Hæc mihi uidentur aliquanto plus cōducere ad parandam orationis facultatē, quā quædā, quæ in suis progymnasmatibus tradit Aphthonius. Cæterum quod de Apologis diximus, idem habebit locum in poetarum fabulis, ad seriā rem uel cōfictis, uel detortis. Veluti si quem à negotio maiore, quā ut ipsius uiribus conueniat, deterrere pares, Icarū, aut Phaëtonis casum accommodos. Si quē à studio congerendæ pecuniæ reuocare studeas, in tēpore adhibetur Tali fabula. In huiusmodi thematis præludat ætas illa rudis, ut, quod diligenter admonet Fabius, tenerē adhuc mētes, ueluti sub nutricibus mollius alantur, & uberiore quodāmodo iucundioris disciplina: cibo lacteq; saginentur. Ceterū adultiores tam, ad materias uero proximas paulatim sunt abducēdi. Eas præceptor uel aliū de sumptas proponet, uel ipse comminiscetur, ex omni genere causarum uarias, maximeq; fecundas. Alioquē fiet, ut pueri nihil aliud discant quā in eptre scribere, si quemadmodū in plerisq; ludis fit, literator indoctus pro themate proponet friuolum stulti capitis somnium, in quo neq; sit ulla sententia, neq; quicq; cohæreat; ne sermonis quidem ulla gratia. Porro in castigandō tantum notantur insignes solcēsimi; ueluti si dēprehendant, admoneo uobis, pro admoneo uos, quum alia quæ dissimulantur, magis etiā ad rem faciāt. Nam ista uita uel usu discuntur; illa neglecta hærent in omnem usq; uitam.

QUOMODO PROPONENDA MATERIA.

AT doctor nec absolute pertractatam materiam proponet, ne nihil relinquatur inuentioni puerorum: neq; nudam tamen, uerum circumstantijs aliquot circumscripam, ut assuescant uelut ad certum scopum dirigere sagittas, & ex his sententias, argumenta, & argumentorū probationes, amplificationes, aliasq; figuras cōmuniisci. Velut si quis suadeat puerpere, ut suo lacte alat quod peperit: addat, puerperam esse puellā, puerum elegantem, ac patri simillimum. Quamquā uix aliud argumentū reperies, quod alienius sit à circumstantijs. D. Hieronymus in epistola, qua matri reconciliat filiam; nā ipse propemodū fatetur, hoc argumentū ab se scholastico lusu confictum: non nude proponit, filiam indecore diuisam à matre, addidit matrem uiduam, filiam uirginē, cui frater esset monachus, filiam adolescentulam, corpore uegeto, relicta matre, cōtempo fratre, in monachi cuiusdam nulla propinquitate coniuncti, formosuli et adolescentis, domesti cum contuberniū concessisse, cum hoc coniunctissime uiuere: nec aliud incusare, quam maternorum morum difficultatem: cognatos suspiciū cōiunctum grauius ferre, fratrem in primis, nec tamē adduci puellam, ut cum matre redeat in gratiā: fratrem contemptū, ordine rem omnem Hieronymo denarrasse, qui sic proposuit, nonne eadem opera multam orationis suppellectilem suppeditauit? Ad hanc imaginem multa licebit confingere. Quod genus sit: Lucius & Antonius utriq; adolefcētes, sed alter mediocri fortuna, alter beatissimis parentib. natus, à primis annis sese nō secus ac fratres amarāt. In lusu, in conuiujs, in cōpotationibus, in amoribus, alijsq; uoluptatibus & uitijs, quibus ea fere laborat aetas, uterq; alterū & consciū habuit, & sodalē. Natu maior Lucius, re male profugata, & infamiae iam prouulgata, & amoris infelicis tadio, clam patria profugit: Lutetiae, forte fortuna, quendam amicū paternum natus, ab eoq; excitatus, simul & adiuuus, bonas literas nō minus ardere cepit, quam antea scortorum amoribus aestuauerat. Hic Antonio sodali P. rugis relicto scribens, & sibi de mutato feliciter animo gratulatur, & ueterē sodalem à perditā uita ad literarū studiū pertrahere conatur. Sit hęc propositio totius argumenti, non sine circumstantijs. Mox ostendet argumenti genus, quod est suorum. Deinde demonstratis partibus, quae solēt in hoc genus incidere cōmuniter, quaeq; tradūtur ab artis rhetoricae scriptoribus, quae sint huic themati peculiare indicabit. Admonebit totius epistolae caput in hoc esse, ut corruptae illius uitae turpitudinē, infamiam, pericula, incōmoda diligenter enumeret, atrociter exaggeret, dilucide subiciat oculis Lucius. Tum innoxiae uitae, & honestorū studiorū cōmoda, cum amplificatione receperat: quantum opere hominē deceant: quam ad beate uiuēdum conducant: quantum item ornamentū, quantum solatiū in utraq; fortuna praesent: quam solae nomnis immortalitatē, ac nunq; intermorturum honestae famae decus largiatur. Deinde per collationē doceat has ueras & solas esse opes, in his uera esse uitae oblectamēta: ex his ueros honores proficisci. Et hęc erunt futurae epistolae, ceu linaimenta quaedam, ueluti carbone denotata. Addet deinde ad unamquamq; partē diuitē suppellectilem, rationum, confirmationū, similitum, exemplorū, sententiarum. Ostendet qua parte possint cōmode succurrere loci cōmunes, & quomodo tractari. Siquidem hic locus cōmunis esse potest: Peregrinatione corrigi saepenumero, quos patriae deliciae corrumpunt. Alter: Nihil homini felicius accidere posse, quam fidum & amicū consiliū. Deinde exordiēdi rationes aliquot aperiet: lucundissimi conuictus memoriam, cum uoluptate renouabit. Dicit suam charitatem ob intermissam uitae cōsuetudinem neuitiquā refrixisse erga ueterē sodalē, uerū id oportere se uotis ardētissimis, ut ea charitas quae puerilibus auspicijs, & ineptis uoluptatibus alita fuisset, quo uerior ac diuturnior esse possit, adamātinis uinculis astringatur. Id futurum, si quā in stultis uoluptatibus habuissent societate, & coniunctionē animorū, eam in honestis studijs obtinerēt. Et hic statim incidit locus cōmunis, de uera falsaq; de firma et infirma amicitia. Negabit se satis sibi etiā felicem uideri, quod ab illa infania resipuerit, quod honestissimis disciplinis pro turpissimis delicijs fruatur, nisi & alteram sui partē, ē similibus malis exemptā, suae felicitatis participē uiderit. Nec id difficile futurū: siquidem illē sodalē his auribus audiat, de cōmuni salute differentē, quibus saepenumero audiuit de suis flagitijs pueriliter garrientē. Rem agi neq; leuem, neq; summis auribus hauriendā, sed in intima pectoris penitus demittendā. Et huiusmodi quidē exordiēdi ratio poterit

poterit indicari. Quod si quid erit cause, cur malit obliquo ductu uti, finget se nihil dubitare, quin ille quoq; totus sit immutatus: atq; illi ueluti ad meliorē frugem immutato prosuo in illū amore gratuletur, praedicās ab eo fieri, quicquid ab eo fieri uellet. Tum suasio nis ingressus quidā, ac ueluti trāsitus ostendetur. Negabit Lucius Antonii suū mirari oportere, si quae nūc scribit, lōgissime à pristina uita dissideat: imō si frequēter in fallis bonis, uerisq; malis sodali gratulatus est errās errāt: nūc demū iustissimā esse gratulādī causam, qui stultissimas ac pestiferas uoluptates cū felicissimo studiorū amore permutarit. Deinde tanquā diuisione proponet, se duo quēdā in ea epistola conari, alterū, ut prorsus illi persuadeat, quāta sit ipsi gratulādī causa, id est, quantum effugerit malorū, & quid felicitatis sit assequutus. Alterū utriusq; interesse, ut Antonius, abiectis nugamētis, quibus iam nimis aetatis datū sit, ad eadē studia totū se conuertat, & ipse saluus Perithoum suū tanq; ab inferis reuocātū, conspicietur. Id erit uelut argumentationi uestibulum. Sub hęc propositiones indicabit argumentationū, ceu bases totius negocij. Quarū excogitatio, ut lōge omnium difficillima est, ita cum primis necessaria: adeo, ut nisi his repertis, reliqua futura sint ociosa. Et nō aliud est quod minus arte praescribi possit. Qua de re peculiaria quaedā tradidit Fabius Quintilianus, proposita controuersia Thebanorū ac Thessalorū: & nos in cōmentarijs de Copia, rem si nō erudite, certe crasse explicamus. Huic igitur argumentū huiusmodi propositiones generales cōstituere licebit. Liberalib. studijs nihil esse pulchrius. Ea sumitur ab honesto. Nihil gloriosius, ea sumitur à laudabili, quod natura quidem ab honesto separatū nō est, sed persuadēdi causa separatim tractatur. Nihil suauius. Ea sumitur à iucūdo. Primae, quae generalis est, huiusmodi secundariae subseruiēt. Maxime secundū hominis naturā esse scire, eoq; nec hominis uocabulū mēteri, qui literas nesciant. Proinde si literae nihil adferrent momēti ad famā honestam, nihil ad uitae iucūditatē, nihil ad opes aut dignitates parādas, tamen propter sese expetēdas. Altera fuerit, ad perfectam uirtutē solas literas esse duces, ac ueluti paedagogas. Cuius ut semina proficiuntur à natura, ita à literis petitur absolutio. Ab his praesari cognitionē rerū expetēdam, ac fugiendarū: has mederi morbis animorū, tranquillare mentes mortalitū. Ab his competci sequendis in rebus insolentia: ab ipsē peti lenimen ac robur in rebus afflictis. In priore propositione confirmāda adhibebitur argumenti uice, quod puelli quoq; natura gaudemus, si proposito aenigmate sensum cōiectimus, aut si quid nouae rei discere contigit. Contra falli moleste ferimus. A philosophis ceu propriā notam tribui rationalem esse: at hęc nō in illū competit, qui nihil ratiocinatur, sed pecudum more sensibus & usu ducitur. Esse uero, qui negent hominem à reliquis animantibus differre rationis specie, sed gradibus duntaxat: ita fieri posse, ut paulatim adfectis inscitiae stultitiaeq; incrementis, homo deducatur usq; ad pecudem. In hoc natura finxit hominem erectum, & in se uic cognoscendi studiū, ut in rebus à deo cōditis philosopharetur: simulq; & deum omnium opificem, & seipsum, & reliquā huius mundi machinā contempleretur. Ad hęc locupletanda poterunt adhiberi, quae poetae, Platonici, reliquiq; scriptores de hominis conditione prodiderunt. De luteo Promethei simulacro, cui igniculus ille caelestis inditus fingitur: de luto, quod deus summus ille sigulus afflatu suo animauit: de particula diuinitatis, iuxta quosdā corporibus humanis addita. Quidā enim arbitrati sunt, animā nihil aliud esse, quam scintillam ex igni, aut radiolum è luce illa diuina. De mentibus è stellis petitis, aut certe è thesauro dei. Huc pertinēbit illud Platonis figmentum, de animabus in terrā delapsis, quibus hic scire nihil est aliud, quam ceu per somnium reminisci eorum, quae quondam liberae corporibus uiderunt apud Iouem. Haec, aliaq; multa, diuinitatē quādam animi declarāt. Declarat et illud, quod unus animus exiguo corpusculo inclusus, tot, tam uarias ac difficiles disciplinas intellectu complectitur, memoria retinet. Id prodigiosum uidebitur, si quis perpendat, quot hominū ac rerum uocabula tenet, qui unam modo linguam didicit: quāto prodigiosius, quod Mithridates unam & uiginti linguas calluit. Et hęc est minima portuncula mētis humanae. Addendū his quod Plato negauit, corpus ad hominis naturam pertinere: nihil enim aliud esse, quam instrumētū, domicilium, aut uehiculum animi: animum esse totum hoc, quod hominē nominamus. Item illud quod dixit Seneca, ni fallor: Vita sine literis mors est, & uiuū hominis sepultura. Quid minus est homo, q̄ hominis cadauer? Iā enim corpus, nō corpus est, sed sepulchrū: animū etiā

ipsum à nativo vigore cohibens: & hinc philosophi *ἀνίμα* dicta putant, quasi *ἀνίμα*, hoc est, sepulchrum. Nec aliò spectat, quod Plato scripsit philosophiā nihil aliud esse, quā mortis meditationē. Nam si abduci à corpore, dicitur animā mori: & philosophiā abducit animū à rebus corporeis & crassis, ad res æternas & intelligibiles: iam incipit animus uiuere, quum ab hoc sepulchro emicat. Ex historia sumi potest, quod Diogenes accensa in mendie lucerna, rogatus quid ageret, respondit se hominem quærere. Rursum aduocata concione populi hac uoce: Audite homines, audite homines: quū iam satis magna multitudo congregata, rogaret, quid uellet dicere, respondit sese homines aduocasse, non illos qui nihil haberēt hominis. Adhiberi poterat & illud Mimi cuiusdā dictū de homine crasso & indocto: Nullus, magnus, matus, piscis. Nullum appellabat nullius precij, nihilq; magnum, onustum obeso corpore, atq; abdomine pigrū: malum, nulla uirtute præditum: piscem, infantē & elinguem. Huc referri potest, quod uulgo quoq; tactatis pro uerbis supradictis & indoctis adimūt hominis uocabulū. Quid enim aliud sibi uult, quod stupidum & indoctum appellant statuam, ueluti figuram duntaxat hominis, nō hominem. Item asinum ad Iram: sicut Bœoticum, asinū Antronium, nihilo dissimilem elephantō: ouem, beluam, pecudem, fungum, stipitem, caudicem, plumbum, somnū hominis, monstrum hominis. Adhibebitur & parabola: Vt auena uitio soli in lolium degeneras: ut triticum simili de causa degeneras in siliginem, nomen sui generis amittit: ita homo pecus esse incipit, si neglectis honestis studijs, uentris tatum & inguinis curam agere cœperit. Rursum alia: Et sicut materia sculpendo simulacro habilis, tamen signū non dicitur, nisi forma artificis industria accesserit: ita natiuitas non facit hominem, sed humane nature capacem. Quod nascitur, ceu rudis quædam materia est: institutio formam inducit. Ter tia fuerit. Vt maxime secundum naturam est surculum insitum, eius arboris referre saporem, unde decerpit: ita non oportet animū hominis, cuius est origo cœlestis, à suo genere degenerare. Et ut natiū est igni nostro sursum nitū: trahitur enim uigentiua ad fontem originis: ita hominis ingenium quanquam est his uaporibus corporeis immersum, tamen principij non potest obliuisci. Rursum alia similitudo: Vt ursus non effertur, si mens hominis sub uris figura lateret: quemadmodū nec Apuleius uere asinus erat, quum incolumi mente formam asini circumferret: ita nec homo diceretur, si mens pecudis humanam animaret figuram. Item si statuā figurā hominis per omnia representans, quales ferunt fuisse Dædali, non statim homo diceretur, quod mente uacet: nimirum figura non facit hominem, sed scientia. Hinc est quod Poeta ueteres, nimirum homines prudentissimi, fabulis non ociosis prodiderat: hos, quibus nulla colendi ingenij cura fuisset, pecunias uoluptatibus sese totos dedidissent, in ferarum naturā abiisse. Cōtra, qui sapientia cæteris præcellissent, eos ut dijs genitos, in deorū consortiū à morte reuertit. Et dæmones, quos illi deos inferiores existimāt, aut uant dicitos, quasi *δαίμονες*, hoc est, doctos aut scietes. Et Floratius imperitum hominem appellat corpus sine peccore. Huiusmodi supellecilijs uariam copiam pueris suppedabit præceptor. Nam mihi intermissis est rationē ijs qui docent, indicasse. Et quod nos in una propositione locupletada tenuimus, id ille faciet in singulis: & in harū unaquaq; parte, si quid erit tractabile: non ut omnes pueri reddant omnia, sed ut ex multis sub quibq; ingenio cōsentanea rapiat: & ex his quæ tradita sunt, similia consuecat effingere. Sed iam nunc quosdā exaudire uideo, præceptu uiculis meis obstrepentes. Hui, inquit, nā tu dura mones, & negocij plena: tum autem puerorum animis, atque ingenijs maiora. At ego iam ab initio non alinum, sed præceptorem, mihi requirebam, nec in eruditum, nec laboris fugitantem. Nam si indoctus est, qua fronte doctoris nomen ac locum occupat: Si ignauus, cur negocium tam operolum suscipit: Hæc est literatoris professio: hæc fabula quam agendam suscipit. Nemo uinetum colendum suscipit, nisi statim animū suū ad in exhaustū, & ut inquit Virgilius, in orbem redeuntis laboris circulum præparet. Pueri uero quid possunt audire, uel iucundius, uel utilius. Ab his exercitamentis prodibunt, qui facunde concionentur in templis: qui prudenti eloquentia moderentur senatum: qui cum laude obeant publicis de rebus legationes: denique qui quauis in re, & iudicio ualeant, & oratione. At ista, inquit, nondum illis annis sapiunt. Vestro sanè uitio, à quibus bonorum autorum loco, modos significandi, & id genus glossemata, non minus stolidā, quam proluxa didicerunt

didicerūt. At antiquitas pueri à nutricibus in ludum missi, statim ab optimis autoribus, literarum studium auspicabantur, neq; detinebantur decem annis in dediscendis nenijs. Liceat quæso, per uos, o molesti, uel adolescentibus discere, quod uos pueros docere debueratis: sinit ut prima statim grate hauriant, quod semper meminisse sit pulchrum. Imbibat testula recens succum purissimum, quem diu resipiat. Discant ista in promptu habere, & in uarios usus, ut res hortabatur, accommodare. Quid enim docendo agitur, nisi ne semper sint docendi iuuenes: Quibus si quando optima traditurus es, quur ea nō statim tradis: Si nunquam, quid doces: An hoc agitur, ut tu semper doceas, illi semper sint docendi: Ne pigeat bonum uirum, ac de Repub. uel gratis benemereri cupientem, huius operæ discitentibus quidem necessaria, cæterum nec ipsis qui docent, steriles & infructifera. Ergo postea quam totus operis, ad hunc modum imaginem quædam, ac syluam subministrauerit, affectus deniq; & epitogum ostenderit: tum indicabit idem argumentum alia quoq; ratione tractari posse. Quod genus sit, ne à proposito recedamus exēplo: Si docebit omnē literarum commendationē tractari posse per comparationē, itidem & inficitia uituperationem. Huius generis hæc erit propositio: Inter omnes res quas mortales tantopere mirantur, ac per fas nefasq; sequitur, nihil est quod cum eruditione sit conferendum. Nam honores istos, in quibus ambitio mortalium finem boni constituit, multo periculo peti, maiore possideri, ne honores quidem ueros esse: quippe qui pessimo cuiq; sæpenuero contingere soleāt, nec esse perpetuos, etiam si ueri sint: atq; adeo non perennes, ut ne diuturni quidem sint: quippe quos fortuna temperitas, ut interdum insperantibus obijcit, ita frequenter inopinato tollit. Cōtra, literas in ocio parari, summa tranquillitate possideri, non nisi sua cuiq; industria contingere, uerum & immortalem parere gloriam. Et hic primus differendi campus, multis locis communibus undiq; amœnus est: multa exemplorum, similitumq; uarietate fecundus. Deinde aperiendus alter: Bonam mortalium partem, aurum, argētum, gemmas, & alias hoc genus opes, per saxa, per ignes, magno capitis & uitæ periculo persequi, quum ista sint aliena bona: quippe quæ & ociosis obueniant, & à cæca fortuna passim ut dantur indignis, sic etiam dignis adimantur. Proinde extra hominē esse, nec in hominis potestate: quippe quæ infinitis casibus intereant, ueluti naufragio, incendio, bello, furto, carie, situ: quorum si nihil accidat, certe usu consumi. Quod si non utaris, nihil habere pulchri, quamobrem sint expectada. Ad hæc ut affatim contingant, tamen non explere mentem hominis, sed tantum irritare miseram cupiditatē. Postremo nec animi, nec corporis morbo mederi posse, sed potius utriq; hominis parti malorum omnium seminaria suggerere: & adeo per se non esse honestas, ut à uirtute uel in primis auocent: benignitate exhauriri, parsimonia putrescere: magno sudore congeri, maiore cura congestas seruari, maximo dolore diu seruatas amitti. In literis contra hæc omnia. Nam alteram contentionis partem omitto: partim ne sim ego longior, partim ut aliquid aliorum inuentioni reliquū faciam. Atq; hic secundus porrigitur campus, latissime patens & uariis, nec in amœnus. Tum tertio loco proponet: Formę dotē pleriq; magnum quiddam uideri, & omnibus uotis expectandū: uerum hanc nemini sua cum laude contingere, ut neq; culpa negari. Ab ijs enim quæ nobis ad sunt à natura, neq; laudem meremur, neq; reprehensionem, neq; etiamnum sciri, si bona contingat: utrum ab irata natura, an propitia detur: propterea quod multis eximia species corporis perniciem attulit, & ipsis qui possident, & ijs qui spectant. Nam possessori quid adfert formæ uenustas, præter solitudinē, metum, suspicionē, rumorem parum se quundū, materiā peccandi, libidinis fomitem & copiā. Quod si hac præditus, pudicus esse cupiet, hoc ipso miser est quod formosus. Multas enim pellicit in perniciem, sollicitatur ab innumeris: atq; hinc est quod legimus quosdam sibi faciem cicatricibus defecasse, quod sentirent alios sua forma periclitari. Sin impudicus est qui forma præcellit, quid tandē debet suo bono, nisi ut facilius perditusq; pereat. Itaq; sua forma neminē pudicum delectari: alienam qui amet, libidinosum esse. Tum ut hoc magnū sit bonū, tamen corporis esse tantū, fluxum, caducum, & adeo non perpetuū, ut uel febricula, uel macie, uel alio quouis casu, subito marcescat: certe gratis progressu deflorescere, certe morte perire. Diuersa in literis, hoc est, animi bonis omnia. Vides & hic aperiiri campū mire fecundū, si quis conetur hæc partē omnibus suis numeris tractare. Quarto loco proponet:

non paucos mortalium corporis uoluptates, uti precipuum quoddam uitae bonum mire complecti: uerum istas infanas esse, falso iucundas, non uoluptates, nec aliud quam risum, ut aiunt, Sardonium. Quae enim ei uoluptatis bonum tribuas, qui sui sensu caret? Ad haec obscenas esse, beluinas, ac prorsus homine indignas, quae nos in feras transferant, tum insynceras, multo plus aloes habere, quam mellis: magno costare & rei, & famae dispendio, quibus admixtum sit fastidium, comes poenitudo: malorum omnium escas, laudis ac uirtutis inimicas: infidas his a quibus adamatur, quos tandem deserunt, etiam si non deseratur ipsae: exhaurire oculos, offuscare sanam, corporis ualitudinem atterere, ebibere succum uitalem, accelerare senium, morborum omne genus adducere, sui iustissimas ultrices: denique totum hominem in tartara demergere. At longe feliciores oblectationes ex honestis studiis colligi, tanto nimirum meliores, quanto corpori praestat animus, & homo beluis antecellit: tanto honestiores, quanto uirtutis decus turpitudinem superat: feliciter parari, feliciter possideri, quae nos nobis non eripiant, sed restituunt: quae nos non ex hominibus in feras, sed ex hominibus in deos transferant. Ad haec synceras esse, nullo fermeto uitiatas: quae omnem animi, si qua resedit, amaritudinem edulcent: quae regum fructu dulcescunt: quae liuorem nesciunt, hoc sua uiuiores, quo cum pluribus communes: quae nos ad extremum usque rogam non deserant: quae animis quibus omnia deteruntur & obsolescunt, efflorescant, nauisam, satietatem ac poenitudinem nesciunt: quae praestant, ut non uni aut alteri, sed omni sexui, omni aetate, simus iucundum: quae praestant, ut ipsi nobis etiam uoluptati simus: quae faciunt, ut senectus etiam molestia careat: quae nos in omnem regionem, in omnem fortunam comitantur: denique quae delectant eam hominis partem, qua uere sumus homines. Sed parca haec longius persequi. Neque enim haec sunt omnia, & innumera sunt quibus haec locupletari possent. Neque nos aliud in praesentia, quam uiam indicamus. Poterat hoc genus & alio colore tractari: uidelicet ut literas alijs bonorum generibus anteponamus. Praeclara res opulenta, ad quam mortales infatigabili studio contendunt: quanto par est acrioribus studiis eniti ad honestas literas, quibus ditescit animus: Et in hunc modum de ceteris partibus quas proposui, aut alijs his similibus, cuiusmodi sunt, iuuentus, uires, nobilitas, & si quid aliud sit, in hominum uita uehementer expetitum. Quin & per fictionem tractari poterat. Eruditionem esse rem per se praeclearam ac magnificam, adeo ut si nihil etiam adferat emolumentum in hac uita, tamen sua ipsius causa sit expetenda: quod attigimus in initio. Quis enim non optet perfectam omnium rerum cognitionem, etiam si nunquam esset uicturus inter homines? Nunc instrumenta sunt ad uandam Rempublicam ac priuatum amicos, ut etiam si citra doctrinam ipsi possemus feliciter uere, tamen quoniam uir bonus non solum sibi nascitur, uel in hoc comparanda sit eruditio, ut alijs possimus esse subsidio. Verum in epistola seria nolim has partes nimium extare: id quod etiam in orationibus nonnunquam expedit dissimulare. Sed oportebit alia quadam epistolari facie obducere, nonnunquam data opera perturbari: sed tamen hic ordo profuerit animo, magna rerum ac uerborum uim congerentur: ex quibus licebit optima seligere, si locus postulat breuitatem. Ita fiet, ut non sit se iuna breuitas. In hoc argumento poterit & illud admoneri, blandior est oportere fingi epistolam, quam adolescens adolescenti, congero congeroni, amans scribit amanti. Tum quod qui suadet, inde sibi plusculum fidei conciliabit, quod suum errorem simpliciter agnoscat ac damnet: & ueterum uoluptatum memoriam ita refricabit, ut declaret animum etiam a commemoratione abhorreere. Ab aetate sumet occasionem: quae si grandior est, dicet conuenire, ut plus sapiat qui uincat annis. Absurdum fore, si qui dux huius instituti debuerat esse, nunc recuset esse comes: in minor, dicet nullam aetatem magis idoneam disciplinis, propterea quod sanguine calente, magis ingenio uigeat, quodque tenacius haerent, quae primis annis hauriuntur. Hoc magis esse properandum, ne pars eius optima frustra effluat. A forma item, quae si praestans est, dicet minime conuenire, ut in formoso corpore animus inhabitet deformis: in minus, dicet hoc magis excolendum bonis studiis animum, ut cum corporis forma paria fiant. A genere, quod si fingitur illustre, dicet olim nullos magis incubuisse liberalibus studiis, quam claro genere prognatos. In alijs aut latere, aut negligi doctrinam, fortunamque sordibus obscurari, in bene natis habere suum decus. Tum obscuri hominis literas fortunae adminiculis destitutas, per paucis esse praesidio: nobiles, quoniam fere ad ciuiles magistratus aut ecclesiasticas dignitates uocentur, maximam adferre perniciem, si ad tractandam Rempublicam, citra doctrinam

nam accedat: si contra, maximam adferre publice simul ac priuatum utilitatem. Sin obscuro genere fuerit, excitandus est, ut sibi suis ipsius praesidijs pariat nobilitatem, non paulo ueriores, quam qua uulgo tument claris orti natalibus. Ab opibus. Si rem familiariter habebit amplam, demonstrabit illi, tanto magis enitendum ad honesta studia, ne quum fortuna caetera suppeditarit, ipse sibi defuisse uideatur: magnam adiumentum ad consequendas liberales disciplinas esse diuitias: sed has tum demum esse splendidas, ac salutare, si possessor his norit uti, atque hoc praestare doctrinam. Alios plerisque felicibus quidem ingenijs praeditos, sed ob rei familiaris angustiam, frustra consecrari liberalia studia: ipsi ob rem amplissimam, nec otium, nec librorum uim defuturam, & optimi cuiusque praepositoris futuram copiam. Sin erit tenui fortuna, tanto enixius oportet incumbere paradisi literis, quae & rem, & famam pariunt, sed insignes. Nam diuitibus satis est, uel infra mediocritatem esse doctos. Haec quidem a nobis fusius ac loquacius dicta sunt, uerum in tantum necessaria, ut uerear ne multis haec etiam tam multa non sufficiant. Fateor, ad docendum sunt per pauca, sed ad rationem ac uiam indicandam, non inertem, nec indocto praepositori arbitror fore satis. Nam his doctorem magis instruximus, quam pueritiam.

DE EMENDANDO.

Am uero in emendandis his quae pueri reddunt, exactissima diligentia est adhibenda. Neque enim sat habeat doctor, manifesta sermonis uitia castigare, uerum si quod uerbum parum elegans, si minus ornatum, si sordidum, si durius translatum, si qua contra ueterum consuetudinem orationis figura, si quid absurdius compositum, si quid asperum, si quid hiulcum, id notatum emendabit, inutabitque. Tum si quid alio loco dictum, quod alio magis quadrabat: si quid additum, quod non cohaereat: si quid praeteritum, quod inferi oportebat: si quod argumentum futile, uatum, translatum, aut alioqui uitiosum: si quod decus parum feliciter affectatum: si locus sit frigidior: si languidius dictum, quod acrius oportebat: si cubi a decoro fuerit recessum: si translationis color parum pudenter sit delectus: si uerbosius tractatum, quod oportebat breuius: aut si breuius perstrictum, quod fusius erat tractandum. Neque simul tamen omnia reprehendet praepositor, sed alias alia, ne pueri despondeant animum. Quae ferri non poterunt, ea non statim asperere, & cum conuicio reprehendere: & his uerbis, eo uultu, quasi discipulum odetis. Nam ea res teneros animos in odium studiorum trahit, sitque ut prius oderint literas, quam norint eiusmodi sint. Verum quae tolerari non poterunt, ea blandius quidem, sed tamen diligenter corrigenda: quae ferri utcumque poterunt, aut dissimulanda interim, aut ingenio collaudato uertenda in melius. Contra, quae scite excogitata tractata uidebuntur, ea nominatim probabit, & quamobrem placeant, exponet. Atque interim tacebit & reliquos omnes attentis auribus accipere thema cuiuslibet quod recitatur: ac diligenter obseruare, si quid animaduertant reprehendendum, aut etiam imitandum: neque illud inscite moneret Quintilianus, pueros ipsos percontationibus excitandos esse. & quid illic uideant utique, & qua ratione mutandum: & quid sequutus sit, qui feliciter affectauit. Hoc satius est, quam si non periclitante illorum iudicio, tantum indicet ipse quid damnet aut probet. At huiusmodi percontationibus, uide quantum commoditatum consequemur. Primum, audientibus securitas aberit, ut ait Fabius, neque perfluent aures quae dicuntur, simulque perdicentur ad id quod ex hac re quaritur: nimirum ut aliquando haec inueniant citra indicem, & intelligant ipsi. Sunt autem quaedam uitia, quae praepositoribus in adolescentulis non debeant displicere, ueluti sublimior spiritus, & orationis luxuries: quod haec in doctes promittat perfectam maturitatem. Ego in nostris & alia pro tempore ferenda censeo, puta uoculas, aut etiam clausulas ex autoribus subleatas: poetarum uersiculos, aut hemistichia subinde inserta, translationum licentiam, apertiore artis affectationem, compositionem curiose numerosam, ac prope carmen exprimentem. Haec enim omnia, tametsi in adulto scriptore uitia sunt, in proficietibus tamen necessaria sunt. Porro siue quid laudes, siue reprehendas, utrunque & cum modo, & uarie faciendum. In alijs inuentio nis nerui, in alijs argumentandi subtilitas probanda, in alijs sanitas, in alijs grauitas: in his lepos, in illis uarietas: in nonnullis dispositio, in nonnullis consilium, ut ad quaeque uirtutem quisque uidebitur accedere. Haec laudis ac reprehensionis dispensatio faciet, ut neque quisquam de se desperet, neque despiciat quenquam: tum aemulatio quaedam inter omnes

omnes excitata, dum iritatis omnibus, alterius quisque laudē affectabit, dictū mirū, quantum calcar addet ad studium. Quorūdam putidus ingenij, & rustico pudori, priuatis ac blandis admonitionibus erit succurrendum. Profuerit & illud, præmiola quædam puerilia proponere ijs qui primas tulissent: uictores collaudare modice: uictos ad cōmandū hortari, quasi industria, non ingenio sint præteriti. Hic rursus mihi cachinnū tollet grammatista quispiam ex isto ordine, qui Michaelē Modistam pueris solēt prælegere, meque clamitabit, e ludo theatrum facere. Atqui cum ipse e suo ludo carnificinam faciat, mihi concedat, si ueterum consuetudinem renouare studeo, apud quos in scholis huiusmodi concertationibus iuuentutem exerceri solitā, uel ipse D. Aurelius Augustinus testis est. Si quidem is in libris, quibus titulum indidit, Confessionum, narrat sibi frequēter acclamatum fuisse, ubi lunonis apud Maronem in Troianos stomachantis, uerba & affectus cæteris felicius adumbrasset. Agnoscis theatricum uerbum acclamandi in ludos literarios fuisse receptum, & tu putas scholæ nihil conuenire, nisi plagas & eiulatus. Fabius haud uulgaris formandæ pueritiæ artifex, nō uno in loco præcipit, iuuenum studia non asperitate deterrenda, sed blādis applausibus, modestisq; laudibus alēda, atq; exacueda: uultq; doctorē in parētis abire affectū: cōtra discētes, præceptorē non horrere ut carnificem, sed obseruare ueluti parentem. Nec obscurū, quid sibi uelit Floratianum illud:

Quondam pueris dant crustula blandi

Doctores, elementa uelint ut discere prima.

At contra hic Arcadicus quispiā asinus, leonem indutus exuuiō, quum & indoctior sit, quā ut admiratione sui pueros habere possit attentos: & insuauior, quā ut a quoquā possit amari, uel amare quenquam, tum uisita carnificina mensis eximit, puerosq; ingenuos, quos neq; meliores potest reddere, quippe uir stultus & improbus: neq; literarios, ipse illiteratissimus, flagris excarnificat miseros, clamoribus & conuicijs obsurdeficit, ut optimis illis annis sine fruge contritis, magnā crudelitatis suæ mercedē percipiat. Utinam tibi, o sacrilege: nam barbari leuius ac dilutius est uocabulū: dignus tuis factis honos aliquando contingat, compellarisq; pileum istum, quē ut non promereris, ita nec intelligis, cum cuculla permutare: pro uelste ista lasciuiosa, sagū aut renonem accipere: pro soleis ac sandaleis, perones: pro ferula ligonem, aut scuticam: istoq; ornatu e scholis, in quibus nihil aliud es quā canis in balneo, rus extrudaris: aut stiuæ, cui natus es, alligandus: aut quod malim, in compedibus fossurus, aut si omnino sine imperio durare nō potes, boues & asinos ista tuā uoce territaturus. Tūne audes, o clurinum pectus, ut Plauti uerbis utar, docendi literas occupare munus, quum ipse nihil unquam didiceris: tūne audes stolide carnifex, bene natos & ingenuos, atq; ingeniosos adolēcentes lanfare flagris, quos citius occidere possis quā docere: Tū in eo loco, quē Græci ab ocio scholam, Latini a uoluptate ludum appellandum censuerunt, plus quā Phalaridis tyrannidem exerces: Tū hominis monstrum ab his etiam mercedem, si superis ita placet, exigis, de quibus petus sis meritis, quā scelestus ille Faliscorum literator de sua pubere: Si quidem ille dolo peccabat, tu palam & confidentissime perdis bonę spei pueros. Ille clienti hosti tradidit, ueluti pacis obsides, a quo sunt citra fraudem restituti. Tu hosti crudelissimo, teterri moq; prodis: uidelicet incitig, a quo fermē nullus elabitur, qui semel in illius ius uenerit. Sed efferri me uideo longius dolore iustissimo quidem, utinam perinde utili. Regnare iam passim uideas plagosum hoc & indoctum grammatistarum genus: antra illa in quibus deblaterant, ceu furiarum regnum, misero eiulatu undiq; personare. Et credimus istam uerberandi consuetudinem Quintiliano, uiro tum prudenti, tum erudito, adde etiam castissimo, sine causa tantopere displicuisse. Et quod uir ethnicus ut seruum ac perniciosum exploit, nos Christiani libenter recipimus, fauientes non solū in pueros, uerum etiam in ætatem penē uirilem. Quod si plagoso illi compotatio cōtigerit largior, iam pueris etiam instat uitæ periculum. Rideatur hoc, nisi nōstra ætate permultra sint exempla infelicitum, quos doctoris temulenta fauicia plagis occidit. Et postea deligimus equis nostris idoneum curatorem, liberos cuius asino comittimus. Sed hanc cædendi, fauendiq; necessitatem in puorū ingenia transferūt, qui ceu Phrygum filij, nisi plagis concisi, non emendātur. At quo tandem ore, dic quæso bēlua, tu flagris a pueris officium discipuli requiris, quum tu doctoris officium non præstes: Effice ut merito

te amet

te amet grex tuus: ut miretur primum studia, deinde te quoq; studiorum gratia: postremo, utrunq; alterius causa. Quod si nec amari potes, homo stolidus ac fauus, nec admirationem meretur triuialis ista, ne dicam, culinaria, doctrina uel incitig potius, quid etiam in ludo sedes impudens: Sin ueterem morem tuo damnas instituto, age profer istos egregios artifices, quos tu nouus magister sic institueris, ut cum ueterum uel infimo certare possint. Quod si qui sūt ad literas indociles pueri, præstat eos ablegare rus, ac parētibus reddere. Sed interim doctore decrescunt reditus. Et ideo bonum uirum oportet esse, qui suscipiat erudiendam iuuentutem. Sed istis non alia ratio est, quā tyrānis principibus, qui malunt imperio, quā æquitate retinere populū: nō quod illud melius sit, sed quod hoc difficilius. Sed iam dudum tempus est, ut ad id quod instituerat, nostra recurrat oratio: iamq; finis sit cum istis Boeoticis subus rixandi. Ergo præceptor idoneus; & istōrum dissimillimus, posteaquā annotarit, quid in scriptis puorū placeat aut displiceat: tum exemplar aliquod a se studiose elaboratū proponet, aut etiā dictabit, neq; pigebit in marginibus quid ipse sit sequutus annotare. Indicabitur ordinis ratio, transitus cōmodus, si quod schema speciosius, si quod argumentū noue tractatum: ut in eo perinde ac speculo uideant, quid ipsos suffugerit, quid asse qui non quiuerint, ubi dormitauerint, aut cæcutierint. Alioqui quod isti faciunt, prauam epistolę formā proponere, quid aliud est quā docere perperam scribere: Dicent, quotum quēq; reperias, cui sit stilus: Calceolariam non docet, nisi calcifex: coquum non instituit, nisi coquus: gubernādī rationē nemo tradit, nisi nauclerus: & miraris si literas docere non queas, quas nescis: Quid docet grāmāticus, qui loqui nescit: Expediet aliquoties & nudum thema proponere, ac totū inuentionis laborem, ipsorum ingenijs relinquere, quo uirum suarum periculum faciant. Magis autem blanditur etiam nobis, quæ ipsi quasi peperimus ingenio: uerum id raro feruelim. Nos olim quum Senæ Alexandrum archiepiscopum, titulo D. Andree, Iacobi Scotorum regis filium, rhetorum studijs exerceremus, isq; qui sibi iam uidebatur non nihil profecisse, rogaret, ut tantum indicatis propositionibus summis, reliquam omnē inuentionem ipsi relinquerem, paruimus adolēcenti ingenioso, miraq; spei. Admisus est summaui, fortasse sperans fore, ut tamen sermonis ubertate uinceretur, tamē ob ingenij uigorem non multum esset a nobis relinquendus. Primum collaudabam hominis industriam, & passus sum illi sibi aliquādiu placere. Mox ubi indicassem, quā multa illum fugissent, q̄ multa non suo loco dixisset, cristas demisit, & agnouit quantū adhuc abesset a meta. Illud in genere meminere doctor, ut pro sui quibusq; ingenij uiribus præeat. Rudibus tota erit epistola præformanda: progressus sat erit linimenta quædam prænotare: adultis suffecerit nudum indicare thema: ut & hac in parte parentum curam doctor imitetur, qui primum infantibus cibum præmansum in os inserunt: deinde sat habent in manum dare: mox mensis tantum admouent: postremo etiam domo extrudūt, ut suapte industria ipsi sibi quærere conulescant, & quod dici solet, nare sine cortice. Cōducat & illud, si iam ad mediocritatem progressus proponemus idem argumētū iterum ac tertio, alijs uerbis, aliq; sermonis figura tractandū. Quæ res potissimū conferet ad parandam orationis copiā, ac felicitatem. Id autem cōmodius fiet in breuioribus thematjs. In hoc genere Ciceronē legimus cum Roscio suo certare solitū, utrum ille sapius eandē sententiam uariatis gestib, representaret, an ipse mutatis uerbis efferret. Extāt etiānum & Maronis in hoc genere progymnasmata, ueluti de aurora, & anni partibus: sed hac de re repestiuus ac pluribus dictum est in libello de Copta. Cæterum ad inuentionis facultatem pertinebit, ut palinodijs exerceantur: ut quod modo suaserint, rursus dissuadeāt: quod in cœlū laudibus tuleris, id uituperādo ad inferos deijcias: ad quod sis adhortatus, rursus ab eo deterreas. Qua quidē in facultate plurimū ualuisse fertur Carneades. Hęc erūt pro pemo dū similia locis, quos rhetores cōmunes appellant, ut pro amore, quemadmodum apud Platonē dicunt, præter Socratē multi: & contra amorē: quemadmodū apud eundē Lyfias: pro literis, cōtra literas: pro diuitijs, contra diuitias: pro monastica uita, & cōtra: pro linguā, cōtra linguas: pro matrimonio, contra matrimoniū: pro monarchia, contra monarchiā. Huiusdē generis sunt, quæ per collationē seu contentionē tractantur. Vtra uita præstantior, ciuilis, quā practicam uocant Græci: an cōtemplatiua, quā theoricā illi uocant. Cœlibatus potior, an coniugium. Ad dicendū utrum ars plus possit, an natura:

Tom. I.

D

Vtrum

Vtrum recens hoc theologiae genus praestantius, an priscum illud. Vtrum plus valeat ad parandam famam militia, an literarum studium. Ad rem parandam, utiliorne sit iuris prudentia, an studium medicinae. Idem sit in personis. Vter dux melior, Hannibal, an Scipio. Vter philosophus excellentior, Plato, an Aristoteles. Vter poeta doctior, Vergilius, an Heliodorus. Vtrius facundia mirabilior, Demosthenis, an Ciceronis. Haec incidet in consultationibus. Verum quum deliberabit aliquis, utrum Romae citius pareatur fortuna an in patria: utrum satius sit literarum gratia adire Italiam, quam Lutetiam, praeter ea quae sunt locorum communia, ex proprijs circumstantijs multa ducet argumeta. Vtrum expediat pueros statim admouere studio literarum, an parcere tenerioribus illis annis, donec aetatis progressu nonnihil roboris collegerint. Neque semper necesse est, ut praceptor se thematicis inuentioni labore fatiget. Ex historijs, ut dixi, sumere poterit. Ex epistolis eruditiorum, si quas pueri nondum legerunt: ueluti ex epistolis Ciceronis, Plinii, Ceciliij, Symmachij, Apollonij, Angeli Politiani. Quorū enim hunc in hoc genere non cum quolibet ueterum conferamus: Sed tamen e Symmacho rem peti malim, quam phrasin. Promptissimam huius generis uim, epistolarū diuersae Graecorū suppediabit. Ex omnibus degustatis praceptor, optima quaeque proponet. Semper enim ab absolutissimis exordium. Proinde Plinium illis statim obijci malim, quam Franciscum Nigrum, Marium Philephum, etiamsi pater in epistolis nonnihil habet laudis: Aeneam, Gasparinum, Campanum multo minus Carolum Vitulium Louanensem: cuius scripta cito gratiam exuerunt. Non quod negem in his esse, quod aliquis possit imitari, sed quod medicoribus, aut tolerabilibus tantum anteferri malim eximios. Caeterum cui palma debeatur in hoc genere, non est huius instituti pluribus uerbis persequi. Si quis omisis Graecis, patiat quinquam ullo in genere anteponi, M. Tullio, Plinio, & Politiano primas detulerim. Sed hac sane in re fruatur suo quisque iudicio.

DE CONSVETVDINE VNVM MULTITVDINIS
numero compellandi.

Am uero consuetudinem insulsissimam quidem illam, sed aliquot iam seculis misere receptam, unum hominem multitudinis numero compellandi, non tam dedocedi sunt iuuenes, quam animadū ut ausint contemnere: certe quoties cum his agitur, unde nihil sit periculi. Mea certe aetate iam haec ineptia magna ex parte obsolescit, paulatim subolescentibus bonis literis. Quamquam supersunt & hodie non pauci uosissimatores, qui quod pueri male didicerunt, non solum ipsi mordicus tenent, uerum etiam ab alijs exigunt. Inexpugnabili contumelia se putant affici, si quis unum singulari numero salutet: ac plane rem putant iniuriarum actione dignam, ac legibus uindicandam. Tu pro tua prudentia quid sit optimum dispicito. Hic mihi continuo Tragicum uociferas in re nihili: Quid tu, inquit, me tuissas: tuissa famulos tuos, ego sum & te, & tuis omnibus melior. Quid ais hominis monstrum, tu sic appellari dedignaberis, quomodo olim reges suos appellabant parasiti: quomodo summos orbis monarchas olim affabantur libertini, aut e plebe cerdo quilibet: Denique quomodo tu ipse deum Opt. Max. compellas: Quorū non ut unum alloquar, quum unum uideam, etiamsi Polyphemo maior es: An ideo Athonē montes dicam, non montem, quod ingens sit: An ideo non est mare Oceanus, quod uaste pateat: Adeo qui uix sunt homines, his non satis est, si unius hominis loco ducantur. Caesari totius orbis monarchae loquimur: Superi bene uersat quod agis Caesar. Et hic indignatur, nisi dixeris: Bene uertat quod agunt uestrae dominationes: perinde quasi non unum hominem, sed He caten quamplura triformem, aut Hermetem trimegistum, aut Geryonē tricorporē alloquamur. Hoc fortassis in muliere grauidā sit tolerabilius, aut etiam, si mauius, in scropha. Quorū a grammaticis distincti sunt numeri, singularis, dualis, & pluralis, nisi ut uteremur: Honoris, inquit, gratia ab utimur: apte dictum ab utimur. Nam istud est plane abuti: perinde quasi quis soleam utranque eidem inducat pedē. Sed quis istuc iuris uobis donauit: An aequum putatis, ut honoris uestri gratia, praeter ueterū consuetudinem barbarē loquantur homines: Quod si tyrannidem occupatis, ut nouae etiam linguae nobis sitis autores, quorū non saltem constatis uobis: Etenim si numerus mutatus honorem habet, quorū non eadem opera uidetur honorificū, plures singulari numero compellare: Quorū non idem sit in tertijs personis: Honorificū est, si quis Marcolpho dicat, gratulor uobis: qui minus

minus honorificum est, saluta eos, cum unum iubeas saluari, sed honorabilē: Quorū hic honos tantū in pronomini bus sitis est: Honorificum est, saluta uos, domine episcopi: qui minus saluta uos domini episcopi: honorificum est, uidi uos ambulantes: quorū non uidi uos ambulantes, si unum, sed honorato loquaris: Nimirum aucta pluralitate, crescit honos. Quorū in re diuina, aeditus non hunc in modū respondet sacrificio: & cum spiritu uestro: Quorū is deo loquens audeat dicere, presta quosumus omnipotēs deus. Quorū nos homunculi non ueremur illi dicere: remitte nobis debita: &, ne nos inducas, si tantum honoris est in abusu numeri: Certe primus honos debetur deo, quorū hunc tanto fraudamus honore, quorū huic praerimus homuncionem: Quid hic respondebunt isti: an nobis obijcient heterosini: Audio, sed hac non utuntur emendate loquentes, nisi in prima persona, uel modestiae, uel festiuitatis, uel euphoniae gratia. In sequenda, nunquam, nisi quū genus significamus, non personam. Quale est illud Nasonis, Quae uestra libido est: Taxat enim uiuorum genus, ueluti si quis unum meretrici dicat, Vos estis perniciēs adulescentum, non unam notans, sed totum ordinem. Huic simillimum est illud in tertia persona: Quum ad uxores uentum est, tum fuerunt senes. Vnde quod olim modestiae erat, aut inuidiosum, nunc repente honorificum esse coepit: O imitatores seruum pecus, ut mihi saepe Risum, saepe iocum uestri mouere tumultus. Istos sefellit, opinor, quod ueterum quispiam magistratu fungens, huic in modum scripserit, Consideramus, retulimus, statuiimus, nimirum munus publicū cum suis collegis communicans, & potestatis inuidiam declinare uolens. Hoc, ni fallor, exemplo reges & episcopi coeperunt & ipsi scribere: Nos Ioānes episcopus Cameracensis: Nos Carolus rex Gallorū. Nec dubitū quin & hoc qui primi coeperunt, modestiae causa fecerint, uidelicet quo tyrannidis specie fugerent. Tyrannicum enim uidebatur, potestatem cum nullo proferri habere communē. Verum is scribendi mos sinul atque regis haberi coepit, a nostris honorificentiae causa certatim usurpatus est. Ridicule sane: nam si modestiae laus est, ubi quis pro, ego Ioānes episcopus, scribit, nos Ioannes: qui uos Ioannes dicit, pro, tu Ioānes, contumeliosus sit oportet. Nam se deicere, uirtutis est: alterum contemnere atque extenuare, maligni est atque inuidi, si id fiat in absentem: si in praesentem, procacis & contumeliosi. Romanus pontifex in suis diplomatis admiscet nonnunquam hanc Petri sedem, quam indigni tenemus. Quis ferat, si quis idem dicat illi: Confugimus ad istā Petri sedem, quam indignus tenes. Quod si hanc sermonis ineptiam idiotarum stulta ambitio commenta est, qui dedignantur orationem habere cum alijs communem, cur eruditi hanc ineptiam muliebrem inanitatem assentando alunt: Scio deberi honorem, magistratibus, parentibus, praceptoribus. Sed hic ridiculus est honos, quem praestat solocismus. Verum largiamur interim, ut tantum ualuerit consuetudo. Neque enim me fallit, in epistolis decimi libri, qui Plinianis per Aldum adiectus est, legi semel atque iterum sermonem huiusmodi: Ut primum me domine, uestra indulgentia promouit. Quamquam & hic tergierari licuit, eas epistolas non esse Plinias: deinde hoc ipsum tam raro fieri illic, ut mendum uideri possit. Postremo cum uestra dicit, uoluit senatus auctoritatem cum Caesaris uoluntate coniungere, quod sciet hoc esse gratum imperatori modestissimo. Sed ut omissa tergieratione, largiamur quod isti uolunt: sit sane ciuilitatis hoc honore blandiri maioribus: sit rustici & inurbani, hoc honoris non reddere: certe nouū insolentiae genus est, non esse contentum, si quis cui decedat de uita: si caput aperiat, si genua flectat, nisi ridicule etiam loquatur honoris gratia. Scripserit aliquis Traiano, uestra indulgentia: at idem non offenditur, cum toties repetitur, tua pietas, pro uestra pietas. Denique non sic illi loquitur Plinius, quum consul illius laudes praedicat: quam orationem oportuit quam maxime honorificam esse. Isti tam insolentem honorem etiam conuictis, atque adeo flagris exigunt a nobis. Domitianus imperator, uir prodigiosae arrogantiae, se deum ac dominum scribere solitus est in suis diplomatis: atque ita se compellari in aliorum instrumentis edixit. At is nemini unquam successit, quod singulari numero compellaretur. Ferri poterat res si modo sint unico solocismo contenti, uix duplicatus istorum ambitioni satis facit. Nam oro uos, simplex erat solocismus, quem istorum insolentia iam dudum ut plebeum, nimisque populare fastidit ac renuit. Oro uestram humanitatem, sesquimendum erit: nihil adhuc nisi uulgaris honor. Oro reuerendissimas uestras, bene cogeminate

aitiū: mediocris honor est, & ferendus. Adde tertium solœcismū, et plenā inieris gratiam. Oro reuerēdissimas paternitates uestras, domine prelatissime. Cumulatissimā uis inire gratiā, quadrigam solœcismorū facito hunc in modū: Oro reuerēdissimas paternitates uestras, domine prelatissime, domine presul. Euge euge. Iste demū honorificētissimus est sermo, dignusq; quo solēnter adentur reuerēdissimi presules, ac potentissimi monarchæ. Magis enim ridiculū, quod quidā honoris gratia personā quoq; uertunt, dicentes: Mandauerat mihi reuerētia tua, pro uestra, siue tua. Huius sermonis ineptiam si quis nō uidet, illiteratissimus sit oportet: si quū sentiat, nō expuit, patētissimus: si tam absurdam assentationē libētibus etiā auribus haurit, gloriosissimus sit oportet. Et hæc sermonis portenta cuiusquā principis aures ferūt: Et huiusmodi non solū ferunt quidā, uerum etiā efflagitant Christianæ modestiæ columina: ac nō parētibus homines seuerissimi grauius succēsent: adeo ut quibusdā hac de causa dicam fuisse scriptā sciam, non de aini umbra, quod dici solet, sed de iniuria nō adhibiti solœcismi. Nuper etiam quidā, grauius mirum exēplo, ultus est huiusmodi contumeliā, ad hunc quidem modū. Ab amicis magnis studijs agebatur apud episcopū quendā, ut quidam spectatis moribus, egregia doctrina uir, sacerdotio, quod tum forte demortuus uacū fecerat, in auro retur. Negabat uigilantissimus pastor, temere sacerdotia cōmitti oportere in exploratis. Ipsum qui cōmendabatur, ac ceterū iubet, uidelicet de doctrina prudētiaq; uiri periculū facturū. Adest ille uir, sanē antiqua literatura probe præditus, sed syncerus ac simplex, qui nondum nouum hunc eloquentiæ florem attigerat: postremo qui presules omnes putaret didicisse literas, salutatur numero singulari: Salte reuerende presul. Vix totam salutationē dixerat, auertit se presul atq; abit, indignabūdens non aliter, q̄ si quis in faciem illius conpulsisset. Admirantibus, & causam rogātibus qui salutatorē cōmendarāt, negat se illos conspectu colloquioq; dignari suo, à quibus sic in os contemneretur. Frustra quidā rem purgarent tūtur, planeq; surdo canitur fabula. Iratus ille, sacerdotiū in alium quendā disertio rem trāstulit, qui quadruplicato solœcismo humanissimas reuerētias domini domini salutaret: & qui unum hominē in multis, rursus in uno multos uideret. At quāto falsius isti nobis talionē reponerent, si ipsi singuli singulariter appellati, nos uicissim binos aut ternos singulari uoce cōuenirent. Etenim si honorificū est, uni multitudinis appellationē tribuere, ueluti, πολλῶν ἀνθρώπων, quā erit insignis cōtumelia, plures singularibus uerbis alloqui: Tibi Paule, nos abbas dicimus, tanquā plures in unū conflati, uix efficiant hominē alicuius precij, sic erat par pari referendū. Dices optime lector: Rides tu quidē iā dudum, & nimis uncis naribus indulges. Quid aliud faciā in rem tam ridiculā? Nam si plane contendunt, honoris significationē esse in catachresi numeri, cur frequenter unicā rem, eamq; frivola, nihilq; tricas, apinas, quisquillasq; uocamus, multitudinis numero: Quir unicum instrumentū quo uerrimus pauimentū, multitudinis numero scopas uocamus? Non inuidendus honos istorū, quem cum quisquillis & scopis habet communem. Hoc etiā inter est, quod nisi multitudinis uocabulo, nemo scopas recte salutauerit, nisi dixerit, salute scopæ: quum istis interim studiosa barbarie gratificemur, omnibus quidē grāmāticis, ac grammaticorū filijs iratis. Quid quod interdū non sine periculo pluraliue cōuiciamur etiā, nimirū assueti. Quid enim si strabus quispiā, dubijq; contuitus, uni è multis conuiciū dicat multitudinis numero: nōne quum oculis quem petit nō distinguat, periculum erit, ne tanquam cōmune maledictū in se quisq; rapiat, & pro uno omnes in miserum strabum conuicia regerant: Id uero periculosius etiā fuerit cæco. Proinde genus hoc sermonis, quibus est hoc uitiū, magnopere fugiēdum censeo, ne forte oculorum morbo, plures pro singulis cernere putentur. Sic enim nuper quispiam istiusmodi salutatorē aperte derisit, & asperere potius, quā urbane: nisi forte uidebitur recte, malo nō do malus quæsitus cuneus. Is enim solus cum esset in conclauī, & à strabo quodam multa cum pluralitate adiretur, iterum atq; iterum circumspectans respōdit, ceteros abisse, se solū esse: si quid uellet, opportuniore tēpore rediret, dum illi adessent. Ille uero negat se quenquā præter ipsum unum quærere. Tum alter hominem percontatur, quot illic lectos uideret. Quum unum duntaxat respondisset, Et quæ tandem, inquit, imperiæ te agitant, aut è qua popina nobis probe potus ades, ut ego tibi nō unus uidear, sed multi? Et sunt etiam qui rem tam absurdam ueri conentur rationibus philosophicis, ut aiunt: Siquidem

Siquidem Aristoteles scripsit, regem ut ceteris rebus præcellit populum, ita sermone quoq; differre debere. Idem par esse, ut quos cōditio, dignitas, opes, cultus, & insignia discernant, discernat et sermo. Nec prorsus alia nota rectius dignosci, à priuato magistratum, q̄ ab usu numeri, propterea quod ille unus sit è multis, hic non simplicem sustineat personam. Papæ, accipio commentum: quanquam apud Græcos istud fiet commodius, quibus tres sunt numerorū differentia. Ergo cui geminus sit episcopatus, aut cuius episcopatum abbatia quæpiam opima conduplicarit, huic dicemus, χεῖροτον. Quod si tres sint episcopatus, aut duobus addita abbatia, ternarium illum sacrū ac mysticū expleat, huic dicemus, χεῖροτε. Hac quidē lege, si τριποδία aut ἐξάποδία numero sacerdotiorum sint prætergressi, & qui dent ueniam, si nostram distinctionē sua ambitione confuderunt. Nec uideo qui minus liceat ad hunc loqui modū: Nos episcopi, nōs abbates, cui uni plures sint episcopæ, aut abbatia. Sed dubitari iam dudum potest, isti ne stultiores, qui à re tam absurda, tamen abduci non queant: an ego qui in nugacissimis nugis tantum opere sumperim, nisi quod ut hoc facerem, plurimæ res me cohortabatur, sed duæ potissimū: tum ut istos apertius irrisos, aliquando suæ stultitię pūdesceret: tum uti eos qui plane deperduissent, iuuenes partim ueterū exemplis animati, partim nostris uerbis mōniti, non dubitarent cum sua ambitione contemnere. Desinet offendere, posteaquam delierit esse insolens: & aliquando placebit omnibus, quod nunc placet eruditīs.

DE SALVTATIONE.

Nunc ad præceptiones huic argumento peculiare reuertemur: sed si paucis admōnuerimus, quæ sint in saluatione fugienda, unde solemus epistolam auspicari, ne pessimi gubernatores uideamur, si statim in portu, quod aiunt, impegimus. Est enim hæc ceu prima frons epistolæ, in qua delinquentem non solum imperitiæ dedecus, uerum etiam religionis neglectæ piaculū maneat. Nam à ueteribus superstitione obseruatum uidemus, ut è primis illis forte congregientium uerbis, futuri sermonis uelut omen quoddam arripere. Hoc qui sibi forte fortuna uentirent obuiam, quæ quæpiam de re inter sese tractaturi congregerentur, quo faustus esset occursum, ac bene ominatus sermo feliciter utriq; uerteret, mutuum salutem dicebant. Et sacerdos quoties prædibat ad populum, salutabat, ac salutabatur. Ea consuetudo è medijs hominum moribus, in epistolam, quæ, ut dixi, colloquium est inter absentes, translata est. Eamq; semper ueteres à dicenda salute sunt auspicati. Idq; tam à Græcis, quā à Latinis, tertia persona factitatum uidemus: siue quod usus sermonis rex, personam mutauit: siue quod studio festiuitas quædam, quam adfert personæ hypallage, uidetur affectata: siue quod olim saluatio non adderetur epistolæ, sed in tergo tituli uice adderetur, uelut ab eo recitanda, qui literas perferret. M. Tullius Cicero Trebatio imperatori S. D. Græci ferme ad hunc modū. καὶ τῶν τῶν ἀλλοτρίων ἐν τῆσδε γράμμαι. Quæ uerba non hoc sonant Græcis, quod quidam existimant, quasi iubeamus illos, quos ita salutamus bene uiuere, sed quod felicitatē precemur. Nā quibus res sunt sequundæ, ἢ Græcis ἐν τῆσδε γράμμαι dicuntur. Quidam pro ἐν τῆσδε γράμμαι dicunt χεῖροτον, quod apud nos sonat gaudere. Vtrunq; uno uersu expressit Flaccus:

Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano.

Latini in hunc ferme modū salutant: M. Tullius Cicero, M. Varroni S. D. Plinius suo more addit, suo, opinor quod non scribat nisi amicis: C. Plinius Sabino suo S. D. Hebrei uulgo gentis suæ more, pacem optant salutantes, siue quod sentiant bellum ac discordiam esse malorū omnium compenditū: siue quod pacem appellat summā rerum prosperitatem, ubi nihil est quod offendit animū. Autor est Plinius autūculus religiosum antiquitatis fuisse, nominibus salutare, ne preces, opinor, ambigue ad alienum auertatur: quem admodū in deuotionibus nomē addebat, uelut irrita futura execratione, nisi urbis aut gentis uerum nomē apponeretur. Ergo ne dirum omen habeat epistola, utriusq; nomen in ipso statim ingressu præfundum est: priore quidem loco illius, unde uenit epistola, posterioris eius, ad quem mittitur: etiam si longe sit honoratior cui scribitur, quā qui scribit. Puerilis mihi uidetur illa nominum honoris gratia transpositio, nisi nobis placebit illa Gnathonis saluatio: Parmenonem suum summū, plurima salute impartit Gnatho. Aut nisi si quis ad hunc modū loquatur: Idem equus portabat Cæsarem & Augustā, existimemus hominē læsæ maiestatis reum peragendū, quod plus honoris habitū sit equo,

quam Caesari, & eius uxori. Sed extra iocum, mihi probatur ueterum simplicitas, quam utinam per nostrae tempestatis corruptissimos mores ubique liceret aemulari, ut nos inuicem nudis nominum titulis salutaremus: C. Plinius Caluo suo S. D. Quid enim erat uerius aut purius? Siquidem ubi quis nomen audit, omnes pariter uirtutes suas audit comprehendio. Habet praeterea nescio quid peculiariter blandum proprii nominis appellatio, quo audito delectari uidentur & animantia bruta. Quo magis istos admiro, qui uocabulum suum quod inditum est in baptismo, non alijs auribus accipiunt, quam si atrox ingereretur conuicium. Stultius, quod aulici quidam non ferunt, ut liberi patre patris, aut matrem matris appellent uocabulo, dominus ac domina malunt audire, quum illis uocabulis neque sit quicquam honorificentius, neque charius affectibus: adeo nihil illis placeat cum plebe commune. Porro nominum uocabulo, praenomina, adnomina, cognominaque complectimur. Praenomina ferè à maioribus mutuamur, Marcus Tullius. Cognomina pleraque gentilia sunt, Bruno Amorbachius. Agnomina solent ex euentu quoque piam accrescere, Scipio Africanius, Cato Vitensis. Hodie cognomina aut gentilitia sunt, quemadmodum apud Italos, Medicum, Baptistarum, Balborum. Aut à loco ducuntur, Angelus Politianus. Nam praeter ueterum consuetudinem faciunt, qui paternum nomen cognominis uice subiiciunt: ut si quis Antonium Dionysij filium, Antonium Dionysium appellet. Caterum qui parentis uocabulum gignendi casu subnectunt, magis referunt Hebraeorum consuetudinem, quam Romanorum: Iacobus Alphæi, Ioannes Zebedæi, Petrus Simonis. Iam barbara, nonnunquam & sono absurda uocabula, uel hominum, uel locorum, uel familiarum, aut Latinis Graecisque uocibus reddenda sunt, aut in Latinam faciem commode deflectenda, ut ab idiotis etiam uulgatum nomen agnoscat: ut quum pro barbæ, quod uulgo tonsorem sonat, Barbirum dicimus, pro Busleid, Buslidium, aut pro Lang, Langium. Quod idem in Graecis & Hebraeis sibi permittunt eruditae ueluti cum pro elephas, dicunt elephantus, pro Adam Adamus, pro Abraham Abrahamus. Quibusdam religio est, cognomen gentis immutare. Sed sunt quaedam adeo barbara, ut stridores sint uerius, quam uoces: praesertim nonnunquam apud Germanos monosyllaba quinque conferta consonantibus, quae ne sonari quidem possint ab eius linguae rudibus, quae si molliri non poterunt, in Graecas aut Latinas uoces uertentur. Cognomen tamen quae ducuntur à loco, uel originis, uel domini, quidam dure addunt praepositionem, Picus de Mirandula: Latinius est, Picus Mirandulanus: tolerabilius putant, Picus à Mirandula. Ac fortasse licebit unum aut alterum exemplum apud autores inuenire, ubi addatur, de. sed pueri quod optimum est primum assuescunt imitari. Non abhorret à ueterum consuetudine, nonnunquam ipsae quae diximus, magistratus, professionis, cognationis, aut etiam affinitatis cognomen annectere: idque contra recentium morem, qui honoris gratia praeponunt dignitatum uocabula: Beatissimo pape Alexandro sexto. Veteres contra Trebatius M. Tullio Cic. imperatori. Hieronymus Damaso papae. Budaeus Copo medico regio. Erasmi Ioanni Coeto theologo. M. Caro Bruto consuli. M. Tullius Quinto fratri. M. Brutus Portiae uxori. Optarim, si fieri possit, nihil adulationis admisceri titulis. Erras autem, si te laudari putas, quum episcopus scriberis, aut theologus, professionis ista sunt nomina, non gloriae. Is demum te laudaret, qui bonum episcopum, aut eruditum theologum scriberet. Tolerabile fuerit, si uxorem charissimam, aut liberos dulcissimos appellemus, aut patrem optimum. Porro quoties docti plusculum admiscerent honorificentiae titulis, non suo seruiunt ingenio, sed alienis obsequiunt. Istos nemo modestus feret, opinor, qui prodigiosis assentationibus salutationem infarciunt: ac tum existimant salutationem esse mire rhetoricam, ubi nonnunquam ipso etiam hominis nomine praetermissa, hunc solem dixerint, alium lunam: hunc luciferum, alium cynosuram, aut lucernam ardentem, speculum sine macula, turibulum odoriferum, pyxidem unguentariam, candelabrum aureum, uirtutum sacrarium, disciplinarum thesaurum, omnis scibilis gazophylacium, phoenicem, aquilam, uitem, hortum, flumen, fontem, pelagus, apicem, culmen, florem, gemmam, iubar, fulmen, paradysum: denique rerum omnium laudabilem copiae cornu. Et quid non? Ita nouus hic saluator iuxta Comicum, uenustum dat adueniens principium. Atque etiam ne parum sint Gnatones, quemadmodum alios immodice efferunt, ita sese pari uenustate deiciunt atque extenuant, seruos à pedibus, uilissima mancipia eius cui scribunt

scribunt appellantes. Huius salutationis exemplum hoc erit, si quis forte requiret animi causa: Per spicacissimo domino, septem artium liberalium candelabro aureo, Radianti theologorum apici, Religionis lucernae semper fulgenti, Dominicalis ordinis lucifero, Vtriusque testamenti gazophylacio, Haereticorum malleo, Omnium uirtutum herocarum & non heroicarum, speculo limpidissimo, Dignissimo domino meo, domino praecipiori, humillimus dominationis suae discipulus, & uilissimus seruator, oscula pedum pro salute. Rides exemplum? Sanè merito rides, sed huiusmodi non solum utuntur isti, uerum etiam libris aditis praecipiant adolescentulis. Haec noua salutandi Venus praeficit incognita, tum demum nata est: ubi profligatis linguis, exactis bonis autoribus, quos illi poeticos uocant, in ludis literarijs pro grammatica tradebatur Michael Modista, pro rhetorica similes nugae. Quis unquam Gnato, aut Colax, aut Gelasius, usque adeo fuit impudens, aut in tantum eluxit, ut istiusmodi uerba regi suo ausus sit in os dicere? Qui plagas pati possunt, qui iure perfundi, qui osse peti, qui commingi sustinent: tamen non sustinent sic salutari, quemadmodum nos Christiani grauibus etiam uiris adulamur. Quando Plautus ille Parasitorum licetiosus & immodicus effector, ausus est talem inducere in fabula? Si Christianam simplicitatem tueri non libet, simus uel ethnicorum exemplo paulominus impudens. Paulus scripsit, inquit, honore inuicem praueinientes. At Apostolus illic non de salutatione, sed de subsidio loquitur: sic enim ille solet honorem appellare. Quod si uitari non potest, quin blandius agatur cum eo cui scribitur, est uerecundius quoddam assentandi genus. Sunt figuratae laudes, his epistolam, quanta erit, expleas: licebit. Verum in ipsa statim salutatione, tam impudenter Gnatonissimum, obsecro quis ferat, nisi aut Mida stolidior, aut Thrasone gloriosior? Aequè uitio dandus est, quod quidam in principum literis faciunt, eius cui scribitur, aut qui scribit titulum, trecentorum cognominum longa serie in decimum usque uersum, producere. Iustinianus imperator Caesars, Flauus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Slauius, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, uictor, ac triumphator, semper Augustus. An non fessus lector, epistolam parabit abscere, prius quam ad epistolam peruenit, nisi coronam quam recensendis titulis finire non poterant, per & caetera praecedissent? Ridendum & illud salutandi genus, inepte fucatum, quod Carolo Louanensi quoque cum primis arrisisse uidetur: quo salutis loco, nunc hoc, nunc illud apprecamur: ueluti, Midae diuitias, loco salutis. Aut, humillimam recommendationem uice salutis. Promptam cum debita ueneratione seruitutem, loco salutis. Haec equidem deliramenta inuitis refero, sed aliter dedoceri non poterant. Et in primis haec sunt dediscenda: tum quod salutationem uerbis superuacaneis onerant, puritatemque ac simplicitatem corrumpunt: tum quod stultissimum uidetur, aliquid salutis uice subiicere, quum ipsa salute nihil sit melius. Eiusdem ineptiae sunt ista: Quot habet caelum stellas, quot habet mare guttas, tot tibi mitto salutes. Quod si quando pietate commendati uiri, secus atque nos docemus, salutarunt: praepostere fecerimus, si à quibus uiuendi petenda fuerant exempla, non loquedi: in his quod optimum habuerunt, negligemus: quae pessima, ea sola nobis proponemus. Neque si quando D. Hieronymus, D. Augustinus, D. Gregorius suorum temporum consuetudini concesserunt, id nunc oportebit in ludum literarium uocare, praesertim hac tempestate, qua nihil est omnino literis cum uulgo commune. Postremo quid absurdius, quam ex magni nominis autoribus, nihil imitari, nisi quod erat contemplatione caeterarum uirtutum ferendum? Post expressas reliquas Hieronymi uirtutes, salutationis nouitate condonabimus. Quod si non potes, noli huius praetextu tueri, quod tempori suo dedit ille, non iudicio. Sed offendemus, inquit, si tuis praecipis parebimus. Quis enim non hanc salutem, Petrus Tartaretus Henrico Bedae theologo s. d. contumeliam interpretetur potius, quam salutem? Verum ego non in hoc hanc operam suscepi, quo docerem sermonem stultorum auribus atque animis accommodare, sed uti recte scribendi ratione traderem. Neque tamen usque adeo desperandum existimo nostrum hoc seculum, ut errorem quem corrupti mores hominum, & inficitia potuit inuehere, eum honorum & eruditorum uirorum autoritas & usus non possit reuocare. Videmus quantum profectum sit paucis annis. Vbi nunc in scholis auditur Michael Modista, ubi glossema Iacobi, ubi citatur Catholicon, Brachylogus, aut Mammætreceus, quos olim ceu rarum thesaurum, aureis literis descriptos habebant

bebant monachorum bibliothecæ: Certe semper erit ad optima conandum. Si statim sanctū erit & *ἀνιούσας*, quicquid hic aut ille deprauarit in studijs, neq; quod depraatum fuerit, restituere licebit, quò tandem recident literæ? Deniq; si istis crassis licet ueterum eruditorum exemplum contemnere, nobis uicissim non licebit istorum indocilem insciam pro nihilo ducere: Quod si quid à ueterum cōsuetudine libebit inuouare, si uidebitur aliquid dandum eius animo cui scribitur, aut publice consuetudini, tolerabitur quidem: modo absit enorme uitium, hoc est, ne saluatio sit uel loquacitate molesta, uel assentatione parasitica, uel affectatione morosa, ne quod diximus, pessimum sit omen toti epistolæ, si statim à uitio fecerit auspiciū.

SIMPLICIS SALVTATIONIS ALIQVOT FORMVLAE.

Salutationum quæ præter indicium nihil habent formulæ sunt huiusmodi: Pius pontifex Romanus, eius nominis primus, Lodouico Gallorum regi, eius nominis undecimo, s. d. Tiberius Cæsar senatui Romano s. d. Senatus P. Q. R. Machabæo duci, & socijs Iudæis s. d. Horatius Trib. Mil. Bruto imperatori s. d. Henricus Angliæ rex Maximiliano Cæsari s. d. Demetrijs eques Romanus Tito Lucio iudici selecto s. d. In huiusmodi nominibus officiorum plerūq; heretur à doctis, partim quod incertum quæ ueterum nomina, quibus nunc respondeant, partim quod pleraq; iam recepta sunt, peregrinis ac barbaris uocabulis. Si quidem quem olim urbis præfectū uocabant, nunc alicubi uocant Marchionem, alicubi locum tenentem: quem tribunū plebis, nūc ciuium magistrum uocant credunt. Quem olim quæstorem ærarium, nunc redituarium uocant, siue receptorem. Quos olim rationales, nunc opinor, phinātiarios dici. Quos olim quæstores parricidij, nūc scultetos. Quos olim caduceatores, nunc hiraldos. Quos olim senatores, seu selectos iudices, hodie uocant dominos parlamentares. Nam Admiraldus pro littorum curatore, siue maris præfecto, nescio cuius linguæ uerbum est, Quod genus sunt & illa: Marischalcus, Seneschalcus, Baro, quæ uidentur unā cum barbarico imperio inuasisse. Aut igitur his utendum, aut uetus aliquod uocabulum subiiciendum, quod nouo respondeat. Id commodius faciet, qui primum ex antiquis historiographis, è Varone, è Cicerone de legibus, è iure consultiuū libris, ex libello Fenestellæ, quem ex professo scripsit, & inscripsit de magistratibus, animaduertent singulorum, & uocabula, & functiones. Item huius temporis officia, quibus uerbis dicantur, & quibus in rebus uentur sentur. Eandem curam oportebit adhibere, in conferendis Græcis ac Latinis officiorum uocabulis. Nam illi *ὑπάτος*, hoc est, summum uocant consulem, *ἀντιπρόσωπον* pro cōsulem, *ἀντιπρόσωπον* dictatorem, seu imperatorem, quem eundem interim & *βασιλεύς* uocant: sed hæc res plus habet negocij, quam ut hic sit obiter tradenda. Argumentū hoc proprium uolumen postulat, tantum indicabo, quibus rationibus cognitū magistratum possis circuitione notare. Qui præest describendis epistolis, & uulgo secretarius dicitur, uocabitur ab epistolis: qui schedas citatorias scribunt, & notarij uocantur, dicentur à libellis: qui thesauro præfectus est, à thesauris: qui cubiculis, à cubiculis, quem cubicularium, siue camerarium uocant: pocillator à poculis: scriniarum præfectus, à scrinijs. Qui notant ac recitant acta in iudicijs, ab actis dicuntur, siue actuarij. Atq; item de cæteris.

NOVAE SALVTANDI FORMVLAE.

Pliniano demū seculo natum uidetur, ut quos familiarius amarent, eos in salute suos dicerent, blandiore scilicet pronomine, coniunctissimā necessitudinem significantes. Plinius Calphurniæ suæ s. d. Ebutius Hispalæ suæ s. d. Quod si nobis permittimus à consuetudine ueterum recedere, tot poterunt esse in epistolis salutandi formulæ, quot in congressu, Salue pater optime, Salue mater optima, Saluete liberi dulcissimi, Salue mea Terentia charissima, Salue multum, Salue plurimum, Salue etiam atque etiam, Salue quantum mereris, Salue pro tuis meritis, Antonius Licentio suo multam optat salutem: plurimam salutem, perennem salutem. Nam plurimas salutes, aut innumeras salutes, non ausim dicere, nisi sentiam à diuersis allatas. Politianus Marfilio suo multā ex animo precatur salutem. Erasmus Fausto suo multam optat faustitatem. Andreas Aegidio sodali iucundissimo multam optat felicitatem. Antonius Laurentius Marco fratri charissimo perpetuam optat incolumitatem. Terq; quaterq; salue meum præsidium, Saluere te iubet tuus Ludouicus, Saluere te iubet, qui ipse non saluet, Salutem tibi dico, quam

quam ipse desidero. Salutem tibi mittit, qui ipse perijt. Salutem tibi mittit, quam ipsa nisi tu dederis, non est habitura. Saluus sis optime socer. Aue præceptor optime. Has itaque atq; huiusmodi formas, quanquā non nihil diuerfas à ueterum consuetudine, tamē non uideo quorū oporteat in totum damnare, modo in loco adhibeatur. Illud genus nō perinde probō: Salua sit tua præstantia, tua reuerentia, tua nobilitas, tua dominatio.

QUOMODO PER ALIUM SALVTANDVM, AVT RESALVTANDVM
Cæterum & hoc in epistolis, ut per alios salutemus alios. Id apud eruditos ferè sit his modis: Attico nostrò multam ex me salutem dicito. Vxorem tuam ac liberos mellissimos omnes meis uerbis saluere iubebis. Generum mea causa salutabis officiose. Amicis omnibus communem ex me salutem dicito. Parentem optimum meo nomine salutabis diligenter. Fac ut amicis communibus mei uice salutem annuncies. Totam familiam tuam per te meis uerbis salutam uolo. Non erat ocium omnibus scribendis, sed omnibus pro me multam dices salutem. Tu mihi apud amicos omnes uicarius esto saluator. Omnibus ex me annuncias, me illis omnia læta precari. Generi tuo iussit, uti suis uerbis tibi multam salutem ascriberem. Socru tua optabis prosperā ualeitudinem meo nomine. In salutandis amicis, quoniam in præsentia mihi non uacauit scribere, fac Erasmi tui uices gnauiter obeas. Quam blandissime salutabis Antonium, sed meo titulo. Salutarem abbatem meis literis, sed tu mihi apud illum epistolæ uice fueris. Graua bo te non magna sarcina, ut meo nomine salutem perferas ad socrum meam. Quæso ut sodalitatem totam mihi salutes accurate.

REDDITA SALVTATIO PER ALIOS.

Attica, quam illi tuis uerbis dixi salutem, libenter accepit, teq; uicissim per meas literas saluere iussit. Tuam salutem Attica libens accepit, ac suam remittit. Ambrosius salutem quam illi tuis uerbis renunciaui, totidē uerbis renumerat. Amici per me tuō nomine diligenter salutati, dederunt hoc negocij, ut te uicissim suo nomine iuberem saluere. Generi tuis uerbis salutem scripsi, nam aberat, is suo nomine tibi multam salutem iussit rescribi. Socer tuis uerbis per me salutatus, te uicissim meis resalutat. Qui me per te salutant, hos omnes mutua salute meis uerbis imparties.

DE EPITHETIS ET NOMINIBVS ADOPTIUIS.

Nonnunquam urbanitatis & comitatis est, addere honoris, aut adoptiua cognomina: quorum posterius exemplum est, ut si senem bene de nobis merentem, appellemus patrem: iuuenem nobis charum, filium, nouercam matrem: sororis maritum, fratrem: quibus adijciuntur & epitheta, quæ Fabius uertit, apposita. Hæc ueteres parcius admiscebant titulis, etiam si recentium consuetudo diuersum obtinuit: sed horū maior erit usus in media epistola. In his illud in primis erit obseruandū, ut si tribuenda sunt, tribuantur apposita personis, et rei, de qua agitur. Ecclesiasticis dignitatibus hæc ferè cōgruunt: Beatissime papa, Pontifex maxime, Summe pontifex, Amplissime pater, Sanctissime præsul, Vigilantissime pastor, Sacratissime pater, uenerande, suspiciende, obseruande, integerrime, religiosissime pater.

PRINCIPVM EPITHETA FERÈ SVNT HUIVSMODI.

Cæsar Auguste, Rex inuictissime, Fortissime imperator, Dux illustrissime, Clementissime princeps, Vir generosissime, præpotens, ornatissime, clarissime, splendidissime, Opt. Maxime: quod à Ioue sumptum, quidam in Christum transferunt, in quem uerius competit, quam in Iouem. Nonnulli etiam ad summos monarchas traducunt. Diuos, ac deos appellare reges, ethnici cuiusdā gnathonismi est. Dominos appellare barbaricum, etiam si coepit hoc nomen ferre Romana lingua, postquā ingenia iugum tyrannicum ferre poterant: mox ecclesiæ proceres, quo differrent à prophanis, pro dominis, domni uoluerunt appellari.

MAGISTRATVVM CIVILIVM EPITHETA FERÈ SVNT HÆC.

Consul uigilantissime, Senator splendidissime, Censor grauisissime, Aedilis magnificētissime, Iudex incorruptissime, Prætor integerrime. Ex his uero qui literas profitentur, Theologos graues, synceros, absolutos, sacros, ac diuinos appellabimus: Rhetores disertissimos, suauiloquētes, facūdissimos: Poetas, sacros, diuinos, claros, nobiles, inclutos, lurriferitos, iuris utriusq; cōsultissimos, prudētissimos legū, iuris utriusq;

iuxta doctos: Dialecticos, acutos, argutos, inuictos: Medicos, peritissimos, fidos, eximios: Mixte doctos, undecunq; doctissimos.

COGNATORVM ET AFFINIVM HAEC
ferè sunt epitheta.

Pater optime. Mater indulgentissima. Frater charissime. Patruè obseruande. Soror charissima. Vxor suauissima. Nepos mellitissime. Iucundissime gener. affinis, sodalis, commilito. Ex reliquorū genere qui nulla certa nota sunt insignes, diuites, & autoritate praestantes uiros appellabimus: Optimates uiros, summates, primarios, nobiles, graues, grauissimos: Ornatos, uirtute aut eruditione praecellentes: Obseruandos, honorandos, colendos, absolutos, eximios, egregios, prudentes, suspiciendos, spectatos, perspicaces, circūspectos. Matronas nobiles, primarias, optimas, integerrimas, probas, pudicas. Puellas lepidas, bellas, amabiles, optime moratas, pudicas, iucundas, mellitas: Adolescentes ingeniosos, probos, modestos, optimae spei, eximie indolis, generosae indolis. Milites fortissimos, exercitatissimos. Opifices industrios, solertes, peritos, exquisitos, accuratos. Reliqua sibi quisq; ex his quae recensuimus inueniet. Atq; hic quidem cautio sit oportet, non solum ne quae alijs congruunt, in alios transferamus: ueluti si quis puellam uenerandā, senem iucundissimū, regem pudicissimū, matronam inuictissimā nominet: uerum etiā ne quando manifestō falsa tribuamus, ut theologū male doctum, grauissimū potius appelles, quā eruditissimū: praesulem stupidum ac supinum quiduis potius, q̄ uigilantem: Regem insignite uarum, clemētē magis dicas, quā munificū. Etenim sibi quisq; conscius, haec in contumeliam rapit, non aliter, quā si deformem senem, torosum puellum appelles: aut humilionem, egregium herosa.

VBI, ET QUOMODO, POTISSIMUM UTENDVM EPITHETIS.

Haec, ut dixi, in salutationibus optatim parcius adhiberi. Caeterū in media epistola quum res agitur, erit his aliquando locus. Quamquam nec hic passim quouis, & sine delectu erunt adhibenda. Nam ut boni ducis est unumquēq; militem, ita boni oratoris est, unamquāq; uocem eo statuere loco, ubi quāmaxime possit usui esse. Veluti principem cui gratias ages pro accepto munere, aut à quo uelis aliquid impetrare largitatis, tempestiuus munificentissimū, aut benignissimū nominaris, quā fortissimum, aut inuictissimum. Adhibebimus autem in loco, si dicemus: Ignoscas primo errori, dux mitissime. Patere te exorari clementissime Caesar. Turcarum uim à Christianorum humeris depelle rex inuicte. Succurre periclitanti ecclesiae, religiosissime princeps. Restitue per calumniam oppressos, aequissime praetor. Non est meum tibi consilium impartiri, uir oculatissime. Tuo consilio nobis subueni, uir prudentissime. Siquidem in his orationibus non sunt ociosa epitheta, sed argumenti uim obtinent. Ut enim probes nō esse tuum illi dare consilium, assumis argumentum, quod ipse quum sit oculatissimus, domi consilium habeat, nec egeat mutuo.

DE TRANSFIGVRANDIS EPITHETIS.

Transfigurantur haec appositua nomina nonnunquam haud ineleganter in substantiua, itaq; pronominum uicem gerunt: Obsecro te pater pijsime, Obsecro tuā pietatem pater. Gratulor tibi uir fortissime, Gratulor tuā uirtuti. Condone mihi hunc errorem uir mansuetissime: Condone mihi hunc errorem tuā mansuetudo. Nostrae stultitiae praesidio sis, quaeso, uir sapientissime: Nostrae stultitiae tua sapientia sit praesidio. Compeste improborum audaciam uir integerrime: Improborum audaciam tua compestat integritas. Publica calamitas implorat te princeps clemētissime: Publica calamitas implorat tuam clementiam optime princeps. Succurre religioni Christianae pijsime Caesar: Tua pietas Opt. Max. Caesar, succurrat religioni Christianae labanti. Non est hominis imperiti, uiro prudentissimo consilium dare: Non est meae imperitiae, tuę prudentiae consilium dare. Te, inquam, appello uir impudentissime: Tuam, inquam, appello impudentiam. Nonnunquā uehementiae causa rem duplicamus, sed immutata uoce. Succurrat mihi tua benignitas liberalissime Mecenas. Te omnes execratur homo ignauissime: Tuam ignauitā execratur omnes, homo formidolosissime. Demiror te homo uecordissime: Vecordia tuā admiror, o demēs. His igitur si modice, & in loco utemur, & grauiorē amplificatio reddemus orationē, et argumento iuabimus sententiā, & sermonem grauarietate

uarietate nouabimus. Nam uulgo scriptorum in huiusmodi, neq; modus est ullus, neq; tempestiuitatis ratio. Sic enim passim: Dominationis tuae literas accepimus. Et reuerentissima tua praestantia mihi literis significauit. Et nobilitas tua meo nomine salutabit uxorem suam. Et charitati tuae breuiter respondeo. Et nostra paruitas; dignissima paternitati tuae gratiam agit. Stultum est ita uitare personam, quasi fas non sit ea uti. Et tamē fateor alicubi gratiam habere, uocabulum qualitatis personae loco submissum. Stultitiae meae prudentia tua sit praesidio. Nostram tenuitatem tua foueat liberalitas. Nostram inopiam tua copia sustineat.

DE ADOPTIUIS NOMINIBVS.

Ut autem redeamus ad id quod superius attigimus, iisdem locis gratiam habet adoptionis uocabula: quoties potētes, quorum autoritate subleuamur, quorū beneficentia adiuuamur, patronos, parētes, ac praecceptores nominamus: foeminas, patronas; ac matres: aequales amicitia iunctos, fratres, ac sorores: eiusdem studij sodales, aut eiusdem instituti professores, commilitones: adolescentes, filios: discipulos, alumnos.

DE SUPERSTITIONE EPITHETORVM.

Fugienda est infelicitas eorum, qui se certis uocibus alligant, quas magica, penē dixerim, superstitione uel mutari, uel inuerso proferri ordine, piaculū existimāt, perinde quasi Iouem conceptis uerbis euocent, aut noxios daemones asciscant. Quos nisi rite, certisq; uerbis compelles, capitis tui periculo feceris.

Quomodo

QVOMODO DICENDVM, VALE.

QVemadmodū à salutatione auspicamur epistolam, ita dicto uale, claudimus. Nisi quod apud Græcos *χαιρει*, utroq; loco ponitur, sed in calce rarius. Item apud Latīnos uale. Vale non dicitur nisi in digressu, quemadmodum nec apud Græcos. Hoc interest quod salutio nonnunquam sic effertur, quasi recitetur à tabellario. Cicero Trebatio salutem dicit. Vale, semper ad scribentis personam accommodatur. Vale mea Terentia. Nemo sic scribit: Cicero Terentiam suam bene ualere iubet, quemadmodum: Cicero Terentiam saluere iubet.

VALE DICENDI FORMVLAE ALIQVOT.

Vale. Vale recte. Bene uale. Cura ut quàm rectissime ualeas. Etiam atq; etiam cura ut ualeas. Da operam ut belle ualeas. Communem ualitudinem fac cures diligenter. Si tu recte uales, nos iam dudum ualemus. Valitudinē tuā, siquidem nos ualere uis, omni sollicitudine fac seruias. Adnitere ut quàm optime ualeas. Sit tibi curā tua ualeat, do mi Tyro. Si quidem nos amas, ualebis mi Cicero, meq; mutuo diliges. Fac ualitudinem tuam summo tuare studio. Valeto. Scribam aliās copiosius, interim mihi ualebis. Adero ad Calendas Maías, interea curabis ut ualeas. Da operam ut sis prospera ualitudinē. Age curā ualitudinis tuæ. Si quid erit quod uelimus eius cui scribimus animo in hærere, solet post uale subijci. Vale, nosq; quod soles, ama. Vale mi Petre, & hoc unum fac memineris, te interuenire uisere. Iam uale. Ualebis autem, si philosophiam amplecteris. Vale, & quicquid acciderit, cogita te mortalem esse. Vale nostri memor. Valeto, & nominis immortalitati totis neruis incumbito. Vale meum decus, & caue ne tibi excidat, quod admonuimus de fratris negocio. Nonnunquam & post dictum uale subijcimus, quod nos fugerit, aut quod ideo fingimus nos fugisse quo tenacius infideat animo. Vale mi More. Sed heus tu, propemodum praterieram, quod in primis dictum oportuit. Vale. Iam parabam obsignare literas, sed quia prater spem ocrij non nihil obtigit, habet etiam diutius tecum garrere. Vale. Sed iam obsignaturo epistolam, illud percōmō de uenit in mentem. Ualebis. Sed mane patilisper: nunc demū occurrit animo, quod primo loco dictum oportuit. Vale. Sed o me obliuiofum, penē sero focerī tui negociū mihi uenit in mentem. Vale. Iam cerā admoūeram anulum. Papa, q̄ penē me fugerat, quod omnium maxime scire te uolebam. Ualebis, sed si illud prius admoūero, ut à fucatis amicis te subducas. Vale. Eia, de libro nunc demum sefe offert memoria: ne cui credas, nisi uideris meum chirographum. Vale iterum atq; iterum. Equidem non possum desinere, adeo mihi dulce est cum amico iucundissimo confabulari. Vale iam tertio. Sed prius obsignem epistolam, unum illud addam. Vale. Iam epistolam complicaueram, cum adret me gener tuus, qui te iussit saluere plurimum suis uerbis. Iam obsignaram epistolam, quum alteras tuas ad me literas reddidit ueredarius. Itaq; resignauī, & eadem opera binis tuis respondeo. Huiusmodi figurā non hoc tantum in loco, uerum aliās etiam habet gratiam, si quid Fabio credimus. Nam & amouent suspicionem fuci, & artificij, & lectorem dormitabundū, uelut ad rem nouam expergefaciunt. Reperiuntur apud Christianos dicendi uale formulæ diuersæ ab his, non tamen in totum damnandæ, mea quidem sententia. Incolumem te nobis diu seruet Opt. Max. Iesus. Faxit Christus autor omnis salutis, ut nobis & quàm diutissime, & quàm rectissime ualeas. Diu te nobis ac Reipub. sospitem uelit esse dominus Iesus. Huius generis formas si quis effingat accommodas, non arbitror reprehendendum. Cæterū alienas illas coronides, dureq; affectatas, non feram. Vale in eo qui uastum cingit fluctibus orbem. Validum te seruet, qui mare & terras, uarijsq; mundum temperat horis. Quid enim terra mari cincta facit ad ualitudinem tuam? Aut quid annus in quatuor partes digestus? Mollius erat: Ille qui solus sanat omnē agilitudinem, donet tibi ut quàm optime ualeas.

QVOD POST VALE.

Post uale continenter locum ac diem ascribunt ueteres. Locum uarie, his quidē modis. Datum Romæ, datum è Roma. Scriptum Mantuæ, siue è Mantua. Aut omisso participio: Carthagine, Lutetia, Athenis. Ex arce nostra. Euilla paterna. Ex nostro Formiano. E castris Cæsarianis. Ex regia Britannia. Ex nostro museo. E nati. Ex padotheo. Nam hoc quoq; nonnunq; iuuat discere, ubi fuerit amicus qui scribit. Et locus ac tēpus nonnunquam

nonnunquā excusat epistolam neglectius scriptam. Tempus priuatū his ferme modis ascribitur: Ruri ad multā noctem. Puteolis prima luce. Ex hortis suburbanis. Inter coenandū, aut mox à cœna. Epaternis ædibus crepusculo. Ex littoŕe marino ad lunā. Ex aula Cæsaris, nocte concubia. Noctu, multa nocte, profunda nocte, alta nocte, plurima nocte, nocte intempeſta. Sub gallicinū. Ex balneis pomeridianis. Tēpus publicū his rationibus additur: Anno à Christo nato millesimo quingentesimo. Anno à natali Iesu Christi, quingentesimo supra millesimū. Anno à uirginis partū, millesimo trecentesimo nono. Anno ab orbe redempto, post millesimū quingentesimo. Anno à Christo passo, sexagesimo sexto. Anno ab hominū genere restituto. Anno salutis humanæ. Quidā auspicantur annum à natali Christi, quidā à calendis Ianuarijs, quidā à die Paschæ, quidā à festo Annunciationis. Atq; ex hac re sæpenumero captio nascitur parum attentis: quā uarietatem expediret tolli è rebus moralib. Veteres ab orbe condito supputabant. Græci numerabant Olympiades, quemadmodū alij indicationes. Romani primū ab urbe condita numerabant; mox per consules designabant annū, quod is magistratus esset annuus. Ascribitur & mensis, & dies mensis. Romæ calendis Ianuarijs, siue Ianuarij. Ad calēdas Ianuarij, uel Ianuarias. Nonis Martijs, uel Martij. Idibus Iunijs, uel Iunij. Ad Idus Iunias. Pridie calendarum Ianuarij, uel pridie calendarum Ianuarij, quod posterius apud autores probos est usitatum. Postridie calendarum Octobres, uel calendarum Octobrium. Tertio calendarum Augustas, uel Augusti, uel ad tertium calendarum Augustas. Recentius est autē, quod quidā à principē mensis die supputant: Die mensis Iulij uigesimo octauo. Errant autem qui prepositionē ad, additam, existimant semper tempus reddere incertū. Etenim quum M. Tullius frequēter sic ascribit diem: Ad xv. Cal. Febr. num ita potus erat, ut quō die scriberet ipse nesciret. Imō hic sermo sumptus est à Græcis, qui *ἡμετέρας* dicunt, pro *nos depop.* Cæterum si quando de tempore ambigit qui scribit, hoc pacto scribere licebit: Anno circiter nonagesimo supra millesimū. Anno plus minus quingentesimo. Ad annos circiter nonaginta. Annos ferme nonaginta. Dies quī calendarum diem, aut nonaginta, aut iduū proxime antecedit, non est aliter designandus, quàm per aduerbiū pridie, Pridie calendarum Ianuarias. Is enim est ultimus dies mēsis Decembris. Qui proxime conſequitur, duplici modo notari potest: Postridie nonas Iunias: siue, Octauo Idus Iunias. Nec absurdū est, quod nonnulli nostris festis indicant dies: Natali Christi. Natalitio uirginis matris. Pridie natalis Ambrosiani. Ferijs Paschalibus. Die à natali Ioānis Baptistę tertio. In scriptis, ubi cum periculo possit errari in tempore, profuerit eundem diem, aut annum uarijs notis indicare. ut, Anno à Christo nato M. D. Alexandri Pontificis decimo. Nonis Aprilis, postridie Paschæ. Etenim si scriptoris uitio contigerit deprauari numerum, unum ex alio poterit restitui.

DE ORDINE EPISTOLARI.

Ordinem in epistolis, uel à natura, uel ab arte licebit petere, sed ab arte infrequentius. Nam si in actionibus forensibus, omnis ferē dispositio à consilio sumitur, non præceptis: quanto magis id faciendum in literis quæ leguntur, non audiuntur: & leguntur à docto, non à uulgo. Postremo que nullum omnino nonnunquam habent ordinem: & si habent maxime, melius dissimulant, quàm ostendunt. Quare superstitiose faciunt, qui libertatem illam epistolarem, certis partibus alligant, atque eiusmodi seruituti includunt, cuiusmodi ne orationes quidem tenere Fabio placet. In simplicibus argumentis eum sequamur ordinē, quem consilium nobis dictauerit, non præceptiunculæ. In consuetis saneis epistolis, in quibus innumerabilium propè rerum aceruus cōgeritur: aut ut quicquid in buccam uenerit, ita effundemus: aut ordinem aliquem à tempore, loco, personis, aut rebus imaginabimur, eum crebris transituunculis breuiter significamus. Quas quidem uel à similibus, uel à dissimilibus, paribus, imparibus, contrarijs, disparatis, relatis fingemus ad hunc modum. Habes animum monstrosum, nunc corpus accipe monstruoso animo dignū. Mea in illum officia tenes, iam quam ille gratiam retulerit, cognosce. Sed hæc adhuc puer, iam quæ adolescens designari referam. Verū hæc tibi cum multis cōmunia, illud tuæ propriæ laudis. Sed hoc leue, illud non tolerandum. Sed hæc in suis foribus esse fatetur, uentiamus ad splendida. Sic episcopatū est assequutus, nunc audi quomodo gesserit. Sic emit magistratum, nūc dicam ut episcopatū administrauerit. Adhuc

uetera diximus, illud nouum & inauditum. Sed haec ueniamus ad feriam. Sed tristitia mittamus, reuertamur ad letiora. Habes Britannici itineris tragœdiam, nunc Gallicas accipe comœdias. Vulnus aperui, nunc remediū ostendam. Sed hoc nihil ad nos, illud uehementer mea refert. Ad primas tuas habes, nunc reliquis respondebo. Minusculæ tuæ epistolæ respōdi, uenio ad maiorem. Priori tuæ epistolæ satisfactū, ad alteram accingimur. Quæ hic geratur audisti, nunc ad literas tuas ordine. Sed hæc me magnopere delectant, illud male habet. Quid doleam, habes: nunc quid metuum, accipe. Sed hæc spes tantum erat, illud iam tenebamus: Quantā rem susceperis, ostendi: nunc qua ratione perficias, discite. Tuis de negocijs habes, nostræ uero res sic habent. Prioribus, opinor, respondimus, nunc ad posteriores accingamur. Habes forensias, nunc domesticas res accipe. Rusticanas res habes, nunc urbanas accipe. De tuis habes ad omnia, de meis nunc uicissim accipe. Sed iam satis diu de Rep. ad domestica ueniam. Sed hæc rumore tantū cognouimus, illa uidimus ipsi. Dixi ducem, nunc tibi pacis moderatorem describam. Sed hæc corrigi possunt, illud ne leniri quidē uisa arte potest. Turpissima audisti, audi turpiora. Quid ingratus: sed audi etiam ingratiora. Omnibus ferē de rebus habes, illud unū addam. Consilij mei rationē habes, nunc quid te facere uelim, aperiam. Sed iam nimis multa de externis, de nostris pauca comemorabo. De partu, recte: de diuortio, discrucior. De affinitate noua uoluptatē nuncias maximā, sed de Casiano uita defunctio, acerbū profectio nunciū. Huiusmodi transitiunculis cōmode excogitatis, tanquā anulis quibusdam inter se connecti poterunt, quæ natura non cohærebunt; pariterq; fiet, ne tanquā scopæ dissolutæ, turpiter dissipat epistola, & legetur libentius, & intelligitur facilius, & hæret diutius. Quare connexionibus breuibus, & aptis, crebrius uti conuenit: nō in hoc solum genere, uerum etiam in simplicioribus argumētis, quibus ea quoq; quæ natura sunt perpetua, intersecemus, quo legentis animus subinde renouetur.

MIXTAE EPISTOLAE EXEMPLVM.

Mixtae epistolæ exempla, quanquam apud Ciceronē plurima suppetunt, maximeq; Mexijs, quas ad Atticum, & Q. Fratrem scripsit, tamen necubi nostram operā lucidiosi adolentes desiderant, unum subijciemus.

DOMITIUS LVCIO SVO. S. D.

Seculum exisse scribis, quod ne litera quidem a nobis adfertur quāquam impudens ^{καρτερων}, nam seculū istud uixdum etiam trimestre: tamen ut me sine culpa inculcari doleo, ita tuo nostri desiderio maiore in modum delector. Nos uix demū post Vlyseos errores, ad Musas rediimus, nondum satis etiā placatas. Expostulant adhuc, & queruntur sibi parum obtemperatum a nobis fuisse, qui quidem felicissimo literarum ocio relicto, tantis fluctibus memet intecerim. Lucubrations tuæ nitidissimis formulis excusæ, nuper in uulgus extierunt, bonis, ut fallor, aurbus: nam passim & a distractoribus, & a studiōsa iuuentute rapiuntur. Neq; defunt tamē Momi quidam, qui Veneris sandalium exluminiuntur, ne nihil in absolutissimo opere reprehendant. Stili nouitatem subaccusant, id est, antiquitatem, quod ego tamen summam laudem interpretor. Quare tu hæc æquo animo feres, ne tibi Vergilius inuideat, cuius cœlestis eruditio huiusmodi Momos non potuit effugere. Nos quoq; dialogum nostrum incudi reddiditū perpoluimus. is iam dudum in bibliopolarum est officinis, æditionis aleam subiturus. Cæterū modo ab Aristotele, cuius signa a pueris sequuti sumus, desciuimus, eiq; Lyceo, & ambulacris illis, in Platonicam familiam transmigravimus. Et adeo defectionis non poenitet, mi Lucii, ut te quoq; ad meam Academiam sollicitare non prius sim desiturus, quā persuasero. Verum de scholis alijs, nunc ad politica. Hic omnia plausu, lætitiāq; perstreperunt. Mediolanum receptum, dux a uictore in Galliam deportatus. Galli successu uictoriæ sublatis, maiora moluntur, & iam Italiā minantur. Nunc ad domestica ueniam. Cætera ut uolumus, nepotulus tuus iam mensē febricula afflictaur, sed me dicus bene sperare iubet. A nobis neq; pecuniæ parcitur, neq; ulli rei, quæ ad illius ualeitudinem curandam pertineat. Ambrosiam, qui tibi debet, iam tuis uerbis sapius appellauit, sed homo planē faciem perficit: quare aut nomē condones censeo, aut obtorto collo hominem in ius trahas. Etiam si uereor ne oleum & operam omnem luseris. Elabetur aliquā Proteus, sed de hoc tute statues. Domestica res sic habent. Nunc ad tuam epistolam. De Britannia ad eundem

da, quid ita mihi in mentem incidit, demirari te scribis, ita credo, quia parum feliciter euenit. Quid facerem? Orabat is, cui negare fas non erat, & per estiuos menses in Gallia delidendum erat. Putabam esse aliquid, eadem opera & amicissimo homini gratificari, & insulam multorum literis nobilem uisere. Postremo, fatebor enim, non nihil etiam nominis atq; emolumentum spes sollicitabat. Consiliū habes nostrum, nunc euentū accipe. Ad reditum usq; sequenda omnia.

Facilis descensus Auerni.

Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,

Hoc opus, hic labor est.

Priusq; nauim concederemus, in littore omnis mea pecuniola naufragium fecit. Cæterum placidissima navigatione Gessoriacū appulimus. Hic denū portitor omnes crumena angulos rimatur, ac Douariensem portitorem deuouet, qui sibi prædam præripuerit. O scelestū inquit litus. Imò amicū & salutare. nā nisi me nudū Britannia remisisset, actum de nobis fuerat. Si quidem in Gallia in latronū sicas incidi, a quibus sola me nuditas seruauit. Nam aduersus hoc hostiū genus, nullis armis melius defenditur q̄ inopia. Lutetiam deniq; reuersum febris æstuantissima excepit, quæ oculos pariter & corpus exhaulit. Habes non mali consilij pessimū exitum. Quod mihi de noui honoris accessione tam ex animo gratularis, morem tu quidē antiquū tuū obtines, ut amicali cōmodis prope uehementius, quā tuis ipsius gaudeas. De Cassij morte nā tu mihi luctum acerbū annuncias. Quod Varii nebulonis improbisimū impudentiā fregisti, o q̄ factū bene. Sed quid ais? Petroniū ne gladiatorio animo ad te uiam affectare, & tibi tam odiose negotium facessere? An hoc quoq; portentum tuę uirtuti fata destinarunt? Quod Antonius de nobis amantissimē, & loquitur & sentit, noui nihil nuncias. Quod librū tam impendio carpit Zoilus, incredibile q̄ mihi placeat, ut illi me intelligo magnopere displiceat. Fratres ē turpi similitate, te autore in gratiam redisse serio gaudeo. Dabis operam ne quando quod factum est, rescindatur. Nepotem tuū tam sollicitē mihi toties abs te commendari, subira cū de fero. Ignosces, non tibi cōcedo, ut ille tibi magis curæ sit q̄ mihi, etiam si eum amas plurimū. Quod hæreditaria pecuniā es auctus, neq; me uis tibi gratulari, neq; gratulandum puto. Quis enim non uel Croesi diuitijs illius modī hominis consuetudinem anteposuerit? Sororem tuam filiolo auctam, te nepotulo uolupte est. Eā rem spero superi bene fortunabunt. Generum tibi uoluptati esse gaudeo. Ah in filiū nimitū scuis. Memineris facito, illum & hominem esse, & puerū, teq; idem quod ille est fuisse. An illum uis repente nasci senem? Age mitte hanc noxam, me precatore, meoq; periculo. Ad me recipio illum posthac emendatorem fore. Sed o deum immortalē, quantos rursus tu mihi nuncias! Itane Sabellius bibit, & fugit? Multū æris reliquit, sed aliēni. Tandem fatearis oportet, me uatem esse optimum. Quanto antē fugam istam prospexi, & præcitiui? Consiliū tuum de nauigando neutiquam probo. Terrenū me hyberni mensis: sinus naufragijs infamis: tua ualeitudo nondum etiam cōfirmata. Sed de hoc ipse uideris, me certe autōre non facies. De pūero amandando, sanusne es? Certe differit in reditum meum. Quod de filie nuptijs cogitas, ego tuæ sententiæ uehementē subscribō. Habes ad omnē epistolam tuam. Sed heus tu, illud unum me fugerat, fundus tuus si est uti describis, supra modum me delectat: tum ædificium, euge q̄ scite abs te cogitatum. Iam isthuc gestio reuolare, ut in Academiola nostra, ab omni urbano strepitu semoti pariter philosophemur, certemusq; utrum ego te ad Academicorū partes abducā, an tu me per fugam in Peripateticorum familiā reuocēs. Hęc ineditare dum accurro. De ædificio te, quanquā architectum tantū, tamen hoc unū admōtebo, ut cœnaculū speciosis frequentibusq; luminibus illustre fiat. In hōrtis platanus sit patulis diffusa ramis, & prope fonticulus, aqua frigida subscatens, ut musas quoq; si quando uidebitur, possimus arcessere. Respondimus tuis: nunc quid hic agatur accipe. Nos certe hic in grauisimo æstu, tamen frigemus. Pontifex meus montes ille quidem aureos promittit, sed promittit tantum, mittit nihil. Cæterū spe Craisi diuitias uincimus. Ut res cadent, nos certe utemur foro. Tu mi N. toto pectore, id quod per te facis, in nominis immortalitātē incumbe. Iam orbis prope uniuersus ingenij tui expectatione suspensus, nescio quid cœleste sibi de tua uirtute promittit. Et eum in locum res adducta est, ut desistere turpissimū fuerit. Nos,

Nunciatoria

Lamentatio

Gratia

Monitoria

Officiosa

Gratulatio

Deprecatoria

Iocosa

Monitoria

Dissuasoria

Domestica

Iocosa

Transitio

Exhortatio

Commenda- hic gloria tua propaganda magno ardemus studio. Nepotulos meos ideo tibi non com-
titia mendo, quoniam commendatissimos esse scio. Scripseram haec multa quidem nocte, por-
Transitio quid abs te literarum apporet, rogo. Negabat quicquam esse scriptorum, sed multum om-
Gratulatio nino rerum nouarum tuis uerbis nunciauit. Primum nauigandi te mutasse consilium, id
 quod ego utriusque nomine uehementer gaudeo. Camini iucata, benevolentiam in
 apertam simultarem tandem erupisse, adeo moleste non fero, ut etiam gratuler tibi. Nam
Gratiarum personatus amicus damnū dare poterat: apertus hostis, quid tandem est quod possit no-
actio cere? Quod pro nostra existimatione tantā cum inuidētissimis hominibus dimicatio-
Monitoria nem susceperis, non ego tibi tanquā pro nouo officio gratias agam, quum id facere nun-
 quam desinas. Quod de adiugenda Demetrii affinitate nos consulis, quanquā ipse con-
 silio abundas, tamen in reditum nostrum rem proferas censeo. Coram agere praestabit.
 Plura tecum garrere libebat, quid enim faciam libentius? Sed iam dudum accinctus ta-
 bellio literas efflagitat. Quare ualebis ipse, nostrosque omnes ualere meis uerbis iubebis.
 Datum Aurdiae Nonis Decemb.

EPISTOLARVM GENERA

Huiusmodi literarum genere ex uarijs rebus consarcinato familiares inuicem per-
 saepe utuntur. Nunc simpliciter genera proponemus. In praesentia ne consilij quidē
 est omnes epistolarum formas recensere, id quod non minus infiniti negocij puto, quam
 Libycas harenas pernumerare. Nam quod M. Tull. ad Curionem tria epistolarū gene-
 ra facit, non id agebat ut singulas literarum species distingueret, sed ut propositae com-
 plexioni seruiret. Ea uero diuisio quae non ex argumēti uarietate, sed ex characteris con-
 ditione ducitur, parum mihi uidetur ad docendum appositā. Quod si quis ex argumēti
 torum differentia formas commetiatur, quum illorum infinita sit uarietas, quis erit for-
 marum modus? Quid enim est in rerum genere, quod literis non committatur. In his gau-
 demus, dolemus, speramus, metuemus. In his stomachamur, expostulamur, blandimur,
 querimur, iurgamur, bellū denunciamus, in gratiam redimus, consolamur, consulimus,
 deterremus, minamur, excitamus, compescimus, narramus, describimus, laudamus, ui-
 tuperamus. In his odimus, amamus, miramur, delibramus, paciscimur, cōiuiamur, ni-
 gamur, somniamus denique, ecquid tandē non? His tanq̄ certissimis ministris, omnes
 animi affectus, his publica, his priuata, his domestica credimus. Quare in re per se infini-
 ta eam moderationē adhibebimus; ut neq; summa tantum genera ponamus, neq; minu-
 tissimas quasq; partes frustulatim cōcitas persequamur: ne aut nimia paucitas studiosis
 non multū adferat adiuuenti, aut immodica diligentia id demum, quod ait Fabius asse-
 quamur, ut quum nimis multa, necdū tamen omnia uideamur dixisse.

TRES OMNIUM GENERVM FONTES.

Retorum plerisque tria causarum genera placuerunt, suaforium, encomiasticum & iu-
 diciale. Ad haec tanquam ad fontes pleraq; literarum formae referuntur, ut suafo-
 rio has fere partes subijctas, Conciliationem, reconciliationem, exhortationem, dehor-
 tationem: suasionem, dissuasionem: consolationem, petitionē, commendationem, monitio-
 nem, amatoriam. In demonstratiuo genere uersantur descriptiones personarum, regionū,
 praediorum, arcium, fontium, hortorum, montium, monstrorum, tempestatum, itinerum,
 conuiuiorum, aedificiorum, pomparum. Ad iudiciale genus, haec fere referuntur: Accu-
 satio, querela, defensio, expostulatio, expurgatio, exprobratio, comminatio, inuectiua,
 deprecatio. His tribus quartum genus accersere licebit, quod si placet, familiare nomi-
 nemus. Eius eiusmodi ferme species esse possunt: Narratoria, qua rem apud nos gesta,
 longe postis exponimus, Nunciatoria, qua nouarū rerum quippiā annūciamus, siue de
 publicis, siue priuatis, siue etiā domesticis. Gratulatoria, qua amicorū felicitatem nobis
 iucundam esse testamur. Lamentatoria, qua uel nostra, uel necessariorum incommoda
 deploramus. Mandatoria, qua negocij quippiam alij nostro nomine gerendum comit-
 timus. Est quae gratiarum habet actionem, qua nobis gratum fuisse benemerentis officij
 um declaramus. Collaudatoria, qua puerum, aut qui in nostro sit in imperio officio fun-
 ctum laudamus. Officiosa (sic enim uisum est appellare) qua operā ac studij ultro polly-
 semur amico. Loiosa, qua cuiuspiam animum festiua urbanitate delectamus. Verum de
 his

his prudens superse debo, propterea quod ut incantatores certas quasdam preculas, ita
 isti formulas quasdam praescriptas habent, ut ne apicem quidē sine summo rerum huma-
 narum diuinarumq; discrimine putent demutari posse. Nos eorum conatus, nostris pra-
 ceptionibus adiutamur, qui ad optimum scribendi genus adiutur: non qui uel arrogā-
 tissima superstitione, quod semel arripuerunt, id pro optimo defendunt: uel ad fordidi-
 simum lucellum toto pectore inhiates, pro optimis pessima sequi malunt. Quid enim ipsi
 praecipias, quibus ea demum epistola optima est, quae quaestuosissima? His disputatoria,
 sciscitatoria, doctrinalemq; adijctas licebit. In quibus & theologicā, & ethicā contineri
 possunt. Neq; uero me praeterit, apud Graecos esse, qui epistolarum genera diuidat hunc
 in modum, ut *ἑλίκη* dicatur, quam amicus scribat amico. *συστητική*, qua quempiā alteri
 commendamus. *μυθητική*, qua desideramus in aliquo officium. *δυσχερική*, qua cuiuspiam
 exprobramus ingrattitudinem. *παρηγορητική*, qua consolamur afflictos in rebus aduersis.
ὑπομνητική, qua increpamus aliquem lapsum. *υπερητική*, qua liberē admonemus, quid sit
 agendum, quid non. *ἀπαληπτική*, qua comminamur alicui ac metum inieciemus. *ἑλλική*,
 qua morum improbitatem alicui exprobramus. *ἐπαινετική*, qua collaudamus aliquem
 officio functum. *συμβουλευτική*, qua consulimus, quid nobis uideatur optimum facer-
 e. *ἀντιμαχητική*, qua deprecatores intercedimus pro aliquo, qui deliquit. *ἐπισημαστική*, qua sci-
 scitamur, aut percontamur ab alio quod scire cupimus. *ἐκφραστική*, qua percontanti re-
 spondemus. *ἀλληγορητική*, qua rebus uerbis significamus cuiuspiam, quod ab eo solo, cui scri-
 bimus uolumus intelligi. *ἀπολογική*, qua reddimus causas, cur aliquid aut factū non est,
 aut non est futurū. *κατηγορητική*, qua quempiā incusamus. *ἑκαλογητική*, qua nos purgamus.
ἄρχαίσιμη, qua gratulamur amico suā felicitatem. *ἐρωτική*, quum diuersa scribimus, ac
 sentimus. *ἀποὑπερητική*, qua gratias agimus pro officio in nos collato. Haec epistolarum
 formas tantum recensent, & exemplum qualecunq; subijciunt, nec iudicant qua ratione
 generis unum quodq; tractandum sit. Quod si maxime facerent, tamen ipsa generum di-
 stributio, non uidetur ab ulla ratione profecta. Nam quod appellant *ἑλίκου*, non ab at-
 tico uero sumptum est, sed a persona. Alioqui quos familiariter amamus; hos admo-
 nus, obiurgamus, exhortamur, cum his iocamur, aut expostulamus. Extat & Philostrati
 praefatio, de characterē epistolae, admonens nos, quod epistola non oporteat nec Atti-
 cam esse plus satis, nec omnino carere Atticis: quod hoc ipso figurata sit, quod figu-
 rata non est: quod tamesi ciuilis sit, tamē non abhorreat a mollitudine: quod in breuior-
 ribus epistolis liceat circulum absoluerē, in prolixioribus non item, nisi uel in calce, uel
 in epilogo, uel in epiphonemate: quod perspicuitas praecipue congruat epistolae. Haec
 ut sunt ab illo festiuiter Graece scripta, ita non uideo, quid adiuuent adolēscētes ad re-
 cte scribendum. Nos igitur iuuentutis industriae consulere pro uirili cupientes, diuer-
 sam generum distributionem sequi malimus. Sed ecce properantem alio, me uelut e
 cursu reuocat, auremq; uellicat secretariorum chorus, qui principibus sunt ab epistolis.
 Itane nostri, inquit, *ὡσαύτῃ τῷ μεγάλῳ ὀδῶν λόγῳ*. Verum his difficile sit aliquid pra-
 scribere, quorum calamus liber non est. Sed quemadmodum praecipit Martialis, ut co-
 quus habeat gulam domini, itidem isti coguntur affectui principum seruire: quos illud
 tantum obiter admono, ut ubiq; doctam sermonis facilitatem ac perspicuitatē secten-
 tur, ac decori cum primis meminerint. Id metiendum erit, non ab ipsorum animo, sed ab
 eorum fortuna moribusq; quorum nomine scribunt. Haec genus igitur epistolarum gene-
 ra quatuor proposuimus, & suas cuiq; generis formas subieciimus: nunc ordine de una-
 quaq; specie praecipiemus.

QUID INTER EXHORTATIONEM ET SUASIONEM.

Ad dicendi gratia separauimus: idq; fecimus neq; sine exemplo, neq; citra iudicium,
 propterea quod & ueterum nonnulli in arte dicendi, exhortatorium genus a deliberati-
 uo distinxissent, & ipsi nonnihil discriminis perspiceremus. Siquidem nec eodem ten-
 dit utrunq; neq; uia simili. Nam suadendo id agitur, ut uelis: exhortado, ut audeas. Sua-
 sio probationibus docet: exhortatio stimulis extimulat. Suafor sententiam mutat: exhor-
 tator animum addit. Suademus aut errantibus, aut certe haesitantibus: exhortamur cessan-
 tes, aut etiā iam curretes. Quare si rem ad uiuū excutiamus, exhortatio suaforis epistolae

pars erit, nempe epilogus, qui affectibus constat, non argumentis. Neque enim suadenti factus erit, quid sit optimum factu docuisse, nisi et stimulos subiiciat, ne uel difficultates uel periculum deterriti, uel ignauia retardati, quod optimum esse uiderimus, non sequamur. Sed ut in suasionem ferè semper incidit exhortatio, ita in hac non raro continget uti suasionem. Est autem utrunque officiosum literarum genus, cuiusque usus maximis, minimisque in rebus que latissime pateat. Atque hoc maiore cura, diligentiaque nobis erit pertractandum.

DE EXORDIO EPISTOLARVM.

Sed illud unum prius in genere studiosis adolescentibus præcipiemus, ut epistolam scripturam non statim præcepta respiciant: aut ad libros, unde uoculas, sententiolasque aliquot mutuentur, confugiant, sed prius res, de quibus scribere constituerint, solentissimam cogitatione dispiciant: tum eius, ad quem scribitur, naturam, mores, affectusque omnes perspectos habeant: quantum etiam ipsi apud eum uel gratia, uel autoritate, uel meritis denique ualeant. Eque his omnibus diligenter persculatis, epistola tanquam uiuum exemplar ducant. Quo constituto, tum demum nihil equidem morabor, quo minus locos aliquot ex autoribus petant, unde tum uerborum optimorum, tum sententiarum copiosam suppellectilem possint mutuari. Eaque omnia oportebit commode demutata, ad rem præsentem accommodare, ne ueluti male assuta, maleque conferruminata, hoc ipso fertiua deprehendantur, quod pessime cohererent. Quin Maronis ingenium potius imitemur in alienis asciscendis, ut non aliunde corrogata, sed domi nostræ nata uideantur.

De exordia epistola, illud etiam in uniuersum trademus, hoc in genere principii rationem esse minus difficilem, quam in orationibus. Propterea, quod illic sæpe fit, ut orator iudicis animam, & mores penitus pernosse non potuerit, & quoties apud coplures cognitores agitur, hoc etiam accedit difficultatis, ut quo alius conciliatur, eo propter diuersum ingenium alienetur alius. At qui unicuique epistolam mittit, non difficile potest exploratum habere, quibus ille rebus soleat commoueri: quod etiam si nulla intercessit familiaritas, id quod ferè fit, tamen diligenti percontatione licebit peruestigare. Quare præter ea quæ de colligenda beneuolentia, attentione, docilitate: quæque de animorum motibus, rhetorum literis præcipiuntur, & proprii cuiusque mores, uel conuictu familiari, uel curiosa diligentia percepti, peculiarem quandam exordiendi materiam ministrabunt. Porro si ad parum notum scribetur, hoc commodior erit oratoris, quam scriptoris conditio: quod illi obseruatis iudicum uultibus, mutare quædam ex tempore: & si quid aliorum quam expectarat, rapit uiderit, corrigere dicendo, aut si præsenferit, declinare liceat: quum epistola semel reddita, neque frontem legis possit obsequundare: & is qui laeditur scriptura, soleat relegendo doloris suum exasperare, cui periculo conueniet exactissima cura occurrere. At quum inter se norunt, non est difficilis principii constituendi uia, maximeque præterea uaria. Nam in actionibus multis modis delinquitur in exordio: si nitiuim longo, si uulgato, si communi, si translato, si altius petito proœmio quis utatur. At ea literarum est libertas, ut undelibet initium sumere liceat: modo id sit eiusmodi, quod illum ad id quod pares præparet. Veluti si quis pecuniam mutuam rogaturus, statim in epistolæ initio de quopiam nunciet, quod ille ob amorem nominis eius, singularem similitudinem, aut odium amarum cupidissime sit accepturus: uel si quis amico, quem non ignorat accurate scriptis literis impense delectari, fabellam aliquam quam lepidissimis uerbis fucatam recenseat: deinde inter alia quædam ita de mutuando sermonem interijciat, ut quoduis potius quam huc superiora illa spectasse uideantur: nonne alienissimum initium fecerit, in oratione non ferendum, in epistola scitissimum? Vbi illa etiam simulatio plurimum obtinet gratiæ, quando nos aliud, quam destinauerimus, delabi: aut longius amore rapi fingimus, quam initio constituissimus. Erit aliquoties à re media, aut omnino præpostere ingrediendum, modo ita simulemus, non etiã obliuisti nostri fluctuemus, eamque ipsam erroris adumbrationem scito colore ad rei commoditatem torquebimus. Idque incredibile quadam amoris magnitudine dicemus accidere, qui neque modum nouerit, neque ordinem. Calamum ab affectu duci: nos ibi denuo incipere, ubi desinendum erat: propterea quod dum scribimus, coram cum charissimis hominibus sermonem ferere nobis uideamur. Quare obliquo illo proœmij genere, quod Græci *εποδογ*, Latini inuinationem dixere, in actionibus non nisi tribus demum temporibus utendum putant: quum

quum aut negocij turpitudine iudicem à nobis uehementer abalienauit: aut qui ante dixit, admodum perfructus: aut oratione nimis longa, auditoris animum defatigauit. At in epistola, quoties uidebitur, oblique ingredi licebit, & quamlibet longe repetere, & quamlibet alienum assumere principium, dum quacunque uia tamen ad rem conferat. Neque hoc, ut in dictionibus, ita & in literis uitiose uidebitur fieri, eo quod illic auditorum quiddam expectat: ad quod dum festinat, fastidiat necesse est, quicquid aliud ducere uideatur. At in epistola, quia contra fit, id quod per dissimulationem assumitur, non ingressus uitiosus, sed separata quædam epistolæ pars uidebitur. Rectum uero exordium, his omnino rationibus constituitur, quas in iudiciali genere tradiderunt ipsi, qui de arte conscripserunt. Sed oportebat eadem præcepta, quæ illi recte ad forenses causas accommodauerunt, ad proprietatem epistolarem deflectere. Alioqui quid tandem erat uel fructus, uel negocij, quæ fuissent à ueterum permulsi accuratissime, optimeque percripta, denuo uel eadem, uel differens scribere: id quod ab omnibus, qui de hoc genere tractauerunt, factum uideo. Repetunt è Cicerone, quomodo exordiendum: quot narrationum genera: quomodo partitione constituenda controuersia: quemadmodum narratione aperienda causa: quibus argumentis uel communienda nostra, uel aduersariorum conarguenda: quot epilogorum species: deinde quid in compositione fugiendum aut sequendum: de sermonis elegantia, de luminibus. Sed Deum immortalem, quid hæc proprie ad epistolam? Aut si maxime ista discenda sunt, ita uti sunt, quanto rectius à Cicerone petentur, aut Fabio, eloquentiæ fontibus, quam è corruptis istorum lacunulis? Ut omittam interim quædam etiam illic præcepta, quæ ad epistolam pertinere ne possint quidem: puta de persona litigatoris, & oratoris: de circumstantium persona: de subiicienda re pro homine: de homine: de homine pro re submitiendo: de constituenda questione. Nisi forte quædam ex his in criminatoriâ epistolam incidere uidebuntur: sed etiã si incidunt eadem, tamen incidunt aliter. Ergo si quando res hortabitur, ut eius ad quem scribimus beneuolentiam, aut conciliemus, si dubius sit animus: aut redimamus, si lesus: aut augeamus, si res erit durior: aut excitemus, propter diutius intermissam necessitudinis consuetudinem: à personis his ferè modis fauore captabimus, si nostris parentibus cum illius maioribus, arctissimam charitatem, copulatissimam consuetudinem intercessisse dicemus, plurima utrinque extitisse officia: & si eam beneuolentiam nobis tanquam per manus, & hereditaria successione traditam, nunquam neglectam fuisse dicemus. Verum amorem, quæ ueluti cum nutricis lacte imbibissemus, unâ cum ipsis annis accreuisse, & primū quidem fatalem potius fuisse, quam iudicio constitutum: nunc consuetudine, officijs plurimis sic esse confirmatum, ut nullo prorsus casu conuelli possit. Præterea quanta semper patris illius, aut patris, aut matris fuerit in nos charitas, aut nostrorum in illū, & quam nos illos inuicem studiose, quam obseruanter coluerimus, aut ille nostros. Quod si autem, paternamque amicitiam, quia nulla fuerit, commemorare non licebit, dicemus eos solere maiorum suorum necessitudines repetere, qui ipsi nullis amicitiarum uinculis essent coniuncti: quemadmodum auita facinora narrat, qui nihil ipsi memorabile gesserint. Hanc necessitudinem non tanquam hæreditaria sorte temere obuenisse, sed à nobis ipsis & naturam, & educatam: initio quidem, ingeniorum studiorumque similitudine pueriles animos mirra charitate conciliante: deinde conuictu coniunctissimo, mutuis officijs: postremo mutua uirtutum utriusque admiratione sic coaluisse, adoleuisse, maturuisse, ut iam nihil accedere posse uideatur, uel ad beneficiorum cumulum, uel ad amorum magnitudinem. Tum nominatim, quo in loco, & quemadmodum, quibus communibus studijs pueritiam, aut etiam ephibiam transegerimus, quas uoluptates, quæ incommoda, quæ pericula communiter tulerimus. Hæc omnia iucunda commemoratione refricabimus. Solemus enim grandes huiusmodi rerum, mutua recordatione mire delectari: & consueuit plerumque ex his inter pueros inita beneuolentia, in seram usque senectam, multa cum uoluptate perseverare. Porro si qua propinquitas, si qua affinitas intercedet, sic natura coniunctissimos fuisse dicemus, ut longe tamen mutua charitate coniunctiores. Sin nulla erit, affirmabimus nulla esse cognationis uincula, quæ nostros animos arctius aut iucundius, aut etiam tenacius alligent, quam necessitudinis: sine his cognationem aut affinitatem molestam quoque haberi: ubi hæc adsunt, illa non magnopere requiri. Nullum esse præstantius firmiusque

Quomodo captanda beneuolentia à personis

A similitudine studiorum

Ab amore ex admiratione uirtutis nato necessitudinis genus, quam quod a uirtute pulcherrimisq; studiis coeperit initium. Affinitatis copulam diuortio dirimi, cognatorum charitate similitate rescindi: beneficij confirmatam beneuolentiam, alterutrius ingratitude in odium uerti, solere: tum contractum amorem temere euanescere: eam demum copulam quam uirtutis admiratio coniunxit, quemadmodum uirtutem ipsam, immortalem esse. Proderit & illius in nos inuicem, cum gratitudinis significatione uehementer exaggerare: nostra uicissim in illum, multa cum uerecundia ac figurate significare. Qui nostri de illo sermones, quam penitus infixam memoria: quãtopere illius literis delectemur: ut illius comòdis gloriaq; magis etiam exanimò gaudeamus, q̃ nos irapte: quòdq; incòmoda illius nò paulo acerbius quam propria feramus: quantam pro illius dignitate, fortunaq; curam studiisq; prestitimus: q̃ acrem còtra maleuolentium improbitatē, dimicationē sustineamus. Postremo uel eruditionē, uel uirtutem quampiam in eo laudemus: nostra si qua erunt laude digna, uere còde com-

A miseratiōe memoremus. A miseratiōe beneuolentiã captabimus, si nostram fortunam aut eorum quos commendamus flebiliter exponemus. **Ab aduersario** pabimur, si quas minas, si qua conuicia: si quam contumeliam illius causam nos pertulisse narrabimus, ab ijs qui & ipsum & eius nomine nos quoq; habent inuisos. Còtra quid nos in illos, aut fortiter contumeliosēue dixerimus, aut inimice fecerimus. Sed hæc suis

A re in locis. A re præparatiōes reddemus, si negabimus ulla ex parte ad nos pertinere quod de scripturis sumus, ad illi magnopere: nobis illic neq; ferri, neq; meti, nisi quòd amici charissimi comòdis haud secus atq; nostris comouemur: si præterea negotij magnitudine, periculo, nouitate, antiq̃tate, utilitate, iucunditate, necessitate aut huiusmodi quapiam commendatione excitabimus. Si iubebimus animò minime officiant legere, propterea quòd longe plus momenti sit in re, quam præ se ferat. Si quantopere cum nobis, tum ijs quos illum plurimi facere cognouimus curæ sit, quãtiq; referat aperimus. Quòd si res ipsa durior esse uidebitur, blandimentis præleniemus: prudentiam illius obtestabimur: ut quæ nos optimò amantissimo q; studio dicturi sumus, ea pro sua uetere mäsuetudine, in optimam partem accipiat. Rem eiusmodi negabimus esse, cuiusmodi primo statim occurru uideatur: tum si maxime dura sit, tamen admonebimus quãtum amaritudinis, summa utilitate còpenset. Sed hæc quoniã neq; proprie exordij sunt, neq; in genere comode præcipi possunt, in suis quæq; locum transferemus. Neq; omnino eam exordij formã improbauerim, quã uideò neotericis scriptoribus nimio plus placuisse, ut à peruetusta quapiã sententiã factiōe memorabili in epistolam ingrediamur. Quòd genus sit: Scio non temere scriptũ esse Placco: Quem cui comendes, etiã atq; etiã aspice, ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorē. Nec ignoro iudicij tuum exactum, cui non temere quiuis probatur. Sed tamē tot modis exploratum habeo: huius iuuenis ingenium, ut illi non dubitem tibi uel meo periculo comendare. Item: Hercules olim aduersus hydram Lernæam & cancrum congressurus, coactus est alienam opem implorare, qui solet opitulari cæteris. Ego unus cum tot monstris dimicans, ijsq; subinde nouis exorientibus, quid faciam?

ABRPTVM EPISTOLAE INITIUM.

Satyrica illa & ueluti ex abrupto principij species, in iocosis & familiaribus mire descet, qualis est illa Ciceronis: Itane præter litigatores istos nemo ad te uenit? & Deũ immortalem, quid ego audio? Sic est inquam, uti scribis. Sic tunc igitur ueterem amicum negligis: Ergo mutabimus sententiã, quando tu quidẽ hoc tantopere censes. Quin ego igitur tibi gratulor: Quin tu igitur huc reuolas, sic isthæc uti scribis res habet. Huius quis te tam esse uirũ credidisset: Eho, quid ais obsecro? Ringitur Zoilus: Næ tu mihi alium apportas nunciũ. Huiusmodi figuris id assequimur, ut non mutam epistolã epistolã, sed uiuo sermoni uiuum item sermonē referre uideamur. Et quoniã utriq; missæ ac ceptæq; literæ mutuũ alloquitur imaginantur, pulcherrimum fuerit, quam rem repræsentat, eam q̃ appositissime adumbrare. Porro solennes illas comendationes, quas iam ex more præsumunt, aut prorsus omittendas, aut in epistolæ calcem cenfeo traducendas. Quanquam ubiuis etiã imperite uidetur fieri, ut nos ipsos cuiquam commendemus, sed offerimus magis, ac dedicamus operam nostrã. Alios commendamus, id est, laudamus, ut beneficio digni uideantur.

De

DE EXHORTATORIA EPISTOLA.

Quoniam exhortatorium genus, quod Græci *μαρτυρητικόν* uocant, affectibus feruolos quosdam ad uirtutem perfectam ac pædagogos addidit, animaduersum nobis penitusq; perspectum esse debet, quæ sit humani animi natura: quæ uarietas ingeniorum: quem quæq; res affectum pariat: quibus quisq; rebus maxime ducatur, à quibus abhorreat. Quæ quidem in parte proprie facultas oratoria dominatur. Sed hæc è rhetorũ præceptionibus haurienda. Nos tantum breuiter attingemus, quantum ad huius generis epistolam conficiendam satis esse putabimus. Ergo ex his potissimum locis extimur laudandi animi rationes petemus. A laude, spe, metu, odio, amore, miseratione, æmulatione, expectatione, exemplis, obsecratione.

A LAUDE.

A laude bifariam exhortabimur, ut tum rem ipsam laudemus, tum hominẽ. Re laudanda excitabimus, si piã, si magnificã, si gloriosã, si rarã, si nouã, si arduã, si hæcenus intentatã dicemus. Quanquam hanc partem in suadendo diligentius tractamus. Personæ collaudatio in exhortando plurimum habet usus. Nam & hominẽ uice uirtutem excitat, alitq;. Et ita mortalium animos natura finxit, ut uix quisquam adeò demisso sit pectore quin laudibus erigatur. Quare studiose cohortationis monita multa cum laude miscbebimus, id quod Cicero & faciat, & factum à se refert, ut exhortandi artificium quoddam indicare uoluisse uideatur. Ergo ab hac parte comouebimus, si ante ab eo bene gesta artificiosa laude dilatabimus: idq; tum à modo, tum à loco, à tempore, tum à persona, à difficultate reisper collationem, per fictionem, alijsq; amplificandi modis, de quibus suo loco non nihil attingemus: propterea quòd quũ plerisq; in generibus plurimum ualent, tum ad hoc proprie præcipueq; pertinent. Si quæ pulcherrime adhuc perfecti, ab omnibus in cælum tolli dicemus, ut quæ feliciter & strenue cepta, partim aut maiori etiã animi magnitudine pergat hortabimur: nihil illius immortalitati, præter extremã manum deesse: eam imponere non tam esse arduum, & negotiosum, q̃ ad tuendam, quæ iam uirtute parta sit gloriã, necessarium, ut qui eatenus omnes reliquerit in hoc tãquam extremo actu bonus artifex, seipsum superet. Si generis claritatẽ, si fortunæ splendorem, si nobilitatẽ, si dignitatẽ, si imperij præstantiã, si ingentium, si uires, si sapientiam, si uirtutem, si etatē, si rerum usum extollemus, ac ne quid his indignum admittat admonebimus. Itaq; rei dilatatæ præstantiã cum eius uirtutis amplitudine comentemur: dicemusq; illius diuinã uirtutē huic tam præclaro muneri unã parem inueniri. Ac rei quidem securior est amplificatio: personam uero quemadmodũ laudes, non nihil refert. Sunt enim alij paulo inaniore, qui laudē etiã apertiorē facile agnoscunt. Est alius morosiore natura, cui male si palpare, recalciat undiq; tutus. Quare illi plentius, hic laudandus figuratiũ. Tantũ ad mores attinet. Neq; nihil in ætate discriminis. Siquidẽ iuuentus quoniam & ætatis uitio, & rerũ imperitiã timet, apertiore laude tanq̃ applausu clariore, cristas attollit: & senectus decrepita ob deficientis ætatis infirmitatē, laudatior nem libenter accipit. At matura illa, & uirilis ætas, quo magis suis cõfidit uiribus, quoq; longius, uel à puerorũ ineptiã, uel à senum deliramentis abest, eo tectius minusq; scenice laudari debet. Ergo apud utros natura seueriores, laudandi inanitatẽ figuris obtexere conueniet: ut aut occupatione laudem dissimulemus, aut còtrario ductu orationis tanquam obiurgates, maiore fide laudemus: aut in alterã quampiam personã laudationem eam transferamus. Quouis demum artificio apertum Gnathonisimum effugiamus.

A SPE, ET METU.

Peracres res utraq; calcar habet, tum ad excitandos animos mortalium, tum ad sustinendos, ne rerum magnitudine defatigentur, spes præmiorum, & incòmodorum metus: quorum alterius quidem in adhortãdo propriæ sunt partes, alterius in deterrendo. Vtrunq; in genere deliberatiuo late tractatur: hoc in genere eatenus adhibetur, ut tãquam suasorio epilogo, comòdorum, incòmodorumq; summam, breuiter & non sine amplificationibus, tanquam in conspectu ponamus, immortalitatē, beatitudinē, decus, gloriã, honores, opes, uoluptates, tranquillitatẽ, aut aliud emolumentum: diuersa ex parte, inferos, æternos cruciatus, turpitudinẽ, ignominia, egestatē, dolores, tumultus. Quod

Quod si utriusque partibus uno in genere, id quod plerumque fit, utemur, per Antithesim commoda dilatata cum incommodis item exaggeratis conferre oportebit. Et quibus quæque rebus maxime duci senserimus, eas res studiosius ampliatas, frequentius ingeremus: puta ambizioso honores, auaro emolumentum, sensu uitæ tranquillitatem: itemque de reliquis contra, ut quicquid maxime inuisum esse cognouerimus, ita quam atrocissimè, ac creberrime proponendum. Deinde laborem, quo uel tanta comoda petuntur, uel in comoda uitam tur, per depressionem oportebit extenuare, ac postea per contentionem componere.

AB AMORE, ODIÒ, MISERATIONE.

Vehementer commouerimus, si eorum, quorum nomine pericula subeuntur, charitatem, commemoratiōe renouabimus, & artificio alleuabimus: ut in patriam, parentes, in liberos à natura insitam pietatem, in benemeritos amorem, in amicos necessitudinem, in præstantes uirtute uiros obseruantiam. Rursus si odium & atrocitatem, in eos contra quos dimicatio suscipitur, quam grauissimè exaggerabimus. Neque enim amanti solùm, quod antiquitus dictum est, nihil est difficile, uerùm idem & odium præstat. Quare utriusque calcar adiuuabimus, & hinc amicorum gratiam, hinc inimicorum atrocitatem cornibus aduersis conferemus: ut pro sanctissima Christi religione, contra teterrimam Turcarum perfidionem: pro coniugibus, pro liberis, contra nepharios parricidas: pro fidelissimis socijs, contra crudelissimos hostes: pro charissimo, honestissimoque amico, contra maledicentissimam sycophantiam. Idem & istis rationibus efficiet commiseratio. Si amicorum solitudinem, inopiã, luctum, squalorem: e regione inimicorum potentiam, ferociam, audaciam, insolentiam proferemus. Sed hos affectus, quemadmodum oporteat suscitare, & augere suscitatos, à Fabio plenissime traditum est, in exordijs, & conclusionis præceptis. Hoc tantum à nobis admonetur, grauissimos animi motus excitaturum, qui consequentis temporis imaginem graphice representabit: quantum commodorum sequatur si res bene geratur: in contra, quantum malorum. Et qui per proloporiam, rebus ipsis uocem dabit, uti patriam, religionem, templis, moenibus, sepulchris, manibus è monumento excitis: hisque affectus, & sermonem conuenientem, ac decorum accommodauerit.

AB AEMVLATIONE.

Hic locus ab inuidia sumitur, non illa ignaua & execrata, quæ quum ipsa nihil præclari machinetur, alienis tamen uirtutibus uritur: sed illa generosa, quam animis nostris inseuit natura prudens, ut aemulatione contra certantium, tanquam acerrimis quibusdam stimulis, incitaremur ad fortiter agendum: quæ nobis persuasit gloriosum esse, & quantum periculis redimendum quam plurimos præcedere: contra turpissimum, et quantum mercede fugiendum, in simili certamine posteriores tulisse. Verum non simplex est ab emulatione exhortandi ratio. Vtrinque enim accrescent animi, si aemulorum uirtutem, gloriam, studium, conatum, opes, improbitatem, cum amplificatione ante oculos ponemus. Sed cauendum obiter: ne contra certantium laudem usque ad deum exaggeremus, ut eius animum, quem erigere conamur, in desperationem abiciamus. Unde communi sci quippiam oportebit, ut aemulos, uel fortunam uel huius lentitudine non nihil præterisse dicamus, haud uirtute: eoque acriter annitendum, ut id dispendij, quod fortuna culpa sit acceptum, studio nostro sarciamus: & pudorem, quem negligentia contraximus, uincamus industria, siue eorundem ignauiam, infortitiam, infirmitatem, inopiam per emulationem proferemus: hac quidem moderatione, ne quem hortamur, ad securitatem, & oscitationem trahamus. In superiori modo erectior reddetur, ubi intelliget, tanto gloriosorem futuram uictoriam, quanto uirtute gloriaque præcellerint: quibus cum certatum est, quum ab egregijs uiris uel superari non indecorum haberi soleat. In altero sic factilem esse uictoriam ostendemus, ut tamen haud negligendam arbitremur, incertos esse rerum humanarum exitus. Et multo magis pudendum esse, ab ignauis aemulis superari. Hortabimurque ut iam non cum illis, quos longo interuallo post se reliquerit, sed ipsi se cum certamen esse putet.

AB EXPECTATIONE DVPLICI.

Expectatio quidem geminum habet calcar, nam haud mediocrem iniecerimus sollicitudinem, si quanta sit omnium amicorum, & beneuolentium publica priuataque de illius uirtute expectatio: nominatim quantum sibi promiserint, quorum ille iudicij, & autoritatem

autoritatem plurimi facere uidebitur, quorumque causa facturus omnia putabitur, ostendemus: non illius unius interesse, sed omnium necessariorum, sed posterorum, in quos ea sit gloria transfundenda. Expectationem quam maxime probabilem efficiemus, à generis nobilitate, ab indole palam spectata, ab educatione, à loci celebritate, ab antea actis, & ante dictis, ab omnibus, somnijs, & uaticinijs, atque alijs item id genus circumstantijs.

AB INIMICORVM EXPECTATIONE.

Ediuerso maleuolentiam & inuidorum expectationem, & studia peruersa atrociter exaggerabimus, e quibus nominatim referre quosdam fuerit efficacissimum, quos illi præter ceteros inuisos atque infestos nouimus: & quid quisque aut inuide dixerit, aut inimice fecerit referre. Horum omnium qui nunc præsentis gloria eius uruntur, si quod ipsi uix ausint sibi promittere, res parum feliciter euenierit, quam insolens sit futurum gaudium: quanta in bene cupientes insultatio, quæ scommata, qui risus: quanta ferocitas descriptione ante oculos ponemus. Ita eius unius uirtutem, in æditissimo frequentissimoque theatro omnium oculis expositam: unde necesse sit, aut cum summa beneuolentium gratulatione & plausu recedere, aut inuidentissimorum hominum libilis cum summo nostro nostrorumque pudore exigi atque explodi.

AB EXEMPLIS.

Iam nulla perinde re ad uirtutem inflammescimus, ut eorum quos admiramur exemplis, maximeque illustribus, peruestis, ac domesticis. Illa enim autoritate, hæc affectu commendantur, propterea quod præcorum uirtutes, quoniam ab inuidia longe absunt, & audit quisque libenter, & miratur impensius: & natura fit, ut quisque finitimis exemplis acrius tangatur, ueluti maiorum nostrorum, affinium, præceptorum, & eorum quibus cum nobis uel patria, uel ordo, uel professio communis sit.

EXEMPLA QUOMODO TRACTANDA.

In his ergo tractandis, ut summa est utilitas, ita studij curaque plurimum erit adhibendum. Primo quos proponemus imitandos, eorum uocabula cum laude statim aliqua, & honorifica præfatione proferemus, hunc ad modum: Socrates uir bonus diuino testimonio sapiens iudicatus. Perspexit hoc Plato philosophiæ parës. Egregie Phocion Græcorum longe incorruptissimus. Vidit hoc Alexander ille Macedo, uir gloriæ natus. Dauid de quo dubites, utrum rex gloriosior, an propheta sanctior. Præstanti uir animo Camillus. Imperio & triumphis genitus Scipio. Nunquam satis laudatus Aemilius. Oportebit autem huiusmodi præfationes ad rem esse accommodas: etiam si quæcunque laus exempli autoritatem adiuuat, tamen alieniorem adhibere infantis est hominis: ut si quis eum unde fortiter dicentem duxerit exemplum, diuitem appellaret aut studiosum.

DE CONTRARIIS EXEMPLIS.

Diuersum in contrarijs exemplis fieri conuenit, ut quæ posteritas Dionysij sacrilegi tyranni nomen non execrabitur: Nobilitatus crudelitate Nero. Sardanapalus uir muliere corruptior. Cleopatra regina meretrix. Catilina impijssimus patriæ proditor. Sibi felix, patriæ funestus L. Sylla. Nam huiusmodi exemplorum non in dehortando modo, uerum & in exhortando frequens est usus, propterea quod quemadmodum uirtutis imagine allicimur, ita uitiorum simulacris ad honesti amorem accendimur. Neque raro usu uenit, ut eadem opera pariter & adhortemur, & deterreamus. ueluti qui ad cappelendam remp. exhortetur, idem utique à priuato ocio deterreat.

DE INAEQUALITATE EXEMPLORVM.

Et quoniam exemplorum multa uarietas est: nam alia ex parte, alia in tota similia, aut dissimilia, alia contraria, alia maiora, minora, paria: ostendit in Topicis Cicero, ad exhortandum efficaciora esse inaequalia. Quod ego quidem in hunc accipio sensum, ut semper à maiore ad minus descendat exhortatio. Nam etiam si aut persona, aut res minor esse uideatur, tamen complexus rerum & uerborum facit, ut maius sit, quod assumitur. Exempli causa, si propter matrimonia uiolata urbes euerse sunt, quid fieri aultero par est? Hoc Fabius recte putat à maiore ad minus. Illud huic aduersum existimat, Tibicines quum ab urbe discessissent, publice reuocati sunt, quanto magis principes ciuitatis uiri, & de repub. bene meriti, cum inuidiæ cesserint, ab exilio reducendi. At hic tametsi tibicinum persona sit principum conditione inferior, tamē hoc ipsum tibicines fuisse publice qualibus

Exhortatio
omnis ab inae
publice qualibus

publice reuocatos maius est, ob complexum, q̄ si principes ab exilio redicantur. Quod si hic intellectus non placet, qui mea quidē sententiā uerissimus est, negationē obseruemus necesse est, id quod a neotericis dialecticis utcūq; praecepit. Sed haec inaequalitas erit per collationē aperienda, quae ferē exemplis subijci consueuit. In finitū uero traditur, unde ea ducatur. Nam nō modo ab una qualibet circumstantiā, sed etiā ab alijs quibuslibet differentijs sumitur. Omnia tamen ad personā, & rem referuntur. A persona ad hūc quidem modū: Formica brutum & minutū insectum, & uix animal, hyberno uictui aestate consu lit, & homo senectae non prospiciet in adoleſcentiā: Hoc auſa est mulier, quid te uirū oportet? Hoc uirgūcula intellexit, te anū quid par est sapere: Ille ethnicus, tu Christianus. Ille barbarus, tu Romanus. Ille prophanus, tu sacris initiatus. Ille priuatus, tu magistratus. Ille tribunus militum tantū, tu consul. Ille tyrannus, tu philosophus. Ille obscurus, tu patricius. Alienus ille, tu patruus. Ille omnis expertus doctrinē, tu a puero philosophiā ratio nibus optimis institutus. Rudis ille, tu multo rerum usu exercitatus. A re autē hoc pacto: Vt ille cōtempſit, tu uoluptatē non contemnes: Vt corpus ualeat, ferrū patieris & ignes: & ut animo ualeas, salutarem obiurgationē non feres: Opes caducae & sordidae, per tanta pericula petuntur, & a sapiētia quiduis incōmodi deterrēt: Vnus ille, nos multi non idē faciemus: Ille inermis, imparatus, uos instructi. Regnū ille sperabat, tibi immortalitas certa proposita. Toties ille, tu semel. Ille in tanta rerū difficultate, tibi omnia expedita. A persona & a re pariter: Puella uitā pro nihilo habuit, tu uir, & uir eruditus, uoluptatulas nescio quas non quibus contemneret. Erīt hoc artis, quae natura paria sunt, ea dicendo imparia facere, & artificiosa collatione, altera exaggerare, deprimere altera.

DE VARIETATE ET ORDINE EXEMPLORVM.

Exemplum quid proprie. Vanquam autem appellatione propria id demum exemplum dicimus, quum res gesta aut perinde ut gesta exhortandi causa proponitur, tamen illustrium uirorum grauitē dicta, philosophorum paradoxa, poetarum figmēta, auctorum nobilitium sententiā, parœmiā uulgo receptā, allegoriā, parabolā: breuiter quicquid similitudinibus est affine, id exempli uim habet, & a Fabio huic generi subijcitur. Neq; primū illud genus, quod retulimus, simplex est. Nam quaedam ab inanimitis ducuntur, uti: Sol Christo moriente luxit, quid hominem oportet facere? Saxa mors illius scindere potuit, humanam mentem nō permolliet: Orbes cœlestes perpetua uertigine parent imperatori deo: nec ullum sydus ē tot stellarum milibus ordinē deserit, aut in officio cessat, & mortales quid facere par est? A mutis rebus. Tigris pro catulis praeceps sauiit in praedonem, & pro liberis coniugeq; charissima uirum fortem quid facere oportet? Leo in uictos et abiectos non sauit, & non idem faciet imperator? Apis nō solum mutum, uerum etiam exiguum animal, in cōmune laborat, & homines rem publicā negligunt? Elephātus numen agnoscit, & negligunt mortales? Quaecunq; autem ab inanimitis ducuntur & mutis, imparia ferē sunt. Si quidem ut similia, nō ut paria proponuntur: sicut & illa, quae a spiritalibus trahuntur, quod genus est: Cacodēmones credunt, & contremiscūt, quo magis oportet hominem immortale numen uereri. Cœlestes illae mētes, & immortales, nocturni diurniq; uitae nostrae custodes, perpetuo nobiscum obambulant: quanto studio par est, nos ipsos pro nostra salute uigilare? Deus ipse, cui liberum est diffingere pro arbitratu quod arbitrio suo finxit, ad ulciscēdos fontes lentissimus, ad ignoscendū promptissimus est, & regem mortalem cuiusmodi esse conuenit: Iam quae ab hominibus ad homines trāsferuntur, ea tribus modis imparia fieri ostendimus, a persona, a negotio, ab utroq;. Ergo ut primi generis exempla copiose suppetāt, omnium rerum, maximēq; insignium naturae, uires, miracula, & ex auctorum monumentis, & nostrapte obseruationis, comparata esse debēt: fontium, fluminum, marium, montium, gemmarum, arborū, herbarum, florum, atq; ex his quam plurimae similitudines iam praeparatae, atq; repositae: ut si quando usus fuerit, uelut e proximo depromantur. Secundi uero generis, diuitem supellestem accumulauerimus: si quae ueterum erudita curiositas, de uolatiliū, de quadrupedum, de ferarum, de serpētium, insectorum, piscium ingenijs memoriae prodidit: quaeq; quotidie mortalium experientia deprehendit, eorum omnium quā densissimā multitudinē in memoria, tanquam in procinctu paratam habeamus: maxime si qua sunt, quae a certis auctoribus prodigiose facta referuntur. Quod genus est illud, de Delphino amatore, et puero adamato apud

apud Aul. Gellium: & de dracone, qui nutritiū suum, iam a latronibus in sylua iugulandum seruaui: deq; leone, qui hospiti ob os exemptum, gratiam uenatum aggerendo retulit. Et de Arione ac Delphino, cuiusmodi permulta a Plinio referuntur: quorum & in inanimitis nonnullus est usus. Verum haec quoniam ad fabularum speciem proximē accedunt, auctoritas erit grauitate, & multitudine, tum etiam sermonis commoditate fulcienda, deniq; praefatiunculis etiam munienda: Porro eorū quae ab humana persona ducuntur, minime frugalem, maximēq; uariā copiam cōflare oportebit: tum ex priscis historijs, atq; annalibus: tum ex his, quae nostra ferē memoria gesta memorantur: eaq; cum sit expeditior, magisq; ad manum copia, de quacq; uirtute, de quocq; uitio, de quacq; re illustri aliquot exempla sunt ediscenda: aut praemeditanda: neq; id ab unico historico, aut unica gente, sed a Graecis, Latinis, Hebraeisq; scriptoribus omnibus, ex his quae apud Aegyptios memorabiliter sunt acta, quae apud Lacedaemonios, quae apud Thebanos, quae apud Atticos, quae apud Syros, quae apud Persas, apud Romanos, apud Gallos, apud Britannos, apud Iudaeos, apud Scythias. Nam habet sua quaeq; generis miracula, suos ritus, sua quaedam instituta. Narrant hodieq; nauitae & negociatores, qui per omnes terras ac maria quarendae studio rei circumuolitant, quaedā non minus prodigiosa quam prisca uertitas finxisse creditur. Horum omnium duplex esse ordo poterit, ut ad efficaciora sensim increſcat series: qui quidē non tam est uulgatus, quam uilis: aut ut ab antiquissimis, maximeq; externis, per gradus ad nostratia, & proxima demū ueniamus: ut ab Aegyptijs, Phrygijsq; ad Persicā, a Persicis ac Syriacis ad Graecā, a Graecis ad Hebraea: ab his ad Romanā, a Romanis ad barbarā, ab ethnicis ad Christianā, a peregrinis ad nostratia: tū a ueteribus ad recentiora, ab his, ad ea quae nostra sunt gesta memoriae descēdamus, a quibus ad gentilitia, postremo ad domestica perueniamus.

DE FABULOSIS EXEMPLIS.

Proxime sunt huic generi ueterum poetarū fabulae, & prophetarum allegoriae. Sed fabularum hic erit usus, ut aut fabulas esse negemus: fuisse antiquitus permulta, & his incredibilia, quae tamen a certissimis auctoribus sint literis prodita: aut poetae laudem praefati, quid sibi eruditissimi, prudentissimiq; homines eiusmodi figmentis uoluerint probabiliter aperiemus, hoc pacto: Nimirum hoc sentiebat diuina mens Homeri, non poeseos modo, sed omnis etiam philosophiā parentis, quum & in Iliade Vlyſſem, pleriq; belli negocijs admisceret, & in Odyſſea tot casibus alterum decennium fecerit ita clari, arduum, perq; durissimos labores esse uirtutis iter. Neq; temere profecto, neq; aniliter erudita finxit antiquitas Hercule, tam multis exantlatis laboribus, consumpto igni corpore, in deorum contubernium fuisse relatum. Id enim erat priscis illis sapiētibus institutum, sanctissima philosophiā mysteria, ne passim euulgarentur, huiusmodi doctis fabellis obtexere. Significauit autem, immortalitatem non contingere nisi his, qui perpetuam aetatem honestis laboribus exegissent, et in exhausto uirtutis ardore, cum omnium uitiorū monstris indefatigati bellum gessissent. Sub hoc genere, & mysticos ueterum sacrorū ritus, superstitiosasq; nationum priscarum ceremonias complectimur, in primisq; Hebraicarum literarum mysteria: in quibus quidem interpretadis, utinam tam essemus circumspēcti, quam sumus frequentes, & audaculi. Mirabor enim, si quisquam illa scite interpretabitur, omnis antiquitatis ignarus: ita ut ferē sunt isti, qui tantum uersantur in plus quam mutis literis, ac spinosis quaestiuiculis. Eodem referenda sunt (nā eundem habēt usum) quae a tragicis comicisq; personis mutuamur, & eorū qui in dialogis, & itē historijs, non ad fidē rei gestae, sed ad imitationē cōpositis inducuntur. Huc quoq; pertinet re Fabius autumat apologos Aesopicos, & Aniani, quos ille *λογος μυθικός*, id est, sermo fabulosus appellat. His enim uehemēter duci animos, praecipue simplices & imperitos, cum tantū ualuerit ille Menenij Agrippae, de mēbris humanis aduersus uentrē coniuuatis, sermo, ut grauitē irritatam plebem patribus reconciliaret, Quod si quem deterreas, ne cum potentiore contendat, miroshabit stimulos apologus Horatianus, de rana sese inflante. Neq; leuiter interdum mouent excellentium uirorum dicta, itidem ut facta: qualia nonnulla Plutarchus collegit, & ueterū sapientum paradoxa. Vt rex est qui metuit nihil. Et poetarum & illustrium scriptorum insignes sententiā, ut Enniana illa:

Fortes fortuna adiuuat. Et Vergiliana:

Tom. I

F Nate

Nate dea, quò fata trahunt, retrahuntq; sequamur.

Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferèdo est. Aut uulgo recepta, quas adagia nominant. Sunt & à nobis animosæ quædam, & plenæ spiritus fingendæ, ut: uiri est, aut fortiter interire, aut uincere. Non moritur, quisquis pro patria mortem oppetit. Vt palma contra impositum onus, ita masculus animus, cõtra fortunæ difficultatem debet erigi, ulroq; insurgere. Virtus duris laboribus pascitur, non frangitur. Viri nihil habet, qui glorioso labori ullam uoluptatem anteponit. Inductiones autem Socraticæ, quas *αἰσχρογὰς* uocant, non tam ad excitandum ualent, quàm ad persuadendum, etiam si ad utrunque sunt non inefficaces. Horum omnium miscellaneam quandam agemus, quo uaria magis sit oratio.

DE OBTESTATIONE.

Exhortandi locos ceu fontes ferè omnes aperuimus, quod si quis epilogum etiam paræneticum quendam requireret: is non incommode per obtestationem sumitur, ut eum per inclytas maiorum imagines, quibus plus lucis attulerit, quàm acceperit: per egregia gentis decora, quæ sua uirtute nõ mediocriter illustrauerit: per gloriam bene gestis partam: per egregia facinora, quibus quotidie seipsum uincat: per immortale nomẽ, cuius iam æterna iacta sunt fundamenta: per felicissimã indolem: per ingenium immortali tati & pulcherrimis rebus natum: per incredibilem sapientiã, prudentiam singularem, doctrinam raram, animi magnitudinẽ propè diuinam, uirtutẽ absolutam, à qua nihil sit tam arduum, quod aut præstari non queat, aut nõ ab omnibus expectetur: per maiorum manes, qui se à sua posteritate benefactorum gloria superari gaudeant: per liberorum, et nepotum pietatem, ad quos decus hoc unã cum patrimonio sit hæreditaria traditione transiturum: per amicorum et beneuolentium uota: per inuidorum studia: per odia execrata maleuolentium, quos optime sic demum ulturus sit, si inuidentissimas aures illorum, & oculos, uirtutum splendore & pulcherrimis rumoribus perfringat, atq; obruat, obtestabimur, atq; obsecrabimus, ut se digna uelit & audeat.

DE LENIENDA EXHORTATIONE.

Verum si quando periculum esse iudicabimus, ne quid offendat uehemens, & importunior exhortatio: nam habet hæc nescio quid monentis, præcipientisq; aut etiam diffidentis: & quorundam ingeniorum ea est insolentia, & securitas sui, ut ne moneri quidem patiantur. Id igitur ubi metuemus, multis rationibus exhortationis molestiam leniemus: ut aut negemus nos oratione nostra languentem uelle accendere, sed currentem incitare: ac ne incitare quidem, ut ea gerat, quæ iam dudum sua sponte facit, sed nos pro nostro singulari in illum studio ita gerenti gratulari: orabimusq; ut importunitati nostræ det ueniam, quæ non aliunde proficiscatur, quàm ab immodico, quodam gloriæ illius studio. Nihil esse tam magnificum, quod illius uirtus non sit abunde præstatura: sed tamen qui in certaminibus spectant, tametsi nihil opus esse sciunt, tamen non possunt non applaudere, cui ualde fauent: quumq; is qui certat, suæ uirtutis probe conscius, securus sit ab animo: tamen fautor ille securus esse non potest, donec certam uictoriam uiderit. Aut longe aliud à nobis institutum fuisse simulabimus, sed præter consilium huc calamum esse delapsum, transuersum scilicet agente nos incredibili quodam amore, ut eum exhortaremur, qui non tam calcari egeat, quàm freno. Deniq; uirtuti eius omnia secunda precabimur.

QUIS HVIC GENERI CHARACTER PROPRIE CONVENIAT.

Ex multis stili generibus, graue illud, & acre atq; ardens, & incitatum exhortationi præcipue conuenit. Nam florida, concinna, ac festiua, alibi gratiam habet, hic masculus, & ut ita dicam, robustus debet esse character, amplius, & neruosus. Grauitas autem est, quam *ἀέρωσις* Fabius nominat, eamq; inter præcipuas orationis uirtutes ponit. Sed in his quæ ad concitandos affectus potissimum ualent, his ferè rationibus constare uidetur, rebus, uerbis, amplificatione, figuris, & compositione. Rebus grauitatem cõsequemur, si quàm optimis sententijs, è sublimibus, grauibus, ac magni nominis, & peruestis autoribus petitis: si exemplis exquisitissimis, si priscis, si illustribus, si neutiq; uulgariibus utemur. Verbis rerum grauitatem augebimus, si uoces sonantissimas, si amplas, si quàm maxime grauius translata, significantes deligemus. Sonantes, ut: bellicos tumul-

Gravitas qui
bus rebus con
stat

tus diuina propè uirtute profugasti. Amplas: Immortalia uirtutum tuarum monumenta, nulla unquam seculorum series obliterabit. Significãtia, ut: Fratrem ne desere frater.

Egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis,

Vna dolo diuum si foemina uicta duorum est.

Hanc uirtutem sermons Fabius energiam appellat, quod nõs actionẽ, aut efficaciam uertere possumus. Ea præstat, ne quod uerbum tota oratione sit ociosum, quæadmodum in hoc carmine Vergiliano:

Tunc in triujs indocte solebas

Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

Nam in posteriore uersiculo, singula quæq; uoces nouum pondus addunt. Hoc modo, grauitatis laudem assequemur, si sermonem perpetuum, argumentis, amplificationibusq; infarciamus, eaq; singulis uocibus includemus. Augent orationem & epitheta, id est, appolita, maximeq; translata, ut cruentis manibus sacratissimorum deorum &c. Huius tamen modum requirit Fabius, & ociosa sunt uitanda, quibus ad uoluptatem, non ad usum utuntur poetæ.

DE AMPLIFICATIONE.

In affectibus autem permouendis præcipue atq; adeo propè sola dominatur amplificatio: cuius quidem uis omnis, in alleuando, deprimendoq; consistit. Ea sumitur à circumstantijs omnibus, à quibus & probationes ducuntur. His autẽ rationibus licebit amplificare. Primum quidem commutatio rei nomine: ut si, qui cæsus sit, eum dicamus occisum: & qui sit improbus, eum latronem nominemus. Si quod nobis molestum est, id enecare, aut ad restim adigere dicemus. Contraq; si, qui pulsarit hominem, attigisse, qui uulnerarit, laesisse dicetur. Si impudica quæ sit, meretrix: si audaculus, gladiator nominabitur. Alter est modus nihil à superiore diuersus: nisi quod illic sola ponuntur quæ amplificant, hic per collationem effertur etiam illa, quæ recta erant, ut magis emineat atq; increseat amplificatio. Quod genus est Ciceronis in Verrem: Non enim furem, sed raptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitia: non sacrilegum, sed hostem sacrorum, religionumq; nõ sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium, sociorum, in pectus iudicium adduximus. Tertius amplificandi modus, incrementum uocatur: quum nõ statim quod est atrocissimum ponimus, sed per gradus plures, aut etiam unum peruenitur, interdum ad summum, interdum ad id quod supra summum est quodam modo. Sic oratio increuit Ciceroni: Facinus est, uincere ciuem Romanum: scelus, uerberare: parricidium, necare: quid dicam, in crucem tollere. Hic ultra summum peruenit. Ad summum sic: Matrem tuam cecidisti, quid dicam amplius: occidisti. Increuit & citra distinctionem oratio, dum cursu quodam grauius, grauiusq; semper aliquid insequitur: ut, per cuniam, honores, regnum: uitam deniq; patriæ charitate contempsit: & de uomitu Antonij: In coetu uero populi Romani, negocium publicum gerens, magister equitum. Est & hoc incrementi genus, quum tanquam per fictionem, inferiora quæ sunt augemus, ut illa maiora uideantur: ut hanc rem tam æquam, si quilibet ignotus abs te peteret, tamen ignoto recusare non debebas: nunc orat pater, & pater sic meritis. Si tantis officijs nullam gratiam reposuisses, ingratis eras: nunc pro summo beneficio, maleficium summum retulisti. Si liberorum & coniugum salus defendenda tantum esset, tamen nullum erat periculum non subeundum: nunc pro totius Christiani orbis incolumitate, dignitate, capiuntur arma. Consiue est huic, quum id quod tãquam exempli causa propositum est augemus, eoque aliud maius etiam esse ostendimus: ut, Cicero mulieris facinus, quod medicamenti partum abegisset exaggerat: ac merito rei capitalis damnatam dicit, quæ quidem spem parentis, memoriã nominis, subsidium generis, hæredem familiæ designatum: Reip. ciuem sustulisset. Deinde Opianici culpam, cuius par noxa uidebatur, hæc ad modum exaggerat per collationem: Quãto est Opianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus. Si quidem illa quum suo corpori uim attulisset, seipsam cruciauit. Hic autem idem effecit per alieni corporis uim, atq; cruciatum. Grauius auget illud comparationis genus, quum utrinq; plura pluribus redduntur. Quod genus est illud M. Tull. in Catil. An uero uir amplissimus P. Scipio pontifex maximus, Tib. Gracchum mediocriter labefactantem statum Reip. priuatus interfecit, Catilinam orbem terræ cæde atq; incendio

Amplificatio
unde sumitur
& quanta
eius uis
Modus ampli
ficandi in ele
uando
Deprimendo

Incrementum

condio uastare cupientem, nos cōsules perferemus: Hic & Catilina Graccho, adoleſcens perditus uero ornatissimo, & status Reip. orbi terrarum, & mediocris labefactio cedi, atq; incendijs, uastationi, & priuatus consulibus comparatur. Per ratiocinationē ampliamus, quum alibi fit, alibi ualet amplificatio, id quod non simpliciter accidit. Amplificatur enim & ex antecedentibus consequentia, & ex consequentibus antecedentia. Prioris exemplū hoc erit: ille cauum conuerſa cuspide montē Impulſit in latus, ac uenti uelut agmine factio, Qua data porta ruunt. Ex his sic amplificatis apparet quāta sit tempeſtas conſequutura. Et Chriſtiani iudicij ſupremi horrore exaggeramus, amplificatis his monſtris, quæ feruntur antecellura. Poſterioris erit illud Cice. in Antoniū uomitū, quem tantum ait uini in Hippia nuptijs hauſiſſe, ut poſtridie cogereſtur in conſpectu pop. Romani uomere, & fruſtis eſculentis ſubſellia cōplere. Mire ſignificauit, quāta præceſſerit in gurgitatio, quum eo in loco uomeret, neq; caſu, neq; uolens, ſed neceſſitate: neq; recens, ut ſere ſolet, eibus reſunderetur, ſed qui in poſterū uſq; diem redundaret. Eſt alia huius generis ſpecies, quū aut ea quæ per ſe grauiſſima ſunt, cōſulto deprimimus, quo magis, magisq; atollantur, quæ ſequutura ſunt: aut diuerſa atollimus, ut augeamus ea quæ præferuntur. Prioris exemplū erit illud in Verrē: Leuia ſunt hæc in hoc reo. Metū uirgarum Nauarchus nobiliſſimæ ciuitatis, precio redemit: humanū eſt. Alius ne ſecuri feriretur, pecuniā dedit: uſitatū eſt. Ex his quæ grauiſſima nō uideri nō poſſunt, ſic eleuatis, neceſſe eſt atrociffimū quiddā colligi, atq; expectari. Sic amplificauit Terentianus Hegio, ubi Demæ de uirgine uitata queſtus, facinus hoc ueluti uulgatū iam, & humanū contemnit, iubetq; grauius adhuc accipere, quū pater nihil hoc grauius, neq; fieri, neq; dici poſſe crederet. Poſterioris generis illud eſt, quum Vergilius Aenæ laudes ex amplificata Turni uirtute adauget: aut quum Hannibalis bellicis laudibus creſcit uirtus Scipionis: aut quū Germanorū, aut Gallorū fortitudo, Cimbrorū inmanitas augetur, ut maior ſit uictoris gloria. Sed inſinitæ prope ſunt, ex relatione ad aliquid, amplificandi forma: ueluti ſi clades à Troianis, Græciſq; acceptas amplifices, quo uideatur Helene ſpecies admirabilior, ob quā non piguerit ſapientiſſimos uiros, tot mala perpeti, utq; in Platonis ſympoſio, & Alcibiadis forma, & toties oblata copia, Socratis cōtinentia ſingularis colligitur. Reliquū eſt ultimum augendi genus, quod *συναθροισμῶν*, id eſt, congeriem appellat, qua rem eandē alijs atq; alijs modis efferimus. Nā niſi ſumma fiat uarietate, uitioſa erit iteratio: ueluti Cic. pro Ligario: Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Phariſalica gladius agebat: cuius latus ille mucro petebat: qui ſenſus erat armorū tuorum: quæ tua mēs, oculi, manus, ardor animi: quid cupiebas: quid optabas: Sed plus habet grauitatis, quū paulatim ſeries inreſcit, ut: Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors, terrorq; ſociorum, & ciuiū Romanorū licitor Sextius. Jam uero extenuandi eadem ſunt rationes, quæ amplificandi, neq; diuerſus uſus. Optime extenuationis exemplū erit illud comicū: Hæc uerba una, me hercle, falſa lachrymula, quam oculos terēdo miſere uix ui expreſſerit, reſtinguet. Hic uitioſiſſimū fuerit ad leuiora à grauioribus orationē proſciſci, ut uitam, ſanguinē, pecuniā pro te effundere non dubitem. Plurimū uero ponderis orationi accedat neceſſe eſt, quoties hinc amplificata, hinc eleuata inter ſe cōponuntur.

DE FIGVRIS AD GRAVITATEM FACIENTIBVS.

IN hoc genere potiſſimum conſectabimur ea ſermonis ſchemata, ſiue tropos, quæ red dunt acrem & ardentem orationē. Fluuiiſmodi ſunt ex his quæ in uerbis ſita ſunt, mēbra, articuli, comparia, repetitiones, contentiones, interrogationes, dubitationes, metaphore, proſopopeia, apoſtrophe, demonſtrationes, quæ rem oculis ſubiiciunt cū exaggeratione. Eandem uim habēt aſſeuerationes, ſi quis tamē has inter ſchemata numerat: epiphonemata, quas acclamationes recte uerteris. De quorū ſingulis nō eſt huius inſtituti prolixius diſſerere: qui rhetoricen hic non docemus, ſed indicamus duntaxat, quod ad ſcribendas epiſtolas attinet. Cæterū totius huius generis ſupelleſtilem, ac uim copioſam colligere licebit, quū ex alijs ſcriptoribus, tum præcipue ex hiſtorioſophis: apud quos reperire licet crebras oratiōes, quibus dux exercitū, aut miles militē, aut magiſtratus populum ad fortiter agendū cohortatur. Proſuerit & ea meminiffe, quæ philoſophi & ſacūdi ſcriptores, de fortitudinis natura memorię prodiderūt. Nos tamē interim, quo quæ præcipimus iuuentū ceu digito cōmonſtremus, unicū ſubiiciemus exemplum.

Exemplum

EXEMPLVM EPISTOLAE COHORTATORIAE.

Dici non poteſt, iucundiſſime nepos, quāta tum me, tum tuos omnes uoluptate affecterit pulcherriſſimus rumor: nuper hic de rebus fortiter abs te geſtis, exortus. Iacta ſunt perpulchra immortalitatis tuæ fundamenta. Quid autem hortari incipiā, ut rem diſtinuitis ceoptam, perficias: qui eo animo ſis natus, ut niſi unquā humile, aut ſordidū cogitaris: utq; non tam calcaribus, quā frenis egere te putem: Sed tamē incredibili quodam erga te ſtudio, compellor currentem (quod aiunt) incitare. I, bone, quō uirtus tua uocat, i pede fauſto: perge abſoluere, quod ſumma cum laude ceoptiſti, te natalibus tuis, quibus hæc urbs niſi unquā uidit illuſtrius, patre tuo clariffimo, iſta tua indole, iſta eruditione, iſto animo dignum præſtare. Impone ſummā manum immortalibus monimentis, à quorum abſolutione non multum abes: quod maximū ac difficillimū eſt præſtituſti: quod deſideratur, plus habet decoris, quā difficultatis. Certati cū maiorū tuorū imaginibus, quibus tuapte uirtute, plus lucis atuliffi, quā acceperis. Viciffi ætatem, quā cum prope adhuc impubes habearis, niſi tamen non forti uiro dignum uel geſiſti, uel cogitas. Anteuertiſti maioribus tuis uirtutū magnitudine: uiciffi hæcenus, & tui ſtudioſorum expectationē, & emulorum inuidētiam. Sed poſtq; omnia ſuperaffi, unum etiam certamen reliquum eſſe puta: nempe ut te ipſum imiteris, tui ſimilis eſſe ſtudeas: tu te ipſum præſtare contendas. Nam uinci à te ipſo, tam foedum fuerit, quā pulchrum fuerit reſiſti: ſiquoſ uerſaſſe. Ita ſi ſemper tibi inſtes, non deerit, qui cum laudibus certare poſſis. Cogita te eum in locum, ipſius fortunę manibus eſſe deducū, ut neceſſe ſit, aut ſumma cum laude peragere fabulam, aut ſummo cum probro defatigari. Ardua quidem & difficilis eſt uirtutis uia, ſed ampliffima tibi præmia proponere. Decus, immortalitas, imperiū, opes, dignitas, felicitas, in manu ſunt, ſi pertenderis. At ſi (quod omen dii auertant) defatigeris, non ſolum priſtinæ gloriae tenebras offuderis, uerum etiā in poſterum omnē dignitatis ſpem tibi recideris. Labores neq; diuturni ſunt, neq; ita magni: præmia tū æterna, tum ampliffima proponuntur. Multa iam pars exhausta, annus duntaxat eſt tibi perdurandus: in quo facito, ut tanquam in conſultatione, & extrema muneriſ tui parte, perfectiffimus atq; ornatiffimus fuiſſe uidearis. Fac ut ueterum heroum pulcherrima facta tibi ob oculos aſſidue uerſentur. Hercules ille, totius Græciæ facile princeps, quot laborib; ſibi iter in cœlum aperuit, quot monſtra ſuperauit, quā ad inferos etiam ipſos legitur penetraſſe: Quæ tibi ſi ficta de illo uidebuntur, non pugno quidem, ſed tamen diuinitus à ſapientiffimis, doctiffimisq; uiris excogitata ſunt, quo nobis heroum uirtutis exemplum abſolutum proponerent, & ad immortalitatem nominis uiam oſtenderent. Nam quoniam alio conſilio Homerus, cui magno doctiffimorum hominum conſenſu, diuinitas quedam tribuitur, Vlyſſem quem nobis ut ſapientis uiri ſimulacrum propoſuit, tam diuturnis laboribus iactatum ſcripſit, niſi ut ſignificaret hæc unam eſſe uiam, ad æternū nominis decus parandum apud poſteros: Hac Epaminundas, hac Alcibiades clariffimi Græciæ imperatores, ſibi immortalē apud poſteros laudem pepererūt. Quid aliud Alexandrū Magnū cogitaſſe credis, cum ſe tantis periculis obijceret: Quem tu laborem Decioſ illos reſcufaturos fuiſſe unquam credis: quorum alter ut æternā ſibi laudem compararet, dijs manibus ſe deuouit, alter in medios hoſtes ſe præcipitem dedit: Quæ non ætas Machabæorum nomen celebrabit, quorum unus elephanti uentre perſoſſo pulcherrimam optens mortem, clariffimo facinore immortalē gloriā eſt cōſequutus. Quid hoc die uel celebrius, uel plauſibilius Iudith, Debboræ, & Rachab memoria: quæ quoniā ſexu ſuo maiores maſculum animi robur præſtiterunt, non inter foeminas, ſed inter heroas commemorantur. Sed quid nos externa atq; antiqua repetimus: domi habes, qui te ad huiusmodi uirtutem debeant incitare, & quidem eo uehementius, quo genere coniunctiores. Nam cæteros quidem egregios uiros imitari, laudi ducitur: at tuorum ſine ſummo dedecore diſſimilis eſſe non potes. Viuit adhuc recens, & poſteritate ipſa creſcit aui tui uiri fortiffimi memoria. Quanto ille animo iam inde à teneris annis ad nominis immortalitatem contēdit: Honeſtos ille labores, pro ludo habuit: uoluptatem & ocium non ſecus ac peſtem teterrimam fugiebat. Sape ipſe adoleſcens ex eo iam natu admodum grandī audiuiſſe memini, ſe haud longiorē uitam à ſuperis optare, q̄ ut patriæ ſua induſtria poſſet uſui eſſe, cui ſe potius quā ſibi ipſi natum dicebat. Ad propiora ueniam, tibi magis,

Tom. 1

F 3

quam

Principium
à laude
Exhortatio
cum laude
mixta
Laus à bene
ceptis
A genere
A patre
Ab indole
Ab eruditione
A ſpe metuſ
A metu
Ab exemplo
Exemplū poeti
cum
Tractatio ſub
bula
Laus autoris
Exemplum
Græcum ex
hiſtoria
Exemplū
cedonicum
Exemplum
Romanum
Exemplum
Hebraum
Exemplum ſoc
mineum
Tranſitus
Exemplum
domesticum
Exemplum aui

Exemplum patris Quam mihi ipsi nota: Pater tuus uir fortissimus, atq; optimus, quid unquam durum, aut difficile iudicauit, quod uel ad gloria incrementum uel reip. commodum pertinere putasset.

Repetitiones Quot ille, quamq; difficiles legationes adolefcens, non sine summa laude obiit: Quot huiusmodi sub pellibus egit: E quantis angustiis sua se uigilantia expeditiuit: Quem ille magistratum non petiit: Quid autem petiuit, quod non obtinuit: Quid obtinuit, quo non summa cum laude sit perfunctus: Debenit peccatori tuo paterna illa monita infixa sedere. Sape enim te adolescentulum, ut memini, Vergiliano illo carmine consueuit exofculans hortari: Disce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem, Fortunam ex alijs. Nec raro me audiente, hunc usurpare sermonem solebat, sibi prorsus uideri nihil interesse inter eos, qui nunquam nati essent, et eos qui nulla re memorabili gesta, obscuri ex hac uita migrassent. Quare quum ab his sis maioribus ortus, huiusmodi preceptis foris, domiq; institutus, obscurum tibi esse non debet, quid tui, uel patria potius ipsa abs te expectet: praesertim cum isti generi, isti indoli, egregiam quoq; doctrinam adiunxeris: quum iam istiusmodi rudimenta adideris. Cogita tuorum omnium, non amicorum modo, sed ciuium etiam quotquot sunt oculos in te unum coniectos, omnium in te suspensos animos: quorum iam expectationi uix satisfacturus uideris, si tantum a natalium tuorum uirtute nihil degeneraueris. Nescio quid maius sibi de te pollicentur: quorum si uotis tua uirtus responderit, quid si eum uiderit, quantum tuorum omnium triumphus, quanta patriae gratulatio. Quantum autem Trebonij uiri, ut scis, tui amantissimi, & iudicio de te, et amori in te accesserit: Sim rem indiligenter gesseris (quod omen Deus auertat) maleuolentissimi homines, qui tuae haec tenus inuiderunt uirtuti, quosq; rerum tuarum splendor ex cruciat, continuo uerticem tollent, erimusq; & tu, & tui omnes ludibrios, & risui nebulonibus inuidentissimis. Amici obmutescant, inimici insultabunt, beneuoli frigidi, maleuoli feroces. An haec feret ista tui peccatoris celsitudo? Zoili in te odium nostri. Nullo commodiore modo pestem illam ulcisci potes, quam ut gloriae tuae inuidia contabescat. Varum autem uirulentissimum hominem plane ad suspendium adegeris, si nobis uictor redieris. Codrus iam nunc suspendio trabem delegit. Si nihil te, neq; tua gloria, neq; nostra expectatio mouerit, hoc certe tanti fuerit, ut haec monstra conficias. Quare te Charissime nepos, unica spes, & idem decus tuae gentis, per luculentissimas maiorum tuorum imagines, per egregiam indolem, per sapientiae laudem cui semper studuisti, per nostram, patriaeq; expectationem, per bene auspiciata laudum tuarum initia, obsecro, atq; obtestor, ne committas, ut quum haecenus ceteros uiceris, a teipso superatus uidearis. Dii tua coepta secundent, & felicibus utere fatiis. Vale decus nostrum. Est & inter Hieronymianas epistolas, exhortatoria ad Heliodorum, quae uniuersum eius generis artificium complectitur.

DE GENERE DEHORTATORIO.

Operae precium non putauit, dehortationis exemplum subijcere, quod eadem sit utriusq; generis ratio, quum uix unquam exhortemur, quum eadem opera dehortemur. Exempla eorum quibus ea res infeliciter cesserit accumulabimus. Deinde rei turpitudinem, probrum, conuicia, danum, incommoda diligenter colligemus, quae per exornationem, qua rhetores descriptionem appellat, ante oculos ponemus. Sed haec aliaq; studiosorum industriae relinquenda putauimus. Nunc ad singulas cuiusq; generis partes, non quidem ex omnibus, sed optimis autoribus, syluam quadam uerborum, ac sententiarum subministrabimus: quibus ex nostris non nihil adijcimus, & scripturi, haec semper tanquam penum ad manum habeant, et imitandi studio, similia discant.

EXEMPLVM DE PROMPTVM EX PRIMA

Ciceronis ad Q. Fratrem epistola.

Ab expectati one bonorum Quare, quoniam in istis urbibus cum summo imperio & potestate uersaris, quibus uirtutes tuas consecratas, et in deorum numero collocatas uides, in omnibus rebus, quas istatues, quas decernes, quas ages: quid tantis hominum opinionibus, tantis de te iudicijs, tantis honoribus debeas cogitabis. Quod si in mediocri laude sermonis, ac praedicationis, res nostrae essent, nihil a te eximium, nihil praeter aliorum consuetudinem postularerem. Nunc uero propter earum rerum, in quibus uersati sumus, splendorem, et magnitudinem, nisi summam laudem ex ista prouincia assequimur, uix uidemur summam uituperationem posse uitare. Ea nostra ratio est, ut omnes boni tum faueant, tum etiam a nobis omnem diligentiam, uirtutemq; postulet & expectent: omnes autem improbi, quod cum his bellum suscipimus

suscipimus sempiternum, uel minima re ad reprehendum contenti esse uideatur. Quare cum eiusmodi theatrum est totius Asiae celebritate referatissimum; magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resonans, ut Romam usq; significationes uocesq; referatur, contende quae so, atq; elabora, non modo ut his rebus dignus fuisset, sed etiam, ut omnia illa tuis artibus superasse uidearis. Simul & illud cogita, nos non de reliqua & sperata gloria iam laborare, sed de parta dimicare, quae quidem non tam expectanda fuit, quam tuenda nobis est, quod reliquum est, id non tam difficile, quam praclarum.

Exhortationem mitigat hoc modo. Atq; haec non eo dicuntur, ut te dormientem oratio mea excitasse, sed potius ut curretem incitasse uideatur. facies enim perpetuo, quae fecisti, &c.

Tu quanquam consilio non egesset, uel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil cures, quod ut ante factum aliquod egregium audiamus quam futurum putaremus. Te uero admonere tum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, ut omnem gloriam ad quam a puero inflammatus fuisti, omni cura atq; industria consequare, magnitudinemq; animi, quam ego semper admiratus sum, semperq; amaui, constanter obtineas, nec unquam inflectas cuiusquam iniuria. Illud te ad extremum & oro & hortor, ut tanquam poetae boni, & actores industriae solent, sic tu in extrema parte, & conclusionem muneris, ac negotij tui diligentissimus sis. Quamobrem si me amas, quantum profecto amas: si dormis expergiscere, si lista ingredere, si ingredis, curre: si curris, aduola. Hoc sit negotium tuum, hoc otium, hic labor, haec quies: in his uigilia, in his etiam somnus reponatur. Effinge aliquid, & excude quod sit perpetuo tuum. Nam reliqua rerum tuarum post te, alium atque alium dominum sortientur, hoc nunquam tuum desinet esse, si semel coeperit. Scio quae animus, quod horter ingenium. Tu modo entere, ut tibi ipse sis tanti, quantum uideberis alijs si tibi fueris.

Quod te quoq; ut facias, & hortor & moneo: memeto quibus imaginibus oneraris, quae nomina, et quanta sustineas. Proinde dum suppetit uita enitamur, ut mors quae paucissima quae abolere possit, inueniat. Lusus uocantur, sed hi lusus non minorem interdum gloriam quam seria consequuntur. Confugit in sinum tuum res publica. Ac mihi intuenti sapientiam tuam, minus mirum uidetur, quod mortales istos caducosq; titulos, aut deprecis aut teperes. Scis enim ubi uera principis, ubi sempiterna sit gloria: ubi sint honores, in quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat. Arces enim & statuas temporeq; demolitur, & obscurat obliuio, negligit carpitq; posteritas. Contra contemptor ambitionis, & potestatis domitor, ac frenator animus, ipsa uetustate floreat, nec ab ullis magis laudatur, quam quibus minime necesse est. Quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trahibus aut faxis nomen tuum, sed monumentis aeternae laudis inciditur. Ibi in secula fuisse principem, cui florenti & incolumi nunquam nisi modici honores, sapienter nulli decernerentur.

EXHORTATIO.

Sed praesta te eum, qui mihi a teneris (ut Graeci dicunt) unguiculis es cognitus, Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consilii tui. Haec profecto uides quanto expressiora, quantoq; illustriora futura sint, cum aliqua tum ex prouincia, atq; ex imperio laudis accesserit. Quanquam te ita gerere uolo, quae per exercitum atq; imperium gerenda sunt, ut haec multo ante meditare, huc te pares, haec cogites, ad haec te exerceas, sentiasq; id, quod quia semper sperasti, non dubito quin adeptus intelligas, te facillime posse obtinere summum atq; altissimum gradum ciuitatis: quae quidem mea cohortatio ne tibi inanis aut sine causa suscepta uideatur, &c. Teq; ad studium summam laudis cohortabor. Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quaedam expectatio, quam tu una re facillime uincas, si hoc statueris, quam laudum gloriam adamaris, quibus artibus eque laudes comparantur, in his esse laborandum. Lib. I. x. epistola, Duabus tuis, locos habet hortatorios, & item gratulatorios, circa medium & finem. Quam inditare malui, partim ne uolumen oneretur, partim quod gratiora sunt quae nobis ipsi decerpimus. Epistola lib. x. Quum ipsum Furnium, aliquot habet locos exhortatorios. Item τῶν τοῖν ἀρετῶν μὴ μὴ οὐκ. curaq; & effice, ut ab omnibus & laudemur, & amemur. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro & obsecro, ne quid grauius de salute, & incolumitate tua consulas. Nam deos hominesq; amicitiamq; nostram testificor, me tibi dixisse, neq; temere monuisse. Quare si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuae reliquae

tibi chara sunt, si aliquid apud te nos, si uir optimus gener tuus, ualeamus, eorum fortunam non debes uelle conturbare, ut eam causam, in cuius uictoria salus nostra est, odisse, aut relinquere cogamur, aut impia cupiditate contra salutem tuam habeamus. Etiam atque etiam Cicero cogita, ne te, tuosque omnes funditus euertas: nec te sciens, prudensque edemit. **Adhortatio** tas, unde exitum nullum uides esse. Quare quid est quod ego te hortor, ut dignitati & gloria seruias? Proponam tibi claros uiros, quod facere solent qui hortantur: neminem habeo clariorem, quam te ipsum. Te imitare oportet: tecum ipse certes, ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio, an nemini, ut summa seueritas animaduersionis, non modo non inuidiosa, sed etiam quadam contigisset gratularer felicitati tuae, sed contigit magnitudine tum animi, tum etiam ingenij, atque consilij. Quo facto, intelligere debes, in te positam esse Rempublicam, tibi quoque non modo tuendos, sed etiam ornandos illos uiros, a quibus initium libertatis profectum est. Tu quoniam Republicam nosque conseruas, fac ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias. Nunc mi Attice, tota mente incumbere in hanc curam, magna enim res est. Quamobrem aduola obsecro, atque eam Republicam quam uirtute, atque animi magnitudine, magis quam euentis rerum liberaisti, exitu libera: omnis omnium concursus ad te futurus est. Fortem & liberum animum, quo & consul, & nunc consularis Republicam uendicasti, sine constantia, & aequabilitate nullum esse putaris. Nihil enim per se amplum est, nisi in quo iudicij ratio extat: quia neminem magis decet, quam te Republicam amare, libertatis defensor esse, uel ingenio, uel rebus gestis, uel studio, atque efflagitatione omnium. Tute exuscita, ut eam ciuitatem, in qua maxima gessisti, libera atque honestam fore putes, si modo sint populo duces, ad resistendum improborum consilijs. Quare magnam fac animi habere, & spem bonam. Cessator esse noli, & illud, *γνώθι σεαυτον* noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, uerum etiam ut bona nostra norimus. Præterea meminerimus, quanto maiori animo honestatis fructus in conscientia, quam in fama reponatur. Sequi enim gloria, non appeti debet: nec si casu aliquo non sequatur, idcirco quod gloriam promeruit, minus pulchrum est. Si uero qui bene facta sua uerbis adornat, non ideo prædicare, quia fecerint, sed ut prædicarent, fecisse creditur. Sic quod magnificum referente alio fuisse, ipso qui gesserat recedente, uanescit. Homines enim quum rem destruere non possunt, iactationem eius incessunt. Ita si silenda feceris, factum ipsum: si laudanda, quod non sileas ipse culpabis. Multo deformius amittere, quam non assequi laudem. Item lib. 1. 1. tota epistola, cuius initium: *Hominem te patientem. Huiusmodi sententia extimulamus animi laudis cupidum, eius diuinos aspectus. ἀλλήλους ποδὶ παρῶν.*

Plinius

ἀλλήλους ποδὶ παρῶν
ἀλλήλους ποδὶ παρῶν
 I, bone quod uirtus tua te uocat, i pede fausto.
 Nate dea, quod fata trahunt, retrahuntque sequamur.
 Tu ne cede malis, sed contra audentior ito
 Quam tua te fortuna sinat.
 Fac aliquid dignum promissis. Difficilia quæ pulchra.
 In magnis & uoluisse sat est. Maeste hac grauitatis gloria Cæsar.

DEHORTATIO.

Cicero epistola fam. Sed ego te ut ad certam laudem adhortor, sic a dimicatione deterreo: redeoque ad illud, quod initio scripsi, totius facti tui iudicium non tam ex consilio tuo, quam ex euentu homines esse facturos.

COMMENTITIA MEA.

Non est affectanda gloria forti uiro, suapte uirtute contento: sed hæc benefacta non aliter quam umbra corpus consequitur. Non appetit laudem, sibi bene conscia uirtus eximia, sed hoc contingit illustrior ac uerior. Splendidus titulus, pater patriæ: sed hunc promeruisse pulchrius est, quam possedisse. Inter omnia tua, gentisque tuæ decora, si mihi credis, erit hoc præcipue gloriosum. Tot egregijs facinoribus, summa cum laude gestis, fac istum ceti colophonem addas. Arduum facinus ad quod te hortor, sed tuo genere, tuoque animo dignum. Ab ista familia, ab ista indole, ab istis factis, nihil expectat plebeum, aut mediorum. **Omnia**

Omnia summa præstes oportet, si uelis maiorum tuorum ornamento, si tibi pristinae gloriae, si omnium de te expectationi respondere. Cogita te uersari in theatro longe frequentissimum, omnium oculos in te coniectos: quibus nunquam satisfacies, nisi summa cum laude peregeris ceptam istius pulcherrimi facinoris fabulam. Ipsa uirtus abunde magnum sui præmium cepit. Non uiuit, qui uiuit inglorius. Non perit, qui moriens, honestam sui memoriam relinquit posteris. Ut omnia mors tollat, certe nominis honesti decus a rogo redditur illustrius. Erexeris, mihi crede, tibi monumentum ære perennius, quod non liuor edax, non aquilo impotens, possit diruere, aut innumerabilis annorum series, aut fuga temporum. One rant te tuorum imagines, non illustrant, nisi quibus factis illi sibi nobilitatem pepererunt, ijs tu ueraris & alas. Huc te uocat generis tui claritas, huc patriæ pietas, huc ciuium tuorum nunc in tua uirtute sita salus: tantum exeras istum uere magnum animum tuum, adertit fortibus ausis superi fauentes. Audaces adiuuat ipse deus. In re honesta, tuus cuique animus deus est. Nunc delibera, utrum malis maiorum tuorum ornamentis, tuisque laudatissimis factis hoc decus ac ueluti summam manum addere, an generi tuo tenebras offundere: & quicquid haecenus tot egregijs laboribus partum est gloriae semel amittere. Nulla possessio difficilior aut tardius paratur, quam honestæ famæ: nulla citius amittitur. Si te nulla, imo uetantarum gloria rerum, certe liberis tuis nullam possessionem relinquere potes, uel speciosiore, uel preciosiore, quam huius facti nutquam intermorraturam gloriam. Ut leones & aquilæ, non cum quibuslibet feris belligerantur, sed quasdam prædæ, ut suis uirtutibus indignas contemnunt: ita tuum est hoc facinus, quo maius est, ac difficilius, hoc maiore cum animo suscipere, uel ut eximia gloriae materiam, eximie uirtuti seruatam. Scio difficillimum esse ad quod hortor: nec ignoro uerum esse quod dici solet, *ἡ μάχη ἀνδρῶν*: aliquando grauiora præstitisti, nec alius animus par tanto negotio. Si palma dedignatur cedere ponderi imposito, sed magis aduersus impositum nititur, sursum erigens sese, quato magis oportet fortissimum uiri animum, ex ipsa negotij difficultate crescere. Non hæc scribo, quo te cessantem extimulem; sed quo sponte currenti calcar (quod aiunt) addam. Non tam hortor ut ista facias, quam gratulor ultro properanti, quod nostra uota tuam uirtutem uolebant inuitare. Primum cogita, quid deceat Germanum, deinde quid Saxonem, deinde quid Alberti nepotem, postremo quid Philippum. Duplicem sustines expectationem, nimirum ut laudatissimo patri Philippo Philippus, & eximio fratri, cui succedis, respondeas. Nobilitas uera, non aliunde quam ex egregijs factis nascitur. Hanc ipse tibi præstare potes. Quid suspicis uetusta stemmata? Quin ipse tibi paras imagines pulchrius erit decus, cuius autor fueris, quam cuius hæres. Quanto pulchrius est, te tuis maioribus, tua uirtute præluere, quam in alienæ laudis hereditatem uenisse. Probrum ignauia quorundam nuper acceptum, tua uirtus, tuæque uigilantia sarcinat oportet. Proxime acceptam cladem omnes fortunæ imputabunt, si nunc declararis, quantum in bello ualeat fortis & infractus ducis animus cum eximia prudentia coniunctus. Nihil magis nostrum est quam quod nobis nostra paratur industria. Hoc tibi præstat ista pectoris uirtus, ut audeas: hoc patriæ pietas, ut uelis: quod reliquum est dabant superi, & pietatis fautores, & honestæ uirtutis proectores. Maeste istius animi esto. Istiusmodi studijs ad nominis æternitatem grassare. Eia, maeste uirtute. Sic itur in cælum. Age fortissime iuuenis, ne defatigare, ne conuiesce, donec pulcherrimis gestis honestissimum finem imposueris. Maxima stadij pars tibi iam decursa est: hoc alacrius ad metam propera, quo propior es. Nihil est tam arduum in rebus humanis, quod non efficiat, si sibi imperarit animus, ut magnopere uelit. Quæ res primum deos, ac diuos fecit: nonne præclara in Republica merita? Quid enim deo similis, quam excelsus animus, uel gratis de uniuerso mortaliu genere bene mereri studens? Magnificetius est, amplissimos honores promeruisse, quam obtinuisse. In magnis & uoluisse magnum est. In rebus præclaris etiam conatus in magna laude ponitur. Quum haecenus in campo gloriae præcurreris omnes, hic tui similis sis oportet. Si quid in te generosæ mentis, si quid paternæ indolis, si quæ scintilla pietatis in patriam, si quid consilij, si quid constantis animi, si quid masculi roboris, si quid heroicæ uirtutis, id totum nunc expromas oportet. Non poteris in hoc laudis cursu defatigari, si spectes quæ præmia tibi sint proposita. Perge infracto animo, quæ coepisti, nomenque tuum immortalitati commenda. Verum decus non in opibus, sed

sed in uirtute positum est. Bene collocavit, qui patriam uitam impendit. Te unum sperant oculi ciuium tuorum. Tuis humeris innixa est patria. Illi despiciantur animi, nisi eum praesiteris, quem semper esse iudicauerunt. Haec uirtus est, si te subdixeris. Cogita laborem esse breuem, felicitatem ad quam properas esse perennem. Ardua est, iuxta Hesiodum, uia, sed in uertice manet inestimabile praemium. An aliquid durum uideri debet, quod paratur aeterna felicitas? Ne specta, quid hic aut ille interim de te loquatur, sed quid tota posteritas semper sit loquitura. Vere regium, magnique animi est, male audire, quum bene feceris. Inuidiam maleuolorum, gloria benefactorum obrue. Pulcherrimum uindictae genus est, inimicum benefactis ad suspendium adigere. Inuidorum latratus, uelut ignatorum canum negligere. Illud uide, quod te honorum consensus prouocat. Malis placuisse tam turpe est, quam ob turpia. Enitere ut his placeas, qui bonis placet omnibus. Aliena per medios ignes succurrit suo foetui, & uir fortis destituit patriam periclitantem: cuius pars sunt et liberi. Parua & exilia sidera, ualidiorum exortu obscurantur, sed tu non potes magis illustrare progenitorum tuorum gloriam, quam si ad istum modum famam illorum obsecures. Eo perge, non quod te reuocat mundus, sed quod te uocat Christus. An te remouatur difficultas, ubi coelum promittitur? An diffidit, ubi fautor et adiutor est Christus? An dubitas de praemio, ubi promissor est deus? Non agnoscat beneficium tuum aetas tua. Atqui istud demum est animo excelso dignum. Nullum beneficium genus heroicis animis dignius, quam quod erogatur in posteros. Sudoribus emuntur literae, sed pariunt immortalitatem. Vigilijs parantur, sed semel partem nunquam amittuntur. Seruus contingunt, sed ubi contigerint tutissima simul & perennis est possessio. In alijs egregijs gestis, magna laudis portio fortunae decidit, nonnullam et hi sibi uendicant, quorum opera res peracta est: huius facti gloria in solidum tua erit. Summa de te spem concitasti, non est tibi committendum ut hanc feceris uidearis. Genus, in dolens, prudentia, animi sublimitas, pristina decorum, miram quandam de te concitarunt apud omnes expectationem: hanc fallere turpissimum fuerit, equare necessarium, uincere pulcherrimum. Si uoles cogitare, quid te dignum sit, sic te geras in ista prouincia, ut qui in eadem ante te, non mediocri cum laude uersati sunt, tui comparatione magnam laudis partem amittant: neque quisquam exortatur, qui tibi ausit succedere. Fac ita te geras in isto magistratu ut & auctoritate tua successoribus tradas augustiorem, & integritate uigilantiaque difficiliorem. Cogitato tecum, quicquid est istud laboris, quod percipiendae iuris prudentiae datur, tuis, aut ad summum quatuor annis absoluti: caeterum honorem in omnem usque uitam te comitaturum. Laborabit, honestas manet: labor breuis, gloria immortalis. Alij tot annos desudant, per terras, mariaque uolitant, ut rem familiarem augeant, te pigebit ad paucos annos honestissimis studijs incumbere, quo tibi simul & rem, & dignitatem pares. Honos alit artes, ut scripsit Cicero: & hoc tibi calcar non mediocre debet addere, quod is princeps nobis contigit, sub quo nemo gratis uirtutem colit. Quidam ita propagant nominis tui memoriam, at nullum monumentum fidelius custodit hominis famam, quam si benefactis nomen tuum in sculpas animis hominum: hoc est, si ingenij monumentis, non solum de tua patria, uerum etiam de cunctis nationibus: non solum de tuae aetatis hominibus, uerum etiam de posteris bene merearis. Vnde etiam atque etiam necubi dormites in hoc opere, magni refert, unde famam aspiceris. Expedit omni cura perpositum esse, per quod primum innotescere uis populo. Posteaque semel bonarum literarum patrocinium suscepisti, non oportet de gradu cadere. Vides cum cuiusmodi monstris res est: prorsus Hercule quopiam est opus. Eum nemo melius praecolumi non constiterit, ne te periculoso negotio admisceas. Vel hircus Aesopius te doceat, ne te conicias temere in negotium, unde quum uoles, non possis temetipsum extricare. Facilis descensus Aueris, sed reuocare gradum, perdifficile est. Si tibi uilis est tua uita, uxoris ac liberorum te moueat calamitas. Sine his tu perire non potes, quum ex te uno pendeant omnes. In te omnis domus inclinata recumbit. Hanc tua prudentia, tua uigilantia, tua fortitudine fulcias oportet, alioqui collapsuram. Tu in uicio animo, quod honestissimum iudicabis sequere. Optimae causae fauebunt & numina.

EXHORTATIO MEA.

Cogita quanta factum istud laus & gratulatio sit consequutura. Quid multis sic te numeris

Dehortatio

numeris omnibus uirtutum absolutum praestata, ut inimici uituperare te non possint, nisi simul laudent. Illud noctes diesque tecum cogita, quo te quoque possis Tollere humo, uictorque uictorum uolitare per ora. Quis non exosculetur istam eximiam indolem? Quare te etiam atque etiam hortor, ut quod tibi maiores praetulerunt, tu posteris praeferas. Tu uel unus efficere potes, ne prorsus uerum sit, quod uulgo iactatur, nobiles nostros, nihil habere in domibus suis pulchrum, nisi imagines. Hortatur te uno ore amici omnes, ut magno sis animo, utque omnia summa speres. Hoc utilissimum iudicatio, quod est cum honestate coniunctum.

DEHORTATIO MEA.

Sic habeto rationem dignitatis, ut memineris salutis. Fama aegre quidem restituitur, sed restituitur tamen. Vita semel amissa nunquam recuperatur. Stultum est cum eo contendere, cui par esse non possis. Qui certat cum eo, quem non potest uincere, quaeso quid aliud quam irrita crabrones? Frustra nitendo, nihil aliud quam odium querere, an non extrema demerentia est? Si aduersus naturam tuam niteris, nihil aliud quam cum dijs pugnaueris: & scis quomodo res ea successerit gigantibus. Quato cum periculo tentatur ea quae uires nostras superant, Phaetontis, Icaris, & gigantum fabula te docere poterit. Quam non tuum sit audacem esse erga potentes & armatos, Adonidis interitus docere nos debet.

QUIBUS RESPONDENDUM EXHORTATORI.

Cum ego id ipsum destinarem, addidisti calcar sponte currenti. Video quam faueas gloriae meae. Itaque dabo opera, ut non solum iudicio de me tuo, uerum etiam studio satisfaciam. Quamquam ipsa res iam dudum inflammarat animum meum, tamen non mediocre calcar addidit tua tam amica exhortatio. Utinam fortuna, & meo animo, & tuo studio respondeat. Non alia ratione poteris me magis deterrere, quam qua me conatus es incitare. Ais quicquid praescriperem, omnes habituros oraculi uice. Absit ut in negotio tam periculoso, meam auctoritatem quisquam sequatur. Strenue tu quidem suffundis aquam, quod aiunt, sed mihi magis optulatore opus est, quam hortatore. Quin ipse capessis ad quod me instigas? Si uideres uires meas esse pares negotio, nihil esset opus, qui adderet animum. Animi satis est, si tantumdem esset uirium. Nam tu equum, quod aiunt, in campum prouocas. Te quidem autorem nihil non audebo. Iste tuus animus tam feliciter ominans, mihi fuerit auspicijs uice. Nutantem animum, tua exhortatio totum impulit in curam huius negotij. Omnis iacta sit alea. Nos tuis auspicijs, rem fortiter aggrediemur. De exitu uiderint superi. Nos quod in nobis est, fortem & erectum animum praestabimus. Age, nos uela uentis pandemus. Tantum ut fortibus ausis aspirerent superi. Utinam, quemadmodum addis animum, ita possis & successum rei dare. Tanti est apud me tua auctoritas, ut te autorem non dubitem uel in medio saltare foro. Quis tam est Therites, quem ista tua tam ardens oratio non faciat uirum? Acres stimulos addidit tua exhortatio, sed iam currenti, ut aiunt. Quod mea sponte faciebam, id tuo hortatu multo faciam alacrius. Ut forti militi tubae sonitus ad praesidium addit animos, ita tua exhortatio me satis iam animatum, reddidit alacriorem. Ut qui monet quasi adiuuat, quemadmodum ait Plautus, ita qui hortatur, qui acclamat, qui applaudit.

DE EPISTOLA SUASORIA.

Iam ad suasorium genus ueniamus: quod quidem ab illo superiori non admodum abhorret. Nam ut illic, ita hic quoque laudem, spem, expectationem, cohortationem nonnumquam admisceamus. Complectitur autem hoc genus uarias epistolares species, quas separatim tractabimus. Nam & qui petit suadet, & qui commendat, & qui consulit, & qui monet, & qui consolatur. Suasoria igitur epistolam hoc pacto licebit instituere. Si res postulabit captanda paucis est beneuolentia. Id quemadmodum fieri conueniat, a rhetoribus diligenter monstratum est. Deinde narrationem subiiciemus, in qua omnia ad suadendum aecommodabimus, & tanquam argumentorum semina iacemus. Deinde si res ipsa partes in se continebit, eas cum diuisione proponemus. Quod si simplex erit, ipsi nostro ingenio diuisionem faciemus, & rationum capita, a quibus potissimum sumus suaturi, sub distributione, ut diximus, enumerabimus. Deinde singulas rationes uarie, copioseque tractabimus. Si quid uehementer nostrae rationi uidebitur officere, id statim in principio destruemus: aut ut quicquid incidit, ita confutandum erit. Sed de rationum inuentione prius, postea de earum tractatione praecipiemus. Sumuntur autem rationes ab his potissimum partibus, honesto

Cuius partibus constat suasoria epistola Narratio

Diuisio

Confutatio Enumeratio partium a quibus honesto

honesto, utili, tuto, iucundo, facili, necessario. Honestum autem diuiditur in rectū & laudabile. Rectum in uirtutē & officium. Virtus in prudentiam, iustitiam, fortitudinē, temperantiam. Prudentia, in intelligentiā, memoriā, prouidentia. Iustitia in naturam, consuetudinē & legem. Natura in religionē, pietatem, gratiā, uindictationē, obseruantia, ueritatem, pactum, par, iudicatum. Fortitudo, in patientiā, magnificentiā, fidentiam, perseverantiam. Temperantia, in continentiam, clementiam, modestiam. Honestū est, quod propter se est experendum. Rectum, quod cum uirtute fit & officio. Virtus est animi habitus, rationi consentaneus. Officium est uirtutis, ad unamquamque personā accommodatio. Id sumitur ab eate, sciētia, dignitate, professione, alijsq; circūstantijs: ut aliud est officium militis, præceptoris, discipuli, consulis, prætoris, nobilis, plebei, obscuri, senis, iuuenis, docti, indocti, uiri, foeminae, cōiugati, coelibis. Quæ quidē officia pro loco, tempore, & rerū conditionē uariantur. Prudentia est rerum multarū memoriā, & usus complurimū negotiorum. Memoria est, per quam animus præterita repetit. Intelligentia est, per quam ea quæ sunt, perspicimus. Prouidentia est, per quam futurum aliquid uidetur, ante q̄ fiat. Iustitia est æquitas, ius unicuiq; tribuens, pro dignitate cuiusq;. Natura ius est, quod nobis non opinio, sed quædam uis innata insecuit. Religio est uis insita quæ deo sum metu, & cęrimonijs hominem ducit. Pietas est in parentes, aut patriā aut alios sanguine iunctos officium. Gratia est officiorum, honorū, & amicitiarum memoriā, & remuneratio. Vindicta est quæ uis, & contumeliā defendēdo aut ulciscēdo populū sat, per quam peccata punimus. Obseruantia est, per quam ætate aut sapiētia, aut dignitate aliqua antecedentes ueneramur. Veritas est, quæ nos mouet ut rem sicuti est & sicuti scimus dicamus. Consuetudo ius est, quod sine lege propter uetustatem, æque ac legum ius sit, uisitatū est. Pactum est, quod inter aliquos conuenit. Par est, quod inter aliquos commune & æquale est. Iudicatum est, de quo alicuius, uel aliquorū sententiā iam constitutum est. Lex ius est, quod aut populū, aut imperatorū iussu constitutum est. Fortitudo est rerum magnarum appetitio, & rerum humilium cōtemptio, & laborum cum utilitatis ratione perpessio. Magnificentiā est rerum magnarum, cum ampla animi cōgratatione administratio. Fidentia est per quam animus in magnis & honestis rebus multum in se fiduciae certa cum spe collocauit. Patientia est rerum arduarū, ac difficilium honestatis, ac utilitatis causa, uoluntaria, & diuturna perpessio. Perseuerantia est in ratione bene considerata, stabilis & perpetua permansio. Temperantia est rationis in libidinē, atq; alios non rectos impetus, animi firma, ac moderata dominatio. Continentia est, per quam cupiditas, consilij gubernatione regitur. Clementia est, qua animi temere in odium concitati, comitate retinentur. Modestia est, per quam pudor honestus, clari & stabilem comparat autoritatem. Hæc sunt quæ honesta appellantur, propter se expetenda. Quæ his autem contraria sunt, turpia nominantur, & propter se sunt fugienda. Et quoniam uirtutibus uitia sunt finitima, non difficile erit, quamuis rem uel ad laudem, uel ad reprehensionem retrahere: idq; uel à nominis deprauatione, uel ab aliqua circūstantiarum. Sed hæc rhetorum sunt, & ex eorum præceptis mutanda. Laudabile est, quod conficit honestam & præsentem, & sequentem commemorationem. Id ex officio & uirtute nascitur, neq; unquam ab honesto separatur. Utilitas in conseruatione præsentium & comparatione sequentium commodorum, & in eorum quæ his sunt contraria, euitatione consistit. Commodorum uero, quæ & bona appellantur, quædā sunt corporis: ut forma, uires, facultas, & eiusmodi: quædam animi, ut docilitas, celeritas ingenij, memoria felix, bonitas naturæ & indolis. Ad hæc quæ nostra paramus industria, eruditio, magnanimitas, temperantia, ac cæteræ uirtutes: quædā fortunæ, ut honores, magistratus, opes, amici, & eiusmodi. Horum, ut quicq; tractandū sit, ne sim prolixior, à rhetoribus peti iubebo. Tantum argumentandi formas annotabo, quæ rhetori conueniant; nam eas quas in tres figuras digessit Aristoteles, magna ex parte frigent, etiam in philosophorū scriptis. Atque inter recognoscendum plane comperi, hoc ab alio quopiam allatum fuisse, qui nactus sit hæc in schedis meis, ex rhetorum præceptionibus, in alium quempiam usum decerpta. Non resecuimus tamen, quod in his magis desideraremus aptam tractationem, quam utilitatem.

De

DE COMPLEXIONE, ET CAETERIS ARGUMENTATIONUM ORATORIARUM GENERIBUS.

Complexio est, in qua utrumuis concesseris, reprehēditur. Vae, si tibi bonus præceptor fuit, quid insectaris bene meritum: sin malus, cur reuocas? Poetas desine calumniari, quos si ipse didicisti, cur in alijs reprehēdis, quod ipse feceris? sin, quod magis credo, nō didicisti, cur quod ignoras calumniaris? Pater si maritū improbū noueras, cur me illi collocastris? si probum, cur distrahis? Gabiniū admonendū non censo: nam si probus est, nō est reprehēdendus: sin improbus, admonitionē tuam cōtemnet. Miserū est habere uxorem: nam si formosa sit, metu angeris: sin deformis, hoc ipso miser eris, quod deformē habes. Si meministi, obtundā: sin obliti estis, quū re nihil egerim, quid uerbis efficere possim? Stultum est, cuiquā absenti obrectare: nam si amicus est, cur presentem potius nō admones? sin inimicus, cur odiū eius irritas, & illi nihil noceres? De futuris euentis angere metu non debemus: etenim si bona sint, frustra metumus: sin aduersa, infelicitatem duplicamus. Deprauata autem complexio dicitur, quū aut utraq; pars, aut altera conuertere potest, & in aduersarium retorquerit: ut illud apud Aul. Gellium: Intendo tibi si tem: si persuasero me nihil debere, non reddo mercedem, quia persuasisti: sin mitius persuasero, nihil debeo: neque enim didici artem. Sic utraq; pars conuertitur: Si persuaseris te nihil debere, dabis, quia didicisti artem: sin minus persuaseris, rursus accipiam, quia non persuasisti. Accusandus omnino non est: nā si ueretur, quid eum accusas, qui probus est: si non ueretur, quid eum accusas, qui id parui æstimet? Inuerte partem priorem: Imō si ueretur, maxime est accusandus, ut corrigatur. Inuerte posteriorem sic: Imō si non ueretur, hoc ipso est accusandus, quia improbus. Complexio, quæ ex oppositis partibus constat, refelli non poterit, ut hæc: Non sum accusandus, si aliter euenit quam putauit. Nam si sciebas id non profuturum, tu potius es accusandus, qui quod Reip. utile uidebas, præsens conticuisti: sin nesciebas, nec hic sum accusandus, cum & tu eiusdem futurorum infelicitas reus sis. Enumeratio est, in qua pluribus rebus expositis, ac cæteris infirmatis, una reliqua necessario confirmatur, hoc modo: Si illum ab hoc dicit occisum, quum sine cautione sanquam suscipiatur maleficium, necesse est, aut metu, aut odio, aut spe alicuius commodi, aut amici alicuius gratia ab hoc esse occisum: sed neq; odium, neq; metum, neque spem intercessisse, neq; ad amicum aliquem mortem eius pertinere, probare poteris. Relinquitur ergo ab hoc non esse occisum.

ALTERVM EXEMPLVM.

Quoniam hunc fundum constat meum fuisse, quem tu nunc possides, necesse est aut hereditate tibi obuenisse, aut te uacuum occupasse, aut hunc emisse, aut usu tuum fecisse, aut certe me inde uideicisse. Me uiuō, mea res hereditate tibi obuenire nō potuit. Emptio nulla profertur. Vacuum, quod meum fuisse constat, possidere non potes: usu tuum non fecisti. Relinquitur igitur, ut ui me à mea possessione deteceris: Hæc argumentatio confutatur, si aut unum aliquod membrum, quod ab aduersario præteritum erat, proferatur: aut si unum quippiā ex his quæ prolata sunt, falsum ostenditur. Vt si dicat eū agrum sibi datum esse, quod ille in enumeratione præterierat: aut si emptionem proferat, quod alter in enumeratione negarat. Simplex conclusio, est argumentatio, in qua ex eo quod antecedit, aliquid consequi necesse est, hoc modo: Si hunc hominem in prouincia constat fuisse occisum, ab hoc qui tum Romæ fuit, occidi nō potuit. Item: Spiritus, igitur non est mortuus. Peperit, igitur cum uiro concubuit. Cum uiro concubuit, igitur uirgo non est. Homo est, igitur animal est. Poetas nouit, igitur didicit. Hæc argumentatio confutatur, si non coherere consequēs ostēditur: ut, Si mater est, diligit filium. At Medea (dicit aduersarius) filium interfecit. Poeta est, igitur lasciuus. At Prudentius continētissime uitæ fuit. Sunt enim quædam, quæ probabiliter quidem, ac iuxta sensum communem, sed neq; necessario, neq; perpetuo consequuntur. Ferē fit ut iuuenes illaqueentur amoribus, sed reperias castissimis moribus præditos. Aut si quod antecedit negabitur: ut si in primo exemplo dicat aduersarius, eum non Romæ, sed in prouincia fuisse. Subiectio, est argumentatio, in qua querimus, quid pro aduersario, aut cōtra nos dici possit. Deinde per singulas interrogationes, prope subijcimus rationes, quibus id quod dictū est, non ita esse ostendimus, hoc modo: Quaro igitur, unde iste extēti, tam pecuniosus sit factus? De simplici conclusione De subiectio- ne

Tom 1.

G

patrimo

Conclusio nistraret: Nihil plus sapit is, qui improbi & ingrati demerēs, causam illi præbet, cur se perditū uelit. Quare cum nostro beneficio summū malum nobis parari intelligamus; & quemadmodum amico nostro cesserit, uideamus, ipso Oreste uidebimur infaniores, si posthac improbum hominem nostris beneficijs demereri uelimus.

ALIVD EXEMPLVM.

Proposito Sapiētis est famæ suæ longe diligentius, quàm opibus suis, non minus uero diligenter quàm uitæ consulere. Minus siquidem damni, & incōmodi accipit, qui pecuniā, aut etiam uitam amittit, quàm qui famam. Pecunia enim amissa sarciri potest, fama semel amissa, in integrū restituitur nunquā. Et uita quidem corporis, quum certos à natura terminos acceperit, in longum tempus extendi nequit. Fama uero hominis quæ est altera, et potior uita nostra, etiam post cineres, & rogam superest. Vitam igitur quisquis eripit, rem admittit, qua nullo etiam auferente, diu frui non poteramus. At famam qui eripit, re immortalis, & pulcherrima nos spoliat. Quod ueteres recte intellexisse mihi uidetur, qui non pecuniam modo, uerum etiam uitam ipsam effundere non dubitabant, quo nomen suum quàm maxime prorogarent, multos fuisse eo animo legimus, ut postquam se fama spoliatos uiderent, ne causam quidem esse putarent, cur diutius in uita manerent. Adeo grauius famæ, quàm uitæ dispendium iudicabant. Quod si homines ipsi rebus maxime timere uideamus, quæ cum sint preciosissime, facillime tamen perduntur, ac difficillime restituitur: sapiens existimandus nō est, qui famæ, quæ neque restitui potest semel amissa, & qua nihil habet homo preciosius, non multo diligentius consulendum putat quàm pecuniā, aut etiam uitam. Potest etiam tribus duntaxat, aut quatuor partibus confici collectio: si uel confirmatio, uel expositio, uel utraq; omittitur. Ratiocinatio est, argumentatio perfectissima, quæ a cōmodatione assumptionis, ad id quod propositū est, elicit conclusionem. Hæc quoq; sicut collectio paucioribus partibus constare potest, tamē ea quæ perfectissima putatur, quinque partibus consumitur: Propositione, ratione, propositionis assumptione, assumptionis ratione, & complexione. Propositio est per quam breuiter et locus proponitur, ex quo omnis emanat uis argumentationis. Ratio est, quæ demonstrat uerum esse, quod propositum uno, pluribusue argumentis. Assumptio est ratio per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Assumptionis ratio est, per quam id quod assumptum est, confirmatur. Complexio est, per quā id quod ex tota argumentatione conficitur, exponimus hoc modo. Omnes qui causam habent ad suscipiendum facinus, si uita eorum à maleficio non abhorret, libenter maleficio suscipere solent. At Vlysses interficiendū Aiācis summam causam habuit: nec est homicidium ab eius uita alienum. Vlysses igitur interficiendū Aiācis maleficio suscepit. Hæc est ratiocinatio tripartita, omnis rationibus. Hanc quinque partibus hoc pacto tractabimus. Omnes homines, iudices, quorum uita per consuetudinem à scelere nō abhorret, odio sic mouentur, ut uehementer exoptent suas inimicitias, quouis explere facinore.

De ratiocinatione Nam eiusmodi homines, qui manus semper iniusto sanguine cruentas habere consueuerunt, quū nō possint à uicio animi recedere: non solū, quū aut ita accidit, ut cōmodo consequantur, aut incommodū maleficio uitent, mouentur ad facinus: uerum etiam ipsi causas quarunt, quibus socio iniurias manus adferant. Etenim si boni uiri cauendū putant, ut ne causam quidem habeant, qua prætermittere officium compellatur, hos crudeles uiros, hos iniquos, qui semper sanguine gaudent, non mirū est interficiendū hominis causam querere. Præterea, si boni nonnunquā metu, aut inimicitijs à recta uia qua semper uixerunt depulsi sunt, quis nō credat homines prauos cōmodo suo moueri, ut cōseruare consuetudinē suam uelint? Illi uirtutē sibi solitam utilitate decepti omittunt: hi officium quod nunquā obseruauerunt, quum utilitatē scelere adipisci se posse intelligunt, obseruabunt. Videlicet ignoratis, iudices, quāta uis sit iræ: quid inimicitia possint, quid odium pariat? Nō dico hic beluas irā & odio moueri, ut alteri noceant. Nō dico multos sapientissimos uiros, odio atq; ira permotos, temperare sibi non potuisse. Præterire melius est, quot urbes, quot regna, quot gentes infectæ odio iacent. Quare iudices, si etiā bonos inimicitijs corrumpi uideatis, huiusmodi homines qui per consuetudinē à maleficio abesse non possunt, odio motos, obruticare inimicū uoluisse dubitatis? Et Vlysses acerrimus inimicus, capitaliq; odio ab Aiace dissidebat. Scitis enim oēs, scitis: nec opus est, ut altius re

uobis

uobis aperiam, quem in illum animum gessit, post iniquissimam illam contentionem armatum. Scitis timidum hunc hominē, qui nihil unquā uirtute animi, omnia fraude egerat, fortissimū hominem, acerrimum hostem, inimicorū persecutorē, iniuria lacepsitum uehementer extimuisse. Intelligebat enim nisi uitam illi eriperet, se incolumem esse non posse. Consueuerat, si manifeste non poterat, quouis modo aduersarios aggredi, cui rei Palamedis indigna mors testimonio est, quem quum prudentia omnes superare uidebat, non ignoratis qua prodicione, quibus insidijs, qua inuidia motus, occiderit. Atq; ex illo nullum periculum metuebat. Atacis metu conficiebatur. Hac in re inuidia, odium, ira, & metus simul cōcurrunt. In Palamedem inuidia solum mouebatur. Quare iudices, huiusmodi homines, uel parua de causa maleficia suscipere solent. Hic autem odio acerbato Aiācis, ac metu percussus erat. Nō est audiendus, si neget se Aiacē interficere uoluisse. Propositiones autem, à principalibus causarū locis inueniuntur, ut in coniecturali statu, à petitione testium, hoc modo: Sine testibus non est audiendus aduersarius. In negotiali constitutione, à lege hoc pacto. Nō oportet aliquid innouari contra leges. His contraria, ut non sunt omnis rei petendi testes: plurima enim flagitia occulte committuntur. Et hoc tempore contra leges aliquid innouare oportet. Si uero id quod ab aduersarijs propositum est, aut proponi poterat resellere uoluerimus, tum utendū erit, propositione, sublatione, appositione, solutione. Propositio est, sublationis sollicitatio Exemplum, Nec me clam est, quid callidissimus senex calumniatur. Sublatio est aduersarij, Exemplum, Nō debuisse me cōtra pactiōē discedere. Opposita propositio est, solutionis sollicitatio. Verū id quod frivolum sit, non est difficile ostendere. Solutione secundarijs locis confirmabimus, hoc modo: Reticule enim mihi pactiōem allegat, quam ipse prior soluit. Cōuenerat, ut biennū abs me doceretur, fateor: uerū ea lege, ut ille mores in melius mutaret. Nūc quū ex malo factus sit pessimus, ab utro nostrū est pactiō uiolata? nepe ab isto.

ALIVD EXEMPLVM.

Nec audiēdos theologos puto, qui poetas legendos negent, quod uerborū nitore legentis animū uehementer alliciant. Quid enim magis pro poetis dici potest? Nam si, ut fateatur, poetæ mira quadam dicēdi polittie, uenustateq; delectant: quū ea uoluptas non modo à turpitudine ablit, uerum etiam summā adferat utilitatē, causa est ostensa, cur maxime poetas legere debeamus. Rationes porro, quibus propositiones cōfirmantur, inueniuntur à circumstantijs quæ sex numerari solent, persona, res, causa, locus, tempus, modus: quibus additur à nonnullis septima, materia. Persona est, quæ ad aliquā rem cōfirmandam, uel infirmandā capitur, hominis conditio. Persona est duplex. Vna extra causam, ut maiorū aliorū iudicum, auditorum. Alia in causa, ut accusatoris, rei, iudicis, testium: Persona in decem partes distribuitur, Nomen, naturam, uictum, fortunam, habitum, affectionem, studia, facta, casus, orationes. Additur & cōsiliū. Nomen propriū, ut Gato Sapiens, Aristides Iustus, Metellus Numidicus Pius, Pōponius Atticus, Melanius Polynices, Petrus Candidus. Nomen cōmune ciuitatis, aut gentis, aut prouinciæ, ut Pœnus perfidus, Græcus seuis, Athenienses studiosi, Romani bellaces. Ab his sæpe rationem ducimus, maxime in genere demonstratiuō, nomen fortuito impositum in calūniam trahentes. Ut, Hic uero nomine Niger, nomen ex re habet. Credo hoc nomen non fortuito, sed præfatio quodam & omine contigisse. Aut inuertimus nomen: ut, falso nomine Innocentius, quum nihil sit eo nocentius. Candidus quum præter nomen nihil habeat cādidi. Aut per antiphrasin, ut Vigilantius dictus, quum Dormitatus merito debeat appellari. Fingimus & ipsi nomina, de quo suo loco dicemus. Nihil enim ad rationum inuentiones ea res atinet. Natura aut diuina, aut humana, & mortalis est. Diuina sumitur ex augurijs, extis, omnibus, prodigijs, oraculis, diuinitus dictis. Mortalis natura diuiditur in sexum, ut uir, mulier. Nationem; ut Græcus, Barbarus. Patriā, ut Romanus, Atheniensis: Cognationē, ut nobilis, ignobilis. Aetatem, ut puer, iuuenis, senex: Dignitatem, quæ in commoda animi & corporis distribuitur, siue etiam incōmoda. Animi autem commoda, & incōmoda sunt, ut acutus, hebes, memor, obliuiosus, prudēs, stultus, timidus, audax: dum hæc insunt à natura, non industria comparata. Corporis autem sunt, ualetudo, imbecillitas, longitudo, breuitas, formositas, uelocitas, tarditas, candor, suscedo, item & nasutus, hirsutus, glaucus, & huiusmodi. Vicus distribuitur in

Tom 1.

G 3 educa

Assumptio cus, capitaliq; odio ab Aiace dissidebat. Scitis enim oēs, scitis: nec opus est, ut altius re

Complexio

De propositionis inuentione

De exornanda propositione

De rationum inuentione

Persona que consideranda in unaquaque persona

Natura

Vicus

educationem, apud quos, quo modo, & cetera. In usum, ut quo in negotio, quo quaeratur sit occupatus, & cetera. In mores, ut libidinosus, an frugi, auarus, an liberalis, & eiusmodi. In fortuna considerandum est, seruusne sit, an liber, pecuniolosus, an tenuis: exul, abdicatus an secus: priuatus, an cum potestate: fortunatus, an infortunatus. Afectio est animi, & corporis ex tempore aliqua mutatio, ut uultus, laetitia, tristitia, cupiditas, metus, titubatio, pallor, rubor, tremor, oculorum suffusio, gestus insolitus, incessus modo citus, modo tardus, quae inter signa coniecturalia numerantur. Habitus uirtutes, & uitia corporis & animi complectitur, quae non insunt a natura, sed industria sunt comparata, ut uelocitas, robur, ingenium, memoria, probitas, eruditio, facundia & huiusmodi. Studium est uehemens animi ad rem quampiam applicatio, ut medicus, orator, poeta, theologus, miles, uel equorum studiosus, & eiusmodi. Facta casus, & rationes, ex tribus temporibus considerantur. Ex praeterito quid fecerit, quid illi acciderit, quid dixerit. Ex praesenti, quid faciat, eueniat, quid dicat. Ex futuro quid facturus sit, quid illi euenturus sit, quae diciturus sit, aut ipse aut eius socij, ciues, maiores, amici, inimici. Cōsiliū est faciēdi excogitata ratio. Res est totius negotij certis signis cōflata cōplexio, quae potissimum in epilogis adhiberi solet. Causa diuiditur in impulsionē, rationationem. Impulsio est temerarius impetus animi ad aliquid faciendū, aut nō faciendū, ut ira, cupiditas, uolētia, timor, furor, & omnis animi perturbatio. Rationatio est quae cōmodorū comparatione, aut incōmodorum uitatione, ad rē hortatur. Ea cōsistit in cōmodorum adeptione, retētionē, augmētō, aut incōmodorū euitatione, reiectione, diminutione. Est autē duplex causa, principalis & accessoria. Principalis, ut occidit hominē ex quo pecuniae maximā summā sperabat. Accessoria, praeterea non ignorās se Clodio, huius inimico acerrimo rem gratam facturū. Locus opportunus, an importunus, angustus, amplus, nemorosus, montuosus, longinquus, an propinquus, celebris an desertus, sacer an prophanus, publicus an priuatus. Modus, clam an uis, palam an occulte: persuasione an sponte: audacter an captiose: insciēs an prudens: amore an odio. Materia, fuste an gladio, arcu, ueneno, incantationibus. Nunc quo modo rationes a circūstantijs inueniatur, exempla subiiciamus. Proditor es patriae Catilina. nisi huius rei testes Cicero produxerit, nō est audiendus. Ea enim nobilitate, his maioribus natus sum, ut sine testibus, id de me suspicari nō debeatis. Atque ideo magis expellendus est Cicero, quū hec sine testibus dicat, quod mihi semper inimicus fueris, et nobilitati (ut pote nouus homo) infestus. Nā uestra prudentia, iudices est eam potestatem, talibus uiris non cōcedere, ne fictis argumētis nobiles homines circūueniāt. Nō enim tantis sceleris suspicionē sine testibus approbare debetis. Praefertim in hac republica, in qua leges sanctissime semper sunt conseruatae. Atque ideo magis expellendus, ne si fictis argumentis locus dabitur, multos nostrū, hi noui homines inuadere conentur. His praefertim temporibus, quibus ignobilissimū animi, in nobilitatem sunt accensi: & ea licentia uiuunt, ut nemo falsa crimina non excogitet. De circūstantijs haecenus, unde rationes propositionum inueniuntur. Nunc de confirmationum inuentione. Profluit autem omnis confirmationum

E X E M P L V M.

Oportet tempore belli ob ciuitatis emolumentū aliquid innouare. Et maxime nobis Romanis id licet, qui semper ad utilitatem Reip. aliquid noui solemus excogitare. Maiores enim nostri ex cōmodo reip. reges expulerunt, & decemuiros cōtinuare imperium passi sunt: & tribunos plebis sacrosanctos constituerunt. Scipionem ante tempus cōsulem creauerunt. Si paterfamilias multa e re sua, innouare non ueretur, senatus ob reip. cōmodum quippiam innouare non audebit. Si tempore pacis innouare quicquā solemus, tempore belli, quum res postulat, est innouandum. Profluit expolitio a circūstantijs, unde & rationes. Est autem expolitio, quiddam ex ratione, confirmationeque cōflatū, hoc modo. Continuare Scipioni imperium, uel contra leges oportet. Nam & maiores nostri ex utilitate reip. decemuiros facile continuare imperiū passi sunt. Atque illi tunc in pace, nos coacti bello quid faciemus? Et illi ad ornandam temp. nos ad defendendam libertatē faciemus. Et illi decemuiros continuare imperium simul passi sunt, nos unum solum modo non patiemur: Et illi Appium Claudium hominem, ut res docuit, libidine perditū, atque tyrannicum, nos Scipionem, qui ea continentia exempla dedit Numantiae, ut omnium probatissimus

probatissimus uideretur. In exornationibus uero longe aliter de expolitione praecipitur. Hoc inueniendus est studiosus, sicut ad unam propositionē confirmandam, plures rationes adferri possent, ita unamquamque rationem pluribus confirmationibus posse muniri: & item ad confirmandas singulas, plures expolitiones posse adhiberi. Verū quemadmodū rationes propositionibus breuitatis causa nonnunquam admiscetur, ita cōfirmatio rationi, cōfirmationi expolitio intextitur. Est igitur hoc loco expolitio, siue Enthymema, oratio quae a circūstantijs ad confirmationē non sine collatione fertur. Enthymema est quae adfirmata addita enthymemati acuta excogitatio. Exempli causa, Coriolani factum plusquam hostile nobis uideri debet: tyrannicū enim est patriā expugnare. Hostes enim oppugnandi nō sunt, quibus hic maiori odio est prosequendus, quod illi alienam, hic suam patriam oppugnat. Et cui plurimū debet, hanc euertere conatur. Fluit quidem comprehensio a circūstantijs, sed approbatur a quadam, aut totius in minora, uel pauciora, incisione, aut similitudinem enumeratione, aut fictoria ratione, quae oppositum rei cōfingat.

E X E M P L V M.

Simulat nō amat puella, quae si uirum quempiam amaret, non ego te ueneficū accusarē. Si te ipsum arderet, artes tuae mihi suspectae nō essent. Si alium quendam furorē fureret: si alia aegritudine laboraret, nō te accusarem. Pater tres semel interfecit filios, si duos interfecisset, si unum solum, si non filium, tamen moleste ferretis. Misit centum talenta Philippus Atheniensibus, quibus Demosthenes sibi traderetur. Non si mille daret, nō si decem milia, non si ciuitates, gentes, prouincias, regna simul omnia cōferret, Demosthenē qui Graeciae libertatem, tum prudentia sua, tum eloquentia tutatus est, tradituros putarem. His ego talentis, nō dico Hyperidem, aut Aeschinē, sed ne plebeū quidem quempiam, aut opificem, aut omnino ciuem infimum traderem.

A L T E R V M E X E M P L V M.

Ego si tuos filios (si modo tui dicēdi sunt, quos crudelissime trucidasti) aut uerbis affectus, aut exilio, & abdicatione notasses, moleste tamen etiam ferrem, tot pulcherrimos iuuenes uel clarissimo patriae solo priuari, uel indigne uerbis caedi. Nunc uero quum nō abdicatione, nō exilio, non uerbis, sed morte tres simul abstuleris non expostulem: non accusem: nō grauius feram. Et qui si unum interfecisset, exclamarē, nūc tribus necatis, silebo. Inueniuntur item argumenta, et rationes a locis topicis, nepe a genere, specie, differentia, proprio, definitione, toto, partibus, causis, effectibus, uisibus, functionibus, diuisione. Genus est, quod cōtinet speciem. Ad generis negationem, cōsequitur & speciei remotio, non contra, ut: uirtus non est, igitur nec iustitia. Animal non est, igitur nec homo. Remota specie, nō cōsequitur remotio generis, sed affirmata specie, sequitur affirmatio generis. Iustitia nō est, igitur uirtus nō est, non cōsequitur iustitia est, igitur uirtus est, cōsequitur. Ad remotionē tamen totius generis, cōsequitur remotio cuiuslibet speciei. Rursus ad affirmationem totius generis, cōsequitur affirmatio uniuscuiusque speciei, ut, omne argentum legauit, igitur & coelatum legauit. Omnibus sciētijs operā dare iubemur, igitur & poeticae. Nulla uirtus est principi negligenda, igitur nec clementia. Remouetur tamen necessario genus, si quis formas eius omnes per enumerationem negauerit hoc modo: Nam quod nec ratione utitur, nec brutum est, id ne animal quidem est. Differentia est, qua genus diducitur in speciem. A differentia aequaliter inferitur, & remouetur species, quam constituit. Genus autem comprobatur, non improbat, ut supra dictum est de specie: ut, si sentit, est animal, si ratione caret, homo non est. Ratione non caret igitur & animal est. Nam si ratione caret, non statim animal nō erit. Propriū est, quod soli speciei accidit, ut homini risus. Id, quemadmodū differentia, id cuius est proprium positum, infert, remotū aufert. Vt, quod risibile est, id hominem esse necesse est. Quod risibile non est, id ne homo quidem dici potest. Si tyrannicū propriū est tyrannum occidere, hic tyrannū occidit, igitur praemio donandus. Hoc quoniam proprium non est, sic confutabimus, Si tyrannū occidere, tyrannicū propriū est, carnifices, quibus tyrannos occidendos tradimus, tyrannū occidunt: carnifices igitur praemium accipiant. Definitio est cuiusque rei breuiter, & absolute potestate cōplectens oratio. Haec cum re definita cōuertatur, necesse est: ut, Si animal rationale est, igitur & homo: Quod nec animal est nec

De Enthymema, & Enthymemate

Propositio

Ratio a re

Confirmatio a contrario

De comprehensione

A fictoria ratione

A similitudine enumeratione

Ab incisione totius in pauciora

Ab incisione in plura

Ab incisione in minora

Ab incisione totius in pauciora

A genere

A specie

A differentia

A proprio

A definitione

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

rationale

A disparatis nam uiridis, aut ruber esse potest. **A disparatis**: Disparata genere sunt, quæ sub eodem genere posita, diuersis differentiis, uel proprijs separantur. Quæquam etiam quæ distat, disparata possint uocari: ut, Si homo est, igitur nec alinus, nec deus &c. Tu quum decem pondo argenti depofueris, qua fronte auri tantundem repetis? Marmoream domum diruisti, & reponis latericiam? **A transumptione**: Philosophus non inuidet, quoniam nam nec sapiens. Distinguitur hic locus ab interpretatione, quoniam hic nihil exponitur, sed à uerbo notiori, minus notum inferitur, illic nominis ratio affertur, hoc modo: Sapiens non inuidet, philosophus amator est sapientiæ: igitur non inuidet. **A coniugatis**: Si rhetorice uirtus est, rhetorem studiosum esse necesse est. **A casibus**: Si ingratitude turpis est, turpiter igitur facis, qui bene merito gratiam non referas. **A diuisione**: Diuisio fit, aut per negationem, aut partitionem. Per negationem hoc modo: Aut utile est bellum indicere, aut non: sed non est utile bellum inferre, igitur quiescere utile est. Partitio autem aut est generis in species: ut, Animalium quædam ratione participant, quædam sunt rationis expertia, aut totius in partes, aut uocis in significata, aut subiecti in accidentia, aut accidentis in subiecta, aut accidentis in accidentia. Sed de his hæcenus satis, iam ad partes suasorio generi proprias redeamus. Tutum, quod ad incolumitatem pertinet. Iucundum, quod uoluptatem aut animi, aut corporis, aut utriusque adfert. Facile, quod sine periculo, aut negotio fieri possit. Necessarium, quod aliter fieri nequit. Cætera à rhetoribus præceptis petantur. Nemo putet omnibus his partibus semper in suadendo utendum esse, quod perlongum foret, præsertim in epistola. Sed quot incident, & quanta ex parte, ex tenuis attingere sat fuerit. Conciliato igitur eius animo, cui scribimus: deinde si incident, subiecta narratione: tertio loco id quod suadere, aut dissuadere uolumus, cum amplificatione quadam est proponendum. Deinde post diuisionem, aut etiam omnia diuisione: ratio, aut multæ rationes sunt subdenda: rationibus confirmationes subiungendo. Confirmationi ipsi nonnunquam altera confirmatio firmamenti causa apponitur. Deinde rem locupletabimus, exemplo, autoritate, prouerbio, sententiâ, simili, dissimili, contrario. Quæ ita inter se miscbimus, ut nunc à ratione ad simile, à simili ad exemplum, ab exemplo rursum ad rationem, uel eandem alijs uerbis uestitam, uel aliam ueniamus. Nam ab exemplis rationes nonnunquam nascuntur. Item autoritati, sententiæque rationem conuenit subijcere. De exemplorum uarietate iam diximus. Similia ex omni rerum genere petuntur, quare plurimorum animantium, herbarum, aliarumque rerum species & naturas cognitas, & perspectas habere conducet: autoritates quoque alias philosophorum, alias oratorum, theologorum, historicorum. Quæ si scite intermiscbimus, nunquam deerit quod dicamus, & satietatem uarietate facile uitabimus. In hac uarietate, ex politione, & collectio ne rhetorica diligenter utemur. Huius præcepti uinculæ hoc erit exemplum.

EXEMPLVM EPISTOLAE SVASORIAE.

Beneuolentiâ **capit** **Attentio** **Fides** **Narratio ha-** **bens in** **argumentorū** **semina**

Quæquam pro tua singulari sapientia, ipse abunde per te sapis affinis iucundissime, nec alienis eges consilijs, tamen hoc uel ueteri nostræ amicitia, quæ ab ipsis prope cunabulis unâ cunctate nobis accreuit, uel tuis summis in me officijs, uel arduissima denique affinitati debere me putauit, si is esse uellem, quæ tu me semper existimasti uirum et amicum, & gratum, ut id quod ad tuam tuorumque salutem ac dignitatem plurimum interesse iudicarem, te libenter ac libere admonerem. Aliena nonnunquam rectius quam nostra perspicimus. Tuum consilium meis in rebus persæpe sum secutus, neque minus felix mihi comperi, quam erant amicis. Nunc si uis in tuis me sequi uoles, futurum arbitror, ut neque me suasisse, neque te poeniteat paruissse. Coenauit apud me sexto Idus Apriles, cum in uilla Montana essem, Antonius Baldus homo, ut scis, tuarum rerum studiosissimus, generis quoque tuo iam inde ab initio coniunctissimus. Triste plenumque lachrymarum conuiuium. Nunciabat mihi magno utriusque dolore, matrem tuam foeminam integerrimam, è uiuis conuersisse: sororem tuam uictu ac desiderio uictam, sterili dicatarum uirginum choro ascriptam esse: ad te unum spem stirpis tuæ redisse: amicos summo consensu tibi puellam summo genere natam, forma præstantem, optime moratam, postremo tui amantissimam, summa cum dote obtulisse. Te uero nescio qua seu doloris impotentia, seu religione, ita concubatum decreuisse, ut nec generis studio, nec sobolis amore, nec amicorum ullis, aut monitis, aut precibus, aut lachrymis abduci possis à sententiâ.

Tutamen

dum, Deinde quæ sunt in eo comoda omnia diligenter colligemus, & amplificabimus: contra uero si quæ in sunt incommoda, quæque illius animum posse deterrere uidentur, ea aut extenuabimus, aut remouebimus, excogitatis quæ plurimis rationibus, & rationum confirmationibus, ac locupletationibus. Qui loci incident communes, ad rem accommodandi sunt, uelut hic incidebat, omnibus rebus in sitam esse uim propagandi sui. Item mille morbis, mille casibus atteri genus humanum. Item quam nihil in hac uita iucundum sine consortio. Item senectutem ac mortem tolerabiliorem fieri, paratis liberis. Postremo uero uidendum quibus argumentationum formis, aut quibus exornationibus ea quæ excogitata sunt, quam commodissime possint explicari.

DE GENERE DISSVASORIO.

In dissuasione omnia incommoda colligemus. Hæc quemadmodum inueniri possint, mox paucis demonstrabimus, quæ quidem meditata, & tanquam ad manum habere oportebit. Proponat autem didascalus aliquod argumentum scite excogitatum, capita rationum, exempla, similitudines: & si uolet dispositionem paucis ostendat, reliqua puerorum ingenij relinquat. Deinde illorum inuenta castiget, mox palinodiam scribere iubeat. Nonnunquam etiam acutiendi ingenij gratia, infames materias proponat. Veluti si quis suadeat paupertatem, exilium, ingratitude, agrotationem, contemptum studiorum, neglectum linguarum, tyrannidem, ut uetulus uetulam ducat, ut domum ducat uxorem improbam. Nihil enim est ita natura bonum, quin ab ingenioso oratore deprauari possit. Hac exercitatione tum copia, tum promptitudo quædam, quauis de re dicendi parabitur. A me modo suatum est matrimonium, ubi pleraque eius uitæ comoda collegi, contra autem coelibatus incommoda exaggeraui. Incommoda uero matrimonij, quæ illic partim extenuaui, partim refelli, ea in palinodia erunt exaggeranda: contra, comoda aut uehementer deprimenda, aut comoda esse neganda.

Quoniam igitur modo erit hæc palinodia instituenda: Aut hoc ipsum argumentum ipsidem positis circumstantijs, in diuersam partem tractabimus: aut fingemus amicum secum hæsitantem, utram uitam uelit amplecti, aut iam nuptias animo destinaisse. Et ut à circumstantijs discamus inuenire argumenta, thema certis personis confictum proponemus, hoc pacto. Petrus adolescens, minimus fratrum suorum, summo ingenio, & iam literis initiatus, matris opera à schola reuocatus, ab eadem ad ducendam uxorem sollicitatur, puellam, & diuitem, & egregia forma. Pater neque uxori, neque filio refragatur, sed liberum illi permittit, ut eligat. Scribit nunc illi fodalis, æqualis, & socius studiorum, conaturque illum à matrimonio deterrere. Hic, ut coniugium quam miserrimum ostendat, omnes eius uitæ ærumnas contrahet, primum ab ipsius coniugij natura. Adducet enim seruitutem, & eam quidem, quam semel admissam effugere nullo modo possis. Nulla enim seruitus, non misera esse potest, quum hominem natura libertatis audium fixerit. Atque hic incidit locus communis, late tractabilis. Ad hæc, quum omnis seruitus misera est, tum illa minime uero conuenit, qua cogimur mulierculis inferuire. Præterea quod mutua est seruitus. Accedit etiam alterum incommodum, quod eam ipsam sustinere cogis & alere, cui inferuis. Nam reliquis in seruitutibus, serui ex dominis pendunt, at illa ex te. Prius ibas, quod uolebas: coenabas ubi uolebas, uiuebas qui cum uolebas, uagabaris, nugabaris, conuiuabaris, lusitabas, confabulabaris. Nunc domi desidendum, coenandum domi, cubandum domi, uiuendum more illius. Quæ si facis, ubi dulcis illa libertas? Sin minus, lites domi paratæ, audienda iurgiosa uxoris conuitia. Res augeri poterit per contentionem. Seruus uernaculus, siue emptitius, uel precio dato, uel ex heri benignitate, sperat libertatem: hic sola mors habet ius manumittendi. At formosa est, non potest non esse uoluptati. Imò si formosa est, certam miseriam effugere non potes. Nam si deformis esset, minus quidem animum uoluptate oblectaret: at rursum metu minus angeret, minus procax esset.

Nunc quum formam suam non ignoret multo erit insolentior. Tum si parum pudica sit, qui tibi iucunda poterit esse uita? Sin pudica, quod haud scio an fieri possit, perpetuo metu cruciaberis, ne te non satis amet, ne corrumpatur, ne mutet animi. Nam si non amet,

II 4 miserum

folium y de i
n totum diligenter

miserum est uiuere cum ea, quam non ames. Sin ames, hæc omnia secum incommoda adfert amor: suspitiones, iniurias, iurgia, rixas, & cætera. Præterea stulti est compedes suas quamuis aureas amare. Quid refert, sineo, an serico fune stranguleris? Deinde extenuabis eam corporis uoluptatem, qua negabis tantos dolores esse emendos. Est enim pecunia prorsus, plena fastidij, plus aloes quam mellis habens: indigna magnis ingentibus. An hæc cuna, tãti est, ut multo dulciores uoluptates relinquant, & tot miseriam adeas? Atque hic rursus incidit locus communis, aduersus eam uoluptatem, quæ ex coitu percipitur, quam quidam non in scite morbi comitalis speciem dixere, Plato escam malorum. Nulla res magis ebeat animi uigorem, nulla magis eneruat uires corporis, nulla magis accelerat senium. Post hæc ostendat rem esse plenam periculosæ aleæ. Hic locus incidet odiosus, de uitijs sceminei sexus, quam pauca bonæ aut pudicæ reperiantur, quam paucos non poenituerit inuiti coniugij. Hæc omnia quæ nimium frequenter accidunt ponet ob oculos. Vxorem rixosam, procacem, impudicam: breuiter his moribus, ut quod frequenter accidit, maritum ad mortem adigat: perennes querelas, dotis exprobrationem, affinium graue supercilium, garrulam socrus linguam, suffosorem alieni matrimonij, liberos impios ac perditos, aliaque quæ plurima collegere, luuenalis, Tertullianus, Hieronymus, & alij qui ~~in hoc loco~~ uires eloquentiæ depromserunt. Atque hinc ueluti gradu facto, descendat ad ea incommoda, quæ felix etiam matrimonij ferè consequuntur: maiorem rei domesticæ curam, studium augetidarum facultatum, adipsos scendorum honorum: huc enim extimulat uxoris fecunditas, morbum filiorum aut uxoris, mortem, luctum, orbitatem. Contra quæ uoluptas sit in literis. Nō posse quenquam simul, & uxori & multis uacare. Quæ dignitas, quæque felicitas uirginitatis. Hic per cōtentiones enumerabit, quæ relinquat, quæ subeat. Sed sine matrimonio genus humanum sustineri non potest, quasi uero desint, qui isto munere fungantur. Istuc alijs relinque, qui humanis rebus sunt nati, tu ad diuina, ad cœlestia factus es. Sunt tibi fratres, quorum opera genus tuum possit propagari, tuum est illud non liberis, sed literis illustrare. Plures filios tibi parabis beneficijs tuis, quam uxor possit gignere. Et septem uero fidelis amat, quos paratis, quam quos genueris. Puta te tot habere filios, quot pueros, quot adolescententes, ad honestas literas, ac piam uitam institueris. Hi parentem non grauant sumptus, non discruciant alendi sollicitudine, imò potius alunt parentem. Et hic est locus communis, longe uerius esse patrem, qui fingit, ac format animum, quam qui generat corpus. Ad horum omnium singula poterunt accommodari exempla, cæteraque quibus ostēdimus orationē locupletari. Hæc indicasse suffecerit, ne plus satis oneremus lectorē.

DE CONSOLATORIA EPISTOLA.

Quam uita mortalium undique plena sit calamitatum, neque multos reperire liceat, quos suæ fortunæ non poeniteat, nullum officium incidit frequentius, quam ut amicorum animos consolando subleuemus. Neque uero mediocre beneficium est, tempestiua & amica consolatio: qua quoties in rebus afflictis, eorum quibus bene uolumus ægritudinem remedi non licet, uerbis saltem lenimus dolorem. Verum scite id ipsum faciamus oportet, ne uelut imperiti medici uulnus crudum adhuc & recens exulceremus potius quam mitigemus. Proinde triplex erit ratio tractandæ consolationis: una simplex & aperta, per quam argumentis declaramus non esse causam dolendi: quum uiro sapienti nihil accideret possit triste præter turpitudinem, neque à quoquam lædi possit, nisi à seipso. Huiusmodi ualidis pharmacis utemur, quoties nobis cum philosopho, aut aliquo uiro cordato reserit. Altera per insinuationem sumenda, quoties aut animus est infirmior, aut dolor recentior, ac cerbiorue, quam ut aperte patiatur sibi admoueri manus. Siue quum erectior est animus eius, quem consolamur, quam ut uideri uelit opus habere consolatore. Nam quemadmodum sunt quidam animo tam excelso præditi, ut quum ægrotent grauius, tamen pudeat medicum accersere, quod ignauum, ac forti uiro pudendum existiment ægrotare: ita sunt qui pudore quodam generosæ mentis, quamlibet magnum dolorem animi premunt ac dissimulant. His hac arte erit obrependum, ut negemus nos consolandi gratia scribere, quum multis modis perspectam habeamus illius eximia sapientiam, tum infractam animi magnitudinem omnibus fortunæ procellis maiorē, tamen si fatebimur casum esse eiusmodi, ut

Triplex ratio tractandæ consolationis

ut alium quemlibet facile possit desicere, tamē non dubitare nos, quin homo à puero ueræ philosophiæ præceptis institutus, longo rerum usu doctus, ad hæc inuictio quodam animi robore præditus, fortiter ferat, quod ex communi mortalium lege, uitari non potest: nos illius fortitudini gratulari uelle potius, quam dolori mederi. Priori incommodo sic medebimur, ut eius, quem consolari uolumus affectum in nos trāseramus, sic attemperantes orationem ut nostro dolori magis obsequi, quam illius ægritudinem mitigare uelle uideamur. Hac arte M. Tullius Milonis causam agēs, sicte metum in se transfert, quo iudicum animis metum eximat. Si quidem quos dolor adhuc totos possidet, non aliter tractandi sunt, quam isti, qui ob morbo uitiatum animi iudicium, sibi uidentur esse cornuti, aut naso in longum prominenti, aut mortui, aut testacei. Oderunt dissentientes, amant eos, qui per dissimulationem ipsorum imaginationi assentantur. Proinde qui his mederi studēt, nonnunquam simulant sese eodem teneri malo. Porro contracta beneuolentia, facile persuadent remedium, ac paulatim obrepentes, tandem eximunt falsam imaginationem. Itidem agendum erit cum his, quorum animus nondum admittit manum medicantis. Dicemus nos ipsos ad consolandum parum esse idoneos, qui non minus angamur animo, quam is ipse, quem confirmare deberemus. Deinde doloris causas etiam exaggerabimus, eamque exaggerationem non solum à re ipsa, sed ab eius etiam qui patitur indignitate sumemus, non sine laude quadam eius iniuriam quam plurimis bonis uiris dolere dicemus. Quod ubi erit factum, tum medicamentum adhibebimus: hic omnia quæ dolorem lenire possint, diligenter colligemus. Id fiet, si ipsum malum in quod incidit, uerisimiliter extenuabimus: & bonum unde excidit, quantum licet eleuemus. Malum extenuabimus, si minime diuturnum fore ostendemus. Solent enim patientius ferri incommoda, quæ breui finem habitura putentur, præsertim si eam incommoditatē magna aliqua spes sequutura monstratur. Hic omnes rerum coniecturas diligentissime dispiciemus, quibus eam spem quam maxime probabilem efficiamus. Unde autem coniecturæ sumantur, rhetorum de statu coniecturali præceptiones haud obscure demonstrant: & Ciceronis cum multæ, tum illa in primis ad Cecinnam epistola, exemplo esse potest, ubi idem facete suo more, tãquam augurandi disciplinam quandam tradere uidetur. His omnibus assentationem quadam admiscebimus. Quod si eiusmodi sit incommodum, ut diuturnum uideri necesse sit, alij extenuandi rationibus utemur. Aut enim non esse incommodum, aut non esse tam graue, quam apparet, nitentur ostendere. Id faciemus, si quicquid erit in eo commodi, id accurate cum amplificatione quadam indicemus. Nullum enim tam graue malum homini potest accidere, ex quo non aliquid commodi decerpere queat. Si negabimus ullum esse malum existimandum, quod citra culpam homini obtigerit, quemadmodum docet Aristoteles, iucundam esse malorum recordationem, quæ cum honesta fama coniuncta sunt: ita leuius ferimus, quæ nostra culpa contracta non sunt. Hic philosophorum rationes & præter cæteros Stoicorum plurimum adiuuabunt: si eiusmodi calamitatē, uel famæ eius profuturam, uel gradum quendam ad maxima commoda factum esse ostendemus. Solet enim summa uirtus, summaque felicitas à durissimis inuitijs plerumque proficisci: idque exemplis approbabis, si theologico more eiusmodi tempestatem à superis propitijs immisissam dicemus, corpori quidem molestam, sed anime salutarem. Nihil autem æque dolorem leuat, teste Cicerone, ut communis tanquam legis humanæ conditionis recordatio: quare id mali, illi cum uniuerso mortalium genere, uel certe cum clarissimis optimisque uiris quam plurimis commune esse declarabimus. Hic illustrum uirorum exempla, qui in eisdem luctus inciderunt, aut certe similes: quicque eos fortissimo animo, maxima cum laude tulerunt, accumulabimus. Postremo ad exhortationem ueniamus: ad pristinam animi tolerantiam, magnitudinem, sapientiam, eruditionem uocabimus. In conclusione omnem operam, studium, diligentiam, & ipsi, & eius filijs, ac necessarijs deferemus. In consolando iocus erit uehementer fugiendus, nisi leue sit incommodum, ut ioco possit exhilarari. Tãsi modo cui scribimus, is erit, qui huiusmodi rebus capiatur, quam blandissime iocandum erit, ita tamen, ut ueras consolationes cum iocis permisceamus. Præterea cauendum, ne non tam amice consolari, quam præcipere uideamur, nisi uehementer erit familiaris, cui scribimus: ne tanquam sani egrotantibus imperemus: ne quid de nostra, aliorumque felicitate comemoremus: ne Tityrum illum Vergilianum rustice imitemur

imitemur. O Meliboe, deus nobis haec oia fecit. Ut enim societas miseriam leuat, ita alienae immunitatis recordatio, aegritudinem exasperat. Quae quum satis diligenter praecpta plures, exemplum adijciemus. Canidius uir in Rep. sua praecclarus, per inuidiam fa-
Argumentum
sive thema et
pistole
Epistola com-
solatoria exi-
lij
 clionum aduersarum eiectus, in longinquis regionibus exulat, relicta domi uxore, par-
 uisq; liberis, etiam amicus consolatur. Officium meum tibi, ut a quo persape meo in lucu-
 fuerim amantissime confirmatus, uicissim in tuo tristissimo casu deberi quidem agnosco;
 sed te nihil egere gaudeo. Ita enim fortiter, sapienterq; exilium ferre audio, ut nos, qui tui
 desiderio angimur, tua potius, q̄ tu nostra consolatione simus subleuandi. Na tu sane uir
 fortissimè, nihil a tuis studijs alienum facis. Ita enim a puero, et optimis maiorum instituta-
 ris, & philosophiae rationibus animu praeparasti, ut nullus te fortunae status, nec secundus
 erigere, nec aduersus possit deicere. Non quo te tam acerbi uulneris sensu omnino ca-
 rere putem, id enim stupentis magis, quam excellentis animi uidetur. Quis enim tam sa-
 xeo pectore sit, qui, quod tibi euenit, quum pro summis in Reip. meritis, summam con-
 tumeliam acceperit, tanta ingratitude non permoueat? Quis tantum obliuionis ex-
 illo Lethaeo flumine bibit unquam, ut nullo natalis terrae, amicorum, uxoris, liberorum
 desiderio teneretur? Non tibi doleat uulnus qui acceperis, quum multis non tuis modo,
 uerum alienis, bonis tamen, doleat? Quare si te dolere uetem, inhumanissimus plane ui-
 deat; tamen si affirmare ausim, per multas esse causas, cur tu malum moderatius ferre de-
 beas: quod si etiam diuturnu fore uideretur, tamẽ erat quo te sustentares. Nempe in pri-
 mis tua uirtute, literis, conscientia recte factorum: qua quidem nulla est in rebus aduers-
 sis, uel ueris, uel praesentior consolatio. Nunc certissimo augurio breui futurum spero,
 ut tibi de honestissimo reditu gratulemur: omnesq; existiment emulos tuos, qui tuam fa-
 lutem extinguere credebantur, dignitatem tuam uehemeter illustrasse. Id quidem ego,
 augurium ne uanum putes, certissimis signis, partim quidem a tua uirtute, et maximis in
 Republica officijs, partim a temporum natura colligo. Eam enim in te sapientiam, in-
 tegritatem, industriam, nostra Resp. domi belliq; experta est: ut & si tu pro animi tui ma-
 gnitudine, patria carere facile posses; illa certe tali ciue diutius carere omnino non susti-
 neat. Cur igitur sic meritum eiecit, inquires? Rerumq; tepestates nosti: nec uulgi animos in-
 gnoras, quibus nihil instabilius: qui procellaru in more sursum ac deorsum fluctuant, nec
 quenquam constanter, aut odisse solent, aut amare. Ita est humanu ingeniu, uirtutis, nec pro-
 pientis fulgorem, nec absentis desiderium ferre possumus. Praesentem, ut Flaecus ait, odi-
 mus, sublatam ex oculis, quaramus inuidi. Camillu uirum clarissimu, cuius in pace splen-
 dorem Romana Resp. ferre non potuit, afflictis in rebus, coacta est reuocare: nec prius
 quam expulisset, qualem ciuem habuisset, ciuitas alioqui sapiens intelligere potuit. Itaq;
 quum absentu patriam reddidissent, & dictaturam non ambientu decreuissent, imperium
 quod a ciuibus deferebatur, ab exule defensum est. Socratem, uirum omnium quos ter-
 ra produxit optimum, Ariyti & Meliti calumnia undecim uiri ueneno damnaru: quem
 ubi desiderare coepit ciuitas Atheniensis, repente omnium coersis animis, in ipsos ac-
 cusatores publicus est imperus factus. Socrati statuae erectae. Serius quidem illi, quam So-
 crati commodum erat respuerunt: tu nondum ita cecidisti, quin facile restitui possis. Jam
 multos quos tuos in Rep. splendor urebat, tui desiderium cruciat: factionis aduersae qui
 sunt, partim amicoru precibus uicti, partim absentia tua, partim ipsa die mutati, posue-
 runt odium, nonnulli ad amicorum tuorum partes transfugerunt. Nemo certe est, qui
 non mitius oderit. Per oportune uero bellum oritur, & magnum, & periculosum, & qui-
 dem cum ijs ipsis, quos aliquando tua uirtute coercitos meminerunt. In quo quum uehe-
 menter Resp. tuam operam sit desideratura, in certam spem adducor fore, ut qui ab in-
 gratis ciuibus fueris eiectus, a supplicibus reuocaris, ut non tam acerbum fuerit eiectum
 fuisse, quam gloriosum sic fuisse reuocatum. Habes auguriu meum: quod ita meum est,
 ut idem amicorum tuorum nemo non speret, inimicorum nemo non metuat. Quo si quid
 sustentari uideo, quibusq; ipse uxor quoridie, & te uti facile suspicor. Optima consolatrix
 philosophia, quae non unum aliquod malum, inanibus fomētis lenire, sed ad omnes for-
 tunae incurfus, animum armare solet. Huius, ut ita dicam, lacte quum ab ipsis sis incuna-
 bulis entritus, quid ego sus Mineruam, aut ululas Athenas: sed tamẽ pro tua modestia
 memorem

Consolatio e
philosophoru
decretis

memorem, aiunt, te moneri patieris, uidelicet ut hominis felicitatem, non in fortuna te-
 meritate, sed in animo esse sitam memineris. Patriam, opes, honores, caeteraq; munerã
 sua, fortuna potest eripere: animu sapientem, neq; dare, neq; eripere potest. In te ipso om-
 ne praesidium tuum constitutum esse cogites: sapienti uiro, praeter turpitudinẽ, nihil acer-
 bi posse accidere. Virtutem seipsa contentam, non e casuum mutabilitate pedere. Non
 cruciari, sed cruciatu dignu admittere, in malis est numerandu. Tua te uirtute inuoluas
 oportet. Exilium dolet: Non tu miser, qui immeritus pateris: sed n̄ longe miserrimi, qui
 immerentẽ eiecerunt. Infelicius enim loqe est, facere iniuriam, quam accipere. Patriam
 ingratiissimi ciues eripuerunt: animi magnitudinem, uirtutem, integritatem, eruditionẽ,
 honestam famam, eripere non potuerunt, nec poterunt. At hoc ipsum dolet, quod opti-
 me meritis ab ea Rep. qua sapenimero tua uirtute seruaris, exulas. At istuc maximam
 aegritudinis partẽ leuare deberet. Socrates, uir integritate laudatissimus, uenenũ bibitu-
 rus, uxorem etulantẽ, deplorantemq; quod innocens esset moriturus, obiurgans: Stulta,
 inquit, nocentẽ ne mori malle? At Quod uenit ex merito, leuiter, lenteq; ferendum:
 Quae uenit indigno poena, dolenda uenit.
 Vulgi ista sententia est, & stultitia plena. Sapienti uero, quae maior esse possit consolatio,
 q̄ ex recte factorum conscientia, quae quũ aderit, etiam si fractus illabatur orbis, impau-
 dum ferient ruinae. Omne solu forti patria est. Egestas, exiliu, bellum, non mala, sed ma-
 teria uirtutis sunt. Crescit enim, et alitur aduersis rebus animi uigor, perfunde ut illex, quae
 quo diligentius duris bipennibus tondetur, eo latius ramos distendit. Darius se rebus
 aduersis prudentiorem fieri dicebat. Ego uero ita existimo multos egregios uiros, fortu-
 nae sauitia non prudentiores modo, uerum etiã clariore euasisse. Num Herculis gloria
 per orbem sic emanare potuisset, nisi illi Iuno tot monstra, tanquam uirtutis materia ob-
 iecisset? Vlysem equidem non tam bellicis rebus, quam toleratia malorum, quibus de-
 cennium est iactatus, immortale nomen adsequutum puto. Cedunt ipsa interdum felici-
 ter mala, & a superis propitijs immituntur. Multos tibi recẽlere possem, quibus ita cel-
 sit exilium, ut optandum fuisse uideretur: qui quum in patria, uel obscuri, uel inuidiosi ui-
 xissent, apud exteros, & rem amplissimã, & summos honores sunt assequuti. Claudium
 uirum nobilissimum a ciuibus in exilium actum, Gallia excepit. Iam exul a deo locuples,
 clarusq; est, ut non modo patriam non desideret, uerum etiã quod non ante reliquerit,
 poeniteat. Petrum Alitanensem Cameracensis ciuitas episcopum eiecit, Roma ex exule
 fecit Cardinalem. Multa apud nostros, ad gloriam uirtutis uia grassantibus obstat, æmu-
 latio, inuidia, postremo uirtutis, & splendoris satietas quaedam. Quare cum ex his rebus,
 quas tu semper es admiratus, & in quibus felicitatem constituendam iudicauisti, nihil ti-
 bi decessit, nihil est, quod te his casibus uehementer afflictes, quibus natura uniuersum
 hominum genus subiectum esse uoluit. Hac enim lege nascimur omnes ut omnibus for-
 tunae casibus subiaceamus. Sic libitum est fortunae in rebus humanis ludenti, indignos
 attollere, optimum quenq; deicere, læta miscere tristibus. Quid autem acerbu uideri po-
 test, cuius conditio tibi cum omnibus est communis? Repete cogitatione, & ueteres, &
 recentes annales. Quem tu regem, quem ducem, quem clarum uirum ab hoc saeuo fortu-
 nae ludo immunem fuisse comperies? Quoties illa e domino seruum, e rege captiuum, e
 consule rhetorem, e triumphatore exulem, ex patriae conseruatore hostem patriae fecit?
 Quid unquam habuit Graecia Alcibiade uel generosius, uel fortius? At hic ubi splendo-
 re suo inuidiam suscitasset, ex ea rep. quam multis uictorijs illustrasset, in exilium eiectus
 est. Aristides ob inuidiam, quod ob morum incorruptam integritatem uulgo iustus co-
 gnominaretur, ostracismo damnatus solum uertere iustus est. Quid Phocione iustius?
 at hunc etiam uenenum bibere coegit. Quid Socrate castius? At huic sua uirtus exi-
 tium attulit. Quid de Scipione dicam? quid de Bruto, quid de Catone, quid de Cice-
 rone, qui ea rep. carere compulsi sunt, qua magno suo periculo ipsi seruassent? At quan-
 to animo sapientissimi uiri, ciuium iniurias tulerunt? Nimirum intelligebant uirtutem
 suam, & gloriam bene gestis partam, non in ingrata patria residere, sed una in exiliu co-
 mitari. At frustra suam operam in ingratiissimos ciues contulerant. Minime. Quid ita?
 quia non ut in patria senescerent, ea pericula susceperant, sed ut aeterna sibi fama compa-
 rarent. Exules tamen erant. Minime. quã obrem? Eam enim pro patria habere desiderat,
 in qua

Paradoxa

Consulatio

Consulatio

Sententia mi-

xtra simili

Apothet-

gma

Exempla sa-

bulosa

Exemplum

confictum

Mitigatio ma-

li a communi-

tate,

Exemplum

Graecum

Exemplum

Romanorum

Subiectio

in qua talibus uiris locus non esset. Vbi cumq; bene sumus, in patria sumus. Quare non magno eius desiderio tenebantur, ubi minus tute, quam in exilio uiuendum intellexerat. Numidico Metello, qui ob summam animi constantiam electus erat, quum in spectacula sedenti, literarum reuocationis redderetur, ne aperiendas quidem putauit, ante quam ludii finirentur. Et Metellus quidem Roma negligenter plane carebat, sed Metello Roma carere non potuit. Quam ob rem non poterat, quia cuius presentis animi magnitudine ciues inuidi cruciabantur, eius absentis industriam requirebant. Ille uero exulem se esse non meminit, ne afflictum quidem aut miserum putabat. Cur ita? Nimirum persuasum habebat eos, qui rem exilio dignam admitteret, miseros esse; eos uero, qui ob uirtutis inuidiam exularent, non supplicium, sed gloriae materiam accepisse. Secundis enim in rebus animum magnum obtinere non magni negotij est. At fauente fortuna, animo non

Collectio frangi, sed aequabilem mentis statum tenere, id uero longe pulcherrimum putatur. Tu uero quum sis istis uiris, neq; rerum usu, neq; animi magnitudine inferior, literarum etiam peritia superior, strenuos gubernatores debes imitari, qui quum maxime aduersa tempe-

Allegorie stas incumbit, tum minime a clauo discedunt. Neq; enim magni artificij est, tranquillo mari, uentisq; ferentibus, rectum tenere cursum, sed egregium nauclerum tempestas arguit aduersa. Et quoniam mare ingressis, uenti in manu non sunt, is qui contigerunt a quo animo utendum erit. Adde fieri nonnunquam, ut uenti nimum secundi, plus periculis ferant, quam aduersis cogunturq; plus a quo turgentia uela contrahere. Rebus enim plus satis ex sententia procedentibus, facile precipites in exitum ferimur: aduersis uero, ut cautiore, diligentioresq; ita tutiores nonnunquam sumus.

Conclusio Quapropter cordatis uiris fortunae fauore semper suspectum esse uideo, quae tum maxime insidiatur, quum blanditur maxime. His ego te rationibus facile confirmassem: quanquam quale est Herculem uelle consolari: nisi iam certa de reditu tuo spes omnium tuorum animos obtineret. Tu fac, ut animi uirtutem domi, belliq; spectatam in ista interrim palaestra parem obtineas. Mihi liberorum tuorum negotia tantae sunt curae, ut ne tibi quidem ipsi maiori esse possint. Vale.

Quaerunt autem orbitati & exilijs potissimum adhiberi solet consolatio, tamen licet & alia themata comminisci uarijs de rebus quae molestia adferunt: ueluti de morbo corporis, de ualitudine parum prospera aut firma, de senectute, de parum bonis autibus contracto matrimonio: cuius frustra poenitet, de monachali instituto: de sacerdotio, aut alio uitae genere, cuius tædet eum, qui sese addixit: de generis infelicitate, de conditionis humilitate, de paupertate molesta, de inuidia, de rebus aliquo casu ereptis: de beneficijs penes ingratum hominem depositis: de liberis improba uita dehonestantibus paratem, de pestilentia, de bello, cæterisque innumeris. Nam hos ueluti fontes uisum est indicare preceptoribus, unde sumant subinde nouum thema.

S Y L V A.

Cicero Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, ne uel obrui, tanquam fluctu, sic magnitudine negotij sinas, contraq; erigas, ac resistas, siue etiam ultro occurras negotijs. Nullus dolor est, quem non temporis longinquitas minuatur, atq; molliat, & cui non callum obducatur. Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut subtelis fortunae proposita sit uita nostra. Neq; esse recusandum, quominus ea qua nati sumus conditione, uiuamus: ne uel tam grauius eos casus feramus, quos nullo consilio uitare possumus. Euentisq; aliorum memoria repetitis, nihil accidisse nobis noui cogitemus. Homines sapientes, turpitudine non casu, & delicto suo non aliorum iniuria commoueri debent. Conscientiam recte uoluntatis, maximam consolationem esse rerum incommodarum, nec esse ullum magnum malum, praeter culpam, memineris.

Cicero Est omnino difficile, non grauius id ferre, sed tam animos nostros maximis in rebus gerendis, & sustinendis exercitatos, frangi & debilitari molestia non oportet. Quoniam molestissime homines ferre debent, quae ipsorum culpa contracta sunt.

Tu fac animo magno fortis sis, speresq; fore, ut fractio impetu leuissimi hominis, tua pristinam dignitatem & gloriam consequaris.

Cic. epist. fa. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quod ualde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas, & consilijs tuorum amicorum, & ipsa

& ipsa die, qua debilitantur cogitationes, & inimicorum, & proditorum. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem uideo in rebus tuis. Lib. 4. epistola: Vehementer te esse sollicitum. Eodem, epist. Posteaquam mihi. Eodem, Neq; monere te audeo.

Reliquum est, ut consolatur, & afferam rationes, quibus te a molestijs coner abducere. At ea quidem facultas, uel tui, uel alterius consolandi, in te summa est, si unquam in ullo fuit. Itaq; eam partem, quae ab exquisita quadam ratione, & doctrina proficitur, non attinagam, tibi totam relinquam. Quid sit forti & sapiente homine dignum, quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta tua uita, quid studia, quid artes quibus a pueritia floruisi, a te flagitent, tu uidebis.

Extremum illud est, ut te hortet & obsecrem, animo ut maximo sis: nec ea solum memineras, quae ab alijs magnis uiris accepisti, sed illa etiam, quae ipse ingenio studioq; peperisti: quae si colliges, & sperabis omnia optime, & quae accident, qualiacunq; erunt, sapienter feres. Sed haec tu melius, uel optime omnium.

Quare non debes, aut propria fortuna, aut praecipua postulare, aut communem recusare. Lib. 4. epistola: Et si unus ex omnibus, tota. Eodem; Et si egomet, &c.

Sed ut illa secunda moderate tulimus, sic hanc non solum aduersam, sed etiam funditus euerfam fortunam, fortiter ferre debemus: ut hoc saltem in maximis malis boni esse quaeramus, ut mortem, quam etiam beati contemnere debeamus, propterea quod nullum sensum esset habitura, nunc sic affecti, non modo contemnere debeamus, sed etiam optare. Tu si me diligis, frui isto ocio, tibiq; persuade, praeter culpam ac peccatum, quo semper caruisti, & carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum. Lib. 6. epistola: Et si ea perturbatio, &c.

Sin omnino interierint omnia, fueritq; is exitus, quem uir prudentissimus M. Antonius iam tum timebat, cum tantum instare malorum suspicabatur: misera est illa quidem consolatio, tali praesertim ciui, & uiro, sed tam necessaria: nihil esse praecipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat uniuersis. Quae uis insit in his paucis uerbis (plura enim committenda epistole non erant) si attendes, quid facis, profecto etiam sine meis literis intelliges, &c.

Ita enim uiuere, ut non sit uiuendum, miserinum est: mori autem, nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem.

Sed in ea es urbe, in qua haec uel plura, et ornatiores, parietes ipsi loqui posse uideant, &c. Ego tibi hoc confirmo, & si leuis est consolatio ex miseris aliorum, nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quam quemuis aut eorum qui discesserint, aut eorum qui remanserint. Alteri dicunt, alteri uictori timeant. Sed haec consolatio leuis, illa grauior, qua te uti spero, ego certe uitor. Nec enim dum ero, angar ulla re, cum omni uacem culpa: & si non ero, sensu omnino carebo. Sed rursus, *γλαυκῆ ἐς ἄβυσσος*, qui ad te haec.

Lib. 6. ex epistola: Noui quid ad te. Ab eo loco. Hoc loco si uideor augere, &c. Quod reliquum est, quando tibi uirtus, & dignitas tua reditum ad tuos aperuit, est tuae sapientiae, magnitudinisq; animi, quid amiseris, obliuisci, quid recuperaueris, cogitare. Viues cum tuis, uiues nobiscum. Plus acquisiisti dignitatis, quam amisti rei familiaris, quae tamen ipsa esset iucundior, si ulla esset Resp.

Lib. 6. ex epistola: Gratulor tibi mi Balbe. Ab eo loco: Mihi tam placuit mi Balbe. Tua me calamitas uehementer excruciat, meis incommodis modice tangor.

Tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti: primum ob eas causas, quas scripsi: deinde quod ea de Rep. semper uoluisti, atq; sensisti: ut non modo secunda sperare debeas, sed etiam si omnia aduersa essent, tamen conscientia & factorum & consiliorum tuorum, quae cunq; acciderent, fortissimo & maximo animo ferre deberes.

Quamobrem fac animo magno fortis sis: & si turbidissima sapienter ferres, tranquilliora late feras.

De reliquo, ut te saepe per literas hortatus sum, ita uelim tibi persuadeas, te in hac causa nihil habere, quod timendum sit, praeter communem casum ciuitatis: qui & si est grauius, tamen ita uiximus, & id aetatis iam sumus, ut omnia quae non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus.

Vacare culpa magnum est solatium, praesertim cum habeam duas res, quibus me sustentem

stentem, optimarum artium scientiam, & maximarum rerum gloriam: quartū altera mihi uiuo nunquam eripietur, altera ne mortuo quidem.

Lib. 9. epistola: Delectauerunt me literæ tuæ, locos habet consolatorios.

Ad Atticum

Acne sis perturbatus. Noui enim te: & nō ignoro, quā sit amor omnīs sollicitus, atq; anxius. Sed res est, ut spero, non tam exitu molesta, quā aditu.

Sed ad hæc omnia una consolatio est, quod ea conditione nati sumus; ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus.

Ex lib. ad Brutum, tota, & elegans: Fungerer officio.

EX EPISTOLIS PLINII SECVNDI.

Quibus ex causis necesse est, tanquam immaturā mortē eius in sinu tuo defleam: si tamen fas est aut fieri, aut omnino mortem uocari, qua tanti uiri mortalitas magis finita, quā uita est. Viuit enim, uiuetq; semper: atq; etiam latius in memoria hominū, & sermone uersabitur, postquam ab oculis recessit. Volo tibi multa alia scribere, sed totus animus in hac una contemplatione defixus est. Virginiū cogito, Virginiū uideo, Virginiū iam uanis imaginibus, recētibus tamen audio, adloquor, teneo: cui fortasse ciues aliquos uirtutibus pares, & habemus & habebimus, gloria neminem.

Vt enim crudum adhuc uulnus, medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultro requirit: sic recens animi dolor consolationes reijcit, ac refugit, mox desiderat, & clementer admotis acquiescit.

Torqueor quod discipulū ut scribis, optimæ spei amisisti, cuius & ualitudine, & morte impedita studia tua quid nesciam, cum sis omnium officiorū obseruantissimus, cumq; omnes quos probas, effulsissime diligas.

Iisdem nunc ego te, quibus ipsum me hortor, moneo, cōfirmo. Et gaudium mihi, & solatium in literis: nihilq; tam lætū, quod his lætius: nihil tam triste, quod nō per has mihi nus triste. Tamen in magna consolatione, ingens est sollicitudo.

CONSOLATORIAE SYLVA MEA.

Valeat illa uulgi sententia, ubi non sis qui fueris, non est quæ uiuere uelis. Quæ si minus potest tota displicere, cogita nō tantum qui nuper fueris, sed qui olim: neq; tantum obuerfetur animo tuo, unde cecideris, sed etiam unde surrexeris.

Abstia uiro muliebris illa uox, dum mea me uictrū doceat fortuna dolere. Imò de ratio reddat aduersus omnes uitæ casus inuictum, ut propellas animo dolorē, nō ut assuecas.

Tibi recti cōsciētia, & honorū iudiciū pluris esse debet, q̄ inuidorū hominum sermo.

Magis te confirmare debet, paucorum insignium, & probatissimorum hominū graue testimonium, quā inepi uulgi fabulæ.

Leuius ista ferēs, si præcipias animo, quid posteritas de te loquutura sit potius, quā tuum seculum, cui liuor adimittit iudicium.

Neq; tantum de fortuna tua admississe, quantum ad nominis tui gloriam addidisse æmulorum tuorum iniuria mihi uidetur.

Non hic tui consolandi officium mihi sumpsit, quod minus magnifice de animi tui magnitudine sentirem: sed quemadmodum gubernatores optimi uim tempestatis, ita uiri fortissimi fortunæ impetum superare interdum non possunt.

Non me fugit, q̄ graue uulnus acceperis ex uxoris obitu. Amisisti sceminā singularis exempli, etiam si priscis seculis uixisset. Quam illa marito uerecundiam præstitit, quum ipsa summam mereretur: Quam multas quā eximias uirtutes, ex diuersis ætatibus, ex uarijs matronis collectas, ac mixtas una expressit: Tamen hoc tibi debet esse magno solatio, quod tantum bonum tam diu possederis. Vixit enim tecum annos quadraginta quatuor, sine iurgio, sine offensa. Sed hoc ægrius fero inquit, quo tenui diutius. Nā guttas tantum uoluptates facilius obliuiscimur. At uide ne ingrati sit hominis, tantum cogitare quid amiseris, nō meminisse quā diu fruitus sis. Certe prudentiæ tuæ fuerit, non committere, ne hoc ualeat apud animū tuum ratio, quod alioqui necessitas ipsa, & dies longa, & fatietas doloris inducit.

Communis dolor. Tu nepotibus, ego pronepotibus orbatus sum. Sed spero futurū ut alij nati, dolorem hunc gaudio mutent, quando salua est unde hoc sperare licet.

Multum ab istis dissentio, qui in graui dolore putant hominem sibi relinquendum, donec

donec uulnus tempore mitius, medicam admittat manū. At ego quemadmodum primum arbitror, animū philosophiæ præceptis, aduersus omnes malorum incurfus, ueluti antidoto præmunitum habere: ita proximum arbitror, statim repugnare dolori, ne ueluti morbus iam familiaris factus, nullis remedijs possit exigi.

Scribis dolorem, quem ex uxoris obitu conceperas non solum non leniri die, sed in dies etiam in crudescere.

Quo magis censeo uelut in uetere morbo ad quælibet mutationis auxilia confugiendum. Sunt balnea, rusticatio, negociorum cura, studia literarum, peregrinatio, spectacula, contentio cum aduersarijs, publici magistratus functio. Horum atq; his similitū, nunc hoc, nunc illud tentandum est. Fortassis incidēs tandem in aliquid, quod ægritudinem istam animi, uel sanet, uel ceu clauus clauum protrudat.

CONSOLATIO FAMILIARIS CVM OBIVRGATIONE MEA.

Tene sic angis, sic animo iaceres: Quorsum tandem attinet, ut te afflictes, ut te lachrymis conficias? An ista malum lenient, an nō potius exacerbabūt: Quorsum attinet tam misere deplorare, quod mutari nō potest? Vbi nunc est illa animi tui constantia: ubi literæ, quibus aliorum dolorem leuare cōsueueras? Alijs mederi potuisti, tibi nihil prodes. Ipse tibi nunc medicus sis oportet. Cur frustra et te ipsum lachrymis, & amicos querelis exanimas? Quæ est ista animi impotentia, quæ mollicies? Num te uirum esse oblitus es? Itate ista tā graui ter ferēs, quasi uero ista tibi unī contigerint, aut tanta sint, ut alijs non multo etiam acerbiora euenerint. Quid uel tuo animo uel doctrina indignius quā sic angis, sic frāgis, sic te ipsum abijcere, quo modo ne mulier quidē ulla posset? Neq; enim uideo, quem fructum adferre possint inanes lachrymæ, & querimoniam. Nā si eiusmodi malum iudicas, ut ad salutem reflecti nequeat, cur luctu duplicas incommodum? Si spes est, cur nō ea potius te sustetas: atq; id agis, qua ratione quā primū ex istis malis queas emergere? Si desperas, memineris illud, in istiusmodi rerum conditione bonū animū, dimidium adimere mali. Sin speras, cur perinde, tanq̄ in re desperatissima te maceras?

Audio te tam graui ter angis, ut ex luctu, mentis etiam errore afficiaris. Deum immortalē quid tibi uis? Quin tu potius obduras, ac seruas te rebus secundis? Cur tu & amicis lacum auges: & inimicis uoluptatem præbes: & te ipsum indigne conficias?

Tu contra audentior ito: Quo tua te fortuna sinet.

Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt. Tu, dum ista conscientia, iste animus, ista uirtus, ista literæ, ista rerum gestarum memoria te comitabitur, caue te putes exullem ubicunque locorum, quocumq; sub cælo erit uiuendum, etiam si ultra Geras relegatus esses. Sed quid ego sus Mineruam? Facit sanē non loquacitas mea, sed beneuolentia longiores epistolas. Vale.

CONSOLATIO IOCOSA ET FAMILIARIS.

Quod te lachrymis conficias, non miror, qui puellam amiseris, nondum totos sexaginta septem annos natam, idq; relicta dote satis opima. In hoc tibi scribere tuisum est, ne doloris magnitudine uictus tibi manus adferres. Prius quā extilles lachrymis, fac iuxta prouerbiū, uiuorum memineris.

Tua puella redibit nunq̄. Alioqui matrē deflere uideberis. Mitto tibi strophiolū, quo lachrymas extergeas, & succum medicū, quo lippitudini fletu contractæ medearis. Clama te miserum, sed nunquā efficies, quin istam miseriam tibi complures inuideant.

Nisi definis macerare te, uereor ne populus in te faciat cōuiciū illud. τὸς ὃ μὴ σπῆνς τὰς κοῦ δακρυῖς. AD CONSOLATIONEM RESPŌSIO.

Iam quibus modis respondendum sit cōsolatori res ipsa dabit consiliū. Nā ferme gratias agimus primū pro officio, deinde laudamus ingenium, quod nihil adduci potuerit ad leniendum dolorem, quod ille non summa dicendi facultate differuerit. Postremo quod illius & prudens & erudita & grauis, deniq; cum primis amica oratio, aut bonam doloris partem nobis ademerit, aut totum excusserit. Aut si nobis non profuit illius cōsolatio, laudabimus animū, studium, & ingenium illius: quod tanquam bonus ac peritus medicus nullum nō remediū genus admouerit, sed arte maius esse malum. Aut ita respondebimus imperioso cōsolatori, facile quum ualemus recta cōsilia ægrōtis damus. Tu si hic lies, aliter sentias: Exemplo super sedebimus, syluæ non nihil suppeditabimus.

Cic. ex famil. lib. 4. Ego uero serui. lib. 5. Quanquam ipsa consolatio.

Ad Atticum Vtinam illum diem uideam, cum tibi agam gratias, quod me uiuere coegisti. Adhuc equidem ualde me poenitet.

Sed te oro, ut ad me Vibonem statim uenias, quod ego multis de causis conuerti iter meum. Sed eo si ueneris, de toto itinere, ac fuga mea consilium capere potero.

Si id non feceris mirabor, sed confido te esse omnino facturum.

Quod me hortaris, ut firmo sim animo, uellem posses aliquid afferre, quamobrem id facere possem.

Quod me ab hoc mœrore recreari uis, facis ut omnia, &c.

Sed me mihi non defuisse tu testis es. Nihil enim de mœrore minuendo scriptum ab ullo est, quod ego non domi legerim. Sed omnē cōsolationē uincit dolor. Quinetiā feci, quod profectio ante me nemo, ut ipse me per literas cōsolaret, quem librū ad te mittam.

Consolari iam desine, obiurgare uero noli. Quod quū facis, & ego tuū amorē & dolorē desidero, quem ita affectū mea erūna esse arbitror, ut te ipsum cōsolari nemo possit.

Ad consolationem mea.

Tua quidem oratio sperare me iubet, quod improbum sit etiam optare.

Vide ne me lacres inani spe, ne doloris uorsuram fecero, mox cum scœnore recursuri.

DE PETITORIA EPISTOLA.

Seruius enarrans locū, in libro Aeneidos primo, ubi Iuno supplex petit ab Aeolo, ut classē Aeneē disijciat, indicat precipere rhetores in omni petitione quatuor seruan- da esse: primū ut quod petimus ostēdamus esse in potestate eius, a quo petimus: praeterea ut doceamus esse iustū quod petimus: deinde ut modū ac uia indicemus, qua cōfici possit quod petimus: deniq; ut sequat remuneratio. Hūc ordinē in petitionib. Vergilio fuisse ppe- tuū, uelut hoc in loco: Et mulcere dedit uentos, et tollere fluētus, ostēdit facultatē. Mox: Gēs inimica mihi Tyrhenū nauigat equor, declarat esse iustū. Iustū enim quicquid moli- mur in hostem. Rursum: Incute uim uentis, & disijce corpora ponto, modū aperit & uia. Addit remunerationē: Sūt mihi bis septē. Ac recte quidē Seruius et expedite. Nos tamē paulo crasiore Minerua rem aperiemus. Primū, quoniam uaria est natura rerum quas pe- timus: & magna est uarietas personarū, quae rogant, aut rogantur, oportet & petendi ra- tionē esse uariam. Sunt enim quaedā, quae fauorabiliter petimus a quouis, ueluti cōsiliū: sunt quae pudore suffundunt rogantē, ueluti quum petimus mutuū, aut rem parum hone- stam. Igitur in genere duplex erit petēdi modus, rectus, & obliquus. Vbi causa erit fauō- rabilis, aperte suadebimus esse praestandū, quod petimus: ubi secus, per insinuationē irre- pemus in petitionē. Primū exaggerātes, quāta nos circumstat necessitas, & quā magnum telum sit necessitas, & quā inutilis pudor uiro egenti: neq; fugere nos, quā sit improbū, rem tantam ab eo petere, de quo nihil unquā simus promeriti. Post haec paulatim per cu- niculos ostendemus, nobis non mediocrē spem porrigi ab insigni illius benignitate, qua solitus sit etiam ignotis, & indignis opitulari: ob eximiam ingenij bonitatem, ad subleuan- das omnium miseras propensi. Hic pudor non uulgariter cōmendat rogantem, quē ad- modum improbitas alienat animū. Nullus enim libenter in eum confert beneficiū, qui ceu debitum flagitat, magisq; poscit, quā petat. Profuit Hortensio, quod quum cuperet ex uxore Catonis Vticensis sustollere prolem, non ipsam petiit, sed illius filiam Portiam Bibulo nuptam, plurimas interim causas adducēs, quare cuperet ex ea gente haeredem. Ille cum respondisset se facile assensurum, si modo probaretur genero: tandem uerecūde subindicauit, se Martiam ipsius uxorem petere, cuius copiam facere, ipsi esset in manu, qui maritus esset. Iam imprudens concesserat quod petebatur. Itaq; persuaso Martiae pa- tre, duxit eam uxorem. Auctor Plutarchus. Vbi nihil erit opus hac insinuatione, tamen eius a quo rem difficilem petimus, beneuolentiā modis omnibus conciliabimus. A per- sona ipsius, cuius benignitatem quum erga ceteros, tum erga nos grate commemorabi- mus: dicemusq; nos ei, cui iam sumus tot nominibus deuinctissimi, uelle fieri deuinctio- res: a persona nostra testificantem, quanto studio semper illum coluerimus, quodq; praeci- puam fiduciam in illo semper habuerimus: simul ostendētes hoc quod petimus, ut nulli nos libentius debituros, q̄ illi, cui debemus omnia, ita nulli facilius esse praestare. Quod etiam magis exponemus in explicando modo. Si qua erunt nostra in illum merita, ea summa.

summa cum modestia significabimus magis quā commemorabimus. A persona maio- rum utriusq; si docebimus inter utriusq; parentem ueterem atq; archaisimam necessitudi- nem intercessisse, compluribus mutuis officijs huc usq; cultam, & confirmatā. A perso- na aduerfario, si declarabimus nobis esse certamē cum ijs, quos is etiam odit, a quo praesidia poscimus. A re, si docebimus eam piam esse, iustam, honestam; nobis necessa- riam, illi facilem, & honorificam. Deinde si citra arrogantiam ostendemus, quid ex ea re commoditatis sit, ad ipsum etiam aliquādo rediturum. Si quid inerit incommodi, quod animū illius, uel alienet a nobis, uel deterreat, id uel diluemus, uel extenuabimus. Si erit opus, admiscebimus obtestationes earum rerum, aut personarum, quibus scimus illum posse commoueri. Postremo pollicebimur memorem animū, nec habituros modo gra- tiam, uerum etiā relatuos, si dabitur, cum scœnore: nos ipsos totos, resq; nostras omnes illi uicissim dedicabimus, ac deferemus. Facultatem nostram extenuabimus: de animo, studioq; magnifice pollicebimur. Illud adijciam, nō hīc solum, uerum etiā alijs in rebus aliquando plus ualere iocum tempestiuū, & aptum, q̄ seriam petitionem. Tantum de praecptionibus satis esto, reliqua iuuenibus, aut praecptori animaduertenda relinquo:

EXEMPLVM PETITIONIS OBLIQUAE.

Ingenij mei pudorem ipse non ignoras uir eximie. Sed quō non adigit mortales, ue- re durissimum telum necessitas: Eo in loco sunt res meae, ut ni protinus ad manū sint ducenti angelati, tam perierit tuus Lodouicus quā extrema faba, quod aiunt. Scio be- neficiū esse magnū & eximium: neq; me fugit, quā nulla sunt mea in te officia, quo- rum fiducia rem tantam ausim abs te petere, praesertim quū tot, tantisq; nominibus iam pridem obstrictus tibi, nondum ulla ex parte retulerim gratiam. Et tamen nisi deus ali- quis, uelut *ἀπὸ μηχανῆς* alicunde sese proferat, funditus interij. Quare quemadmodū in summa rerum desperatione, nauatae solent sacra facere ancoram, ita ego dispectus om- nibus ad te uelut ad propitiū quoddā numen confugio. Non ausim rogare, quāquam huc adigit necessitas, tamen illud uolui te scire, statum rerum mearum: ut si me iudicas di- gnū exitio, te iudice percam æquiore animo: sin tua pietas, multis iam argumentis an- te hac in me declarata, dignabitur me ex hoc discrimine eximere, cōiabor omnibus ner- uis, ne te unquam huius capitis seruati poeniteat.

PETITIO REI PARVM HONESTAE.

Non ignorabam, quā impudens esset in causa pessima, a uiro omnium optimo pa- trocinij rogare. Non enim conabor excusare factum meū, ne grauius peccem im- pudentia, quā hactenus peccatum est stultitia, & incogitantia, ne dicam demētia. Hor- recit animus, abhorrens & ab ipsa malorum meorum cōmemoratione, sed tamen ape- ritendum uulnus, si sperem medelam. Sortem satis amplam, quā pater dederat in nego- ciationem, nuper alea perdidit. Ingenij flagitiū fateor, sed utcūq; succurri poterat, si so- lum esset. Inscio patre, cum matris pedisse qua rem habui. Illa me callidior, negauit se fa- ciliam sui copiam, ni pollicerer me maritum ipsi futurum. Ibi mihi nō Iupiter, ut inquit Hesioidus, dimidium mentis, sed Venus totam mentem ademit. Polliceor demens. Nūc aiunt nulla ratione rescindi posse, quod sic actum est. ut illis sit pessime, qui leges tam ini- quas condunt. Pater merito iritatus, abdicatōnem parat. Quod si sit, nullum uideo me- lius consiliū, quā ut laqueo uitam finiam. Quis enim libeat uiuere in tantis malis? Scio te nihil nō posse apud patre. Solus es qui me possis redigere in gratiā. Quod si quid te miseret mei, nō ausim rogare, sed tamē uides calamitatem meam. Efficiā ut te mei ser- uati nunquā uel pudeat, uel poeniteat. Sic admissum hoc omni officiorū genere sarciam. Aetatem uides. Saepenumero a grauioribus cōmissis, iuuenes sese ad bonam frugē con- uertere. Vtinam quod factum est, fieri posset infectum. Sed quod mutari nō potest, pen- sari potest. Maximū quidem hoc peccatum est, fateor, sed primū. Deniq; quid sibi uult pater: Si abdicat, nec mihi admittit uxorem, & sibi parat orbitatem: sin ignoscat, habebit hoc semper additiorem filium. Fac breui sciam, utrum meis malis sum omnino perden- dus, an tua bonitate seruandus. Nihil enim miserius, quā pendere.

PETITIONIS HONESTAE EXEMPLVM.

Improbum fortasse alijs uidebitur, praesul amplissime, eum a quo tantum beneficio- rum acceperim, quantum ne sperare quidem unquā sum ausus, rursum nouis precibus

solicitare. At ego ingenui, minimeq; ingrati animi existimo, cui multum debeas, ei plurimum uelle debere. Cui enim extremas fortunarum mearum partes potius acceptas ferre cupiam, q̄ ei ipsi cui primas, cui medias debeor. Quid enim Lucius esset, nisi te tanquam numen quoddam propitiū nactus esset? Tu me puerū, ob nescio quā in me uirtutis indolē; præterea fortasse, quod putabas meas literas tibi aliquando, uel usui, uel ornamento futuram (quam utinam de me, uel ex estimationem, uel expectationē nō omni ex parte uideare feceris) adoptasti. Nec semel complexus, unquam fouere, iuuare, ornare destitisti. Itaq; si quid hodie in me, uel uirtutis, uel bonarum literarum, uel dignitatis esse putatur, id omne tuæ debeo munificentiae. Sed duo mihi restare uidentur, ut & tu opus tuū pulcherrime conceptum perficias: & ego efficiam, ne nullum tantorum in me beneficiorum fructum ex me cepisse uidearis. Quod utrumq; ut fiat, & ego maximopere cupio, & tibi in manu est. Eadem opera & tu me alumnum beaueris, & eo in loco collocaris, quo multis in rebus tibi usui esse possim. Post diturnos, ut scis, in literis theologis exhaustos labores, ad calendarum Majas theologica laurea sum insignitus: quam quidem professionem paulo plenius uita genus decere, nō ignoras. Præterea, quoniam haec usque amplitudini tuæ sumptu tantum sui, æquum est, ut aliquando sim & usui, & dignitati. Iam uero hoc ipso tempore uacat præpositura Corinthiensis, non maxima quidem illa, sed in eo consilio commodissima: tum quod & in tua sit patria, & à mea nō ita multum absit. Habebis, qui tuorum, tuarūq; illi negotia perinde curæ sit habiturus, ac si propria forent. Præterea quicquid unquam dignitatis mihi accessurum est, id in tuam unius gloriam accesserit, cui semel me debeo, quantus sum. Nec me latet, quam potentes sim competitorum habiturus, quam hoc honore indignos, quam utriq; nostrum maleuolentes. Nihil me terret, modo tu uelis, qui unus plus cæteris omnibus potes patrocinari. Quid enim tu audeas à principibus petere, quod ille cunctetur præstare? Quare si me nō temere adoptasti: si qua unquam ex parte tuo de me iudicio respondi: si me uirum gratum existimas, fac ut hæc præpositura mihi tribuatur. Id ego abs te & diligentius, & pluribus uerbis contenderem, nisi uere rer, ne de tua humanitate, quam ego semper in me propensissimam sum expertus, diffidere uiderer. Ego uicissim modis omnibus enitar, ita me eo honore dignū præstare, ut neq; te noui huius in me muneris poeniteat, & ueterum tuorum erga me beneficiorum fructum aliquem percipias. Vale.

PETITORIAE SYLVA.

Cic. epist. fa. **P**luribus uerbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationem expectaret, aut id fieri nostra amicitia pateretur, aut res uerba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur.

Hoc uelim tibi persuadere, si rationibus meis à te prouisum esse intellexero, magnā te ex eo, & perpetuam uoluptatem esse capturum.

Quod si mihi tua clementia opem tulerit, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo. Lib. v. epistola: Coram me tecum, tota.

Cū uero ea tua sit uoluntas, humanitas, beneuolentia erga me, libenter amplector talem animū. Sed ita (non enim dimittam pudorē in rogando meum) si feceris id quod ostēdis, magnam habebō gratiā, si non feceris, ignoscā: & alterū timorē, alterū mihi te negare nō potuisse arbitror. Est enim res profecto maxima. Quid rectum sit, apparet: quid expediat, obscurū est: ita tamen, ut si nos sumus, qui esse debemus, id est, studio digni, & literis nostris, dubitare non possimus, quin ea maxime conducāt, quæ sunt rectissima.

Lib. vi. epistola: Si mihi non tecum, tota.

Lib. ix. petitio iocosa: Et si munus flagitare.

Cic. ad Atti. Tu si me amas tantum, quantum profecto amas, expeditus facit ut sis, si in clamaro ut accurras. Sed do operam, & dabo, ne sit necesse.

Nunc mihi & consilij opus est tuus, & amore, & fide, quare aduola. Expedita erunt mihi omnia, si te habebō. Multa per Varronē nostrum agi possunt, quæ te etiam urgente erūt firmiora. Multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, quæ tibi occulta esse nō poterunt: multa etiam, sed absurdum est singula explicare, cum ego te requirā ad omnium illud tibi persuadere uelim, omnia mihi fore explicata, si te uidero.

Quam ob rem si me amas tantum, quantum profecto amas, si dormis, expergiscere: si

itas

nas, ingredere, si ingrederis, curre si curris, aduola. Credibile non est, quantum ego in consilijs, & prudentia tua: quodq; maximū est, quantum in amore & fide ponam. Magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat: coniunctio uero nostrorum animorum, breuitate contenta est.

Quare ut Numestio mandauit, tecum ut ageret, item atq; eo, si potest, acrius te rogo, ut planē ad nos aduales: respiraro si te uidero.

Pluribus uerbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.

Tantum te oro, ut quoniam me ipsum semper amasti, eodem amore sis. Ego enim idem sum. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt. Cura ut ualeas.

Tu me, ut facis, opera, consilio, gratia iuua.

Quintum fratrem optimum, humanissimumq; sustenta.

Omniem autem spem habeo estimationis, priuatarumq; rerum in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia: quam si his temporibus miseris & extremis præstiteris: hæc pericula, quæ mihi communia sunt cum cæteris, fortius feram: idq; ut facias, te obtestor, atque obsecro.

Te etiam atq; etiam oro, ut me totum tuendum suscipias, ut si salui erūt, quibus cum sum, unā cum his possim incolumis esse, salutemq; meā tuæ beneuolentiae acceptam ferre.

Itaq; te uehementer etiam atq; etiam rogo, magis quam à me uis, aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.

Quantum hæc epistola non suavioris est, sed rogatoris. Igitur mi Plance, rogo te, & etiam oro, sic mediū fidius, ut maiore studio, magisq; ex animo agere nō possim, ut totū hoc negotium ita agas, ita tractes, ita cōficias, ut quod sine ulla dubitatione apud Coss. obtinuerimus propter summā bonitatem, & æquitatem causæ, id tu nos obtinuisse nō modo facile patiā, sed etiam gaudeas. Quia quidē uoluntate te esse erga Atticū, sæpe præfens & illi ostendisti, & uero etiam mihi. Quod si feceris, me, quem uoluntate, & paterna necessitudine cōiunctum semper habuisti, maximo beneficio deuinctum habebis. Idq; ut facias, te uehementer etiam atq; etiam rogo.

Nunc mi Capito, scio enim quantum semper apud eos, quibus cum sis, posse soleas, eo plus apud hominem facillimum, atq; humanissimū Plancum enitere, elabora, uel potius eblandire: effice ut Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua.

Quod certe facies, si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatemq; qua nemo tibi par est, adhibueris. Quod ut facias, te uehementer rogo.

Ignosce mihi, quod cum antea accuratissime de Buthrotijs ad te scripserim, eadem de re sapius scribā. Nō me hercle mi Plance facio, quod parū confidā, aut liberalitati tuæ, aut nostræ amicitiae, sed cum tāta res agatur Atticī nostri, nunc uero etiam estimationis, &c.

Oro atq; obsecro te Cicero, necessitudinē nostram, tuamq; in me beneuolentiā obtinens, sororis meæ liberos, obliuiscaris esse Lepidī filios, meq; his in patris locum successisse existimes. Hoc si à te impetro, nihil profecto dubitabis pro his suscipere.

Scribere multa ad te neq; possum præ sollicitudine, ac stomacho, neq; debeo. Nā si in tanta re, tamq; necessaria uerbis mihi opus est ad te excitandum & confirmandū, nulla spes est, facturum te quod uolo, & quod oportet. Quare noli expectare longas preces. In tuere me ipsum, qui hoc à te, uel à Cicerone coniunctissimo homine priuatum, uel à consulari tali uiro remota necessitudine priuata impetrare debeo.

Hoc te ita rogo, ut maiore studio te rogare non possim.

Innumerabilia sunt tua in me officia, domestica, forētia, urbana, prouincialia, in re priuata, in re publica, in studijs, in literis nostris. omnia uteris, si feceris, &c.

Cui enim ego potius dignitatē meā acceptū ferre cupiā, q̄ cui salutē & omnia debeo. Credibile non est quantum ego in consilijs, & prudentia tua, quod maximū est, quantum in amore & fide ponam.

Te habere consiliorū autorē, & sollicitudinū sociū, omni in cogitatione cōiunctū cupio.

Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet.

Te autore, mihi uel agendi, uel quiescendi ratio constabit.

Nunc mihi consilij opus est tuus, & amore, & fide, omnia mihi expedita erunt, ubi tuam sententiam accepero.

Hac in re consilium de tua sententia capiemus.

Tuū ad nos reditū, tum omnes tui uehementer desiderat, tum tēpus et res tuę postulat.

Autoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia.

Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflicari.

Sed quid tibi mando nominatim, me totum tuo amori, fideiq; commendo.

Sed si me amas, quod quidem iam facis, aut perbelle simulas.

Nunquam putauī fore, ut supplex ad te uenirem, sed hercle facile patior, datum tem-

Plinius

pus, in quo amorem experiar tuum.

Quod superest, rogo ut pari simplicitate, si qua existimabitis addenda, commutanda, omittenda, indicetis.

Petit. iudicij

A simplicitate tua peto, quod de libello meo diciturus es alijs, mihi dicas. Neq; est diffi-

Lib. iii. epistola: Assumo te in consilium, &c.

(cile quod postulo.

Mihi & tentandi aliquid, & quiescendi te autore ratio constabit.

Obsequar tamen consilio tuo, cuius mihi autoritas pro ratione sufficit.

Audisti consilij mei motus, superest alterutra ex parte iudiciū tuum, in quo mihi æque iucunda erit simplicitas dissentientis, quam comprobantis autoritas.

Politianus lib. vii. epistola: Multo æquius fuerat.

Habes quid mihi uideatur, & intelligis animi mei uotum, sed tamen tuum consiliū sine exceptione sequar: ad tuam uoluntatem me cōfirmabo, à quo honeste dissentire nō pos-

sum. Nihil assentor: tantū enim animi inductio, & me hercle amor in te meus, apud me ua-

let, ut quę tibi utilia sunt, et quę tu uis, ea omnia mihi protinus & recta, & uera uideatur.

Hac in re facturus sum, quicquid tu decreueris. nam huius totius cōsilij, te ducem, me comitem esse decet.

Quod ut facias, non solum te rogo, uerum etiam suadeo. Neq; enim mihi iucundius erit, si nos inuiseris, quam utile tibi.

SYLVA MEA.

HAbes rerum mearum statum. Diuinas animi mei uotum. Vides quid res ipsa flagi-

ter, nam ipse nihil ausim rogare, ne uidear non minus improbus, quam miser.

Improbis planē uideri possem, quā te quotidianis meis postulationibus, occupatisi-

sum interpellem: nisi eo te animo esse cognoscerem, ut quos semel tueri cōperis, non

quiescas donec planē confirmes.

Ex tua unius humanitate quātus sum pēdeo. In te uno omnes spes, fortunę q; mee sūt

Nihil est tam arduum, quod te patrono consequi posse diffidam. (lit.

Nihil tam amplum est, quod uel ego abs te petere nō audeā, uel tū præstare nequeas.

Quam tu facile potes, tam ego uehementer cupio.

Parum recte de tua liberalitate sentit, qui rem iustam uerbosius abs te petit.

Adijce & hunc calculum, ad altissimos cumulos tuorum in me beneficiorum: quibus

& si nihil accrescere posse uideatur, tamen hoc unum desiderant, ut undiq; absoluti, atq;

exaggerati esse uideantur.

Quā plurima sint tua in me beneficia, nihil tamē fuerit hoc uno, uel maius, uel iucundius.

Non dubito quin miretur tua stomachere, quod tecū eadem de re agam sapius.

Scio, perfricui faciem in me, qui hoc ausim abs te petere: sed hanc impudentiā me

docuit non mea natura, sed tua necessitas.

Res est tam pia, tam iusta, ut æquus eam nec hosti negare debeat. Nostra tā arcta

est necessitudo, ut nihil tam impū sit, quod alter ab altero non debeat impetrare.

Si uideor improbus, qui tantam abs te flagitem uerius q; petam, dabis ueniam.

Hac audaciā me docuit non mea natura, sed tua humanitas, qui mihi nihil negare soleas.

Res est eiusmodi, ut si tecū consideres, quod abs te peto, sim abs te potius rogandus.

Inuitus onero te precibus, si surget necessitas.

Scio tantos patronos non precandos ad mediocrem, aut uulgarem operā, sed hoc ne-

RESPONSIO AD PETITIONEM.

Cic. ad Attic.

QVod mecū per literas agis, unā ob causam mallem coram egisses. Nō enim solum

cere

gere potuisses. Nam cum te semper amauī, primum tuo studio, post etiā beneficio prouo-

catus, tum his temporibus Resp. te mihi ita cōmēdauit, ut chariorem habeam neminē.

Literę uero tuę, tum amantissimę, tum honorificentissime scriptę, sic me affecerunt, ut

non dare tibi beneficium uiderer, sed accipere à te ita petente, ut inimicum meū, necessa-

rium tuum, me inuito seruare nolles, cum id nullo negotio facere posses.

Lib. 3. tota epistola: Facis pro cætera reuerentiā. Faciam ergo quod desideras, tam dili-

genter, quam libenter.

Quod admones, gratias ago: quod rogas, queror. Admoneri enim debeo, ut sciam: ro-

gari non debeo, ut faciam, quod mihi non facere turpissimum est.

Excusarem me profecto uel fratri, hoc sanè tempore, sed arctior est amicitia nostra, q; Mea

ut ullam patiat exceptionem, quoties alterutrius seria res agitur.

DE COMMENDATITIA EPISTOLA.

Hic finitum est commendatitiū genus. Quum enim cōmēdamus aliquem, alie-

no nomine quippā petimus: quare iisdē rationibus erit tractandum. Hic tres erūt

considerandę personę. Nostra, eius cui scribimus, eius quem cōmēdamus. Postremo

loco res ipsa cuiusmodi sit erit inspicienda. A nostra persona persuadēbimus, si causas, à

quibus ad hunc commendandū fuerimus cōmmoti, iustas, magnas, plurimas uel ostēde-

mus: uel quod de nostris, aut nobis ipsis sit bene meritis, uel quod nobis cum ipso, aut

nostris cum illius maioribus, uetus, & conuētissima familiaritas intercesserit, aut hospiti-

um, uel quod sanguine propinquus, patria, studij, uel cōiunctus, affinis, aut alioqui cha-

rus, & cōmendatus: uel ita deniq; hominē describemus, ut ob modestiam, probitatē, eru-

ditionem, integritatem, humanitatē, nobilitatem, dignus sit, qui quum omnibus bonis,

tum illi in primis debeat esse q; cōmendatissimus. Si qua uero uel nostra, uel illius quem

cōmēdamus, maiorum uel eius in alterum merita præcesserunt, ea summa cū modestia

significabimus, extenuantes quidem ipsa benefacta, benefaciendū autem animū amplifi-

cantes. Vehementer cōmendationem iuabit, si eum quem cōmēdamus, de eo cui com-

mēdamus quā optime, & sentire & prædicare dicemus. Non possumus enim nō be-

nevolentia quadam cōmoueri erga eos, quibus nos citra assentationē intelligimus esse

admirationē. Quare scite Iocrates præcipuū amicitia conciliandę initium monstrat:

uit, ut absentem laudemus, apud eos, quos renunciaturos suspicemur: si utriusq; nostrum

summam de eo fiducia uerisimiliter aperiemus, sollicitudinē uidelicet quandam in iusticia-

mus oportet, ubi eiusmodi hominem omnem spem suam in ipsius unius humanitate re-

posuisse intelliget, nullius præter suam unius opem implorare uoluisse. Et à personis qui-

dem hoc modo commendationem tractabimus.

A re commendabimus, si eam facile, illi duntaxat cui commendamus, mōstremus: si

piam, si honestā, si utilem probabimus. Tum si eiusmodi erit, ut ex ea ad patronū aliquid

laudis, gratię, autoritatis, aut emolumentum uenturū uideatur, id accurate admonebimus,

A persona cō
mendati cō
ius cui com
mendamus

A re

Breuis huius
generis com
prehensio

Ciceronem

Ciceronem sint plurima, tum illa epistola, cuius initium est. Nondum erat auditum, unum
uersum commendandi artificium una complectitur.

HERMANNVS THEOLOGVS ANDRONIO
Bolano, Antistiti. s. D.

Quamquam mihi Dionysij mei fortunæ maiori propemodum, quam meæ ipsius cu-
ræ essent, præful humanissime, idque non modo propter uetustissimam arctissimamque,
quæ mihi cum eius familia fuit necessitudinē, uerum etiā propter admirabilem hominis
& modestiam, & probitatem, tamen eum tibi pluribus uerbis cōmendandum non puta-
ui, ne uel de nostra amicitia, uel de hominis uirtute parum fides uiderer. Id enim nostra
necessitudo, qua nihil arbitrari inueniri confunctius, postulare uidetur, ut quemcumque be-
nevolentia complectendū statuissem, idem tibi quoque & charissimus, & quam cōmenda-
tissimus debeat haberi. Tanta rursus est hominis tum probitas, tum modestia, tum eru-
ditio, ut uel citra meas literas quā optimo cuique, tum tibi eiusmodi uirorum amantissimo
non possit non esse quam commendatissimus, nisi utrumque parū noui, præsertim quod tibi
ibi ipsi cum patre huius, uiro, ut scis, omnium, qui unquam fuerunt gratissimo & uetus hospitium
fuerit. Non eguit quidē ille nostra cōmendatione, quanquam cōmendari planē uoluit, &
uni adeo tibi uoluit. Mirū enim dictū fuerit, quantum fiducia, in tua unius humanitate re-
posuerit, quam amanter de te & loquatur, & sentiat. Neque enim quæ essent à mente diuer-
sa, loqui consuevit. Nec errat mea quidē sententia. Cui enim obscurū est, quantum pro tua
autoritate, & apud illustrissimū principem, et populū ualeas? Tum quantum studiosis
uiris semper fauerit tua benignitas, sæpe maiorū suorum antehac nunc & mea prædica-
tione didicit. Res est autem eiusmodi, ut tibi non multum negocij, huic plurimū cōmo-
ditatis sit allatura. Debet huic Abbas Syrus ex agris nescio quibus, iam multorū anno-
rum fructus, homo, ut scis, & pecuniosus, et calumniosus, cuius quidem prædecesores,
sine ulla cōtrouersia constanter soluerunt. Hic simul atque insatiabilem habendi sitim, unā
cum mitra est assequutus, debitū inficiatur, in ius, imò potius, in iniuriā uocat. Pudet di-
cere, quas Proteus ille optimo adolescenti tergiversationes neceat, quæ astutas elabedi uias
quærat, hominem nostri. Quod quidem cum semper molestum esse debeat, quia iniquū,
tum hoc tempore Dionysio meo incommodissime sanē obicitur, hoc in tempore nega-
ri pecuniam, quum ea sic est opus, ut quā maxime. Proximo uere erat doctoris insignia
consequutus, quo maiore cum auctoritate possit Reip. commodis inseruire. Est enim
iuris utriusque mire peritus. Vide autem quam iniquum sit huius Mide causificationibus
studiosissimum iuuenem, e medio studiosū suorum cursu, ad iniustas lites uocari, & iam
multis sudoribus promeritum honorem, penē e manibus extorqueri. Rem iam partim
ex me cognosti, reliqua ex ipso coram agere disces. In te uno utriusque nostrū spes sita est.
Quare te per nostram beneuolentiā, & paterni hospitij memoriā, maiorem in modum
oro, ut ei in causa æquissima præsidio uelis esse. Abbatem istum uel odio, uel auctoritate,
uel metu ad soluendum compellas, à litibus quibus maxime pascitur, deterreas. Et ma-
gna & multa sunt tua in me officia, hoc tamen ita mihi erit gratum, ut pro omnium sum-
mo sim habiturus. Apud iuuenem ita beneficium collocaris, ut nunquam antehac apud
quemquam rectius. Bene uale.

Est uulgare ac frigidum cōmendationis genus, quum hoc officium extorquetur à nobis.
Si tibi molestus sum huic imputa. Nam mihi fuit molestior.

Tu pro tua prudentia, ubi ex ipso iam cognito quid sibi uelit cognoris, dispicies, quid
sit factū optimum.

Commodabis illi mea causa, si modo id potes absque tuo incommodo: sin minus, quouis
ablega hominem potius quam ut ad me redeat.

Est & iocosa cōmendatio, quæ nonnunquam plus efficit quam seria. Exemplū est in epi-
stolis Ioannis Campani, qui monachum quendam importunum commendat suo Cardini
nali: & nos aliquando sic pusillum quendam, & recaluastrum ac macilentum commenda-
uimus Mecœnati nostro, qui per eum miserat pecuniam, et in literis caluum appellat,
solitus & me ioco caluū dicere, quod essem raro capillitio. Cōmēdauius autē in hęc ser-
mē sententiam. Caluus ille caluo pecuniam bona fide reddidit. Verum si pernoctes quo
in litu sit iste caluus, haudquaquam admirareris, hominem sic esse macilentum, ut uix
ossibus

ossibus hæreat: sic esse raro capillitio, ut uix tres pili supersint in capite. Est illi longa
apud tuum tribunal. Ea res sic expilat, sic exugit hominē, ut ni tua succurrat bonitas, ne-
pulum quidem nummorum sit usquam habiturus, & periculum sit, ne prorsus fame pe-
reat. Causa pia est, pro matre litigat, neque quicquam superest, nisi ut suprema sententia pro-
nuncietur. Bene uolo homini. Quir enim non faueat similis simili? Eodem beneficio tibi
duos caluos, duos magnos uiros, obligabis. Hęc friuolū uideretur admonere, nisi con-
duceret ad hoc, ut præceptor ex his facile reperiat uarias thematum formas.

COMMENDATITIAE SYLVA.

Epistola lib. epist. fam. 1. cuius initium: Aulo Trebonio, tora huius generis est.
Lentulum nostrum eximia spe, summa uirtutis adolescentem, cum cæteris arti-
bus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui, fac eruditas. Nulla enim
erit hac præstantior disciplina. Quæ nos, & quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia
nos diligit, semperque dilexit, in primis amamus charumque habemus.

Lib. 2. Fabio uiro optimo. Tota.

L. Valerium iuriconsultum ualde tibi commēdo, sed ita etiam si non est iuriconsul-
tus. Melius enim ei cauere uolo, quam ipse alijs solet. Valde hominē diligo, est ex meis
domesticis atque intimis familiaribus. Omnino tibi agit gratias, sed idem scribit, meas li-
teras maximum apud te pondus habituras. Id eum ne fallat, te etiam atque etiam rogo.

Atque ipsum tibi Pomponium ita cōmendo, ut quanquam ipsius causa cōfido te factu-
rum esse omnia, tamen abs te hoc petam, ut si quid residet in te amoris erga me, id omne
in Pomponij negotio ostendas. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

Lib. 6. Cum A. Cecinna tanta. Tota & elegans.

Hunc mihi Cæsar sic uelim omni tua comitate cōplectare, ut omnia, quæ per me possis
adduci, ut in meos conferre uelis, in unū hunc cōferas: de quo tibi homine hoc spōdeo,
non illo uetere uerbo meo quod cū ad te de Milone scripsissem, iure iussisti, sed more Ro-
mano, quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominē, meliorem uirum,
prudentiorem esse neminē. Accedit etiā, quod familiaritatē inducit, in iure civili singu-
laris memoria, summa scientia. Huic ego neque tribunatum, neque præfecturam, neque ullius
beneficij certum nomen peto: beneuolentiā tuam & liberalitatem peto. Neque impedio,
quo minus, si tibi ita placuerit, etiam hūc eum ornes gloriolæ insignibus. Totū denique
hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuam istam & uictoria & fide præstan-
tem. Sumus enim puti diuiculi, quanquam per te uix licet. Verū, ut uideo, licebit. Rufum
istum amicū tuum, de quo iterum ad me scribis, adiuuarem quantum possem, etiam si ab
eo laesus essem, cum te tantopere uiderem eius causa laborare. Cum uero & ex tuis lite-
ris, & illius ad me missis intelligam, & iudicem magnæ curæ ei salutem meam fuisse, non
possum ei non amicus esse: neque sola tua commendatione quæ apud me, ut debet, ualet
plurimum, sed etiam uoluntate, ac iudicio meo.

Lib. 11. Permagni interest. Tota, & elegans.

Item proxima. Lamia uno omnium. Item eodem lib. Cum Appio Claudio:

Lib. 13. Et si non satis. Eodem Gaio Auiano. Item proxima. Aulum Fusium:

Item multæ sequentes epistolæ sunt eiusdem generis. Eodem. Nō dubito. Quin totus
hic liber nihil habet præter epistolas commendatitias. Lib. 15. Marcum Fabium.

Quare cæteris in rebus, tantū ei tribues quātū humanitas tua amicitiaque nostra postulat.
De Tullia mea tibi antiquissimū esse uideo, idque ita ut sit, te uehementer rogo.

Ego autem mihi Plance, & si non dubitabam, quin & S. C. & lex & Coss. decretū, ac li-
tere apud te plurimū auctoritatis haberēt, teque ipsius Attici causa uelle intellexerā, tamen
hoc pro coniunctione, & beneuolentiā nostra mihi sumpsi, ut id à te peterē, quod tua sin-
gularis humanitas, suauissimique mores, à te essent impetraturi. Id autem est, ut hoc, quod
te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causa libenter non prolixè, sed cele-
riter facias. Mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec charior Attico, cuius antea res so-
lum familiaris agebatur, eaque magna, nunc accessit etiam existimatio: ut quod cōsecutus
est magna et industria, et gratia uiuo Cæsare, mortuo id, te adiuuante, obtineat. Quod si
à te erit impetratum, sic uelim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturū ut tuo
summo beneficio me affectum iudicem.

Ego

Cic. epist. fam.

10008

Responsio ad
commendatitiam

Cic. ad Attic.

Ego etiam mihi Cicero proprie, familiariterque te rogo, ut Veterem ames, uelisque esse quam amplissimum, qui & si nulla re deterreri a proposito potest, tamē excitari tuis laudibus, indulgentiaque poterit, quo magis amplectetur, ac tueatur iudicium suum, & mihi gratissimum erit.

Filiam meam, & tuam, Ciceronemque nostrum quid ego mihi frater tibi commendem? Quin illud mereo, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas affert, quam mihi. Sed te incolumi orbi non erunt.

Itaque eum tibi commendo maiorem in modum, hominem domi splendidi, gratiosum etiam extra domum, quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. Est tribunus militum in exercitu nostro, Gratum hominem obseruantemque cognosces, Trebatium ut ualde ames, uehementer te rogo.

Quare ut instituisi complectere adolescentem.

Ex libro ad Brutum. Tota. Bibulus, Item epist. Multos tibi.

Omnibus rebus ita eum tractes, ut intelligat nostram commendationem non uulgarē fuisse.

COMMENDATORIAE AD NUPTIAS EXEMPLVM.

Tota epist. lib. 1. Petis ut frat. t.

Elegans exemplum commendationis, erit tota illa epist. lib. 2. cuius initium: Et tu occasionem obligandi me auidissime amplecteris.

Lib. 3. epist. Quod ipse amicis tuis.

Lib. 4. Caluissium nepotem.

Eodem lib. Si quid omnino. Rursum lib. 6. Atilium Crescentem.

Obliga me, oblige ante, quam dicat, nam cum dixerit gratias ages. Spondeo solliciti dini tuae, spei meae, magnitudini causae suffecturum.

Est indolis optimae, breui producturus alios, si hic interim prouectus fuerit a nobis.

Accepisse te beneficium credes, cum propius inspexeris hominem, omnibus honoribus, omnibus titulis (nihil uolo elatius de modestissimo uiro dicere) parem.

Commendatio
praeceptoris

Videor ergo demonstrare tibi posse iulium Genitorem. amatur a me, iudicio tamen meo non obstat charitas hominis, quae ex iudicio nata est. Vir est emendatus & grauis, paulo etiam horridior, & durior, ut in hac licentia temporum: quantum eloquentia ualeat, pluribus credere potes. Nam dicendi facultas aperta, & expolita statim cernitur. Vita hominum altos recessus, magnasque latebras habet, cuius pro Genitore me sponsorē accipe. Nihil ex hoc uiro filius tuus audiet, nisi profuturum. Nihil discet, quod necesse reuerentius fuerit: nec minus saepe ab illo, quam a te, meque admonebitur, quibus imaginibus oratur, quae nomina, & quanta sustineat. Proinde fauentibus dijs, trade eum praecptori, a quo mores primum, mox eloquentiam discat, quae male sine moribus discitur.

Lib. 5. epist. Video quam molliter tuos habeas.

Claudius amari a te cupit, dignus hoc ipso quod cupit, deinde quod ipse te diligit. Neque enim ferē quisquam exigit istud, nisi qui facit, uir alioqui reclus, integer, quietus, ac penē ultra modum, si quis tamen ultra modum, uerecundus.

Hunc hominem appetentissimum tui, mihi crede, complectere, adprehendere, imò & inuicere, ac sic ama tanquam gratiam referas. Neque enim obligandus sed remunerandus est in amoris officio, qui prior coepit.

COMMENDATIO MEA.

Meritis in illum beneficijs conferendis reddidisti te quodammodo obnoxium. Ita enim nunc moribus comparatum est, ut posteaquam multa praestiteris, hoc tantum meminere quod negatum est.

Posteaque hominem coepisti benefacere tuo facere, beneficia beneficijs cumulata sunt.

Nō decet stare semel incitata liberalitatem, cuius pulchritudine usus ipse commendat.

Cur hunc hominem tibi tanto studio commendandum putarim, mirari defines, ubi eum propius nosse coeperis.

Huius persuasum est: & te apud principem, & me apud te plurimum ualere: & de te quidem haud fallitur, de me ne fallatur, non tam promeritus sum, quam cupio.

Pluribus hanc rem abs te contenderem, ni uererer, ne cui de tua humanitate uideret diffidere.

Scio

Scio non sine causa dictum Horatio: Quem cui commendes etiā atque etiā aspice. Sed huius hominis integritas sic mihi multis argumentis est explorata, ut nō dubitem illum tibi uel capitis mei periculo commendare. Quem si complecteris, gratias agam, quod mihi credideris. Sed tu mihi magis ages gratias, quod tibi tradiderim hominem in manum, qui tibi fuerat etiam e longinquo arcessendus.

RESPONSIO AD COMMENDATIONEM.

Numerium Numestium libenter accepi in amicitiam: & hominem grauem & priuicid ad Atticidem, & dignum tua commendatione cognoui.

Plinius lib. 6. epist. Commendas mihi. Rursum epist. Rogas ut agam.

Quid ego audior? Vis tibi ignosci, quod me tuis commendationibus literis oneras. Imò sic Mea interpretor, ingens beneficium abs te datum, qui tali uiro me conciliaris.

Quid possim tu uideris. Quis sit exitus rei futurus, fortunę in manu est. Illud efficiam ut Antonius intelligat nostram amicitiam haudquaquam uulgarem esse.

Et tu diligenter commendas hominem, & ille mihi uisus est dignus cui tantopere faueas. Sed temporum iniquitas in causa fuit, quo minus liceret illi tantum praestare quantum uolebamus.

DE MONITORIA EPISTOLA.

Monitoria epistolae duplex est officium. Et uitium, si quod mutari uolemus, doctē indicare, & quae sint agenda, ea nescienti tanquam scienti ostendere. Et quoniam uix quisquam a quo animo sua discit uitia, ideo reprehensionis acerbiter laude mitigabimus. Cū multa in eo sint egregia, negabimus passuros nos, ut tot uirtutes unius uitij ne uo obcurentur, neque commissuros ut tantus amicus cum exceptione laudetur. Deinde ipsum uitium uel ab aetate, uel ab imprudentia extenuabimus, uel maximis quoque uiris idem fuisse ostendemus: aut certe ipsam quidem esse mutandum, sed tamen ab animi liberalitate, alia uel uirtute proficisci, haud magno negotio mutari posse. Nos haec praecipuo in illum amore scribere dicemus, alijs non idē facturos. Orabimus ut pari libertate in nos utatur, nisi forte minus amet. Id enim proprium amicitiae munus, ut libera sit admonitio ac mutua, & similia, quae ad hanc sententiam pertinebunt. Quod si tyranno, regi, aut alio qui potenti scribimus, cuius aures nullam omnino sint reprehensionem admittunt, eum falso laudantes reprehendemus. Quum enim multas in eo uirtutes predicamus, a quibus est alienissimus: quum item in alijs quaedam abominanda execramur uitia, a quibus illum immunem esse dicimus, tacite admonemus agnoscentem, quid mutare, quid sequi debeat. Hoc equidem consilio laudationes illas principum repertas fuisse auguror, ut sub laudis specie suorum uitiorum sine offensa, sine pudore admonerentur. Alioqui quid ea assentatione foedius? Vbi uero sine reprehensione quid agendum sit, ostendemus, autoritatem quaedam nobis constituamus oportet, sine eius, quem monemus iniuria. Idque uel ab aetate, qua illum longe praecedimus, uel a multarum rerum usu, qui in eo tantus per aetatem nondum esse potuit: uel a diuturno studio in quo nos simus plurimis annis uersati, illo nunc ingrediente: pollicebimur nos amantissime, simulque fidelissime consulturos. Demum grauitate quadam sermonis, quid quo modo fieri conueniet ostendemus.

Probatissimorum autorum dictis & exemplis crebris utemur, praesertim eorum quorum autoritas grauis est apud eum quem admonemus, & quid quoniam laudis, aut infamiae consequutum sit, ostendemus. Ad prius illud admonendi genus quo amicum uel blandius uocamus ad meliora consilia, uel liberius obiurgamus, pro personarum aut rerum uarietate, multum conducet liber Plutarchi, quem scripsit de discernendo adulatorum ab amico. Ad posterius hoc quod tantum docet, non obiurgat, conferent epistolae, imò libri omnes Senecae, Cypriani, Hieronymi & aliorum qui uiuendi formam diuersis praescripserunt. Sed praecipue Plutarchi libelli, qui morales appellantur. In priore reperitur huiusmodi ferme themata. Admonendus amicus submorsus, ut magis sese accommodet ad mores omnium. Sit magis comis in uxorem, mitior in liberos, clementior erga famulos, obsequentior erga amicos. Item qui lingua sit liberioris, admonendus, ut circumspicius loquatur, quod non eodem candore ab omnibus excipiantur, quae dicuntur. Item amicus plus satis addictus studijs admonetur, ut parcat ualitudini, ut se paratiatur studijs ac necessarijs negocijs, ut se magis accomodet ad sensum communem. Ita

Tom. 1

K qui

qui simpliciore erit ingenij admonebitur ne quid fidat fictis amicis. Qui deditur erit alicui reuocabitur ad alios lusus. Qui profusior, ad frugalitatem, qui ferocior, ad modestiam, qui incogitantior, ad uigilantiam. Atque item de ceteris. nam sunt innumera. Hoc genus minimum differt a suasio. In posteriore licet huiusmodi themata fingere. In studio literarum quo modo uersandum. Stylus quibus modis potissimum parandus. Quibus rebus concilianda fama. Quibus artibus uitari possit inuidia. Quo pacto colenda amicitia. Quid uitandum, aut sequendum in matrimonio, qua de re scripsit Plutarchus. Quibus modis instituendi liberi. Quid faciendum ludimagistro. Quid ei, qui decreuerit in aula principum uiuere. Quod officium boni medici, principis aut episcopi, ducis aut militis, boni concionatoris. Ex his similia licebit similesque materias comminisci. Saepemiscetur utrumque genus, cuius accuratissimum exemplum si quis quaerit, legat Ciceronis ad Q. Fratrem epistolam, cuius initium: Et si non dubitabam quin hanc epistolam. Praestabit in huiusmodi thematibus exerceri, unde praeter phrasim paratur & prudentia potius quam in frivolis & anilibus materiis. In re tam uaria, non magni referebat exemplum subijcere, sed tamen hoc faciemus, ne prorsus exemplo careat praecipio.

EXEMPLVM EPISTOLAE MONITORIAE.

Quoniam ex Italia reuersus, inter tuos uiuere decreuisti, eritque tibi & pro tua eruditione, & natalium splendore, & uitae dignitate in omnium oculis summa cum expectatione uiuendum, oras ut senex iuueni optimam quandam uiuendi formam comonstrem, quo possis & maleuolorum reprehensionem effugere, & optimi cuiusque iudicio probari, denique & animi tranquillitati & corporis ualeitudini consulere. Incredibile dictu est, quam iam nunc ista animi tui maturitate defecer, qui iuuenis adhuc, ea quae senes plerique negligimus mediteris. Optima, inquit Cicero, est uita eligenda ratio, quam iucundam reddet consuetudo. Quare quamquam singularis tua, & eruditio, & praematura quaedam animi magnitudo, monitore non egeat, tamen quantum aetate, qua sola te uincimus: quantum longo rerum usu, qui prudentes efficere solet: quantum multorum amorum studio consequi potuimus, institutum quam optimum praescribemus. Quod & ueterum plerisque tenuisse uideo, me quoque, quantum potui, sequutum esse gaudeo, ne te quidem sequutum fuisse poenitebit olim. Principio, quod semper fecisti, eum animam obtine, qui nihil acerbum, nihil durum existimet, quod sit honestum. Qui nullo uel metu deterritus, uel spe captus, ab officio deflectatur. Quam optimos tibi adiungito. Malos ne laessito: tua ne laes; aliena ne carpas. Fac quum omnibus sis anteferebas, ipse te praeferas nemini. Amicum ita ames, tanquam aliquando ofurus: inimicum ita oderis, tanquam olim amaturus. Cum bonis officijs certa: nemini aduerseris: omnibus te affabilem praebes: domi hilaris, foris compositus. Nemini tua arcana committas, memorque fallax sit multorum amicitia. Beneficium confer libenter, inuitus accipe. Morositatem in primis fuge. Officiorum diuissime meminisse oportet, iniuriarum facile obliuisci. Gloriam si contemnes, ultro te sequetur: sin sequeris, fugiet sequentem. Ne capta laudari, sed fac laudanda. Cum prepotentibus, aut nulla sit consuetudo, aut comis. Nullus sumptus tibi sit preciosior tempore: diem in operas partire. Ieiunus stude, aut scribe: pransus, hilariora quaedam agito, cessa nunquam. His rationibus si diligenter uteris, & animi tranquillitati consulas, & charus quam plurimis, nemini odiosus esse poteris. Corpus uero moderatis agitationibus exerce, ne ignauia torpescat, ne uel immodicis laboribus frangatur. Cibus sit temperatus, ac tempestiuus: prande liberalius, coena parcius, potus non quantum libidini, sed quantum naturae satis est, fume. Vale.

ALIUD EXEMPLVM.

Dum te incredibili quodam ardore literarum flagrare minime dubitarem, Christiane non uulgaris amice, hortatore nihil opus esse putauit, sed eius quam ingressus esses, uita duce modo, ac tanquam indice. Id quod mei officij esse iudicauit, uidelicet ut tibi homini non modo multis modis copulatissimo, uerum etiam iucundissimo, uestigia, quibus ipse a puero essem ingressus, commemorarem. Quae si tu pari cura accipies, atque ego dicturus sum, futurum confido, ut neque me monuisse, neque te paruillae poenituerit. Prima igitur cura sit, ut praecipitor tibi deligas quam eruditissimum. Neque enim fieri potest, ut is recte quinquam erudiat, qui sit ipse ineruditus. Quae simul atque nactus eris, fac modis omnibus efficias

efficias, ut ille patris in te, tu filij uicissim in illum induas affectum. Ad quod quidem cum ipsa honesti rationis debet adhortari, quod non minus debeamus ipsi, a quibus recte uiuendi rationem, quam a quibus uiuendi initia sumplimus: tum mutua ista beneuolentia tantum ad discendum habet momenti, ut frustra sis literatum praecipitorem habiturus, nisi habueris & amicum. Deinde ut te illi & attentum, & assiduam praebes. Contentione enim immodica nonnunquam obruunt ingenia discerium. Assiduitas uero, & mediocritate sua perdat, & quotidianis incrementis maiorem opinione aceruum accumulatur. Satietae cum omnibus in rebus, tum in literis nihil perniciosius. Laxanda est igitur aliquoties illa literarum contentio, intermiscendi lusus, sed liberales, sed literis digni, & ab his non nimis abhorrentes. Immo medijs ipsis studijs perpetua quaedam uoluptas est intermiscenda, ut ludum potius discendi, quam laborem existimemus. Nihil enim perquam diu fieri potest, quod non agerem aliqua uoluptate remoretur. Optima quaeque statim, ac primum discere. Extrema est dementia, discere dediscenda. Quod in curando stomacho solent praecipere medici, idem tibi in ingenijs seruandam puta. Caue ne aut noxio, aut immodico cibo ingenium obruas: utroque enim iuxta offenditur. Ebrardum, Catholicon, Brachylogum, caeterosque id genus, quos percensere, neque possum, neque opere precium est, ipsi relinquo, quos barbariem immenso labore discere iuuat. Initio non quam multa, sed quam bona percipias, refert. Sed iam rationem accipe, quam possis non solum rectius, sed etiam facilius discere. Hoc enim in homine artifice praestare solet artis ratio, ut tantumdem operis, quum rectius, expeditiusque, tum leuius etiam efficiat. Diem tibi in operas partire, id quod & a Plinio Secundo, & a Pio pontifice Max. uiris praestantissimis, factitatum legimus. Principio, quod caput est, praecipitorem interpretantem, non attetus modo, sed & audius auscultato. Non contentus impigre sequi differentem, aliquoties prauiolare contende. Omnia illius dicta memoriae, praecipua etiam literis mandabis fidelissimis uocum custodibus. Quibus rursus ita confidas caue, ut diues ille ridiculus apud Senecam: qui sic animum induxerat, ut se tenere crederet, quicquid seruatorum quicquam meminisset. Noli committere, ut codices habeas eruditos, ipse ineruditus. Audita ne effluant, aut apud te, aut cum alijs retracta. Nec his contentus, aliquam temporis partem tacitae cogitationi tribuere memento: quam unam D. Aurelius, tum ingenio, tum memoriae in primis conducere scripsit.

Confectio quoque & tanquam palaestra ingeniorum, neruos animi praecipue tum ostendit tum excitat, tum adauget. Nec sciscitari, si quid dubitabis: nec castigari, si quid errabis, sit pudor. Nocturnas lucubrationes, atque impetiosa studia fugito: nam & ingenium extinguunt, & ualeudinem uehementer offendunt. Aurora multis amica est, apta studijs. Pransus, aut iude, aut deambula, aut hilarior confabulare. Quid quod inter ista quoque studijs locus esse potest? Cibi non quantum libidini, sed quantum ualeudini satis sit, sumito. Sub coenam paulisper inambula: coenatus, idem facito. Sub somnum, exquisiti quipiam, ac dignum memoria legito. De eo cogitantem sopor opprimat: id experrectus, a te ipso reposcas. Plinianum illud semper animo insideat tuo: Omne perire tempus, quod studio non impertias. Cogita iuuenta nihil esse fugacius: quae ubi auolarit semel, redit nunquam. Sed iam hortator esse incipio, indicem pollicitus. Tu suauissime Christiane, hanc formam, aut si quam poteris meliorem, sequere, ac bene uale.

QUI SIT MODVS REPETENDAE LECTONIS.

Quibusdam prima ac unica fere cura est, statim ad uerbum ediscere: quod equidem non probo, est enim tum magni laboris, tum fructus prope nullius. Quorum enim attinet, plitaci more, uerba non intellecta reddere: Commodiorem igitur uiam accipe. Lectionem quidem auditam continuo relege: ita, ut uniuersam sententiam paulo altius animo insigas. Deinde a calce rursus ad caput redibis, & singula uerba excutere incipies: ea dumtaxat inquirens, quae ad grammaticam curam attinent. Videlicet, si quod uerbum obscurum, aut ancipitis deriuationis, si heterocliticae coniugationis: quod supinum, quod praeteritum faciat: quos habeat maiores, quos nepotes, quam constructione: quid significet, & huiusmodi nonnulla: hoc ubi egeris, rursus de integro percurrito: ea iam potissimum inquirens quae ad artificium rhetoricum spectant. Si quid uenustius, si quid elegantius, si quid concinnius dictum uidebitur, annotabis indice, aut asterisco appposito. Verborum compositionem inspicies, orationis decora scrutabere. Auctoris consilium indagabis, quae

Docet agēda

quicquid ratione dixerit. Vbi quid te delectauerit uehementius; caue præter casam, quod auit, fugias. Fige pedem, ac abs te ipso rationem exige, quare tantopere sis ea oratione delectatus: cur non ex cæteris quoque parem ceperis uoluptatem. Inuenies te acumine, aut exornatione aliqua oratoria, aut cõpositionis harmonia: aut, ne omnia persequar, simili quapiam causa commotum fuisse. Quod si aliquod adagium, si qua sententia, si quod pro uerbum uetus, si qua historia, si qua fabula, si qua similitudo non inepta, si quid breuiter, acute aut alioqui ingeniose dictum esse uidebitur, id tanquam thesaurum quædam animo diligenter reponendum ducito ad usum, & ad imitationem. His diligenter curatis, ne pigeat quarto iterare. Nam hoc habent eruditorum uirorum, summo ingenio, summis uigilijs elucubrata scripta, ut milies relecta, magis, magisque placeant, semperque admiratori suo nouum miraculum ostendant, id quod tibi in tabula tua sæpenuero nec sine causa laudata euentre solet, quod antea non animaduertisses. Id tibi multo amplius in bonis autoribus eueniet. Releges igitur quarto, ac quæ ad philosophiã, maxime uero Ethicem referri posse uideantur, circumspicies, si quod exemplum, quod moribus accommodari possit. Quid autem est, ex quo non uel exemplum uiuendi, uel imago quædam, uel occasio sumi queat? Nam in aliorum pulchre ac turpiter factis, quid deceat, quid non, iuxta uideamus. Hæc si facies, iam uel edidiceris, quanquam aliud egisti. Tum demum, si libet, ad edicendum laborem accedito: qui tum aut nullus erit, aut certe perquam exiguus. Quid deinde? Restat, ut cum studiosis congregaris, tuas annotationes in medium proferas, uicissimque illorum audias, alia laudabis, alia reprehendes: tua partim defendes, partim castigari permittes. Postremo quod in alijs laudasti, tuis in scriptis imitari conaberis.

Secreta studia à doctis laudantur: at ita, ut postea è latebris in harenam prodeamus, uirumque nostrarum periculum faciamus. Id quod sapientissimè à Socrate est dictum. Experiatur utrum partus ingeniorum uitales sint, nimirum obstericum industriam imitati. Quare alternatim utrisque utetur, qui non uulgariter uolet euadere doctus. Vale.

ALIUD EXEMPLVM DE VITA AVLICA.

Scribis te nolentem ac reluctantem, uoluntate parentum rapi, protrudique in aulam principis. Quando igitur necessitas uinci non potest, superest ut commode utendo perficias, ut aliquando te isthinc explices quam minimo malo. Nec enim omnibus infeliciter celsit, hanc adisse Laidem. Et ne tibi uidear non satis grauis admonitor, scito me ab ipsa pueritia ad annum usque quinquagesimum in aulis principum militasse. Primum illud tecum statuito, ne quid cui credas, quantumuis in speciem amico, quantumuis ardentem, complexanti, pollicenti, deieranti. Nec quenquam existimes tibi ex animo amicum, nec tu sis cuiquam amicus ex animo: tamen perinde quasi neminem non ames, ita blandus & comis esto singulis. Esto largissimus eorum officiorum, quæ tibi nihil adferunt impendij. Saluta blande, complectere, cede uiam, aperi caput, subinde repete honoris & charitatis titulos, lauda affatim, pollicere benigniter. Prius igitur domi uultum componito, ut is tibi paratus sit ad omnem fabulæ partem, ne quid ueri affectus in facie subluceat. Meditanda domi est actio, ut oratio uultui, ut uultus ac totius corporis gestus, orationi fucata subseruiat. Hæc sunt aulicæ philosophiæ rudimenta: ad quæ nullus erit idoneus, nisi prius omnem pudorem absterferit, ac uultu natiuo domi relicto, quasi personam sumperit. Proximum erit, ut factiones totius aulæ subdoreris, sed ita, ne cui te facile admisceas. Si quos, aut si quas uideris nihil non posse apud principem, uide ut te semper inflectas ad latus nauis felicius. Nec pudeat, aut pigeat assentari morionibus etiam, quos animaduertis esse gratos Ioui. Sed hunc ipsum omnibus technis captabis. Quoties in illius conspectu consistes, arte præ te feres simplicem quandam alacritatem, quasi gaudio gestias quoties illi datur adesse. Et postea quam comperisti, quibus rebus offēdatur, quibus oblectetur, non multum erit negocij apud illum quamuis magnam inire gratiam. Comode subseruias, ad orationem arridebis: si loqui non dabitur, applaudas uelut admira bundus. Sed apud alios plenis, ut aiunt, tibijs illius laudes decantabis. Aliqui certe perferent, si passim prædicaueris. Nunc hic, nunc ille tibi captandus erit munusculo, sed elegantiori & apto magis, quam precioso, ne uidearis aureo piscari hamo, precium ad des oratione. Excusabis tenuitatem fortunæ. Vbi illa contigerit opulentior, polliceberis motes aureos: si qua præda affulserit, caue quisquam deorum aut hominum tibi tam charus sit, ut illi cedas

cedas. Semper tibi proximus esto. Quoties de re agitur, uel patri uerba data sunt. Non semper in aula spirant uenti sequendi: ubi spirant, arripienda est occasio. Nullius iurij rãdi tam sancta sit tibi religio, ut huius gratia patiaris optimam prædam elabi de manibus. Si quibus principem senseris uehementer infensum, ac diuersam factionem gestire uictoria, semper accommoda te felicioribus, sed ita, ut alteram partem non lædas capitaliter, nisi id fiat tuo magno, certoque bono. Solent enim principum fauores, uentorum in more subinde reflare in diuersum. In summa, ubique uenare commodum tuum. Ne quem aperte lædas. Caue mensam habeas domi, ea res exhauriet te sumptibus. Longe præstat conuiuia esse, quam conuiuatorum. Noli supputare, quanti constet una cœna domi data, sed subducito rationem, ad quantam summam post annum ea res tibi sit reditura. Procures aliquot cole. Horum mensis te adiungito, sed ita, ne crebrius ad eundem. Hic comis & commodus esto conuiuia, sic festiui ac lepidus, ut ne quem offendas. Si quid in te dictum erit petulantius, in lusum, iocumque uertito, etiam si seria res sit. Ab omnibus tanquam ab hostibus caueti. Ne cui concredas, unde te possit lædere. Si quos senseris tibi parum amicos, fac artificio summo dissimules, & cõmunibus officijs hoc magis apud illos amicum agas. Lauda apud eos, quos suspicaris renunciaturus, hac arte aut fient amici, aut mitius erunt inimici. Tantum caue, ne qua detur ansa laedendi. In cæteris nugis aulicorum esto lepidus congerro. Tantum ab alea temperato: siquidem ad hunc scopulum multi fecere naufragium, sic, ut uix licuerit enatare nudos. Da operam, ut quam minimum inquiris. Ad rem augendam & constabiliendam ubique uigila. Vbi satis pingueris, excogitata ratio, ut quod paucis contigit, feliciter ab aula te subducas, tibi que uiuas. Neque perpetuus ad sis principem, neque nimium diu ab sis: quorum alterum parit tædium, ac satietatem, alterum obliuionem. Ut autem etiam cõmodo tuo ab sis, ambilegationes, sed fauorabiles, minimique negocij, ita subinde redibis nouus ad principem tuum. Semper esto querulus ac petax, & quemadmodum callidæ meretrices, uarijs nominibus ac modis, semper aliquid aufertur ab amatoribus, ita tibi studio sit, semper aliquid auferre à principem. Sed ea potissimum petenda, quæ ille sine suo sumptu largiri potest. Quod genus sunt, sacerdotia, præposituræ, abbatia. Si quid erit tale, cuius tu capax non sis, suborna qui petat suo nomine, sed tuo cõmodo. Hæc arbitror esse satis pro primis elementis: posthac ubi te profecisse uidero, abstrusiora quædam impartiam. Vale.

EXEMPLVM EPISTOLAE, QUAE HABET admixtam obiurgationem.

Contigit tibi genus cum primis honestum: contigit res satis ampla, contigit ingenium, contigit eruditio non uulgaris, nec deest iudicium. Quid multis felix eras, nisi unum quiddam tibi deesset, ut hoc tua pace dixerim. Nam hæc qui scribit, tibi ex animo bene uult, ut si quis alius. Quid istuc? inquires. Ut animo imperes tuo, mi Saxonii. Quid conferunt literæ, si nescias uti? Non hercle plus, quam cithara ei qui nesciat canere. Ad hoc dicitur philosophia, ut ne quid agatur ex affectu arbitrio, sed ex rationis iudicio. Et unum hoc quod deest ad felicitatem, ipse tibi præstare potes: prestiteris enim ilico, si magno opere uelis. Quid tibi cum istis litibus? Sit interim leuis momentum, quod & re deteris, & temporis iacturam facis, animi tranquillitate cares, & minus iucundus es uxori, liberis, amicus, minus adeo tibi ipsi: uidet toties periclitari ualeitudinem tuam. Ut belli, sic litis incertus euentus. Sed finge certam uictoriam: quæso te, totum hoc quod euincas, tot in cõmodis emendum putas, etiam uitæ discrimine? Scio, non facis ista tuopte ingenio, quo nihil est ad pacem, & amicitiam propensius. Instigat te lippus ille ueterator, homo factus ad lites. Sed obsecro te per nostram amicitiam, qui magis libet isti uni auscultare, quam optimo parenti, quam his amicis, qui tibi non minus bene uolunt, quam sibi? Tu quid pro tuo candore alios æstimas è tuo ingenio: at uereor ne cõsultor iste sibi consulat, non tibi. Mihi uultus ipse hominis impostorem clamitat. Atque utinam hic mihi sit læua mens: sed uereor ne fero sapias, meque uatem fuisse dicas. Reijce nebulonis uenenatam blandiloquentiam. Patrem uirum & singulari prudentia præditum, & tui plus quam paternæ amantem: imò tuum ipsius ingenium, tuam eruditionem in cõsiliu adhibe. Rem per arbitros cum affine transige, uel parum æquis conditionibus: fortasse capies aliquod rei dispendium. Crede mihi, si rerum omnium rationem subduxeris, istud dispendium summum erit cõmpendium, etiam si in solidum pereat, quo de his est. Vale.

Cic. epist. fa. **N**am neq; pugnantū arbitraret contra tantas opes, neq; delendum, etiam si id fieri posset, sum morum ciuū principatum; neq; permanendum in una sententia, cōuerfis rebus, ac bonorū uoluntatibus mutatis, sed temporibus assentiendū. Nunquā enim praestantibus in Rep. gubernanda uiris laudata est in una sententia perpetua permāfio: sed ut in nauigando tempestate obsequi artis est, etiā si portum tenere nō queas: cum uero id possis mutata uelificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis, potius quā eo commutato quō uelis tandem peruenire; Sic cum omnibus nobis in administrāda Rep. propositum esse debeat id, quod à me sapissime dictum est, cum dignitate ocium: non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus.

Mitigatio Et si eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem, ut meum consilium non antepōnam tuo, tamen & amicitiae nostrae uelustas, & tua summa erga me beneuolentia, quae mihi iam à pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberē ad te, quae & saluti tuae cōducere arbitraret, & non aliena esse ducerem à dignitate.

Sed quoniam quod mihi placeret ostendi, reliqua tu pro tua prudentia considerabis. Scribam aperte, sicut & mea natura, & nostra amicitia postulat.

Oro, obtestorq; te, pro nostra uetere cōiunctione, ac necessitudine, proq; summa mea in te beneuolentia, et tua in me pariter, te ut nobis, parenti, coniugi, tuisq; omnibus, quibus es, fuisitq; semper charissimus, salutē cōserues: incolumitati tuae, tuorumq; qui ex te pendēt, cōsulas. Quae didicisti, quaeq; ab adolescentia pulcherrime à sapientissimis uiris tradita memoria, & scientia cōprehēdisti, ijs hoc tempore utare: quos cōiunctos summa beneuolentia, plurimisq; officijs amasti: eorū desiderū si non ex quo animo, at forti feras. Nunc tantum significandum putauī, ut potius amorem tibi ostenderem meū, quā ostentarem prudentiam.

Adhuc enim patitur tua summa humanitas, et sapientia, me quod sentia, libere dicere. Lib. x. epistola: Quae loquutus est Furnius noster.

Cic. ad Attic. Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori uictoria, sic huic moderatori reipublicae beata ciuū uita proposita est, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit. Huīus enim operis maximi inter homines, atq; optimi illi esse effectorem uolo.

Vehemētē à te Brute dissentio, neq; clemētia tuae cōcedo, sed salutaris seueritas uincit inanē specie clementie. Quod si clemētes esse uoluerimus, nunq; deerūt bella ciuilia.

Hæc ex oraculo Apollinis Pythij ædita tibi puta, nihil potest esse uerius.

Nunc Cicero, nunc agendum est, ne frustra oppressum esse Antonium gauisi simus, ne semper primi cuiusq; mali excidendi causa sit, ut aliud renascatur illo peius.

Etiā illud admoneo, ne quid ullis literis cōmittas, quod si prolatum sit, moleste feramus. Multa sunt, quae ego nescire malo, quā cum aliquo periculo fieri certior.

Cic. epist. fa. Nec te tam longae nauigationi & uia per hyemem nisi bene firmum committas, ne uenies, nisi explore. Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Solent nauis festinare quæstus sui causa, cautus sis mi Tiro.

Accepi tuam epistolam uacillantibus literulis, nec mirum tam graui morbo.

Audio te animo angī, & medicū dicere, ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex fono tuas literas, humanitatemq; propter quam tu es mihi charissimus.

Nūc opus est te animo ualere, ut corpore possis. Id quū tua, tū mea causa facias, à te pe mihi crede, tuis literis perlectis, exilui gaudio. (to.)

Quid est enim negocij, continere eos quibus praesit, si te ipse cōtineas? Nam ut quisq; est uir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur.

Multis enim simulationū inuolucris tegitur, & quasi uelis quibusdam obducitur uirtutisq; natura. Frons, oculi, uultus, per sepe mentiuntur, oratio uero sapissime.

Quid enim ei praecipiam, quem ego in hoc praesertim genere intelligam prudentia non esse inferiorem me, usi uero etiam superiorem.

Quapropter incumbe toto animo, et studio omni in eā rationem qua adhuc usus es, ut eos, &c.

At

At ille quidem princeps ingenij & doctrinae Plato, tum deniq; fore beatas Resp. putat, si aut docti, ac sapientes eas regere coepissent, aut qui regerent omne studium in doctrina ac sapientia collocassent.

At ea quidem quae supra scripta sunt, non ut te instituerem scripsi (neq; enim prudentia tua cuiusquam praeccepta desiderat) sed me in scribendo commemoratio tuae uirtutis defecit: quanquam in his literis longior fui, quā aut uellem, aut me fore putauī. *Mitigatio monitoris*

Sed te illud admoneo, ut te ante compares, quotidieq; meditare resistendū esse iracundiae, quum ea maxime animum mouet, tum diligentissime linguam esse continendam: quae quidem mihi uirtus, non interdum minor uidetur, quā omnino non trahi.

Nihil enim nec temere dicere, nec astute reticere debeo. Apud Xenophontē est Cyri & Ageilai, summo imperio, nullum unquā uerbum asperius auditum fuisse. *Mitigatio monitoris*

De sorore quod scribis, testis erit tibi ista, quantē mihi curae fuerit. Utinā fratris in eā animus esset is, qui esse deberet. Quē quum esse offensiorē arbitraret, eas literas ad eum misi, quibus & placarem ut fratrem, & monerem ut minorē, & obiurgarem, ut errantem.

Tu pro tua prudentia, quid optimū factū sit uidebis. Nisi mihi fortuna propriū consiliū At uide quanto diligentius homines metuunt q̄ meminert. (extorisset, &c.)

Pecunia omnium dignitatem exaequat.

Nunc te obiurgari patere.

Neq; enim tantopere mihi considerandum est, quid uir optimus, in praesentia uelis, q̄ quid semper sis probaturus. *Plinius*

Quo magis te, cui uacat, hortor, cum in urbem proxime ueneris, uenias autem ob hoc maturius, illi te expoliendum litandumq; permittas. Neq; enim ego, ut multi, inuideo alijs bonum, quo ipse careo, sed contra sentium quendam uoluptatemq; percipio, si ea quae mihi denegantur, amicis uideo superesse.

Quod tibi scripsi, ut te sortitum prouinciam praemonerem, plurimū tibi credas, nec cuiquam satis fidas: deinde scias, si quis forte te, quod abominor fallat, paratā ultionem, qua tamen ne sit opus, etiam atq; etiā attende. Neq; enim tam iucundum est uindicari, quā decipi miserum.

Possū ego, quod pluribus uerbis, pluribus etiam uoluntatibus philosophi docere conantur, ipse breuiter tibi mihiq; praecipere, ut tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi.

Lib. i. Tota epistola cuius initium: Consulis an existimem.

Quorsum hæc ne tibi optimae indolis iuueni, quorundam immensa luxuria, specie frugalitatis imponat. Conuenit autem amori in te meo, quoties tale aliquid inciderit, sub exemplo praemonere quid debeas fugere. Igitur memento nihil magis esse uitandum, quā istam luxuriam & sordidum nouam societatem, quae cum sint turpissima, discreta ac separata, turpius iunguntur.

Lib. iii. Tota. Cum patrem tuum.

Quomodo principes sub specie laudis excitandi sunt ad honesta, docet Plin. lib. iii. epist. Officium consulatus.

Rursum lib. vii. epist. Terret me hæc tua.

Eodem lib. Quæris quem admodum, de Ratione studij.

Item eodem lib. Deliberas mecum.

Rursum epist. Gaudeo quidem. Rursum lib. viii. Amor in te meus cogit, non ut praecipiam (neq; enim praecptore eges) admoneam tamen, ut quae scis teneas, & obserues, aut scias melius. Nam tota usq; ad finem, huius argumenti est, & elegans.

MONITIO MEA.

DE malo principe tacendum cenfeo, nam si male loquaris ingens periculum est, si bene, graue flagitium est.

Non te cuiusquam autoritas abducat à recto. Est quidem consultum inhære maiorum uestigijs, si quidem illi recto itinere praecesserunt. Alioqui quid interest, inter hunc imitatore, & gregem, ducem illum suum, quo quod se conferat sequentem?

Hoc ipso mihi places, quod ipse tibi displices. Nam uerissime dixit Plinius: Magis in studijs homines timor, quā fiducia decet.

K 4 Aede

Aede tandem aliquod indolis tuæ specimen. Ostende te aule, ostende Reip. patere te assignari famæ. Scis illud, occultæ mulices, &c.

Mitigatur
admonitio

Ostendi, quid in te, hoc est in opere pulcherrimo desiderem. Quem si sine exceptione laudassem, & fide earuisset laudatio, quæ in nulli competit mortalem, & tibi nihil profuisset. Nunc omnes intelligunt, & intelligis ipse, mihi cætera uere placere, quum non dissimularim, quæ mihi displiceant.

Sciebā tibi nihil opus esse monitore, sed tamē libuit admonere, ut quod facis, faceres. Quod trāfactū est reuocari iā in integrū nō potest, qd in posterū oporteat fieri cōsulē. Nunc monere te serū est, obiurgare inhumanū: utinā aut ego possim te ex (dū est, istis malis eximere, aut tu monitis meis obtemperans, in ista non incidisses.

Quid faciā? Obiurgabo te qui toties admonitus ut caueres, uelut obstinato deuotoq; animo temet in istas calamitates conieceris; Sed erumnosum amicum obiurgare, crudele est. Admonebo: serū est, utinā serū non esset. Scio q; tu frustra soleas admoneri. Cōplo, rabo tuam infelicitatē: quid aliud q; plagam exacerbauero. Vnum illud superest, si quid tamen superest, ne doloris impatientia, malis per se grauissimis, grauius aliquid adicias, & omnes ingenij consilijq; tui nervos excites, ut temet isthinc euoluas.

Etiā atque etiam cura ualeitudinem tuam. Et quanquam est hyems, tamen memēto te Auenione uiuere.

Deliberationē tuam ad amicos retulī, quorum una omnium est sententiā, ut relicti istis nugis oratorum ac poetarum, te totum ad ius pontificium conferas.

Cicero id epistolę proprium esse putauit, ut cui scribitur de ijs quę ignorat certior fiat. At ego ad te ea quæ melius me ipso tenes.

Quare aut amoris meo concedas oportet, aut hanc epistolam esse neges.

RESPONSIO AD MONITIONEM.

Raras tuas quidē (fortasse enim non perferūt) sed suauēs accipio literas, uel quas proxime acceperam, quā prudentes, quā multi & officij, & consilij. Et si omnia sic constitueram mihi agenda, ut tu admonebas, tamen confirmātur nostra consilia cum sentimus prudentibus, feliciterq; suadentibus idē uideri.

DE AMATORIA EPISTOLA.

Amatōriæ epistolæ non omnes eodē in genere uersantur. Aliæ enim petūt, aliæ ex postulant, aliæ queruntur, aliæ blandiuntur, aliæ purgāt. Quare commode de his arte præcipi non poterat. Huius generis duas species nonnullos fecisse uideo, honestam & turpem. Nos honestam, conciliatoriā appellamus, alteram amatoriā. Conciliatoriā est, qua nos in beneuolentiam antea ignoti insinuamus. Eam sic instituemus. Principio causas, quibus ad ambiēdam illius amicitia sumus accensi, probabiliter exponemus. Id quanquam uix citra assentationem fieri potest, tamen assentationis suspicionem accurate amouebimus. Deinde si quid in nobis erit, quod illum ad nos mutuo amandum prouocabit, id sine arrogantia significabimus, hoc modo.

SANTERANVS FAVSTO S. D.

Exemplū epistolæ conciliatorie

Tua carmina quæ passim apud nos incredibilem omnium admiratione leguntur, sapientem me accenderunt, ut in amicorum tuorum numerum adscribi uehementer arderem. Neq; enim diuinā modo ingenij quandā uim, uerum etiā probitatem modestamq; præ se ferunt. Incitauit me currentem (ut aiunt) Antonius, qui persæpe mecum, & amatissimē, et facundissime de tuis inoribus collocutus, ultro etiā hortatus est, ut ad te scriberē, te eum esse, qui non solum oblatas amicitias diligenter coleres, uerum etiā sponte tua soleas alios prouocare. In te quidem cum omnia summa ac diuina suspiciam, de me nihil adfirmare possum, nisi hoc unum, nempe traditum me tibi hominē, tui obseruantissimū, parum quidem eruditum, eruditorum tamen candidissimum admiratorem, & prædicatorum simplicem: simulandū ac dissimulandū, iuxta ignarum, & pertinacissimum amicorum cultorem: re quidem parum beatum, sed animo beatissimum, liberum, apertum, facilem, deniq; tui cupidissimū. Hunc si tu uicissim amplecti potes, uel ob hoc ipsum, quod te tam perditē amat, fac cum in tuum gregem recipias. Quod si feceris, rem palmariam me hodie arbitror adsecutum. Tu porro ut cæteris rebus omnibus saperes, non committam ut amoris magnitudine tibi concedam. Vale ac nos ama.

Quod

Quod si puellæ animum ad mutuum amorem sollicitabimus, duobus potissimum artibus utemur, laude, & misericordia. Laude enim cum omnes homines, tum puellæ primis gaudent, potissimum autem à forma, in qua summū bonum constituunt, tum ab ætate, moribus, genere, cultu, & rebus consimilibus. Deinde quod molli sit animo id genus, & facile ad misericordiam commouetur, q; maxime supplices uideri studebimus. Quæ illius sunt uehementer amplificabimus, nostra extenuabimus, aut certe summa cum modestia proferemus. Summū amorem, cum summa desperatione coniunctū ostendemus. Nunc lamentabimur, nunc blandiemur, nunc desperabimus: nunc rursum nos ipsos callide laudabimus, pollicebimur: exemplis utemur illustrium, & honestarum mulierum, quæ ingenuo amori indulserunt, & iuuenum ipsarum fortunis longe inferiorum. Amorem nostrum, quā honestissimū conabimur ostendere. Deniq; q; poterimus ue recundissime orabimus, ut si amātem redamare neuitquam dignetur, saltem amari se citra incōmodum, æquo animo ferat: quod nisi impetremus, decretū esse apud nos quouis modo crudelē abrumpere uitam. Exemplū huius præceptionis, ab Ouidio cæterisq; poetis petent, quibus ea res curæ est. Quanquā est genus amatoriarum epistolarū quod abest à nequitia, ueluti quum adolescens probus probam, ac bene educatā puellam amabit uxorem ducere, quanquā hoc quoq; blāditias habet, habet lachrymas, querimonias, suspiria, somnia, cæteraq; non turpia quidem illa, sed ineptiora tamen, & ad aliquam nequitia speciem accedentia, quæ nescio an expediat adolescentibus proponere. In his erit plus difficultatis, & uberius exercendi ingenij materia, quoties pauper diuitis, obscurus claro genere natæ, deformis formosæ nuptias ambit: deniq; quoties senex puellę. Omnes hæc formę, quanquā ad genus suauis pertinet, tamen multū admiscetur ex genere demonstratiuo, quod amor laude potissimū concilietur. Hic ingenij fuerit excogitare rationes, quibus seipsum prædicet aliquis, citra speciē arrogantia, aut stoliditatis. Nisi personæ tales fingentur, ut hoc ipsum sit affectandum, Qualis est apud Vergilium Corydon, apud Terent. Thraso.

AMATORIAE SYLVÆ.

A Vdi igitur me hoc *ἀγαπᾷ* dicentē. Ne uiuā mi Attice, si mihi non modo Tusculanū, ubi certe sum libeter, sed *μακάριον* uisibi tāti sunt, ut sine te sim totos dies.

Nihil enim est (mihi crede) uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Sæper amari, ut scis, M. Brutum, propter eius summū ingenij, suauissimos mores, singularem probitatem atq; constantiam: tamen Idibus Martij tantum accessit ad amorē, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatum etiā uidebatur. Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantū accessit, ut mihi nunc deniq; amare uidear, antea dilexisse.

Lib. 6. epist. Nunquam sum magis. Rursum: Scribis de absentia mea.

Plinius

Angeli Politiani epistola lib. 9. Cum superioribus diebus.

DE DEMONSTRATIVI GENERIS EPISTOLIS.

Genus demonstratiuū raro quidem per se adhibetur, frequenter autem in alijs generibus incidit. Exempli causa, si quem cōmendare nitimur, in personæ demonstratā laude uersari necesse est, quod idē accidit in cōsolatione, petitione, exhortatione, admonitione. Præterea in criminatione, defensione, inuectiua & cōsimilib. generibus. Quod si cui suademus, ut in aliā urbem aut uillam cōmigret, demonstratione, eius loci faciē ante oculos ponimus. Quoties autem per se adhibetur, totum est ad delectationem accommodatum. Quare ut in pictura, ita in demonstratione conueniet adhibere sermonis uarietatem, uerborum apparatus, exornationū festiuitatem, annominationes, mēbra, cōparia, contraria, uerba poetica. Si personam describimus, ut regis, reginæ, principis, alteriusue, ei cui ea sit ignota, rhetorum super hac re notissimas præceptiones ignorare non oportebit. In epistola satis erit uultus, totiusq; corporis habitum, figuram, gestum, motumq; tanquā pictura exprimeret: deinde ad animi, fortunæq; cōmoda ueniamus. Quod satis luculenter à rhetoribus præceptum, neq; cognitū difficile, prudens prætereo. Si locum quempiam describimus, perinde ac si hominem manu in cum duceremus, primum tanq; procul intuētī uniuersam loci faciē cogitationi subiiciemus. Sitū tanq; depingētes describemus. Num in edito an humili, an decliui. In plano, an mōte, nemoroso, an secus.

Descriptio
personæ

Loci descriptio

Quo

Quo flumine, mari, aut lacu alluatur, aut cingatur. Quam passuum in longum, in latum, in ambitu contineat. Hic consideratis caeli plagis, quem prospectum, quas urbes, quos agros, quos montes, quae nemora in unam quamque partem habeat. Quo sole illustretur, quibus uentis tradatur, cui caeli portioni subiacet, cuiusmodi caelum habeat, salubre, an pestilens, amoenum, an secus exponemus. Deinde tanquam propius accedentes, singula accuratius ostendemus: & ut quicquid aduenientibus sese consuevit offerre, ita primum exponemus. Si uillam aut amplum aedificium demonstrabimus, a primo ingressu exordiemur, cuiusmodi atrium, quantum, qua figura, quo lapide, quot habeat cubicula, & in quam partem uergentia, quem in quamque partem habeat prospectum. Deinde aream, uestibulum, penetralia, conclauia, triclinia, breuiter totum aedificium lustrabimus, situm cuiusque rei sine confusione exprimentes, ut is qui legit, eum locum uidere se oculis putet. Si flumen aut lacus erit, quam amplum, quam rapidum, quo colore, unde nascatur, unde augetur, qua praeterfluat, quod influat, diligenter exponemus, quos sinus faciat, quas insulas, quos agros, quae nemora irriget, quod piscium genus, quae piscandi, ac nauigiorum forma. Si ager erit, quid ferat, quantum, quo ritu colatur, cuiusmodi cultores, quod arborum genus, cuiusmodi uinum proferat. Si mons, a radicibus usque ad cacumen omnia diligenter perlustrabimus: & si quid habeat nouum, prodigiosum, aut alioqui memorabile: qualis est apud Pomponium Melam descriptio montis Atlantis, apud Plinium Aetnae. Ad haec pertinet amphitheatrorum, animantium, pomparum, tabularumque descriptio. Vocabulorum idoneorum uim, ex eorum libris qui de situ orbis Latine scripserunt, quicquid de architectura, facile comparabimus. Et incidit hoc genus persaepe, quum peregrinantes ex itinere de nouis rebus transcribimus. Si quem locum insignem, principem nobilem, si quod animal inusitatum uidimus, id his rationibus, summa cum legentis uoluptate describemus. Loci describendi exemplum erit, Tusculorum, ac Laurentis apud Plinium, & regiae Psyche apud Apuleium, & alias descriptiones crebrae apud poetas & historicos: ueluti domus Somni & Fame apud Ouid. Cleopatram Cydno aduectam apud Plutarchum, picturarum apud Philostratum. Si genus hominum describimus, a corporum descriptione exordiemur, deinde ad uestitum genus, ad animorum habitus ueniemus. Postremo uiuenditum omnem ante oculos ponemus. In hoc demum genere, siue laudemus, siue uituperemus, hypotyposim, effictionem, imaginem, et exornationem quam notationem appellat Cicero, & si quod aliud schema, quod ad energiam facit, scite exhibebimus. Itaque de hoc genere haec praecipisse sat erit. Nam exemplis singula demonstrare, per longum sit, & unum decunq; magna uis exemplorum superet.

DE IUDICIALIS GENERIS EPISTOLIS

& primum de Criminatoria.

Si quem accusare uolumus, & cause statum, & confirmationes, confutationesque, arguimus, mentandi rationes, & quibus rem uerisimilem, aut dissimilem faciamus, quibus exargueremus, quibus extenuemus, ea omnia e rhetorum praecipis percepta habere conuenit. Neque enim alio artificio scribitur epistola, quam oratio. Tamen quoniam in epistola breuitas esse debet, & singulos locos persequi non licet, ea quae potissimum ad rem spectant excerpemus, multa in suspicionem relinquemus. In criminatoria igitur epistola non nunquam ab abrupto principio conueniet exordiri, quo statim & nostrum dolorem, & rei atrocitatem indicemus. Id erit, si uel a conuestione, aut dubitatione, uel ab exclamatione, aut alioqui figurata oratione initium capiemus. Quanquam idem apud iudices fieri uetant rhetores. Deinde rem uerisimiliter narrabimus, argumentationes, & amplificationes eidem breuitatis causa admiscentes. Mox probabilibus argumentis rem docebimus. Postremo epilogum, aut aliquid epilogi loco subiiciemus.

EXEMPLVM.

Pudet me, ita me deus amet, praefecte iustissime, de mei hospitii, tui cuius, insigni contumelia queri. Quid autem dixi contumeliam? Non occurrit uocabulum, quo rem atrocissimam satis digne explicem: neque ulla tragodia nephario sceleri par inueniri poterit. Quod ubi acceperis, quae tua est aequitas, innocetiaque, & meae conditionis misereferet, & ciuis tui uehementer pudebit: si tamen eiusmodi nebulones pro ciuibus tuis sint habendi. E tepestate illa, omnium quas, uel uidimus, uel audiuius, seuissima, quae pridie Id. Octobr. sexaginta

sexaginta onerarias naues, omni mercium genere refertissimas, in mari Adriatico oppressit, Varus Saxonius inter multa hominum millia, quae naufragio periire, solus, aut certe cum perpaucis emerit, homo omnium quos terra sustinet impiissimus. Credo uel in meam perniciem a Neptuno mihi irato seruatum, uel certe quod maris elementum, pestem talem, sub Tartara potius praecipitandam exhorruerit. Excepi hominem nudum, egenum, squalidum, confectum, seminecem. Cur, inquit, tale portentum in domum tuam uocabas? Irato genio, dijs iratis, mente leua. Fateor, neque enim postulo ut hanc appelles humanitatem & misericordiam, attamen ut hominem excepi. mouebat me hominis miseranda conditio, & eo magis, quod ipse eiusmodi calamitatis rudis non essem. Perpulit multorum commendatio, hortabatur patria, quam tamen mea non est, tamen non secus ac meam semper sum amplexus. Vincebar fucatilissimi nebulonis, mira quadam, sed falsissima specie probitatis, oratione, lachrymis, ipsa denique canicie. Haec uel quauis astutum hominem fallere poterant. Nunc quid ego commemorem, quae mea fuerit in illum commitas, liberalitas, hospitalitas: In intimam familiaritatem admissi demens. Omnes fortunas communes feci: familiam, et rem domesticam eius manibus concredidi. Ita duos ferme menses apud me est humanissime habitus. Hic ego dictum illud nimium uerum esse sum expertus, non minus esse periculum malis benefacere, quam bonis male. Nam ille bonus uir, repente, ex hospite praedo, ex fene factus est stuprator. Cum famula domestica, clam rem habuit, ac grauidam mihi reliquit. In dignum facinus clamabis, scio. Sed mane, nondum tragodiae audisti argumentum. Nam haecenus comedia uideri potest. Quum iam foeditissima fugam constituisset, sacratissima ea nocte, quae Christo est natalis (uide, ut scite sceleris artifex tempus delegerit) quam iam uxor cum reliqua familia, ecclesiasticis uigilijs operam daret, me praeter morem, & illo insperante domi relicto, eo quod subito dolore correptus essem, iam in tempesta nocte, in proximo filiae cubiculo strepitum audio, nescio quem, deinde stridorem, tanquam ferro effringentis. Miror quid sit, puerum excitum, iubeo uisere, offendit hominem. Mentitur se ab uxore missum ut preculas, quas filia reliquerat, adferat. Paulo post clarior etiam strepitus exit. Post horam ferè uxor anghela domum accurrat. Percontor quid nouae rei sit. ait filiam inter frequentem turbam e suo comitatu dilapsam nusquam apparere. Oboritur utriusque certa suspitio, mihi quidem e strepitu, uxori uero multo amplius, quod cum aliquoties antea furum cum ea confabulantem comperisset, tum ea nocte, nescio quid confusurationis animaduertat. Mihi quoque tot res coniecturam facere poterant, nisi talpa cecior fuisset. Pallebat mihi canus amator, macies uultum obduxerat. At ego illum aqua maris, non igni senili pallere putabam. Cubiculum ingressi, scrinium effractum offendimus, arma relicta, sublatum & uestitum & pecuniam & annulorum, ut quicquid occurrerat furto fugaeque commodissimum. Quid facerem, & spoliatus hospes & plusquam orbis pater? Et nox, & hyems, & solitudo urbibus, denique ipsa diei religio praedoni fauebat. Hic animi mei curas facillius fuerit tibi aestimare, quam mihi narrare. Ciues aliquot aegre contraho, exilio, percutor, uestigo, audio una cum puella conspectum, uia quam obliquam uulgo nominant, suffarcinatum, et admodum properantem. Intellego infelix. Itum est ad portum, quod ea ducit uia, nihil inuenio praeter scalmam ulteriori in ripa, in ceteriori zonam, quae tumultuanti filiae exciderat. Sedeo exanimatus, orta luce, quae mihi tristissima longe, omniumque funestissima illuxit. Vbi res in uulgum emanauit, passim querelae feruent. Ab alijs mutuam acceperat, alijs imposuerat: alius ex illius conuictu aliquid desiderabat, nemini non aliquid adfuerat mali. Sed quid me consoletur? communis cum multis iniuria? Audio, sed heu sero audio, huiusmodi flagitia apud illum noua non esse. His artibus, ita a puero fuisse exercitatum, his rudimentis coepisse, ut seipsum ne senex quidem unquam uincere poterit. Nulla unquam honesta Venere delectatur: ne a cognatis quidem solitum abstinere. Nihil unquam sacrum illi fuisse: hominem semper fuisse alieni appetitissimum, suorum profusorem: simulandi ac dissimulandi mirum artificem. Quid enim ego hic optime uir, uel meam calamitatem, uel illius scelus uerbis exaggerem? Rem uides, qua quid unquam auditum est atrocius? Hospitium polluit, fidem perfide uiolauit, pro summis beneficijs summum maleficium reddidit, familiam perdidit, uernaculam per nephas illeceam constuprauit: scrinia compilauit, filiam puellam, & unicam rapuit, me nudum, orbem, fenem reliquit, a quo fuerat

Verisimile
facit

Epilogus

fuerat nudus, egensque receptus. Quid illi posthac sceleratum uideri poterit, quem neque hospitij religio, neque tanta in ipsum mea benignitas, neque legum metus, neque numinis uoluntatis reuerentia, neque aetatis pudor, aut canities, neque tam sacrae noctis pietas a tam nephario flagitio potuit dehortari? Quod portentum, si quando in manus tuas incididerit, non orandus es, ut meo nomine poenas tuae seueritas sumat, sed ut optimam patriam teterrima peste liberet, quam funditus extingui, & deorum interfit, & hominum. Vale.

Quum haec recognoscerem, optime lector, manifesto deprehendi me, quum illa scriberem, quo libro uteremur, absoluto, satisfacere amico parum amico, quicquid ueniebat in buccam, chartis illeuisse. Alio qui nihil erat negotij aliud argumentum excogitare, epistolis accommodatius. Dicit aliquis, quid epistolae cum tribunalibus? Imo frequenter & hoc genus incidit, ueluti quum nostram, aut amici famam purgamus, & tuemur aduersus obrektorum calumnias, nonnunquam recriminantes eos, qui crimina impingunt. Nonne D. Hieronymus, quum a se depellit intentatam stupri cum Paula suspicionem, totus uersatur in coniecturalibus argumentis, & locum communem tractat, a quaestionibus? Sed quoniam de nullo genere diligentius preceptum est ab artis scriptoribus, & hoc non admodum accommodum est pueris exercendis, quibus hoc quicquid est operis potissimum paratur, pergemus ad alia, quae magis congruunt huic instituto.

DE EXPOSTULATORIA EPISTOLA.

Expostulatio inter amicos per sepe fieri solet, quoties officium eorum requirimus. Ea ne quid amicitiam exasperet, mitiganda est, uel laude, uel ioco, uel dissimulatio ne, nisi talis erit cui scribitur, ut apud illum nihil non liceat. Ipsam quidem rem dānabimus, sed uoluntatem quantum licebit, excusabimus. Mirari nos dicemus, quid in causa fuerit, quiduis suspicari malle, quam illum ab officio cessasse.

EXEMPLVM.

Centenas iam ad te literas dedi, tu ne unas quidem reddidisti. quid coniectem? quid diuinem? Viuere te, an sepultum esse? Sed uiuere, atque etiam ualere, nuper mihi gener tuus nuntiavit. Quoniam uetus ille tuus in me animus euauit? Itane potuit ob diuinam absentiam Guliemo Lucius excidere? Potuit ne illa tam uehemens flamma languescere? Potuit extingui tantum amoris incendium? Et quod nostri tibi cura recessit? Ego, mirum est dictu, quanto tui desiderio macereret: & tu fortassis nostri securus, nouis amoribus te oblectas. Ne mihi ueteres illas excusationes protuleris: non fuit otium, non erat tabellarij copia. Quae nam ista tam importuna negotia, ut nec semihoram amico operam dare non sinant? Atqui hoc saltem scribe, Distineor occupatione, non licet scribere. Vale. An me plane uacuum credis? Quot noctes in uandis susurris consumpsimus, & nunc tantulum somni defraudare, dum unum aut alterum uersiculum amico scribas, piger? An uero tot iam mensibus nemo unquam oblatus est, cui literas committeres, praesertim familiares? Nemo cui aliquid madares, per quem me saluere iuberet? Omnes isthuc abeunt, isthinc nemo emergit? Sed audio te nuper noua dignitate auctum, fortassis superior nobis es factus, postquam esse coepisti pecuniosior. Quod si comodo tuo fit, modestius silentium feram tuum: sin uel obliuione nostri, uel aliquo incommodo detentus, taces, grauius, ut par est, patiar. At ego quiduis suspicari malo, quam te officio tuo functum non esse. Vt cunctis tamen res est, fac me hoc scrupulo quam primum leues. Nolim hac in re te causam habere nimium bonam. Malo iure questus de te uideri, quam tibi ualetudinem aduersam, silentij causam fuisse.

ALIVD EXEMPLVM

Hem isti mandes, si quid recte curatum uelis. Tene ita dormitasse in rebus amici tam feris? Sed ego tibi non succenseo, mihi succenseo, qui tibi mea curanda mandarim, non ignarus, quam in tuis ipsius negocijs soleas esse indiligens.

ALIVD EXEMPLVM.

Librum relegens, quum tot mendas offenderem, easque non contemnendas, mi Scriboni, non potui non desiderare in te fidem illam, & uetere nostra necessitudine, & tuis pollicitis, & mea de te fiducia dignam.

Magnifice receperas, & ego minus quiddam expectabam, quam tu pollicebaris. Ut id sperarem, fecit ista tua modestia, tuique mores ab omni furo, leuitateque uisi semper alienissimi.

nissimi. Quis hic tui dissimilis fueris, magnopere demiror: nisi quod res ipsa clamitat, non uulgariter abs te cessatum esse. Neque enim potes in alium rejicere culpam, quum in hoc praefectus sis adendo operi, ne liceret alijs operis deprauare librum. Atqui nulla in re magis erat praestandum officium amico. Si nullo salario, aut iniquo prouinciam suscepisses, tamen amici causa par erat aduigilare, cuius famae periculo eras cessaturus. Si parum apud te poteris habebat amicitiae nostrae ratio, tamen hoc officij studiosis omnibus largiri conueniebat, quorum utilitati parabatur opus. Nunc quum larga etiam mercede typographus perisset operam tuam: quum scires hoc amici non uulgaris summo opere referre: quum non ignorares esse boni uiri, uel gratis de bonis literis, atque harum cultoribus bene mereri, non possum satis admirari, quod in te tanta, tantopere sit dormitatum. Qui si teras tractat, rem tractat non modo publicam, uerum etiam sacram. Non potest esse leue commissum, quo laeduntur tam multi: & quod alijs in rebus incuriae nomine damnatur, hic impietas est. Iniquum est non eius satisfacere animo, a quo mercede, plus quam aequam accipis. Inhumanum, negligere famam amici: infidum, non prestare quod promiseris: impium, oscitate agere in negotio mularum. Vide igitur mi Scriboni, quomodo abs te peccatum est. Sed haec nobis fera est querela, tantum obtestor per omnia quae tibi sancta sunt, ut quod hic admissum est incogitantia, in caeteris cura, diligentiaque pensetur.

EXPOSTULATORIAE SYLVA.

Epistola fam. lib. v. Si uales bene est.

Lib. v. epist. Praeposteros habes tabellarios.

Sed abs te ipso, qui me accusas, unas scito mihi literas redditas esse, cum et otij ad scribendum plus, & facultatem dandi maiorem habueris.

Tu uelim ad nos saepe scribas. Si rem nullam habebis: quod in buccam uenerit scribito. Tu mihi, etiam si nihil erit quod scribas (quod fore ita uideo) tamen id ipsum scribas uelim, te nihil habuisse quod scriberes, dummodo ne his uerbis.

Verberaui te cogitationis tacito duntaxat conuicio. Quod fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est, non potes effugere huius culpae poenam te patrono. Marcus est adhibendus: isque diu & multis lucubrationibus commenta oratione, uide ut probare possit, te non peccasse.

Non possum te negligentiae non accusare, quae tanta de re, tam breuiter, tam indiligenter scripseris. Aut desidiosus, aut uehementer dissentus sis necesse est, qui in tam copioso argumento epistolae tuae breuis sis.

Brutianum Laconissimum mihi tibi proposuisse uideris, qui epistolam uix tribus uersibus scripseris.

Vix adduci possum, quod mihi de te ab autoribus alioquin minime uanis adfertur. Est enim & a mea de te existimatione, & a tuis moribus pristinis longe alienum.

Is ne ut nos tanta impensa derideat?

Lib. i. epist. Olim nullas mihi epistolas. tota.

Lib. ii. epist. Irascor. tota.

Lib. i. Expostulationis iocosa exemplum, tota epistola cuius initium: Heus tu promittis.

Lib. ii. epist. Ex literis, & sermone multorum.

Eodem lib. epistola: Dederam commodum.

EXPOSTULATIO MEA.

Antonius tibi diem dicit, & sponsores appellat. Non enim praestas quod receperas, te frequenter ad se scripturum.

Ego uero tibi uehementer etiam irascerer, qui toties tam accurate monitus a nobis, non auscultaris, nisi parum esset humanum, irasci calamitose.

Areanum quod nuper tibi commisi, utpote ei quae nihil unquam coelare solebam, id audio iam prolatum in lucem, quotidie ad plures serpere. Te rumoris huius auctorem esse necesse est, quum ipse mihi sum conscius, nemini illud praeter te unum mortaliu communicasse. Quod si falso est mihi obnunciatum, est quod uehementer gaudeam. Malim enim in illis uanitate accusare, quam in te amici fidem desiderare: sin uere, haud te dignum fecisti. Quid enim tam perfidum, quam amicorum arcana proderet? Res est non tam expostulatione, quam acriter reprehensione digna. Sed nondum de tua fide diffido. Tu fac hoc scrupulo me quam primum leues.

Charior mihi es, quam ut tibi possim irasci. Sed tamen uehementer & miror, & doleo, quod contempto meo consilio, & fidei, & salutari, in tantam turbam te ipsum contuleris. Tantis in te meus amor, ut nulla exoriri possit iniuria, sed tamen non commoueri non possum.

Absolui non potes, ne Cicerone quidem patrone in culpa tam manifesta. Vbi nam sunt tui fasciculi literarum, ubi sarcinae ingentes, quas tu mihi abeuntis promiseras, hominum qui uiuunt uanissime: at nunc isthinc adfertur nihil.

Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officij mei, beneuolentiaque quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu uoles conseruabo.

DE PURGATIONE.

Expostulatione purgatione diluimus, ita ut nos ea expostulatione non modo nihil offensus, uerum etiam uehementer delectatos ostendamus. Deinde suspicionem obiectam grauius abominabimur. Postremo rationes quam maxime probabiles, quibus eam purgemus, proferendæ sunt. Quanquam huic generi mire uario, uix ulla certa ratio præscribi potest. Ex re, ex tempore, ex personis consilium sumamus oportet.

EXEMPLVM.

Non tam molestem fuit me abs te immerentem accusari, quam iucundum officium meum requiri. Est enim immodici amoris argumentum, temere de amico suspicari. Quanquam tu meum tam diuturnum silentium, non sine causa miraris. Hic enim mensis est prope decimus, ex quo nihil ad te literarum dedi. Sed diu prohibeant que tu scribis, ut Lucius Gulielmi obliuisci unquam possit. Vnquam ne Gulielmi possit Lucius non meminisse. Ego ne nouis me oblectem amoribus: Ego ne successibus rerum elatus, te minoris faciam: Quali uero ulla mihi fortuna sine te dulcis aut fuerit unquam, aut esse possit: Caue uero credas ulla negocia tanti apud me esse, quæ non facile post habeam, si quando ad te scribendum erit. Cur igitur, inquires, nihil adfertur scriptorum: Audies. Scripseram bis, primùm per Stilbonem affinem tuum Idibus Maijs: deinde per socerum meum Petronium Calpurnium. Priores quidem tibi non esse redditas scio. At enim reuersus Stilbonem, sibi eas in itinere excidisse, ideoque ueritatem te conuenire. Socer quum istuc iter instituisset, consilium in profectioe mutauit. Post hos nemo mihi contigit, cui recte committerem. Ne tuas quidem omnes acciperem. Cæterum hoc tibi etiam atque etiam persuadeas uelim, neminem uiuere, aut tui amatorem, aut æque memorem, siue scripsero, siue non scripsero. Vale.

Hoc in genere quoniam frequenter incidit inter amicos, uarijs thematis exerceri conuenit. Expostulatur enim cum amicis, quod in officio scribendi cessauerint, quod mandata non peregerint, aut serius, secus uel peregerint, quam oportuit. Quod per incogitantiam aliquid effusiuerint, quod præstiterat tacuisse. Quod parcius aut neglectius scripserint, aut acerbius: quod in re seria non consuluerint amicum quem non oportebat quicquam ignorare, quod de animo amici parum magnifice sensisse uisi sint, qui quum egerent ope, dissimularint. Hoc genus minimum abest à monitione, quæ obiurgationem habet. Huic finitimum est illud, quoties querimur apud alios de quopiam.

PURGATORIAE SYLVA.

Cic. epist. 1. ad Attic. S I esset in his fides, in quibus esse debebat, non laboraremus.

Lib. III. epist. Et si quantum ex literis.

Quod si rarius fiet, quam tu expectabis, id erit causæ quod non eius generis meæ literæ sunt, ut eas audeam temere committere. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non prætermittam.

Sed tamen significatur in tuis literis, suspicio quædam, & dubitatio tua, de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium.

Quereres tecum, atque expostulare, nisi (ut supra scripsi) purgare me tibi hoc tuo tempore quam accusare te mallet, idque putarem esse rectius. Itaque nihil de te, quod credideris de me, quam obrem non debueris credere, pauca dicam.

Non obliuione amicitia nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ, superioribus temporibus ad te nullas literas misi, sed quod priora tempora in ruinis reip. nostrisque incuruerunt: posteriora autem me à scribendo tuis iniustissimis, atque acerbissimis incōmodis retardarunt.

Peto

Peto à te, ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere quam solebam, sed aut grauitate ualitudinis, quæ tamen iam paululum uideor leuari, aut quod absim ab urbe.

Habes epistolam uerbosiorē fortasse, quam uelles: quod tibi ita uideri putabo, nisi mihi longiore remiseris. Ego, si quæ uolo, expediero, breui tempore te, ut spero, uidebo.

Quapropter eo animo sumus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me præstare possum.

Lib. II. epist. Quanquam me nomine.

Lib. V. epist. Si tu exercitusque ualeatis. Tota.

Lib. XII. epist. Itane præter litigatores.

Lib. XIII. epist. Quum antea capiebami.

Sed est quod abs te mihi ignosci peruelim.

Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas, & me existimes humanitate esse prohibentem, ne contra amici summam existimationem, miserimo eius tempore uenirem: cum is omnia sua studia, & officia in me contulisset. Quod si uoles in me esse durior, ambitionem mihi putabis obstitisse. Ego autem arbitror, etiam si id sit, mihi ignoscendum esse. *Ἐμοῦ γὰρ ἀραδὸν ἢ μηδ.*

Non committam posthæc, ut me accusare de epistolarum negligentia possis.

Tu modo uideto in tanto ocio, ut par in hoc mihi sis.

Nimium raro nobis abs te literæ afferuntur, cum & multo tu facilius reperias, qui Romam proficiscantur, quam ego, qui Athenas: & certius tibi sit me esse Romæ, quam mihi te Athenis. Itaque propter hanc dubitationem meam, breuior hæc ipsa epistola est.

Ideo sum breuior, quod, ut spero, coram breui conferre quæ uolumus licebit.

Si forte rarius tibi à me, quam à cæteris literæ reddantur, peto à te, ut id non modo non negligentia meæ, sed ne occupationi quidem tribuas, quæ & si summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, & officij mei.

Quare uoluntatis meæ me nunquam poenitebit, consilij poenitet.

Ex lib. ad Brutum. Tota. Clodius Trib. pleb.

Meæ obiurgationes fuerunt amoris plenissimæ, sed uereor ne hoc quod infectum est serpat longius.

De literarum missione sine causa abs te accusor.

Longius me prouexit dulcedo quedam tecum loquendi, sed iam finem faciam, ne modum, quem etiam orationi adhibendum puto, in epistola excedam.

Lib. IX. epist. Facis iucunde. Tota.

Habes epistolam, si modum epistolæ cogites, libris, quos legisti, non minorē. Sed imputabis tibi, qui contentus libris non fuisti.

Lib. I. epist. Quod ad te iam diu. Lib. III. epist. Salue Politiane mi.

Lib. III. epist. Utinam quas circa medium.

Lib. III. epist. Neque desidia meæ.

Lib. V. epist. Quanto tu erga. Eodem epist. Non tu noua.

Eodem epist. Herculem me uocas.

Lib. VIII. epist. Non causam dico.

Lib. XI. epist. Grate mihi omnino. Lib. XII. epist. Offendit ut uideo.

PURGATORIAE.

Scio te quæ facis, optimo animo facere. Quid enim mihi exploratius esse potest, quam animus tuus erga me: Sed tamen ut ingenuè dicam quod sentio, uideris mihi quedam facere, non ausim dicere inconsultius, uirorum prudentissimus, non dicam inimice, uir sincerissimæ fidei, sed tamen parum circumspicere.

Non dubito quin ista facias amico animo, sed tamē mihi gratulor, inimicis meis non esse tantum ingenij ad lædendum.

Ais te fecisse amico animo: sed mea quid refert, utrum me amice iugules, an inimice?

Libet ex uniuerso hominum cōubernio in extremas fugere solitudines, quoties istorum linguacissimorum hominum mores in mentem ueniunt, qui ad hoc unum se natos arbitrantur, ut alienam innocentiam, sua putida mendacique lingua contaminent.

Quod si toties sim tibi literis purgandus, quoties illi falso insimulabunt, & ego scribendo, & tu legendō defatigaberis.

Tom. I

L 2

Quid

Cic. ad Attic.

Plinius

Excusatio

prolixioris

epistolæ

Politianus

Quid ego istis maledicentissimis nebulonibus, qui nostrae benevolentiae inuident, ac semper aliqua comminiscuntur, quo eam uel extinguant, uel diminuât, imprecer, nisi ut penitus obmutescant.

Quod mandata tua ita ut tu iusseras, & ego receperam, nondum peregi, facultas mihi haecenus defuit, non uoluntas.

Literis consequi nequeam, quam uehementer meis negocijs, uel potius fati indignis, quorum culpa nondum, neque meo studio, neque tuis uotis, licuit satisfacere.

Et ipse mallê, & tu promeritus es, ut officio potius, quam purgatione apud te uterer, nisi utriusque nostrum fortuna mea inuideret.

In hoc tibi Iouem lapidem iurare non dubitem, me insciente ista facta omnia.

Tibi quidem fama publica refragatur, uerum ego uel sacramento contendebam, ab te rem tam illepidam profectam non esse.

Sancte tibi deiero, uel iuranti crede.

Credulitas enim error est magis, quam culpa, & quidem in optimi cuiusque mentem acillime irrepit.

AD PURGATIONEM RESPONSIO.

Politianus lib. 2. epist. Et si literarum tuarum.

Lib. 12. epist. Literas accepi tuas. Eodem epist. Tu uero.

Tantum mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meae, ut non solū animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant.

Et si iusta & idonea usus es excusatione, intermissionis literarum tuarum, tamē id ne sæpius facias rogo.

Quare quum in primis tuas desiderem literas, noli committere ut excusatione potius expleas officium scribendi, quam assiduitate literarum.

AD PURGATIONEM RESPONSIO MEA.

ANtea tibi non nihil irascebar, nunc sum uehementer iratus, nec iniuria. Hec tua tam diligens purgatio effecit, ut uidearis, aut parum nosse meum ingenium, aut certe de amicissimo homine, non amicissime sentire.

Offensum me suspicaris, quod de uocula nescio qua, in meis scriptis fueris cauillatus. Ego ne tam ferrox sim, ut id ab amico moleste feram, quod si faciat æmulorum quispiam, non iniuria, sed officio me affectum putem.

Tu uero uel omnia mea scripta, me amico reprehendas licebit.

Cæteri quos purgas debent mihi probati esse, si tibi sunt.

Nihil est quod uereare. ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Hac de re, ut soles, scribe fraterne.

Ad hoc genus pertinent omnes illæ mitigationes, quibus excludimus suspicionē, uel arrogantiam, uel odij, uel seuitiæ, uel cuiuscunque rei, quæ uidebatur offensura. Quum præpostero ordine respondemus conueniet illud *ὁσπερ ἰσχυρὸν ὁμολογῶν*, quo usus est Cicero ad Atticum.

Sed quid ago: penē oblitus eram me epistolam scribere.

Quo raptor: penē exciderat, cui uiro scriberem.

DE EXPROBRATIONE.

VT cum amicis exposulamus, ita inimicis & ingratissimis exprobramus. Quare illam mitigari debere docuimus, hanc exaggerandam monemus. Et quoniam omnis exprobratio, ab humanitate uidetur recedere, coactos nos id facere dicemus, uel ob nulli tolerantiam illius ingratitude, uel ob insignem stoliditatem hominis: uel quod nos maledictis quotidianis ad id compulerit: uel quod cum impudentissimis hominibus impudentius sit agendum, & malo nodo, malus quarendus cuneus, & id ab optimis uiris sæpe factitatum admonebimus. Et reliqua quæ ad hanc sententiā faciunt, proferemus: aut certe per dissimulationem ad exprobrationem uenimus. Conscientiam ipsius subinde testamur. Rem ipsam artificiosa narratione ante oculos ponemus: in qua perpetuo & nostram in illum beneficentiam, & illius in nos ingratitude amplificabimus.

EXEMPLVM.

Non tandem pudebit te tu, senex omnium qui uiuunt, ingrattissime? Cupiebã, ita me deus

deus amet, & meorum in te meritorum obliuisci, & tuam ingratitude silentio dissimulare, si quoquo modo patereris. Sed uincit meam modestiam tua improbitas. Audes hominis monstrum, tantam meam in te beneficentiam expertus, ultro etiam te iactare impudens, tanquam aliquid de nobis sis promeritus? Audes me ultro ingratum uocare, quum tu pro summis officijs, quantum potuisti maleficiorum repositueris? Hic ego tuam ipsius conscientiam appello, tuam in qua illam conscientiam, quam tu tot sceleribus pollutam intra te gestare cogis, eandem ingratitude tuæ, & testem, & carnificem. Dic mihi scelestissime senex, nunquam tibi succurrit quæ supplex apud me ambieris, ut uel aliqua ex parte apud me hæreres, ut aliquid tibi mearum literarum impartirer? Peream ni me ipsum tui pudeat, quoties oris tui speciem illam arte sceleratissima compositam, cogitationis oculis intueor. Te hominem canum, rugosum, tantum blanditiarum, lachrymas etiam effudisse? Me quidem referre pudet. At quorū attinet narrare memoris? Narret tibi conscientia quæ feceris, quæ dixeris, quæ promiseris, quæ iuraueris. Vitro benignus obtuli, quod homo alioqui impudentissimus, ne petere quidem audebas. Scis post ipse quam fraterno sum te animo complexus, quantum laborum, uigiliarumque tua causa susceperim. Ego meis posthabitis rebus, a sinu ad lyram luxi. In eo docendo (si dijs placet) tantum mensuram trui demens. Dic mihi omnium, quos tibi uidet, ingrattissime, quis istos mores, uel unum diem pati possit? Quis istud os, uel quantumuis mercede uidere sustinuisse? Iam nunc animo meo ingens obhoritur naulea, & tibi oboriretur, si faciem istam monstruosissimam meis oculis uidere posses. Sedebas puer pulchellus, bos ad palæstram exercendus, & me præceptorem oculis illis refugis, ac ferinis, per hirta, canaque supercilia intuebare, defluente interim in canescentem barbam salua. Adde intractabile, spinosumque ingenium, caput plus quam marmoreum, sensum stupidum. Ego ista, quæ ne ipse quidem interdum ferre poteris, scis quam patienter tulerim, deuorari, decoxerim. Quid à me præteritum est, quo tarditatem tuam uincerem? Audes incitari homo frontis perfrictæ? Testabuntur laborum meorum apud te monumenta. Non rubore perfunderis, quoties librum à me multis sudoribus euigilatum intueris? Non exhorrescis, non te ipsum refugis, si quando ad te redis: id est, si quando ab ista phrenesi paululum respiscis? Tu hominē sic de te meritum non amare, non uenerari potes? Tu putida ista lingua insectaris, cuius tu linguam tam officiosam es expertus? Quid ego hic te tibi ostendam? Scis quod uirus, quam sceditatem ex ista cõtaminatissimi peccatoris tui cloaca euomeris. Quum omnis ingrattitudo sit execrabilis, nulla tamen detestabilior, quam in præceptorem. Qui si parum officiosus fuisset, tamen tuum erat, ut parentis, ita præceptoris uita, uel tegere, uel commode interpretari. Nunc talem ipse fuisse fateris, ut nunquam sis parem habiturus, & pro officijs ea reponis ingrattissime, quæ hostis non faceret hosti. Philippus rex Macedonum, duci cuidam, qui possessionem eius à quo naufragus fuerat humanissime exceptus, à rege flagitatam acceperat, frontem ferro candenti hoc elogio insigniit, hospes ingratus. An non tu dignior es, cuius fronti cauterio titulus hic inuratur, discipulus ingratus? Sanctius est præceptoris nomen, quam hospitis. Et sceleratius incessere famam, quam eripere prædium. Promittis satisfactionem, si redeam: minitaris atrociora, si non redeam. Quid infanlius? Nunc tibi prædicor omnium eruditissimus: rursus eodem ore prædicor omnium qui uiuunt indoctissimus. Quid delirius? Hæc an non palam arguunt insignem animi tui peruersitatē, qui sciens, datque opera pessime facias illi, qui tibi fecit optime? Et audes istis cum factis solē intueri? Audes in hominum uentre coetere? Audes in templis ad aras sacras istas manus, istos oculos ostēdere? Audes ista uiperea lingua, quæ in hominē beneficentissimū toties uibrasti, precari superos ingrattitudinis ultores? Nū tu superos, aut inferos ullos esse credis? Sed ego exprobrandi finē faciam, quum tu lacerandi finē facias nullum. Vale ut mereris.

EXPROBRATIONIS SYLVA.

Huius generis exemplum erit illa Ciceronis ad Octauium cuius initium est: Si per tuas legiones &c. Et illa Hieronymi ad Iulianum. Apud Ouidium itē Medee epistola ad Iam Epist. famil. lib. v. Et si statueram. (sonem. Cicero)

EXPROBRATIO MEA.

Quando aliam pro meis in te officijs abs te gratiam expectabam, indignor non tibi, qui es omnium ingrattissimus, sed mihi ipsi, quod hominē ingrattum, et improbum deuinxerim.

Ego ea quæ ne sperare quidem unquam es ausus, in te contuli.
Ego te nihil pro merito officij cumulavi, tu me sic meritum contumeliosè oneras.
Desperatis etiam Hippocrates uetat adhibere medicinam.

DE EPISTOLA INVECTIVA.

Inuectiuarum scribendarum artificij partim ex demonstratio genere sumitur, partim le iudiciali. Nā in hominis uituperio uersari necesse est, in quo non rationibus frequentibus utimur. Præterea & obiecta diluimus, & fortiter regerimus crimina: quod ad iudiciale genus pertinet. Ea à rhetoribus didicisse debemus. Nos solum hic admonendū putauimus, ut in ipso statim inuectiuæ exordio, non tolerandam stoliditatem, superbiam, importunitatem, maledicentiā aduersarij demonstremus. Nos præter ingenij ac morem nostrum, coactos id facere dicemus. Nos illum non imitaturus, ut confictis criminibus agamus, sed à conuictis temperantes, obiecta tantū diluamus. Deinde ex hominis descriptione uerisimile efficiemus, cum uel odio, uel innata maledicentiæ libidine, ea commentum esse. Vnum ex obiectis, quod quam rectissime dilui possit, proponemus. Id ubi diligenter refellerimus, cum recriminatione dicemus hominis impudentiam, uanitatē ex eo uno spectari oportere. Tū ea ipsa, quæ nobis conatus est ingerere, in ipsam retorquebimus, & aut eadem, aut grauiora admisisse ostendimus. Multa in suspitione relinquimus: uel quod tam sint obscæna, ut ab homine uerecundo, nec aduersario lacessenti debeant obijci: uel quod ob multitudinē flagitiorum, è plurimis pauca duntaxat dicere uoluerimus: ex uno, aut duobus facinoribus, reliquam eius uitam facile posse æstimari. Deinde ubi inuenerimus, orationis progressu, scematis, salibus, diuersis hominem eludemus. Et non odiosum modo, sed & ridiculum ostendimus: nec minus contemendum ob insignem stultitiam, quam detestandum, ob inauditam improbitatem. Multā ironiā adhibebimus. In fine tanquā ipsi nosmet reprimamus, hortabimur, ut aliquādo resipiscant, ne cogamur & nos aliquando modestiam relinquere. Exemplū qui querit, legat mutuas illas inuectiuas Demosthenis, & Aeschini: Ciceronis, & Salustij: Hieronymi, & Rufini: Pogij, & Vallæ: Politiani, & Scalæ. Nos quoniam hoc in genere minime sumus exercitati, ueremur ne huius scripti artificij parum possimus satisfacere. Atque utinam liceat semper esse rudē. Neque uero nos hęc artē maledicendi docere uolumus: tamen si nihil est uitij, telum habere paratum, quo te defendas, si quis improbe lacessuerit: nec ad hęc rem admodum sit opus arte, quum nulli ferē non sint ad maledicendum disertij.

INVECTIVÆ SYLVA.

Politianus lib. 12. epist. Herculem factitium.

Item epistola: Vtrum pugnantia.

Cicero Literas tuas legimus simillimas edicti tui contumeliosas, minaces minime dignas, quæ à te nobis mitterentur.

DE DEPRECATORIA EPISTOLA.

Nunc ad deprecationem transeamus. Deprecamur, quum culpam manifestā fateamur, & tamen ignosci uel nobis, uel alijs oramus. Hic supplices erimus, culpā uigenuē fatebimur. Exteuabimus postea, uel ab imprudentia, uel ab ætate, uel hinc quod nunc primū deliquit, uel ab ipso commissi genere, solitam culpæ partem in alios transferemus. Eum qui peccauit, sic affligi pudore, metu, poenitentiaque dicemus, ut dignus sit misericordia. Eius, quæ placare conamur, clementiā laudabimus, & implorabimus. Spem melioris uitæ ostendemus. Eam ex illius indole per se proba, alijsque eius qui peccauit benefactis reddemus probabilem. Sic enim agit suorū nepotum causam apud Terentium Mitio. Interponemus auctoritatem, & pro reconciliando fidelubebimus.

EXEMPLVM.

Lachrymas excussit mihi filius tuus, adolescens non tam desperandus, quæ instituentibus. Venit ad me, macie & squalore confectus. Rogo quid haberet. Statim lachrymæ obortæ, singulim uix narrat, perisse se, quod patrē optimum amiserit sua stultitia. Rogo quid flagitij. Fatetur se sortem, quam ad negociū acceperat, in amicam insumpsisse: te offensus, animum paternum abiicisse. Aduolutus est genibus meis, fleuit, promisit omnia se digna. Quid multa: fecit mihi poenitentia fidem. Confido hoc malo edoctum, posthac diligentiorē futurum. Quare quando ille ad se redijt, te quoque in patrē redire conuenit.

Satis

Satis iam graues huius flagitij poenas luit: ita grauitè fert iram tuam, ut profus hanc lucem cupiat effugere, nisi in gratiā recipiatur. Ego illum obiurgauit acerrimè. Quid multa: ipse si uidiesses, nec iratus lachrymas tenere potuisses. Quod reliquum est, clementer corrigi potest, immodica seueritate, ne frangatur animus imbecillis, cauendū est. Ne commiseris, ut te grauius in posterum poeniteat tuæ seueritatis, quam illum nunc poenitet sui cogitantia. Ignosce uel ætati. Puer est, rerum imperitus, ab improbis conuictoribus impulsus est: lapsus est, & quidem nunc primū: culpam fatetur, orat, pollicetur, noxæ dedit sese. Quid queris amplius pater à filio? Cogita & illum puerum esse, & te fuisse: atque ita quod pater es, utere: ut memineris te hominem esse, & hominis patrem. Nunquam ne tu ista ætate lapsus es? Nunquā commisisti, quæ ob rem pater tibi iure debuerit irasci? Non dubito quin commiseris, & fortasse grauiora. Hoc merito uulgo iacitur in nos, quod obliti quales ipsi fuerimus olim pueri, filios nostros uolumus ilico nasci senes. Hęc inter nos uero, ac libere loqui licet. Multis profuit etiā lapsos esse. Erit posthac hoc malo doctus, cautior. Habebis filium, si huius delicti gratiam feceris addictiorē. Et hunc puerilē errorem officijs abunde pensabit. Amat, ac ueretur unice patrē, indolis est probæ, pudicum ingenij, animus minime stupidus. Multa in eo signa uideo, quæ mihi certā spem faciūt, illum posthac talem futurū, qualem utriusque uolumus. Adolescentem igitur tibi in manus restituo, totam causam ad me recipio, pro illo fideiussores me constituo: quod si noxam addiderit, utrunque abdicēs licebit, & filium, & amicum: Vale.

ALTERVM EXEMPLVM EX CICERONE.

Si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignosce. In me enim ipsum peccaui uehemētius. Nunquam putauit fore, ut supplex ad te uenirē, sed me hercule facile patior datum tempus, in quo amor experirer tuū. Amabo te, da mihi & hoc: obliuiscere mea causa illum aliquādo suo familiari, aduersario tuo uoluissē consultum. hoc ignoscere est humanitatis tuæ. Volo te, quum fortissimus sis uir cognitus, etiā clementissimū existimari. Magno erit tibi ornamento, nobilissimum adolescentem tuo beneficio esse saluum.

ALIVD EXEMPLVM EX EPISTOLIS PLINII.

Castigabat quidam filium suū, quod paulo sumptuosius equos & canes emeret. Hinc ego, iuuenē digressio, heus tu, nunquam ne fecisti, quod à patre corripī posset? Fecisti dico, non interdum facis, quod filius tuus, si repēte pater ille, tu filius, pari grauitate reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducuntur: Non hic in illo sibi, in hoc alius indulget: Hęc tibi admonitus immodicæ seueritatis exemplo pro amore mutuo scripsi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius, duriusque tractares. Cogita & illum puerū esse & te fuisse, atque ita hoc, quod es pater utere, ut memineris hominem te esse, & hominis patrem. Vale.

DEPRECATORIAE SYLVA.

Tuas inimicitias, ut reipublice donares te uicisti, alienas ut contra Rempub. con-

Cic. epist. fa

firmes, adduceres?

Quantum dolorē acceperim, & quāto fructu sim priuatus, & forensi & domestico, Lucij fratris nostri morte, in primis pro nostra consuetudine tu existimare potes. Nam mihi omnia quæ iucunda ex humanitate alterius & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant. Quare non dubito, quin tibi id quoque molestum sit, cum & meo dolore moueare, & ipse omni uirtute, officioque ornatissimū, tuique, & sua sponte, & meo sermone amantem affinem, amicumque amiseris.

Hęc sylua pertinet ad consolationem

Nunquam putauit fore, ut supplex ad te uenirem, sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. Atticum quanti faciam scis. Amabo te, da mihi & hoc: obliuiscere mea causa, illum aliquādo suo familiari aduersario tuo uoluissē consultum, cum illius existimatio ageretur. Hoc primū ignoscere est humanitatis tuæ. Suos enim quisque debet tueri. Deinde si me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo, quem quanti facias, præ te soles ferre. Totum hoc, ut, quod semper existimaui, nunc planè intelligam, me a te multum amari.

Ad reconciliationis argumentum faciet epistola Plinij lib. 8. cuius initium: Nostri ne hos.

Lib. 9. epist. Libertus tuus, tota, elegans deprecationis exemplum:

L 4

Responsio

E Pistol. faml. lib. 5. epist. Si uales bene est. Sed huiusmodi uos clientes, &c. Orat, confitetur, purgat, poenitet. Quid queris? quod factum est, infectum fieri non potest. Non tam tibi hoc factum displicet, quam ipsi qui fecit. De reliquo futurum illum emendatū ego in me recipio: meo periculo, pro illo fidei uobis. Si rursū peccauerit, uel me ipsum ad supplicium deposcito. Vt iure peccati succensebas, ita poenitenti, quum est ignoscere, praesertim puero, & aliena malicia ad delictum impulsio. Non quid huius stultitia, sed quid tua clementia postulet, tibi considerandū puto. Est ne nimitū durus sis pater. Nihil ne tu peccas uel senex? & puero nihil uis condonare? Vni uos continuo senes nascit? A deone excidit, qualis in ista aetate fueris?

DE EXTRAORDINARIIS GENERIBVS EPISTOLARUM, & primum de nunciatione.

QUae sub aliquo trium generum, suariorio, demonstratio, iudiciali contineri uidentur, haecenus absoluius. Nunc ad reliquas epistolarū species ueniamus: quae quamquam rhetorici artificij, non ita multum desiderant, tamen frequentius ferē incidunt, quam illae superiores. Referetur igitur in primis ea species, qua significamus amico, si quid noui rei gestum sit apud nos, quod illius referat scire, aut quod illi uoluptatem sit allaturum, siue priuatum sit illud, siue publicum. Priuatum, quod quum absentem certiorum facimus, qua ualitudine simus, quid agamus in studijs, quid iure, quid in aula, quid in aedificijs, quid in litibus successerit, aut si quid alioqui nouae rei moliamur, usque ad conuiuiorum, & colloquiorū nugas. Publicum, ut de pace, de bello, de regum gestis, aut foederibus, de pestilentia, aut inundationibus, terrae motibus, tempestatibus, alijsque similibus. Nec huius generis, quonia uarium est, certa ratio praescribi potest. Tantū illud in genere dicam, quod nunciatio simplex, & lucida esse debet, breuis praeterea & distincta, interdum gratulationē, aut consolationem habet admixtam. Narratione constat, de qua paulo inferius praecipiemus.

EXEMPLVM.

Quoniam iam annum ferē a nobis abes, quicquid hic interim nouorum est ortum, puero & me tibi debere scribere, & te scire uehementer cupere. Audies igitur ex me noua quidem permulta, haud omnia lecta tamen. Non ignoras rerū mortalium conditionē, nihil tam beatum in humanis negocijs, quod non aliqua incommoditate temperetur. Patruus tuus incredibile est, quantum te amet, quantum tua gloria delectetur. Vetus, inquit, est illud. Audi igitur, quod nouum dices. Antiquus ille compotor tuus, ille, inquam, quem nos sti, Nebridius, tantus amator, tam elegans, tam nitidus homo, tam mulierosus. Ille strenuus aleator, inuictus potor, ille gurgis, ille helluo, ille undequaque perditissimus. Quid fecit, inquit, an uxorem duxit? Imo repente mutatus, omnibus nugis uale dixit, summe rorum institutum professus est. Iocari me dices, scio, sed ita rem esse conperies. Quid hoc? an tibi uetus uideatur? Quis nunc non exclamet illud *ὄμοιότατος*. Quis neget ouem ē lupi fieri posse? Accipe quod magis mirere. Varus ille tuus carnifex, Varus esse desistit. Ita te amat, quod nunquam antehac te laudat, tuos colit, tuum aduentum exoptat. Bene dicere discit, homo maledicentissimus, Verum dicere incipit, homo uanissimus. Fide seruat, nebulo perfidissimus. Eamus nunc, & poeticas transformationes rideamus, quum tantam rerum mutationem breui faciam uideamus. Annunculus tuus pontificum Idibus Ianuarijs euecit, non sine maxima quidem contentione. Nosti competitoris & improbitatem, & factiones, euecit tamen. Id te quam primum scire uolui, ut illi per literas diligenter gratuleris. Haereditas ea, quae tibi ē manibus penē erat extorta, mea tibi est opera restituta. Ne mihi pro hoc officio gratias egeris. Facio enim tuis in rebus, quod tu in meis solebas. Voluptatem tibi ingentem nunciabo. postridie Non. Mart. soror tua peperit marito filium, patri tibi nepotulum. Iam quid muneris abs te ferā, si rem tibi aperiam multo festiuorem? Dij te omnes diligunt. Absenti tibi, ne expectanti quidem sacerdotium accessit, & amplum, & in primis honestum. Ad v. Idus Febr. Cornelius uir integerrimus, ē uiuis migravit. Hic aegrotans, quum competitors non placeret: olfecit enim iam tum inhiare, te successorem nominauit. Mensē superuixit. Huiusmodi thynnos dormienti tibi fortuna retribuit tuis implicat. Tuum erit curare, ne quod incidit elabatur. Non enim desunt, qui

qui praedae inhiant. Habes de rebus priuatis: de publicis credo isthuc tumorem nostras literas praeruptisse. Cal. Iul. regis unctio incredibili cum apparatu celebrata est. Calēdis Augustis ipse urbem Parisiorum inuectus est. Ad quartum No. Septemb. nuptiae regia pompa peractae, Legati multorum regum nomine auditi: nemo non magnifice donatus discessit. Britannii nescio quid tumultus ostenderant, sed res aequis conditionibus composita est. Audisti de statu publico. Quod reliquum est, non indicarem, nisi te scire tua magnopere interesset. Pestis menses iam aliquot apud nos sequit. Ea cum permultos ex amicis, tum focrum tuam sceminā, omnium quas in uita uiderim, optimā absumpsit. Frater eodem morbo correptus, recreatus est. Sic uisum est illi, qui res humanas ē duobus illis diebus, pro arbitrio suo temperat. Aequo animo feras oportet, quod mutari non potest. Quid hac in re te facere conueniat, tu tecum statues. Habes ferē quae te scire uolebam. Si quid interea noui emerferit, faciam te quam primum certiore. Tu cura, ne quid ignoremus rerum tuarum. Vale.

NUNCIATORIAE SYLVA.

QUae geratur accipies ex Pollione, quomnibus negocijs non interfuit solū, sed praesuit. A nobis agentur omnia diligenter: ut neque, si quid obtineri poterit, non contenti damus, nec si quid non obtinuerimus, repulsi esse uideamur. *Cic. epist. fd.*

De omnibus rebus quae ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid Pompeius susceperit, optime ex Implatorio cognosces: qui non solum interfuit his rebus, sed etiam praesuit: neque ullum officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi, praetermissit. Ex eodem de toto statu rerum communium cognosces, quae quales sint, non facile est scribere.

Hic tui omnes ualent, summaque pietate te desiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura ut ualeas, & te isthinc ne temere commoueas.

Lib. 4. epist. Et si scio non iucundiss.

Lib. 7. Si te dolor aliquis.

Lib. 8. epist. Tantū non fuit ar.

Lib. 9. Caninius noster me tuus.

Nos de Dolabella quotidie quae uolumus audimus, sed adhuc sine capite, sine autore, nullo nuncio.

Narro tibi plana. Relegatus mihi uideor, postquam in Formiano sum.

Isti puero, quem ad te iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum.

Lulio Cesare, C. Martio Figulo consulibus, filiolo me auctum scito, salua Terentia &c. *Ad Atticum*

Quaqua huius operis omnes ferme sunt huius generis, ut illa, cuius initium: Queris ex me Hac res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, uelim ad me scribas, & ita, ut instituisi. Nam ista ueritas, etiam si iucunda non est, mihi tam en grata est.

Hac tibi scripsi, quia aequum erat, te pro amore mutuo, non solum omnia mea facta, dictaque, uerum etiam consilia cognoscere.

Lib. 1. epist. cuius initium: Ridebis, & licet rideas, tota nunciatoria iocose exemplū est.

Lib. 3. epist. Solet esse gaudio tibi. Et item proxima.

Lib. 3. epist. Rem atrocem. Rei atrocis.

Lib. 4. epist. Thufci grandine excussi. Rusticationis.

Lib. 4. epist. Causam per hos dies. Actionis. Ac mox epistola: Audisti ne Val.

Lib. 5. epist. Et tu rogas, tota.

Habes acta mea tridui, quibus cognitis, uolui tantum te uoluptatis absentem, & studiorum nomine, & meo capere, quantum praesens percipere potuisses.

Hac tibi scripsi, quia de omnibus quae me uel delectant, uel angunt, non aliter tecum, quam tecum loqui soleo. Deinde quod durum existimabam, te amantissimum me fraudare uoluptate, quam ipse capiebam. Neque enim sum tam sapiens, ut nihil mea intersit, an ijs, quae honeste fecisse me credo, testificatio quaedam, & quasi praemium accedat.

Lib. 6. epistola: Petis ut tibi. Rursum huic proxima. Mox epistola: Ais te adductum.

Lib. 7. epist. Et mihi discendi & tibi do. De spectro.

Lib. 6. epist. Quam multum interest.

Lib.

- Lib. 8. epist. Vidisti ne aliquando. Descriptio fontis.
 Eodem lib. epistola: Num isthic quoq. Descriptio inundationis.
 Eodem lib. epistola: Ad quæ noscenda. Descriptio lacus prodigiosi.
 Inuicem tu si quid epistola dignum, ne grauari scribere. Nam cum aures hominū hūilitate lætantur, tum ad rationem uitæ exemplis erudimur.
 Lib. 9. epist. Incidi in materiam. De Delphino pæderasta.
 Eodem, epist. Quæris quemadmodum. Quid agat toto die ruri.
 Lib. 4. epistola: Vulgarè est.
 Lib. 4. epist. Accepi epistolam tuam.

NUNCIATORIA MEA.

Scriberè ad te pluribus de rebus, sed uereor ne uel mea diligentia tibi sit molesta uel ueritas acerba.

Scribito ad me, quem nostri curiosum, non solum quid gestum sit, aut geratur isthic, uerum etiam quid diuines futurum.

Ad hanc formam pertinet & percontatoria, quoties nihil aliud agimus in epistola, quæ ut sciamus, quid rerum agat amicus. Huius exemplū illa Plinij lib. 2. Studes an piscaris? Item lib. 3. Rectène omnia?

Quum rem quampiam ridiculam nunciaturi sumus absolutis aliquot narrationibus, conueniet illud ex Homero, *ἔπειτα μοι ὕμνῳ μῦθον αἶψα*. Excitatur enim huiusmodi transiuntibus oculis lector, & mire conueniunt familiaribus epistolis.

DE MANDATORIA EPISTOLA.

Epistola mandatoria nihil habet artificij, præter sermonis elegantiam, & breuitatem. Exemplum.

N. LIBERTO SVO S D

Vt præsens multum diuq. te admonui, caue quicquā meo iniussu tentaueris. Si quid existet noui, me per literas consules. Agrum de quo scribis, emēdi tibi ius permitto, modo ne plurius trecentis scutatis ueneat. Petroniū impudentissimū debitorē, semel atq. iterum appellatū, in ius uocabis. Si inficiabitur, chirographū tibi mitto, dies iam pridē excelsit. Ab Asinio creditam pecuniam meo nomine repetes, eamq. si reddet, recipies. De permutando sacerdotio, fac Stilbonem, uirū, ut scis, & consultissimū, & nostri amatissimum in cōsiliū adhibeas. Is quod censebit factū opus, id perinde ac si ego autor essem, exequitor. Antequam domum ædificandam cæmentarijs locaueris, prius cum Phidia communicato, deinde eius hac de re sententiā ad me scribito. Hos libros unā cum epistolis, Trebatij mei manibus reddendos curabis & diligenter, & quam primū. Strabonio uerbis meis gratias ages q̄ maximas. Genero meo meis uerbis gratulaberis. Lucii cōubernalem meū plurimū saluere iubebis. Sed heus tu, penè præterierā, quod minime præteritū oportuit. Nepotem meū fac ut q̄ primū ab isto præceptore tam inepto abducas, ac eruditiori committito. Caue te pecuniæ ratio offendat, si modo idoneum doctorum nancisci poteris. Si qua unquam in re sedulo tuo functus es officio, in lite Verulana fac omnem fidem, industriam, diligentiam, ingeniū expēdas. De uilla instauranda quæ scē, donec meam sententiā acceperis. Vestes meas omnes unā cum anulis ad XI. Calend. Iulij transmittito. Non pluribus te monebo. Tu fac ut quemadmodum & soles, & æquum est, tuo officio fungare. Erit apud me diligentia tua præmium. Vale.

MANDATORIAE SYLVA.

Cic. ad Attic. **E**pistola. fam. lib. 16. Sunt aliquot huius generis.

Petus, ut antea ad te scripsi, omnes libros quos frater suus reliquisset, mihi donauit. Hoc illius munus in tua diligentia positum est. Si me amas, cura ut conferentur, & ad me perferantur. Hoc mihi nil potest esse gratius. Et tum Græcos, tum uero Latinos diligenter ut conferues uelim. Tuum esse hoc munusculum putabo.

Sed omnia ut uoles. Ego enim quicquid feceris, id tū recte, tū etiā mea causa factū putabo. Peto autem ut pictorem quam diligentissimū assumes. Nam cum est arduum similitudinem effingere ex uero, tum longe difficillima est imitationis imitatio. A qua rogo ut artificem, quem elegeris, ne in melius quidem linas aberrare.

Est apud Horat. in epist. exemplū mādatoriae iocose, ut proficiscentē monui te sæpe, diuq.

diuq. Hoc genus minimum abest à petitorio. Mādamus enim cum autoritate. Petimus ab ijs, in quos nobis mandandi ius non est.

MANDATORIAE MEA.

Filium quantum est, tuæ fidei trado. Totam meam sollicitudinē in te transfero. Tu pater esto, ego me sic geram quasi patruus sim non pater.

DE EPISTOLA COLLAUDATORIA.

Collaudatio est, qua filium, filiam uel, militem, seruum, libertum, famulum, uxorē, aut alios in quos nobis ius est, ut officio suo functos laudamus. Exemplum. Nihil ex omni rerum genere potuit mihi nunciari iucundius, quam te ijs moribus agere, qui & te ipso, & tuo genere sint digni. Nunc ego te filium agnosco meū, quum te audio toto animo literis incumbere: fugitare cōsuetudinē cessatorum: parcere rei paternæ, si modo non id falso est mihi nunciatum. Tu perge in officio mi fili, hocq. persuasum habe, si te qualem uolo præstiteris filium, me benigniorem etiā quam uoles habebis patrē. Vale.

ALTERVM EXEMPLVM.

Facis ut merito te & amem, & collaudem, qui nō ut uulgus seruorū solet, absentis domini negotia impedias, sed omni cura, uigilantia, opera coneris expedire. Eum ego deum frugi ministrū, & bene spectatū iudico, qui absente domino, quum impune cessare possit, in officio se cōtinet. Audiui qua fide, qua industria mandata peregeris. Tu fac cætera eodē animo persequaris, ut qui nūc merito te amo, perpetuo possim amare. Officio bene cōcepto, strenue perfūgere. Domini negotia, tua ipsius, ut sunt, esse credito. Tu si frugi ministri officio fūctus eris, ego domini liberalis partes haud præteriero. Vale, ac uigila.

DE GRATIARVM ACTIONE.

Gratias agimus ijs, in quos nobis nullum est mandandi ius. Hęc forma subijci potest modis omnibus amplificandū. Nam sæpe gratiā retulisse uidetur, qui bene gratias egit. Amplificatur autem his ferme rationibus: si ultro collatum est, si incontanter, si cito. Bis enim dat, qui cito dat. Si in tempore: si uberius, quam alter ausus sit petere, si nihil pro merito, si ne expectati quidem, si ab eo cui libenter debemus, hoc est, ab eo quē amamus ex animo, aut si in eum collatū est, cui magis ex animo uolumus, q̄ nobis ipsis. A genere quoq. beneficij sumemus amplificationem: ueluti si quis fideli cōsilio iuuuit, dicemus illi plus deberi, qui cōsilio iuuuit, quam qui pecunia. Neq. raro maius beneficiū præstat, qui obiurgat, quam qui donat. Contra si quis pecunia iuuuit, dicemus uulgare officium esse, uerbis optulari: qui pecuniam promptè impartit, non potest non certissimus amicus uideri. Sūt & aliæ circumstantiæ, quibus exaggeramus beneficij magnitudinē: ueluti si nos simus prælati ijs, quibus ille ob affinitatē erat obnoxius: si nostra causa contempnit etiam similitatem aliquorum potentū. His cōmemorandis, declarabimus nos scire beneficij magnitudinē. Est autem bona gratitudinis pars, et scire quantum debeas, & debere libenter. Ostēdemus etiam, si poterimus, quam multos eodem beneficio deuinxerit: quodq. eius beneficij utilitas, nō tantum ad unum hominē pertineat, sed ad Reip. commodum. Deinde pollicebimur citra iactantiam, nos aut parem, aut uberiorem etiam gratiā relaturos. Si nulla referendi facultas erit, certe animum memorē & gratum pollicebimur, precabimurq. ut superi cumulate referant gratiā bene merito, quod nobis ob fortunam tenuitatem non licet. Et huius generis erit tractatio duplex, recta, & obliqua. Nam aliquoties non agendo gratias, maxime gratias agimus, quum ostendimus aut beneficiū esse maius, quam ut uulgari more uerbis oporteat gratias agere: aut amicitiam nostram esse maiorem, quam ut alterum alteri oporteat gratias agere.

Quod in negotio meo rogari te passus non es, sed ultro studium tuum, operam, diligentiam & obtulisti, & præstitisti, ueterem tuam in me, meosq. humanitatē libens agnosco. Et facis tu quidem non meis meritis, quæ hæcenus in te nulla extiterunt, sed tua uirtute dignū, qui nullis à me prouocatus officijs, tam prompto in me sis animo, ut beneficiū accepisse uidearis, quum præstiteris. Quare quum tuo officio plurimū adiumentū meis rebus attulisti, tū isto animo ita delector, ut dictū sit incredibile. Vere negāt referre quātum beneficiū, sed quā amico animo præstiteris. Ex eius modo potius, quam rei, officium est metiendū. Meum erit, quod referre nequeo, perpetuo meminisse. Nā quid ego tibi

tibi multis uerbis gratiam agam. An hoc passurus es, qui ne moneri quidē te passus es? Utinam eam mihi facultatem aliquando concedant superi, ut possim hunc animum tuum ardentissimum, re potius, quam uerbis declarare. Interim si quid erit, in quo mea uicissim opera utendum putabis, caue rogaueris, sed ut tuo macipio precipio: inuenies ad quid, uis & promptum, & alacrem. Vale.

ALIUD EXEMPLVM.

Accepi munus tuum, re quidem magnificum, sed te autore longe mihi tum preciosissimum, tum iucundissimum. Recte enim a Nasone tuo scriptum est: Sic acceptissima semper Munera sunt autor que preciosa facit. Quo quidem quid me tibi deuinctum esse fatear, quum sim iam olim deuinctissimus? Totus in aere tuo sum: arctioribus uinculis me tibi alstringere non potes. Quod referam, uel isto munere, uel potius tuo isto in me animo, qui mihi munere ipso longe est suauior, dignum, nihil habeo nisi me ipsum: quem si aliquid esse precij putas, totum peculio tuo adscribito. Crede mihi, nihil habes in omni genere possessionum tuarum, quo tu tam proprie possis & uti, & abuti, quam Nicolao tuo. Vale.

ALIUD EXEMPLVM.

Multa sunt tua erga me officia: at nullum omnium mihi fuit aut opportunius, aut iucundius, quam quod fratrem meum in causa difficillima tuo patrocinio iueris. Qui ut est mihi propemodum me ipso charior, ita quicquid in illum contulisti, id mihi gratius etiam uideri debet, quam si in me ipsum esset collatum. Sed ne diligentius tibi gratias agam, nostra familiaritas flagitare uideatur. Neque enim tu noui quicquam fecisti, & ego re quam uerbis beneficium rependere malim. Vale.

AGENDI GRATIAS SYLVA.

Cic. epist. fa. **M**ultum enim interest, utrum laus minuatur, an salus deseratur: me meae tamen neminis poeniteret, tua uirtute perfectum est. Curasti enim ut plus additum ad memoriam nominis nostri, quam ademptum de fortuna uideretur.

Amoris quidem tui quoque me uertit, uestigia uel proxime de Tigellio. Sensi enim ex literis tuis, ualde te laborasse. Amo igitur uoluntate. Immortales ago tibi gratias, agamque dum uiuam: nam relaturum me affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non uideor mihi respondere posse, nisi forte, ut tu grauissime, disertissimeque scripsisti, ita censurus es, ut me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. Facere non possum, quin in singulas res, meritaque tua, tibi gratias agam. Sed me hercle facio cum pudore. Neque enim tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse uoluisti, desiderare uideatur gratiarum actionis: & malo praesens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. Quod si mihi uita contigerit, omnes gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates in tua obseruantia, indulgentia, assiduitate uincam. Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est.

Iam non ago tibi gratias. Cui enim re uix referre possum, huic uerbis non patitur res satisfieri.

Te tamen, mi Brute, sic amo, ut debeo, quod istuc, quicquid esset nugari, me scire uoluisti. Signum enim magnum amoris dedisti.

Lib. XIII. epistola: Et si libenter petere a te.

Cic. ad Attic. Gratae mihi tuae literae sunt, quibus accurate perscripsisti omnia, quae ad me pertinere arbitratus es.

Noli expectare dum tibi gratias agam. Iam pridem hoc ex nostra necessitudine, quae ad summam beneuolentiam peruenit, sublatum esse debet.

Studium tuum, curaque de salute mea, nulla me noua uoluptate affecit. Non solum enim usitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fide liter atque honorifice dixeris, aut feceris.

Neque enim mihi in omni uita res tam erit ulla proposita, quam ut quotidie uehementius te de me optime meritum esse laeter.

Plinius Certatim ergo tibi gratias agimus. Ego quod illam mihi, illa quod me sibi dederis, quasi inuicem elegeris.

Lib. V. epistola: Accepi pulcherrimos, tota.

Cum

Cum plurima officia tua mihi grata & iucunda sunt, tum uel maxime quod me celandum non putasti, fuisse apud te de uerbiculis meis multum copiosumque sermonem, eumque diuersitate iudiciorum longius processisse.

Amari curam & sollicitudinem tuam, quod cum audisses me aestate Tuscos meos periturum, ne facerem suastisti, dum putas infalubres.

Bene fecisti, quod libertum aliquando tibi charum reducentibus epistolis meis, in domum, & in animum recepisti. Iuabit hoc te. Me certe iuuat: primum quod te talem uideo, ut in ira regi possis: deinde quod tantum mihi tribuis, ut uel autoritati meae pareas, uel precibus indulgeas. Igitur & laudo, & gratias ago, simul in posterum moneo, ut te erroribus tuorum, & si non fuerit qui deprecetur, placabilem praestes.

Ad agendas gratias pro liberalitate, qua aliquis usus est in tenuem, et a quo non speratur mutua liberalitas, faciet epistola Plinij lib. IX. cuius initium: Laudes mihi.

Lib. I. epistola: Tu uero Hermolae.

Lib. XI. epist. Aini uero. Eodem, epistola. Ago tibi gratias.

Politianus

M E A.

Quid tibi, quid inquam pollicear: num me ipsum quantum sum dedam? At exiguum est is me dedere, qui nisi fuisset, ipse non essem.

Pergratum mihi est, quod crebro certior per te fio de rebus quae isthic geruntur, & turam erga me beneuolentiam facile perspicio.

Ceteris omnibus uinci me patiar, certe beneuolentia mutua non cedam. Nam ut recte dixit Plinius: Vinci in amore turpissimum est.

Quod audio te isthic pro mea dignitate fortiter digladiari, nihil quidem adfertur noui, sed tamen hoc audio libentius, quo sapius.

Quod referre gratiam, ita ut uolebam, non possum, fortunae debes imputare.

Hoc quod mihi reliquum est, te amabo, te colam, te uenerabor.

Mea enim mihi fortuna eripere potuit, me ipsum non potuit. Mea enim, non me ipsum mihi fortuna ademit.

Quid ego te hortor, ut tui similis esse pergas, quam indies te ipsum ultro benignitate superes: quid tibi gratias agam, id quod neuiquam expectas?

Quod non modo non negabo, sed etiam semper & meminero, & praedicabo libenter.

Non est alius quisquam, cuius officiis me tam esse deuinctum, non solum fatear, uerum etiam gaudeam.

AD GRATIARVM ACTIONEM RESPONSIO.

Quod autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu quidem abundantia qua- *Cic. epist. fa.* dam amoris, ut etiam grata sint ea, quae praetermitti sine nefario scelere non possunt.

Officium meum erga Rhodonem, ceteraque mea studia, quae tibi ac tuis praestiti, tibi homini gratissimo, grata esse uehementer gaudeo: mihique scito indies maiori curae esse dignitatem tuam, quae quidem a te ipso integritate, & clementia tua sic amplificata est, ut nihil addi posse uideatur.

Quantum gratiarum actionem a te non desiderabam, cum te re ipsa, atque animo scire esse gratissimum, tamen (sattendum est enim) fuit mihi pericula. Sic enim uidi, quasi ea quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper quidem, sed nunquam illustrius.

EX PLINIO

Gratiarum actio pro libera admonitione.

Epistolarum quas mihi, ut ais, aperto pectore scripsisti, obliuisci me iubes: at ego nullarum libentius memini. Ex illis enim uel praecipue sentio, quatenus me diligas, cum sic egeris mecum, ut solebas cum tuo filio. Nec dissimulo hoc mihi iucundiores eas fuisse, quod habebam bonam causam, quum summo studio curassem, quod tu curari uolebas. Proinde etiam atque etiam te rogo, ut mihi semper eadem simplicitate, quoties cessare uideor, nunquam enim cessabo, conuiuium facias. Quod & ego intelligam a summo amore proficisci, & tu non meruisse me gaudeas.

LAMENTATORIA EPISTOLA.

Inter comoditates, quas multas adfert amicitia, commemoratur & illud, quod si quid *Exemplum la* dolet, licet in amici sinum effundere: quae res solet bonam aegritudinis partem adimere. *mentationis*

Genus hoc affine est consolatorio: sed in hoc nihil opus est arte, quum unumquemlibet dolor soleat reddere disertum.

Non possum tibi, quales uterque uolumus, epistolas mittere, quum mihi nihil rerum omnium ex sententia procedat. Sed quid ego, mi Laurenti, te meis querelis ex animo: nisi quod iuuat apud familiarissimum amicum graues animi mei curas deponere. Credo omnes & superos, & inferos in meam perniciem coniurasse: ita ubi hoc malum uix effugi, succedit aliud multo acerbius. In morbum iam iterum atque iterum incidi, decidi, recidi. Multo uix sumptu recreatus, en senex ille Sogdianus, pestis omnium quas unquam irati dii mortalibus immisere, longe teterrima, se mihi erudiendum dedit. Quid tibi miseriarum non uidi? Quantum luctus, quantum lachrymarum summis meis laboribus mihi consciuit? Id monstrum iam biennium me exercet. Fugio, quando uinci non potest. Iam deorum aliquem mihi propitium factum arbitrabar, quod Antonium, hominem candidissimum esse nactus, cuius humanitas illius feritatem leniebat. Inuidit mihi rursum, nescio quod numen, iucundissimi sodalis conuictum, distrahitur inuitus ab inuito. Inde solus, & destitutus, dum omnia tento, nihil non experior, Deum immortalem, in quos fluctus, in quae monstra incidit: His tantis tam perpetuis malis, uel Hercules ipse, aut si quid Hercules fortius, uinci poterat. Obdurui tamē, sic mecum cogitans, aduersam fortunam, & si infesta esset, aliquando malis meis satiatam, & quietem futuram. Nemini perpetuo acerbam aut fuisse unquam, aut esse posse. Et ecce de integro morbo capitali corripior miser: qui quod erat diuturnus, & corpus & oculos penitus exhaustit. Nec erat cui meus doleret dolor: quos iuuaret, per multi. Sogdianum autem illum, praeter ceteros, delectabat malum meum, cui molestissimum ut esset, eram meritis. Ne tum quidem animi deieci, non quod sperare quicquam, sed ne teterrimo illi seni uoluptatem auerem. Seruatus sum, sed superis, opinor, iratis, si miseris ferendis seruatum esse uoluerunt. Quid enim postea uel maximis, uel minimis in rebus a me tentatum est, quid tam dextro consilio institutum, quod non infelicissime euenerit? O me omnium qui sunt, quicquid fuerunt, infortunatissimum. Ego ne unus ex uniuerso hominum numero, preposterus ille Polycrates extiti, cui omnia aduersarentur, cui nihil unquam obtigerit optatum? Hic tu me, scio, ueris, ut aiunt, bonis commemorandis, nimirum literis, & ingenio consolari incipies. Tolle mihi inanes istas consolationes, quae aegritudinem meam exasperant etiam, tantum abest ut leniant. Odi iam ego meum hoc ingenium: odi literas, quibus si carerem, minus miser essem, minus sentirem, minus angerer. Sed querelarum plus satis. Tu cura ut recte ualeas, quando nos dii noluerunt.

LAMENTATORIAE SYLVA.

Lib. v. epistola: Omnis amor tuus.
Si liber exisset, quando non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipitur, ne ea res inepte mihi noceret, cum praesertim adhuc stili poenas dem: qua quidem in re, singulari sum fato. Nam cum mendu scripturae litura tollatur, stultitia fama multetur, meus error exilio corrigitur, cuius summa criminis est, quod armatus aduersario male dixi. Rempublicam iugebam quae non solum suis erga me, sed etiam meis erga se beneficis erat mihi charior: & hoc tempore, quaquam me non ratio solum consolatur, quae plurimum debet ualere, sed etiam dies, quae stultis quoque mederi solet, tamen doleo ita communem rem esse dilapsam, ut ne spes quidem melius aliquando fore relinquatur.

Lib. ix. epistola: Vel meo ipsius interitu.

Lib. xiii. Ad Terentiam plerumque.
Quantum dolore acceperim, & quanto fructu sum priuatus, et fortissimi & domestico, Lucij fratris nostri morte, in primis pro nostra consuetudine tu existimare potes. Nam mihi omnia quae iucunda ex humanitate alterius, et moribus, homini accidere possunt, ex illo accidebant. Quare non dubito, quin tibi quoque id molestum sit, cum & meo dolore moueate, et ipse omni uirtute officioque ornatus, tuique et sua sponte, et meo sermone amantem affinis, amicis amiseris. Quod me ad uitam uocas, unum efficit, ut a me manus absteineam. Alterum non potes, ut me non nostri consilij utique poeniteat. Quid enim est quod me retineat, praesertim si ea spes non est, quae nos proficiscientes prosequatur.

Premor cum luctu, tum desiderio omnium rerum, quae mihi me chariores semper fuerant, Cura ut ualeas.

Velim

Velim pro tuo in me amore, hanc inanem meam diligentiam, miserabilem potius, quam ineptam putes.

Ita sunt res nostrae, ut in secundis, fluxae: ut in aduersis, bonae. In re familiari ualde sumus, ut scis, perturbati.

Amisimus mi Pomponi, non omnem modo succum, ac sanguinem, sed etiam colorem, & speciem pristinam ciuitatis.

Ego uero, quem fugiam, habeo: quem sequar, non habeo.

Sollicitum esse te, cum de tuis communibusque fortunis, tum maxime de me, ac dolore meo sentio: qui quidem dolor meus, non modo non minuitur, cum socium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur omnino. Pro tua prudentia sentis, qua consolatione leuari maxime possim. Probas enim meum consilium, negasque mihi quicquam tali tempore potius fugiendum fuisse.

Qui sit omnium rerum status noster uides. Nihil est mali, quod non & sustineam, & expectem. Quarum rerum eo grauior est dolor, quo culpa maior.

Omnia tamen sunt feliciora, quam peccati dolor, qui & maximus est, & aeternus. Cuius peccati si socios essem habiturus ego, quos putauit, tamen esset ea consolatio tenuis. Sed habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum.

Quam ob rem, quoniam neque consilij tui, neque consolationis cuiusquam spes ulla mihi ostenditur, non quaram haec a te posthac: tantum uelim, ne pristinam hoc officium intermittas. Scribas ad me quicquid uentur tibi in mentem, cum habebis cui des, & dum eris ad quem des, quod longum non erit.

Quid restat, nisi ut miser fiam?

O rem perditam, o facinus indignum, o me infelicem, quid hoc statu uel desperatius, uel foedius? O me afflictum.

De praedico per calumniam etrepto, grauius angerer, nisi iam animus diuturna desperatione ad nouum dolorem obduruisset.

Ita animus multis malis obstupuit, ut sensu etiam molestiae carere coeperit, quod ipsum est omnibus miseris miserius.

Quid quaeris? nihil me infortunatius. Nos tamen in his etiam miseris, erecto animo, & minime perturbato sumus, honestumque, & dignitatem nostram magna cura tuemur.

Plura scribere non possum, ita sum animo percusso, & deiecto.

Non faciam ut enumerem miseriae omnes, in quas incidi propter summam iniuriam, & scelus, non tam inimicorum meorum, quam inuidorum, ne & meum moerorem exagitem, & te in eundem luctum uocem.

Ego & saepius ad te, & plura scriberem, nisi mihi dolor meus, cum omnes partes mentis, tum maxime huius generis facultatem ademisset.

Itaque quum meus me moerore quotidianus lacerat & conficit, tum uero haec addita cura, uix mihi uitam reliquam facit.

Nec tam miseram quicquam est, quod non in fortunam nostram cadere uideatur. Quare quando me afflictum & confectum luctu audies, existimato me stultitiae meae poenam ferre grauius, quam euenti, quod ei crediderim, quem esse nefarium non putaram.

Nos non inimici, sed inuidi perdidit. Nam quod me tam saepe & uehementer obiurgas, & animo infirmo esse dicis, quae ego quod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? Ecquis unquam ex tam amplo statu, tam bona causa, tantis facultatibus, ingenij, consilij, gratiae, tantis praesidijs bonorum omnium concidit? Possum obliuisci qui fuerim, non sentire qui sum? Quo caream honore, qua gloria, quibus liberis, quibus fortunis, quo fratre? Quem ego ut nouum genus calamitatis attedas, quum pluris facerem, quam me ipsum semper fecissem, uitauit ne uiderem, ne aut illius luctum, squaloremque aspicerem: aut ne me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi, afflictumque offerrem. Mitto caetera intolerabilia, etenim fletu impediatur.

Dies autem non modo non leuat luctum hunc, sed etiam auget. Nam ceteri dolores mitigantur uetustate, hic non potest, & sensu praesentis miseris, et recordatione praeteritae uitae, non continuo augetur. Desidero enim non mea solus, neque meos, sed me ipsum. Quid enim sum? Sed non faciam, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis uulneribus saepius manus adferam.

Tom. 1

M 2 Magis

Cicero

Lamentatio
grauissima

Magis opto quam spero, ut ægrotō dum anima est, spes esse dicitur.
Non mediūsfidius præ lachrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere.
Aut quis me non solum infelicioꝝ, sed iam etiam turpior.

Plinius Lamentationis exemplum erit tota illa epistola lib. 1. lacturam grauiſimā. Rurſus lib.

III. epist. tota. Modo nunciatus est. Rurſus: Audio Valerium Martialem.

Lib. v. epist. Tristiſſimus hæc tibi. tota.

Lib. VIII. epistola: Omnia mihi studia.

Mihi autem uidetur acerba semper, & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui uoluptatibus dediti, quasi in diem uiuunt, uiuendi causas quotidie finiunt: qui uero posteros cogitant, & memoriam sui operibus extendunt: his nulla mors non repentina est, ut quæ semper inchoatum aliquid abrumpat.

Triste illud, quod Iulius Valens grauius iacet: quanquam ne hoc quidem triste, si illius utilitatibus æstimeretur, cuius interest quæ maturissime inexplicabili morbo liberari. Illud planè non triste solum, uerum etiam lucuosum, quod Iulius Auitus decessit, dum ex quaestura redit: decessit autem in nauis, procul à fratre amatissimo, procul à matre, à fororibus. Nihil ista ad mortuū pertinent, sed pertinuerunt, cum moreretur. Pertinet ad hos, qui super sunt. Iam quidem in flore primo tantæ indolis iuuenis extinctus est, summa consecutus, si uirtutes eius maturissent. Quo ille studiorum amore flagrabat: quantum legit, quantum etiam scripsit, quæ nunc omnia cum ipso sine fructu posteritatis abierunt: Sed quid ego indulgeo dolori, cui si frenos remittas, nulla materia non maxima est: Finem epistolæ faciam, ut facere possim etiam lachrymis, quas epistola expressit.

Est enim quædam etiam dolendi uoluptas, præsertim si in amici sinum desleas, apud quem lachrymis tuis uel laus sit parata, uel uenia.

Lib. 8. epist. Et gaudium mihi.

LAMENTATORIA MEA.

SI in malum hoc fortunæ iniquitate incidissem, honestior esset plaga: nunc nostra culpa uidemur acceſſiſſe, quod commode uitari poterat.

Res meæ in eū locū deducit, ut si uelis officiosus esse, epitaphiū pares tuo Lucilio.

DE GRATULATORIA EPISTOLA.

Quemadmodum in rebus afflictis, amici dolorē cōsolatione mitigamus, ita si quid accidit lætæ rei, uoluptatem amici gratulatione conduplicamus. His modis omnibus exaggerabimus animi nostri uoluptatem, quam ex amici successu cepimus, cuius omnia uel commoda, uel incommoda pro nostris ducamus: imò cuius rebus pro incredibili quadam erga illum beneuolentia, magis etiam commoueamur, quam nostris ipsorum. Deinde dignitatem, aut si quid aliud obtigit, uarijs rationibus attollemus: siue quod perse sit eximia: siue quod à multis frustra ambita: siue quod ultro non ambiētū delata sit: siue quod honorū iudicio cōtigerit, non cæco fauore fortunæ: siue quod eiusmodi principis fauore, qui non solet nisi spectatos magnis honoribus ornare: siue quod totum hoc, quicquid est boni, nulli ferat acceptū, nisi suæ ipsius industrie, ut hinc nihil laudis sibi uindicare possit fortuna: siue quod præter spem obtigit. nā hæc solent esse gratiora. Mox ubi rem satis auxerimus, ostēdemus tamen si sit amplisimū quod obtigit, tamē inferius esse meritū illius. Hunc tantū esse gradum ad maiora, si modo fortuna uelit hominis uirtutibus respondere. Postremo loco bene ominabimur, beneque precabimur, ut quod obtigit, bonis auius sit ipsi, amicis, ac Reip. perpetuo faustum, ac felix. Est & obliqua gratulandi ratio, quando negamus nos amico gratulari honorem qui contigit, sed ipsi honorū talē uirum, qui tum demū uidebitur splendidus ac magnificus, posteaquē ei delatus est, qui suis uirtutibus & ornamentis sit dignitati, quam suscepit, multū dignitatis allaturus. Quemadmodum enim magistratū obſcurat, qui gerit indignus, ita illustrat uir omni decorū genere clarus & illustris. Aut negabimus nos illi gratulatos dignitatis accessionē, quam ille contūctus: præterea modestus, qui nihil minus affectet, quæ populares glorias: sed tamen gaudere, quod illi seges ac materia data sit exercendæ uirtutis suæ, ut qui antehac semper uoluerit prodesse quæ plurimis, nunc etiam possit ob autoritatis accessionē. Licebit utraq; rationem adhibere, per occupationē, quæ prius narrabimus, quid alij essent illi gratulaturi:

nos

nos non eadem gratulari, sed ea potius, quæ iam diximus in obliqua gratulatione dici solere. Frequenter hic incidit genus encomiasticum, ueluti in his, quæ modo recessimus: aliquando non incidit, ueluti quum amico gratulamur, qui in eorum domū redijt ex itinere longinquo, quum amico gratulamur filiū natum, nisi forte dicemus hoc Reipub. interesse, ut optimi quicquid uiri, & probissimæ quæque matrone, quæ maxime sint fecundæ, quod ex bonis ferè nascatur boni. Porro felicitatē ciuitatis non hinc pendere, si quæ plurimos habeat ciuēs, sed si quæ optimos. Exemplum: Incredibilem animo cepi lætitiā, quum te summo principum, collegijque consensu, miro populū applausu præfulem creatū esse intellego. Gaudeo aliquando eum honorem tibi ultro delatum esse, quod tu te semper dignissimum præstitisti. Nec tibi tantū gratulor, qui honore isto (quanquā tuis moribus, tuę eruditioni debito) non multū delectaris, sed multo magis patriæ gratulor, quæ talem sit potestatem habitura, qualem antehac habuit nunquā. Gratulor tuis omnibus, quos quum semper morū innocētia decoraris, nunc etiam honoris claritate, & muneris autoritate illustrabis. Gratulor mihi ipsi, te amplisimis honoribus esse auctū, cuius omnes fortunas semper meas esse duxi. Sacerdotio quidem isto, in uniuersa Etruria neque honestius aliud, neque magis optimū, neque tuis rebus commodius contingere poterat. Tu tibi qua es modestia, onus, haud honorem obiectum dices. At ego sic existimo, superos & patriæ per te cōsultum esse uoluisse, & tibi uirtutis materiam illustrandæ paratam. Quæ res precor ut primum tibi, deinde gregi tuo, denique & nobis omnibus uertat bene. Me totum quantum quantus sum, ad tuum obsequium offero. Vale.

GRATULATORIAE SYLVA.

Libro. 2. epist. Sera gratulatio. Eodem, epistola: Primum tibi ut de.

Lib. 1. epist. Quasi diuinarem, tota.

Qua in re gratulor tibi ita uehementer, ut te quoque mihi gratulari, quam gratias agere malim: alterum non omnino desidero, alterum uere facere poteris.

Gratulor tibi mi Balbe, uereque gratulor. Nec sum stultus, ut te usura falsi gaudij frui uelim: deinde frangi repente, atque ita cadere, ut nulla res te ad æquitatē animi postea possit extollerē.

Sapienter hæc reliquisti, si consilio: feliciter, si casu.

Gratulor tibi affinitatem uiri, mediūsfidius optimi.

Lib. 15. epistola. Te & pietatis in nos. Et plurimæ sequentes.

De Cicerone quæ scribis, iucunda mihi sunt, uelim sint prospera.

Et si contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, satisque ex ea magnam lætitiā, uoluptatemque capiebam, tamen non possum non consistere, cumulari me maximo gaudio, quod uulgo hominum opinio socium me adſcribat tuis laudibus.

Sum enim auuidior, etiam quam satis est gloria, & tamen non alienum est à dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum, aliquem in consilijs capiendis Nestorem habere: mihi uero gloriosum, te iuuenem Cos. florere laudibus, quali alumnū disciplinæ meæ.

Lib. 4. epist. Magnam cepi uoluptatem.

Lib. 5. epist. Concesseram in municipium, tota.

Eodem, epist. Bene est mihi.

Lib. 9. epist. Magna me sollicitudine, tota.

Lib. 1. Explicare non possum.

GRATULATORIA MEA.

Lucium tibi generum obtigisse, maiorem in modum gaudeo: speroque & opto, istam conjunctionem tibi & uoluptati, & ornamento fore.

Neque nobis præsul optatior, neque tibi minus magis optandum potuit obtingere.

Nuncius neque optatior, neque iucundior adferri potuit, quam qui nuper est de noua dignitate tua allatus.

Ex tuis literis, quibus te consulem declaratū significas, tantum cepi uoluptatis, quantum te semper amaui.

O factum bene, rem uoluptariā nuncias, pulchre nuncias, præ gaudio uix me capio.

Voluptatem incredibilem mihi tuis literis nuncias.

Tom. 1

M 3 Literæ

Cic. epist. 14.

Cic. ad Attic.

Politiannus

Literæ tuæ suauissimæ, quibus te nouis honoribus ornatū nunciās, tāta me lætitia impleuerunt, ut prorsus dubitem, cui potissimū gratulari debeam: tibi ne, cui tāta dignitas nec petenti, nec cogitanti contigerit: an patriæ, quæ talem sit præsulē habitura: an principis: qui talem consiliarium: an mihi potius, qui tuis fortunis perinde ac meis delector.

Scio te istiusmodi ornamenta nec desiderasse, nec delectari, & ita prorsus existimare, onus, non honorem tibi iniectum. At tāto es isto honore dignior, quo delectaris minus, eoq; magis uirtuti tuæ gratulor.

Natum tibi bellum puerum, uxore salua, uehementer gaudeo.

Quod ex itinere difficillimo, & diuturna peregrinatione patriæ sis redditus incolumis, tuo nomine ex animo gaudeo.

Rem tibi ex sententia tua euenisse, incredibile dictu quantum læter.

Cauere putes te ipsum ex ista tua fortuna, plus cepisse uoluptatis, quam ego ex tuis literis ceperim, quæ me de noua dignitate tua certiore fecerunt.

Quod nouis honoribus sis auctus,

Quod magistratum assequutus, maiorem in mo-

Quod legatio tam splendida delata, dum gaudeo.

Quod doctoris titulo ornatus,

Familiam tibi feliciter domi crescere,

Hæreditatem amplissimam obuuisse uolupte est: te tam certis, tam charis amicis obatum non nihil doleo.

Ego abfuisse te tam diu à nobis & doleo, quod carui fructu succundissimæ consuetudinis tuæ: & lætor, quod absens omnia cum maxima dignitate es assequutus, quodq; in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondet.

Gratulor, quod qui semper episcopus fuisti, nunc etiam uideberis.

RESPONSIO AD GRATVLATIONEM.

Gratulatio tua & si mihi probatissima, quod ab optimo fit animo, tamen hoc mihi multo iucundius est, & gratius, quod in summa paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorum, qui uere meæ salutis fauerent, te cupidissimum met, singularemq; mihi beneuolentiam præstitisse cognoui.

GRATVLATIO MEA.

O diem lætū, non tibi solum, sed tuis etiam omnibus candidissimo notandū calculo.

Si quid esset in rebus meis unione uel candidius, uel preciosius, hac nota, signarem eum diem, quo mihi nunciatum est, te nobis e periculosissimo bello redisse, non solum incolumem, uerum etiam uictorem, & quidem summa cum laude.

O diem terq; quaterq; lætū, nec unico margarito mihi signandum.

Precor superos, ut hoc gaudū, quod nobis omnibus largiti sunt, perpetuū esse uelint.

Si casu te contulisti in aulam, gratulor fortunæ tuæ: sin iudicio, magis etiam gratulor tuæ sapientiæ.

DE IOCOSA EPISTOLA.

In unoquoq; epistolarū genere, quoties res patitur, iocum admiscere debemus. Quo in genere & Ciceronem plurimū ualuisse, & Ioannē Campanum ferè immodicū, ac solum esse uidemus, sæpe proximum scurrilitati. Argutius iocatur Ausonius. Cuius modi uero debeat esse iocus, Cicero in libris de Oratore, & Quintilianus capite de risu monstrauit. Exempla suppeditabit Maerobius & Athenæus. Primum illud curandum, ut tēpestius sit iocus, ut liberalis, ut decori meminerit. Qui si apte adhibebitur, plus sæpertumero habet momenti, quam oratio quamlibet seria. Sed cauendum erit, ne quādo nobis eueniat, quod Asino Aesopico catelli lusus infeliciter æmulato.

IOCOSAÆ SYLVA.

Lib. 7. epist. In omnibus meis.

Nam de Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo stultus es, quando te ab eo sapere didicisse profiteris, quin tu urges istam occasionem & facultatem, qua melior nunquam reperietur.

Lib. 7. epist. Legi tuas literas.

Eodē. ep. Nisi ante Roma, proxima: Mirabar qd esset. Ac ceteræ plerq; ad Trebatū.

Libro

Lib. 9. epist. Num tu homo ridiculus es? Et aliquot sequentes ad eundem. Eodem, epist. Accubueram.

Tui desiderium, spe tuorum commodorum consolor.

Nos planè diuites sumus, sed ne erres, Stoico more, qui omnes diuites putant, qui coelo & terra frui possunt.

Lib. 1. epist. Næ tu homo es. Item proxima: Pici.

Politianus

Lib. 5. epist. Ita respondebo. Item epist. Si tu edentulus.

Lib. 7. Breues aliquot epistolæ sunt, partim Iocosa, partim arguta. Quin & Ausonius multus est in iocando, nec minus Gulielmus Budæus, Gallus & hic.

CONCILIATORIA.

Est genus epistolarum non dissimile commendatorio, quod nobis uisum est appellare conciliatorium. Nam ut commendatione conciliamus alijs fauorem, ac beneuolentiam apud amicos, ita quum studemus nobis conciliare uiros, quibuscum antehac nulla intercessit notitia, aut amicitia, quodammodo nosmetipsos comendamus. Hoc argumentum frequens est inter eruditos, dum aliquoties totis regionibus disiecti, tamen mutuis epistolis sese prouocant ad sodalitatem literariam, ac fœdera mularū. Et nescio quomodo uix unquā abest hic lenocinium assentationis, à quo tamen nec sanctumonia probatos uiros uidemus abhorruisse. Illud erit obseruandū, ut ita laudemus eū cuius amimus amicitia, ne uel adulari, uel fingere, uel insidiari, uel nostrū negocium agere uideamur. Rursus ita laudemus nos ipsos, ut ne nobis ob arrogantia pro beneuolentia conciliemus odium. Dicemus similitudinē esse conciliatricem amicitie. Nos illius eximjs doctibus ad amandum inflammatos, quas partim celebri fama, partim ex prædicatione laudatissimorum hominū, partim ex ipsius libris cognouerimus. Nos tamen multum absumus ab illius uirtutibus, tamē semper huc annixos, ut quod in illo suspicimus assequeremur, & aliorum iudicio aliquouicq; progressos esse. Suspicionē assentationis subinde deprecabimur. Obtestabimur illius modestia, ut amoris nostro ignoscat, cui temperare non possumus: etiā non ignari, quantopere uir omni laude superior, prædicatione suarū uirtutum offendatur. In nobis rem attenuabimus, animū, studium, amorem optimarum rerum exaggerabimus. Orabimus, ut nos in suorum numerum ascribat. Pollicebimur, nos tamen nouos amicos, nulli ueterum cessuros, studio certe, ac fide, quantumuis reliquis in rebus impares. Nos ipsos, opes nostras, & quicquid opera nostra præstari poterit, totum illi deferemus, amicos etiam communes pollicebimur. Poterat hoc genus amatorio subijci, quo quidem loco non nihil attigimus. Nonnunquam & alios inuicem conciliamus, ac tum quidem hoc intererit inter comendationem, & conciliationē, quod qui comendat, petit non nihil: qui conciliat, nihil petit officij, sed tantum conglutinat amicitia. Ad hoc genus pertinet laudatio certę personæ. Syluam modo subijciemus, nā & in descriptione non nihil hac de re meminimus.

LAUDATORIAE SYLVA.

Mihi quidem humanitas tua, uel summa potius sapientia, non iucunda solum, sed etiam admirabilis uisa est. Virum enim excellentem, & tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctum, non nihil suspicantem, propter aliquorum opinionem cupiditatis tuæ, te ab se abalienatum illa epistola retinuisti.

Sed nimirum, quæ sunt in manu hominū, et mihi, & multis contigerunt. Illud uero, ut adipisci arduum, sic etiam sperare nimum est, quod dari non nisi à dijs potest.

Ego uero Rufum nostrum laudo, non quia tu ut ita facerem, petisti, sed quia est ille dignissimus. Legi enim librum omnibus numeris absolutum, cui multū apud me gratiæ amor ipsius adiecit: iudicauit tamen. Neq; enim soli iudicant, qui maligne legunt.

Lib. 1. epist. cuius initium: Si quando urbs nostra, Laus hominis.

Eodem, epist. Amabam Pompeium.

Lib. 2. epist. Post aliquot annos.

Eodem, epist. Magna Iſæum fama.

Lib. 3. epist. Nescio an ullum iucundius.

Eodem lib. epist. Annorasse uideor. Laus poetæ.

Lib. 6. epistola: Sum ex his.

- Lib. 9. epist. Vnice probo.
 Lib. 1. epistola: Mirum est. Laus uitæ rusticanae.
 Lib. 2. epistola: Assẽm para. Vituperatio personæ.
 Lib. 1. epist. Tantũ mihi sunt.
 Lib. 3. epist. Et si magnum te.
 Eodem: O decus Italiae. Laus puellæ.
 Lib. 4. epistola: Scribis Marianum. Laus concionatoris.
 Lib. 12. epist. Quam uellem. Laus pueri.

Cic. epist. fa.
 Plinius

Lib. 15. epist. Lætus sum laudari.
 Si laudatus à te, laudare te coepero, uereor ne non tam proferre iudicium meum, quam referre gratiam uidear. Omnia scripta tua pulcherrima existimo, maxime tamen illa, quæ de nobis. Accidit hoc una eademq; de causa. Nam & tu quæ de amicis optime scribis, & ego quæ de me, ut optima lego.

Laudem pariter & gratias agam: Neutrũ satis possum, & si possem timerẽ, ne adrogas esset ob ea laudare, ob quæ gratias agerem. Vnum illud addam, omnia mihi tanto laudabiliora uisa, quanto iucundiora: tanto iucundiora, quanto laudabiliora erant.

Politianus

- Lib. 1. epist. Quod proximis literis.
 Item epist. Quod ex sequendis rebus.
 Item epistola: Lucretium Petreio.
 Lib. 2. epist. Legit epistolam. Rursum: Non tu munus.
 Eodem, epist. In epistola quadam.
 Lib. 3. epist. Et si uideo. Eodem, epist. En ad te reuertitur. Rursum epist. Missit ad me.
 Eodem, epistola: Vtinam quas.
 Lib. 4. epist. Ignosce occupationibus.
 Lib. 5. epist. In calce. Lib. 7. epist. Legit epistolam.
 Eodem, epist. Honorifica mentio, Item proxima.

RESPONSIO AD LAUDEM MEA.

Laudes istas quas affatim in me congeris, sic equidem interpretor, quasi nõ me de pingere uolueris qualis sum, sed optimũ exemplar prescribere, qualis esse debeam. Hoc effecit ista tua tam magnifica laudatio, ut iam mihi minus incipiam placere, qui planè uideam, quantum ablim ab ista perfectæ uirtutis imagine.

Dum istam imaginem pingeres, non à me, sed abs te ipso sumebas exemplum. Sentio quid agas, falsis istis laudibus nostram ignauiam extimulare uoluiti. Aut planè falleris, aut nobis blanditur tua laudatio. Sed blanditur sanè, dummodo mihi mea studia commendat. Nec enim aliõ consilio te blandiri scio.

Ideo summa tribuis, non quod ea sim assequutus, sed quod huc me summis uiribus uelis eniti.

Hoc agis laudando, ut aliquando uidear laudandus. Ipse summis ac maximis uirtutibus abundet oportet, qui in alijs paucas ac medio cres sic amat.

Cic. epist. fa.

Quod in laudando me plus q; immodica benignitate es usus, non ignoscerem, nisi iam olim ex Homericæ lege, poetis mentiri liceret. Ait enim, *μηδὲ λυδὸν τρι ἀοιδῶν*.

Non est mihi cornea fibra, quemadmodum ait Persius: nec apud me sanè incredibile est esse uerum, quod scripsit Xenophon, *ἡδίστον ἄστυ καὶ πρῶτον εἶναι*, utiq; si promerear. Nunc nihil aliud quam rideri me puto. Est hoc ferè solenne inter eruditos, ut sese mutuis laudibus quasi scabant. Nec in totum damnadas arbitror has assentatiunculās; quibus alitur beneuolentia, & excitantur studia.

OFFICIOSA.

Nec infrequens est & illud epistolarum genus, quo amicis, etiam si nihil petant, operam nostram ultro offerimus, propterea quod sunt quos pudet rogare, quũ egeant amicorum subsidio. Hos oportet ultro delato officio, ad postulandam operã amici prouocare, & ea causa genus hoc officiosum uocare placuit.

OFFICIOSA Æ SYLVA.

Ego omni officio, uel potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi ipsi nunquam

nunquam satisfacio. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorũ; ut quoniam tu nisi perfecta re de me nõ conquiesci, ego quia non idem in tua causa efficio, uitã mihi esse acerbam putem.

Nostram fidem omnes, & amorem tui absentis, præsentes tui cognoscent. Si esset in his fides, in quibus esse debebat, non laboraremus.

De cæteris rebus quicquid erit actum, scribam ad te: & ut quàm rectissime agatur omnia, mea cura & opera, diligentia, gratia prouidebo.

Ego neq; de meo studio, neq; de nonnullorum animo mihi scribendum arbitror. Quid enim aut me ostentem, qui si uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uidear tuorum in me meritorum assequutus: aut de aliorũ iniurijs querar, quod sine summo dolore facere non possum? Ego tibi in hac præsertim imbecillitate magistratum præstare nihil possum: at ea excepta, possum confirmare, te & senatus, & populi Romani summo studio amplitudinem tuam retenturum.

De Alexandrina re, causaq; regia, tantum habeo polliceri, me tibi absentĩ, tuisq; presentibus cumulate satisfacturum.

A nobis agentur omnia diligenter, ut neq; si quid obtineri poterit, non contẽdamus, nec si quid non obtinuerimus, repulsi esse uideamur.

A me nullum tempus prætermittitur, de tuis rebus & agendi & cogitãdi, utiq; ad omnia Q. Selicio. Neq; enim prudentiorem quenquam ex tuis, neq; fide maiore esse iudi co, neq; amantiorem tui.

A me omnia summa in te studia, officiaq; expecta. Non fallam opinionẽ tuam.

Tu uelim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimã, quæ ad te pertineat, quæ mihi non charior sit, quàm meæ res omnes. idq; cum sentiam, sedulitate mihi met ipse satisfacere possum, re quidem ipsa, ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum, non modo referendam, sed ne cogitanda quidem gratia, consequi possum.

Cætera quæ ad te pertinebunt, cum etiam plus contenderimus, quàm possumus, minus tamen faciemus, quàm debemus.

Omnia uolo à me & postules, & expectes, uincam meis officijs cogitationes tuas.

In hoc toto genere plura faciam, quàm scribere audeo, Cætera, quæ tibi à multis præserta esse certo scio, à me sunt paratissima. Nihil in re familiari mea est, quod ego malim meum esse, quàm tuum. Hac de re, & de hoc genere toto, hoc scribo parcius, quod te id, quod ipse confido, sperare malo, te esse usurum tuis.

Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia, diligentissimeq; curabo, tuorumq; tristissimo meo tempore meritorũ erga me memoriam conseruabo.

De mea autem in te uoluntate, sic uelim iudices, me quibuscunq; rebus opus esse intelligam, quanquam uideam, quis simi hoc tempore, & quid possum, opera tamen & consilio, studio quidem certe rei, famæ, salutis tuæ præsto futurum.

Quam ob rem tu, quantum tuo iudicio tribuendum nobis esse putes, statues ipse: & ut spero, statues ex nostra dignitate. Ego uero tibi profiteor, atq; polliceor eximium & singulare meum studium, in omni genere officij, quod ad honestatem & gloriam tuam spectet, in quo etiam si multi mecum contendunt, tamẽ cum reliquis omnibus, tum Craesis tuis iudicibus, omnes facile superabo.

Quam ob rem uelim ita & ipse ad me scribas de omnibus, minimis, maximis, mediocribus rebus, ut ad hominem amicissimum: & tuis præcipias, ut opera, consilio, autoritate, gratia mea sic utantur in omnibus, publicis, priuatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitem, clientum tuorum negocijs, ut quoad eius fieri possit, præsentia tuæ desiderium meo labore minuatur.

Tu tamen ei uelim scribas, ut nullam rem neq; tam magnam, neq; tam paruam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna uideatur. Omnia quæ in tuis rebus agam, & non laboriosa mihi, & honesta uidebuntur.

Tu si quid ad me forte scripseris, perficiam ne te frustra scripsisse arbitrere.

Quotiescunq; filium tuum uideo (uideo autem ferè quotidie) polliceor ei studium quidem meũ, & operã sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis, gratiam autem atq; autoritatẽ cum hac exceptione, quantum ualeam, quantumq; possim.

Lib.

Lib. vi. epistola: Vereor ne desideres, multos habet locos consolatorios. Singula persequi non est necesse: uniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero. Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor, a te amari, & quid agas, quidque agatur, certior fieri uolo.

De me autem sic uelim iudices, quantum ego possum, me tibi, salutem tuam, liberisque tuis summum cum studio praesto semper futurum.

Ego quid possim, nescio, uel potius me parum posse sentio. Illud tamen tibi polliceor, me quaecumque salutem, dignitatemque tuam conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu & studio, & officio in meis rebus fuiti. Hanc meam uoluntatem, ad matrem tuam optimam foeminam, tuoque amantissimam detuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam ut te uelle intellexero. Sin tu minime scripseris, ego tamen omnia quae tibi utilia esse arbitror, summum studio, diligenterque curabo.

Interim uelim sic tibi persuadeas, mihi cum Reip. quam semper habui charissimam, tum amoris nostri causa, maxime curae esse tuam dignitatem. Da operam ut ualeas.

Sed ego tuis neque desum, neque deero, qui siue ad me referunt, siue non, mea tibi tamen beneuolentia, fidesque praestabitur.

Iniuriam enim fieri putabam, quum rogabar.

Quae ad me de tuis rebus domesticis scribis, quaeque mihi commendas, ea tanta mihi curae sunt, ut me nolim admoneri.

Illud profecto cognosces, mihi te neque chariorem, neque iucundio rem esse quenquam. Perficiam profecto, ut longi temporis usura, qua caruimus, intermissa nostra conueniunt, gratia, & charitate, & officiorum meorum magnitudine sarciam.

Cic. ad Attic. Consolatio

Perficiam profecto, ut neque Resp. cuius in me animum, neque tu amici desideres.

Sed haec fors uiderit ea, quae talibus in rebus plus quam ratio potest. Nos autem id uideamus, quod in nobis esse debet, ut quicquid acciderit, fortiter, & sapienter feramus & accidisse hominibus meminimus: nosque cum multum literae, tum non minimum idus quoque Martiae consolentur.

Ego quae te uelle, quaeque ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dubitatione summo studio faciam. Hoc uelim tibi penitus persuadeas.

Ego quae te uelle, quaeque ad te pertinere arbitrabor, studiose, diligenterque curabo. Da operam ut ualeas.

Nec uero ulla res erit unquam, in qua ego non uel uitae periculo ea dicam, eaque faciam, quae te uelle, quaeque ad te pertinere arbitrabor.

Politianus

Lib. iii. Deprehenderunt me.

Lib. x. Quanquam nec fortuna.

Plinius

Non me hercle tam mea sunt, quae mea sunt, quam quae tua. Hoc tamen differunt, quod sollicitius, & intentius tui me, quam mei excipiunt. Idem fortasse eveniet tibi, si quando in nostra diuerteris, quod uelim facias. Primum, ut perinde nostris rebus, ac nos tuis, persuadearis: deinde, ut mei expergiscatur aliquando, qui me secure ac prope negligenter expectant.

Lib. vii. Calestrium Tironem familiarissimum.

Nihil est quod uerearis, ne sit hoc illi molestum, cui orbem terrarum circumire non erit longum mea causa. Proinde nimiam istam uerecundiam pone, teque quid uelis, consule: illi tam iucundum, quod ego, quam mihi, quod tu subes.

OFFICIOSAE MEAE.

Nihil mihi magis in uotis est, quam ut primum abs te ipso, deinde a ceteris omnibus quam gratissimus esse cognoscar. Sed eiusmodi sunt tempora, ut & tuis in me meritis, & meo in te animo, satisfacere uelim magis quam possim.

Me incolumi, nullam accipies iniuriam: & si maui me uerbis Homericis tibi meum patrocinium polliceri:

Οὐκ ἔστιν ἐμὸν ζῶντι, καὶ ἂν ἔχοντι θερμοβόλοιο. Σοὶ κίλις παρὰ νηοὶ βαρῆας χεῖρας ἐπίσει.

Pollio uidetur in te offensior. Hoc quanti aestimes ubi cognoro, tum eadem opera sciero quid mihi sit elaborandum.

Ceteri solent operam polliceri in licitis & honestis, & in his quae praestare possint. Ego

Ego uero tibi omnem meam in omni re sine exceptione polliceor, qua possis tuo arbitratu uel uti, uel abuti. In his quae perfici non poterunt, tamen efficiam, ut intelligas nec studium, nec fidem usquam defuisse.

Si officiosum est, ultro polliceri opem, aut operam, multo officiosius est, ultro mittere pecuniam. Huius argumenti, tamen rari, exemplum reperies apud Plinium lib. vi. epistola: Quamuis & ipse.

Sum quidem studiorum laboribus ita districtus, ut nemo magis: sed mihi nihil erat in studiis tam cordi, quod non postpositurus sim, si tali amico praestandum erit officium.

Non omnibus dormio, ita non omnibus uaco. Tibi nunquam non ero ociosus, si quid per me fieri uoles.

Non æquum arbitror, ut literarum pretextu me excusum amico: quum hoc ipsum me doceant literae, non esse deferendum amicitiae officium, quo nihil oportet nobis esse antiquius, aut religiosius.

Hoc unum tibi etiam atque etiam persuadeas uelim, nihil existere posse tam durum, tam periculosum, quod non sim tua causa libenter etiam subiturus.

Nihil erit tam arduum, tam asperum, quod non sit iucundum futurum tua causa.

Opes quas tibi polliceor, nec mihi adsum, nec tibi desunt.

Hoc corpusculum, hunc animum tibi totum quantus est deuoueo.

Hoc tibi spondeo mi Lucilli, neque animum, neque diligentiam mihi defuturum.

Nec animo, nec studio, nec beneuolentia, nec patientia cuiusquam pro uobis cedam.

DISPUTATORIAE GENVS.

Est epistolarum genus non infrequens inter eruditos, quo studiorum suorum inter se agunt commercia, quum aut sciscitantur de re quapiam, aut respondet sciscitanti: aut si qua de re parum conuenit disputant. Huius generis, quoniam uarium est, certa ratio reddi non potest. Tantum exempla quaedam indicabo.

DISPUTATORIAE SYLVA.

Lib. vii. epistola: Illuseras heri inter.

Cic. epist. fa.

Lib. ix. epistola: Amo uerecundiam.

Lib. i. epistola, cuius initium est: Frequens mihi disputatio, tota.

Plinius

Lib. iii. epistola: Attuli tibi.

Lib. i. epistola: Ostender plenum.

Politianus

Lib. ii. epistola: Dictata illa tua.

Lib. iii. epistola: Itasceris obrectatoribus.

Lib. v. epistola: Et tu mihi.

Lib. ix. epistola: Ego quidem mi Hermolae. Item proxima.

Lib. xii. epistola: Quanto opere me semper.

LIBRI DE RATIONE CONSCRIBENDI

Epistolas Finis.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI GVLIELMO DVCI CLIVENSI;

Iuliacensi, Montensi, Comiti Marchiae, & in Rauensburg, &c.

Erasmus Roterodamus. s d



ONRADVS Heresbachius, uir ad unguem factus, qui magno Reip. bono, pueritiae tuae formator contigit clarissime Princeps, indolem tuam eruditioni pariter ac pietati natain ita mihi suis literis frequenter depinxit, ut si complures menses tecum domesticam habuissem consuetudinem, non esse posses notior. Idem pro singulari quoda erga te amore, quem undique spirant illius Epistolae, magno studio, multisque argumentis illud agebat, ut aliquo monumento literario, & tibi in isto longe pulcherrimo stadio strenue currenti, calcar, ut aiunt adderem, & alios adolentes generis imaginibus claros ad aemulationem tam felices exempli prouocarẽ. Ab hoc officio, adeo mihi non abhorrebat animus, ut benefici loco ducerem admonitum fuisse. Verum quod in annos aliquot distulimus officium, nihil

nihil aliud, mihi crede, fuit in causa, nisi quod non obtigit argumentū, quod tuæ magnitudini aliqua ex parte respondere uideretur. Nam ille sic temperauit orationem suam, ut apparet non quolibet munere fore contentum. Quum igitur non occurreret quale uolebam, coepit tandem me pudere promissi mei, uisumque est tenuēs quosdam, sed callidos clientes imitari, qui cum ingentem summam debeant patronis suis, nec adhuc soluendo sint, hortensibus quibusdam munusculis eos delinunt, quo patientius ferant recalcitrantem solutionem, hoc pacto testantes non animum facultatibus, sed facultates animo deesse. In Italia deliniam opus de uerborum rerumque copia. Adieceram exemplum eiusdem argumenti, quam potuit in compendium contracti, & eiusdem fusiū copiosius tractati. Is cui Romæ tradideram describendum, reddidit hanc partem mutilam, ac uix dimidiatam, ut quod supererat, mihi frustra superesset. Deinde quum ab eruditissimis ac uicis subinde rogaret, ut excitandis studiis, quæ iam refrigescere uidebantur, opus illud absoluerent, animum uehementer abhorrentem, tamen huc perpuli, ut inspecta diuisione, quæ totius argumenti propositiones ceu columnas habebat, denuo receptum in manus pertexerem. Puta hoc esse munusculum aliquod cerasaceum. Adieci duos libellos nunquam antehac æditos, puta hæc esse duo mala Cydonia ex horto paupere selecta. Quæ rusticana munuscula non in hoc damus adolescens generosissime, quod his fidem nostram liberatam uelimus, sed ut liberandi uoluntatem adesse testemur. Solent autem humani creditores minus appellare eos, qui subinde ueluti seipsos appellantes profitentur æs alienum. Quod qui dissimulant, meditari uidentur infestationem. Quamquam hæc causa mihi potius agenda fuerat cum Heresbachio, qui me ex stipulatione poterat in ius uocare. Sed apud te malui, quem mihi sciebam equiorē fore in negotio proprio, quam ille foret in alieno. Sic enim ille te deamat, sic faciet, commodis, honori dignitatique tuæ, usque usquam possit, in his procurandis uideatur ab illa genuina uerecundia posse recedere. Age Princeps ornatissime, perge in isto pulcherrimo certamine, ut ille tuam celsitudinem optimis disciplinis, tu illius doctrinam, fortunæ ac dignitatis accessione illustres. Libellum non laborabo tibi commendare, nisi hoc nomine quod & nouus est, & totus meus. Deinde quod docet multa paucis complecti, quod dictionis genus, nullos magis decet quam summos principes. Vnicum exemplum à nobis proditum est, ex diuo Augustino plura suppetūt, qui nonnunquam psalmum mira breuitate complectitur quem mollissima rerum ac uerborum copia dissert. Postremo quod hæc instituendi ratio, principum liberis potissimum est accommodata, quippe qui quum maxime omnium egeant recta institutione, tamen non conuenit secus, quam liberaliter erudiri. Bene uale. Apud Friburgum Brisgoiæ. Calend. Iulij. Anno M D XXIX

PVEROS AD VIRTUTEM AC LITERAS

LIBERALITER INSTITVENDOS, IDQUE PROTINVS
à natiuitate, declamatio contracti thematis exemplum
per Des. Erasnum Roterodamum.

Propositio
Absq; exordio
protinus
ad argumēta

Diuisio
confutationis



IME QUIDEM AVDIES, uel Chrylippum potius philosophorum acutissimū, infantem tuum ilico bonis literis instituendum curabis, dum adhuc uacuum curis ac uisus ingenium, dum mollis ac tractabilis ætas, dum ad quiduis sequax & habilis animus, interim et tenacissimus perceptorum. Nihil enim perinde meminimus senes, atque ea quæ rudibus annis imbibimus. Neque uero te quicquam commoueat istorum uoces, qui discutant istam ætatem partim non esse disciplinarum satis capacem, partim ferendis studiorum laboribus imparem. Primum enim literarum initia memoria potissimum constant, quæ paruulis, ut dixi, uel tenacissima est. Deinde quoniam natura nos ad cognitionē genuit, non potest esse præproperum eius rei studium, cuius semina quædam nobis ipsa rerum parens in se uicit. Adde quædam esse grandibus etiam cognitiuæ necessaria, quæ peculiari quadam naturæ propensione multo tum citius tum facilius percipit ætas tenera quam robustior. Veluti literarum elementa, linguarū peritiā, apologos ac

ac fabellas poeticas. Postremo quæ existimetur ea ætas ad literas inidonea, quæ sit iam ad mores discendos apta. Aut quid alioqui potius facient pueri iam sancti potētes, quam doquidem aliquid faciāt necesse est. Quanto utilius ætas illa ludat in literis, quam in nugis. Dices, perquam leue momentum est quod primis illis annis efficitur. Quæ ut pusillum contemnitur, quod ad rem longe maximam necessarium est. Deinde quæ lucrum illud quantulumcunque, lucrum tamen, studio negligitur. Iam si pusillum pusillo frequenter apponas, acruus oritur haudquaquam aspernandus. Interim & illud perpende, si minor discit infans, maiora discet adolecens, his annis, quibus illa minora fuerant discenda. Denique dum hæc agit, saltem à uitij illis arcebitur, quibus eam ætatem ferè uidemus infici. Nulla enim res melius occupat totius hominis animum, quam studia. Hoc certe lucrum contemni non debet. Cæterum ut demus his laboribus aliquid decedere robori corporis, mihi damnum hoc pulchre pefatum uidetur ingenij lucro. Nam animus moderatis laboribus redditur uegetior. Et si quid hic periculi est, potest nostra cura uitari. Adhibendus est teneræ ætati doctor, qui blanditijs illiciat, non qui sæuitia deterreat. Tum autem sunt quædam & cogitatu iucunda, & puerilibus ingenijs quasi cognata, quæ discere ludus est potius quam labor. Quamquam non est adeo imbecillis puerorum ætas, quæ uel ob hoc ferendis laboribus magis est idonea, quod laborum sensu caret. Proinde, si cogitaris quam non sit homo, qui literarum expertus est, quam sit fugax hominum uita, quam lubrica in malum adolescentia, quam occupata iuuentus, quam sterilis senectus, tum quam paucis mortalium hæc contingat, non sines infanti tuo, in quo ueluti renatus superstes eris, ullam æui partem incultam abire, in qua parari queat aliquid, quod uel in omnē uitam magnum bonum adferat, uel à malis arceat.

IDEM ARGVMENTVM LOCVPLETATVM COPIA.



OST diu desperatam uxoris fecunditatem, audio te patrem esse factum, & quidem prole mascula, quæ miram quandam, hoc est planè parentū indolem præ se ferat, quæ si modo quicquam ex huiusmodi notis indicijque licet augurari, uirtutem absolutam polliceri uideatur. Itaque tibi in animo esse, puerum tantæ spei, simul atque grandiuisculus erit factus, curare bonis literis initiandum, honestissimisque disciplinis erudiendū, saluberrimis philosophiæ præceptis formandum & instruendū. Nimirum uis totus esse pater, & illum uis uere tuum esse filium, qui te non solum oris figura, corporisque liniamentis exprimat, uerum etiam ingenij dotibus referat. Equidem ut amici non uulgaris felicitati ex animo gratulor, ita prudentiæ tuæ propositum magnopere probo. Vnū illud audacter quidem, sed tamen amanter admonuerim, ne uulgi uel iudicij uel exemplum sequutus, committas, ut primam infantuli tui ætas citra omnem institutionis frugem effluat, ac tum demum ad discenda literarum admoueas elementa, quum iam & ætas minus tractabilis, & ingenium ad uitia propensius, ac fortassis uitiorum tenacissimorum uepribus occupatum. Quin tu mihi iam nunc uirum aliquem circumspice, ut moribus incorruptis & commodis, ita doctrina neutiquam triuiali præditum, cui puellum tuum ueluti teneræ mentis nutritio in gremiū tradas, quo literarum nectar, unā cum ipso lacte combibat, pariterque filioli curā ex æquo nutricibus ac præceptoris partiaris, ut ille corpusculum quam optimo uegetent succo, hic animū salubribus opinionibus & honestissimis imbuat disciplinis. Neque enim arbitror conuenire, ut uir unus omnium doctissimus, & idem prudentissimus, mulierculas istas audias, aut uiros etiam excepta barba mulierculis simillimos, qui crudeli quadam misericordia, & inimica beneuolentia, pueros ad ipsam usque pubertatem inter matercularum oscula, nutricum blanditijs, ancillarum ac famulorum lusus ineptiasque parum castas, detinendos censent, ac prorsus à literis tanquam à ueniens arcedos existimant, discutientes primam ætatem, & rudiorē esse, quam ut disciplinarū sit capax, & teneriorē, quam ut studiorum laboribus sit idonea. Postremo leuioris esse momenti, ætatis illius profectū, quam ut ea gratia sit aut faciendus sumptus, aut uexanda puerorum imbecillitas. Horū singulorum res est, hæc scribi primum ab homine quo uix habes alium tui amātiorem, tum ea de re, qua non alia magis ad te pertinet. Quid enim filio charius, præsertim unico, in quem etiam uitam nostrā cupiamus transfundere si liceat, non modo facultates? Proinde quis

non uideat eos peruerse simul ac præpostere facere, qui in colendis agris, extruendis ædificiis, alendis equis summam adhibent curam, ac uiros prudentes multoque rerum usu callidos in consilium adhibent: in educandis formâdisque liberis, quorum gratia cætera parantur omnia, tam nihil habent pensi, ut nec suum ipsorum consulant animum, nec eorum datorum hominum exquirant sententias, sed perinde quasi ludicra res agatur, ineptis mulierculis, & e plebe quibuslibet homuncionibus auscultant: Quod non minus absurdum sit, quam si quis de calceo magnopere sollicitus, pedem ipsum negligat, aut summo studio curet, ne quid uitij sit in ueste, de corporis ualitudine securus. Nō hic te remorabor uir optime locis communibus, quantum natura uis, quantum pietas, quantum diuina lex, quantum humanæ constitutiones parentes debere uolunt liberis, per quos quatenus licet effugimus mortalitatem, ac reddimur immortales. At quidam sibi parætis officium pulchre uidentur implese, si genuerint tantum, quum hæc sit minima portio pietatis, quam exigit patris cognomen. Ut uere sis pater, totus tibi curandus est filius, eique parti debetur prima ac præcipua cura, qua pecudibus antecellit, & ad numinis similitudinem proxime accedit. Quantam sollicitudinē matrum uulgius adhibet, ne infans euadat strabus aut petis oculis, ne buccis fluentibus, ne ceruice inflexa, ne protuberantibus scapulis, ne tibis uaris, ne pedibus distortis, ne parum concinna corporis totius symmetria, quam ad rem præter alia fascijs etiã solent uti, ac mitellis quibus succingunt buccas. Habetur interim & lactis, & ciborum, & balneorum, & motus ratio, quibus prospera corporis ualitudinem pueris parari multis uoluminibus medici docuerunt, nominatim autem Galenus: nec hanc sedulitatem differunt in septimum aut decimum annum, sed mox exceptum ex utero latebris ad hanc curam uocant. Et recte faciunt, siquidem neglecta infantia frequenter homines tradit morbidæ & afflictæ senectuti, si tamen huc peruenisse contingat. Quinetiam nondum ædito foetu, matrum tamen uigilat cura, non uescuntur quibuslibet cibis grauidæ, cauent ab incommodo corporis motu: & si quid forte in faciem incidit, protinus auulsum manu ad secretam corporis partem applicant. Eo remedio fieri multis experimentis comperum est, ut deformitas quæ in conspicua corporis parte erat futura, lateat in occulta. Nemo uocat hanc curam præproperam, quæ de terriori hominis portione adhibetur: quæ igitur ea pars qua proprie hominis uocabulum sortiti sumus, tot annis negligitur: An non absurde faciat, qui pileum exornet, neglecto impexo & scabioso capite? An multo absurdus est iustam curam impendere corpori mortali, nullam habere rationem immortalitatis animi. Age si cui domi natus est pullus equinus, aut catulus aliquid generosioris indolis præ se ferens, an non protinus incipit illum ad usum fingere, quod eo magis facit ex animi sui sententia, quo sequacior est ad formantis uoluntatem ætas tenera. Mature doces psittacum humanas sonare uoces, non ignarus quo plus accesserit ætatis, hoc minus esse docilem, admonente hoc etiam uulgi proverbio, Psittacum uetulum negligere ferulam. Quale est autem uigilare in aue, cessare in filio? Quid agricolæ non inertes? Nonne protinus plantulas etiamnum teneras in sitione docent exuere syluestre ingenium, nec expectant donec iam robur induruerit? Neque solum cauent ne surgat incurua, ne quid aliud uitij contrahat arbutula, uerum etiam si quid contractum est, emendare festinant, dum adhuc flexilis est ac fingentis sequitur manum. Quod autem animal aut quæ planta respondet possessorum aut agricolarum uotis & uilibus, nisi nostra industria naturam adiuuerit? Id quo fit tempestiuus, hoc succedit felicitus. Mutis quidem animantibus plus præsidij ad genuinas functiones natura rerum parens adiunxit, at quoniam numinis prouidentia uni animantium homini rationis uim indidit, maximam partem reliquit institutioni: ut rectissime scripserit quidam, primum, medium, ac tertium, hoc est totius humanæ felicitatis caput ac summam esse, rectam institutionem ac legitimam educationem. Quo quidem elogio Demosthenes commendauit rectam pronuntiationem, non ille quidem falso, sed recta institutio longe plus habet momenti ad sapientiam, quam pronuntiatio ad eloquentiam. Fons enim omnis uirtutis est diligens ac sancta educatio. Quæmadmodum ad stultitiam ac maliciam primum, secundum, ac tertium est indiligens corruptaque institutio. Hæc præcipue nobis relicta est. Eadem est ratio quæ cæteris animantibus natura tribuerit celeritatem, uolatum, aciem oculorum, molem ac robur corporis, squamas, uillos, pilos, laminas, cor-

NUA

nuæ, ungues, uenena quibus & incolumitatem suam tueri queant, & sibi de uicij prospicere, suosque foetus educare: solum hominem mollem, nudum, & inermem producit, uerum pro his omnibus mentem disciplinis habilem indidit, quod in hoc uno sunt omnia, si quis exerceat. Et quo quodque animal minus est aptum disciplinis, hoc plus habet naturæ prudentiæ. Apes non discunt condere cellulas, colligere succum, conficere mel. Formicæ non instituuntur, ut æstate congerant in cauum, unde per hyemem uiscitent, sed hæc omnia naturæ aguntur instinctu. At homo nec edere, nec ingredi, nec fari nouit, nisi doctus. Ergo si foetus, aut nullos, aut insipidos gignit arbor citra curam institutionis, si canis nascitur inutilis ad uenatum, si equus ineptus ad usum equestrum, si bos ineptus ad arandum, nisi nostra accesserit industria, quam efferum, quam inutile animal euadet homo, nisi studiose simul ac mature fingatur institutione. Non hic recinam tibi nulli non decantatum exemplum Lycurgi, quo producente in spectaculum, catulus alter generosi generis, sed male educatus, cucurrit ad cibum, alter ex parentibus ignauis ortus, sed diligenter educatus relicto cibo ad feram insiliit. Efficax res est natura, sed hæc uincit efficacior institutio. Vigilant homines, ut habeant probum canem ad uenatum, ut habeant strenuum equum ad proficiscendum, atque hic nulla uidetur præcox diligentia: ceterum ut filium habeant, qui parentibus & ornamento sit & usui, in quem bonam domesticarum curarum partem transferant, cuius pietas ingrauescentem ætatem foueat fulciatque, qui generi fidum patronum, qui uxori probum coniugem, qui Reipub. fortem & utilem ciuem præstet, aut nullam, aut feram adhibent curam: Cui conseruatur, cui arant, cui extruunt, cui terra marisque uenantur opes: Nonne liberis? At ista quid habent uel usus, uel decoris, si is cui hæc omnia cedunt, nesciat uti? Immodico studio paratur possessio, possessoris nulla est cura. Quis parat citharam ignaro musicæ? Quis adornat insignem bibliothecam literarum rudis? Et tot opes parantur ei, qui rationem utendi nunquam didicit? Si ista bene educato comparas, instrumenta uirtutum subministras, sin inculto agresti ingenio, quid aliud quam nequitia scelerumque materiam suppeditasti? Quid hoc patrum genere uecordius cogitari potest? Curant ut filij corpus careat uitio, reddaturque ad uulgares actiones habile, at animum, cuius moderatione constat omnis honesta actio, negligunt. Ne commemorem interim, quod opes, dignitatem, aut opitatem, atque etiam prosperam ualitudinem quæ tam anxij uotis optant liberis suis, nulla res magis parit homini quam prohibitas & eruditio. Optant illis prædam, nec dant uenabulum quo capiunt. Quod est omnium præstantissimum, filio dare non potes, at his artibus potes illum instruere quibus ea parantur, quæ sunt optima. Iam hoc insigniter absurdum est, sed absurdius etiam quod domi canem habent uigilanter institutum, quod equum habent magna cura domitum atque edocum, filium habent nulla honesta instructum disciplina. Agrum habent pulchre cultum, filium turpiter incultum. Domum habent ornamentis omnibus decoratam, filium habent ab omnibus ueris ornamentis uacuum. Ad hæc qui iuxta popularem existimationem uidentur eximie sapere, mentis excolendæ sollicitudinem, aut differunt in ætatem indocilem, aut prorsus non adhibent, & de fortuitis exteris que bonis mire solliciti sunt, etiam priusquam ædatur is, quem omnibus illis destinant dominum. Quid enim non uidemus illos facere? Vxoribus utero timentibus iam tum accessit genethliacus, sciscitantur parætes, masculus ne proditurus sit an foemina. Exquirunt fatum. Si astrologus ex horoscopo dixit prolem in bello fore felicem, huic, inquit, dicabimus aulæ regis. Si pollicebitur dignitates ecclesiasticas. Huic, inquit, alicunde uenabimur Episcopem, aut Abbatiam opimam. Hunc faciemus præpositum aut decanum. Hæc cura non uidetur illis præpropera, quum anteuertat ipsam natiuitatem, & præpropera uidetur quæ natorum fingentis animis adhibetur? Tam cito curas, ut filium habeas belli ducem, aut magistratum, & non simul curas, ut ille sit dux aut magistratus Reipub. salutaris? Ante tempus hoc agis, ut habeas filium Episcopum aut Abbatem, & non huc fingis, ut recte gerat Episcopi aut Abbatis munus? Imponis currum, nec doces gubernandi rationem. Ad moues clauo, nec curas ut discat quæ nauclerum æquum est scire. Denique in omnibus tuis possessionibus, nihil habes eo neglectius, quo nihil habes preciosius, & cui cætera parantur omnia. Nitent agrum, nitent domum, nitent uasa, uestes, ac tota suppellex, belle docti sunt equi, pulchre instructi famuli, solus filij ingenium squalet,

TOM. I

N 2

fordet

fordet, horret. Nactus es de lapide, quod aiunt, emptum mācipium, barbarum ac uile, si rude est, obseruas ad quem usum sit idoneum, & ad artem aliquam mature instituis, seu culinariam, seu medicam, seu agricolationis aut dispensationis, solum filium uelut ocio natum negligis. Habebit, inquit, unde uiuat, uerum non habebit, unde recte uiuat. Vulgo quo quisq; ditior est, hoc minus sollicitus est de liberorum institutione. Quid opus est, inquit, philosophia, satis habebunt. Imò quo plus habent, hoc opus est maioribus philosophiæ præsidij. Quo maior est nauis, quoq; plus uehit mercium, hoc magis desiderat nauclerum probe doctum. Quanto studio id agunt principes, ut filijs quàm amplissimam ditionem relinquunt, nec ulli minus curant eos instituendos his artibus sine quibus non potest recte geri principatus. Quanto plus confert, qui dat bene uiuere, quàm qui dat uiuere. Minimum debent liberi parentibus, à quibus progeniti sunt tantum, nò etiam ad recte uiuendum educati. Celebratur Alexandri dictum, ni Alexander essem, Diogenes esse uellem. Id optimo iure reprehendit Plutarchus, quod hoc magis optare debuerit Diogenis philosophiã, quo latius imperabat. Sed turpior est illorum scordia, qui non modo non recte instituunt liberos, uerum etiam ad nequitiam corrumpunt. Hanc absurditatem quum Crates ille Thebanus perspiceret in hominum moribus, non iniuria mitabatur se consensurum æditissimũ urbis locum, & inde quàm maxime uocali clamore exprobraturum ciuitati publicã dementiam, huiusmodi uerbis: Quæ uos agit demetia miser! Tam anxiam curam impenditis parãdis pecunijs, ac possessionibus, & liberorum quibus ista paratis, nullam prorsus curam habetis: Vt uix dimidiatae matres sunt, quæ pariunt tantum nec educant, ita uix dimidiati patres sunt, qui quum corporibus liberorum necessaria ad luxum usq; prospiciant, animos eorum nullis honestis disciplinis curant expoliendos. Arbores fortasse nascuntur, licet aut steriles, aut agresti foetũ, equi nascuntur, licet inutiles, at homines mihi crede, nò nascuntur, sed finguntur. Prisci mortales qui nullis legibus, nullis disciplinis, uago concubitu uitam agebant in nemoribus, fera uerius erant quàm homines. Ratio facit hominem, ea locum nò habet ubi affectuum arbitrio geruntur omnia. Si forma faceret hominem, & statua numerarentur in hominum genere. Eleganter Aristippus Crasso cuidam ac diuiti roganti, quid utilitatis adolescenti allatura esset eruditio, uel illud inquit, ne in theatro lapis lapidi infideat. Venuste philosophus alter, Diogenes ni fallor, meridie lucernam gestans, obambulabat per forum hominibus differtũ, rogatus quidnam rei quæreretur, hominem, inquit, quæro. Sciebat illic esse turbam, sed pecudum, nò hominum. Idem quum die quodã ex æditiore loco concionem aduocasset, clamans: Adeste homines. Iamq; frequens hominum turba conuenisset, nec aliud ille diceret quàm, Adeste homines, subirati quidam reclamant. Adsumus homines, dic si quid habes. Tum ille: Homines adesse uolo, non uos, qui nihil minus estis quàm homines, eosq; baculo abegit. Profecto uerissimum est, hominem nec philosophia, nec ullis disciplinis instructum, animal esse brutis aliquãto deterius. Siquidem pecudes naturæ duntaxat affectibus obsequuntur, homo nisi literis ac philosophiæ præceptis formetur, in affectus plusquàm ferinos rapitur. Nullum est animal effratius aut nocentius homine, quem agit ambitio, cupiditas, ira, inuidia, luxus, & libido. Proinde qui filium non ilico curat optimis disciplinis imbuendum, nec homo est ipse, nec hominis filius. An nò abominandum ostentum habeatur animus humanus in corpore bestiarum quemadmodũ legimus apud Circen homines ueneficij mutatos in leones, urfos, ac sues, ut in his tamen esset mens hominis, quod idẽ sibi usu uenisse prodidit Apuleius, neq; non credit D. Augustinus homines uerti in lupos. Quis sustineret eiusmodi monstri pater appellari? Atqui monstrũ admirabilis est, beluinus animus in humano corpore, & tali prole sibi placet homines pleriq; qui sibi & populo uidentur admodũ sapere. Virẽ dicitur massam informẽ ædere, quã diu lambendo fingunt formantq; uerũ nullus uirẽ caulus tã informis est, q̃ homo nascitur rudis animo. Hũc nisi multo studio fingis ac formas, portentũ pater eris, nò hominis. Si filius nascatur turbinato capite, aut gibbo deformatus, aut loripes, aut senis in manu digitis, q̃ tibi displices, q̃ pudet non hominis sed monstri patrẽ appellari, cæterũ animi tã prodigiosi nò pudet. Quàm deijcit parentũ animos, si quẽ pariat uxor stupidũ, brutaq; mētis infantẽ. Nò enim sibi uidentur hominẽ genuisse, sed ostentũ, & nisi legũ metus obstaret, neci darent quod natũ est. Inculcas naturã

quæ

quæ partui tuo mentẽ hominis negarit, & ipse tua negligẽtia facis, ut filius humanæ mētis sit expers. At præstat esse brutæ mentis, q̃ improbe. Imò præstat esse suem q̃ hominẽ indoctũ, ac malum. Natura quum tibi dat filiu, nihil aliud tradit, q̃ rudem massam. Quæ partes sunt, obtemperantẽ & in omnia sequacẽ materiam in optimũ habitum fingere. Si cesses, fera habes: si aduigiles numẽ, ut ita loquar, habes. Statim ut nascitur infans, docilis est ad ea quæ sunt hominis propria. Itaq; iuxta Vergilianũ oraculum, præcipit iam inde à teneris impende laborem. Mox tracta ceram dum mollissima est, finge argillam etiãnum udam: imbue liquoribus optimis testam, dum rudis est, tinge lanã dum à fullo, ne niuea uenit, nullisq; maculis cõtaminata. Subindicauit hoc perq; festiuiter Antisthenes, qui cum filiu cuiusdam suscepisset erudiendũ, rogatus à parẽte quibus rebus esset opus, libro, inquit, nouo, stylo nouo, tabella noua. Nimirũ rudem ac uacuũ animũ requirerebat philosophus. Nò potes habere rudem massam. Nisi finxeris in hominis speciem, infærarum monstrosas effigies sua sponte deprauabitur. Hoc officiu quũ deo naturaq; debeas, etiam si nulla spes sit ad te redituri fructus, tuo cum animo fac reputes quantũ solatiũ, quãtum utilitatis, quantũ dignitatis parentibus adferat à teneris annis recte instituti filij. Rursum in quæ probra, in quas calamitates parentes suos coniecerint perperã educati liberi. Nihil opus est, ut hic tibi ex præcorũ annalibus exempla proferã, circumfer modo cogitationem tuã per tuã ciuitatis familias, q̃ multa sese offerent undiq;: Scio tibi frequẽter audiri huiusmodi uoces: O me felicem, si orbus essem. O me fortunatam, si nunquam peperissem. Operosa res est recte instituere liberos, fateor, sed nemo sibi nascitur, nemo nascitur ocio. Pater esse uoluisti, pius pater sis oportet. Reip. nò tibi tantũ genuisti, aut ut Christianus loquar, deo genuisti, nò tibi. Paulus scribit ita demum seruari foeminas, si filios genuerint, itaq; educauerint, ut perseveret in studio pietatis. A parentibus exiget deus quicquid peccauerint filij. Proinde nisi mox honestis rationib; instituis quod natum est, primũ in te ipsum iniurius es, qui tua negligẽtia hoc tibi paras, quo nihil hostis hosti posset imprecarì grauius, aut molestius. Dionysius Dionis profugi filiu adolescentulum, in aulam pertractũ delicijs effoeminauit, hoc sciebat patri fore tristius, q̃ si ferro necasset. Paulopost adolescens quum à patre reuerso ad pristinam probitatem urgeretur, e cœnaculo se præcipitem dedit. Verissime quidem dixit sapiẽs quidam hebraeus: Filius sapiens lætificat patrem, filius stultus mœstitia est matri suæ. At filius sapiens nò modo uoluptati est patri suo, uerum est & ornamento; & subsidio, deniq; uita est patri suo. Contra filius stultus & improbus nò solum mœrorẽ adfert parentibus, uerum & probum, & egestatem, & senium præmaturũ, deniq; mortem cõcitat ijs, unde uiuẽ di cœpit exordiri. Itaq; quid, attinet cõmemorare? quotidie sunt in oculis exẽpla ciuitũ, quos liberorũ perditũ mores e diuitijs ad mendicitatẽ redegerunt, quos filius in cruce crucis, aut filia in lupanari prostrans intolerabili ex cruciat atq; exanimat ignominia. Non ui magnates, eximios, quibus ex multis liberis uix unus super sit incolumis, alius abominanda lepra quam scabiẽm gallicam uocant, tabefactus, fumus suum circumfert, alius in bibendi certamine crepuit, alius dum noctu scortatur personatus, miscere trucidatus occubuit. Quid in causa? Quoniã parentes satis habet genuisse ac ditasse, educãdi cura nulla est. Leges in eos seuitunt, qui foetus suos exponunt, & in nemus alit, quod obijciunt feris deuorãdos. At nullum crudelius est exponendi genus, quàm quod natura dedit optimis rationibus ad honesta fingendũ, id beluinis affectibus tradere. Si qua Thesala mulier esset, quæ malis artibus posset & conaretur filiu tuum in suem aut lupum uertere, nò nne putares nullum supplicium satis dignum illius scelere? At quod in illa detestaris, tu ipse studio facis. Quàm immanis fera libido, quàm uorax & insatibilis bellua luxus, quàm effera bestia temulentia, quàm nocens animal ira, quàm horribilis fera ambitio. His beluis exponit filium suum quisquis non à teneris statim unguiculis consuefacit amare quod honestum est, horrere turpitudinem: quin potius non solum obijcit illum feris, quod solẽt expositores maxime crudeles, uerũ quod est grauius, immanẽ ac perniciosam beluã in suũ ipsius alit exitũ. Execrabile cõprimis genus hominum est, quod infantum corpus fascinq; uitiat, quid de parentibus sentiẽdum, qui suã negligentia prauaq; educatione effascinant animũ: Parricidæ uocantur, qui foetus recẽs natos enecãt, et corpus modo perimũt, quãto maior impietas est necare mētẽ. Quid enim

aliud est animæ mors quam stultitia, quam inscitia, quam malitia. Nec minus interim iniurius est in patriam, cui quod quidem in ipso est tradit pestilentem civem. Impius est in Deum, à quo prolem in hoc accepit, ut ad pietatem institueret. Hinc perspicuum est, quam non leue, nec simplex flagitium admittant, qui negligunt teneræ ætatis institutionem. Sed his quoque quemadmodum attigeram, peccant grauius, qui non solum non formant ad honesta, verum etiam teneram ac rudem infantuli testulam imbuunt ad nequitiam, doceturque uitia, priusquam norit quid sit uirtutum. Quomodo modestus erit uir & factus contemptor, qui reperit in purpura. Nondum potest prima rerum uocabula sonare, & iam intelligit quid sit coccum, iam poscit conchylum, iam scit quid sit scarus & mulus, & cum fastu reijcit plebeios cibos. Qui uere cæcus esse poterit quum adoleuerit, qui infans ad impudicitiam fingi cœpit. Quo pacto liberalis euadet grandis, qui tantillus nummos & aurum mirari didicit. Qui temperabit à luxu iuuenis, cuius palatum prius corrupimus, quam mores formare cœperimus. Si quod nuper repertum est uestis genus, ut quotidie uestiariorum ars uelut olim Africa, parit aliquid noui monstri, hoc infanti addimus. Docetur sibi placere, & si tollatur, repositus iratus. Quo pacto gradis odertit temulentiam, qui infans didicit esse uinosus. Instillant illis uerba uix Alexandrinis, ut ait ille, permittenda delicijs. Huiusmodi si quid reddidit puer, oculis excipiunt. Nimirum agnoscunt suos fetus minime degeneres, quippe quum ipsorum uita nihil aliud sit quam exemplum nequitie. Haurit infans impudicas nutricum blanditias, & quasi manu, quod aiunt, fingitur lasciuia contactibus. Videt patrem eximie potum, audit dicenda tacendaque effutientem. Assidet immodicis ac parum pudicis conuiujs, audit domum mimis, tibicinibus & psaltrijs, ac saltatricibus perstreptem. His moribus sic assuescit puer, ut consuetudo transeat in naturam. Sunt nationes, quæ pueros adhuc à matre ruentes ad ferociam militarem formant. Discunt ueri toruum, discunt amare ferrum, discunt insigere plagam. Ab huiusmodi rudimentis traduntur præceptoribus, & miramur, si experimur illos ad uirtutem indociles, qui uitia cum ipso statim lacte combiberunt. Sed audio quosdam ita patrocinantes suæ stultitiæ, ut dicant hac uoluptate quæ capitur ex infantium lasciuia, nutritionis pensari tædium. Quid ego audio. Gratus esse potest uero parenti, si quid exprimat puer turpiter factum, aut nequiter dictum, quam si blesâ lingua sententiam reddat salubrem, aut si quod aliud pie factum imitetur. Natura peculiariter addidit ætati primæ facilitatem imitandi, sed tamen aliquanto pronior est ad nequitiam quam ad honestatem æmulatio. An uero bono iucundior est turpitudine, quam uirtutis, præsertim in liberis. Elus si quid sordium incidit in cutem infantis, & tam foedis maculis inficit illius animam. Nihil autem hæret tenacius, quam quod uacuis animis insillatur. Quid habent obsecro, materni cordis foeminae, quæ infantes suos usque ad annum penè septimum in sinu detinent, ac tantum non pro morionibus habent. Si usque adeo iuuat ludere, quin simias ac melitæas catellas sibi comparant. Pueri sunt, inquit, sunt, sed dici uix possit quantum habeant momenti ad totius uitæ rationem prima illa infantie rudimeta, quamque durum & intractabilem formatori reddat puerum mollis illa ac dissoluta educatio, quam indulgentiam appellant, quum re uera sit corruptio. An non in huiusmodi matres mire competeret malæ tractationis actior. Est enim plane ueneficij genus, est parricidij genus. Dant poenas legibus qui pueros effascinant, aut uenenis lædunt infirma corpuscula, quid merentur istæ, quæ præcipuam infantis partem pessimis uenenis corrumpunt. Leuius est corpus quam animum occidere. Si puer inter strabos, balbos, aut claudos, educatur, contagio uitatur corpus, uitia mentis occultius quidem, sed & celerius transfiliunt, & altius insidunt animorum mala. Merito quidem Paulus apostolus hoc honoris habuit Menandri uersiculo, ut in epistolis citat: Mores bonos colloquia corrumpunt mala. Verum is nusquam est ueracior quam in infantibus. Aristoteles rogatus à quodam, quibus rationibus efficere posset, ut equum haberet eximium, si inter generosos, inquit, equos educetur. Quod si nos nec pietas, nec ratio docere potest quantum sollicitudinis debeatur ætati primæ liberorum, saltem à brutis animalibus licebat exemplum petere. Non enim pigere debet ab his rem tanto usui futuram discere, unde tam multa frugifera iam olim didicit humanum genus, quando uenarum incisionem monstrauit hippopotamus, clysteris usum quem mire probant medicorum filij

filij monstrauit ipsis auis Aegyptia. Dictamum herbam extrahendis sagittis efficacem à ceruis didicimus. Idem docuerunt cancrorum esum aduersus phalangiorum ictus esse remedio. Quin & lacertis magistris didicimus, dictamum aduersus serpentium morsus habere solatium. Est enim huic animantium generi naturale bellum aduersus serpentes, à quibus uulnerati depreheni sunt ab ea herba medicinam petere. Chelidonium hirundines indicarunt, & herbae nomen dederunt. Cuniculam bubulam contra serpentium ictus utilem docuit testudo. Mustela rutam nobis medicinis habilem comendauit. Ciconia origanum. Flederam morbis mederi monstrarunt apri. Serpentes docuere foeniculum oculorum aciem iuuare. Laciucis nauis stomachi restringi draco admonuit. Excrementa humana habere uim aduersus aconitum pantheræ docuerunt, aliisque cum his innumera remedia didicimus à brutis animantibus. Insuper & artes non parum uitæ necessarias. Proscindendi arui ratione monstrarunt fues. Lutæas macerias temperare monstrauit hirundo. Ne sim longior, penè nihil est ad hominum uitam utile, cuius natura nobis non proposuit in brutis exemplum, ut qui philosophiam ac disciplinas non didicerunt, saltem ab his admoneantur officij sui. An non uidemus quoque animal fetus suos, non solum gignere, atque educare, uerum etiam formare ad naturalem ipsorum functionem. Auis nascitur ad uolatum, agnoscit huc institui fingi à parentibus. Videmus domi, ut feles præeant exerceantque catulos suos, ad murium & auicularum uenatum, quod hinc illis uicium sit. Ostendunt prædam etiamnum uiuam, docent fugientem saltu prendere, denique docent uesci. Quid cerui. Nonne foetus æditos, protinus exercent cursu, & fugam meditari docent, ad prærupta ducunt, saltumque demonstrant, quod his artibus tuti sint aduersus uenatorum insidias. Memoratur elephantorum ac delphinum in educandis minoribus ueluti pædagogica quædam disciplina. In luscinijs deprehendimus docentis ac discantis officia, maioris præeantis, reuocantis & corrigentis, minoris redentis & corrigentis. Quemadmodum autem canis nascitur ad uenatum, auis ad uolatum, equus ad cursum, bos ad aratrum, ita homo nascitur ad philosophiam & honestas actiones: atque ut unum quoque animantium facillime discit id ad quod natum est, ita homo quam minimo negotio percipit uirtutis & honesti disciplinam, ad quam semina quædam uehementia naturæ uis inseuit, modo ad naturæ propensionem accedat formatoris industria. Quid autem absurdius, quam animalia rationis expertia scire ac meminisse suum erga fetus officium, hominem qui rationis prærogatiua à brutis secernitur nescire quid debeat naturæ, quid pietati, quid deo. Atqui brutorum genus nullum exspectat à sobole sua nutritionis aut institutionis præmium, nisi forte credere libet quod ciconiæ parentes ætate defectos uicissim nutriunt, humerisque baiulant. At inter homines quoniam pietatis gratiam nulla soluit ætas, quod solatium, quod decus, quod præsidium sibi parat, qui filium recte curat instituendum. Natura tibi tradit in manus nouale, uacuum quidem, sed soli felicis: tu per incuriam sinis hoc uepribus ac spitiis occupari, uix ulla industria in posterum euellendis. In exiguo grano, quam ingens latet arbor, quos fructus datura si eruperit. Totus hic prouentus perit, nisi semen in scrobem mittas, nisi teneram plantulam lignescens cura foueas, nisi institutione quasi cicures. Et in planta cicuranda uigilas, in filio dormitas. Tota uero ratio felicitatis humanæ tribus potissimum rebus constat, natura ratione & exercitatione. Naturam appello docilitatem ac propensionem penitus insitam ad res honestas. Rationem uoco doctrinam, quæ monitis constat & præceptis. Exercitationem dico usum eius habitus quem natura inseuit, ratio prouexit. Natura ratione desiderat, exercitatio nisi ratione gubernetur, multis periculis atque erroribus est obnoxia. Vehementer igitur falluntur, qui satis esse putant nasci nec minus errant, qui credunt tractandis rebus gerendisque negocijs absque philosophiæ præceptis parari sapientiam. Dic mihi quando euadet bonus cursor, qui strenue quidem currit, sed in tenebris, aut uia ignarus. Quando erit bonus gladiator, qui clausis oculis sursum ac deorsum uentilat gladium. Philosophiæ præcepta, uelut oculi sunt animi, & quodammodo prælucent, ut uideas quid facto sit opus, quid secus. Multum quidem adfert utilitatis, diutinus uariarum rerum usus, fateor, sed sapienti, bene agendi præceptis diligenter instructo. Supputa quid fecerint, quid passi sint per omnem uitam, qui sibi rerum experientia qualemcumque prouidentiam licet miseram compararunt, & cogitatum tantum ma-

lorum optes filio tuo. Adde quod philosophia, plus docet unico anno, quàm annis triginta quantalibet rerum experientia: & tuto docet, quum plures experiendo calamitosi euadant, quàm prudētes, ut nō ab re ueteres eum periculū facere dixerint, & periclitari qui rem experimento tentaret. Age si quis filium suum cuperet medicæ rei peritum esse, utrum mallet illum euoluere medicorum libros, an experimento discere, quæ res ueneno læderet, aut remedio iuuaret? Quam infelix prudentia est, quum nauclerus crebris naufragiis didicit artem nauigandi, quum princeps assiduus bellis ac tumultibus, malisq; publicis didicit gerere magistratum. Stultorum ista, nimioq; constans prudentia est, malo ichos demum sapere. Magno discit, qui errando discit ne erret. Grauius Philippus Alexandrūm filium admonuit, ut se docilem præberet Aristoteli, atq; ab eo philosophiā perdisceret, ne multa faceret, quæ iam ipsum fecisse pœniteret. Et tamen in Philippo prædicatur insignis ingenij dexteritas. Quid igitur à uulgaribus expectandum censet? At ratio monstrat compendio, quid sequendum, quid uitandū sit, nec illa post acceptum malum monet, hoc male cessit, posthac caue, sed priusq; aggrediarē, clamat: Hoc si feceris, & in familiam, & exitum tibi parabis. Nectamus igitur hunc triplicem funiculum, ut & naturam ducat ratio, & rationem cōsummet exercitatio. Iam in cæteris animantibus perspiciamus unūquodq; hoc facillime discere, quod cuiusq; naturæ maxime propriū est, quodq; primum est ad incolumitatis tutelam, ea sita est in uitandis ijs quæ molestiam aut perniciem adferunt. Hic sensus inest & plantis, non solum animantibus. Siquidem uidemus & arbores qua maris odor spirat, aut qua flat boreas, contrahere frōdes ac ramos, & se ad auram clemētiorem explicare. Quid autē est hominis maxime propriū? Iuxta rationem uiuere, unde & rationale animal dicitur, & ab alogis fecernitur. Quid autē est homini perniciosissimū? Stultitia. Nullius igitur rei dōcilior erit quàm uirtutis, nec ab ulla re facilius discet abhorrere, q̄ à stultitia, si modo parentum industria naturā uacua protinus occuparit. Sed audimus miras uulgi querimonias, quàm puerorū natura procliuus sit in uitium, quàm difficile pertrahatur ad amorem honesti. Præter meritū accusant naturā. Huius mali pars maxima nostro uitio debetur, qui prius corrumimus ingenia uirtus quàm tradimus uirtutes. Nec mirū, si illos parum dociles habemus ad honesta, quā iam docti sint ad nequitiam. Quis autem nescit ut priorē, ita difficiliorem esse laborem dedocendi, quàm docendi? Porro trifariam hic peccat hominum uulgus, uel quia prorsus negligunt liberorum institutionem, uel quia serius incipiunt illorum animos ad philosophiam dirigere, uel quia tradunt his à quibus discant de discenda. Primi generis homines infantem exponunt, meritoq; plectendos legibus, quæ hoc quoq; diligēter præscribunt, quibus rationibus sit instituenda pueritia, mox ad adolescentiam. Secundum genus latissime patet, cum quo mihi nunc præcipue instituta est pugna. Tertium bifariam peccat, partim ignorantia, partim incuria. Atqui cum rarum ac turpe sit ignorare, cui equum aut fundum curandum committas, quanto turpius est nescire, cuius fidei tradas charissimam possessionum tuarum partem. Ibi discere studium est, quod parum ex te calles, consulis peritissimū quemq; hic nihil referre credis, cui committas filium. Non sine delectu seruis sua quibusque partibus munita. Exploras quem agro colendo præficias, quem rei culinarię destines, cui partem œconomi delegates. At si quis est prorsus inutilis ad omnem functionem, tardus, piger, insulsus, lurco, huic committitur formandus puer, & quæ res summum artificem desiderat, famulorum infimo committitur. Quid læuum est, si hic homines non habent læuam mentem? Sunt quos animus sordidus deterrēt à conducendo præceptore idoneo, & plurius conducitur equis quàm filij formator. Et tamen interim indulgetur sumptuosius conuiujs, noctu dieq; luditur damnosa alea, multum impenditur uenatibus, & morionibus. In eo solo parci sordidū sunt, cuius gratia poterat excusari cæteris in rebus parsimonia. Vtinam pauciores essent, qui plus impendunt putido scorto, quàm educando filio. Res, inquit Satyricus, nulla minoris constabit patri quàm filius. Non absurdum fortasse fuerit hic meminisse diarij, quod olim Cratetis nomine celebrabatur. Id ad hunc refertur modum. Ponto coquo minas decem, medico drachmam, assentatori talenta quinque, consiliario sumū, meretrici talentum, philosopho triobolū. Quid huic praposteræ rationi deest, nisi ut addas liberorum formatori

formatori terentium? Quamquam arbitror hic philosophi nomine signari præceptorem. Aristippum quū quidam nummis beatus, sed mentis inops percontaretur, quātum mercedis posceret pro filio instituendo, atq; ille poposcisset quingētas drachmas: immē sum, inquit, postulas. Ista summa seruū mercari licebit. Tum philosophus perquam lepidē de: At nunc, inquit, pro uno duos es habiturus, filium officijs utilem, & philosophū filij doctorem. Iam si quis roget quempiam, uellēne unius filij exitio, centum equos lucrifacere, si inicam habeat sanæ mentis, respondebit, opinor, nequaquam. Quis igitur plurius constat equis, quur diligentius curatur, quàm filius? Cur morio charius emitur, quàm instituitur filius? Alibi sit locus frugalitati, hic esse frugalem non est parsimonia, sed demētia. Sunt rursus, qui non sine iudicio deligūt liberis præceptorem, sed hoc precibus dant amicorū. Præteritur idoneus formandæ pueritiæ artifex, & asciscitur inutilis, non ob aliud, nisi quia precibus amicorum commendatus est. Quid agis demens? In nauigando nihil moraris affectum commendantium, sed eum admoues clauo, qui gubernandæ nauis sit callentissimus: in filio in quo nō ipse solum periclitatur, sed pater ac mater, tota familia, atq; ipsa etiam Respub. nō idem adhibes iudicij? Laborat equus, utrum asciscis medicum ex amicorū commendatione, an ex curandæ peritiæ? Quid? an tibi filius equo uilior est? Imò, num tu tibi uilior es equo? Hoc quum turpe sit in mediocri fortuna ciuibus, quanto turpius est in magnatibus? Vnica cœna in aleam, pessimū scopulum, impingentes, naufragiumq; facientes perdunt triginta milia, et sumptum uocant, si formādo filio impendant mille. Naturam nemo nec alij cuiquam, nec sibi dare potest, quamquam hic quoq; non nihil habet momenti parentum cura. Prima est, ut uir sibi deligat uxorem, bonam, ex bonis progeneram, probeq; educatam, tum prospera corporis ualitudine. Quum enim sit arcuissima corporis animiq; cognatio, fieri non potest, quin altera ab altera uel adiuuetur, uel lædatur. Proximū est, ut maritus si quādo liberis procreandis data operam, nec commotus, nec temulentus id faciat. Siquidem arcano quodam contagio affectiones illæ transeunt in fœtum. Non inscite id notasse uidetur philosophus quidam, qui quum conspiceret adolescentem parum sobrie sese gerentem. Mirum, inquit, ni pater ebrius te profeminauit. Equidem uehementer illud quoq; reor ad rem facere, si pater ac mater quum omni quidem tempore, sed præcipue cōceptionis ac gestationis, mentem habeāt ab omni crimine liberam, beneq; sibi consciam. Tali enim mente, nihil potest esse tranquillius, nihil lætius. Hinc ordiri decuit educationis sollicitudinem potius quàm ab anno decimo, aut ut multi faciunt, à decimoseptimo. Tertium est, ut aut mater uberibus suis alat infantem, aut si qua necessitas inciderit, quo minus id liceat, nutrix deligatur, corpore salubri, lacte puro, moribus probis, nec temulēta, nec infesta, nec impudica; hærent enim in adultam usq; ætatem, tum corporū, tum animorum uita ab ipsis uitæ crepundijs hausta. Hic etiam referre tradunt quos infantulus habeat collactaneos, quos collufores. Quartum, ut mature tradatur præceptori ē multis selecto, omnium testimonio probato, multisq; modis explorato. Semel accurate peragenda est electio. πολυνηρησιλυ damnat Homerus, & iuxta Græcorum uetus adagium: Multitudo imperatorum Caria perdidit. Nec paucis exitium attulit subinde mutatus medicus. Nihil inutilius, quàm frequēter mutare præceptorem. Ad eum enim modū Penelope tela texitur ac retexitur. At ego noui pueros, qui ante annum duodecimū, plusq; quatuordecim præceptoribus usi sunt, idq; parētum incogitāta. Nec interim cessabit cura parētum. Obseruabūt & præceptorē, & filium, nec sic ablegabūt ab se sollicitudinē, quæ admodum solent omnē filij curam in sponsum transferre, sed subinde reuerset pater exploraturus ecquid profecerit, memor illorum quæ grauitè simul ac prudēter dixit antiq̄uitas, frontem occipitio priorem esse, et nihil citius pinguem reddere equū, q̄ oculum domini, nec ullum letam agrū reddere fertiliorem, quàm domini uestigiū. De teneris loquor, nā adultiores expedit interdū procul ab oculis submouere, quæ res institutionis instar, potissimū cicurare solet iuuenū ingenia. Inter egregias Pauli Aemylj uirtutes celebratur & illud, quod quoties licebat per Reipub. negocia, filiorū suorum exercitamentis solet interesse. Nec Plinius nepos grauatus est subinde scholā inuisere ob amici cuiusdā filium, quem ad disciplinam alendum susceperat. Iam quod de natura dictum est, non est simplex. Est enim natura speciei cōmunis, uelut hominis natura est, ratione uti. Sed est natura

natura huic aut illi peculiaris, ueluti quosdam mathematicis disciplinis, alios Theologia, hos Rhetoricæ aut Poeticæ, illos militiæ natos dicas. Tanta ut rapiuntur ad hæc studia, ut nulla ratione possint deterreri. Aut tam uehementer abhorret, ut citius in ignem ituri sint, quæ ad inuisam disciplinam animi applicatur. Domestice noui quædam Græce Latineque per pulchre doctum, & omnibus liberalibus disciplinis eleganter instructum, quem Archiepiscopus cuius benignitate alebatur huc literis adegerat, ut inciperet audire iuris professores, reclamante natura. Hanc querimoniam cum apud me exponeret, nam idem nos habebat lectus, hortatus sum hominem, ut suo patrono morem gereret, fore leuius quod initio durum esset, ac saltem aliquam temporis partem ei studio daret. Quum ille protulisset aliquot loca prodigiosæ inscitiae, quæ tamen illi semidei professores, magna cum autoritate traderent auditoribus. Respondi, ut illa contemneret, & quæ recte traderent, decerneret; quumque multis argumentis urgerem hominem. Sic, inquit, sum affectus, ut quoties ad hæc studia me uertō, uideatur ensis perfodere pectus meum. Sic natos non arbitror aduersus Mineruam compellendos, ne quod dici solet, bouem ducamus ad ceroma, asinum ad lyram. Fortassis huius propensionis licet et in paruulis notas quasdam deprehendere. Sunt qui ex horoscopo solent talia uaticinari, quorum iudicio quantum sit tribuendum, æstimationem cuiusque suam liberam facio. Profuerit tamen hoc quam primū deprehendisse, quod ex facillime percipimus ad quæ nos natura composuit. Nō arbitror prorsus esse uanū, ex oris reliquiisque corporis figura, habituque coniectare indolem, certe Aristoteles tantus philosophus, non grauatius est *περὶ τῆς φύσεως τῶν παιδῶν* uolumen adere, nec indotum, nec inelaboratum. Ut comodior est nauigatio, quum & æstus fauet & uentus, ita facilius instituiuntur his, ad quæ nos inclinat ingenij propensio. Vergilius cōmonstrauit notas, quibus colligere possis bouem aratro idoneum, aut uaccam armento propagando aptam. Optima toruæ forma bouis. Docet, quibus signis deprehendas pullum equinum olympicis certaminibus utilem futurum. Continuo pecoris generosi pullus in aruis Ingreditur, &c. Nam carmen agnoscis. Errant qui credunt naturam nullas hominum notas addidisse, quibus colligi possit ingenium, peccant uero, qui datas non obseruant. Tam etsi meo quidē iudicio, uix ulla est disciplina, ad quā hominis ingenium non docile nascitur, si præceptionibus & exercitatione instituerimus. Quid enim nō discat homo, quum elephanti institutione fiat funambulus, saltator ursus, et morio asinus? Quemadmodum igitur natura nemini sua in manu est, ita docuimus esse, in quo naturam aliquo pacto ualeamus adiuuare. Cæterum ratio & exercitatio tota nostræ est industriæ. Quatum ualeat ratio, potissimum illud declarat, quod quotidie uidemus machinis & arte tolli onera, quæ nullis alio qui uiribus moueri poterant. Quatum autem habeat momenti exercitatio, satis arguit illud cum primis celebre prisca sapientis dictum, quod curæ ac meditationi tribuit omnia. Ac ratio quidem requirit docilitatem, exercitatio laborē. Sed labor, inquit, non conuenit ætati teneræ, docilitas uero quæ tadem potest esse in pueris, qui uix dum sciunt se homines esse? Ad utrumque paucis respondebo, qui conuenit, ut ætas habeatur indocilis ad literas, quæ iam moribus fingendis apta est. Verum ut sunt uirtutum rudimenta, ita sunt & disciplinarum. Habet philosophia suam infantiam, habet adolescentiam, habet maturitatem. Equinus pullus, qui iam tum præ se fert generosam indolem, non statim urgetur lupatis; ut armatum sessorem tergo uehat, mollibus exercitamentis discit meditari bellū. Vitulus aratro destinatus, non protinus oneratur ueris iugis, nec urgetur acribus stimulis, sed ut eleganter docuit Maro, Primum laxos tenui de uimine cyclos Ceruici subnectunt, dehinc ubi libera colla Seruitio assuerint, ipsi sunt torquibus aptos iungunt pares, & cogunt gradum conferre iuuenicos.

Atque illis iam saepe rotæ ducuntur inanes,

Per terram, & summo uestigia puluere signant.

Post ualido nitens sub pondere faginus axis

Instrepat, & iunctos temo trahit æreus orbes.

Agricolæ norunt habere rationem ætatis in bubus, & exercitia pro modo uirtuti attemptant, multo diligentius id faciendum est in liberis instituendis. Ad hæc naturæ prouidentia habilitatem quandam peculiariter in seuit paruulis. Infans nondum idoneus est cui prælegas officia Ciceronis, aut Aristotelis ethica, aut Senecæ Plutarchiue morales libellos.

aut

aut epistolas Pauli, fateor; sed interim si quid indecore facit in cōuiuio, monetur, & motus se componit ad cōmonstratum exemplar. Ducitur in templū, discit flectere genua, componere manus, aperire caput, totumque corporis habitum ad religionem formare, iubetur silere quum peraguntur mysteria, ad altare uertere oculos. Hæc modestie pietatisque rudimenta prius discit puer quam fari nouit, quæ quoniam inhaerent in grandior ætate, nonnullum profectum adferunt ad ueram religionem. Primum nato nullum discrimen est inter parentes & alienos. Mox matrem discit agnoscere, deinde patrem. Eisdem paulatim discit & reuereri, discit obtemperare, discit amare. Dediscit iracundiam, dediscit uindictam, iussus osculum dare, cui indignabatur, dediscit importunam garulitatem. Discit assurgere seni, discit aperire caput ad imaginem crucifixi. Qui putant hæc qualiacumque uirtutis elementa nihil habere momenti ad probitatem, uehementer errant mea quidem sententia. Adolescens quidam reprehensus à Platone quod aleam luderet, questus est, quod ob tantillum malum tam acriter obiurgaretur. Tum Plato, ut leue malum sit, inquit, ludere aleam, graue tamē malum est assueuisse. Ut igitur paruus malis assueuisse magnum est malum, ita pusillis bonis assueuisse, magnum est bonum. Atque harum rerum hoc docilior est ætas illa tenera, quod suapte natura flexilis est in omnem habitum, quod nondum ullis uitijs est occupata, quod gaudet etiam imitari, si quid præceas. Quæ ut uulgo uicij assuescit, priusquam intelligit, quid sit uirtutum, ita pari fere facilitate uirtutibus poterit assuescere. Optimis autem rebus, optimum est protinus assuescere. Durat is habitus in quem uacuum ac tenerum animū sinxeris. Naturam expellas furca, tamen usque recurrit, scripsit Flaccus. Scripsit, & quidem uerissime, sed scripsit de arbore adulta. Proinde cordatus agricola statim plantulam in eam speciem cōponit, quam in arbore uult esse perpetuam. Protinus in naturam uertitur, quod omnium primū infuderis. Argilla nimium uida, formam impressam non retinet, cera tam mollis esse potest, ut inhabilis sit fingenti. At uix ulla est ætas tam tenera, quæ disciplinæ capax nō sit. Nulla, inquit, Seneca, ætas ad discendum fera est, hoc an uerum sit nescio, certe grandior ætas ad quædam discenda dura est. Illud extra controuersiam est, nullam esse ætatem tam recentem, ut nō sit habilis institutioni, præsertim earum rerum ad quas natura composuit hominem. Nam in hoc ipsum infantiam peculiarem quandam, ut modo dicebam, imitandi libidinem addidit, ut quicquid audierint uiderint, gestiant æmulari, gaudeantque si quid sibi uidentur assequuti. Simios quosdam esse dicas. Atque hinc prima ingenij docilitatisque coniectura. Proinde ut natus est homo, statim moribus discendis aptus est. Mox ut fari cœperit, habilis sit ad institutionem literarum. Cuius prior est ratio, ad id protinus addita est docilitas. Siquidem eruditio quanquam infinitas habet commoditates, tamē nisi uirtuti famuletur, plus adfert mali quam boni. Merito reiecta est à doctis illorum sententia, qui putauerunt ætatem, minore septem annis, nō admouendam literis, cuius sententiæ autorem plurimi crediderunt Hesiodum, quanquam Aristophanes grammaticus *ἠποδύνας*, quo in opere id proditum est, negat esse Hesiodi. Insignis tamen scriptor fuerit oportet, qui talē addidit librum, ut eruditus etiam Hesiodum parentem referre uideretur. Verū ut contra controuersiam fuerit Hesiodi, nullius hominis autoritas tantum apud nos ualere debet, ut pigeat meliora sequi, si quis attulerit. Tametsi quicumque fuerunt huius sententiæ, nō hoc senserunt, totum hoc temporis usque ad annum septimum, oportere uacare omni cura institutionis, sed ante id ætatis pueros non esse uexandos labore studiorum, in quibus omnino tædia quædam deoranda sunt, uelut ediscendi, reddendi, scribendi. Vix enim reperiatur ullum tam docile, tamque tractabile ac sequax ingenium, quod his rebus profum absque stimulis assuescat. Chrylippus nutricibus tribuit triennium, non ut interim uacetur ab institutione præsertim morum & linguæ, sed ut blandioribus rationibus uirtutis literisque præparetur infans, uel à nutricibus uel à parentibus, quorum mores plurimum adferre momenti ad formandos pueros extra controuersiam est. Quoniam autem prima puerorum institutio est, ut discant explanate emendateque loqui, hic olim nutrices, ac parentes non mediocriter erant adiumento. Hoc initium non modo plurimum habet momenti ad eloquentiam, uerum etiam ad iudicandum, & ad omnium disciplinarum cognitionem. Linguarum enim inscitia disciplinas uniuersas aut extinxit, aut deprauauit, atque adeo Theologiam quoque, Medicinam, & Iurisprudentiam. Admirabilis

fuit

fuit olim Græchorum eloquentia, sed quam bona ex parte Corneliæ matris debebant, M. Tullij iudicio. Apparet, inquit, filios non tam in gremio educatos, quam in sermone matris: gremium igitur illis maternum; erat prima schola. Quis & Lelia Cæsaris elegantiam dictione referebat. Quid mirum? Rudis adhuc inter parentis complexus illius sermone tincta fuerat. Idem euenit huius duabus sororibus Mutiæ & Liciniæ Cæsaris neptibus. Nominatim autem laudatur Liciniæ in dicendo elegantia, quæ fuit L. Crassi filia, Scipionis cuiusdam, ni fallor, coniunx. Quid multis? Tota domus, totaque gens usque ad nepotes ac pronepotes sæpe retulit maiorum in dicendo elegantiam. Q. Hortensij filia sic exprimebat paternam eloquentiam, ut olim existerit illius oratio apud triumphatos habitam, non tantum, ut ait Fabius, in sexus honorem. Ad emendate uero loquendum non leue momentum habent & nutrices, & pedagogi, & collatores pueri. Quod enim ad linguas attinet, tanta est illius ætatis docilitas, ut intra paucos menses puer Germanus discat gallice, idque insciens & aliud agens, nec unquam ea res succedit felicius, quam annis, quam maxime rudibus. Quod si id fit in lingua barbara & anormi, quæ aliud feribit quæ sonat, quæque suos habet stridores & uoces uitæ humanas, quanto id facilius fuerit in lingua Græca seu Latina? Mithridates rex duas & triginti linguas sic calluisse legit, ut cuiusque genti citra interpretem propria lingua ius redderet. Themistocles intra anni spatium Persicam linguam perdidit, quo commodius cum rege colloqueretur. Si hoc præstat adulta ætas, quid non sperandum à pueror? Totum autem hoc negotium duabus potissimum rebus constat, memoria & imitatione. Imitandi naturale quoddam studium in pueris esse iam ante docuimus, memoriam porro uel tenacissimam tribuunt pueritiæ uiri sapientissimi. Quod si diffidimus illorum auctoritati, abunde nobis fidem facit ipsa rerum experientia. Quæ pueri uidentur sic hærent animo, quasi heri uisidissimus. Quæ hodie legimus senes, post biduum si denuo legamus noua uidentur. Ad hæc, quorum quemque uidemus, cui adulto feliciter successerit linguarum cognitio? Et si quibus successit cognitio, sonus & pronuntiatio germana aut nullis, aut quam paucissimis contingit. Neque enim ad communem regulam uocanda sunt illa rarissima exempla. Nec ideo debemus pueros post exitum annum decimum sextum, ad linguarum cognitionem uocare, quod Cato senior se ro didicit latinæ literas, græcas uero septuagesimum ægeris annum. At Vticensis ille Cato superiore multo tum doctior, tum eloquentior, puer adhæsit pedagogo Sarpedoni. Atque hic eò magis aduigilandum, quod ætas illa, quoniam naturæ sensu potius quam iudicio ducitur, pari facilitate, aut fortassis maiore imbibit praua atque recta. Quin & recta facilius ueniunt in obliuionem, quam deducimus uitiosa. Deprehenderunt hoc, & admirati sunt ethnicorum philosophi: nec potuerunt causam peruestigare, quam Christiana philosophia nobis prodidit, quæ docet hanc ad mala pronitatem infedisse nobis ex humanæ gentis principe Adamo. Quod ut falsum esse non potest, ita uerissimum est maximam huius mali partem manare ex impuro conuictu prauaque educatione, præsertim ætatis teneræ, & in omnia flexilis. Proditum est literis Alexandrum Magnum à Leonide pedagogo uitia quædam imbibisse puerum, quæ nec adultum iam atque etiam imperio sublimem deseruerunt. Proinde quandiu apud Latinos uiguit illa prisca morum integritas, puerilis ætas non committebatur mercenario formatori, sed ab ipsis parentibus & agnatis instituebatur, uelut à patribus, auunculis, & auis, autore Plutarcho. Existimabant enim hoc ad gentis decus in primis pertinere, si quæ plurimos haberet eruditione liberali præstantes, quum hodie tota ferè nobilitas sit in pictis sculptisque stemmatis, choreis, uenaturæ, & alea. Primus omnium Sp. Carbilus, homo libertinæ conditionis, cuius patronus Carbilus omnium primus induxit exemplum diuortij, traditur aperuisse scholam literariam. Antehac hoc præcipuum habebatur pietatis officium, si cognatos quisque suos ad uitium & eruditionem institueret. Nunc unum hoc curæ est, ut puero quæeratur uxor bene dotata. Hoc perfecto, credunt se nihil iam debere pietati. Verum ut res humanæ pronæ sunt in deterius, delitiæ persuaserunt, ut hoc muneris pedagogo domestico committeretur, & ingenuus seruo tradebatur instituendus. Quæ quidem in re si defectus habebatur, hoc minus erat periculi, quod formator non solum in oculis parentum uiueret, sed in illorum esset potestate, si quid delinqueret. Qui erant cordatissimi, aut emebant seruos literatos, aut curabant literis erudiendos, ut liberorum suorum pueritiæ formandæ præficerent. At quanto

consultus

consultus si ipsi parentes in hoc literas discerent, ut liberos suos doceant. Hac certe ratione duplex esset utilitas, quemadmodum duplex comoditas est, si Episcopus se pium uirum præbeat quo possit quamplurimos ad pietatis studium inflammare. Non omnibus uacat inquires, & piget tanti laboris. Sed agedum uir præclare reputemus nobiscum; quantum temporis nobis pereat alea, computationibus, spectaculis, & morionibus, & pudebit opinor, causari deesse otium ei rei, quæ cæteris omnibus omissis erat agenda. Sufficit ad omnia munia tempus, si qua decet frugalitate dispensetur. Nobis uero breuis est dies, cuius maiorem partem perdimus. Iam illud expende, quanta temporis portio datur amicorum frivolis interdum negotijs. Si minus licet omnibus morem gerere, priores sanè partes debentur liberis. Quid autem laboris refugimus, ut liberis luculentum patrimonium, pulchreque constabilitum relinquamus, ut illis paremus quod his omnibus præstantius est, piget capere laborem, præsertim quum natura pietas, & profectus eorum qui nobis sunt charissimi, edulcet omnem molestiam? Id ni esset quando matres ferrent iam longa gestationis & nutritionis tædiarum. Leuiter amat filium, quem piget erudire filium. Verum instituendi ratio fuit hoc nomine facilius prisca, quod ea dem esset lingua literas callentium, & imperitæ multitudinis, nisi quod eruditi emendatius, elegantius, prudentius & copiosius dicebant. Fateor, ac plurimum compendij foret ad eruditionem, si idem maneret hodie. Nec defuerunt qui prisca exemplum reuocare conati sunt, uelut apud Phrygios Canterij, apud Hispanos Elisabeta regina Ferdinandi uxor, & cuius familia complures formæ eruditione iuxta ac pietate mirabiles. Apud Anglos uir clarissimus Thomas Morus, quem licet regijs negotijs occupatissimum, non piget uxori filiabus ac filio præstare præceptorem, primum ad pietatem mox ad utriusque literaturæ peritiæ. Id certe curandum erat, in his quos eruditioni destinauimus. Nec est periculum, ne populi linguam ignorent, eam perdiscent uelint nolint hominum commercium. Quod si nemo sit domi qui literas norit, statim ascendendus est artifex, sed exploratus tum moribus, tum eruditione. Stultum est in filio uelut in Care, quod aiunt, periculum facere, sciat ne literas, & sit ne uir probus quæ adhibuisti. In rebus alijs sit uenia dormitanti, hic Argus sis oportet, atque oculis omnibus aduigilandum est. In bello, aiunt, bis peccare non licet; hic ne semel quidem peccare fas est. Porro quo maturius puer tradetur formatori, hoc felicius succedet institutio. Hic scio causari quosdam, esse periculum. Secunda propositio consuetudo

ne studiorum labor reddat teneri corpusculi ualetudinem imbecilliore. Hic responde

tis in posterū sint allaturæ literæ. Id partim præstabit formatoris lenitas, comitasq; par-
 tim & ingenū ac solertia, qua uarias artes cōminiscetur, quibus puero reddat iucūdas
 literas, & à sensu laboris auocet. Nihil enim est inutilius, quàm quum præceptoris mo-
 res efficiunt, ut prius odisse incipiant studia, quàm intelligere possint quare sint amāda.
 Primus discendi gradus est præceptoris amor. Progressu temporis fiet, ut puer qui prius
 literas amare ceperat, propter doctore, post doctorem amet propter literas. Nā quem
 admodum munera pleraq; uel hoc nomine gratissima sunt, quod ab his proficiantur
 quos egregie charos habemus, ita literæ, quibus nondum iudicio placere possunt, his ta-
 men doctoris affectu commēdantur. Rectissime dictum est ab Iſocrate, eum plurimum
 discere, qui discendi cupidus est. Libenter autem ab his discimus quos diligimus. Sunt
 uero quidam tam inamcenis moribus, ut nec ab uxoribus amari queant, toruo uultu, te-
 trico conuictu, irati uidentur etiam tum quum sunt propitij, nihil possunt blande dicere,
 uix etiam arridere ridentibus, dicas planè gratijs iratis natos. Hos uix idoneos iudico,
 quibus equos indomitos formādos committas, tantum abest, ut imbecillum ac penè la-
 ciantem ætatem illis prodendā existimem. At hoc hominū genus quidam uel maxime
 credunt admouendū formādæ primæ ætati, dum toruitatē putant esse sanctitatē. Atqui
 non tuto fronti creditur, sub illa tetrica persona sæpenumero latent euiratissimi mores,
 nec inter pudicos cōmemorandū est, ad quæ dedecora nonnunquam illi carnifices ter-
 rore puerorū abutantur. Ne parentes quidem recte possunt educare liberos, si tantū me-
 tuantur. Prima cura est amari, paulatim succedit non terror, sed liberalis quædam reue-
 rentia, quæ plus habet ponderis quàm metus. Quàm igitur belle prospicitur his pueris,
 qui uix dum quadrimi mittuntur in ludum literarium, ubi præsidet præceptor ignouus,
 agrestis, ac moribus parum sobrijs, interdum ne cerebri quidem sani, frequenter lunati
 cus, aut morbo comitiali obnoxius, aut lepræ, quam nunc uulgus scabiem gallicā appe-
 lat. Nemine enim hodie tam abiectum, tam inutilem, tam nullius rei uidemus, quem uul-
 gus non existimet idoneum moderādo ludo literario. Atq; illi se regnum natos rati, mi-
 rum q̄ ferociant, quod habeant imperium, nō in beluas, ut inquit Comicus, sed in eam
 ætatem, quam oportebat omni lenitate foueri. Dicas non esse scholam, sed carnificinā,
 præter crepitum ferularum, præter uirgarum strepitum, præter eiulatus ac singultus, præ-
 ter atroces minas nihil illis auditur. Quid aliud hinc discant pueri, quàm odisse literas?
 Hoc odium ubi semel infedit teneris animis, etiam grandes facti abhorret à studijs. Mul-
 to etiam stultius est, quod quidam filios suos mittunt ad ebriosam mulierculam, ut legen-
 di scribendiq; parent facultatem. Præter naturam est foeminam in masculos habere im-
 perium, tum nihil immitius eo sexu, si qua ira commouerit animum, & incalcescit facillime,
 uix autem conquiescit, nisi uindicta satiata. Iam & monasteria, & fratrum, ita se uo-
 cant, collegia, quæstum hinc aucupantur, & in latebris suis erudiunt rudem ætatem, per
 homines ferè parum doctos, seu potius perperam doctos, ut iam donemus illos esse pu-
 dicos & cordatos. Hoc institutionis genus ut cunq; probant aliq; me quidem autore nul-
 lus id faciet, quisquis cupiet suam puerum liberaliter educatum. Oportet scholam aut
 nullam esse, aut publicam. Compendiarium quidem hoc est, quod uulgo fit. Facilius e-
 nim plures ab uno metu coguntur, quàm unus ab uno liberaliter instituitur. Atqui non
 magnum est alinis aut bubus imperare, liberos liberaliter instituire, ut difficillimū est,
 ita pulcherrimum. Tyrannicū est metu premere ciues, beneuolentia, moderatione, pru-
 dentiaq; continere in officio regium est. Diogenes quum ab Aeginetis captus produce-
 retur uenum, præco rogauit hominem, quo titulo uellet commendari emptoribus. Dic,
 inquit, si quis uelit mercari hominem, qui sciat imperare liberis. Ad hoc insolitum præ-
 conium risere multi. Quidam cui liberi paruuli erant domi, congressus est cum philoso-
 pho, sciret ne uere quod profiteretur. At se scire. Breui colloquio sensit non esse uulgare
 quempiam, sed sub sordido pallio præclaram latere sapientiam. Emptum duxit domum
 suam, eiq; liberos suos formādos commisit. Gallis literatoribus secundum Scotos nihil
 est plagosius. Hi moniti respondere solēt, eam nationem, quemadmodum de Phrygia di-
 ctum est, non nisi plagis emendari. Hoc an uerum sit, aliq; uiderint, fateor tamen non nihil
 in natione discriminis esse, sed multo magis in singulorū ingeniorū proprietate. Quos-
 dam occidas citius, quàm uerberibus emendes, at eosdem beneuolentia blandisq; mo-
 nitibus

nitibus ducas quo cunq; uelis. Hac indole fateor me puerum fuisse, quumq; præceptor cui
 præ cæteris etiam charus, quod diceret se nescio quid magnæ spei de me concipere, ma-
 gis aduigilaret, uelletq; tandem experiri, quàm essem uirgarum patiens, obiecit cōmis-
 sum, de quo nec somniam unquā, ac cecidit. Ea res omnē studiorum amorem mihi ex-
 cussit, adeoq; deiecit puerilem animū, ut minimū abfuerit quin dolore contabescerē, cer-
 te in ætate eum exceperit febris quartana. Is ubi tandem intellexit errorē suum, deplora-
 bat apud amicos: Illud, inquit, ingenū penè prius perdideram q̄ nossem. Erat enim uir
 nec stupidus, nec indoctus, nec, ut arbitror, malus. Resipuit ille, sed mihi sero. Iam hinc
 mihi coniecta uir egregie, quàm multa felicissima ingenia perdāt isti carnifices indocti,
 sed doctrinæ persuasione tumidi, morosi, uinolenti, truces, & uel animi gratia cædentes,
 nimirum ingenio tam truculento, ut ex alieno cruciatu capiant uoluptatem. Hoc genus
 homines sanios aut carnifices esse decuit, nō pueritij formatores. Nec ulli crudelius ex-
 carnificant pueros, quàm qui nihil habet quod illos doceat. Hi quid agāt in scholis, nisi
 ut plagis ac iurgijs diem extrahant. Noui Theologum quendam, & quidē domesticæ, ma-
 ximi nominis, cuius animo nulla crudelitas satisfaciebatur in discipulos, quum magistros
 haberet strenue plagosos. Id existimabat unice & ad deſcendam ingeniorum ferocia,
 & ad edomandā ætatis lasciuiam pertinere. Nunquā agitabat conuiuū apud gregē suū,
 nisi quemadmodum Comædiæ exeunt in latam catastropham, ita post cibum sumptū,
 unus aut alter protraheretur uirgis lacerandus, & interim sæuiebat & in immeritos, ni-
 mirum ut assuefceret plagis. Ipse quondā astiti proximis, quum à prandio ex more pue-
 rum euocarat, aīnos natum, ut opinor, decem. Recēs autem à matre uenerat in eum gre-
 gem. Præfatus est, illi matrem esse cum primis piam foeminam, ab ea sibi puerum studio
 se commendatum, mox ut haberet occasionem cedēdi cepit obſecere nescio quid fero-
 cia, quum nihil minus præ se ferret puer, & innuit illi cui collegij præfecturam cōmisse-
 rat, huic ex re satellites erat cognomen, ut cæderet, ille protinus deiectum puerū, ita cecidit,
 quasi sacrilegiū commisisset. Theologus semel atq; iterū interpellauit, satis est, satis
 est. At carnifex ille feruore surdus, peregit suā carnificinā penè usq; ad pueri syncopen.
 Mox Theologus uersus ad nos, nihil cōmeruit, inquit, sed erat humiliandus, nā hoc uer-
 bo est usus: Quis unquam ad eum modū erudiuit mæcipium, imò quis aīnū? Generosus
 equus melius popysinate & palpo domatur, q̄ scūtica aut calcariibus. Quē si durius tra-
 hes, fit refractarius, fit calcitro, fit mordax, fit retrogradus. Bōs, si nimis urgeas stimulis,
 iugū excutit, et stimulatorē impetit. Sic tractādū est generosum ingenū, quæadmodū tra-
 ctat leonīs catulus. Elephātos sola domat ars, nō uolentia, nec ullū animal tā ferū est, qd
 nō māsueſcat officio: nec ullū tā cūcur, qd immodica sauitia nō exasperetur. Seruile est
 metu mali castigari, atqui publica consuetudo filios appellat liberos, quod hos deceat li-
 beralis educatio, seruilī multū dissimilis: tamen si qui sapiūt hoc agūt potius, ut serui leni-
 tate ac beneficijs exuāt mæcipij capillū, memores et illos esse homines nō beluas. Cōme-
 moratur admiranda exēpla seruorū in dominos, quos profecto tales nō cōperissent, si tan-
 tū uerberib; subegissent. Seruus si sanabilis est ingenij, melius emēdatur monitis, pudorē
 & officijs, q̄ plagis: si insanabilis, ad extremā malitiam indureſcit, & aut fuga compi-
 lat herum, aut necem illius aliqua molitur arte. Nonnunq; & suæ uitæ iactura domini
 sauitiam ulciscitur. Nullum autem animal formidabilius, quàm homo, quem atrox iniu-
 ria docuit suæ salutis contemptum. Proinde quod prouerbio iactatur unum quēq; tot
 hostes habere quot seruos, si uerum est, dominorum iniquitati potissimum arbitror im-
 putandum. Artis enim est, nō fortunę, imperare seruis. Quod si cordatiores heri id dant
 operam, ut seruos ita habeant ut seruiant liberaliter, malintq; pro seruis habere liberos,
 quàm absurdum est è natura liberis educatione reddere seruos: Nec ab re Comicus ille
 senex putat multum interesse inter patrem ac dominū. Dominus tantum cogit, pater pu-
 dore ac liberalitate constefacit filium, ut sua spē recte faciat, potius quàm alieno me-
 tu, præsens atq; absens sit idē, hoc qui nequit inquit, fateatur se nescire imperare liberis.
 Atqui plus aliquanto discriminis esse debet, inter patrem ac dominū, quàm inter regem
 ac tyrannū. Tyrannum submouemus à republica, et filijs uel tyrānos asciscimus, uel ipsi
 in eos tyrannidē exercemus. Quanquam in totū hoc uile seruitutis nomen è uita Chri-
 stianorum sublatum esse oportuit. Beatus Paulus Onesimum Philemonī commendat,

non iam ut seruum, sed ut pro seruo fratrem charissimum. Et Ephesius scribens monet heros, ut in seruos remittant austeritatem ac minas, memores se potius cōseruos esse quam dominos, quod utriq; communē dominū habeant in cœlis, qui non minus pœnas sumpturus est de dominis si quid peccent, quam de seruis. Apostolus nec minaces uult esse dominos, nedum plagosos: nō enim dicit, remittentes flagra, sed, remittentes minas: & nos liberos nostros nihil aliud quam cædi uolumus, quod uix triremium præfecti, aut piratæ faciunt in remiges. De liberis autem quid præcipit idem Apostolus? Adeo nō uult illos cædi seruiliter, ut & à monitis atq; obiurgatione iubeat abesse sæuitiā & amarulentiam. Vos, inquit, patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini. Qualis autem sit disciplina domini, facile perspiciet, qui considerarit, qua lenitate, qua mansuetudine, qua charitate dominus Iesus erudit, tulerit, fouerit, ac paulatim prouexerit discipulos suos. Humanæ leges patriam potestatem temperant, eadem & seruis in heros permittunt actionē malæ tractationis, & unde hæc immanitas inter Christianos? Olim Auxon quidā eques Romanus filium dum uirgis emendat immoderatus, occidit. Ea indignitas adeo cōmouit populum, ut hominem in forum protractum parentes ac liberi stolis confoderent, nihil reueritū dignitatem equestrem, quæ Octauius Augustus ægre periculo subduxit. At quam multos hodie uidemus Auxones, qui sæuitiā plagarum, lædunt puerorum ualetudinem, eluscāt eos, debilitant, nec raro necant. Virgē nihil faciunt ad quorundam sæuitiam, in uerlis uirgis cædunt manubrio, colaphos ac pugnos impingunt teneris, aut quicquid forte proximum est arripiunt & illidunt. Narrant lursperitorum literæ tutorem quendam dum discipulo ligneam calceorum formam impingit in occipitium, alterum oculum excussisse, ob id factum pœnas dedisse legibus. Quid de illis dicendum est, qui cruciatibus addūt abominandam contumeliā? Nunquam eram crediturus, nisi & puerum et crudelitatis autorem de proximo nossem. Puerū annos uix dum duodecim natum, cuius honestissimi parentes fuerant de præceptore benemeriti, tam immanibus modis tractarunt, ut uix Mezentius aut Phalaris ullus posset crudelius. Stercoris humani tantā uim impegērūt in os paruuli, ut expuere non posset, sed bonā partem deuorare coegeretur. Quis tyrānus unquam adhuc hoc cōtumeliā genus *πρωσάμυλο* *ἐπιτραπέζου*, habet Græcum prouerbium. Post tales epulas exercetur imperiū. Puer nudus funibus sub alas immixtis suspenditur, ut infame furti supplicium representaret, quo nō aliud apud Germanos execrabilius. Mox in pensilem sæuitur undiq; uirgis, propemodum usq; ad necem. Nam quo magis inficiabatur puer, quod non commiserat, hoc magis intēdebat carnificina. Adde iam ipsum tortorem, penie supplicio formidabiliorē, oculi uiperini, os angustum & cornugatum, uox acuta qualis fertur umbrarum, facies lurida, caput uertiginosum, minæ & conuitia, quæ illi suggererat splendida bilis, Tisiphonem quampiam dices. Quid cōsequitur est? Mox puerum à supplicijs excipit morbus, magno & mentis & uitæ periculo. Ibi carnifex ultro occupat expostulationem, scribit patri, quamprimū abducatur filium suum, se medicinam omnem cōsumpsisse frustra in deploratum puerum. Vbi corporis morbus utcunq; remedijs depulsus est, tamen animus adhuc sic erat attonitus, ut metueremus ne nunquam ad pristinum mentis uigorem rediturus esset. Neq; hæc fuit unius diei sæuitiā, quandiu uixit apud illum puellus, nullus præteribat dies, quo non semel atq; iterum crudeliter uapularet. Scio, iam dudū suspicāre lectōr, enorme fuisse commissum, cui tam atrox adhibita est medicina. Dicā paucis. Reperti sunt & illius quibus sus est & aliorum duorum libri atramento conspurcati, uestes conscissæ, & caligē excrementis humanis, contaminatæ. Is qui lusum hunc ludebat, puer erat ad omne scelus natus, qui post alijs facinoribus fidem fecit priorum, infanti doctoris ex sorore nepos: iam tum præludens ad ea quæ facere solēt in bello aut latrocinio milites, apud hospitū quendam educō è uase embolo, passus est uinum in solum defluere, ac uelut officiosus admouit se sentire uini odorē: cum altero sodali puero quotidie gladio decertabat, non ioco, sed serio, ut iam agnosceres latronem, aut sicarium, aut quod his simillimū est, mercenarium militem futurū. Huic tamen si faueret ille formator, tamē metuēs ne se mutuo confoderent pueri, cognatum ablegauit. Nam ex altero luculentā capiebat mercedem, erat autem ex isto numero Euangelicorum, quibus nihil dulcius est pecunia. Persuasum erat

optima

optimo uiro parenti, puerum agere apud præceptorem sanctum amicum ac uigilantem, quam uiuēret apud fucatum carnificem, ac homini semijnfano perpetuoq; ægrotati ministrum & assessorē ageret. Quū igitur æquior esset in eum qui sanguine propinquus erat, atq; item in alterū unde luculenta mellis, in innoxium inclinauit suspitio, cui tantum tribuebatur maliciā, ut suas ipsius uestes laceraret, conspurcāretq; quo uitaret suspitio nem. Atqui puer ex utroq; parēte optimo natus, nullum unquam tam illiberalis ingenij specimen dederat, & hodie nihil est illius moribus ab omni maliciā alienius, qui nūc omni metu liber rem omnē ut gesta est narrat ordine. Talibus pædagogis honesti ciues tradunt filios suos, quibus nihil habent charius, tales queruntur non reponi sibi mercedem opera dignam. Neq; non senserat carnifex errorem suum, sed maluit constanter insanire, quam culpam agnoscere: & aduersus huiusmodi non instituitur malæ tractationis actio, nec in tam immanem sæuitiā uigorem habet legum seueritas. Nullis est ira implacabilior, quam ijs qui morbo comitali sunt affines. Quam multæ res irrepserūt in uitam Christianorum, nec Phrygibus nec Scythis dignæ, e quibus unum indicabo, non prorsus abhorrens ab hoc argumento. Qui primū adeunt scholas publicas, coguntur beanum exuere, barbaræ rei repertum est æque barbarum uocabulum. Missus est adolefcens ingenuus ad discendas artes liberales. Verum quam illiberalibus cōtumelijs iniuriatur? Primū macerant illi mentum ueluti barbam derafurū, ad id adhibetur lotiū, aut si quid lotio foedius. Is liquor impingitur in os, nec licet expuere. Molestis icibus detrahuntur cornua scilicet, interdum coguntur multā aceti, aut salis uim ebibere, aut si quid aliud libuit effreni iuuenū petulantia. Nam aggressuri ludum exigunt iusiurandū, illum omnibus imperatis pariturū. Tādē sublimem rapiūt, & dorso quoties libuit arietant in postem. Has tam agrestes contumelias nonnunquā excipit febris, aut spinæ dolor immedicabilis. Sæpe lusus insulsus exit in temulentum conuiuū, a talibus exordijs auspicantur liberalium artium studia. Atqui talibus auspicijs initiari decuit carnificem, tortorem, aut lenonem, aut animæ uenalis Carem, aut remigem, non puerum mularū & gratiarum sacræ destinatum. Mirum est ad eum modū insanire iuuenes liberalibus studijs deditos, sed magis mirum est hæc à iuuentutis moderatoribus approbari. Tam foedis, tamq; crudelibus ineptijs prætexitur nomen consuetudinis, quasi malæ rei consuetudo quicquam sit aliud, quam error inueteratus, hoc maiore studio reuellendus, quod iam ad plures serpsit. Sic durat & apud Theologos uesperiarum mos, nam rem absurdā absurdo signant nomine, scurris dignam citius quam Theologis. Verum eorū qui liberales proficētur disciplinas, oportet & iocos esse liberales. Sed ad pueritiā redeo, cui nihil inuilius quam plagis assuescere, quarū enormitas facit, ut indoles generosior fiat intracabilis, abiectior ueniat in desperationem, assiduitas facit, ut & corpus occalleat ad uerbera, & animus obdurescat ad uerba. Imò nec acrior obiurgatio frequenter est admouenda. Pharmacum sinistre adhibitum exacerbatur morbum, non leuat, & assidue adhibitum paulatim definit esse pharmacum, nec aliud efficit, quam quod solet cibus insuauis paritumq; salubris. Hic quidam occinent nobis Hebræorum oracula: Qui parcat uirgē, odit filium suum: & qui diligit filium suum, assiduat illi flagella. Rursum: Curua ceruicem filij in iuuentute, & tunde latera illius dum infans est.

Nostra uirga sit liberalis admonitio, nonnunquam & obiurgatio, sed mansuetudine condita, non amarulentia. Hoc flagellum assiduemus filijs nostris, ut recte instituti, domi habeant bene uiuendi rationem, nec cogantur in rebus gerendis à uicinis emendicare cōsilium. Lycon philosophus ostendit duos acerrimos stimulos excitandis puerorum ingenijs, pudorem ac laudem: pudor est iusti probri metus, laus autem est omnium artium alitrix. His stimulis urgeamus liberorum ingenia. Jam si placet ostēdam & fustem, quo tundas tuorum latera. Labor omnia uincit improbus, ait Poetarum optimus: aduigilemus, urgeamus, instemus, exigendo, repetendo, inculcādo, hoc fuste tundamus infantium nostro-

rum latera. Primum discant amare mirariq; probitatem ac literas, horrere turpitudinem & incitiam. Audiant alios ob recte facta prædicari, alios ob male facta vituperari, ingerantur exempla eorum quibus eruditio summam gloriam, opes, dignitatem, & autoritatem peperit. Rursus eorum, quibus improbi mores, nullisq; disciplinis excultum ingenium, infamiam, contemptum, egestatem & exitium attulit. Hi nimirum sunt fustes digni Christianis, mansuetissimi Iesu discipulis. Quod si nihil proficitur, nec monitis, nec præcipibus, nec æmulatione, nec pudore, nec laudibus, nec cæteris artibus, ipsam etiã uirgarum castigationem, si res ita demum postulet, oportet & liberalem esse & uerecundã. Nam hoc ipsum nudari ingenuorum corpora, præsertim multorum oculis, contumeliã genus est. Tamen Fabius in uniuersum damnat receptã cedendi pueros ingenuos contumeliam. Dixerit aliquis, quid fiet ijs, qui nisi plagis ad studia compelli non possunt? Respondeo numero, quid faceres asinis ac bubus, si in scholam ueniant: nõne rus abigeres, & alteros pistrino, alteros aratro dederes? Sunt enim homines nõ minus stitig & pistrino nati, quam boues & asini. Sed interim, inquit, decreuit grex. Quid tum postea? Simul & quæstus. Hoc durum. Hinc igitur illæ lachrymæ. Charius est illis lucrũ, quàm pueros profectus. Sed huiusmodi fermè est literatorum uulgus. Fateor, quemadmodum philosophi describunt sapientem, rhetores oratorem, qualem uix usquam inuenias, ita longe proliuius esse præscribere qualem oporteat esse præceptorem, quàm multos inuenire qui ad præscriptam formam respondeant. Verum hanc oportebat esse publicam & prophani magistratus, & ecclesiasticorum procerum curam, ut quemadmodum instituuntur, qui nauent operã in bello, qui cantent in templis: ita multo magis instituantur, qui recte ac liberaliter forment liberos ciuium. Vespasianus de fisco suo dabat annua centena Latinis, Græcisq; rhetoribus. Plinius nepos etiã de priuato suo in eundem usum ingentem summam erogauit. Quod si cessat publica cura, certe suæ quisq; domi uigilare debet. Quid facient, inquis, tenues, qui uix alunt suos liberos, tantum abest, ut talem educatorem possint cõducere? Hic nihil habeo quod respondeam, nisi illud e comœdia, ut possumus, quando ut uolumus non licet. Nos instituendi rationem optimam tradimus, fortunã dare non possumus. Nisi quod hic quoq; diuiti benignitas debet bene natis ingenijs, sed angustia rei familiaris non ualentibus exere uim naturæ, succurrere. Fateor præceptoris comitatem ita temperatam esse oportere, ne pudorẽ ac reuerentiam excutiat familiaritatis comes contemptus, qualem fuisse prædicant Sarpedonem Catonis Vticensis pædagogum, qui comitate morum, summã gratiam, probitate parem auctoritatem apud puerum sibi cõciliarat, nullo uirgarum metu. Verum isti qui nihil aliud norunt, quàm cedere, quid facerent si Cæsar aut Regum liberos suscepissent instituedos, quos cedere fas non est? Dicent heroũ filios eximendos ab hac formula. Quid ego audio? An ciuium filij minus sunt homines quàm regum? An suus cuiq; filius non æque charus esse debet, ac si e rege natus esset? Si fortuna est humilior, hoc magis opus est institutionis ac literarum præsidio, quo se tollant humo. Sin ampla, ad rem probe administrandam necessaria est philosophia. Quid quod non pauci ex humili loco uocantur ad principatum, interdum & ad summũ pontificiã dignitatis culmen. Nõ omnes huc euadunt, tamen omnes huc educandi sunt. Cum plagosis rixari desinam, si unum hoc adiecero. Eas leges ac magistratus à sapientibus uiris damnari, qui tantũ terreat pœnis, non etiam alliciunt præmijs, quiq; puniunt admissa, non item cauent ne quid admittatur puniendum. Idem sentiendum de uulgo pædagogorum, qui tantum uerberant ob cõmissa, non instituunt animum ut nolit peccare. Exigitur lectio, si quid falli opus, cadit, quum fiat quotidie, quo magis assuecat paruulus, existimãt sese pulchre fungos officio præceptoris. Atqui prius huc erat inuitãdus puer, ut amaret literas, ut ueretur formatoris animũ offendere. Verum hisce de rebus fortasse plus satis alicui uidebor disseruisse, & iure uiderer, nisi tam grauiter hic peccaretur ferè ab omnibus, ut nunquam satis dici possit. Porro non parum adferet adiumentũ, si qui puerum suscepit instituendum, animi inductione parentis affectum induat. Hoc pacto fiet, ut & puer discat libetius, & ipse minus sentiat ex labore tædij. Siquidem in omni negotio magnã difficultatis partem adimit amor. Quoniam autem iuxta uetus prouerbiũ, Simile gaudet simili, præceptor quodammodo repuerescat oportet, ut ametur à puero. Non placet tamen, quod extreme ac

penè

penè decrepitæ ætatis senibus pueros tradunt in sinum literarũ rudimentis imbuendos. Nam hi uere pueri sunt, non simulant, nec fingunt balbutiem, sed uere balbutiunt. Optatim ætatem uirentem, à qua non abhorreat puer, & quam nõ pigeat quamuis personam sumere. Hic idem ager in formãdo ingenio, quod parentes ac nutrices facere solent in fingendo corpore. Quomodo docet primũ infantem humanas sonare uoces? Blesã lingua sermonẽ ad puerilem balbutiem a commodat. Quomodo docent edere? Præmandunt ipsæ lacteam pulstem, & commansam paulatim in os infantis inserunt. Quomodo docet ingredi? Inflexunt corpus, & suos passus ad infantis modulum contrahunt. Nec quouis pascunt cibo, nec plus infundunt, q̃ capere possit, ac sensim cum ætatis profectu ad solidiora prouehunt. Primũ cognata quæritur alimonia, nõ multum abhorrens à lacte, quæ tamen ipsa si copiosius immergatur in os, aut præocat infantem, aut effusa uestem contaminat. Sensim ac paulatim infusa, iuuat. Quod idem usu uenire uidemus uasculis angustis oris, si multum infundas, rebullit quod infunditur. Sin minutim, atq; ut ita loquar subtilitim, paulatim quidem ac sensim, sed tamẽ implentur. Ut igitur exiguis cibus ac subinde datis aluntur tenera corpuscula, itidem ingenia pueros cognatis disciplinis, sed sensim ac ceu per lulum traditis, paulatim assuescunt maioribus, nec interim sentitur lassitudo, quod minutæ accessiones sic fallat laboris sensum, uti nihilo secus ad profectus summam conferant: quemadmodũ narratur de quodam athleta, qui quotidie uitulũ per aliquot stadia gestare assuetus, iam taurũ factum nullo negotio gestauit. Non enim sentiebatur incrementũ, quod unusquisq; dies addebat oneri. Verum sunt qui postulant, ut isti co pueri fiant senes, dum non habet rationem ætatis, sed ex suis uiribus illorum ingenia metiuntur. Protinus instant acerbe, protinus exigunt plenã operam, protinus corrugant frontem, si minus puer expectationi respondeat, & sic mouentur, quasi cum adulto rem habeant, uidelicet obliti se fuisse pueros. Quanto humanius est quod Plinius admonet quendam seueriorem literatorem. Memento, inquit, & illum adolescentẽ esse, & te fuisse. At complures ita ferociunt in ætatem imbecillam, quasi nec se, nec discipulos meminerint homines esse. Rogabis ut tibi commõstrem illa cognata ætatis genio, quæ statim instillanda sint paruulis. Primum linguarum usus, qui citra studium omne contingit infantibus, quũ adultis ea facultas uix ingenti studio comparetur. Et huc, ut diximus, inuitat infantulos natura quedam imitandi uoluptas, cuius uestigium aliquod uidemus et in sturnis ac plittacis. Quid Poetarum fabulis amœnius? quæ sic uoluptatis illecebra blandiuntur puerorum auribus, ut adultis quoq; non modo ad linguæ cognitionem, uerum etiam tum ad iudicandum, tum ad dictionis copiam non parum adferant utilitatis. Quid libentius audiat puer, quàm apologos Aesopicos, qui tamen per risum iocumq; tradunt seria præcepta philosophiæ, qui fructus est & in cæteris ueterum Poetarum fabulis. Audit puer socios Vlyssis arte Circes uersos in lues aliasq; formas animantium. Ridetur narratio, & tamen interim discit puer, quod in morali philosophiã præcipuum est, eos qui non gubernantur recta ratione, sed affectuum arbitrio rapiuntur, non homines esse, sed beluas. Quid Stoicus diceret grauius? Et tamen idem docet ridicula fabula. In re mani festa, non te remorabor pluribus exemplis. Iam quid Bucolico carmine facitius? Quid comœdia dulcius? quæ quum aduertit, mouet & imperitos, & pueros. At hic quanta philosophiæ pars per lulum discitur? Adde his rerum omnium uocabula, in quibus mirum quàm hodie cæcutiant etiam ij, qui pro præclare doctis habentur. Postremo sententiæ breues ac lepidas, quod genus fere sunt prouerbia, & illustrium uirorum apophthegmata, quibus olim solis philosophiã tradi solita est populo. Iam apparet in ipsis interim infantibus, peculiaris quedam ad certas disciplinas procliuitas, uelut ad musicã, aut arithmeticam, aut cosmographiã. Nam ipse sum expertus, qui ad grammatices, rhetoricesq; præceptiones uehemẽter tardus, ad subtiliores illas disciplinas ualde dociles reperti sunt. In eam igitur partem est adiuuanda natura, in quam suapte sponte prona est. Minimus autem est in decliui labor, quemadmodum contra, Nihil inuita dices facies uerè Minerva. Noui puerum nondum sandi potentem, cui nihil erat dulcius, quàm explicato uolumine, legentis speciem representare. Idq; quum interdum multis horis faceret, nullo tædio capiebatur. Nec unquam tam acriter flebat, quin oblato uolumine placaretur. Ea res parentibus spem bonam ostendebat fore ut aliquando uir doctus euaderet. Ad

O 4. debet

debat & nomen non nihil leti omnino. Nam Hieronymus dicebatur. Qualis autem nunc sit, nescio. Nam adolescentem non uidi. Ad linguæ cognitionem plurimum habebit in mentem, si inter bene loquaces educetur. Fabulas & apologos hoc discet libentius ac meminere melius, si horum argumenta scite depicta pueri oculis subiiciantur, & quicquid oratione narratur, in tabula demonstretur. Idem æque ualebit ad ediscenda arborum, herbarum, & animalium nomina, simul & naturas, præsertim eorum, quæ non ita passim sunt obuia; ueluti rhinoceros, tragelaphus, onocrotalus, asinus Indicus, elephanta. Tabella habet elephantum, quæ draco suo complexu stringit, primoribus pedibus cauda inuolutis. Arridet paruulo noua picturæ species, quid hic faciet præceptor? Admonebit ingens animal Græcis dici λέπαινα, Latine similiter, nisi quod interdum ad latinæ inflexionis formam dicimus elephanta elephantum. Ostendet quam Græci uocant πρῆστον δα, Latine manū, quod ea sibi porrigat cibum. Admonebit illud animal non respirare ore, quemadmodum nos, sed proboscide; ostendet dentes utriusque prominentes, unde ebur quod apud diuites in pretio est, simulque proferet pectinem eburneum. Deinde docebit apud Indos esse tam ingenti corpore dracones. Draconem autem esse uocem græcā cum latinis communem, nisi quod nos eam nostro more inflectimus, quæ Græci dicant δράκων, quemadmodum λέων, unde femina Dracona, sicuti Leona. Admonebit inter hos dracones & elephanta esse genuinum atroxque bellum. Quod si puer erit discendi audior, poterit alia multa commemorare de natura elephanta ac draconum. Plerique gaudent pictis uenationibus, hic quot species arborum, herbarum, auium, quadrupedum, per lulum disci possunt. Nec hic te remorabor exemplis, quæ proclive sit ex uno consicere omnia. In deligendis his uigilabit institutor, ut quod iudicabit maxime gratum pueris, maximeque cognatum & amabile, ac, ut ita dicam, florulentum, id potissimum proponat. Primæ ætatis ceu ueris prouentus flosculis blandum ardentibus, & iucunde uiribus herbis constat, donec uirilis ætatis autumnus, maturis frugibus rumpat horrea. Ut igitur absurdum sit in uere maturam uam querere, in autumno rosam, ita præceptor obseruandum est, quid cuique congruat ætati. Iucunda & amœna pueritiæ conueniunt. Quæquam in totum à studijs oportet abesse tristitiam ac truce lentiam. Fallor ni id ueteres quoque significare uoluerunt, qui Musis uirginibus, formam insignem, citharam, cantus, choreas, ac lulum per amœna uireta tribuerunt, hisque Charitas addidere sodales: Studiorum profectum mutua animorum beneuolentia potissimum constare, unde & humanitatis literas appellauere præci. Nihil autem uetat quo minus uoluptati comes sit utilitas, & iucunditati iuncta sit honestas. Atque hæc omnia tam frugiferam nullo tedio discit puer. Quid enim obstat quo minus eadem opera discat aut lepida ex Poetis fabellam, aut festiuam sententiam, aut insignem historiolum, aut eruditum apologum, qua cantionem ineptam, plerumque & scurrilem, qua ridenda delirantium amicularum fabulamenta, qua meras muliercularum imbibunt & ediscunt nugæ? Quantum somniorum, quantum inanum ænigmatum, quantum inutilium nœnarum de lemurbus, spectris, laruis, strigibus, lamijs, ephialtis, sylvanis ac dæmogorgonibus, quantum inutilium mendaciorum ex uulgaribus historijs, quantum deliramentorum, quantum nequiter dictorum, etiam uiri memoria tenemus, quæ puelli à thattis, auis, mammis, ac puellis colo assidentes, & inter complexus ac lulum audiuius? Quantus autem esset ad eruditionem factus gradus, si pro his siculis, ut aiunt, gerris uanioribus, nec frivolis tantum, sed noxijs quoque, ea quæ modo commemorauimus statim imbissimus? Dices, quis doctus ad hæc tam minuta sese demissurus est? Atqui Aristoteles tantus philosophus, non grauatus est in Alexandro fingendo literatoris obire munus. Chiron Achillis formauit infantiam, cui successit Phoenix. Heli sacerdos puerum Samuelem educauit. Et sunt hodie, qui uel lucelli, uel animi gratia, propè plus operæ sumunt in formando coruo aut psittaco. Sunt qui pietatis ergo longinquas iuxta ac periculosas profectioes suscipiunt, aliosque labores propemodum intolerabiles. Quin ad hanc functionem, qua nihil potest esse Deo gratius, inuitat nos pietas? Quanquam in his ipsi tradendis quæ commemorauimus, nec instantem, nec seuerum esse oportet formatorem, sed assiduum magis quam immodicum. Non offendit assiduitas, si moderata sit, si uarietate simul & iucunditate condiatur, denique si sic tradantur hæc, ut abli laboris imaginatio, sed puer existimet omnia per lulum agi. Hic ipse sermonis cursus nos admonet

monet, ut paucis aperiamus, quibus modis fiat, ut puero dulcescant literæ, quod ante nonnulla ex parte coepimus attingere. Sermonis facultas, ut dictum est, citra fastidium usum comparatur. Huic succedit scribendi legendique cura, quæ per se non nihil habet tedij, ceterum id magna ex parte doctoris artificio tollitur, si blandis quibusdam illecebris condiantur. Reperias enim quosdam, qui diu hærent sudantque in noscitandis & connectendis literis, ac primis illis grammatice rudimentis, quum ad maiora sint celeri docilitate. Horum fastidio arte medendum est, cuius rei rationes aliquot demonstrarunt ueteres. Quidam literarum formas, crustulis pueritiæ gratis exprimebant, ut ita quodammodo literas deuoraret. Reddenti literæ nomen, præmiolum erat ipsa litera. Alij figuræ elementorum ebore effingebant, ut his puellus luderet, aut si quid aliud esset, quo solet ætas illa peculiariter captari. Britanni iaculandi studio præcipue ducuntur, nec aliud prius suos docet infantes. Quidam itaque solertis ingenij pater, animaduertens in filio miram iaculandi uoluptatem, bellissimum arcum ac sagittas perpulchras parauit, in omnibus tum arcu, tum sagittis erat depictæ literæ. Deinde scoporum uice, græcarum primum, deinde latinarum literarum figuras proposuit; ferenti ac literæ nomen pronuncianti, præter applausum, præmiolum erat cerasum, aut aliud quo gaudet paruuli. Ex eo lulum fructus est uberior, si duos tresque patres ad certaminis consortium adhibeas. Hic enim attentiores & alacriores facit uictoriæ spes, ac metus ignominia. Eo commeto factum est, ut puer intra pauculos dies ludendo, literarum omnium formas & sonos probe calluerit, quod literatorum uulgas, flagris, minis, & conuictijs suis uix triennio possunt efficere. Mihi tamen non probatur in huiusmodi rationibus, quorundam nimis operosa industria, qui hæc per ludum lateruicolorum aut aleæ adumbrant. Quum enim ipsi lulum superent puerorum captum, quomodo per eos discant literas? Hoc non est subleuare puerorum ingenia, sed labori laborem addere. Quem admodum sunt machinæ quædam tam operosæ, ut moram adferant negotio peragendo. Huius generis ferme sunt, quæ de arte memoria quidam ad quæstum aut ostentationem potius quam ad utilitatem excogitarunt. Nam ista memoriæ corrumpunt potius. Optima memoriæ ars est, penitus intelligere, intellecta in ordinem redigere, postremo subinde repetere, quod meminisse uelis. Et insitum est paruulis uincendi studium, & inuidentiæ seminarium quoddam, deinde metus ignominia & laudis amor, præsertim his qui sunt erectioris ingenij ac uiuida indolis. His affectibus abutetur formator ad studij profectum. Vbi nihil proficiet, precibus ac blandimentis, neque puerilibus premijs, ac laudibus, certamen cum æqualibus erit simulandum. Laudetur audiente legni sodalis. Auet æmulatio, quem non potuit sola adhortatio. Non tamen expediet sic uictori deserre palmam, quasi perpetua sit, sed interim ostendet uictio spem, eam ignominiam uigilantia faciendi, quod facere solent in bello duces. Nonnunquam permittendum est, ut puer existimet se uincere quum sit inferior. Postremo uicissitudine laudum ac uituperiorum ale in illis uilem, ut ait Hesiodus, contentione. Fortasse pigebit aliquem seuerioris ingenij, sic inter pueros ineptire. Sed eundem interim nec pigeat, nec pudet bonam diem partem cum catellis Melitaicis, aut cum Cercopithecis ludere, aut cum coruo psittacoque fabulari, aut cum Morione nugari. His ineptijs res maxime seria agitur, & mirum est bonis uiris hinc esse minus uoluptatis, quum pietas ac spes amplissimi fructus & illa solet iucunda reddere, quæ per se sunt austeræ. Fateor grammatice præceptioes insitio subausteras esse, magisque necessarias esse quam iucundas. Verum his quoque bonam molestie partem adimet præcipientis dexteritas. Optima tantum primum ac simplicissima præcipienda sunt. Nunc quibus ambagibus ac difficultatibus excruciantur pueri, dum ediscunt literarum nomina priusquam agnoscant figuras, dum in nominum ac uerborum inflexionibus coguntur ediscere, quot calibus, modis ac temporibus eadem uox respondeat; ueluti, musæ, genitiuo & datiuo singulari, nominatiuo & uocatiuo plurali. Legeris à legor, à legerim, & à legero. Quæ carnificina tum perstreptit in ludo, quum hæc à pueris exiguntur. Nonnulli literatores, ut ostentent eruditionem suam, solent his studiose non nihil difficultatis addere. Quod uitium reddit omnium penè disciplinarum initia perplexa molestaque, præsertim in dialectura. Quibus si commonstres commodiorem docendi uiam, respondent se ad eum modum institutos, nec patiuntur quicquam melius esse pueris, quam ipsis pueris accidit. Viciosa est igitur omnis difficultas uel non necessaria, uel intèpestiua. Mollius fit quod suo tempore

tempore geritur. Verum ubi iam deuorāda est necessaria difficultas, ibi formāda pueritiae artifex, quantum potest probos & amicos medicos studebit imitari, qui absinthiatum pharmacū porrecluri, ut inquit Lucretius, poculorum oras melle praelinunt, quo puer illectus dulcedinis uoluptate saluiferam amaritudinē non reformidet, aut ipsi etiā pharmacum maco saccharum, aut aliud grati saporis admiscunt. Quin et dissimulant esse pharmacum. Nonnunquā enim horrorem adfert sola imaginatio. Deniq; facile uincitur hoc cōcedium, si non simul & immodice, sed paulatim & ex interuallis tradantur. Quamquā non oportet plus satis diffidere puerorum uiribus, si quid forte laboris sit exhauriendū. Nō ualet robore puer, at ualet assiduitate, ualet habilitate naturae. Non ualet ut tritrus, at ualet ut formica. In quibusdam & elephantis à musca superatur. In eo quidq; ualet ad quōd natura compositū est. An nō uidemus pueros tenellos mira agilitate totū cūrsitare diē, nec sentire lassitudinem? Idem si faciat Milo, fatigaretur. Quid in causa? Quia lusus aetati cognatus est, & lulum imaginantur, nō laborem. Est autem in re quauis maxima molesta pars, imaginatio, quae mali sensum adfert interdum, etiā ubi nihil est mali. Proinde quā hanc naturae prouidentia paruulis ademerit, ut quantum deest uiribus, tantum hanc parte subleuentur, praceptoris, ut ante diximus, partes erūt, eandem multis rationibus excludere, studioq; lulum personam inducere. Sunt & lulum species non indignae liberis, quibus subinde laxada est studiorū intensio postquam eō peruentū est, ut ad maiora uertere latina graece, aut graeca latine, aut cosmographiam ediscere. Sed omnīū maxime contulerit, si puer consuerit, diligere ac reuereri praceptorē, amare mirariq; literas, metuere ignominiam, capi laude. Restat unus ille scrupulus, quem obicere solent ij, qui dicunt minorem esse profectum, qui tribus illis aut quatuor annis acquiritur pueris, q̄ ut operapreciū sit, uel tantum capere laboris in docēdo, uel tantum sumptus impēdere. At isti quidem mihi uidentur nō tam consulere pueris quā facultatibus, aut doctōri p̄cere. Verum ego patrē esse negarim, qui quē de formando filio res uertitur, anxiam sumptus rationem habet. Tum ridicula quaedam clementia fuerit, quo praceptor nō nihil opere lucri faciat, aliquot annorum iacturam in filio facere. Sic sanē uerum, quod nō negat Fabius, post uno anno plus effici, q̄ primis illis tribus aut quatuor, quid est quur hoc qualecunq; lucrū contemnāmus in re multo preciosissima? Donemus esse perpussillum, tamen hoc praestabat agere puerum, quā aut omnino nihil, aut aliquid de discedendum discere. Quibus curis melius occupabitur illa aetas, simul atq; fari cōperit, quae non potest esse prorsus ociosa. Deinde quantum tuncq; est quōd prior aetas contulerit, maiora tamen aliqua discet puer, eo ipso anno, quo minora forent discenda, nisi illa prius occupasset. Hoc, inquit Fabius, per singulos annos prorogatum in summā proficit, & quantum in infantia praesumptum est temporis, adolescentiae acquiritur. Ne repetā quod primis illis annis quaedam facile discitur, quae à grandioribus maiore negotio percipiuntur. Facillime enim discitur quod suo tempore discitur. Demus illa esse pusilla, modo factamur esse necessaria. Tamen mihi quidē non adeo uidetur exiguis ad eruditionē gradus, utriusq; linguae si non peritiam certe gustum allequutum esse, tum tot rerū uocabula, deniq; prompte legendi scribendiq; facultatem auspiciatum esse. Non piget in rebus multo uilioribus occupare quicquid possumus quantum uis exigui lucelli, quod Graeci, ni fallor, uocant *πρόβλημα*. Vigilans negociator, nō assis aut teruncij compendium negligit, sic suo cum animo reputans, per se quidem exiguū est, sed accrescit ad summā, & pusillum pusillo frequenter additū cito reddit ingentē acertum. Fabri ararij surgūt antelucario, quo diei partē ueluti lucrifaciant. Agricolae quaedam diebus festis agunt domi, quo plus operae ceteris diebus absoluāt. Et nos in liberis quatuor annorum dispendium pro nihilo ducimus, quum neque tempore sit ullus sumptus preciosior, neque literis sit ulla melior possessio. Nūquam satis mature incipitur, quod nunquam absoluitur. Semper enim discendum quandiu uiuimus. Atqui ceteris in rebus, lucrū cessatione praetermissum, uigilantia sarciri potest. Aetas ubi semel auolarit, auolat autem quā ocyssime, nullis incantamentis reuocari potest. Nugantur enim Poetae, qui fontem memorent, e quo ueluti repubescant grandaeui: fallunt medici, qui per nescio quam quintam essentiam pollicentur senibus repubescantiam. Hic igitur oportebat adhibere summam

Tertia propositio

summam parsimoniam, quod aetatis iactura nulla ratione pensari queat. Adde quod prima quaeque uitae pars optima creditur, quo parcus haec est dispensanda. Hesiodus nec in summo, nec in imo probat parsimoniam, quod pleno dolio uideatur preproperea, exhausto sera, proinde in medio parci iubet. At aetatis non oportet usquam abijci parsimoniam, & si ob id parcendum semipieno dolio, quod uinum in medio sit, optimum, maxime parcendum est teneris annis, quae uitae pars est optima, si exerceas, sed eadem fugacissima. Agricola paulo diligentior, non committit ut ulla pars agrorum omnino cesseret, & quae gignendis frumentis apta non est, eam aut uirgultis cōserit, aut pascuis relinquit, aut oleibus instruit. Et nos optimam aui partem, citra frugem omnē literariam effugere patiemur. Noualis recens uel in hoc aliqua fruge occupandus est, ne incultus ex se gignat zozania. Nam omnino aliquid gignat oportet. Itidē tenera mens infantis, nisi protinus frugiferis disciplinis occupetur, uitijs obducitur. Testa liquoris odorem, quo primum imbuta fuit diu reddit, atq; aegre dediscit. Sed testam recētem ac uacuā, seruare licet cui uoles liquori. Mens aut bonā frugem gignit, si bonū semen inijcias, aut si negligas, inutilibus ac mox reuellendis occupatur. Non parum lucri fecit, qui damnū effugit. Nec exitium ad uirtutem momentum attulit, qui uitium exclusit. Sed quid plura? Vis uidere quantum referat, mature quis formetur ad eruditionem an secus? Cōtemplare, quantum prisci uirerit etiamnum aetate praestiterint, & quā hodie nihil possunt qui in studijs conseruerunt. Elegias amorum admodū adolescens scripsit Ouidius. Quis idem nunc possit senex? Lucanus qualis fuerit adolescēs, declarant illius monumēta. Vnde idē quoniam non maior sex mensibus, Romā deportatus, ilico traditus est duobus clarissimis grammaticeis, Palaemoni & Cornuto. Sodales studiorū habuit, Saleium Bassum, & A. Persium, alterum historia, alterum satyra nobilem. Hinc nimirū illa in iuene tam omnibus numeris absoluta cyclopaedia, tam admirabilis eloquentia, qui in carmine non minus oratorum summum praestat, quā poetam. Nec desunt hoc seculo felicitis institutionis exempla, tamen rariora, idē in utroq; sexu. Cassandrea uirginis ingenium celebrauit Politianus. Quid autem Vrsino puero undecim annos nato mirabilius? Nā huius memoriam uir idem epistola sanē quā elegant, seculorum memoriae cōmendauit. Quotūquē nunc reperias uirum, qui duas epistolas eodem tempore totidē notarijs dictare possit, ut & in singulis quadrent sententiae, nec usquam excidat solœcismus? Puer ille id praestitit in quinque, quum ex tempore darentur argumenta, & imparatus id faceret. Nonnulli quum haec uident, existimantes rem esse uiribus humanis maiorem, tribuūt ea magicis artibus. Planē magicis artibus sit, sed efficax incantamentū est, mature tradi, docto, probato, & uigilanti praceptoris. Ingens pharmacum est, ab eruditis & inter eruditos optima statim discere. Talibus magicis artibus Alexander Magnus adolescens etiamnum, praeter eloquentiam omnes philosophiae partes absoluerat, & nisi bellorum amor ac regnandi dulcedo ingenitū hoc abrupisset, poterat inter summos philosophos esse praecipuum. Iisdem artibus C. Caesar tantum adolescens eloquentia mathematicisq; disciplinis ualuit, tantum Imperatores pleriq; tantum M. Tullius, Vergilius, & Horatius aetate uirerit, tum doctrina, tum facundia praestiterunt, quod linguarum elegantiam apud parentes ac nutrices, disciplinas liberales, ueluti poeticen, rhetoricen, historiam, antiquitatis notitiam, arithmetica, geographiam, ethicen, politicen, ac rerum naturas rudibus statim annis ab eruditissimis didicerūt. Quid nos porro? Pueros nostros ultra pubertatem domi detinemus, ac ocio, luxu, delicijsq; corruptos, uix tandem in scholam publicā mittimus. Illic ut res bene cedat, degustant aliquid grammatices, mox simul atque norunt inflectere uoces, & suppositum appposito recte iungere, perdidicere grammaticam, & ad perturbatam dialecticē admouentur, ubi si quid etiam recte loqui didicerunt, dediscant oportet. Sed infelicioer aetas, quae me puero modis significandi, & quaestiuiculis ex qua ui, pueros excarnificabat, nec aliud interim docens, quā perperā loqui. Nimirum praepceptores illi, ne puerilia docere uiderentur, grammaticen, dialecticē ac metaphysicē difficultatibus obscurabant, nimirum ut praepostere iam prouectiores post maiores disciplinas grammaticen discerent: quod nunc uidemus aliquod Theologis euenire cordatoribus, ut post tot laureas, post omnes titulos, ut iam illis liberum non sit quicquam nescire, ad eos libros redire cogantur, qui pueris solent praelegi. Non illos

infector

infectior, praestitit sero quod nunquam discere, quod cognitu necessarium est. Deum immortalium quale seculum erat hoc, quum magno apparatu disticha Iohannis Garlandini adolescentibus, operosis ac prolixis commentarijs enarrabantur. Quum in epistolis uersiculis, dictandis, repetendis, & exigendis magna pars temporis absumebatur. Quum edificaretur Florista & Floretus. Nam Alexandrum inter tolerabiles numerandum arbitror. Deinde de quantum temporis peribat in sophistica, in superuacaneis dilecticorum labyrinthis. Ac ne sint prolixior, quam perturbate tradebantur omnes disciplinae, quam molestae, dum quisque professor ostentandi sui gratia, statim in initio ea insulcitet discipulis, quae sunt difficillima, nonnunquam & friuola. Nec enim statim praclarum quod difficile, ueluti sinapis granum est longo mittere per foramen acus, difficillimum quidem est, sed in eptum: & nequere aut soluere nodos Calliotos, res est operose quidem, sed ociose subtilitatis. Adde quod haec traduntur interdum ab indoctis, aut quod deterius est a perperam doctis, nonnunquam ab ignavis & improbis, quibus merces longe prior est discipulorum profectu. Huiusmodi quae sit uulgaris institutio, miramur paucis ante sepecturam contingere plenam eruditionem. Optima pars eius perit ocio, perit uicij, quibus in facti minimam temporis portionem impendimus studijs, maximam amoribus conuiujs & lusibus. Et ad malam materiam adhibetur nihilo melior artifex, aut friuola docens, aut dediscenda. Et post haec causamur aetatis imbecillitatem, nondum docile ingenium, exiguum profectum, aliaque permulta, quum re uera quicquid hoc est mali, sinistra institutioni sit imputandum. Non te traham sermone longiore. Tantum istam tuam prudentiam ceteris in rebus perspicacissimam, appellabo. Consideret quam chara sit possessio filius, quam uaria, quamque operosa res eruditio, sed eadem quam praecleara, quanta puerilis in genij ad omnem institutionem habilitas, quanta humanae mentis agilitas, quam facile discuntur quae sunt optima quaeque naturae consentanea, praesertim si a doctis & comibus per lulum tradentur. Deinde quam tenaciter haereat ea quibus uacuos ac rudes animos primum imbuiamus, quae eadem prouectior aetas & percipit difficilior, & obliuiscitur citius. Ad haec quam charus & irreparabilis sumptus sit tempus, quantum ualeat mature coepisse, quantum suo quidque tempore agere, quantum possit assiduitas, quam bene minorum accessione crescit aceruus Heliodius, quam fugax aetas, quam occupata iuuenta, quam indoctis senectus. Haec si tecum expendes, nunquam committes, ut in huiusliolo, non dicam septennium, sed ne triduum quidem praetereat, in quo ad eruditionem qualicumque profectu uel praeparari, uel instrui possit. DIXI

Epilogus

BRASMVVS ROTEROD. PETRO VITERIO, LIBERALIVM
disciplinarum professori eximio. S D

NAE TV rem istam, mi Petre suauissime, & perspicis acute, & grauitate uereque iudicas, plurimum referre, qua ratione, quoque ordine quid instituas, idque maximum habere momentum, cum ceteris in rebus omnibus, tum uero praecipue in bonarum studijs literarum. An non uidemus ingentia pondera, si artem adhibeas, minimo tolli negotio, quae nullis alioqui uiribus moueri poterant. Quemadmodum & in bello non perinde refert, quantis copijs, quantisque uiribus hostem adortaris, ut quam probe instructo exercitu, quo consilio, quoque ordine pugnam capellas. Ac multo celerius quo tendunt, perueniunt illi, qui semitas compendiaras norunt, quam qui amnem, ut ait Plautus, ducem sequuntur, & uel contempto Pythagora *ἡ λισσὴ* ingrediuntur, uel uarijs etiam errorum ambagibus circumaguntur. Proinde rogas, ut tibi studiorum ordinem, ac uiam, formamque praescribas, quam tu, ueluti Thesei filium secutus, & in autorum labyrinthis citra errorem uersari queas, & ad eruditionis summam celerius emergere, uel magis aliorum studijs consulere, quos bonis literis instituis, quandoquidem ipse iam propemodum ad eruditionis fastigium peruenisti. Equidem pro mea certe uirili non grauatim parebo homini tam amico, ut nephas sit quiduis etiam flagitanti negare, nedum rem tam honestam, tamque frugiferam. Quod si senseris nostrum hoc consilium tibi commodo fuisse, tui candoris erit, & alij ad bonas literas enitentibus, digito uiam indicare.

Principio



PRINCIPIO duplex omnino uidetur cognitio rerum ac uerborum. Verborum prior, rerum potior. Sed nonnulli dum *uivisus*, ut aiunt, *propij* ad res discendas festinant, sermonis curam negligunt, & male affecto compendio, in maxima incidunt dispendia. Etenim cum res non nisi per uocum notas cognoscantur, qui sermonis uim non callet, is passim in rerum quoque iudicio caecutiatur, hallucinetur, deliret necesse est. Postremo uideas nullos omnium magis ubique de uoculis cauillari, quam eos qui tacite sese uerba negligere, rem ipsam spectare. Quapropter utroque in genere statim optima, et quidem ab optimis sunt discenda. Quid enim stultius, quam magno labore discere, quae postea maiori cogaris dediscere. Nihil autem facilius discitur, quam quod rectum, ac uerum est. At praua si semel inhaerint ingenio, dictu mirum quam non possint reuelli. Primum igitur locum Grammatica sibi uendicat, eaque protinus duplex tradenda pueris, Graeca uidelicet ac Latina. Non modo quod his duabus linguis omnia ferme sunt prodita, quae digna cognitu uideantur, uerum etiam quod utraque alteri sic affinis est, ut ambae citius percipi queant coniunctim, quam altera sine altera, certe quae latina sine graeca. A Graecis auspicari nos mauult Quintilianus, sed ita, si his literis perceptis, non longo intervallo latinae succedant, sane utraque pari cura tuendas esse monet, atque ita futurum, ut neutrae alteris officiant. Ergo utriusque linguae rudimenta, & statim, & ab optimo praecceptore sunt haurienda: qui si forte non contingat, tum (quod est proximum) optimis certe utendum autoribus, quos equidem perpaucos, sed delectos esse uelim. Inter graecos Grammaticos ne mo non primum locum tribuit Theodoro Gaza, proximum mea sententia Constantinus Lascaris sibi iure uoedicat. Inter latinos uetustiores Diomedes. Inter recentiores haud multum uideo discriminis, nisi quod Nicolaus Perottus uidetur omnium diligentissimus, citra superstitionem tamen. Verum ut huiusmodi praeccepta fateor necessaria, ita uelim esse quantum fieri possit, quam paucissima, modo sint optima. Nec unquam probati literatorum uulgus, qui pueros in his inculcandis complures annos remorantur. Nam uera emendate loquendi facultas optime paratur, cum ex castigata loquentium colloquio conuictus, tum ex eloquentium autorum assidua lectione, e quibus si primum sunt imbibendi, quorum oratio praeterquam quod est castigatissima, argumenti quoque illecebra aliqua distentibus blandiatur. Quo quidem in genere primas tribuerim Luciano, alteras Demostheni, tertias Herodoto. Rursum ex Poetis primas Aristophani, alteras Homero, tertias Euripidi. Nam Menandrum, cui uel primas daturus eram, desideramus. Rursum inter Latinos quis utilior loquendi autor quam Terentius: purus tersus, & quotidiano sermone proximus, tum ipso quoque argumenti genere iucundus adolescentiae. Huic si quis aliquot selectas Plauti comaedias putet addendas, quae uacent obsoletitate, equidem nihil repugno. Proximus locus erit Vergilio, tertius Horatio, quartus Cicero, quintus C. Caesari. Salustium si quis adiungendum arbitrabitur, cum hoc non magnopere contemderim, atque hos quidem ad utriusque linguae cognitionem satis esse duco. Neque enim mihi placent, qui in euoluendis hunc in usum autoribus, etiam quibuslibet, uitam omnem conterunt, prorsus infantem existimantes eum, quem ulla chartula suffugerit. Ergo parata sermonis facultate, si non luxuriosa, certe casta, mox ad rerum intelligentiam conferendus est animus. Tamen ex his etiam scriptoribus, quos expolienda linguae gratia legimus, non mediocri obiter rerum quoque cognitio percipitur, uerum ex instituto omnis fere rerum scientia a Graecis autoribus petenda est. Nam unde tandem haurias uel purius, uel citius, uel iucundius quam ab ipsis fontibus? Sed quo ordine disciplinae discendae sint, & ex quibus potissimum praecceptoribus, id aliam fortasse rectius ostendemus. Interim ad primam aetatis studia reuertamur. Ut igitur ex his autoribus unde linguae copiam petendam esse diximus, fructum capias & maturius, & uberiorem, Laurentium Vallam tibi cenfeo diligenter euoluendum, qui de latini sermonis elegantia scripsit elegantissime. Huius adiutus praecceptionibus, ipse per te non pauca annotabis. Neque enim te uelim per omnia uelut addictum, Laurentianis seruire praecceptis. Adiuuabit hoc quoque, si figuras grammaticas a Donato ac Diomede traditas edidiceris, si carminis leges ac formas omnes tenueris, si rhetorices summam, hoc est, propositiones, Locos probationum, exortationes, amplificationes, transitionum formulas in promptu habueris. Conducunt enim haec non

Tom. I

P solum

solum ad iudicandum, uerum etiā ad imitandum. His itaq; rebus instructus inter legendum autores nō oscitater obseruabis, si quod incidat insigne uerbum, si quid antique aut noue dictum, si quod argumentum, aut inuētum acute, aut tortum apte, si quod egregium orationis decus, si quod adagium, si quod exemplum, si qua sententia digna quæ memoriæ commendetur. Isq; locus erit apta notula quapiam insigniendus. Notis enim nō solum uarijs erit utendum, uerum etiam accommodatis, quo protinus quid rei sit, admonerent. Ad hæc si quis dialecticam addendam statuet, non admodum refragabor, modo ab Aristotele eam discat, non ab isto loquacissimo sophistarum genere, neq; rursus ibi desinat, & uelut ad scopulos (ut inquit Gellius) sireneos confenscat. Verum illud interim memineris, optimum dicēdi magistrum esse stilum. Erit hic igitur in carmine, in oratione libera, in omni argumenti genere diligenter exercendus. Neque negligenda memoria, lectionis thesaurus. Eam tametsi locis & imaginibus adiuuari non inficior, tamē tribus rebus potissimum cōstat optima memoria, intellectu, ordine, cura. Si quidem bona memoriæ pars est, rem penitus intellexisse. Tum ordo facit, ut etiam quæ semel exciderint, quasi postliminio in animū reuocemus. Porro cura omnibus in rebus, nō hic tantū plurimū ualeat. Itaq; quæ meminisse uelis, ea sunt attentius, ac crebrius relegendæ, deinde sæpius a nobis ipsis exigēda, ut si quid forte suffugerit, id restitatur. Illud minutius, sed tamen haud indignū quod admoneatur. Adiuuabit non mediocriter, si quorū necessaria quidem, sed subdifficilis erit memoria, ueluti locorum quos tradunt Cosmographi, pedum metricorum, figurarum grammaticearum, genealogiarū, aut si qua sunt similia, ea quā fieri potest breuissime simul & luculentissime in tabulas depicta, in cubiculi parietibus suspendantur, quo passim & aliud agentibus sint obuia. Item si quædam breuiter, sed insigniter dicta, uelut apophthegmata, prouerbia, sententias in frontibus atq; in calicibus singulorum codicum inscribes, quædam annulis, aut poculis insculpes, nonnulla pro foribus, & in parietibus, aut uitreis etiam fenestris depinges, quo nusquam non occurrat oculis, quod eruditionē adiuuet. Hæc enim tametsi singula per se pusilla uidentur, tamen in unum collata acruum, doctrinæ thesaurum lucro augent, haudquaquā negligendo τὸ ἐπὶ τῶν ἀποφθηγμάτων, id est, his opibus properanti ditescere. Postremo illud non ad unum aliquid, sed ad omnia simul plurimum conducet, si frequenter alios quoq; doceas. Nusquam enim melius deprehēderis quid intelligas, quid nō. Atq; interim noua quædam occurrunt commentanti, differentiq;, nihil non altius insiguitur animo.

DE RATIONE INSTITVENDI DISCIPVLOS.



Ed uideo te cupere, ut de docendū quoq; ratione nonnihil attingamus. Age mos geratur Viterio, quanquam uideo Fabium hinc de rebus diligentissimū me præcepisse, adeo ut post hunc de hisdem scribere prorsus impudentissimū esse uideatur. Ergo qui uolet instituere quempiam, dabit operā, ut statim optima tradat, uerum qui rectissime tradat optima, is omnia sciat necesse est: aut si id hominis ingenio negatum est, certe uniuscuiusq; disciplinæ præcipua. In hoc non ero contentus decem illis, aut duodecim autoribus, sed orbem illum doctrinæ requiram, ut nihil ignoret etiam qui minima parat docere. Erit igitur huic per omne scriptorū genus uagandum, ut optimū quæque primum legat, sed ita, ut neminē relinquat ingustatū, etiam si parum bonus sit autor. Atq; id quo cumulatior fructu faciat, ante locos & ordines quosdam, ac formulas in hoc paratas habeat, ut quicquid usquam inciderit annotandum, id suo ascribat ordini. Sed hoc qua ratione fieri oporteat, in secundo de copia cōmentario demonstrauimus. Verum si cui uel ocium, uel librorum copia defuerit, plurima Plinius unus suppeditabit, multa Macrobius & Athenæus, uaria Gellius. Sed in primis ad fontes ipsos properandum, id est, Græcos & antiquos. Philosophiā optime docebit Plato, & Aristoteles, atque huius discipulus Theophrastus, tum utrinq; mixtus Plotinus. Ex Theologis secundum diuinas literas, nemo melius Origene, nemo subtilius aut iucundius Chrysostomo, nemo sanctius Basilio. Inter Latinos duo dūtaxat insignes in hoc genere, Ambrosius mirus in allusionibus, & Hieronymus in arcanis literis exercitissimus. Quod si minus uacabit immorari singulis, omnes tamē censo degustandos, quorū in præsentia catalogū texere, non est ratio. Certe propter Poetarū enarrationem, quibus

moa

mos est, ex omni disciplinarū genere sua temperare, tenēda est fabularum uis, quā unde potius peras, quā ab Homero, fabularum omnium pariter. Tameſi Metamorphoses, ac Fasti Nasonis non leue momentum adferent, quanquā latine scripti. Tenēda Cosmographia, quæ in historijs etiam est usui, nedum in Poetis. Hanc breuissime tradit Pōponius Mela, doctissime Ptolemæus, diligentissime Plinius. Nam Strabo non hoc tantum agit. Hic præcipua pars est obseruasse quæ montium, fluminū, regionum, urbium, uulgo recepta uocabula, quibus antiquis respondeant. Eadem debet esse cura in arborum, herbaram, animantium, instrumentorum, uestium, gemmarum nominibus, in quibus incredibile dictū, quā nihil intelligat literatorum uulgus. Horum notitia partim ē diuersis autoribus, qui de re rustica, de re militari, de architectura, de re culinaria, de gemis, de plantis, de naturis animantium conscripserūt, colligitur. Quanquā Iulius Pollux ex professione rerum uocabulis tradidit, quæ utinam tam accurate distinxisset, quā congeſsit copiose: partim ex etymologijs, partim ex his linguis, quæ præſci sermonis & incorrupti manifesta uestigia seruant in hanc usq; ætatem, cuiusmodi lingua Constantinopolitano rum, Italorū, & Hispanorū, nam Gallorum oratio longius degenerauit. Tenēda aritiquitas, quæ nō modo ex uetustis autoribus, uerum etiam ē nominum præſci, ē titulis sæpius colligitur. Ediscenda & Deorum genealogia, quibus undiq; referre sunt fabule, eam post Hesiodum feliciter q; pro suo seculo tradidit Boccacius. Non ignoranda astrologia, quod hanc passim suis figmentis aspergunt Poetæ, præſertim Hyginus. Tenēda rerum omnium uis, atq; natura, propterea quod hinc similia, epitheta, comparationes, imaginēs, metaphoras, atq; alia id generis schemata solent mutuo sumere. In primis autē omnis tenerida est historia, cuius usus latissime patet, nō tantum in Poetis. Iam si quis Prudentium, unum inter Christianos uere facundum Poetam uolet enarrare, literas etiā arcanas calleat oportet. Postremo nulla disciplina est, nec militæ, nec rei rusticæ, nec mulicæ, nec architecturæ, quæ nō usui sit ijs, qui Poetæ, aut oratores antiquos susceperint enarrandos. Sed uideo iam dudum frontem contrahis. Næ tu inquis, immensum onus imponis etiam literatori. Onero sanē, sed unum, ut quā plurimos exonerem. Volo ut unus euoluat omnia, ne singulis uniuersa sint euoluenda.

Iam uero de formando puerorū ore, deq; tradendis ceu per lusum, iocumq; literarum figuris, satis præcepit Fabius. Equidem post tradita elementa prima, malim ad usum loquendi statim uocari puerū. Etenim cum intra pauculos menses, quamuis barbaram linguam ætas ea sonet, quid uetat quo minus idem fiat in lingua græca siue latina? Verum id nec in magno puerorum grege locum habet, & domesticam præceptoris consuetudinem requirit. Quanquam in ludo quoq; dabit operā, ut siue pluribus loquatur, siue seorsim uni, quā potest emendatissime dicat. Quædam obiter interpretetur, & ut imitetur, admoneat. Loquentes illos aliquoties collaudet si quid dictum erit aptius, aut emendet, cum errabūt. Ea res efficiet, ut illi quoq; consueſcant circumspectius & accuratius loqui, & præceptorē loquentem attentius obseruēt. Iuuabit & illud, si propositis præmiolis, aut poenis, uelut ex lege prouocentur, ut ipsi quoq; inter sese alius aliu emendent. Porro præceptor eruditior aliquot deliget, qui controuersiam finiāt. Neq; fuerit inutile, ceu formulas aliquot proponere pueris quibus orationibus in ludo, quibus in cōgressu, quibus in conuiujs uti debeāt. Has sic oportet esse doctas, ut simul & faciles sint & iucundæ. Porro doctor ille diligens & doctus, aciq; iudicio, nō grauabitur, collatis omnibus Grammaticorum præceptis, excerptis quædam, & simplicissima, quod quidem fieri potest, & breuissima, tum ordine quā maxime commodo. Postea quā ea tradidit, statim ad autorem aliquem ad id accommodatissimum, ac loquendi scribendiq; consuetudinem uocentur. Hic præceptiones ante traditas ut incident, exempla q; diligēter inculcabit, quibus etiam addet nonnihil, uelut iam tum ad maiora præparās. Hinc iam thematis exerceri debent. In quibus illud in primis cauendū, ne (quod fieri solet) aut sensu sint inepto, aut sermone insulso, sed argutam aliquam, aut uenustam habeant sententiā, quæ tamen ab ingenio puerili non nimium abhorreat, ut interim aliud agentes, simul & aliquid discant, in grauioribus studijs usui futurum. Habeat igitur thema, quod pueris proponet, aut historiā memorabilem. Quod genus sunt illa: Marcelli præceps calor rem Romanam subuertit, Fabij prudens cunctatio restituit. Quanquam hic subest etiam sententiā,

Tom. 1

P 2

nimirum

nimum præcipitata consilia parum feliciter euenire solere. Item, difficile iudicatu sit, uter altero fuerit stultior, Crates qui aurum abiecit in mare, an Midas qui existimauit nihil auro melius esse. Item, Demostheni ac Ciceroni immodica eloquentia exitio fuit. Rursum, nulla laus Codri regis meritis par esse potest, qui ciuium salutem propriae uitae dispendio redimendam putauit. Sed non magni negotij fuerit huiusmodi uim ex historiographis, præcipue Valerio Maximo, colligere. Aut fabulam habeat, ut illud: Hercules expugnandis monstris immortalitatem sibi parauit. Musæ fontibus ac nemoribus uicæ gaudent, à fumosis urbibus abhorrent. Aut apologum, ut, Recte docuit cassita non esse committendum amicis negocium, quod per te possis conficere. Item, manticam peiorare propendentem uident omnes, eam, quæ à tergo pendet, uidet nemo. Item, Sapiebat uulpes, quæ maluit muscas iam prope saturas retinere, quam his expulcitis, uacuas ac sitientes admittere, quæ quicquid reliquum esset sanguinis, epotarent. Aut apophthegma, ut, Longe dissentiebat à uulgo nostræ ætatis, qui maluit uirum absque pecunia, quam pecuniam sine uiro. Item: Iure Socrates contemnit eos, qui non edunt ut uiuant, sed uiuunt ut edant. Merito non probauit Cato eos, qui plus sapiunt palato, quam animo. Aut prouerbium, ut: Ne sutor ultra crepidam. Et non cuiuslibet est hominis Corinthum nauigare. Ac nos quidem æditis tot Chiliadibus, effecimus, ne difficilis esset horum inuentio. Aut sententiam, ut nihil carius constat, quam quod precibus emittitur. Et obsequium amicos, ueritas odium parit. Et amici, qui procul absunt, amici non sunt. Aut rei cuiuspiam insignem naturam, ut Magnes ad sese ferrum attrahit, Naphtha ignem. Item palmæ ea est natura, ut pondere imposito, non modo non deprimatur ad terram, uerum etiam sursum nitatur, & altius erigat sese. Item mirum Polypi ingenium, qui ad speciem subiecti soli mutat colorem, quo fallat insidias piscatoris. Aut figuram eximiam, puta gradationem. Diuitiæ luxum pariunt, luxus saturitatem, saturitas ferocitatem, ferocia odium multorum, odium perniciem. Aut similitudinem, ut: quemadmodum ferrum si exerceas, usu atteritur: si non exerceas, exeditur rubigine. Ita ingenium si exerceas, labore absumitur: si non exerceas, magis ocio, sitique leditur. Aut allegoriam, ut non est addendus ignis igni, non est addendum oleum incendio. Aut commutationem, ut non ideo te talem iudico, quod uehementer amem, sed ideo uehementer amo, quod talem iudicam. Aut distributionem, Stultior est, quam ut possit tacere, infatior, quam ut possit loqui. Simplicior est, quam qui possit mentiri: grauior, quam ut uelit. Sed mihi sat est indicasse tantum. Aut ex quaesitam aliquam elegantiam. Cuius rei non est necesse ponere exemplum. Nihil autem obstat, quo minus plures commoditates in eandem incidant orationem, ueluti sententia, historia, prouerbium, & figura. Ergo præceptor, quem oportet assidue in bonis autoribus obseruari, huiusmodi ceu flosculos undiquaque colliget, eosque delectos proponet, aut etiam in eam formam demutabit, ut puerorum ingenijs sint accommodati. Postquam his rebus ad aliquantam sermonis peritiam prouectus erit puer, tum si uidebitur, ad maiora grammatices præcepta reuocetur, quæ per locos & ordines quosdam ita tradenda sunt, ut primo loco simplicissima proponantur, eaque paucis. Deinde utcumque adulescunt discuntium ingenia, ita maiora suis quæque locis oportebit subijcere. Is ordo cuiusmodi sit, e Theodori Gaze Grammatica exemplum sumas licebit. Nec in his tamen uelim eos detineri longius, sed ilico ad autores grauiores reuocari. Præsertim si prius summam illam, de qua dixi, rhetorices, ac figuras, & carminum formas teneant. Interim thematis quoque difficilioribus sunt exercendi, in quibus delegendis ac narrandis, diligenter ac doctum præceptorem requirant. Qui si sit mediocris, modo sit idem modestus, non grauiabitur hæc ab alto doctiore petere. Thematum autem formæ huiusmodi ferè possunt esse. Nunc epistolæ breuis argumentum, sed argutum, lingua uulgari proponat. Latine Græcæ, aut utroque sermone tractandum. Nunc apologum, nunc narratiunculam non insipidam, nunc sententiam ex quatuor constantibus partibus, utriusque duarum simili aut ratione subiecta. Nunc argumentationem quinque tractandam partibus, nunc dilemma duabus, nunc expolitionem quam uocant, septem partibus explicandam. Aliquando tanquam ad rhetorica præludentes, unum aliquod membrorum seorsum tractent. Cuiusmodi progymnasmata scripsit Aphthonius. Aliquando laudem, uituperationem, fabulam, similitudinem, comparisonem, Aliquando figuram, uel descriptionem, distributionem, sermonem

rationem, subiectionem, notationem. Aliquoties iubeantur carmen aliquod soluere. Aliquoties solutam orationem pedibus alligare. Interim Plinianam aut Ciceronis epistolam, uerbis ac figuris imitentur. Nonnunquam eandem sententiam uariatis uerbis ac figuris sapius efferant. Nonnunquam eandem græcæ simul ac latine metro & oratione profa uariant. Nonnunquam eandem quinque aut sex carminum generibus, quæ doctior præscripserit, explicent. Nonnunquam sententiam eandem per locos quam plurimos ac schemata diffingant. Plurimum autem fructus est in græcis uertendis. Quare conuenit eos, hoc in genere sapissime ac diligentissime exerceri. Nam simul & exercetur ingenium in deprehendis sententijs, & utriusque sermonis uis ac proprietates penitus inspicitur, & quid nobis cum Græcis commune sit, quid non, deprehenditur. Denique ad redendam græcicam emphasim, omnes latinæ linguæ opes excutias oportet. Hæc si inuitio pueris difficilia uidebuntur, tum usu fient facilliora, tum præceptoris ingenium, ac studium, bonam negotij partem pueris adimet, indicatis quæ putet esse supra uires illorum. Atque interim exercitamentis crebræ prælectiones autorum misceantur, ut suppetat quod imitentur. Quamquam is, qui docet, proposito themate, simul uerborum quoque & figurarum copiam, debet indicare. Sub hæc ad inueniendi quoque laborem prouocetur, ita propositis nudis argumentis, ut suo quisque Marte reperiat, quæ pertinebunt ad rem tractandam, ornandam, locupletandam. Et hic delectum ac uarietatem requiram à præceptoris eruditi diligentia, gustum interim exhibebo. Sæpius argumentum epistolæ proponet suaforia, dissuasoria, exhortatoria, dehortatoria, narratoria, gratulatoria, expostulatoria, commendatoria, consolatoria. Et uniuscuiusque generis naturam locos ac formulas quasdam communes, dein argumento proposito, etiam peculiare indicabit. Aliquando ceu declamatorium thema dabit, in diuersis generibus, puta si iubeat eos uituperare Iulium Cæsarem, aut laudare Socratem, in genere demonstratio. Item statim optima discenda. In opibus non esse felicitatem. Matrem proprio lacte nutrire debere quod peperit. Literis græcis non esse dandam, aut esse dandam operam. Vxorem esse ducendam, aut non esse ducendam. Peregrinandum esse, aut non esse peregrinandum, in genere suaforio. Item M. Horatium indignum esse supplicio, in genere iudiciali. Verum hanc palæstram primum ingrediendum non grauiabitur is, qui docendi prouinciam suscepit, primum indicare, quot propositionibus id argumentum tractari possit. Præterea propositionum ordinem demonstrabit, & quo pacto alia ex alia pendeat. Deinde quot rationibus unaqueque propositio fulciri debet, quot confirmationibus unaqueque ratio. Tum circumstantias ac locos, unde ista peti possint. Deinde quibus similibus, dissimilibus, exemplis, collationibus, sententijs, prouerbis, fabulis, apologis unaqueque pars locupletari queat. Ostendat & schemata, si qua insigniter uidebuntur incidere posse, quæ uel acriorem, uel ampliorem, uel magis dilucidam, uel iucundioram reddant orationem. Si quid erit amplificandum, rationem demonstrat, siue per locos communes, siue per eas rationes, quas in quatuor formas distribuit Quintilianus. Quod si qui incidere affectus, hi quoque quo pacto tractandi sint, admonebit. Quin & connectendi rationes præscribat, quis sit optimus futurus tractus. Ab exordio ad narrationem, à narratione ad diuisionem, à diuisione ad argumentationem, à propositione ad propositionem, à ratione ad rationem, ab argumentatione ad epilogum, aut perorationem. Ostendat & formulas aliquot, quibus ibi comode possint exordiri, aut etiam perorare. Postremo, si potest, locos aliquot in autoribus indicet, unde ualeant aliquid imitandum sumere, propter rerum affinitatem, id ubi septies, aut octies erit factum, iam incipient (quod ait Horatius) sine cortice nare, & satis erit nudum thema ministrasse, nec necesse fuerit, semper uelut infantibus cibum præmansum in os inferere. Nec mihi displicet illud exercitationis genus, quod apud antiquos in usu uideo fuisse, ut ex Homero, Sophocle, Euripide, Vergilio, aut etiam ex historijs aliquando legantur themata. Puta, ut Menelaus apud Troianam concionem repetat Helenam. Aut, Phoenix suadeat Achilli, ut redeat in prælium. Aut, Vlysses suadeat Troianis, ut Helenam reddant, potius quam bellum experiantur. Quo in genere extant aliquot Libani & Aristidis declamationes. Præterea, uti suadeat aliquis amicus Ciceroni ne conditionem ab Antonio oblatam accipiat, quod argumentum est apud Senecam. Vti Phalaris suadeat Delphis, ut taurum æneum deo suo consecrent. Ad hoc genus pertinent epistolæ, quæ

Phalaridis, ac Bruti nomine circumferuntur. In emendando collaudabit, si quid felicitus inuentum, tractatum, aut imitatum uidebitur: si quid praetermissum, aut non suo loco positum, si quid nimium, aut rentius, si quid obscurius, aut etiam si quid parum eleganter dictum erit, admonebit. Et quo pacto mutari possit ostendet, ac mutari, & saepius iubebit. Exstimulabit autem praecipue discipulorum animos, comparatione profectus, uelut eximulatione quadam inter ipsos excitata. Iam in praelegendis autoribus nolim te facere, quod praua quadam ambitione uulgus professorum hodie facit, ut omni loco coneris omnia dicere, sed ea dumtaxat, quae explicando praesenti loco sint idonea, nisi si quaedam delectandi causa digrediendum uidebitur. Quod si huius quoque rei rationem a me requiris, haec mihi quidem uidebitur optima. Primo loco ad conciliandos auditores, laudes eius, quem praelegendum sumit, paucis explicet. Deinde argumenti iucunditatem, utilitatemque ostendat. Mox uocem argumenti, si forte (ut faciunt plerique) uarios habeat usus, explicet, ac distinguat. Veluti comaediam (ut hoc exempli loco sumamus) Terentianam interpretaturus, in primis de autoris fortuna, de ingenio, de sermonis elegantia paucis differat. Deinde quantum habeat & uoluptatis, & utilitatis comediarum lectio: deinde quid significet ea uox, & unde ducta, & quot sint comediarum genera, & quae sint comediae leges. Deinceps quam potest & dilucide, & breuiter summam explicet argumenti. Carminis genus diligenter indicet. Post ordinet simplicius, deinde singula fusius explicet. Ad haec, si qua insignis elegantia, si quid priscae dictum, si quid nouatum, si quid graecanicum, si quid obscurius, aut longius reddendum, si durior aut perturbatior ordo, si qua etymologia, si qua deriuatio aut compositio scitu digna, si qua orthographia, si qua figura, si qui loci rhetorici, si qua exornatio, si quid deprauatum, diligenter admoneat. Tum loca similia ex autoribus conferat, si quid diuersum, si quid affine, si quid imitatum, si quid allusum, si quid aliunde translatum, aut mutuo sumptum, ut sunt pleraque latinorum a graecis profecta, ne id quidem taceat. Postremo ad philosophiam ueniat, & Poetarum fabulas apte trahat ad mores, uel tanquam exempla demonstrat, ut Pyladis & Orestis, ad amicitiae commendationem, Tantalii fabulam ad auaritiae detestationem. In his non mediocriter adiuuabit docentem Eustathius, Homeri interpretis. Atque ita fiet (si modo sit ingenij dextri praceptor) ut etiam si quid inciderit, quod inspicere possit atatem illam, non solum non officiat moribus, uerum etiam utilitatem aliquam adferat, uidebitur animis partim ad annotationem intentis, partim ad altiores cogitationes auocatis. Veluti si quis praelectorus secundam Maronis eclogam, commoda praefatione praeparet, uel potius praemuniat auditorum animos ad hunc modum, ut dicat, Amicitiam non coire nisi inter similes, similitudinem enim esse beneuolentiae mutuae conciliatricem, contra dissimilitudinem odij dissidijque parentem: quoque maior ac uerior stabiliorque similitudo fuerit, hoc firmiorem atque arcuorem esse amicitiam. Id nimirum sibi uelle tot apud autores prouerbia. Boni ad bonorum conuicia & inuocari accedunt: & simile gaudet simili: & aequalis aequali delectat: & aequali tibi uxorem quaere: & ut semper similem ducit deus ad simile: & semper graculus affidet graculo: & similes habent labra lactucas: & pares cum paribus facillime congregantur: & cascus cascam ducit: & balbus balbum rectius intelligit: & cicada cicadae chara, formica formicae: & Cretensis cum Aegineta. Contra tot dissimilitudinis adagia, nihil aliud sibi uelle, quam inter eos qui dissimili sunt fortuna, dissimili uitae instituto, dissimilibus studijs, aut omnino non coire amicitiam, aut si coierit, non cohaerere, citoque dirimit: atque ob id fieri, ut idiota studiosum literarum oderit, prophanus sacerdotem, rusticus aulicum, iuuenis senem. Atque in eodem genere, Epicureus Stoicum, philosophus iuriconsultum, poeta theologum, balbus eloquentem. Hinc geminorum gratiam fratrum, Amphionis & Zeti penes dissimiles, quod alter lyrae studiosus esset, alter agris colendis gauderet: ac dissilierat, nisi Amphion abiecit lyra, fratris ingenio cessisset. Ob eandem causam insyncera fuit Castoris & Pollucis amicitia, neque caruit infamia tentati parricidij, cum uterque eodem ex ouo essent prognati, ut iam magis esse gemelli non possent, quod alter pugil esset, alter equis delectaretur. Hinc male conuenisse Remo cum Romulo, quod alter tristioribus ac seueris esset moribus, alter blandior: unde & Romulo, pro Romo, mutatum nomen. Pessime conuenisse Cain cum Abel, quod diuerso uitae genere caperentur. Summum autem amorem summam similitudinis esse comitem, atque ideo

fictum

fictum a poetis, quemadmodum Narcissus, ante ab omni abhominis consortio, simul atque suam ipsius imaginem in limpido fonte conspexisset, protinus amore flagrantissimo coepit ardere. Quid enim nostri similius, quam ipsa imago? Ergo cum doctus doctum amat, sobrius sobrium; modestus modestum; probus probum, nihil aliud amat uterque, quam suam ipsius in altero imaginem, hoc est seipsum, sed alio modo. Verum ea similitudo, si quidem sita est in bonis animi, quae uere sunt bona, hoc est pietate, iustitia, temperantia, tum eius modi nascitur amicitia, cuiusmodi sunt ea res, quibus amicitia conciliatur, hoc est honesta, uera, sincera, stabilis, aeterna. Contra si in rebus corporeis ac fluxis, aut etiam turpibus, eam nec uere esse amicitiam, nec iucundam, nec diuturnam ostendet. Proinde Platonem duas finxisse Veneres, alteram coelestem, alteram terrestrem. Duos item Cupidines, suum utrumque matris respondentem. Coelestem ueras gignere formas, & huius filium ueros & honestos immittere amores. Inter bonos semper amorem esse mutuum, inter uulgares plerumque alterum amare, alterum odisse, alterum persequi, alterum fugitare. Id accidit fere propter ingeniorum uitaeque dissimilitudinem. Quod quidem eleganter significat apud poetas Cupido, qui nonnunquam hunc aurea cuspe figit, illum plumbea, illum ut amet, hunc ut abhorreat, atque hoc amicitiae genere nihil esse potest infelicis. Eius igitur amicitiae male cohaerentis, quasi simulachrum quoddam, in hac ecloga proponit Vergilius. Corydon rusticus, Alexis urbanus. Corydon pastor, Alexis aulicus. Corydon indocilis (nam huius carmina uocat incondita) Alexis eruditus. Corydon aetate prouectus, Alexis adolescens. Corydon deformis, hic formosus. Breuiter dissimilia omnia. Quare prudentis est amicum suis moribus aptum deligere, si uelit amari mutuum. Haec inquam si praefatur, tum autem locos demonstratorios, perperam & bucolice a rustico affectatos indicet, nihil opinor turpe ueniet in mentem auditoribus, nisi si quis iam corruptus accesserit. Nam iste uenenum non hinc hauserit, sed huc secum attulerit. Hoc exemplum uerbosius exposui, quo facilius in ceteris item sibi quisque similia reperiat. Iam in aggressu cuiusque operis conueniet in genere demonstrare, quae sit argumenti natura, & quid in eo potissimum sit spectandum. Velut in epigrammatis argutam breuitatem laudari. Tum iocandi rationes, quas Fabius & Cicero tradunt, indicabit. Hoc genus praecipue gaudere epiphonematis, commode in fine adiectis, quae cogitationem uelut aculeatam in animo lectoris relinquunt. In Tragedia praecipue spectandos affectus, & quidem fere actiores illos. Hi quibus rebus moueantur, paucis ostendet. Tum argumenta uelut declamatorium. Postremo descriptiones locorum, temporum, rerum aliquoties, & argutas altercationes incidere, quae nunc distinctis, nunc singulis uersibus, nunc haemistichis absoluantur. In Comedia cum primis obseruandum esse decorum, & uitae communis imitationem, affectus esse mitiores, & iucundos magis quam acres. Decorum autem in primis spectari, non solum illud commune, ut adolescentes ament, lectiones perierent, blandiatur meretrix, obiurgat senex, fallat seruus, iactet se miles, atque id genus alia, uerum peculiare quoddam quod suo arbitrarij alij aliud affingit Poeta. Velut in Andria duos inducit senes, longe diuerso ingenio. Simonem uehemetem, ac submorsum, haud stultum tamen, nec improbum. Contra Chremetem ciuilem, ac semper placidum, ubique sibi praesentem, omnia quantum potest pacantem, at ita tamen lenem, ut minime stupidum. Duos item adulescentes dissimili natura, Pamphilum cordatum pro ratione aetatis, & consultandum, sed acriorem, ut Simonis filium possis agnoscere. E diuerso Charinum puerilem, ineptum, consilijque inopem. Rursum seruos duos diuersis moribus. Dauidum uasrum & consilij abundantem, ac sperandi pertinacissimum autorem. E regione Byrriam nullius consilij, tantum perpetuum desperationis autorem hero. Ad eundem modum in Adelpis. Mittonem etiam in obiurgando mitem, ac festiuum. Demeam etiam in blandiendo amarulentum. Rursum Aeschinum propter urbanam uitae consuetudinem, & Mittonis fiduciam nihil non audentem, sed ita ut probum ingenium deprehendas, officiosum in fratrem, fidum in puellam. E diuerso Ctesiphontem subrusticum ac timidum, propter earum rerum insolentiam. Syrum callidum, & audacem, nihilque non simulantem, ac dissimulantem, adeo ut sola ebrietas detexerit illius fucos. Dromonem stupidum, atque hebetem. Sed ista persequi non huius est instituti, in praesentia satis est uiam indicasse. In eclogis admoneat esse aurei seculi, ac priscae illius uitae imaginem. Proinde quicquid

P 4

illic

illuc est sententiarum, similitum, ac comparationum, à uita pastorali sumit affectus sunt similes, cantionibus, sententijs, ac prouerbij delectatur, superstitioe & augurijs captum tur. Ad eundem modum, quid proprium habeat carmen heroicum, quid historia, quid dialogus, quid apologus, quid satyra, quid oda, quid reliqua scripti genera curabit admonere. Tum quæ sint singulorum autorum in singulis argumentis dotes, aut etiã uitia, non grauibitur indicare, quo iam tum assuescant adolecentes ei quod est in omni re præcipuum, iudicio. Atq; in hac parte præceptorem, præter artem & ingenium, adiuuabit etiam libellus Ciceronis de Claris oratoribus, & Quintiliani, Senecæ, atq; Antonij Capani de scriptoribus celsuræ, neq; non ueteres interpretes, præcipue Donatus hac in re peculiariter occupatus. Huc pertinet & consilij ratio, ueluti quare M. Tullius in defensione Milonis sinxerit sese timere. Et quare Vergilius tantopere laudibus uehat Turnum hostem Aeneæ, & quare abdicatus medicus apud Lucianum non lædit nouercam, sed magis laudat, & in patrem acrior est quam in nouercam. Sed id quoq; in immensum patet. At iudicabit alius quis hæc nimium habere negocij. Equidem præceptorem eruditum, longoque usu exercitatum uolo esse. Is si continget, hæc etiã facile percipient proueri. Quod si qua in initio erunt duriora, progressu & assuetudine mollescent. Optima certe sunt, nisi fallor, & optimis conuenit statim assuescere, quanquam hæc non ubiq; omnia sunt inculcanda, ne tedio grauentur ingenia discipulorum, sed ut inciderint insigniora. Neq; uero minore adhibeat curam præceptor in exigendo quæ commisit, quam in prælegendo. Est omnino labor hic docenti grauissimus, sed discipulis utilissimus. Nec ordinem exigat duntaxat, sed quicquid scitu dignum fuerit creditum, id assuescant bona cum fide reddere. Neq; uero deterrere ab hac re difficultas, quæ uel menstruo temporis spacio uincitur. Mihi nunquam placuit, ut omnia dictata scribant adolecentes, sit enim hoc pacto, ut memoria cultus negligatur, nisi si qui pauca quædam notulis uelint excipere, idq; tantisper donec usu cõfirmata memoria, scripti non desiderent administriculum. Postremo tantum arbitror esse momenti in cõmoda docendi ratione, si modo diligens & eruditus cõtingerit præceptor, ut non dubitarim meo recipere periculo, me minore negotio, ac paucioribus annis adolecentes ad utriusq; linguæ mediocrem etiam eloquentiam perduciturum, modo dentur ingenia non omnino infelicia, quam isti literatores ad qualemcunq; illam suã balbutiem uel infantia potius prouehunt suos. His igitur rudimentis puer in prima imbutus schola, deinde bonis auribus ad altiores disciplinas conferat sese, & quocunq; se uerterit, facile declarabit, quantopere referat ab optimis auspiciatum fuisse. Hæc habui in præsentia micharissime Petre, quæ tibi de Studiij Ratione scriberem, ea si placent, utere: sin minus, sedulitatem certe nostram pro tuo candore boni cõsules. Tu modo perge ita ut instituisisti, in bonas literas incumbere, ac Galliam tuam alioqui florentissimam, honestis etiam studijs illustra. Vale.

DES. ERASMVVS ROTEROD. D. HENRICO AFINIO

Lyrao, insigni medico.

S D

NUPER dum bibliothecam recenseo doctissime Afini, uenit in manus oratio quædam, olim mihi nihil non experiẽti in laudem artis medicæ declamata: continuo uisum est orationem non optimam optimo dicere medico, ut uel tui nominis lenocinio studiosorum centurijs commendetur. Erit hoc interim mei in te animi qualemcunq; documentum, donec dabitur aliud, nostra necessitudine dignius. Bene uale, Louanij tertio Idus Mart. Anno M D XVIII

DECLAMATIO EIVSDEM IN LAUDEM ARTIS MEDICAE.

QUO sapientius est ars medicinæ, meditatis atque elaboratis orationibus hoc ex loco, apud plerosq; uestrum prædicata, idq; à uiris singulari fiducia præditis, auditores celeberrimi, hoc mihi sanè minus est fiducia, me uel tate rei, uel aurium uestrarum expectationi satisfaciurum. Neq; enim rem propè diuinam, nostra facile assequetur infantia, neq; uulgaris oratio de re toties audita, tædium possit effugere. Verum tamen ne salutaris maiorum

maiorum instituto uidear deesse, qui solenni encomio iuuentutis animos ad huius præclaræ scientiæ studium, admirationem, amorem, excitandos, accendendos, inflammandosq; cenfuerunt, experiar & ipse pro mea uiriliter (Siquidem me dicente adiutabit uestra tum attentio, tum humanitas, fauore candido prosequens, quem ad hoc muneri uestra adegit auctoritas) medicæ facultatis dignitatem, auctoritatem, usum, necessitatem, non dicam explicare, quod prorsus infiniti fuerit negocij, sed summam modo perstringere, ac ueluti confertissimas locupletissimæ cuiuspiam reginæ opes, per transfennam (ut aiunt) studiosorum exhibere conspectibus. Cuius quidem ea uel præcipua laus est: primum, quod nullis omnino præconijs indiget, ipsa abunde per se uel utilitate uel necessitate cõmendata mortalibus: deinde, quod toties iam à tam præclaris ingenijs prædicata, semper tamen nouam laudum suarum materiam ingenijs etiam parum foecundis ex sese suppeditat, ut nihil necesse sit eam uulgato more inuidiosis illis contetionibus, non sine ceterarum disciplinarum contumelia deprædicare. Quin illud magis metuendum, ne domesticas illius dotes, ne germanam ac natuam amplitudinem, ne maiestatem humana conditione maiorem, mortalis oratio non assequatur. Tantum abest, ut uel aliena contumelia, uel ascititijs rhetorum fucis, aut amplificationum præstigijs sit attollenda. Mediocrius est formarum, deformiorum comparatione, aut cultus lenocinijs commendari. Res per se uereq; præclaras, satis est uel nudas oculis ostendisse. Iam primum enim (ut ad rem festinamus) reliquæ artes, quoniam nulla non magnam aliquam uitæ cõmoditatem attulit, summo quidem in pretio fuere, uerum medicinæ quondam tam admirabilis fuit humani generi inuentio, tam duleis experientia, ut eius autores, aut plane pro dijs habiti sint, uelut Apollo, & huius filius Aesculapius. Sic enim refert Plinius, singula quosdam inuenta deorum numero addiderunt: aut certe diuinis honoribus digni sint existimati, uelut Asclepiades, quem Illyrici numinis instar receptum. Herculi in honoribus æquarunt. Non quidem probo quod fecit antiquitas, affectum sanè ac iudicium laudo, quippe quæ recte & senserit & declararit, docto fidoq; medico nullum satis dignum præmium perfolui posse. Etenim si quis secum reputet, quod multiplex in corporibus humanis diuersitas, quanta ex aetatibus, sexu, regionibus, celo, educatione, studijs, usu uarietas, quam infinita in tot milibus herbarum (ne quid interim dicam de cæteris remedijs) quæ alibi altæ nascuntur discrimina, tum quot sint morborum genera, quæ trecenta nominatim fuisse prodita scribit Plinius, exceptis generum partibus, quarum omnium quæ nullus sit numerus, facile perpendet, qui tantum norit quot formas in se febris uocabulum cõplectatur, ut ex uno cætera æstimetur, exceptis his qui quotidie noui accrescunt, neq; secus accrescunt, quæ si de composito cum arte nostra bellum suscepisse uideantur: exceptis uenorum plus mille periculis, quorum quot species sunt, tot sunt mortis genera, totidem remedium differetias flagrantia: exceptis calibus quotidianis, lapsuum, ruinarum, ruptio-num, adustionum, luxationum, uulnerum, atq; his consimiliu, quæ propè cum ipso morborum agmine ex æquo certant. Deniq; qui cogitet, quanta sit in corporum cœlestium obseruatione difficultas, quæ nisi cognoris, sæpenumero uenenum erit, quod in remedium datur. Ne quid interim cõmemorem, sæpe fallaces morborum notas, siue coloris habitum species, siue lotij signa rimeris, siue pulsus harmonia obserues, uelut hoc agentibus malis, ut hostem medicum fallant & imponant. Tantum undique sese effundit difficultatum, ut mihi difficile sit omnes uel oratione prosequi. Sed ut dicere cœperam, has omnes rerum uarietates studio persequi, obscuritates ingenio assequi, difficultates industria peruenire, ac penetratis terræ sibiris, excullis undique totius naturæ arcanis, ex omnibus herbis, fruticibus, arboribus, animantibus, gemmis, ex ipsis deniq; uenenis, cunctis humanæ uitæ malis, efficacia quærere remedia, atq; horum opportunum usum, ex tot autoribus, tot disciplinis, imò & ab ipsis sideribus petere: hæc, inquam, tam abditam rimari cura, tam ardua uiribus animi adipisci, tam multa memoria complecti, tam necessaria ad salutem uniuersi mortalium generis in commune proferre, nonne prorsus homine maius ac planè diuinum quiddam fuisse uidetur? Absit inuidia uerbis. Liceat id quod uero uerius est ingenue prædicare. Non me iactio, sed artem ipsam effero. Etenim si dare uitam proprium dei munus est, certe datam tueri, iamq; fugientem retinere, deo proximum fateamur oportet. Quamq; ne prius quidem illud, quod nos soli deo proprium esse uolumus

uolumus, medicorum arti detraxit antiquitas, ut credula, ita gratissima. Nam Aesculapii quidem ope Tyndaridam, & post eum coplures ab Orco in lucē reddisse credidit. Asclepiades hominem exanimatū, elatum, comploratumq; ab rogo domum uiuum reduxisse legitur. Xanthus historicus catulum leonis occisum, preterea & hominem, quem draco occiderat, uitā reddiditum fuisse posteris prodidit, herba quam halim nominant. Ad hæc Iuba in Africa quendam herba reuocatum ad uitam testis est. Neq; uero laborauerim, si sint apud quos hæc fide careant. Certe (quod agimus) admirationem artis tanto magis implent, quanto magis supra fidem ueri sunt, & immensum esse fateri cogunt, id quod uero super sit. Quanquam quantum ad eum attinet, qui uitā redditur, quid refert, utri animā de uero in artus relictos diuinitus reponatur, an penitus in corpore sepulta, morbiq; uictoris oppressa uiribus, arte curaq; medici suscitetur atq; eliciatur, tamq; certo migratura retineatur? An non penè paria sunt, mortuum restituere, & mox mortuum seruare? Atqui permultos nominatim recenset Plinius libro historiae mūdānæ septimo, qui iam elati partim in ipso rogo, partim post dies complures uel reuixerint. Miraculū est, quod paucis dedit casus. Et non magis mirandum, quod quotidie multis largitur ars nostrā. Etiam si hanc deo Opt. Max. debemus, cui nihil non debemus, ne quis hæc à me putet arrogantius dicta quam ueritas. Complurium morborū ea uis est, ut certa mors sint, nisi præsens adsit medicus, ueluti stupor is, qui mulieribus potissimum solet accidere, ueluti syncopis profunda, paralysis, apoplexia. Neq; desunt ulli uel seculo, uel genti sua in hæc rem exempla. Hic qui mortem ingruentem arte sua depellit, qui uitam subito oppressam reuocat, nonne ceu numen quoddam dextrum ac propitium semper habēdus est? Quot censes homines ante diem sepultos fuisse, priusquam medicorum solertia, morborū uires & remedium naturas deprehenderat? Quot hodie mortaliū milia uiuum ualentq;, qui ne nati quidem essent, nisi eadem hæc ars, & tot nascendi discriminibus remedia, & obstetricandi rationem reperisset? Ad eodē statim in ipso uitæ limine, & paries simūl & nascens salutarem medicorum opem miserabili uoce implorat. Horum arti uitam debet, et qui nondum uitam accepit, dum per eam prohibentur abortus, dum mulieri feminis recipiendi retinendiq; uis confertur, dum pariendi facultas datur. Quod si uere dictum est illud: Deus est iuuare mortalem. profectio mea sententia, aut nusquam locum habebit illud nobile Græcorum adagium: *ἰατρὸν ἢ ἀδράστου δαίμονιον*, aut in medico fidopror hocq; locum habebit, qui non iuuat modo, uerum etiam seruat. An non igitur ingratiūdi ne ipsa uideatur, ingratiō, ac ipsa propè uita indignus, qui medicinam alterā secundum Deū uitæ parentem, tutricem, seruatricem, uindicem, non amet, non honoret, non suscipiat, non ueneretur? Cuius præsidij nunquam ulli non est opus. Nam reliquis quidem artibus, nec semper, nec omnes egemus. Huius utilitate mortaliū omnis uita constat. Nam fac abesse morbos, fac omnibus prosperam adesse ualitudinem, tamen hanc qui poterimus tueri, nisi medicus ciborum salutarium ac noxiōrū discriminē, nisi totius uictus, quam Græci dietam uocāt, rationem doceat. Graue mortalibus est onus senectæ, quam nihil magis licet effugere, quam mortem ipsam. Atq; ea medicorum opera multis contingit, tum serius, tum multo etiam leuior. Neq; enim fabula est quinta, quam uocant, essentia, senio depulso hominem uelut abiecto exuuiō reuiuenscere, cum extent aliquot huius rei testes. Neq; uero par est, ut artem improbemus, quod huius professione quidam imponunt incautis. Iam nō corporis tantum, quæ uiliior hominis par est, curam gerit, imō totius hominis curā agit, etiāsi Theologus ab animo, medicus à corpore sumit insitium. Si quidē propter arctissimam amborū inter se cognationem & copulam, ut animi uita redundat in corpus, ita uicissim corporis morbi animæ uigorem, aut impediunt, aut etiam extinguunt. Quis æque pertinax suā abstinentiā, sobrietatis, moderandæ iræ, fugiendæ tristitiæ, uitandæ crapulæ, amoris abijctendi, temperandæ ueneris, atq; medicus? Quis efficacius suadet ægroto, ut si uiuere uelit, & salutarem experiri medici opem, prius animum à uitiorum colluuiē repurget? Idem quoties uel diæretica ratione, uel ope pharmaceutica bilem atram minuit, labantes cordis uires reficit, cerebri spiritus fulcit, mentis organa purgat, ingenium emendat, memorię domicilium facit, totumq; animi habitum commutat in melius, nonne per exteriorē, ut uocant, hominem, & interiorē seruat? Qui phreneticum, lethargicum, maniacum, sideratum, lymphatum

Preferentia

lymphatum restituit, nonne totum restituit hominem? Theologus efficit, ut homines à uitis respiciant: at medicus efficit, ut sit qui possit respicere. Frustra ille medicus sit animæ, si iam fugerit anima, cui paratur antidotus. Cum impium hominem subito corripit paralysis, apoplexia, aut alia quedam præsentanea pestis, quæ uitam prius adimat, quam uacet de castiganda cogitare uita, hūc qui restituit, alioquin infeliciter in suis sceleribus sepeliendum, nonne quodāmodo tum corpus, tum animum ab inferis reuocat? In eum certe locum reponit hominē, ut ei in manu iam sit, si uelit, æternam mortē fugere. Quid sua debet lethargico Theologus, qui suadentem non audiat? Quid mouebit phreneticū, nisi medicus prius atram bilem repurgarit? Pietas ceteraq; uirtutes, quibus Christiana constat felicitas, ab animo potissimum pendent, haud inficior. Ceterum quoniā is corpori illigatus, corporeis organis uelit nolit utitur, sit ut bona pars bonæ mentis à corporis habitu pendeat. Per multos homines infelix corporis temperatura, quam Græci modo *συσμα*, modo *συσμα* uocant, uelut inuitos ac reclamantes, ad peccadum pertrahit, dum animus infessor frustra moderatur habenas, frustra subdit calcaria, sed equum ferocientem in præcipitium sequi cogitur. Animus uidet, animus audit, sed si oculos occupat glaucoma, si aurium meatus crassus humor obsederit, frustra uim suam habet animus. Odit animus, irascitur animus, sed plerumq; uiciosus humor mentis organa obsidēs in causa est, ut oderis quem amore dignū iudices, irascaris cui nolis irasci. Philosophiæ summam in hoc sitam esse fatetur Plato, si rationi pareant affectus: atq; ad eam rem præcipuus est adiutor medicus, hoc agens, ut ea pars hominis uigeat sapiatq; cuius arbitrio geruntur, quæ cunctq; cum laude geruntur. Si hominis uocabulo censentur indigni, qui peccatum ritu rapiuntur cupiditatibus, huius nominis dignitatem bona ex parte debemus medicis. Id cum maximum sit in singulis ac priuatis, quanto præclarior est beneficium, cum id præstatur in principē. Nulla fortuna magis est obnoxia malis huiusmodi, quam felicissimorū regum. Quos autem rerū tumultus ciet unius homunculi uitiatū cerebrū? Frustra reclamant qui sunt à cōsilijs, furis o princeps, ad te redi, ni medicus arte sua neq; uolenti, neq; sentienti suam mentē reddiderit. Si Caligulæ fidus adfuisse medicus, non usq; ad pugionum ac uenenorum serinia in perniciē humani generis insanisset. Atq; ob eam sanè causam publica consuetudine receptū est apud omnes orbis nationes, ne princeps usquam gentium agat absq; medicis. Proinde cordati principes nulli unquam arti plus honoris habuerunt, quam medicinæ. Quandoquidem Erasistratus (ut reliquos taceam) Aristotelis ex filia nepos, ob Antiochum regem sanatum centum talentis donatus est à Ptolemæo huius filio. Quin & diuinæ literæ iubent medico suum haberi honorem, non tantum ob utilitatem, uerum etiam ob necessitatem, ut in ceteros benemeritos ingratitudo sit, si quis non agnoscat beneficium, in medicum impietas: quippe qui tantam beneficij diuini adiutor, id arte sua tuetur, quod optimum nobis & charissimum largitus est deus, uidelicet uitam. Parentibus nihil non debemus, quod per hos uitæ munus accepisse quodāmodo uidemur. Plus mea sententiā debetur medico, cui toties debemus, quod parentibus semel duntaxat debemus, si tamen illis debemus. Pietatē debemus ei, qui hostem à ceruicibus depulit: & medico non magis debemus, qui pro nobis seruandis cum tot capitalibus uitæ hostibus quotidie depugnat? Reges ceu deos suspicimus, quia uitæ necisq; ius habere creduntur, qui tamē ut possint occidere, certe uitā nō aliter dare possunt, nisi quatenus non eripiunt, quemadmodū seruari dicuntur latrones, si quem non iugulent, nec aliam tamen uitā dare possunt, quam corporis. At quāto proplus ad diuinam benignitatē accedit medici beneficij, hominem iam inferis destinatū, arte, ingenio, cura, fideq; sua, uelut ex ipsis mortis faucibus retrahentis? Alijs in rebus profuisse sit officium, ceterum in certo corporis animiq; periculo seruasse, plusquam pietas est. Adde his quod quicquid in homine magnū est, eruditio, uirtus, nature dotes, aut si quid aliud, id omne medicorū arti acceptum feramus oportet, quatenus id seruat, sine quo ne reliqua quidem queant subsistere. Si omnia propter hominem, & hominē ipsum seruat medicus, nimirum omnium nomine gratia debetur medico. Si non uiuit, qui uiuit morbis obnoxius, & uitā salubrem aut reddit, aut tuetur medicus, an non cōuenit hunc ceu uitæ parentem agnoscere? Si res exoptanda est immortalitas, hanc medicorū industria quoad licet meditatur, quæ uitā in longum prorogat. Quid enim hic notissima re-

feram

Exempla feram exempla, Pythagoram, Chrysiptum, Platonem, Catonem Censorium, Antonium Castorem, cumque his innumerabiles, quorum plerique medicinae observatione, uitam ab omni morbo liberam, neque fatisciente ingenij uigore, neque concussa memoriae soliditate, neque fractis aut labefactis sensibus, ultra centesimum annum prorogauerunt. An non isthuc est immortalitatis quam speramus, hic iam nunc imaginem quam exhibere? Christus ipse immortalitatis autor ac uindex unicus, corpus assumpsit: mortale quidem illud, sed tamen nullis morbis obnoxium. Crucem non horruit, morbos horruit. An non pulcherrimum fuerit, nos principem nostrum in hoc quoque pro uiribus imitari? Apostolos, quorum nemo fere non multam uixit aetatem, caecos legimus, interfectos legimus, aegrotasse non legimus. Quocumque pacto hoc illis contigit, certe praestat idem ars medicorum, quod illis praestitit sua felicitas. Nec enim audiendos arbitror, qui nobis non minus indocte, quam impudenter solent illud obijcere: Virtus in infirmitate perficitur, somniantes Paulum graui capitis dolori fuisse obnoxium, cum ille infirmitatem, uel animi tentationem, uel quod uero propius est, improborum hominum molestam infectionem appelleret. Atque idem ille Paulus, inter apostolicas dotes donum curationis recensuit. Iam auget et illud non leui argumento medicinae gloriam, quod & Caesarearum legum maiestas, & pontificiarum autoritas sese ultro medicorum iudicio submittit, uelut in quaestionibus pubertatum, partuum ac ueneficiorum. Item in quaestionibus aliquot ad matrimonium facientibus. O noua dignitas medicinae. Agitur de capite hominis, & iudicis sententia pendet ex medici praedicio. Summi pontificis pietas, si quid indulget in nonnullis, non aliter indulget, nisi medicorum accedat calculus. Atque in decretis Romanus pontifex, episcopum eum qui delatus fuerat, tanquam foedo immani morbo obnoxius, ex medicorum rei iudicio censeret aut amouendum dignitate, aut suo loco restituendum. Diuus autem Augustinus ex medicorum consilio fieri iubet quod faciendum est, etiam si nolit aegrotus. Idem honorem medico debitum, hoc est artis & industriae praemium, recte eripi scribit ab eo qui detinet, uelut ab iniusto possessore, & quod alienum est mala fide occupante. Quin et quoque qui conceptis precaminibus, demones impios e corporibus humanis exigunt, medicos non raro in consilium adhibent, uelut in his morbis, qui secretis rationibus, quaedam sensuum organa spiritusque uitiant, & adeo daemonicam speciem imitantur, ut nisi a medicinae rei peritissimis discerni non queant, siue sunt crassiores aliqui demones, ut fertur illorum uaria natura, qui medicam etiam opem sentiant, siue morbus adeo penitus intimis animi recessibus insidet, ut a corpore uideatur alienus. In cuius rei fide dum ex innumeris mihi compertum exemplum refero, quales ut me patienter audiat, Panaceum celeberrimi nominis medicum adolescens coluit, is me teste quendam restituit, nomine Phlyarium, patria Spoletanum, qui ex uermibus in nouum maniae genus inciderat, ita ut in morbo probe teutonice loqueretur, quod (uti constabat) sanus nunquam potuerat. Quis imperitus rei medicinae, non hunc daemonicum uel deterasset etiam? At is hominem facili paratoque remedio menti reddidit. Redditus sibi teutonice nec loquebatur, nec intelligebat. Quod si quis hunc uere daemonicum fuisse contendat, ea sane res uel maxime medicorum illustrat artem, cui compertum est & daemones impios parere, quemadmodum in restituenda uita, ita & in exigendis spiritibus diuinae uirtutis tum ministrare, tum amulare. Neque uero deerant, qui factum hoc magicis artibus tribuebant, quorum ego calumniam, arti nostrae gloriae laudique uerto, per quam ea praestatur, quae uulgus hominum humanis uiribus praestari posse non credit. Optimo igitur iure, praefecit feculis, cum nondum fordidi quaestus & spurcae uoluptates uitiaissent omnia, medendi ars inter omnes una, diuinis ac summatibus uiris, opulentissimis regibus, clarissimis senatoribus praecipue cordi fuit, nec alia mortalium generi gratior. Siquidem Moses ille magnus, non alia ratione, quam artis medicinae, cibos suos distinxisse creditur. Orpheus Graecorum uetustissimus, de uiribus herbarum nonnulla prodidisse legitur. Homerus ipse, citra controuersiam unicus ingeniorum fons, plurimus est, et in herbarum commemoratione, & in laude medicorum. Is & Moly nobis depinxit, herbarum omnium, teste Plinio, laudatissimam, efficacem aduersus ueneficia. Cuius inuentionem Mercurio tribuit, hac Ulysses suum aduersus Circes pocula praemunens. Idem Nepenthes indicat, in conuiujs adhibendum, quod mcerorem tristitiamque discutiat. Porro Machaonem, Paonem, Chironem

Chironem, Podalirium, ut hac arte praestantes, saepiculae non sine honore commemorat, quorum arte non solum heroibus, uerum ipsis etiam dijs subuentum esse fingit. Illud uidelicet subindicans, summis etiam principibus medicorum praesidijs opus esse, atque horum uitam medicis in manu esse, qui in caeteros omnes ius uitae ac necis habere uidentur. Quid quod idem Poeta, libro Iliados undecimo huius artis professionem longe pulcherrimo nobilitauit elogio: cum ait, unum medicum pluris habendum, quam caeterorum hominum permultos. Rursum alibi medicum ita notat, ut dicat eum eruditum in omnibus, palam testans id quod res est, hanc artem non una aut altera disciplina, sed omnium artium cognitione circuloque, tum praeter exactum iudicium, multo etiam rerum usu constare. Pythagoras ille Samius, cui diuinitatem quandam tribuebat antiquitas, de naturis herbarum nobile uolumen reliquisse legitur. Atque ut Platonem, Aristotelem, Theophrastum, Chrysiptum, Catonem Censorium, Varronem praeterea, quibus studio fuit, hanc artem suis uel studijs, uel negocijs admiscere, Mithridatem Ponticum regem, non perinde regnum alio, qui locupletissimum, non tam unius & uiginti linguarum miraculum, quam rei medicinae peritia nobilitauit, uereque magnum uirum daclarauit, qui artis huius commutationes, & exemplaria, effectusque in arcanis reliquit, ut autor est Plinius. Cuius & hodie nobile Theriacae genus nomine celebratur. Nunc fere regium habetur, aleam ludere, uenari, nugae agere. At olim populi Romani principibus nihil magis erat curae, quam ut ex longinquo nouis importandis herbis rem medicam adiuuarent, neque populo illi tum orbis domino aliud erat munus gratius. Quid quod Christus ipse disciplinarum omnium & autor & princeps, sese non iureconsultum, non Rhetorem, non Philosophum, sed Medicum professus est, dum de se loquens negat opus esse medico is, qui bene habeat, dum Samaritanus uulneribus oleum ac uinum infundit, dum sputum terrae mixtum illinit oculis caeci. Quid quod idem, haec potissimum commendatione, cum adhuc orbi esset ignotus, sese paulatim in animos atque affectus hominum insinuauit: Non auro, non imperijs, sed morborum remedijs. Quod ille nutu fecit, nempe Deus, hoc medicus pro uirili sua, curam imitatur. Neque deest his quoque diuina uis, nimirum medendi uiribus in hunc usum rebus a deo inditis. Nec alio uatico magis instruxit apostolos, mandans, ut hoc protinus officio sibi deuincirent hospitem, medentes, inquit, morbis illorum, & ungentes oleo. Paulus ille magnus, dum Timotheo suo modicum uini praescribit usum, ad fulciendam stomachi imbecillitatem, nonne palam medici partibus utitur? Sed quid hoc mirum in Apostolo, cum Raphael angelus, Thobiae caecitati medicans, hinc nomen etiam inuenit, apud arcanarum rerum studio sos? O caelestem, uereque sacram disciplinam, cuius cognomento diuinae illae mentes insigniuntur. Inter mortales alij alias artes uel discunt, uel profitentur, hanc unam oportebat ab omnibus disci, quae nulli non est necessaria. Sed heu peruersissima hominum iudicia. Nemo nescire sustinet, quis nummus legitimus sit, quis adulterinus, ne quid fallatur in re uilissima: nec scire studio est, quibus modis id quod habet optimum tueatur. In numismate non credit alienis oculis, in negotio uitae ac sanitatis clausis quod dicitur oculis, sequitur alienum iudicium. Quod si totius artis absoluta cognitio non potest nisi paucis contingere, qui totam uitam huic uni studio dedicauerunt, certe partem eam, quae ad tuendam ualitudinem pertinet, non conueniebat quenquam nescire. Etiam si bona pars difficultatis, non ab ipsa arte, sed ab improborum medicorum uel inscitia, uel ambitione proficiscitur. Semper apud efferas etiam ac barbaras nationes sanctum ac uenerabile fuit amicitiae nomen. Atque is egregius habetur amicus, qui se fortuna utriusque comitem sociumque praebet, quod uulgus amicorum uelut hirundines aestate, rebus secundis adsint, rebus aduersis, quemadmodum illae ingruente bruma, deuolant. At quanto syncerior amicus medicus, qui Seleucidum auium exemplo, quas narrant nusquam a Cassij montis incolis conspici, nisi cum illarum praesidio est opus aduersus uim locustarum fruges uastantium, rebus integris ac lactis nusquam sese ingerit: in his cassibus, in quibus uxor ac liberi saepe deserunt hominem, uelut in phrenesi, phthiriali, in peste, solus medicus constanter adest, & adest non inutili officio quemadmodum plerique caeterorum, sed adest opitulaturus, adest pro capite periclitantis cum morbo dimicantis, non nunquam suo quoque periculo. Et o plusquam ingratos, qui talis amici officio seruati, tam depulso periculo medicum disisse possunt, ac non potius parentis uice colunt ueneranturque

omnium studiorum moderatori, ac principi perpetuo. Huc igitur sponte eunt; multumque fiducia, & animi addidit, cum passim per ora mortalium uolans tuarum uirtutum fama, tum praecipue hospitis mei Ioannis Paludani, hominis doctissimi atque humanissimi penes quotidiana praedicatio, qui mihi totius animi tui simulachrum quoddam absolute tum ita depinxit oratione, ut nullus Apelles corporis figuram penicillo expresserit euidenti. Atque inter innumera tua decora, illud in primis memorabile, quod cum perpauca mortalium contigerit uni principi diu placuisse, tu singulari quadam sapientia, raraque morum dexteritate, quatuor iam Burgundionum ducibus, alij post alium, sic perpetuo placuisti, placesque, ut nullus inter aulicos proceres tantum gratia floreret, autoritate polleat, sapientia prospiceret, consilio prodesset. Quum interim usu tam longo nihil unquam de tua sinceritate aula detruerit, tu semper aliquid de illius moribus emendaris. Nec minus insignis illa tua laus, quam ea quam uni Nestori tribuit Homerus, quod in corrupta tua in agendo integritas, simplex in dicendo libertas, semper fuit principibus gratior, multitudini popularior, quam aliorum obsequiosa assentatio. Quid ego iam referam, toties obitas summa cum laude legationes, quae quidem faciunt, ut apud externos quoque longe lateque, solis instar, tui nominis splendor sit propagatus? Quid amplissimos honores, non tam fortunae munera, quam uirtutum tuarum praemia, quos omnes ita gessisti, gesserisque, ut longe plus illis per te, quam tibi per illos, dignitatis accesserit: neque tamen tu honoribus, quam te honores felices esse uideatur? Verum haec quidem quia sunt amplissima, deterere poterant, nisi me illa rursus inuitarent, quod audio te, ut literis ac pietate insigniter esse praeditum, ita omnes, in quibus egregium aliquod probitatis, aut doctrinae specimen elucet, singulari semper amore complecti, effusissima beneficentia solere persequi. Neque profus alium multis iam seculis extitisse, qui pari atque tuo studio, libertate, dimicatione, inuidiae contemptu, tum ecclesiae, tum studiorum dignitatem, fortunasque tue retur. Adeo quicquid facultatis, uel tua tibi fortuna largita est, uel peperit industria, id totum ad ornandos, iuuandos prouehendosque probos, ac doctos uiros conferre gaudes. Haec quidem, & cum his alia plurima ubi cognouissem, pater humanissime, eum ultro mihi iam dudum ardebat animus, tum hospitis adhortatio, quasi currum calcar accessisset, ut tuam amplitudinem mihi quoquo modo demererer. Auxit insuper fiduciam, quod recordarer olim, ut refert Plutarchus, tenuem quendam ac plebeium hominem, donato praegrandi malo, magnam ab Artaxerxe rege gratiam inisse. Tum Maronem Augusti beneuolentiam unico disticho redemisse: neque raro alias, summos uiros exiguis munusculis impendio fuisse delectatos. Postremo quod eleganter scripsit Plinius, numinibus ipsis falsa moela litare eos, qui thura non habent. Quibus rebus fretus, ausus sum & ipse tuae precellentiae, hos quasi tres flosculos, strenulae uice, dono mittere, de Graecorum rosarijs decerptos. Quando quidem hoc nomine uel Pastanas delicias uincunt musarum hortulis, quod nullo mense non uernant. At primus quidem longe bellissimus, ac fragrantissimus in Latinum sermonem transplantatus est, de cultissimis areolis Libanij Sophistae, cuius doctorum hominum calcibus, inter Atticistas praecipuus locus tribuitur. Eius ille seminarium, hoc est argumentum, ab omniparis Homeri campis desumpsit, idque ex Antenoris oratione libro Iliados tertio. Vbi refert Menelaum, atque Ulyssen, quum ad res repetendas Troiam uenissent, apud se fuisse diuersatos, & utriusque speciem ac dictionem, a se diligenter animaduersam describit, confertque. Dialectos Attica est, quanquam nihil omnino Veneris Atticae deest. In Menelai persona decorum mire seruauit. Nam & Spartanam illam in dicendo simplicitatem libertatemque, quae prouerbio quoque locum fecit, scite adumbratum uelut ex Homerico archetypo, regi summam animi magnitudinem appinxit, sed summa cum moderatione, neque non animi iucunditate coniunctam. Nam Priamum etiam laudat, a populo uero omnem criminis inuidiam in unum Paridem confert: ac ne in hunc quidem quicquam atrocius aut rabiosius dicit. Porro bellum ita diffundit, ut ipse iam de uictoria securus, tantum ipsorum rebus consulere uideatur. Denique breuiloquentiam nominatim etiam effinxit, quam quidem, praeterquam quod homini Laconi quasi gentilitia est, peculiariter in Menelao, cum subtilitate, elegantia, iucunditateque fuisse coniunctam Cicero, Fabius, & Gellius testatur, sed omnes eundem autorem Homerum sequuntur: cuius haec uerba sunt in eo loco, quem modo retulimus:

Nestor in consilijs & liber & gratiosus

Libanij laus Homerus in geniorum fons

ΑΝ' ὄτε δὴ μύθος, καὶ μέλας πᾶσι ὄφρανοι
 ἢ πῶς μὲν μὲν λαοῦ ἄνθρωποι ἀγρόν
 φαίρα ἴδ', ἀλλὰ μέλας λυγρῶς, ἐπεὶ δ' ἀπὸ μὲν
 οὐδ' ἀφ' ἀμαρτυρίας, ἀλλὰ ἴθις ὄφρανοι

Quae nos utcunque uertimus ad hunc modum:
 Verum ubi consilia, & sermone texere cunctis
 Coepere, stricte est Menelaus pauca locutus,
 Pauca, sed argute nimium: neque multiloquus, nec
 In uerbis errans, quamuis natu minor esset.

Pene ad uerbum

Porro altera declamatio est Tragedia sumpta est: tertia ex Iliados ultimo, ubi in copulatione Hectoris ferè similia lamentatur Andromache: utraque autem ut incerto autore, ita nota multo inferioris. Quanquam res tota leuicula est, sed in hac placuit primam huius laboris aleam experiri, ne uidelicet iuxta Graecam parœmiam quae est in libro Iliados uocabatur, id est, In dolio figuratam, sed potius quae est in Care periclitata rer. Secutus sum ueterem illam M. Tullij regulam, ut in uertendo, sententias modo mihi putarim appendendas, non annumeranda uerba. Tamen nouus interpres, religiosior esse malui, quam audacior. Verum quantum nostro conatu simus assecuti, aliorum esto iudicium. Illud unum testamur, nihil in experimento docti, nihil esse difficilius, quam ex bene Graecis, bene Latina reddere. Quod si cognouerimus haec nostra praeludia, & quasi primitias, tibi non displicuisse: tum tuo iudicio, tuaque autoritate freti magno animo ad maiora accingemur, iamque non flosculos, sed fruges de literarijs segetibus collectas mittere audebimus. Vale pater, ac praesul amplissime, ac me, meaque studia in tuam clientelam ascribere dignare. Louanij, Anno à Christo M D III x v Calendas Decembris.

PRIMA EXPERIENTIA IN VERTENDIS GRAECIS.

DECLAMATIO LIBANII SOPHISTAE

SUB PERSONA MENELAI, PRO CONCIONE Troianorum, Helenam & res repetentis, ni reddant, armis iniuriam uolurum se denunciantis, Latina facta, Des. Erasmo Roterod. interprete.



QUIDEM Paris, uiri Troiani, uel ullam aequi bonique rationem habere uoluisset, nihil in praesenti opus erat, neque concione, neque armis, neque legatione: sed tum nos domi rebus omnibus integris uersaremur, tum uestra uobis fortuna in tuto consisteret. At posteaquam ille res cum post habuit uoluptati, appulimus, Troiani, non quo quempiam iniuria uiolamus, sed uti quae nostra ipsorum sunt recipiamus, utique si licebit. Itaque Graecorum quidem exercitum e moenibus nimirum conspiciatis, ac multitudinem oppido quam ingentem, & apparatus haud mediocrem: nos tamen adeo cauetum nobis, prospiciendumque putauimus, ne quid praeter aequum committeremus, ut quum arma in promptu sint, uerbis prius uti maluerimus: ut si quod ius est, id postulatione consequimur, protinus hinc facessamus: sin minus, tum uero quae proxima sunt experiamur. Neque enim nostri est instituti, ilico ad manus uenire: neque rursum fieri potest, ut irrita legatione dimissi conuiescamus. Vobis iam in manu est, utrum malitis Paridis uoluptatem uestra ipsorum antepone in columitati, an cum Helena simul & bello liberari. Nam ad hunc usque diem raptionem uni Paridi imputamus: neque ullam iniuriarum in nos partem, ad communem Troianorum populum autorem referimus. Quanquam mox concilij praesentis exitus, aut hanc nostram confirmabit opinionem, aut certe palam faciet, facinus quidem proprium illius esse, ceterum consilium commune omnium. In hoc enim apparebit uos Alexandri factis communicare, si in dicendis sententijs illi ad gratiam obsequeremur. Sin uero praeter illius sententiam, quod equum rectumque est, id statueret uos letis

*Breviloquens
tia Menelai
Evolum* letis, ita demum in eo crimen omne circumscribetur. Ac mihi quidē ea semper fuit consuetudo, ne quibus omnino de rebus orationem in longum proferrem, idēq; adeo mihi recte uideo facere. Nam pro causa minus a qua, ne exordia quidem dicere. Bonis autem causis, & breuem orationem sufficere arbitror. Reor autem, etiā si alius uerbosior esse consueffem, tamen in praesenti negotio oportere ad quam paucissimā sermonē contrahi. Hoc enim uel ex omnibus unum est huiusmodi, ut nihil operosum, nihil magnum postulet, quum liceat aduersarium simplici nudaq; rogatione conuincere. Ac mihi iam per Iouem hospitalem, responde Paris, an non tulisti, quae ad te non pertinebant? Igitur restituere. Tulisti per iniuriam: Igitur & poenā debes. Videlicet ē duobus alterum necesse est, aut doceas te nihil abstulisse, aut si fateris istud, desinas etiam uelle defendere.

*Attingit statum inficialē.
Tractat iurisdicalem* Quod autem me spoliaris ijs, quae mihi erant charissima, ne dignaberis quidem inficiari. Audio enim te ex malefactis laudem quoque quaerere. Id quum ita habeat, aequi honestiq; ratio dicebat, ut ab nostris temperares. Ad quae tu quidem communi hospitium lege admissus, plus quam hostilia reposuisti. Neque enim existimetis eum palam in nostris inuidijs rem tantam potuisse. Neque uero aut illum usque adeo strenuum esse, aut nos in tantum oscitabundos, ac supinos, ut ille cum denunciatione talia facturus fuerit, nos autem si praescessimus ea fuerimus passuri. Sed quemadmodum res acta sit, audite. Paris enim eam, non ut habet, sed quatenus sibi iudicauit cōducere, eatenus forsitan uobis retulit, mendacio maleficium tegens. Nemo siquidem eorum qui peccarūt, culpam agnoscit. Quin potius modis omnibus uerum peruertunt, pariter agentes, ut tum ex scelerē plus commodi ferant: tum ex inficiatione probi, frugiq; habeantur. Res igitur ex praeparato confecta est ad hunc modum. Appulit in Laconicam Paris, cultū quidem ac specie non illiberali uisendus: tum famulitium adducens, unde coniceres eum haud quaquam de plebeiorum esse sorte. Ut uero Spartam ingressus est, praeter alia, praecipue mira in obuium quemq; comitate utebatur, non mediocrem probitatem, atque modestiam adsimulans. Desiderabat autem hospitium. Quae simul atque audissem, meas, inter alios, partes, potissimum esse ducens, hospiti omnia suppeditare, familiam aperui, & ad ea quae mihi sunt charissima, uolens lubēsque induxi, nempe uxorem & filiam, nihil dum horum cogitans, Troiani, quae post mihi acciderunt. Ratus enim Iouem eius negotij praesidem, & conciliatorem esse, persuaseram mihi pari erga Deum religione futuros, & qui hospitem excepisset, & qui excipientis humanitatem fuisset expertus, multoq; adeo maiore hunc qui fuisset acceptus: nimirum quo plus commodi cepit is, qui beneficio adiutus est, praeter hoc qui beneficium praestitit. Velut & in praesentia quanto putatis animo suspicimus & obseruamus Antenorem hunc uirum excellentissimum, cui quam optime & cupimus & precamur, nihilq; minus uelimus quam eiusmodi quippiā in sua illi familia contingere. Itidem & tum hospitem iusta comitate benignitateq; prosequerbar. Prodeat Paris, dicatq; num qua re opus habuit, quam non acceperit: num quando diturnam ipsius consuetudinem molestius ferre uisum: num quid seu magnum, seu paruum, non praebere sensit: nuncubi parsimoniam nostram aut sordes animaduertit, quam damnarit: num quam in sese iniuriam deprehendit. Si quid omnino his de rebus incusat, eloquatur, doceat, & nos uix millesimam partem eorum quibus eramus digni passos esse fatebimur. Verum haudquaquam possit, eoq; nec assurgit. Nos itaque quum incustodite atque inobseruanter ageremus, uidelicet tanquam cum amico iam & familiari, nobisq; nostra fiducia securitatē attulisset: id quod & reliquis erga quemlibet conuevit accidere: quod his in rebus fas iusq; suadet, id omne Troiani, diuersam in partem transtulit: proq; humanitate maleficiū, pro hospitalitate malevolentiam, proq; hospitio rapinam, pro honore contumeliam, pro fide crudelitatem reposuit: neq; deos metuens, neque eos quorum erat expertus benignitatem reueritus, ne uestra quidem causa pudeffens, aut Priami patris, quem audimus religionis ac numinum egisse curam, ac plane sollicitum fuisse, ut ne quid delinquere uideretur. Haec omnia, atq; his etiam plura, pro minimo ducens, uxorem meam rapuit, insuper & pecuniae uim asportauit: ut de familiaris interim, multisq; praeterea dicere supersedeam. Quorsum enim attinet, haec persequi ad longum, apud eos qui ipsi liquido norunt. Namq; ex ijs quae huc deportauit, satis ostendit, quantum rerum a nobis abstulisset: ne nunc quidem aliunde quam nostris damnia

nis diues est. Quod si quis uelit palam indignitatem negotij pernoscere, nihil alio quopiam mortalium egerit, tantum ipsius Alexandri domum adeat, eumq; ad hunc percontetur modum: Mulierculam istam, cedo, unde tandem nactus possides? Num quem admodum pater tuus matri tuae conuixit, itidem tu quoque Helenam domi habes coniugij iure duciam? Nimirum aut facti pudens mentietur, aut uera loquens, maleficium confitebitur. Neq; uero quenquam uestrum oportet offendi, si libera nostra uidetur oratio. Primum: neq; nos, quae par est, consequemur, neq; uos quae oportet cognoscetis, nisi negotium, ut gestum est ita narretur. Deinde hinc uel maxime licebit perpendere quantum habeant indignitatis, quae facta sunt. Etenim si ubi quispiam quae passus est, ea palam exponit, commemoratio offenduntur ij qui fecerunt, quomodo consentaneum est eos affectos esse, qui rebus ipsis laesi sunt. Ad haec autem ne fieri quidem potest, ut postulationem suam quis aequam esse demonstrat, nisi facinoris autorem nocentem ostendat. Videte igitur quam expedita, quamq; aequa proponimus. Nam duae profecto res sunt, quae reum a causa liberant, aut si nihil omnino patrauit, aut si quae fecit, iure sunt facta. Quod si neque raptionem inficiari potis est, neque iustam docere sustinet, profecto quod superest, per se liquet. Quae tandem igitur honesta ratio? Cepi, inquit, ac teneo, molestus ne sis. Atqui non satis est cepisse, neque tenere, Paris. Fit enim, ut & tollat quis unde non deceat, & possideat non sua. Neque enim ideo protinus iure quis possidet, quia rem nactus est, sed ita demum, si citra culpam. Eoq; non simpliciter spectari conuenit, si quid capiatur, sed longe magis quibus rationibus capiatur. Hinc enim & illud perpenditur. Vides impune non esse sacrilegis, res deorum sustulisse. Caeterum si possedisse per se efficax esset ad defensionem, oporteret quicūq; rem penes se esse fateantur a negotio liberari. Nunc, ut opinor, solum isthuc, ac praeterea nihil, crimini uertendū est, si quis teneat in quae ius non habet. Itaq; non satis est per se manum intecisse, sed accedat necessum est, citra iniuriam. Neq; enim si nunc Paris, exactio patre, & arrepto imperio, uestris fortunis dominari contenderet, rem honestam, aut tolerandam aggredi iudicaretur. Imo neq; Priamus hic tacite ferret, cōtumelia affectus, neq; uos eius rei testes: quin protinus omnes dignum qui lapidibus obrueretur haberetis, tanquam nefaria molientem. Proinde ne tu sic defende quia ceperis, sed iniuriae nihil esse admissum doce. Nam aequitas, siue meo, siue Priami nomine cōsideretur, parem uim obtinet. At hostes, inquit, sumus, nos qui hanc orbis partem incolimus, & uos qui alteram. Res autem hostium ius est abigere, asportare, diripere sine uitio. Verum num & ius est, Paris, apud hostes hospitem agere, & accipere xenia, & humanitate iuuari? Tu scilicet quae tum desiderabas, ea consecutus es. At oportebat, uir egregie, te iam tum initio uitalle domum hominis, quicum tibi inimicitiae intercedebant, ac nequaquam ab hostibus beneficia accipere, neq; contumeliam fieri ijs, quibus cum iam olim, ut tu quidē ais, similitate mutua distidebas. Antum quidem, ut pro tempore commodis amicis utebaris, paulo uero post ut hostibus? Atqui medio quidem tempore nihil a nobis ortum est, quod animum tuum offenderit, neq; quicquā habes quod expostules. Ergo si ab initio nos pro hostibus habebas, quin istud dicebas? Cur aliud tu praeter ferebas, quam habebas in animo? Sin postea mutato animo uisum est nos laedere, dic per Deum, quo nostro merito? Profecto nihil habes quod adferas: sed facinus omnium sceleratissimum, cum animo concepisses, ut hospes quidem ingressus es, discessisti uero tanquam hostis. Deinde fraudem occultans speciosa uocabula maleficis imponis. Verum haud ulli mortalium persuaseris. Qui sic? Non enim uerba natura consentanea sunt. Decet autem ut quae dicuntur, cum natura respondeant. Si cum longis nauibus, cumq; armis relucenti exercitu aduectus Lacedaemonem, si inimicitia palam denunciata, si manum contra tollens, si telo emissio, si arrepta lancea, fecit impetum experiens, uel fortuna, uel uirtute fauente uincere, cepit ciuitatem, corporum portus est, cūq; in praedae partem Helena, celsit; habeat, fruatur. Desipimus nos, qui belli praemia crimen faciamus. Porro autem si omnia pacata, praeseferens classem, apparatus, orationem, uulsum, conuictum, cōsuetudinem, finem intulit longe ab initijs diuersum, sciat multum a furto distare uictoria, a bellica uirtute, arte cōpositam fraudem. Illa enim uirum praestantiorē declarat, haec autem inferiores esse arguit eos, qui dolis asequi conentur, quod uirtute nequeat. Atq; ut inferiorum fortunae

Ab exemplo

A simili

Obiectio

Confutatio

Verisimile

ad eos qui sunt praestantiores transeant, neque ratione fortasse uacat, & belli ius permit-
tit. Verum qui inimicitiam ne fateri quidem sint ausi, eos ultro meliorum fortunas inua-
dere, hoc profecto cum iniuria coniunctum est, & supplicio dignum. Quod igitur indi-
gnissima passi exercitum in agros uestros induximus, neque iniuriae autores, sed ultores,
Partis iuridi- & quod Paridi nihil superest, praeter impudentiam, multis ex rebus perspicuum esse pu-
cialis quasi e- pilogo facto, to. Nos tamen lingua prius quam manibus utimur, idque plurimis de causis. Primum enim
transit ad sua- sorian non statim ad arma ruere, magis autem uerbis experiri, possis ne quod ius est obtinere,
id est profecto homine dignius. Deinde non aequum arbitramur, quae unus peccauit, ho-
rum nomine, ab uniuersis poenam sumere, quod tamen bello constituto necesse est acci-
dere. Non enim ibi uacat infontibus parcere, sed intereat necesse est, quisquis cecide-
rit. Hoc uti ne contingeret, neue quisquam in eas res precipitaretur, quibus grauati nol-
let, non recusamus legatione, & suffragiis controuersiam dirimere. Ad haec autem non
mediocre momentum in rebus bellicis adferre credimus, diuinum fauorem. Hunc uero
uidemus adesse, non ijs qui plus audent, sed qui causa sunt meliore. Eamque ob rem ani-
mo moderantes, a legatione fecimus initium, ut si quidem haec ad finiendam controuer-
siam suffecerit, nulla praeterea res sit opus: sin aliter, diuino auxilio propter causae aequi-
tatem freti, ita demum ad secunda conuertamur. Vtraque igitur considerate, atque con-
ferentes cum disceptatione praelium, cum uerbis arma, simul & ad praesentem felicita-
tem respicientes, & quae ex illis incommoda proficisci soleant, perpendentes, id quod
potius est eligite. Oportet enim, Troiani, in huiusmodi negotio neutiquam indiligen-
ter consultare: cum illud non ignoretis, si semel peccatum sit, non fore uobis iterum de
integro statuendi facultatem. Etenim ante susceptum bellum, integrum est, in illud om-
nino non incidere, atque utiliore consilio praesens incommodum euitare. At simul atque
ad manus uentum est, ipsa sese mala in immensum propagant. Ac finem denique certanti-
bus non moderatae conditiones, sed uictoria imponit. Videte igitur, ne cum in praesen-
tia licet decernere utilia, bellum decernatis, mox autem belli incommodis admoniti, rur-
sum ad consultationem redire cupiatis, cum iam licere desierit. Maxime uero, etiam si
nulla instaret dimicatio, nihilque periculi impenderet, tamen oportebat ipsum per se ius-
tum rectumque sequi. Nam qui hoc sunt animo, illis res solent ex sententia succedere.
Nunc si uere rem reputaueritis, ne si uelitis quidem, liberum sit uobis secus facere. An
non uidetis Achiuorum copias per litus campumque effusas tanto numero, ut capiendae
multitudini, & regio ipsa uideatur angusta? Hi quanquam pluribus ex oppidis delecti
sunt, una tamen omnibus mens est, ad extremum usque iniuria lacessitis adesse ad ultio-
nem. Et tanta quidem sunt animi promptitudine ad rem gerendam, ut nullo iure iuran-
do sit opus: tanta rursum iurisiurandi religione sunt astricti, quanta, uel si nolint, ad graui-
ter agendum queant impelli. Iam quis usque adeo uocors sit, qui non malit citra incommo-
dum ea restituere, quae tamen cum infortunio sit deperisurus? An per Iouem, quod an-
ceps sit euentus bellum? Non per deos, non est ullo modo incertus huius exitus belli: quan-
do ne illud quidem in dubio est, potiusne praemium aequitatis, quam iniquitatis: & an
illam colentes honos, huius uero autores diuersa consequatur. Etenim si de neutro isto-
rum ambigitur, protinus indubitatum est & illud, utrorum melior sit causa, eos in certa-
mine fore superiores. Porro de ijs, qui uobis auxilio futuri sint, auguror enim sic cogita-
re nonnullos, quasi non paucos auxiliatores sitis habituri, illud dico, quod etiam si reli-
quus exercitus omnis in ocio se contineret, uel unus hic Ulysses auxilia uestra in iudi-
brium uerterit, multitudinem ingenio solertiaque reprimens. Haec neque bellum detre-
ctans, neque negotiorum cupiens dixerim. Plurima uero dicere procliue quidem, sed
superuacaneum sit. Nam si his mentem non adhibebitis, nihil retulerit plura dixisse. Te-
stor autem Iouemque hospitalem, cunctosque simul & deos, & daemones, quicumque hac in-
colunt regionem, quod & iniuria priores lacessiti illum appulimus, & nunc
quoque praoptamus uerbis negocium conficere, neque nisi ab
alijs adacti bellum sumus iniuri.

DIXI

QVAE

QVAE DIXERIT MEDEA SVOS MACTATVRA FILIOS.

DECLAMATIO.

VIT & mihi mea ars auxilio, ut accepta contumelia; non tantum angerer, sed
& poenas sumerem. Non amplius rex Iason, non amplius Corinthiorum pot-
estur. Omnes opes subuertit corona, omnia uelum perdidit, omnia conflagra-
runt incendio. Et accedit ad calamitatis cumulum dementiae genus, quod illi
de me nihil etiam subolet. Quid igitur? Sufficere haec putabimus, ac praeterea nihil requi-
remus? Minime gentium, imo superest alia uindicandi ratio, superiore atrocior, nihil egens
beneficij, aut arte clancularia, uerum animo praesenti, uirilique, & dextera quae facinus nul-
lum refugiat. Sunt liberi mortalium omnium impijssimo, & uocatur pater. Hoc e filijs
solatium, una cum ipsa appellatione illi adinamus. Haudquaquam me finit quae iusta sunt
expendere, meorum malorum; tum multitudo, tum magnitudo. Sed rationem ineunt
mihi pro quibus factis quem fructum receperim, omnia ad poenam minora uidentur.
Aetia mihi pater erat, isque Scytharum rex: tum uirginitas & familia egregia, ac multi inter
finitimos proci: denique spes praesentibus bonis potiores. Appulit scelestus iste, neque deos
metuens, neque homines reuerens. Atque erat omnibus malis circumuallatus, & necesse ha-
bebat inuincibilia uincere, tauros ignem efflante. armatam aciem e terra profligentem;
Draconem peruigilem. Ac dignus quidem erat, qui in his omnibus uinceretur, ut isto ca-
dente uictoria penes patrem meum esset potius, quam Aetiae regnum ludibrio haberet
unius nauigij dominus. At ego quicquid est proditorum scelere praecurrens, quicquid
amentium stultitia superans, familiares pro hostibus, hostes familiarium loco habui. Et
contra patriam, ab alienigenis stabam. Porro artem opposui naturae ferarum. Exinctus
est ignis: Fauri iugum duxerunt. Cessit aratro solum longe durissimum. Sopitus appa-
ruit Draco, id quod antea nunquam. Manu tenebam adhuc trementem Iasonem. Ego
porro super haec omnia nauem conscendi, multis magnisque persuasa pollicitationibus,
sacramentis, meis ipsius beneficij. Accepit beneuolentiae meae argumentum & Iol-
cus, ubi rex Pelias inimicus senex, ab ijs quas genuerat disceptus est, iuuentutis spe, ul-
tro se fraudi tradens. Et huiusmodi quidem mea in Iasonem, partim domi, partim in Gra-
tia beneficia extiterunt. Gratia uero cuiusmodi? Corinthum uidit, & Creontis impe-
rium, ac de Glauce audiuit. Caeterum nulla habita ratione eorum quae feceram, uxorem
duxit, quim ex me liberos haberet. Me uia uidit nuptias. Atque illa omnia exciderunt
animo, praeterea imperij cupiditate, mea merita neglecta sunt. Atqui ne ista quidem suffi-
ciebant, insuper expulsa sum, contumelia affecta sum, minis onerata sum. Haec quidem
iustam indignandi causam praebuerunt. Artem uero effugij tantum gratia tenebam, &
hactenus sufficit. Incedamus iam & per reliqua, quae licet eamus. Feri Medea filios,
macta filios Iasonis, uiri scelerati, impij patris, hospitis mali. Ne quid te rerum omnium
reuocet, non natura, non gestatio, non partus recordatio, non nutritio, non uox, non
forma. Plectatur Iason in filijs; hi uero hostium nomine plagam recipiant. Non arripiant
eos cognati Glaucæ, neque iram in illos euomant. Atrox quidem facinus, sed ad prius illud
consequens. Contra naturam impie agemus? At istud olim ausae sumus. Fratris ca-
edes ad liberorum caedem deducit. Eiusdem est & hoc animi, eiusdem dextere. Obsecro
filij, sub ense uenite, hic in uos per me adigendus est. Enim uero si probus ille fuisset,
nihil horum. Bonae formae, bona figura corporum, sed patris imaginem referunt. Id fa-
cit ut occidam libentius. Hij quidem igitur mox faciebunt. Ego uero e sublimi mediocri
aere, scelestum aspiciam. Atque ille, gemens, & nihil non faciens, uociferabitur quidem me
uero nequaquam attinget. Eiusmodi draconum iugo freta uehar. Supra Athenarum ue-
ro urbem ingreditens, inde cruciatum spectabo: Finis.

QVAE DIXERIT ANDROMACHE INTERFECTO
Hectore. Declamatio.

VENIT quod timebam, & uerba mea despiciens Hector ad optima hotta-
tam esse cognouit. Admonueram ut sibi parceret. Ille uero contra, suam salu-
tem uilem habuit. Ergo extinctus est non meis, prohi dii, in manibus, uerum ab
Achille. Quod ille occubuit, hoc est interisse Priamum, Hecubam, fratres, hunc
ipsum

ipsum puellum, me, civitatem omnem. Ille tuebatur Ilium. A quo igitur posthac sequebatur: Interierunt, occiderunt omnia, facta sum mulierum infelicissima. Quanta me felicitate, cuius gustum modo dederat, fortuna spoliavit. Erant mihi in regis pater ac mater, tum fratrum chorus, nitidique ac laeta omnia. Accedebat ad haec aliud maximū omnium, coniūx Hector, bellator insignis. Spectabar, beata dicebar. Et si quis adiens me Andromachen appellabat, cognominis uice adiciebat, imperatoris, uictoris, fortunata. Oportebat igitur in eadem fortuna pariter conferescere. At nō passus est saeuus iste Achilles, quem quidem in meum exitium produxit Thetis, patrē mihi ademit, trucidauit fratres, feruitutem matri iniicit. Deinde restituta est. Ac ne ea quidem superest. Et haec grauius quidem, uerum tu tolerabiles reddebas erumnas Hector, atq; unus praestabas omnia. Et quibus erā orbata, ea rebar adesse per te. Sed occisus es, accepisti uulnus. Nos rapimur, perdimur, instant tristitia. Impendet periculum, imminet iudicium. Videre mihi uideo Troianos caedi, uxores per uim indigne tractari, liberos trahi, uidere ferrū, uidere flammam. Aperta est hostibus Troia, te haud amplius pro portis propugnate. Ah puer, forte prehensum te quispiam hostium, ad turrim adiget. Srenuus erat pater, à te poenas repetent Graeci. Me forsitan occidet alia uis. Atq; in hoc quidē fortunata erimus. At non continget. Seruitus me manet, & famulatus, plagae, & in extremum usq; æui lachryma. Haud etiam scio an uisura sim terram unde nobis hostis iste aduenit. Mox etiam, quod acerbissimum est, concubitum cogar pati eius qui in teremit Hectorem.

Libani Sophistae Declamationum, Finis.

ERASMVVS ROTERODAMI CVM PRIMIS

ERVVITO PETRO AEGIDIO CELEBRATISSIMAE

ciuitatis Antuerpiensis à libellis. S D



VULGARE quidem & crassum istud amicorum genus, Petre amicorum candidissime, quorum ut omnis uita, ita necessitudinis quoque ratio in corporibus sita est: si quando procul seiunctos agere contigerit, annulos, pugnuuculos, pileolos, atq; alia id genus symbolica crebro solent inuicem misitare: uidelicet ne uel consuetudinis intermissione laqueum sciat beneuolentia, uel longa temporum, ac locorum intercapedine profusus emoriatur. Nos uero quibus animorum coniunctione, societateq; studiorum, omnis amicitiae ratio constat, cur non potius animi xeniolis et literatis symbolis identidem alter alterum salutemus? Non quod uillum sit periculum, ne propter interruptam uitae consuetudinem, frigus aliquod obrepat, neue tantis regionum intervallis semota corpora, compulsa ac nexum soluant animorum: qui uel hoc arctius sibi conglutinari solent, quo uastioribus spatijs illa fuerint dirempta: uerum ut si quid ex amicitiae fructu detrudere uideatur absentia, id huiusmodi pignori bus literarijs, non sine scenore sarciamus. Proinde nihil quidem uulgarium xeniorum ad amicum adeo non uulgarē, sed plurimas in uno libello gemmas mitto. Cur enim non sic appellem has *ομοιωσις*, ex opulentissimo summo autorum mundo selectas: Nuper enim dum Aristotelem, Plinium ac Plutarchum locupletandis Adagiorum Chiliadibus relego, dum Anneum Senecam à mendis, quibus ille non contaminatus erat, sed profusus extinctus, repurgo, has obiter annotaui tibi murusculum haudquaquam ingraturum futuras: sic enim augurabar, quod & te perspicerem ad orationis elegantiam natura compositum esse: & intelligerem non nitore modo, sed uniuersam propè sermonis dignitatem à metaphoris proficisci. Nihil autem aliud est *ὑποβολή*, quam Cicero collationem uocat, quam explicata metaphora. Caeterorum ornamentorum singula suam quandam ac peculiarem adferunt gratiam & commoditatem dictioni: metaphora sola cumulatius praestat uniuersa, quam exornationes reliquae singula. Delectare uis: nulla plus habet festiuitatis. Docere studes: non alia probat uel efficit cactus, uel apertius. Flectere paras: nulla plus addit acrimoniam. Studes copiare: nusquam supellex locupletior. Placet Laconismus: nulla plus cogitationi relinquit. Sublimitate affectas: haec quiduis quantumuis attollit. Est quod uelis extenuare: nulla magis deij-

cis

cit. *ὑποβολή* captas ac lucem nulla melius rem ob oculos ponit. Hac ferè conditum adagia, huic gratiam suam debent Apologi, haec commēdat Apophthegmata, huius accessione conduplicatur sententia, adeo ut Solomon ille uir diuinus, bracula sua non alio magis quam parabolarū titulo uoluerit commendari. Tolle metaphorae suppellectilem ex oratoribus, ieiuna erunt omnia. Tolle parabolas e prophetis & euangelicis literis, magnam gratiam partē detraxeris. At fortasse dicet aliquis: Belle hic munus suum ornat uerbi: quasi uero magni sit negotij, similitudines nusquam non obuias adducere: uerū nos non passim obuias sumpsimus, nec lapillos in littore sparsos collegimus: sed exquisitas aliquot gemmas ex abstrusis Musarum thesauris deprompsimus. Neq; enim haec à tonstrinis aut fordidis fori conciliabulis petuntur, quae doctorum aures & oculos morētur. Ab intimis naturae arcantibus, e penitissimis disciplinarum adytis sunt eruenda, ab eloquentium poetarum eruditis fabulis, à nobilium historicorum monumentis. Qua quidem in re, ut duplex est difficultas, ita gemina laus debetur. Primū illud ipsum non nihil est, peruestigasse quod sit egregium. Neq; uero minus est, quod deprehenderit, id concinniter accommodare. Quemadmodum est aliquid, primū insignem reperisse gemmā: deinde nonnulla laus est, repertā apte sceptris aut annulis addidisse. Addam exemplū, quo res fiat dilucidior. Cicuta uenenū est homini, uinum cicuta: quod sic cicuta uinū admisceas, iam uenenum multo praesentius & profusius immedicabile reddis, propterea quod uis & impetus uini, ueneni noxam citius ad uitalia membra perferat. Iam hoc ipsum rem naturae tam abstrusam tenere: nonne pars est eruditionis, nec inelegans, nec iniucunda? Age iam, si quis ad hunc usum accommodet ut dicat, adulationem amicitiae praesentaneum esse uenenum: uerum ei rursum ueneno uenenum esse libertatem admonēdi, quam Graeci uocant *ὑποβολή*: quod si libertatem prius inficias, & ita commisceas cum adulatione, ut tum maxime aduleris amico, cum maxime uideris obiurgare, iam immedicabile malum esse: nullane hic ingenij laus esse uidebitur? Nō mediocriter opinor: neq; uelim tam men aucupari gratiam, ubi nihil promerear. Quibus hic titulus praefertur ex Aristotele, Plinioq; in his mea est collationis inuentio. Porro quae ex Plutarcho, Senecaeq; desumpta testatur inscriptio, in his nihil mihi uindico, praeter colligendi explicandiq; labore, & si quid laudis meretur comoda breuitas. Neq; uero me clam est, quantum similitum pelagus possit e rerum omnium naturis, e tot disciplinis, e tot poetis, e tot historiographis, e tot oratoribus aggregari. Verum quae demētia sit, quod infinitum est, uelle persequi? Gustum duntaxat dare uoluimus, ut ingenia iuuenū ad his similia conquirenda excitarem. E Plutarcho complura recensuimus, partim quod is autor Graecus est, partim quod in hoc genere sic excellit, ut cum hoc nemo uel eloquentissimorum iure conferri queat. E Seneca, quoniam in eo tum aliud agentes uersabamur, non ita multa decerpimus. Non alienum fuerit, hunc libellum Adagij, aut si mauis, Copiae commētarijs, ceu coronidem adiungere, quod cum illis plurimum habeat affinitatis, & ad hanc uel in primis faciat. Epithalamium tuum, quo minus & absolutum sit & editum, famulus meus in causa fuit, qui Louanij me quidem imprudente, reliquit exemplum. Bene uale. Basileae: Anno à Christo nato M D XIII Idibus Octobrij.

PARABOLAE SIVE SIMILIA

EX PLVTARCHI MORALIBVS.



Vi adhortantur, & excitant ad philosophiam, nec docent nec tradunt eam: perinde faciunt, ut ij qui praemungunt lucernam, nec infundunt oleum.

Ut quibus domi nihil est boni, in foro plerunque uersantur, & obambulant: Sic quidam, quia nihil habeant quod priuatim agant, ad publica administranda conferunt sese.

Ut qui animi causa nauim ingreditur, ut spectet, aut in ea inambulet: deinde repete soluta, atq; in altum reuulsa, nauifrans ac uomens frustra foras prospiciat: Sic qui leuiter, & quasi lusus gratia attingunt Remp. sed à semel suscepta non possunt sese explicare, negotiorum undis secum hominem & inuitum trahentibus;

Ut qui

Vt ferrū si nō utaris, obducitur rubigine: Sic animi vigor, nisi negocijs tractādis exer-
 Qui simul & Rempub. tractat, & artē exercet sedentariā, perinde facit, atq; ille (ceas,
 qui mulierem ingenuā ac probā, detracta stola, datōq; precinctorio, in officina detineat.
 Vt Herculem parum decebat, exuto leōnis exuuiō, uestis Milesia, cum seruiret Om-
 phalæ: Sic parum decorum ciuili uiro, deposita quam gessit persona, ad ociofam, ac uo-
 luptariam uitam se conferre.

Ignis semel accensus facile seruatur, extinctus haud facile redaccenditur: Ita famam
 tueri facile est, extinctam non facile est restituere.

Deliacum nauigium, dum subinde farcitur, & re cōcinnatur, ueluti perpetuū in multa
 secula redditur. Sic famæ semper aliquid adijciendum, ne collabatur.

Canis ignotos allatrat, erga notos mitior, secundum Heraclitum: Sic inuidia nouos ho-
 mines, & nuper euectos potissimum infestat, in notos iam mitior.

Flammam primum emicantem multus comitatur fumus: qui quidem euanescit, iam
 inualecente & explicante se flamma: Sic res egregias aggrediētem initio multa premū
 inuidia, donec aucta gloria inuidiæ fumum discutiāt, Nam fumus gloriæ inuidia est.

Vt stultus qui aduersis uentis & undis nauigat, orta tranquillitate portum petit: Sic
 qui tum negociū relinquit, cum diu iam cum inuidia luctatus, deinceps citra inuidiam
 uiuere possit.

Vt difficillimum ac periculosum est annosas arbores, quæ iam late sparsere radices,
 reuellere loco, & aliō transplantare: Ita Remp. longo tempore suis inueteratam institur-
 tis, ad aliam uitæ rationem traducere non licet citra maximos rerum motus.

Vt ferrum, aut æs usu splendet: Sic exercendis negocijs enitescit animi uigor.

Vt gaudent, qui à furiosis dominis aufugerunt: Sic gaudere debent senes, qui ætatis
 beneficio libidine non infestantur.

Ibin aiunt, ubi consenuit, iamq; quod erat turbidum, expirat, magis aromaticæ ole-
 re. Sic gloria senum tranquillior, & consilia sedatiora.

Vt aqua uino admixta, reddit illud moderatius, & sobriæ nymphæ deū temulentum
 compefcunt: Sic in Remp. senes admixti, iuuenum temeritatem & ambitionem reuer-
 rentia sui reddunt moderatorem.

Vt in scena *ἄποφύγινα* tantum ostenditur, nec loquens quicquā, nec agens: Sic prin-
 ceps, qui uestitu, & titulo tantum principem agit, nihil autem curat eorū, quæ uere sunt
 principum officia.

Vt arcus tensus rumpitur, sic animus remissus frangitur.

Mixtum Vt cantor senex non omittit artē, nec abiicit lyram, sed leuiores sequitur harmonias,
 & uocis fugitat contentionem, iuuenibus aptiorem: Sic in senectute non oportet à Re-
 pub. prorsus desistere, sed eligere negocia remissiora, quæ conueniant ætati.

Dissimile Athletæ abstinēt à laborib. necessarijs, ut in nō necessarijs ualeāt, nobis cōtra faciēdū.
 Qui equos domant, primum blandiuntur, ac molliſſime tractant, ut assueſcāt freno:
 Sic populus lenitate subeundus.

Vestalibus tempus erat præstitutum: primum, in quo discerent: Alterum, in quo exer-
 cerent: Tertium, in quo docerent. Idem fiebat in sacerdotibus Ephesiæ Dianæ. Itidē fa-
 ciendum ijs, qui Rempub. gerunt.

Dissimile Arbores inuidiæ, uetulaq; subnascētes arbusculas umbra sua premūt, nec sinūt efflo-
 scere. Nō sic faciendū seniorib. magistratibus, sed inuitādī potius, & adiuuādī iuuenes.

Remedia statim mordent uel offendunt, postea conferunt salutem & uoluptatem: Ita
 salubria monita initio sunt nonnihil amara, postea correctio iucundissima.

Infantia alendi equos, non consequitur lenticulam, sed arua frumentifera: Sic adulatio
 non infestat pauperes, atque humiles, sed magnarum familiarum ac fortunarum ruina
 morbusq; est.

Pediculi corpora exanima deserunt, utpote defecta sanguine quo alebantur: Sic adu-
 latores rebus prosperis ac feracibus adsunt, aridas & steriles non attingunt.

Vt nummum exploras, num sit adulterinus, priusquam eo sit opus: Sic amicus pro-
 bandus antequam eo sit opus.

Vt qui prægustando letale uenenum, in exitium conijciunt sese: Sic qui amicum ad-
 mittis

mittis, priusquam cognouerit, suo malo discit qualis sit.

Vt ignis omnium condimentoꝝ est suauissimum, uelut inquit Euenus: ita amicitia
 omnem uitam condulcat, si admisceatur.

Vt adulterina splendorem ac nitorem tantum auri imitantur: Sic adulator gratiā, ob-
 sequium & hilaritatem amici.

Vt syluestria femina, quæ spacio ac magnitudine accedunt ad triticum, haud facile re-
 purgantur, nam per angusta foramina non excidunt, per ampla simul excidunt: Sic adu-
 latio, quæ amicitiam imitatur, non facile ab amicitia rejicitur ac separatur.

Obſoniorum egregij artifices cōdimentis nonnihil aulteri admiscēt, quo dulcedinis
 tollant fatietatem: Sic adultores fictam quandam libertatem ac seueritatem admiscēt,
 ut nunquam magis adulentur, quam cum uidentur obiurgare ac libere loqui.

Vt difficile deprehenduntur bestia, quæ ad loci similitudinem mutant colorem: Sic
 eos assentatores haud facile deprehēdas, qui ad omne uitæ institutum omnesq; affectus
 sese accommodant.

Qui alunt beluam, primum accommodāt se illius ingenio, & animaduertunt quibus
 rebus offēdatur aut placetur, donec assuefacta fiat tractabilis: Sic adulator omnibus ami-
 cistudijs & affectibus sese accommodat.

Vt præterfluens aqua nullo certo colore est, sed semper refert colorem subiecti solis:
 Ita adulator sui dissimilis est, pro re nata sese adaptans.

Simia dum hominē imitari conatur, sepe capitur: Ast adulator idē faciēs, alios capit et

Vt Circes poculis homines subito transformabatur in feras: sic affectus re- (allicit, *Dissimile*
 pente alium reddunt hominē.

Vt speculum quicquid obijcitur imitatur: Sic adulator.

Vt umbra quicquid agas, respōdet & adest: Sic adulator quoquo te uertas sequitur.

Chamaeleon omnem imitatur colorem præterquam album: Sic adulator in turpibus
 nihil non imitatur, solum quod honestum est, imitari non potest.

Vt imperiti pictores, cum pulchra non queant assequi, rugis & uerrucis exprimūt si-
 militudines: Sic adulator refert, in temperantiam, iracundiam amici.

Bene olet unguentum, bene olet & pharmacum: uerum illud ad nihil utile, nisi ut de-
 lectet, hoc præter odorem maiorem habet utilitatem: Sic adulator tantum iucundus, ami-
 cus etiam utilis & necessarius.

Pictura colores habet iucundos, sunt & pharmaca grati coloris: Sic amicus ideo de-
 lectat, ut uiuet, adulator tantum delectat.

Medicus si res postulet, aliquando crocum & nardum iniicit, & lauat suauiter, & pa-
 scit humaniter: Sic amicus aliquando blandus est.

Quidam tauris œstrum, canibus crotonem in aures immittunt: Sic adulator in aurem
 admittit, haud facile excutitur, sed transuersum agit quod lubet.

Pictores illustrant lucida appositis umbris & obscuris: Sic adulator laudans diuersa
 uitia in alijs in amico nutrit ac fouet quæ adsunt.

Vt oratores aliquoties aliam personā loquentē faciūt uel fidei causa, uel ut inuidiam
 fugiant: Sic adulator narrat, quæ ab alijs de amico audierit, etiam si non audijt.

Palæstritæ corpus humiliant, ut alios deſiciant: Ita quidam seipsos uituperant, ut ui-
 deantur admirari familiares.

Vt pictura est tacita poesis: Ita silentio quoq; laudat adulator, nempe uultu nutuq; &
 obsequijs.

Vt qui uenātur, facilius fallunt feras, si aliud agentes, hoc est, iter facientes, aut agrico-
 lantes, id faciant: Ita maxime laudat adulator, cum non apparet eum laudare.

Si ager laudando redderetur fertilior, non minus laudandus esset quam arandus aut
 stercoreandus: Sic amicus si redditur laude melior, expedit aliquando laudare: sin minus,
 quorū pertinet inutilis palpatio.

Vt Patroclus, in bellum proditurus, reliqua quidem Achillis arma sibi sumpsit, solam
 hastam, ut grauem ac præualidam nō attigit: Ita adulator omnia ueri amici symbola imi-
 tatur, præter solam admonendi libertatem.

In Menandri comœdia inducitur falsus Hercules, clauam gestans, non robustam, sed

inanem ac leuem: Sic adulatoris libertas mollis est & blanda.

Vt puluinarum mulierum quanquam uidentur reniti, ac resistere capitibus, cedunt magis & accommodant sese: Sic libertas adulatoris tumet quidem, sed in se recipit inclinatem.

Vt mel exulcerata mordet ac purgat, alioquin utile & dulce: Sic amici libertas non mordet, nisi si quid est uitiosum & corrigendum.

Qui in leuibus nugis obiurgat amicum, in grauius rebus tacet, idem facit quod alii ptes, sine athleta inebriari & libidinari, circa lecythum duntaxat difficilis ac morosus.

Item quasi praceptor puerum de stilo ac tabula obiurget, barbarissimum aut solocissimum committentem dissimulet.

Item quasi malus orator, nihil ad argumenta respondens: uocem aut codicillos indiligenter scriptos calumniatur.

Item perinde ac si quis hominis tuberibus ac fistulis laborantis, medici similio pilos & ungues fecerit: Ita adulator libertate utitur in his, in quibus non est opus.

Vt si quis merum, alioqui conferens aduersus cicutam, admisceat illi, uenenum reddit immedicabile, quod calore uim ueneni pro tenus deuehat ad cor: Ita adulator, intelligens libertatem esse remedium aduersus adulationem, eam ipsam adulationi admisceat, quo magis sit noxia.

Vt si medicus dat operam, quo sanitatem tueatur & augeat: Ita facit amicus, at adulator ulcerosas titillat partes.

Sunt cibaria, quae neque sanguini conferunt, neque spiritibus, neque nervis, neque medullis: sed pudenda tantum mouent, uentrem inflant, corpus turgidum reddunt: Talis est adulatoris oratio, uitiosa tantum auget, & irritat, alioquin infrugifera.

Vbi corpus uitiosum inflatum humoribus, ibi adsunt bubones: Sic ubi irascitur, amat, odit amicus, id premit adulator.

Vt tragicidarum histrionibus choro opus & amicis concinētibus, theatrorum applaudente: Sic qui gaudent adulatoribus, nihil agunt nisi sint qui applaudant.

Quemadmodum iuxta mathematicos superficies & lineae nec inflectuntur, nec producantur, neque mouentur per se, cum res sint intelligibiles, sed inflectuntur, producantur & migrant pariter cum ipsis corporibus: Ita adulator suo prope affectu non mouetur, sed cum irato amico irascitur, cum gaudente ridet.

Animal in intimis uires habet maxime proprias: Sic amicus nihil ostendit, sed tum corat, cum maxime iuuat.

Vt medicus & non sentientem sanat: Sic amicus etiam si ignoretur, amicum iuuat.

Vt mala pictura, fractis uestibus, rugis & angulis rem representat: Sic adulator sudoribus, clamoribus amicum imitatur, nihil exhibens syncerum.

Simia cum nec domum possit seruare more canis, nec onera gerere quemadmodum equus, nec arare sicuti boues, parasitatur ac risum mouet: Sic adulator cum in serijs ac grauius rebus nesciat esse usui, uoluptatum minister est.

Quidam male pinxerat gallos gallinaceos, iussitque puero, ut ueros gallinaceos procul abigeret a tabula, ne collatione deprehenderetur: Sic adulator ueros amicos pro uiribus abigit, ne ex illorum comparatione deprehendatur fictus amicus.

Pharmacum non adhibetur in loco, dolet absque fructu: Sic obiurgatio non ut debet admodum. Atque idem facit amicus cum molestia, quod adulator cum uoluptate. Ledit enim uterque.

Qui lignum ob imperitiam rectum facere nesciunt, distorquent in diuersam partem: Sic quidam fuga uitij in aliud uitium incidunt grauius.

Vt medico carnem secante, manus concinnitatem quandam & elegantiam seruat, abest autem saltatoria gesticulatio: Ita libertas admittit urbanitatem, seruat grauitatem. Adulator risibus, scurrilibusque iocis libertatem, uelut malis condimentis edulcat.

Ignauis canes apud mensam audent, in uenatu minime: Sic ingenerosum est, cum sobrius libere loqui non audeas, inter pocula id facere.

Aqua delabitur ubicunque cauum ac decliuem locum reperit: Sic adulator uehementer urget, si quid lapsus est amicus.

Vt pituita paulatim collecta, tum maxime apparet ac uincit, cum natura uincitur: Sic quidam amici potentes admonere non audent, nisi labantur, sed simulatque commutata fortunae

fortunae aura sunt humiles facti, tum obiurgant.

Sanus fert se exprobres intemperantiam, libidinem, luxum, eadem non ferret aegrotans: Sic admonendus amicus cum deserit irasci, aut amare.

Nutrices pueros lapsos non obiurgant ac puniunt, sed accurrentes erigunt, deinde obiurgant: Sic amicus cum affligitur adiuuandus est & erigendus, postea monendus, & obiurgandus, quod pro uitio in eam calamitatem incidit.

Vt rupturae & spasmata, tum demum mouentur, cum corpus aliquo malo corripitur: Sic amici non ingenui felicibus adulantur, lapsos obiurgant, & illorum infortunio fruuntur.

Oculo lippientem non est ad mouendum lumen: Nec animus affectu laborans, admittit grauem admonitionem, sed admiscenda laus est, ac sic medendum.

Qui in rebus leuiculis acriter obiurgat amicum perinde facit, ac si medicus amarum & acre pharmacum ac sumptuosum in leuissimis morbis passim admoueat.

Veluti si qui laborat hepatis uitio, medico ostendat ungues exulceratos, inepte faciat: Ita qui grauius laborans malis, de nugis consulat amicum.

Ferrum prius calore solutum ac mollium, postea frigida durefcit ac solidatur aqua: Sic amicus prius laude delinquitus, mox libere admonebitur.

Vt bonus medicus in uultu morbo mederi somno ciborum, quam scamonio, aut castorio: Sic amicus, pater, praceptor, magis studet laude corrigere, quam obiurgatione si liceat.

Quemadmodum medicus ubi secuit carnem, non statim deserit secum, sed rigat ac lenit: Sic qui acrius obiurgauit, debet reliqua uitae consuetudine lenire eam molestiam.

Vt statuarij primum ictibus incidunt lapidem, postea poliunt atque aequant: Sic amicus obiurgationem lenitate mitigabit.

Vt custos assidens puero, cauet & admonet, ne quid peccet: Sic ratio semper animo praesens, non sinit usquam labi aut peccare.

Vt imperiti statuarij pulchram existimant statuam, quae sit ualidissima mole: Sic reges nonnulli fastu & asperitate se egregios principes uideri putant.

Vt Colossi foris insignes, deum aliquem repraesentant, intus pleni luto, clauis, sordibus: Ita rex purpura, equis, auro, satellitio magnificus, in animo nihil habet, praeter sordidos affectus & incertiam.

Statuae magnitudine moleque sua librantur, & consistunt: at reges stulti subuertuntur. Regula primum recta sit oportet, deinde quae applicentur corrigat: Ita princeps, primum ipse uitij careat necesse est, deinde alijs leges praescribat.

Vt lapsus non potest erigere lapsum: Ita malus & stultus princeps non potest emendare populum.

Vt deus in coelo pulcherrimum ac iucundissimum sui simulacrum constituit solem: Sic in republica principem, qui prudentia, iustitia, benignitate se erga omnes repraesentet.

Vt deus irascitur, qui fulmen ac tonitru imitantur, eosque in tartara praecipitat, ut Salomoneum: Sic superbis & elatis indignatur, qui magnitudinem aemulantur; non expriment bonitatem.

Vt canes ouium custodes excubias agunt, non sibi timentes, sed ouibus: Ita rex non tam sibi debet timere, quam populo.

Sol iucundissimus est his, qui ipsum possunt intueri: Ita princeps his qui amant iustitiam.

Vt in magna tempestate, ualidissimo clauo, optimo gubernatore, plurimis futuris opus est: Ita magnas & turbulentas res administranti summa opus est sapientia.

Vt in malis somnijs nonnulla turbat animum agritudo, sed praeterea nihil efficiunt: Sic mali, sed impotentes non admodum laedunt.

Quemadmodum fulgur prius emicat, quam audiatur tonitru, quod sonitus auribus excipitur, lumini uisus occurrat, & sanguis prius apparet quam uulnus: Sic princeps aliquando prius condemnat quam redarguatur delator.

In magno fluctu non siltitur nauis, nisi pondus anchorae retineat alto infixae uado: Sic in magnis rerum procellis, summa ratio debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur.

Sol cum maxime tollitur in altum, arduus ad polum septentrionalem, tum minimum mouetur: Ita quo maior est potestas, hoc magis coherenda est animi temeritas.

Qui morbo comitiali sunt obnoxij, frigore deprehenduntur. Nam illico capitis uertigine

gine laborat. At indoctos si paululum euexerit fortuna, protinus arguit cuiusmodi sint.
 Vt non queas cognoscere uas integrum sit, nec ne, nisi liquorem infuderis: Sic nec hominem, nisi imperium commiseris.

Vt medicus libentius sanat oculum, qui pro multis uidet, multosq; custodit: Sic philosophus libentius principis animum instruet, qui pro multis sollicitus est.

Non fodit puteos, qui fontes habet, aut nouit: Sic non petit aliunde quaecumq; consilium, qui ipse didicit philosophiam.

Ixion lunonem amans, in nubem incidit: Sic quidam dum ueram expetunt amicitiam, uulgarem ac falsam amplectuntur.

Inter Agathallos, & Acanthylides tantum est odium, ut si sanguis eorum ui miscatur, continuo separent se rursus, ac dissiliant: Sic inter patritios & plebem, etiam si quando pro rerum usu coniunguntur, durat tamen usq; odium naturale.

Vt cantharides maxime laeto tritico innaſcuntur, & roſis florentibus: Sic inuidia maxime comitatur eos, qui uirtute florent.

Vt si folium inueniat hominis uertici, aut prorsum tollit umbram, aut minimam reddit: Sic ingens gloria extinguit inuidiam.

Vbi nullum lumen, ibi nulla umbra: Ita ubi nulla felicitas, ibi nulla inuidia.

Qui inuidet amicorum felicitati, nolunt eos prorsus subuerti, sed tamen grauatur illorum excellentia: ut qui uicini domum nolint omnino demoliri, sed satis habent, si detrahatur quod obscurat proximas.

Vt unguentum non solum delectat olfactum, uerum etiam remedio est aduersus malevolentiam: Sic in malis honorum memoria consolatur.

Vt semel admissum intro hospitium, non facile expellas: Ita lucrum receptum tua sponte non possis cum uelis depellere.

Dissimile Qui sippiunt aut alioqui laborant oculis, non sinunt alios admoliri manum: At qui luigent, quibusuis sese tractandos exhibent, ut malum quo laborant, exacerbetur.

Vt inuestis conducit, si se ad lucem conferant e tenebris: Ita lugubus, si a tristibus cogitationem ad laeta transferant.

Quidam Homeri uersus acephalos, id est capite diminutos, & uersus, id est cauda diminutos excerpunt, tam multa integra pulcherrimaq; praetermittentes: Idem faciunt qui de paucis uitae malis queruntur, dissimulatis tot commoditatibus.

Auari cum multa congerant, non fruuntur praesentibus, sublata deplorant: Sic qui luigent extinctos, uiuis non fruuntur.

Vt auis capta, si diutius alatur in carcere, etiam si dimittatur, studet eò redire: Sic animus diu uersatus in hoc corpore, non facile reuellitur: At puerorum animus subetius euolat.

Quemadmodum igni si extinciam subito facem admoueas, statim redaccenditur: Sic animus si statim euolet a corpore, facile redit in suam naturam.

Vt uestes uidentur addere calorem homini, cum per se sint frigidae, non addunt autem, sed eum qui est in corpore uentur: Sic opes uidentur dare iucundam uitam, cum ea proficiscatur ab animo, non a rebus externis.

Vt qui febre laborant, e diuersis diuersa capiunt, hoc est e calidis frigescunt, e frigidis caleſcunt: Sic & diuitiae molestia adferunt stultis, & paupertas gaudium sapienti.

Vt fonti non deest humor, semper ex eo scatens: Sic probo uiro semper adest gaudium, etiam si res externae mutantur.

Vt honoratior est domus, si luceat ignis, quemadmodum inquit Homerus: Sic fortuna commoda splendidiora, iucundioraq; si animi gaudio condecorentur.

Vt aromata pannos, ac laceras uestes, odoratas reddunt, contra byſſus sudore infecta male olet: Sic quae uis uita iucunda, si uirtus accesserit: contra malitia etiam quae splendida uidentur, molesta reddit & intoleranda.

Quidam in foro felices uidentur, domi moribus uxorū cruciantur: Sic diuites foris felices apparent, intus malicia noctes diesq; discruciat.

A praua uxore facile diuortium feceris, malicia uisceribus infidet, nec potes illi repudiare.

Dissimile Vt ij quos dolentes sopor occuparit, tristia somniant: Ita qui inuidia, su- (scribere. perſitione, auaricia laborant.

Vt

Vt uxor mala foris ob pudorem est modestior, domi sui similis est: Sic malicia apud alios premit sese, in fomnis aperit. Nam tum incestat matrem, aut fororem, aut ueneno tollit amicum.

Vt corpus non est capax uoluptatum, nisi bene temperatum: Ita animus non capit ueram uoluptatem, nisi liber metu, ac caeteris affectibus.

Quemadmodum agricola syluestribus securim aut ignem admouet, ac funditus extirpat: uineas uero, atq; oleas amputat cautim ac circumspecte, ne forte superuacua refecās, laedat & id quod sanum est: Sic philosophus ex animo iuuenum libidinem, auaricia, inuidiam, penitus reuellet. Caeterum pudorem immodicum cautim emendabit, ne simul omnem euellat uerecundiam.

Nutrices saepius extergentes fordes puerorum, aliquando carnem euellunt: Ita dum quaedam uitia nimis anxie conamur emendare, laedimus.

Vt qui demoliuntur aedes templis uicinas, quae contigua sunt ea sinunt, ne quid fieri quoque demoliantur: Sic quaedam uitia caute sunt corrigenda, quae cum uirtutibus proxime cohaerent.

Vt locus supinus ac mollis nihil expellit quod inciderit, nec potest auertere: Sic animus uitiosa praeditus uerecundia nulli peruius est, nisi turpibus affectibus.

Vt qui lucernam non ferunt, multo minus ferrent solem: Sic qui medio cribus rebus perturbantur, multo magis obstupescunt in magnis.

Vt amphorae facile circumaguntur auribus: Ita quidam quouis sermone huc aut illuc impelluntur.

Viator qui semel in saxum impegit, aut gubernator in rupem, non solum horret eadem, uerum etiam similia: Sic qui uitium agnoscit suum, etiam a consimilibus cauebit.

Vt manus eadem in uarios dissecta digitos: Sic multorum charitas, eos unum reddit, discretos tamen.

Vt in corpore ex humidi, frigidi, calidi, sicci temperatura, optima fit constitutio: Sic ex fratrum concordia maxime floret genus.

Vt morbus in corpore non admittente quod proprium est, multarum noxiarum & absurdarum rerum gignit appetentiam: Ita calumnia suspitioq; aduersus cognatos & domesticos, malas & noxias aliorum necessitudines inducit.

Qui reiectis cognatis, peregrinos asciscit amicos, perinde facit ac si quis amputato pede carneo, ligneum pedem addat.

Vt infanti, qui fratris imaginem ueneretur, corpus pulset ac uerberet: Ita stultum sit amare in adoptiuo nomen, uerum fratrem abdicare, aut odisse.

Vt quae glutino commissa sunt, si soluantur, facile reglutinantur: at si corpus rumpatur, haud facile coit: Sic inter alios amicitia dirupta facile coit, in fratribus, semel dirupta, aut non coit, aut cicatricosa coit.

Armis perditis aut instrumentis, licet alia parare, corpus aliud parare non queas: Sic amicos alios inuenies, fratres non item.

Ex eadem materia prima natura sunt elementa inter se diuersissima pugnantissimaq;: Sic aliquoties ex iisdem parentibus nascuntur fratres ingenijs dissimillimi.

Subduc materiam, extinguetur ignis: subduc occasionem, coquiescit odium siue inuidia.

Vt ciuiles seditiones rectius in hostes transferimus: Sic rectius inuidemus alienis, q; fratribus: etiam si sit optimum, omnino non inuidere.

Vt in bilance, altera surgente, altera cedit ac deprimitur: Ita frater euecto ad maiora fratri cedere debet, submittens sese, non repugnans.

Vt in numeris minores additi maioribus eos multiplicant, & uicissim multiplicatur ipsi: Sic frater obseruiens fratri euecto ad honores, & auget illius dignitatem, & uicissim ornatur illius splendore.

Vt in digitis, etiam qui scribere, aut canere nesciunt, tamen una cum illis mouentur, & obsequuntur: Sic fratres fratribus magistratum administrantibus adesse conuenit.

Vt feris bellum est cum ijs quae iisdem aluntur, cum caeteris pacem agunt: Sic inuidia et emulatio inter eiusdem artis professores. Nam pugili cum cursore conuenit.

Vt conuenit amanti bus diuersas amicas, in eandem depereuntibus male conuenit:

R 4 Sic

Sic dissident qui eadem ex re gloriam affectant.

Disimile Qui diuersam ingrediuntur viam, non possunt sibi mutuo prodesse: at qui diuersam ratione utuntur, adiungunt inuidiam, ac magis sibi inuicem sunt auxilio.

Vt macula statim eluenda ne inhaerescat, & difficilius eximatur: Ita dissensio fratrum ilico tollenda, ne gignat odium.

Vt si buboni accedat febris, nihil est periculi: uerum si sublato illo tamē morbus perfeueret, uidetur altius egisse radices: Sic fratrum dissensio, quae cessat lite finita, causae erat, non ipsorum: at si manet etiam dum negotio confecto, iam negotium praetextus erat, non causa, sed exulceratus animus in causa fuit.

Vt aqua in locos hiantes ac diductos influit, ac magis eos diuellit: Ita quidam fricant fratrum dissidia.

Vt amici detestantur saxum, aut canem incurrentem qui eos dirimat: Sic execrari debent homines caninos, qui maledicentia sua dirimunt necessitudinem, mutuamque beneuolentiam.

Castiteros, id est, stannum aut plumbum album, aes ruptum ferrum inat, utrunque cōtingens propter affinitatem quam habet cum utroque: Ita amicus amicitia ac beneuolentiam disruptam reconciliare debet, utriusque sese accommodans ex aequo.

Vt non impletur uas quod semper effundit, nihil accipit: Ita non accipit sapientiam, qui semper loquitur, nunquam auiscultat.

Erat porticus in Olympiā, quam Septiuocam uocant, quod pro una uoce multas redderet: Ita locutules quidam, uel uno prouocati uerbo sermonem immensum referunt.

Vascula inania maxime tinnunt: Ita quibus minimū inest mētis, hi sunt loquacissimi. Atum semen quod statim effunditur, inutile esse ad genituram: Ita sermo garrulorum ad nihil conducit.

Vt aedium ostio carentium, & crumenarum absque uinculis nulla est utilitas: Ita multo magis oris claustro carentis, nullus est usus.

Vt triticum in clusum in uase, mensura auctum inuenitur, sed uitiatum: Sic garrulus accepto sermone semper addit, & maiorem reddit, sed fide iam carentem.

Qui abigat homines cesto ueneris, a uenere uideatur alienus: Sic qui oratione motus est, & reddit inimicos, a multis est alienus, & utendi ignarus. Quandoquidem oratio ad conciliandos homines est reperta.

Vt montas non exit suum finem, sed semper in uno manet, unde & nomē habet. Dyas autem initium differentiae infinitum, protinus enim per se duplicatur ad multitudinem: Ita sermo donec apud uisum manet, uere arcarius est & secretus: quod si ad alterum transierit, iam spargitur in famam.

Vt procliuē non est auem ē manu amissam recipere aut cohibere: Ita nec dictum semel ab ore profectum, propterea quod ab alijs uolat ad alios.

Disimile Non ut nauem arreptam fluctibus, ancora licet sistere: Ita uerbum ē portu uelut in altum emissum.

Vt uas experiamur, aquam non uinum infundimus: Ita friuolum quiddam aliquando committendum amicis: quo silentij fidem experiamur, ut si effusant, nihil sit periculi.

Vt puer glaciem nec retinere potest, nec uult amittere: Ita garrulus nec tacere potest quod accepit, nec potest obliuisci.

Iaculos & uiperas proprij rumpit foetus: Sic garrulus uel cū sua pnicie, pmit arcana: Aegroti ob odium amari & graue olentis pharmaci, ipsum etiam cyathum oderunt: Sic qui tristitia nunciant, & ipsi habentur inuisi.

Vt pars corporis uitiata, attrahit etiam a uicinis uitiosos humores: Sic garruli lingua semper ardens & inflammata, secretorum aliquid undique colligit ad sese.

Vt rupes obijcit flumini ne se effundat: Ita ratio linguae obijceda, ne temere diffuat.

Grues cum ex Cilicia deuolant, lapillos in os sumunt, atque ita Taurum montem aquilis plenum tuto transuolant, idque noctu, ne uox prodar: Ita tutissimum ubique silentium.

Vt egregius artifex iaculandi statim scopum petit: Ita sapiens, qui pauca loquitur, sed ad rem. Celtiberi ita ferrum temperant ac durant, ut in fossa in terram quod est terreum auferatur ac repurgetur: Sic Laconicus sermo sublato superuacui sit penetrantior.

Vt

Vt singula haestilia facile frangas, coniuncta non possis: Ita dissidentes facile superantur, concordēs haud facile.

Non idem finis sermonis qui cursus, iuxta Sophoclem: nam illic uincit qui preuenit, hic qui magis ad rem dixit, non qui celerius: imo uincit saepe, qui posterior dicit.

Qui alijs interrogatis, ipsi praecripiunt responsionem: Perinde faciunt ac si quem ab alio uolentem osculari, priores occupent.

Vt ubi dolet, ibi manum habemus: Ita si quid delectat, ibi linguam habemus, id est, libenter eius rei facimus mentionem.

Vt canes, si iram effuderint in lapidē aut saxum, mitiores sunt erga homines: Sic qui bilem in alienos euomerit, placidior est erga suos.

Qui de natura queritur, quod quaedam genuerit homini noxia, dissimulatis tot bonis: Perinde facit ac si quis Nilum calumniatur alioqui frugiferum Aegypto, quod crocodilum habeat aut aspidem: nec postea uelit frui prognatis frugibus, sed tantum queratur de uenenis quae nutrit. Aut si quis in copiosa oratoris oratione, quae multis exuberet uirtutibus, de pauculis uoculis temere elapsis cauilletur.

Plato uetat aquam a uicinis petere, nisi prius domi foderis usque ad terram, quam Ceramitidem uocant, repereris: non esse spem uenae: Ita prius excutiendum, ut parsimonia, aliaue uia tibi suppedites, priusquam a mensarijs pecuniam mutuam petas.

Templum Ephesiae Dianae tutos reddebat obaeratos a creditoribus: At multo magis frugalitas & parsimonia praebet asylum.

Lepus simul parit, & aliud alit, & rursum superfoetat: Ita foenerator. Sic aes alienum, priusquam conceperit, parit. Nam dantes statim petunt, & ponentes tollunt & foenerant, quod pro foenore accipiunt.

Vt ignis inualefcens, alia post alia corrumpit. Sic usura.

Vt equus semel accepto freno, sessorem alium post alium fert: Sic qui semel inciderit in aes alienum, nunquam explicatur.

Qui in lutum inciderit, eum oportet aut surgere, aut manere: nam si se uoluat, magis etiam inquinatur: Sic qui rem habet cum foeneratoribus.

Cholerici qui purgari nolunt sub tempus, collecta in dies maiore bile, postea grauiter discruciantur: Sic qui sinunt foenus ac crescere, cum adest dies, grauiter e capite laborat.

Qui dicunt, carebo domo, carebo famulitio ne debeam: Perinde faciunt ac si hydropticus dicat medico, ego gracilis fiam & inanis: nam nihil refert quae gracilis sit, modo sanus.

Vt pedem aut manum, si computruerit, data mercede rescamur: Ita domus aut famulicium abijciendum, ut liberemur aere alieno, hoc est, ut liberi fiamus.

Vt in calamitatibus firmissimi, atque optimi amici adfunt utiliter: Sic & sermōes optimi.

Vt nandi imperiti, dum uolunt succurrere ijs, qui praefocantur, ac merguntur, una cum illis merguntur, & nocent magis quam profunt: Sic amici qui in rebus aduersis tantum collachrymant amico.

Non quemadmodum in tragœdijs: ita nobis in calamitatibus opus est, qui comploret, & collachrymet.

Corpus oneris pondere premitur: at animus ex sese saepenumero pondus addit rebus.

Quae natura sunt amara, his admixtis quibusdam dulcibus gratiam addimus: Ita res etiam tristes ratione sunt alleuandae.

Vt Cochleae semper domum suam secum circumferunt: Ita quidam horret peregrinas regiones.

Vt pueris cum terrentur personis, damus eas in manus, et uersatas ostendimus inanes, ut discant non timere: Ita conueniet adhibita ratione, res specie terrificas excutere, ut cum uiderimus non esse quod apparet, contemnamus.

Quemadmodum formicae si semel antro, & apes si semel aluearibus eijci contingat, peregrinantur: Ita quidam si semel patriam exeant, exules se putant.

Vt nauis cui firma est ancora, in quouis portu potest conuiescere: Ita animus si accedat recta ratio, quouis in loco tranquille uiuet.

Qui eos felices ducunt, qui per omnia uagantur maria terrasque: perinde faciunt, ac si quis stellas erroneas iudicet fortunatiores fixis, quanquam illis quoque suus orbis est, in quo uoluantur, nec soli licet suos egredi fines.

Vt

Vt qui decretū inferunt ad populum, adscribunt bona fortuna, ne nihil de suo uideatur addidisse: Ita quidam alienis libris nugae ascribunt, quae nihil ad rem pertinent.

Qui uinum habet acre & uapidum, nec ut uinum potest reddere, nec ut acetum: Ita Zenoni *τὸ πρῶτον* nec bona sunt, nec mala.

Primum homines inuasunt animalia noxia, post & oves & boues, postremo à nullo genere temperatum est: & Athenis primum calumniator aliquis supplicio affectus est, & recte, post hunc unus & alter, postremo nec à bonis est temperatum: Ita cum aperitur ius in malos, cauendum, ne postea in bonos recidat.

Pueri ludentes petunt ranas saxis, at illae tactae serio emoriuntur: Sic nos animi causa ueniamur, sed feræ serio occiduntur.

Vt non aequè cernunt cicadae & accipitres, neque similiter uolant aquila & perdix: Ita non omnia, quae rationis participia sunt, aequè ualent ratiocinandi acūmine.

Vt os non fecatur trama, nisi prius cinere & aceto praemollitum, nec ebur inflecti potest nisi zutho prius mollescat. Sic fortuna non potest reddere uulneratos animo, nisi accesserit malitia.

Vt medica terra diu retinet semina propter asperitatem, ut sero emergant: Ita morborum, ac dolorum causa in hominibus aliquoties diu latent, donec uoluptas in febre erumpat.

Vt sapiens gubernator in tranquillitate temperatam expectat: Ita rebus tranquillae ad dolorem aliquem praeparandus est animus.

Vt periculosa est secūdum Hippocratem, summe bonae corporis ualētudo: Ita rebus maxime prosperis, metuenda diuersa fortuna.

Vt deciduae stellae subito extinguuntur: Ita quos fortuna subito in summa prouexit, repente solent corruere.

Vt scarabaei, ac uultures offenduntur unguentis, & Scythia iurauit se malle equum hinc uentem audire, quam citharœdum canentem: Ita non omnibus placent optima.

Vt Mathematici centro, ac spacio: ita quidam omnem uoluptatem uentre circumscribunt.

Vt Polypi non extendunt sua flagella, nisi ad esculentia: Sic quidam omnem felicitatem cibo, potuque metiuntur.

Vt maior dolor obscurat minorem: Sic animi uoluptas corporis delectationem.

Vt qui uehementi laborant fame, nec est quod edatur, suis ipsorum artubus ueloci coguntur: Ita quidam praefame gloriae, se ipsos laudare coguntur, si desit à quo laudentur.

Quemadmodum à piscibus Hyrcanis, nec boni qui piam expectantur, nec mali: Sic Epicurei, nec turbati nos uolunt deorum metum, nec delectari benivolentia.

Si fieri potest, similitudinem auferimus ab oculis, si id non licet, non tamen eruiamus oculum: Ita si superstitio tolli prorsus non potest, non tamen protinus credendum, nullos esse deos.

Vt principem simul & metuimus et amamus, ut infestum malis, bonis placidum: Sic & deum.

Non quemadmodum quoties cum truculento agimus tyranno, animo sumus anxio: Sic in sacris mysterijs anxium, ac diffidentem oportet esse.

Qui nauem fregit, tamen spe uehitur, nam fieri potest, ut corpus natans in terram deferatur: At qui excidit à philosophia, rotus perijt.

Vt athletae non ferunt coronam, nisi uicerint: Sic bonis uiris praemia felicitatis non ante contingunt, quam peractio huius uitae certamine.

Vt austeria remedia, sed necessaria, leuant quidem aegrotantes, sed offendunt & infirmitate sanos: Sic acris obiturgatio uitio medetur, probos offendit.

Stoici quae dicunt inuictos, improhibitos, & caetera, cum omnia secus patiantur, similes sunt nauibus, quibus inscriptum est, *ἄπλοια, καὶ πρῶτοι αὐτῶν, καὶ ὀδύνη*, hoc est, splendidi ac magnifici tituli: at nihilo secius interim iactantur fluctibus, comminuuntur, ac subuertuntur.

Scarabaei fugiunt unguenta, delectantur foetoribus: Sic nonnullis pessima pro optimis placet.

Vt pauperiores aliquando donant munuscula ditioribus, quo plus recipiant: Sic indoctiores prouocamus nonnullos, ut eruditiora uicissim illi respondeant.

Accensam lucernam nemo moleste fert, extinctam dolent omnes: Ita nasci iucundum, mori inamabile.

Vt non satis est soli bonitas, nisi accedat & cultor idoneus, & semina: Ita non sufficit ingenij

Dissimile

Dissimile

ingenij felicitas, nisi accedat doctor, & institutor egregius, & praecipua idonea.

Vt stilla cauat assiduitate saxum, ut ferrum contractione atteritur: Ita assiduitas etiam durissima uincit.

Vt curruum rotae ui inflexae, nunquam ad pristinam rectitudinem queunt reuocari, itidem hysteronum baculi: Ita quaedam ingenia sic consuetudine & institutione deprauantur, ut corrigi non queant.

Vt terra quo melior est natura, hoc magis corrumpitur, si negligatur: Ita ingenia, nisi recte excolantur, quo sunt feliciora, hoc pluribus uitijs obducuntur.

Est terra quaedam asperior, duriorque, quae tamen culta protinus ferax reddatur: Sic ingenia duriora natura, institutione mansuescunt.

Nulla fere est arbor, quae non sterile scatur, ac tortuosa fiat, si cultura desit: Ita nullum tam felix ingenium quod non degeneret, citra rectam educationem.

Nullus equus recte sessori parat, nisi arte domitus: Ita nullum ingenium non ferax, nisi praecipis ciretur, & educatione.

Nulla tam fera belua, quae non mansuescat cura: Ita nullum tam agreste ingenium, quod institutione non mitescat.

Vt molli materiae facile sigillum imprimitur, si duret, non item: Ita puerorum ingenia facile quamuis recipiant disciplinam: si aetate duret, non item.

Vt agricolae uallos apponunt arbusculis, quo recte crescant: Ita qui instituit, addit monita, & praecipua ingenijs salubria, ne deuarcent in uitia.

Qui diu in uinculis fuerunt, cum soluantur, tamen claudicant adhuc, nec ingredi possunt: Ita diu uitijs assueti, etiam cum ea deserunt, quaedam retinent uestigia.

Non satis est habere corpus sanum, uerum & bonae habitudinis, ac robustum sit, oportet: Sic ratio non solum pura debet esse, & à uitijs immunis, nisi sit & robusta.

Vt plures urbes praeternaui gasse pulchrum est, sed expedit unam incolere optimam: Ita quam plurima sunt cognoscenda, sequenda retinendaque optima.

Quemadmodum proci cum Penelope potiri non possent, stuprarent illius ancillas: Ita qui philosophiam non possunt assequi, alijs literis se contaminant.

Nutrices uagientibus pueris rursus apponunt papillam: Sic discipulus offensus correptione, rursus est laude subleuandus, ne deficiat.

Plantae mediocri aqua aluntur, immodica suffocantur: Sic animus moderatis laboribus adiunatur, immoderatis obruitur.

Vt sunt uices somni & uigiliae, noctis & diei, tempestatis & serenitatis, belli & pacis: Ita labores leuandi ocio & lusu.

Lynam & arcum remittimus, quo melius possint tendi: Ita recreandus ocio animus, ut ad labores reddatur uegetior.

Vt Hierophantae, quatenus licet, aperunt mysteria: Sic de rebus arduis cauti & circumspecte iudicandum.

Vt mysteria cum silentio spectantur: Ita quaedam melius laudantur silentio, quam oratione.

Vt in lance momentum in utraque partem aequè propensum est, & neutram inflectitur: Ita dubius animus.

Medici pharmacis amaris, dulce non nihil admiscunt, ut alluciant: Ita parentes oburgationis asperitatem lenitate debent mitigare.

Auriga non semper adducit habenas, sed aliquando remittit: Ita pueris non nihil indulget.

Vt asparagus spinosus dulcissimum fert fructum: Ita ex duris inuitijs magna (dum) uoluptas nascitur.

Qui prima uirginum dissidia non ferunt ad tempus, idem faciunt quod ij, qui offensi labruscis, uuas maturas alijs relinquunt.

Sponsae quae statim offensa moribus uirorum, eos deserunt: perinde faciunt, ac si quis ictus ab apibus mel relinquat.

Vasa initio quauis occasione dissoluuntur, at tempore commissuris compactis, uix igni ferroque dissecantur: Ita prima coniugatorum consuetudo leui momento dirumpitur: si coaluerit, longe firmior est.

Ignis facile acceditur in paleis, & pilis leporinis: sed idem mox extinguit, si nihil addas: Sic

Sic irā amantium, aut nuper conjugatorum, si nemo se admiscuerit.

Qui uenenis piscatur, facile interimit, & tollit piscem, sed corruptum & malū: Sic que philtris captant maritos, stupidos habent & inutiles.

Vt Circe non fruebatur ijs, quos uerterat in sues aut leones, sed Vlysem sanum ultra omnes dilexit: Ita quæ ueneficijs nactæ sunt maritos, insuauem cum illis uitam agunt, ob dementiam.

Quæ malunt dominari dementibus maritis, q̄ sanis ac prudētibus parere: perinde faciunt, ac si quis in itinere malit ducere cæcum, quam sequi uidentem, & uitæ gnarum.

Vt Pasiphæa maluit tauri congressum, cum uxor esset Minois: Sic quædā nuptæ moderatis, ac seueris uiris, ad intemperantium amorem deuegunt.

Vt qui in equum insilire non possunt ob imbecillitatem, docent ipsum inflectere genua: Sic quidam generosus ac potentes nacti uxores, non dant operam, ut ipsi meliores fiant, sed illas deprimunt.

Dissimile Pro equi magnitudine temperamus frena: Ita p uxoris dignitate moderata gubernatio Luna cum soli coniugitur, tum obscuratur, & occultatur: cum abest, lucet: Contra proba, uxor præsentem marito, maxime cōspicit debet: eodē absente, maxime condi ac latere.

Duabus uocibus simul sonantibus, gratior fit concētus: Ita quicquid fit in familia, sit quidem utriusq̄ consensu, sed tamen arbitrio mariti.

Cum spirat Boreas, conatur ui ueltem reuellere, at homo magis astringit palliū: quod si sol tepido uento demulserit, iam sponte & tunicam abijcit: Sic uxor conans conuicijs maritum à luxu reuocare, magis iritat: si placide ferat & roget, magis efficit.

Vt inutile speculum auro gemmisq̄ adornatum, nisi repræsentet similem imaginem: Ita inutilis uxor quantumuis opulenta, si uiro mœsto sit hilaris, hilari mœsta.

Vt Geometra negant moueri lineas & superficies sine corpore, sed unā cum corpore moueri: Sic uxor & in serijs, & ludicris, & risu, & lætis & tristibus, accommodabit se marito.

Vt qui nō ferūt uxores secum edere, aut bibere, docēt eas ingurgitare, maritis absentibus: Ita qui nō cōmunicat lusum, & iocos cū uxore, faciunt, ut alibi quærant, in se ijs uiris.

Vt rex musicæ studiosus complures reddit musicos, literarum studiosus doctos, aleator aleatores, rapax rapaces: Ita uir cōmpūsus similem efficit uxorem, uoluptarius incontinentem, castus & sobrius castam & sobriam.

Vt sinistrarum partium ictus redūdant in dexterās: Ita uirum oportet uxoris incommodis commodisq̄ commoueri, & contra.

Vt uinula ex cōmissura uires accipiūt: Sic ex cōsensu uiri & mulieris, familiæ status.

Vt corpus nihil potest absq̄ animo, nec animus recte ualet, nisi corpore incolumi: Sic inter uxorem & maritum omnia sunt communia.

Vt uinum appellatur, etiam si maior aquæ pars sit admixta: Ita domus mariti dicitur, etiam si mulier plus contulerit.

Vt nemo sentit qua parte stringat calceus, nisi qui indutus est: Ita nemo nouit ingenit mulieris, nisi qui duxit uxorem.

Quemadmodum febres ex occultis causis, ac sensim collectæ, magis metuūt, quam quæ ex manifestis & grauibus causis sunt ortæ: Ita occultæ ac pūillæ, cotidianæq̄ offensa magis dirimunt beneuolentiam conjugatorum.

Qui pronubæ iunoni rem diuinam faciebant, exemptum fel abijciebant ad altare: si gnificantes à matrimonio bilem omnem procul esse oportere.

Vt uinum sic austerum, ut idem tamen sit utile ac iucundum, nō amarum, uelut aloë: sic erit & mater familias.

Quæ ueretur ridere apud uirum, ne uideatur lasciuia, nec agere quicquam ne audax: perinde facit, quasi nec ungeretur, ne uideretur unguētis uti, nec lauaret faciem, ne fucis.

Vt orator neglectis fucis ac theatricis culib⁹, rebus ipsis magis mouet (uti pūteretur audire): Sic uxor nō meretricio corporis cultu, sed moribus cōmendatur uiro.

Vt tibicen per alienā uocē sonat: Ita mulier quædam nō grauabitur per uirum loqui.

Vt philosophi colētes principē, se reddūt nobiliores, non illi: Sic uxores subdētes se uiro, laudē cōsequuntur: conātes autē imperare, deterius audiunt, q̄ quæ subijciuntur.

Imperium

Imperium uiri in uxorem non erit, cuiusmodi est domini in rem possessam: sed cuiusmodi est animi in corpus.

Vt humida miscetur omnib⁹ partibus: Sic inter cōiugatos omnia debēt esse cōmunia.

Vt tauris unguētis effertur, & in rabiem agitur: Ita quædam uxores insanunt, si sentiant in uiris unguenta.

Qui ministrant Elephantis, non sumunt lucidam uestem: qui tauris, purpuream non induunt: nam his coloribus effertur. Tigrides tympanorum strepitum non ferūt: Ita uxor ab ijs debet abstinere, quibus senserit maritum uehementer offendi.

Vt apicula per omnia circumuolans, id quod est utile, domū adducit: Ita studiosus ex unoquoq̄ quod ad mores confert, excerpit.

Vt corporis uitia grauiora sunt, quæ faciūt huius: Ita quædam animi uitia ob id sunt grauiora, quod uehementius perturbant: minus enim cruciat, si quis nō credat esse deos, quam si quis superstitiose timeat esse deos.

Comicus uenuste dixit de ijs, qui lectos inaurant, ac deargentant, cum dii nihil nobis gratis dederint, nisi somnum, cur id sibi magno uolūt cōstare: At cum dii somnum nobis dederint curarum, & laborum delinimentum, superstitiosus sibi illū reddit carnificinā.

Heraclitus dixit, uigilantibus unum communē esse mūdum, sopitos in suum quencq̄ discedere: At superstitiosus ne uigilans quidem communē cum alijs mundo fruitur, semper somniant cogitatione.

Polycrates tyrānus non erat formidabilis nisi Sami, Perlander Corinthi: Desinebat metuere, qui illinc in liberam ciuitatem emigrasset: At superstitiosus non habet quō cōfugiat, ut metu liberetur.

Licet seruis, quibus spes nō est libertatis, ad principis statuam cōfugere, uenditionem postulare, mutare dñm si durius habitū sunt q̄ ferre possint: Superstitiosus nec hoc licet.

Si miserum est seruire, multo miserimū est seruire ijs, quos non possis effugere.

Latroes aut fugitiui, si aram aut statuam apprehēderint, in tuto sunt: At hic maxime trepidat superstitiosus.

Vt tigrides circumstrepentibus tympanis aguntur in rabiem: Ita quæ bonas mentes compescunt, feras & agrestes irritant & effertur.

Vt quibusdam inuis mali fuit, non omnino uidere, quam perperā uidere, uelut Herculi, qui filios uidens pro hostibus occidit: Ita leuius malum est, deos omnino nō credere, quam credere nōxios.

Bion inquit, quemadmodum quicquid paxillo appenderis, id accipit sustinetq̄: Ita quibusdam quicquid suaseris admittunt, quicquid imposueris ferunt.

Gubernator uidens inferere tempestatem, deorū auxilium implorat, nihilo segnus interim clauū moderans & antennam detrahens: at superstitiosus despondet animum.

Vt arithmetorum digiti aliquādo ualent multis milibus, aliquādo nihil: Sic regum amici aliquoties quiduis possunt, rursus mutata in fastidium gratia, nihil possunt.

Vt frequentius conuenitur ad spectaculum ubi nonnihil theatrae stipis cōfertur: Ita disciplinæ à pluribus coluntur, quæ præter uoluptatem ac dignitatem, emolumentum etiam & commoditatem adferunt.

Vt in tranquillitate corporis expeditur redditur aduersus imminētem tempestatem: Ita tenui uictu parcaq̄, ut medici loquuntur, diēta utendum, ut si incidat opiparum conuiuium, possis enatare.

Vt in conuiuijs temperamus ab appositis cibis, quo locus sit lautitijs, quas expectamus: Ita quotidiana parsimonia præmuniendi sumus.

Vt qui sacrum exhibent, Ita quidā alios accipiūt, ipsi abstinentes.

Vt qui sacram pecuniā uertunt in usum belli, uoluptatem transferunt ad necessitatem: Ita qui ad usum edunt ac bibunt.

Quidam fastiditis proprijs uxoribus & formosis & amantibus, cum scorto mercede coeunt, gloriæ causa magis quam uoluptatis: Ita quosdam cibi delectant uel ob id ipsum quod rari sint, ac magno empti.

Vt axillarum titillatio risum gignit, sed insuauem & spasmo similem: Ita uoluptates iniucundæ, quas corpus ab animo extimulatum non sponte capit.

n. delenda

Abominamur foeminas utentes ueneficis in nos, & amplectimur esborum artifices.
 Ut membrū scabiosum semper opus habet frictu: Ita cupiditas animi nunquā satiatur.
 Ut Athenienses nunquam de pace consultabāt nisi pullati, quemadmodum dicebat Demades: Ita nobis non uenit in mentem moderatio uicis, nisi iam febrī estuantibus, & ad motis pharmacis.

Lysimachus ob sitim coactus se dedere Scythīs, deinde cum frigidā bibisset aquā, dñi boni, inquit, q̄ breuis uoluptatis causa quantam deposui felicitatē? Ita nobis cogitandū, postquam ob potatiunculam in tempestiua aut Venere, in lōgum morbū incurrimus.

Ut cicatrix admonet cauendum esse uulnus: Ita memoria praeceptorum malorū red- dit cautiore.

Ut pueriles querimoniae facile conquiescunt: Ita leues cupiditates subducta materia facile sedantur.

Flosculorum odores per se parum efficaces, admixti oleo maiorem uim habent: Ita morborum causae, si in corpus incidant, iam humoribus collectis abundans.

Qui male affecto corpore, uitae ratione morbū accersunt, ij quasi coenum cōmouent.

Ut nauae nimīū onerantes nauem, deinde in exhaurienda sentina laborāt: Ita qui corpus onerant cibis, ac deinde clysteribus inaniant.

Qui corpus aegre affectum ad balneas ac uoluptates trahit: quasi putrem ac faceiā uem deducit in mare.

Si ebrīj comessatores irrumpant in domum luctu funestam, nō solum nihil adferent hilaritatis, sed eiulatū potius excitabūt: Ita uoluptates in corpore aegro offendūt quoq̄.

Ut nauae sereno caelo nō nihil laxāt uela, cū est suspitio tēpestatis cōtrahūt: Ita corpo- ri recte affecto nō nihil permittendū: cōtra si quid timebitur morbī, cautius agendum.

Homines tantum pingues, ac robusti duriq̄, similes sunt gymnasiolorum columnis, ut dixit Aristo.

Ut nauibus sentinae plenis onus detrahendum: Ita corporibus aggrauatis subducen- dus cibus ac potus.

Qui ita corpus exinaniant pharmacis, ut peregrinis rebus expleant, ac magis noxijs: perinde faciunt, ac si quis expulsus e ciuitate Graecis, inducat Persas aut Scythas.

Velles quae nīro similibusq̄ rebus lauantur, magis atteruntur: Ita uomitus pharma- cis extorti, magis offendunt.

Ut sceleratae mulieres abortum prouocāt, ut rursus impleatur ac uoluptetur: Ita qui- dā in hoc ipsum corpus euacuat pharmacis & clysteribus, ut denuo liceat ingurgitare.

Qui a praescripta uitae ratione ne tantulum quidem audent discedere, ij ostrei uel stipti- tis potius uitam uiuunt.

Ut ferrū crebris immersionibus consumitur: Ita corpus crebris permutationibus uitā tur, hoc est, si nūc immodicis laboribus intēdatur, nūc uoluptatibus liquefiat ac molliat.

Nauae a nauigandi labore turpiter conferūt se ad uoluptates, rursus a uoluptatibus ad nauigationem redeunt: Ita quidam a delicijs ad labores, a laboribus ad delicias sum- ma uitae inconstantia sese uertunt.

Qui uiro malo addit opes & gloriam, is febricitanti ministrat uinum, bilioso mel, coe- liacis opsonia, quae morbum animi, hoc est, stultitiam augeant.

Ut qui morbo laborāt, cibos purissimos & lauitissimos fastidiūt & recusant, si quis e- de re cōpellat, ijdem restituti bonae ualitudini, caseo quoq̄, aut cepe lubenter uescūtur: Ita stultis magnifica fortuna inuicunda, sapientibus etiā humilis ac tenuis fortuna seruis.

Qui cibi duntaxat causa ad conuiuium accedunt, quasi uas adducunt implendum.

Qui in eadem uehuntur nauis, & in ijdem militant tentorijs, sese mutuo ferant oportet: Sic qui uersantur in republica, at in conuiuijs non idem est necesse, nam illic pericu- lum est commuē, hic non item.

Qui rogant quid simus facturi, si non edamus, bibamus, & huiusmodi rebus utamur: perinde faciunt, quasi Danaides essent sollicitae quid facturae sint, si dolium impleatur.

Qui e seruitute manumissi sunt, quae dominis solent facere cum seruiret, ea faciunt si- bīplis, suoq̄ arbitrio & praesidio: Sic nūc anima alit corpus multo labore, multis curis: postea facta libera, seipsam alet contemplatione ueri, nec ab ea poterit auelli.

Vt

Ut corpus est instrumentum animae: Sic anima est instrumentum dei.

Ut grauiora corporis uitia quae in uulnus & in tumores erumpunt: Ita animi affectus, qui grauibus curis uitam reddunt molestem, ut uitium est ex atomis omnia nata crede- retur non angit animum quemadmodum auaricia.

Non timet mare qui non nauigat, non bellum qui non bellat, non latrones domi ma- nens, nō calumniatorem pauper, non inuidiam priuatus, non terrae motum qui est in Ga- latia, non fulmen qui est in Aethiopia: At superstitiosus omnia timet, terrā, mare, aerem, coelum, tenebras, lumen, strepitum, silentium, somnium.

Seruī cum dormiunt, non timent heros, uincti obliuiscuntur compedum in somno, al- cera, carcinomata, & grauiissimi etiam cruciatus conquiescunt: Sola superstitio etiā dor- mientem infestat.

Tyrannum mutato solo licet effugere: qui deum timet non est quō fugiat, quandoqui- dem nusquam non est deus.

Licet seruis postulare distractionem & mutare dominum: idem non datur superstitio- sis, cum omnes deos metuant.

Si miseri sunt qui duos nacti sunt dominos, quāto infeliciores, qui dominis seruiunt uitis, a quibus non possunt aufugere?

Sunt arae seruis, sunt statuae, sunt asyla latronibus, ad quae confugiant, & ubi tuto sint: at hic maxime timet superstitiosus.

Ut tigris, si quis tympanis circūsonet, in rabiem agi dicitur, adeo ut seipsas deniq̄ discerpāt: Ita quosdam offendit, quod alijs addit animum, puta musica, eloquentia, &c.

Cum naua uidet imminere tempestatē, primū quidem deos inuocat, ut incolumi li- ceat in portū appellere, mox contrahit uela, atq̄ omnia nihilo secius parat, quibus est o- pus: Ita nos debemus auxilio diuino fidere, sed sic ut nostrā quoq̄ industriā adhibeam?

Item arator ab Hesiō do iubetur dijs sacrificare, deinde aggredi: & miles primū in- uocat opem diuinam, deinde armatur.

Ut tremunt, qui urforum aut draconum iustra adeunt: Sic superstitiosi cum tractāt di- uina, existimantes deos semper paratos ad nocendum.

Qui diuos colunt metu alicuius mali, perinde faciunt ut ij qui tyrannos uenerāt, ne nocēant, quos oderunt animo.

Quidā dum stulte fugiūt latrones aut feras, in auia incidūt & in barathra, aut praecipit- tia: Sic quidā superstitioē ita fugiūt, ut incidāt in impietatem, cum in medio sit pietas.

Ut qui e uinculis emittuntur, licentius uagantur, quā ij qui nunquam fuerūt in uin- culis: Sic pueritia cum a praceptoris gubernatione soluitur.

Qui dimissi a paedagogis, suo relinquuntur arbitrio, non abijciunt imperium, sed mu- tant principem, nam pro paedagogo iam rationi parent.

Qui in ciuitatem ascripti sunt, & hospites, multa damnāt, ac moleste ferūt: at qui in ea a pueris sunt educati, quicq̄ assueuerūt, probant: Sic qui philosophiā a pueris imbiberūt.

Ut athletis amphotides adduntur contra plagas: Ita pueris focalibus magis est opus aduersus pestilentem orationem.

Ut peius sentiunt de homine, qui dicunt eum esse iracūndum, perniciosum, quā qui negant eum uiuere: Ita minus male sentiunt de dijs, qui negāt illos esse, quā qui dicūt esse morosos, noxios, irritabiles, ut faciunt superstitiosi.

Ut ager si non colatur, nō solum infrugiferus manet, uerum etiā multa syluestria pro- ducit: Ita adolescens rationis capax, nisi praecipis honestis exerceatur, non solum non euadet bonus, sed ad multa uitia deflectetur.

In ludo sphaerae simul discūt & mittere & excipere commodum: at in doctrina prius est bene accipere, q̄ mittere, quemadmodum concipere prius est, quā parere.

Ut aues subuentaneos concipiunt foetus: Sic inutilis oratio accepta, nec inhaerēs, sed protinus in auras dispergitur.

Vasa ad excipiendum quod infunditur, accommodant & inclinant sese: Sic qui discit, debet accommodare sese, ne quid effluat eorum, quae utiliter dicuntur.

Vasorum malorum & putrium aures quibuslibet implētur potius quā necessarijs: Ita quidam stultissima protinus discunt.

Qui equos recte alunt, eos docent parere freno: pueros qui uolet instituire, primum affuefaciat ut dicto sint audientes.

Si quid in utres uelis infundere boni, uentū atq; aerem emoueat, oportet. Sic fastum ac tumorem eximas oportet ab animo eius, quem uelis docere.

Malus consiliarius omnia deprauat assidens: Sic inuidia nulla magis damnat, q̄ quae sunt optime dicta.

Vt lumen: ita nec oratio ulli prodest, nisi uolentibus accipere.

Vt oeconomicis & amici profunt & inimici, quē admodū dixit Xenophon: Sic uigilans auditor & cordatus non solum bene dictis, uerum etiā erratis aliorum fit eruditior.

Vt in alienis oculis nosmetipsos conspiciamus: Sic in aliena dictione quid nos deceat aut dedecet, contemplandum est.

Vt ad sacrum epulum, sic ad auditionem oportet placidum ac beneuolum accedere, ut benedicta probes candide: aut si parum recte dicat, tacitus notes quam ob rem errauerit, & animi conatum certe probes.

Facile est demoliri, quod alius extruxit: at difficillimum, idem aut melius aliquid extruere: Ita aliorum orationem reprehendere in procliu est, at eodem modo melius uide dicitur, non est perinde facile.

Vt multa belli inania, iuxta prouerbiū: Ita & auditionis, puta supercilium, acclamatio, strepitus, & id genus alia.

Quemadmodum in ijs, quae ad tibiam canuntur, multa fallunt ac suffugiunt auditori, rem errata: Ita in oratione phalerata, multa inepte dicta fallunt auditorem ob phaleras, & fucos orationis.

Qui coronas neclunt, bellissima quarunt, non utilissima: At apes etiam amarissimo thymo insidunt, atq; inde mellificium colligunt: Sic oportet auditorem nō flosculos orationis, uoluptatis causa sectari, sed uim sententiarum, & utilitatem.

Disimile Non oportet hoc animo ad audiendum accedere, quo ad spectaculum, puta ut tatum delectemur, sed ut meliores efficiamur.

Non conuenit, ut in tōstrina surgēs, ad speculū cōtempleris teipsum, num recte sis curatus: Ab oratione discedēs, nō expēdas, num melior sis factus, aut deterior ex auditiōe.

Vt balnei non purgantis: ita nec sermonis ulla est utilitas.

Non sic ad audiendum est accedendū, ut uelis inungi & oblini fucis, quo nitidior fias, sed gratiā habeas, si uelut alueare acri fumo, sic ipse mordaci sermone purgeris animo, qui caecutientiae & lippitudinis est plenus.

Qui bibunt, ubi iam desierint sitire, tum poculi sculpturam contemplantur: Sic in oratione, primum animaduertendum, quā salutare sit quod dicitur, deinde si uacat, quid sit elegans aut nitidum, considerare licet.

Qui statim orationis ornatum requirit, perinde facit, ac si quis nolit antidotum bibere, nisi uas sit adductum ex Atticā Veneris sigulina: nec in hyme uestem induere, nisi quae lanam habeat ouium Atticarum.

Vt qui ad conuiuū accessit, utitur appositis, nec aliud requirit: Ita discentē tacite audire oportet, donec qui dicit, perorarit, tum si lubeat, utilem aliquā quæstionē proponere.

Vt apud Homerū Vlysses ridetur à procis, q̄d panis frustula peteret, nō enses, neq; lebetes: Ita magis ridendi sunt, qui differētī minutulas ac friuolas quæstiunculas obijciūt.

Vt qui clauē uelit secare ligna, securi aperire ostiū, utriusq; usu sese priuat: Sic qui dicentem alienis ac friuolis quæstiunculis perturbant, non solum nullum capiūt fructum ex his quae dicuntur, uerum etiā mali uitri opinionem, atq; odium lucrifaciunt.

Vt morbus non coelendus est, sed in publicū efferendus, quo sanari possit, ut dixit Heraclitus, sic inscitia non est tegenda.

Disimile Vt tragœdia in theatris: Ita philosophus in scholis est audiendus, nempe ad finē usq; qui pecuniā dat, quantū impartit alijs, tantum sibi detrahit: At non idē sit in laude, et tamen hoc imaginantur maligni quidā, parcius impartientes laudem, quā pecuniam.

Vt qui maligne dant alijs, uidentur ipsi parum habere: Ita qui parce & maligne laudāt alios, uidentur adhuc suas esurire ac sitire laudes.

Index in causa nihil tribuens amori, tantum rem perpendit, ac secundum eam pronunciat

ciat: At in audiendis philosophis, multis lapsibus candide fauendum est. Vnde ueteres iuxta Mercurij statuam, Gratiarum item ponere soliti sunt.

Vt iuxta uias asperas ac salebrosas uolā flosculiq; nonnunq; occurrunt: Ita in oratione infacunda nonnunquam & sententiā & figurā incidunt dignae quae laudentur.

Vt haedera undeuis ex se inuenit, quo se alliget: Ita amor etiam ijs capitur, quae non a mantem offendunt.

Vt amantes candide interpretantur uitia quaedam: Ita debent & auditores dicentium.

Bonus conuiuia non existimat hoc tantū suarū esse partium, ut suauiter accipiatur, cura sumptuq; alieno: sed debet cōmodū uicissim exhibere conuiuā: Sic auditor non tantū audit octofus, dicente sollicito: sed uultu, oculis, applausu, fauore, iuuare oportet dicentē.

Vt in ludo sphaeræ alterius est cōmode mittere, alterius scite excipere: Sic in audiēdo conuenit utrumq; suo fungi officio, tum eum qui disserit, tum eum qui auscultat.

Qui castam ac philosophicā orationē meretricijs ac sophisticis laudibus prosequuntur: perinde faciunt atq; ijs, qui athletam lilijs aut rōsis coronant: non lauro aut oleastro.

Vt non quæuis corona quemuis decet uictorē: Ita non quæuis laus aut quæuis honos quemcunq; hominem.

Vt ridiculus sit cantor, qui rem grauem Lydij efferat modis: Ita ridiculus qui de dijs, aut recte uiuendo uerba faciens, rhetoricis lasciuat flosculis.

Non quemadmodū parasitus cōuicio tacitus ab ijs, a quibus alitur, ridet, ac nihil commouetur: Ita à philosopho reprehensus, debet esse affectus, sed nec offendī oportet, nec impudenter negligere.

Vt caro quae callo obduruit, non accipit uibices plagarū: Ita animus assuetudine peccandi non commouetur correptione licet acti.

Qui correptus statim fugit exosus ad mōitorem: perinde facit, ac si sectus à medico continuo offensus aufugiat, non expectans, ut obligetur, & oblinatur uulnus ac mitigetur. Nam is quod dolet iam passus, quod confert, non uult experiri.

Vt Telephi uulnus eadem hasta sanatum est, quae uulnus infixerat: Ita uulnus oburgationis ab eodem sanabitur, qui fecit.

Vt qui sacris initiatur, perferunt primos illos insultus, spe securitae dulcedinis, ac lucis: Idem faciendum ijs, qui à philosopho obiurgantur.

Vt priusquam assueuimus, multa nos offendunt in homine, quae postea assuetis sunt etiam iucunda: Sic in literis, in philosophia, prima illa tædia toleranda sunt, donec usu fiant facilia iucundaq;.

Vt uasa angusto ore difficiliter recipiunt, sed retinent certius liquorē: Ita ingenia quae tardius percipiunt, fere meminerunt tenacius.

Vt pulli in uolucres semper hiantes pendēt de ore alieno: Sic quidam molesti sunt docti, quod necessarium sit eis omnia mansa in os inferere, nihilq; tradant ipsi sibi.

Vt quidā crebris diuerticulis uia breuē reddūt longā: Sic nōnulli docētē crebris quæstiunculis nihil ad rem pertinentibus interpellātes, perpetuā interrompunt doctrinam.

Quemadmodum ignaui, cibiq; auidi canes, domi ferarum pelles mordent, ac uillos uellunt, feras ipsas in uenatu non attingunt: Sic quidam praepostere studiosi, de nugis agunt, caput discipline non attingunt.

Non ut uasa, itidem ingentiā desiderant repletionem: sed satis est accensio, uelut incita *Disimile* mentum in materia, quo uis inueniendi, & cupiditas ueritatis incitetur.

Veluti si quis ignem petat à uicino, deinde illic luculento reperto foco desideat, maneatq;: Ita quidam semper assident praecceptorī, nec accendunt ingenium suum, ut domi suo fruantur igni.

Quemadmodum iuxta Philoxenū, suauissimae sunt carnes, quae non sunt carnes: & iucundissimi pisces, qui non sunt pisces: Ita maxime delectat admixta philosophiae poesis, & poesi admixta philosophia.

Vt in opsonijs non solum sequimur uoluptatem, sed etiam salubritatem: Sic in audientis & legendis autoribus.

Frustra clauduntur portae ciuitatis, si una relinquatur aperta, per quā hostes irrumpāt: Ita nō satis est in ceteris temperatum esse, si auditus pateat perniciosus sermonibus.

Vt diligentius seruanda est ea porta, qua uita sit ad regiam: Ita cautius seruandus auditus, quod maxime sit cum rationali animi parte coniunctus, & quod per eam admittitur, maxime potest uel iuuare uel laedere.

Quidam amethystum adhibent in comotationibus aduersus ebrietatem: Multo magis in audiendis poetis praecipua sunt adhibenda, ne quid inficiant animum.

Vt in his locis ubi multae nascuntur herbae ad remedium efficaces, in istisem multae nascuntur letales: Sic in poetis, multa praecleara, multa pestifera.

Vt Simonides dixit, stupidiore esse Theffalos, quam ut a se decipi possent: ita qui se liciore sunt ingenio, citius a poetis corrumpuntur.

Quemadmodum Ulysses auribus cera obturatis, Sirenum periculum praeternauigauit: Ita nos si quid incidit blande foedum in autoribus, praeteruehi oportebit.

Si multi inebriantur uino, non ob id incidenda uites, ita ut fecit Lycurgus, sed propius ad mouendi fontes: Ita si multi abutuntur poetica, non protinus abijcienda, sed adhibenda cautio, ut fiat salutaris.

Vt mandragora iuxta uites nascens, uinum reddit lenius: Ita philosophiae ratio admodum poeticae, moderatiorem efficit eius cognitionem.

Quemadmodum in picuris plus mouet color quam linea, propterea quod propius hominis formam representat ille, magisque fallat: Ita mendacium admixta ueri similitudine, magis allicit mouetque, quam simplex oratio, quae nihil habeat fuci.

Dissimile Non ut inuenire licet sacra sine tibis & choro: Ita poesim absque mendacio licet inuenire.

Venenum admixtum cibis, pestilens sententia admixta rebus utilibus ac iucundis.

Vt foedis animantibus scite efficitis delectamur: Ita in poesi, quia est rerum adumbratio, etiam mala recte efficit delectant.

Vt in parricidio, aut incestu depicto, arte modo laudamus eius qui pinxit, rem ipsam detestamur: Itidem in poetis elocutionem imitabimur, rem execrabimur.

Quaedam per se non pulchra, quibusdam ob id bona sunt, quod apta: Ita laudantur in poetis quaedam, quod congruunt personae, tametsi alioqui foeda. Demonides claudus precabatur, ut crepidae, quas furto amiserat, quadarent ad pedes eius qui sustulisset.

Vt periculum sit, si omnes in idem inclinent latus nauis, sed alijs alio inflectentibus, nauis optime libratur: Sic seditio & dissensio inter rhetores tutiorem reddit statum ciuitatis. Item dissensio poetarum inter se facit, ut minus inficiant opinionem lectoris.

Quemadmodum medici cantharidis, quae letale uenenum est, pedibus tamen & alijs ad remedium utuntur: Ita licet ex eadem poesi decerpere, quo medearis illius ueneno. Nam semper aliquid admiscet, quo significant se damnare quod narrant.

Qui omnia student exprimere: multa praua imitantur imprudetes, quemadmodum Aristotelis balbutiem, & Platonis incuruos humeros familiares exprimebant.

Dissimile Non quemadmodum omnia religiose metuumus, ac reueremur in sacris: Ita oportet in autoribus omnia uenerari, sed audaciter adhibito iudicio probare quaedam, quaedam improbare.

Dissimile Non sic est parendum poetis aut philosophis, quemadmodum pueri obtemperant paedagogis, sed quemadmodum Cato puer parebat quidem paedagogo iubenti, sed rogabat quam ob causam id iuberet: Ita fides habenda autoribus, si causam idoneam reddiderint.

Quemadmodum in uite luxuriantibus folijs ac palmitibus saepe fructus occultantur: Ita in poematibus, figuris ac fabulis luxuriantibus, multa cognita utilia fallunt adolefcere.

Quemadmodum in eisdem pascuis apibus florem sequitur, capra fruticem, sus radicem, quadrupedia fructum: Sic in poetis alius aliud quaerit, hic historiam, ille sermonis ornamenta, ille probationes, ille praecipua uiuendi.

Vt equis non in ipso cursu frenum injicimus, sed ante cursum: Sic qui propensi sunt ad iram aut libidinem, ante rationibus ac monitis refrenandi sunt, prius quam in periculum uentum.

Vt apes ex amarissimis floribus, & asperrimis spinis mel suauissimum ac lenissimum colligunt: Sic ex turpibus ac sceleratis fabulis utcumque decerpi potest aliquid utilitatis.

Vt freno circumagitur equus, ut clauo nauis: Ita oratione ducuntur homines.

Quemadmodum medici pharvacum, ad unicum morbum repertum, ad omnes similes ac simitimos accommodant: Ita conuenit autorum dicta ad uarios usus accommodare.

Vt qui uestes flagellant, corpus non attingunt: Sic qui generis uitium aut paupertatem exprobrant

exprobrant, non proprie tangunt ipsum hominem, sed externa calumniantur.

Vt qui subito e summis tenebris in lucem educitur, magnopere perturbatur, nisi paulatim lumini assueuerit: Sic in poetis prelegendis, philosophorum opiniones inspergendae in animos puerorum, ne postea ad tam diuersas doctrinae rationes perturbentur.

Frustra suber appenditur retibus ut natent, si plumbum annexum deorsum trahat, & in aequo teneat: Ita frustra praecipua bene uiuendi instituimus, si malitia addita non sinit e stultitia emergere.

Vt in curatione non sentitur morbi leuamen, nisi syncerus habitus inducatur: Sic in philosophia non proficitur, nisi paulatim aliquid decedat de stultitia, donec in alium mentis habitum proficiat.

Non ut Caneus subito e muliere factus est uir optando tantum: *Dissimile* ut qui cubitum abiit stultus surgat sapiens.

Vt ad lineam applicandus est lapis, non ad lapidem linea: Sic uita ad philosophorum decreta corrigenda est, non ea sunt ad mores nostros trahenda.

Vt paulatim umbra remissa sentimus nos magis esse in lumine: Ita sensim imminuta stultitia, in sapientia proficimus.

Vt qui in immenso nauigant mari, ex ipsa uentorum uel cursuque tempore conijciunt se promouisse, etiam si nondum appareat portus, nusquam tamen consistunt, donec portum attigerint: Ita non conquiescendum in philosophia, donec ad perfectum illum sapientis habitum peruentum sit.

Vt qui paulum addit paulo, idque frequenter facit, ingentem aceruum accumulatur: Ita assiduitas ad bonam mentem parandam plurimum ualet.

Qui subinde subsistit in uia, minus proficit: At in philosophia etiam relabimur in malitiam, intermissio ad honesta cursu, ceu nauis retroacta aestu. *Dissimile*

Planetae iuxta mathematicos cum desinunt procedere figuratur: At in philosophia subsistere non licet, sed assidue est progrediendum. *Dissimile*

Vt statera non potest consistere, sed aut in hanc aut in illam uergit partem: Sic in philosophia, qui non proficit ad bonam mentem, is reuoluitur ad malam mentem.

In bello nunquam remittenda sunt excubiae: Ita semper aduersum uitia nobis dimicandum.

Vt culmus primum in altum surgit impetu, deinde crebris geniculis intersecatur, postremo in summo uenti flatibus laborat: Sic quidam initio feruent, deinde subinde subsistunt & offenduntur, in extremo deficiunt defatigati.

Vt qui leuiter amant, gaudent quidem amico praesente, absentis facile obliuiscuntur, at qui penitus amant, non sinunt abesse quod amant: Sic quidam facile auocantur a studio philosophiae negotijs, at qui uere amant, omnium praeter illa obliuiscuntur, nihilque illis sine illa dulce esse potest.

Non quemadmodum unguentis cum adsunt delectamur, cum non adsunt non discruciamur: Ita oportet erga philosophiam esse affectum. *Dissimile*

Vt qui uehementer esurit aut sitit, nulla re potest auelli, donec sedauerit appetentiam: Sic omnia posthabenda sitienti sapientiam.

Quemadmodum graue est nauim ingressis, cum terra discedit quam agnoscunt, & nondum apparet ad quam nauigant: Sic philosophantibus initio molestum a consuetis discere comodis, cum nondum uideant ad quam felicitatem philosophia sit perductura.

In philosophia studio ceu per metamorphosin quandam, quidam uelut aues facti conserunt se ad contemplationem naturae, quidam ceu catellae ad rixas & morsus sophistatum & quaestiuularum.

Quemadmodum Anacharsis dixit, Athenienses ad nihil aliud uti nummis, nisi ad numerandum: Ita quidam utuntur philosophiae praecipua tantum ut ostentent.

Vt apicula ex flosculis succum mellis colligit, cum alij non delectentur nisi colore & odore: Sic philosophiae studiosus & ex poetis inuenit, quod ad bene uiuendum conducit, cum alij tantum uoluptate deliniantur.

Qui in Platone & Demosthene nihil quaerunt nisi puritatem Attici sermonis, quid aliud agunt quam istis, qui in pharmacis nihil amant nisi fragrantiam & nitorem, uim purgandi seruandique negligunt.

Vt non medentur qui uendunt pharmaca: Ita non sunt philosophi, qui quicquid est philosophia sumperint, id transferunt ad ostentationem.

Vt auis quicquid pabuli in aëre est, in pullos trāsfert protinus, ipsi nihilo melius est: Ita quidam ideo discunt, ut statim doceant, ipsi nihilo meliores euadunt.

Vt uerus amor erga mulierem non desiderat testem, sed sat habet si clam ea potiat: Ita uir sapiens recti conscientia contentus. At qui sicte amant, ostentant & iactant.

Vt agricolae lubentius uident spicas inclinatas quam erectas in altum: nam illas onustas fructu intelligunt, has inanes: Sic adolescentes priusquam profecerunt in philosophia, tument: ubi doctrinae fructum perceperint, submitunt sese.

Vt uasis cum explentur liquore, aer expellitur: Sic qui profecerunt in philosophia, ueris implentur bonis, ac minus iam gloriantur barba & pallio, minusque seueri sunt in alios, in seipso duriores.

Vt inuitantur homines clamore ac tumultu, deinde cum sacra fiunt, taciti ac uenerabili auscultant: Ita initia philosophiae tumultuosa sunt, tranquilla mysteria.

Vt in tempestate apparentibus geminis, nauis in spem eriguntur: Ita post primam illam in philosophia desperationem, lux ueritatis oborta discutit eam diffidentiam.

Menedemus aiebat multos nauigare Athenas, qui primū essent sapientes, deinde fieri philosophos, id est sapientiae studiosos, deinde rhetores, postremo idiotas: Sic in philosophia quo magis profeceris, hoc minus turgebis fastu.

Qui dentibus laborant, protinus medicum adeunt, malum exponunt, qui febre tenentur, accersunt, ac phreneticus, nec accersit, nec admittit, ob morbi uehementiam: Ita qui uita sua coelant, nec admonentem patiuntur, de his nulla salutis spes est.

Vt qui laborant, non affectant haberi ulcerosi, sed magis fugiunt esse quam uideri: Ita non est affectandum, ut uidearis in alius, sed magis abominandum ne sis talis, quam ne uidearis.

Diogenes uidens adulescentulum quendam in popina, ei pudore intro fugienti, quo interius, inquit, fugeris, hoc magis eris in popina: Ita uitiosi quo magis abduunt sese intra seipso, hoc magis sunt id quod sunt, Foras prodeat oportet, si cupiunt effugere seipso.

Vt qui egent, hoc magis ac molestius egent, quo magis dissimulat egestatem: Sic qui uitiosi sunt, ac dissimulant ob fastum & arrogantiam, peiores sunt.

Vt equi iam mansuefacti, etiam si auriga non utatur habenis, tamen suapte sponte rectam pergunt ire uiam: Sic affectus a ratione iam pridē domiti & assuefacti, nec in somnis, nec in morbis sopita ratione, quicquam tentant turpe.

Vt corpus assuefit, ne conuieat aut lachrymentur oculi, ne palpitet cor: Ita multo magis animus ne phantasijs commoueatur.

Quemadmodum cum morbus in corporis parteis non suas trāsfertur, signū est morbi partitis abire: Sic cum offendimur, quibus consueuimus delectari, indicium est futurae sanitatis.

Vt non est uerus amor, qui caret zelotypia: Ita non amat uehementer uirtutem, nisi qui ardet aemulatione recte factorum ab alijs.

Vt acer equus suapte sponte facile currit: Ita qui ardet amore uirtutis, non eget ad monitore.

Vt amanti omnia placent in amato: Sic in eo, in quo uirtutem amamus, etiam gestum, incessum, & aspectum imitari gaudemus.

Vt qui uere amat, etiam balbutiem ac pallorē adamat in amatis: Sic admirator uirtutis, non horret Aristidis exilium, nec Socratis paupertatem, nec Phocionis condēnationē.

Vt qui se comunt, adhibent speculum: Sic gesturus negotium proponit sibi laudatorum uirorum exempla.

Olim edificebant nomina digitorum, ipsaque aduersus terrores ueluti remedio utebantur, singulis lente recitatis: Sic aduersus omnes animi perturbationes, exempla quaedam optimorum uirorum habenda sunt in promptu.

Vt qui desperat se fore diuitem, largius impendit, ac qui iam spe uicinus est opulento, is nec pusillum contemnit lucellum, & minimis parcat: Ita qui confidit se fore bonum uirum, & minima uitia studet corrigere, & nihil negligit, quod aliquo modo conducat ad bonam mentem.

Qui sepem, aut aggerē construunt quauis congerunt, lignum, saxum, aut columnam a sepulchro

a sepulchro delapsam. At qui regiam aedificat, nihil temere componit: Sic uir bonus nullam uitae partem negligit incompositam.

Licet ingenire regionem, ubi uenena non sint, quemadmodum affirmant de Creta: At dissimile non licet inuenire rem publicam, quae non alat inuidiam, contentionemque.

Vt priscis satis erat si a feris non laederentur, posteriores etiam in suum commodum uertere coeperunt, pellibus uestiri, carnibus uesci, felle mederi: Sic nobis agendum est, ut ab inimicis non solum non laedamur, uerum etiam adiuuemur.

Non potest quauis arbor mitescere, neque quaelibet fera cicurari, proinde haec quoque quae possunt in suum uertunt usum: Sic qui ad amicitiam adduci non possunt, horum odio ad nostrum commodum abutemur.

Aqua maris inutilis potui, sed alii pisces, seruit nauigantibus: Sic in una quaque re quod inest commoditatis, excerpendum est.

Prometheus, Satyrum cum primum uidens ignem uellet amplecti, admonuit eum exurere contingentem, ac oculis praebere lumen, calcavit inquiring, & seruit artibus. Sic eadem res, utcumque uteris, ita perniciofa est, aut utilis.

E corporis morbo quidam hoc excerpunt comodi, quod uacant negotijs, quibus distringebantur: & quosdam labores obiecti reddidere ualidos: Sic quibusdam exilium, paupertas, naufragium, occasio fuit philosophandi.

Quemadmodum qui stomacho ualeat, & animata sanissima, saxa, ferrum, serpentes, & scorpios concoquunt, eaque in nutrimentum uertunt: contra ualeudinarij, etiam pane & uino offenduntur: Sic stulti & amicitias perdunt, sapientes etiam inimicitijs recte norunt uti.

Lyncus per quercum uidet, inimicus etiam per famulum, per amicum perspicit, quid agas. Vt uultures ad extincta corpora odore feruntur, sana non sentiunt: Sic inimicus, si quid deliqueris, statim olfacit, atque eodem confestim accurrit, ad recte facta stupidus.

Vt hostis semper imminens muris, in causa est ut uigilet, ac sobria sit ciuitas: Sic inimicus obseruans, quid agas, facit ut nihil agas, dicasue temere.

Dionysiaci sepe negligenter inter se canunt in theatris, uerum cum certatur, tum multo diligentius agunt omnia: Sic accuratius gerit rem, qui scit uitam suam ab aduersario obseruari.

Absurdum existimant obprobare cuiuspiam corporis uitium, a quo non sis ipse immunis: At multo magis ridiculum, animi uitium in alterum conijcere, quod in te recidat.

Quemadmodum Telephus, quoniam carebat amico, coactus est ab hoste petere remedium ac medelam uulneris: Ita qui non habent liberos amicos, a quibus admoneantur, saepe numero ab inimicis audiunt sua uitia.

Item ut Telephus non respexit hostem, cuius erat hasta, sed salutem quam adferebat: Ita non oportet offendi inimici conuicio, sed si uerum admonet, uertendum est ad uitae correctionem.

Vt ille Thessalum Prometheum uolens occidere, gladio dissecuit tuber, ac sanauit: Ita saepe numero conuicio per iracundiam dictum ab inimico, uitium animi uel ignotum nobis, uel neglectum sanat.

Vt qui luctantur, non abstergunt suum puluerem, sed se mutuo contaminant ut mutuo cadant: Sic quidam accepto conuicio, non id purgant, sed obseruant quid uicissim in illos possit torqueri.

Vt si uel inimicus ostendat lutum adhærens uesti non reijcis in illum, sed abstergis: Ita si quis ostendat maculam uitae, non regerendum est conuicio, sed abstergenda labes.

Vt inueterata consuetudo etiam si laedat, tamē haud facile propellitur: Ita similitas in uitam, zelotypia mali memoriam in animo relinquit.

Quemadmodum a feris exorsus, didicimus & homines iugulare: Sic assueti inimicis male facere (quod iusti existimatur) nisi cauemus, discimus paulatim et erga quosuis eadem facere.

Vt non est Corydalis absque crista: Ita non est ingenium absque inuidia innata.

Vt cupimus cloacas quam longissime ab aedibus nostris abesse: Ita in inimicos uitiorum purgamenta reijcere profuerit.

Vt Onomademus noluit omnes tolli, qui diuersarum fuissent partium, ne sublatis inimicis omnibus, cum amicis, inquit, incipiamus digladiari: Ita consumptis in hostes huiusmodi affectibus, magis comes sumus erga amicos.

Vt

Vt agricola iuxta allia & cepas, ferunt rosas, quod quicquid est in illis molesti odoris, in hac transeat: Sic inimicus, si quid est in nobis mali animi, id totum in se recipiens, ac consumens, reddit nos amicis iucundiores.

Perinde ac si mutus, ac cæcus metuat, ne Briareus fiat centimanus, aut Argus centoculus: Ita quidam metuunt, ne pluri sint amici, cum nec unum adhuc uerum habeant amicum.

Vt mulier impudica cum multis se commiscens, nullum certum habet amatorem: Ita qui multorum appetit amicitiam.

Vt puella in pratis alium post alium flosculum deerpēs, semper nouis arridentibus capitur, priores negligit: Sic qui multas instituit amicitias, ac mox saturatus alias quaerit.

Vt fluuius in multos ductus riuos, fluit tenuis ac languidus: Sic beneuolentia in multos distracta languescit, & euanescit.

Vt animantia quæ unicuique pariunt foetum, uehementius amant: Sic erga unum ardentior est beneuolentia.

Quemadmodum muscæ in popinis non manent, si desit nidor: Ita uulgares diuitum amici non perseverant si non adsit utilitas.

Veluti qui nummum adulterinum: Ita qui amicum habet non exploratum, ubi senserit improbum esse, cum priuatur eo, gaudet: cum habet, optat effugere.

Vt malum cibum nec retinere possis citra noxam, nec rejicere sine molestia: Ita malum amicum, si teneas, lædit, nec tam absque inimicitia, ac tumultu ueluti bilem potes abijcere.

Vt rubo, spinisq; completentibus nos discussis, ad uitam aut oleam tendimus: Ita non quemuis obuium oportet in amicitiam admittere, sed ad idoneos, reiectis alijs, eundem est.

Vt Zeuxis lente pingebat, quod diu duraret: Ita diu explorandus amicus, qui sit perpetuus futurus.

Vt diligenter compingitur nauis, quæ sit in tempestatibus præsidio futura, & aggeruatis casibus opposita: Ita diligenter probandus amicus, quo sis futurus ad omnia.

Quemadmodum lac coagulo crescit: Sic homines compinguntur, et unum fiunt amicitia.

Vt alijs uenti secundi sunt, alijs aduersi: Ita alijs fortuna fauet, alijs aduersatur.

Vt Briareus centum manibus quinquaginta pascens uentres, nihilo felicior erat nobis, qui duabus unum administramus: Sic tantum de commoditatis capies e paucorum amicitia, quantum e multorum: pensatur enim incommodum, si pauci inferunt, paucis est inseruendum.

Vt Creon filiam nihil adiuuit, sed eam complexus unam cum illa perijt incendio: Sic quidam felicibus amicis non fruuntur, cum infelicibus pereunt.

Vt bruta si ut commisceantur diuerso generi, discedunt indignatia, & grauer ferentia: Sic inter similes placide coit, & cohaeret amicitia.

Dissimile Musica Symphonia constat e diuersis, puta grauius & acutis inter se ratione copositis: at amicitia constat similibus.

Dissimile Non ut Polypus se quibusuis locis: ita nos debemus nos quorūlibet moribus, ac comoda

Dissimile Polypus superficiē, & colorē duntaxat mutat: At amicus uere similis esse debet (re-amicis, & moribus, & affectibus, & studijs.

Dissimile Non ut Proteus prestigijs sese in omnes uertebat formas, nec ullam habebat certam propriam: Sic oportet nullo certo uitæ instituto, cum studioso legere, cum palestra coluctari, cum uenandi studio uenari, cum bibosis simul inebriari, cum ambitioso ambitu re magistratum.

Vt qui propriam domum non habet, per multas domos uagatur: Ita qui certum uitæ institutum non sequitur, nunc in horum, nunc in illorum mores transit.

Vt prima materia quibuslibet formis uariatur, cum propriam non habeat: Ita animus multorum amicitia subiectus.

Erungium herbam si uni capræ in os inferas, cum ipsa sistitur, tum omnes consistunt, donec pastor herbam eximat: Ita principis mores mira uis in populum transfunduntur.

Vt Ixion Iunonem persequens, in nubem incidit: Sic multi in fucatam, & uulgarem amicitiam incurrunt.

Vt lumen magis prodest ijs qui uident, quam qui uidentur: Sic gloria magis confert ijs qui eam sentiunt, quam quibus contingit.

Vt grauius puniendus, qui letiferum uenenum non in unum calicem, sed in fontem, unde

unde bibunt omnes, iniicit: Sic magis peccat, qui principis corrumpunt ingenium, quam qui priuati hominis.

Vt sacrificis honorem habet ciuitas, quod commune omnium bonum a dijs petant: Ita honorandus principis præceptor bonus, qui talem fingit, ut omnibus sit utilis futurus.

Vt artifex lubentius faciat lyram, qua sciat Amphionis arte Thebanorum urbem condendam, quam eam qua Thales Lacedaemoniorum seditionem composuit: Ita philosophus lubentius formabit ingenium principis orbi profuturum.

Vt mendum quod induruit, ac diutius inhestit difficile tollitur: Ita uitia inueterata non facile corriguntur.

Vt liber post lituras iterum infectus non facile emaculatur, quod altius imbibere a tramentum: Ita animus sæpe in eadem relapsus uitia.

Veluti si quis cæcus in quempiam incidat, illum cæcum appellet, qui non uitauerit: Sic nos fortunam facimus cæcam, in quam nostræpe incidimus cæcitate.

Vt quemadmodum si sol non sit, per reliqua astra noctem ageremus: Ita quantum ad reliquos attinet sensus, nihil differemus a brutis, nisi ratio adlit.

Vt pictor ille spumam equi, quam arte nequibat exprimere, impacia in os equi spongia uarijs imbuta coloribus, casu expressit: Sic quædam casus conficit, quæ prouidentia, curaque nostra non possunt effici.

Vt non debet sumere citharam, qui canendi sit imperitus: Ita non debet imperium sumere, qui non sit prudentia præditus.

Vt medici in uehementi fluxu pituitæ, non statim succurrunt pharmacis, sed foris ad mouent, quod tempore concoquat humorem, ac tum medentur: Ita in recenti dolore tendendum, donec tempore mior admittat consolationem.

Vt in Democratia, cui forte contigit imperium, eum oportet imperare: cui non contigit, eum oportet æquo animo ferre: Sic in uita hominum quod fors dederit, boni consulendum est.

Vt terræ foetus aliquando copiose proueniunt, aliquando maligne. Et in animantibus aliquando foetura felix, aliquando sterilitas est: Et in mari aliquando tempestas, aliquando tranquillitas: Sic in uita uarij fortunæ casus.

Vt suus cuique arbori fructus: Ita luctus non est alius fructus, quam lachrymæ.

Vt nemo miratur liquefactum, quod potuit liquecere, sectum quod erat sectile, extusum quod exustibile: Ita mirandum non est mortuum esse, qui erat mortalis.

Quemadmodum ex eodem luto licet fingere animantia, ac rursus confundere, atque continenter aliud ex alio facere: Sic natura ex eadem materia genuit maiores nostros, his extinctis, nos, deinde alios atque alios.

Quemadmodum mutua pecunia æquo animo reddenda est: Sic uitæ munus, quæ mutuo accepimus a dijs, citra querimoniam est reponendum.

Vt non qui multum cecinit, aut rhetoricatus est aut gubernauit, laudatur, sed qui scilicet: Sic non qui diu uixit, sed qui bene.

Quemadmodum quod in tesseriis cecidit, id arte & ratione quam potest optime disponendum: Ita quod in uita accidit, in optimam uertendum partem.

Sicut mensarii non grauatim reddunt deposita pignora, ut quæ in hoc ipsum acceperrint, ut restituant: Sic nos quod a dijs accepimus.

Quemadmodum araneæ ex se telas texunt: Ita quidam ex seipsis comminiscuntur fabulas ac mendacia, cum nihil subit ueri.

Quemadmodum iris nihil aliud est quam relucencia solis refracti in nubibus: Ita fabula quædam est ueri repræsentatio.

Fumus initio ingens, facile euanescit: Sic gloria falso parata.

Vt fugitiuis ab altaribus ac templis reuulsis, nihil superest præter mortuorum sepulchra: Sic qui uera suaque gloria destituti, maiorum imaginibus efferunt sese.

Non utimur aqua turbata nisi consistiterit: Multo minus utendum est animo commoto, priusquam ad se redierit: Ita Socrates.

Si qua terra referta sit salubus, feris & herbis syluestribus, multoque limo, protinus displicet imperito colono, At perit agricola ex ijs ipsis ediccat, soli molliet ac feracitate,

tantocius impensius dat operam ut eam repurget: Sic magnis ingenijs magna uisita solent innasci, quæ non conuenit statim tollere, sed potius mederi: expectanda ætas, donec ad frugem bonam reducatur.

Quemadmodum Aegyptij lege iubebantur expectare, donec peperisset fructus grana da morbo fuisset correpta: Ita non facile abicienda spes in hominum erratis.

Vt hyenæ fel, & phocæ coagulatum, atque alia pessimarum ferarum partes aduersus magnos morbos efficax habent remedium: Sic deus pessimis tyrannis utitur non nili quam ad correctionem uitiorum.

Quemadmodum agricola non incidit spinam priusquam asparagum inde cepit, & Libyes non ante incendunt farmentum quam thus collegerint: Ita deus non excidit genus regum pestilens, priusquam hinc fructus aliquis bonus contigerit.

Cantharides & scorpion in se circumferunt sui ueneni remedium: At ipsi peccato inest sua pœna suppliciumque.

Vt pueri quidam admirantur ac felices iudicant nebulones miseris cum in scena latant, aureis induti: Sic stulti felices existimant diuitijs onustos.

Vt qui diutina tæbe conficiuntur non effugiunt mortem, sed lente moriuntur: Sic qui non statim puniuntur, non effugiunt pœnam, sed longa ducuntur pœna.

Vt qui in carcere detinentur unde non sit effugium, tamen aliquando ludunt tesseri: Sic qui in uita uoluptatibus utuntur cum sint scelerati.

Vt amnes quidam repete se condunt sub terrâ, nihilominus eò perferuntur quò tendunt: Ita nimum iræ licet occulte, tamẽ in extremas calamitates auferunt aliquando nocentes.

Vt qui æstuant febribus, æque calent, siue unam in tra ueris ueste, siue plures, tamen in solatijs illorum multitudo uestiu tollitur: Sic obseruandis, quibus mederi non possis.

Quemadmodum ischiacis medici pollicem inurunt, & cum alibi doleat, alibi admo uent remediunt: Sic deus non nunquam ut patres sanet, scuit in filios.

Vt scorpius non tantummodo putandus est habere aculeum cum ferit, sed semper est obseruandus: Ita malis prognati, etiam si non peccent, tamen uenenum habent.

Vt medici quibusdam morbis occurrunt priusquam appareant: Ita deus quædam punit ne fiant.

Qui uincit in certaminibus, præconem adhibet quo uictor pronuncietur: Multo magis uera uirtus alieno debet ore laudari, non suo.

Quidam fame coacti, cum deest quod edant, suis ipsorum artibus turpiter uescuntur: Sic quidam siti gloriæ, cum deest qui laudet, ipsi laudant seipos non sine dedecore.

Vt qui in ambulantes attollunt sese ac dilatant, fastuosi uocantur: at laudantur qui in dem faciunt in pugilum certamine aut in pugna, & uocantur fortes & inuicti: Sic qui in rebus aduersis erigit animum, fortis habetur & insuperabilis.

In tempestate qui confugiunt sub arborẽ, serenitate facta, ramos illius uellunt fugientes: Sic in rebus afflictis uitamur præsidio quorundam, quos eodem per inuidiam afflictimus in rebus prosperis.

Qui obseruant ne molesti sint suppliantibus, umbram aliquã admiscet lumini: Sic quidam laudibus suis aliquid errorum aut uiruperationis aspergunt, ut inuidiam effugiant.

Vt non inuidetur his qui domũ aut agrum magno emerunt, sed quibus gratis contigit: Ita nemo his inuidet, qui gloriã magno sibi parauit, sed quibus fortunæ fauore contigit.

Quemadmodum iubemur aut omnino cauere locum pestilentem, aut si in eo sis, circumspicere agere: Sic aut omnino uitandum ne laudes te ipsum, aut id cautim & circumspicere agendum.

Qui esuriunt, magis irritantur si conspexerint alios edentes: Sic magis inflammantur ad gloriã, qui gloriã sunt auidi, cum alios audiunt laudari.

Non oportet titillare, qui natura procliuus sunt ad risum: Ita non oportet laudare, qui gloriã suapte sponte sunt appetentiores.

Pictores seponunt ad tempus opera sua, tum ex interuallo rectius iudicaturi: nã assiduitas in causa est quo minus bene iudicent: Sic nos rectius iudicamus amicos, quos ex interuallo reuissimus. Ac de nobis ipsis quoniã assiduum assidue, minus recte iudicamus.

Qui se unã cum ipsis ædibus incendunt, omnia intus tumultu complent, ut nec uidere possint

possint, nec dispicere quid sit utile: Sic ira commotus animus.

Nauis deserta recipit gubernatorem, si quis uelit in portum reducere: At animus ira percitus non admittit gubernatricem rationem aliunde, nisi intus ratio clauum arripiat.

Quemadmodum qui expectant obsidionem, colligunt ac deponunt pecuniam, atque omnia parant sub hostium aduentum: Ita aduersus assaultum iracundiæ præceptis philosophiæ muniendus & instruendus est animus.

Vt in tumultu non audimus quid nobis dicatur: Ita irati non admittimus alienum consilium, nisi ratio loquatur intus, quæ tumultum animi comescat.

Vt munita tyrannis ab alienis tolli non potest, à familiaribus potest: Ita concitatus animus ex se præbet, quo soluatur ira.

Vt ferrum tenue & infirmum si denuo fodiatur, facile frangitur: Sic animus sæpe commotus ira, qualibet de causa commouetur.

Vt non magno negotio flamma extinguatur in pilis leporinis, aut scyris, aut stipulis accendi coepit, at non item si solida corripuerit: Sic ira primum gliscens facile uel ioco, uel risu comescitur, cum uidemus fumantem adhuc: quod si processerit, uix ullo negotio possit extingui.

Vt nauis præsentientes tempestatem, ancoris firmant naues: Ita priusquam ingruat tempestat iracundiã, ratione firmandus est animus, & in diuersum nitendum.

Amor leuatur cantu, corollis, osculis. At ira si indulgeas exasperatur.

Vt prima tyrannidis solutio est, si reclametur, si non pareatur: Sic iræ statim est reclamandum.

Vt iuxta sententiã Hippocratis morbus est periculosissimus, in quo egrotus subinde mutat oris habitum, ac sui dissimilimus redditur: Ita nullus est animi morbus ira periculosior, quæ uultum, uocem, incessum sic immutat, ut idem alius esse uideatur.

Lotis adducunt speculum: Id multo magis adhibendum irato.

Mare commotum cum algam & spumã eieciat, purgari dicitur, etiam si littus contaminat: At qui commotus ira, uerba effundit amara, contumeliosa, primũ inquinant ipsum à quo dicuntur, & famæ labem aspergunt.

Vt in febre, sic & in morbo linguam habere lenem ac teneram, bonæ spei signum est: In febris linguæ scabrics ac fordes, signum est mali, non causæ: In ira linguæ duricies, malorum maximorum est causa.

Vt tumor potissimum accidit ex plaga carnis: Sic molles & imbecilles animi maxime intumescunt ira, ut mulierum ac senum.

Barbari quidam ferrum inficiunt ueneno, ut bis noxium sit: Sic quidam dictis instigant commotos.

Vt nutrices pueri dicunt, ne plora & accipies: Ita dicendum animo commoto, ne clama, ne festina, ac melius quæ uis consequeris.

Vt pater uidens puerum uolentem incidere quippiam, ipse arrepto ferro id facit: Ita ratio uindictam eripiens iræ, utiliter castigat.

Vt puer se uulnerat ob imperitiam, dum alium ferro quærit lædere: Ita iracundiã sibi nocet sæpenuerò, cum alijs nocere studet.

Qui nos docuit sagittare, nõ uetuit iaculari, sed uetuit ne aberremus à scopo: Ita non est interdicta punitio, sed in tempore & apte facienda.

Vt primis nuncijs non statim creditur, quemadmodum Phocion Atheniësis, nunciata Alexandri mortẽ, Si hodie, inquit, mortuus est, & cras & perendie mortuus erit: Ita non statim iræ fidendũ dicenti, ille mihi fecit iniuriã, sed proferenda fides in dies aliquot.

Vt per nebulam corpora: sic per iracundiã res maiores uidentur.

Pigri remiges sereno celo desidẽt in portu, deinde coguntur flantibus uentis nauigare tũ periculo: Sic qui nõ puniunt, cum est animo sedato, coguntur aliquãdo uel iratus punire.

Cibo iuxta naturã utitur is qui esurit: At uindicta debet uti, qui nec sitit eã, nec esurit.

Vt assidua uis concutitur & quassatur corpus atque exulceratur: Ita crebra ira animum exulcerat.

Vt luxus deprehenditur è cantu tibicinæ, è coronis proiectis, ac similibus indicijs: Ita iracundum intelliges è seruorum uultibus iniustis.

Vt qui per inane ingrediuntur, quo magis innituntur, hoc magis peccant: Ita qui sui amantes sibi fidunt.

Disimile Non ut medici bili medentur amaris: Ita oportet iracundiam medicari iracundia.

Vt minutæ literæ, si quis intendat, offendunt oculos: Sic qui res minutulas iracunde curat, morosior redditur ad maiores.

Quemadmodum in economicis inquit Xenophon, suum habet locum uasa sacris parata, suæ quæ coenæ, alibi quæ agriculturæ, seorsum quæ bello: Ita quisque inueniet in animo suo mala ab inuidia profecta, à zelotypia, ab ignauia, ab auaricia.

Vt Lamias fabulæ narrant foris oculatas esse, domi oculis in uase reconditis, nihil uidere: Ita quidam in alienis perspicaces sunt, ad sua cæcutiunt.

Vt quibus domi multum est malorum, gaudent apud alios uersari: Ita animus sibi male conscius, sua horrens de alienis agit, & malitiam suam apud alios pacit.

Gallina se penumero pabulo appolito, in angulo scalpens ac uerrens scobem, e stercore ordeigranum unum depromere mauult: Sic curiosi prætermisissis aut interruptis sermonibus innoxii, si quid malum in cuiusquæ familia occultum est, id prouerrunt in medium.

Vt taxatur in Comædijs Cleon, quod alibi manus haberet, alibi mentem: Ita multis in locis est curiosi hominis animus, nec una habitat in domo.

Vt Sicyæ, quod est in corpore pessimum, id attrahunt: Sic curiosorum aures, quod est in hominum uita uitiolissimum, id libentissime audiunt.

Ciuitates portas habent quasdam nefastas, per quas educuntur nocentes ad supplicium capitis, eijciuntur purgamenta, nihil autem inferitur sacrum aut purum: Sic aures curiosorum non transeunt nisi homicidia, adulteria.

Vt nemo ferret, si quis medicus, uel Aesculapius ultro accedens ad alienum morbum, percontaretur, num haberet fistulam in ano, aut num mulier haberet cancrum in pudendis, cum hæc curiositas sit salutifera, quod inuocatus accederet. Multo magis eijciendus curiosus, qui aliena mala non curat, sed reteggit tantum, idque non accersitus.

Disimile Portitoribus indignamur, quod aliena scrutantur uasa, cum id lex eis permittat, & nifaciant, damnum facturi sint: Multo magis succensendum his, qui suis omnis negotijs aliena perscrutantur.

Vt cocci optant pecorum prouentum, piscatores piscium: Sic curiosus malorum, nouarum rerum commotionem, ut habeat quod uenetur.

Vt sele prætercurrente, tollunt e medio obsonia: Ita apparente curioso, uertunt institutum sermonem, donec abierit, ut minus iam noirit rerum quam ceteri.

Vt quidam insana libidine, neglectis formosissimis mulieribus quæ prostant, ad inclusam & sumptuosam penetrant etiam deformem: Sic curiosus contemptis præclaris spectaculis ac fabulis tam multis, alienas scrutatur epistolas, alienas domos, non absque periculo nonnunquam.

Vt Simonides gratiarum scrinium semper inane repperit, mercedis semper plenum: Ita si curiosus post aliquantum tempus suam aperiat penam, inutilibus & insuauibus rebus plenam inueniet.

Quidam e poetis eligunt deterrima, ut ex Homericis uersibus acephalos, & *μαύρος*, tragicos syllogismos, & ab Archilocho obscæne dicta in mulieres: Sic curiosus pessima & insuauissima e cuiusque uita decerpit.

Vt Philippus ex deterrimis hominibus conditam ciuitatem *πυρόπολις* appellauit: Sic curiosus malis undique congestis, thesaurum quandam inamabilem & inamcentum sibi in memoria construit.

Vt quidam neglectis pulchris picturis, prodigiosas ac monstrosas mirantur imagines, ut trioculos, carentes suris, cynocephalos: Sic curiosi malis alienis magis delectantur, quam honestis.

Vt uenatores non sinunt canes quiduis olfacere, aut mordere, sed integros eos seruare: Sic oportet aures et oculos non sinere quouis uagari, sed rebus necessarijs reseruare.

Quemadmodum aquilæ & leones cum ambulat, introrsum uertunt ungues, ne conterantur, ac seruant in prædam illorum aciem: Sic animi uigorem non conuenit alienis rebus noscendis absumere, sed seruare ad usum necessariorum.

Vt

Vt turpe est ingredi domum alienam, aut introspicere: Ita turpius est scrutari quid alij suæ domi faciant.

Vt admonuit Socrates cauendum ab his edulij, qui illiceret ad edendum etiam non esurietes, & a potu qui ad bibendum inuitaret etiam non sitientes: Sic fugienda sunt spectacula, sermonesque qui pellicunt sui desiderio eos, ad quos nihil attinent.

Vt hucus cruentat seipsum, dum scalpitur: Ita curiositas & sua mala studet cognoscere, & dolorem accersit cognoscendi libido siue pruritus.

Quemadmodum admonet Xenophon, ut in rebus prosperis maxime meminerimus honorare deos, quo si quando inciderit necessitas, audacter eos possimus accersere, ceu iam beneuolos & amicos: Sic dicta quæ morbis animi queant mederi, multo ante comparanda sunt: ut cum opus est, facile succurrant, iam familiaria.

Vt canes feroces ad oem uocem irritantur, ad solam notam ac familiarē mansuescunt: Sic animi morbi cum se uisunt, cõpesci non possunt, nisi dicta ad sint nota familiariaque, que cõmotos corrumpunt.

Qui nauis inter nauigandum, existimant se melius habituros, si exscapha in prætiburnicam, aut in tritemem demigrarint: At nihil agunt, cum secum circumferant timiditatem ac hilem: Ita frustra uertunt genus uitæ, qui morbos animi secum adferunt.

Qui laborant aduersa ualeudine, his omnia sunt molesta, fastidiunt cibos, incusant medicos, succensent amicos, at restituta sanitas omnia reddit iucunda: Sic animo ægroti quæuis uita insuauis, animo sano nullum uitæ genus non iucundum.

Vt calceus ad pedis formam torquetur, non contra: Sic uitæ genus cuique est eiusmodi, cuiusmodi sunt animi affectus.

Vt frustra puro haurias uase e fonte turbido: Ita non potes alijs iucundus esse, aut rebus obeundis accommodus, nisi purgaueris animum malis affectibus.

Plato confert hominis uitam ludo tesserarum: quid iactu cadat, non est in nobis situm: at quod cecidit, recte disponere in nobis est: Sic euentus in nobis non est, quod obuenit, id in bonum uertere nostri muneris est.

Vt corpus ægrotum nec æstum ferre potest, nec frigus: Ita animus ægrotus prosperis atque aduersis rebus iuxta offenditur.

Vt apis ex amarissimo thymo, suauissimum mel colligit: Ita sapiens ex tristissimis rebus aliquid excerpit utilitatis.

Vt qui canem lapide petens, noueram percussit, ne sic quidem, inquit, male: Ita quod præter expectationem euenit, in bonam partem uertendum est.

Vt medicus curans eos qui dentibus cruciantur, non tam contristatur aliorum malis, quam sua bona ualeudine gaudet, sed placidus eis apparet: Sic qui cupit alienæ mederi iracundia, non debet ipse simul commoueri, sed placide tractare animum ægrotum.

Febricitantibus amara uidentur omnia, at ubi conspexerimus alios eadem non fastidientes, iam non cibum, sed nos ipsos incipimus accusare: Sic definemus incusare negotia, si uiderimus alios eadem hilariter ac lubenter obeuntes.

Sicyæ quod est pessimum attrahunt: Sic quidam suis bonis non fruuntur, sed malis expendendis disruciantur.

Vt Chius ille uina optima emebat alijs, ipse uappam potabat: Sic qui omnia sua deprauant, nec suis ipsorum bonis fruuntur. Huius seruus interrogatus, quid ageret dominus, cum ad sint inquit bona, quærit mala.

Si pueris unum lusum auferas, reliquis omnibus abiectis plorant: Sic quidam si quid obtigerit disperdij, protinus irati, reliqua omnia cõmoda sibi reddunt iniucunda.

Vt quidam alienas picturas, statuas, poemata diligenter aspiciunt, ac singula excutiunt per otium, sua neglectis habent: Sic multi alienas fortunas magis admirantur, suas oderunt.

Quemadmodum adulteri alienas uxores adamant, suas contemnunt: Sic quidam aliorum bonis magis delectantur, sua eleuant, aut etiam negligunt.

Vt uincti beatos iudicant solutos, soluti liberos, liberi ciues, hi rursus diuites, hi satrapas, satrapæ reges, reges deos, tonare propemodum ac fulgurare cupientes: Sic qui semper expendit, quanto sit alijs inferior, nunquam sua contentus est sorte.

In Olympijs non licet uincere, delecto aduersario: Sic in uita quæcumque obtigit fortuna, cum ea luctandum est.

Vt floridum aulaeum aliquando multa tegit fordida: Sic splendor & strepitus potentum multas obtegit calamitates.

Vt quibusdam cum foris, in foro, aut in curia conspicui sint ac splendidi, domi inorsa uxor contristat omnem uitam: Sic regno, ac diuitijs multa adsunt occulta mala.

Vt uelis utendū pro nauis magnitudine: Ita cupiditates pro facultate sunt moderanda. Qui boue uenatur leporem, & aratro iaculatur, & sagena captat ceruos, si non assequitur, non potest accusare fortunam, sed suam ipsius stultitiam: Sic qui conantur quod non queant efficere, non debent inculcare fortunam, sed suam dementiam.

Bos ad aratrum adhibendus, equus ad currus, ad uenatum canis, ut inquit Pindarus: Sic quisq; debet eam uitae rationem capeffere, ad quam natura sit appositus.

Qui studeat Plato esse doctrina, dormire cum beata uetula, ut Euphorion: cū Alexandro potare, ut Medius: diues esse, ut Ismenias, uirtute præcellens, ut Epaminondas, doleatq; quod unus nō sit hæc omnia: perinde facit, ac si moleste ferat, quod non sit leo mortuus, & idem melitæa carella in sinu uiduæ diuitis.

Vt qui cursu certant, non discruciantur, cum uident coronas athletarū, sed suis oblectantur: Ita te non oportet aliena felicitate discrucari, sed tua gaudere forte.

Vt plures sunt qui lauare uelint, quam qui uelint inungi: Ita ad magis ardua, magisque præclara pauciores confluunt.

Qui dolent, q; non excellat in omnibus, etiam diuersissimis: perinde faciūt, ac si quis moleste ferat, quod uinea non ferat ficus, quodq; olea non ferat botros.

Vt feris alijs aliunde uictus: Sic hominibus alijs aliunde uiuendi ratio, alijs philosophatur, alijs militat.

Vt muscæ à leuibus locis ueluti speculis dilabuntur, asperis & cauis insident: Sic quidam honorum oblit, tristitiam memoriam urgent, ac premunt.

Vt est locus in Olyntho Thraciæ, in quem si scarabeus incidit, non possit exire, sed distorquens sese immoritur: Sic quidam malorum suorum memoriam immoriantur.

Vt in pictura quæ splendida sunt, oculis sunt obijcienda, coelanda si qua mala quæ deleri non queant: Sic in uita, bonorum contemplatione, obscuranda malorum memoria.

Vt in mulica graues acutis sic miscentur, ut concentum efficiant: Ita bonis & malis utendum in uita, ut ex utriusq; uiuendi ratio temperetur.

Vt grammaticus non solum uocalibus utitur, sed & consonantibus, tenuibus, aspiratis, grauibus, longis, ut modulata sit oratio: Sic in uita nihil purum.

Vt musici duriores harmonias alijs obscurat modulationibus: Sic in uita si quid accidit præter animi sententiam, meliorum collatione est obscurandum.

Vt flamma excitata uento, maior est ac uehementior, sed parum durabilis ac constans: Sic uehemens cupiditas ob metum adiunctum, incertam habet uoluptatem.

Gubernator etiam si multum conducit tamē non potest sedare uentos & undas: Atractio, ac mētis habitus nō solū animi motus cōponit, uerū & corporis morbos sæpe leuat.

Vt qui per febrim aut epialum, horrent atque aestuant, grauius afficiuntur ijs, qui eadem foris patiuntur: Sic fortunæ res, quod foris adueniant, minus discruciant, quam ea quæ sunt animi.

Vt si fons ipse turbidus sit, quicquid inde fluxerit nō potest esse purum: Sic animus si sit infectus malis affectibus, omnia uitiat quæ accedunt, cōtra si purus & tranquillus.

Vt qui thus tundunt, etiam si purgentur, tamen odorem in multum tempus referūt: Ita animus diu diuersatus in honestis negotijs, diu seruabit iucundam memoriā, qua fretus, contemnet eos, qui uitam ut miseram deplorant.

Vt multa agrestia subnascencia in agro, mala quidem ipsa sunt, sed tamen signa felicitatis atq; uberis soli, si quis excolat: Sic animi affectus per se mali, arguunt ingenium non malum, si accedat recta institutio.

EX SENECA.

Vt qui se meminerunt inquilinos esse, & in conductio habitare, & modestius se gerunt, & minus grauiter exeūt: Ita qui intelligūt domiciliū corporis ad breue tempus à natura commodatum esse, & uiuunt temperantius, & libentius moriuntur.

Vt felicior est, quem uentus acrior cito in portum pertulit, quam quem uenti segnes, & longa

& longa tranquillitas lentissimo tædio delassarunt: Ita fortunatior, quem festinata mors statim his uitæ malis eximit.

Quemadmodū nauigantibus terræq; urbesq; recedunt: Sic rapidissimi tēporis cursu primū pueritiam abscondimus, deinde adolescentiā, deinde senectutis optimos annos.

Vt qui serius exiuit, cursus celeritate penset ac sarciat oportet: Ita qui serius ad bonam uitam aut literas accessit, diligentia reparat necesse est, superioris cessationis iacturam.

Animalia quæ dā circa cubilla confundunt uestigia, ne queant inueniri: Sic nobiscelandum bonum nostrum, quo tutius sit.

Vt in aperto posita & exposita negliguntur ac prætereuntur, abstrusa petuntur insidijs: Ita qui ualde latet, & à uulgo semotus est, in huius uitam inquirunt homines.

Demetrius uitam perpetuo tranquillā, & sine ullis fortunæ incursionibus, mare mortuum uocauit.

Vt sol minora obscurat lumina: Ita ad uirtutē reliqua cōmoda nihil habent momenti.

Vt nihil adfert momenti nimbus in mare decidens: Ita fortunæ incommoda nihil mouent sapientem.

Poma quædam suauiter acerba sunt, & in uino nimium ueteri delectat et ipsa amaritudo: Sic amicorum defunctorum memoria mordet animum, sed non sine uoluptate.

Supra modum deditus uino, se cem quoq; exorbet: Sic admodum uitæ auidus, qui ne extrema quidem senectia uult mori.

Vt in eundem anmem nemo bis descēdit: Sic ob rapidum cūrsū uitæ homo ad singula momenta alius est.

Vt latronum genus, quod Aegyptij Philistas uocant, in hoc amplectuntur ut stragulum: Sic uoluptates dum blandiuntur necant.

lumenta quorum in aspero indurata est ungula, quālibet patitur uiam, in palustri palatio saginata cito subteruntur: Sic animus duris rebus assuetus, minus offenditur.

Vt alia uestis magis sapientem decet quam alia, cum nullā oderit: Sic magis congruit hoc aut hoc loco uiuere.

Alia remedia cum administrantur, tristitia, post sanitatē deniq; delectant: Philosophia *Disimile* pariter salutaris est & dulcis.

Robora in rectum quamuis flexa reuocabis. Curuatas trabes calor explicat, & aliter nata in id finguntur, quod usus noster exigit. Quantomagis animus accipit formā flexibilis, & omni humore obsequentior.

Quemadmodum stultus est, qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratū eius ac frenos: Sic stultissimus, qui amicum asciturus, eum ē uestitu aut opibus aestimat.

Vt grando illisa tectis disultat, magno quidem fragore, uerum nulla noxia: Sic insulatus fortunæ nihil potest in sapientem.

Vt præstigiatorum fraudes fallunt & cum uoluptate: Sic sophisticis argutijs capi ridiculum est, non periculosum.

In labyrintho properantes ipsa implicat uelocitas: Sic qui uitæ cōmodis student, magis inuoluuntur incommodis.

Nauis in fluuio magna, in mari parua est: Sic mediocres alibi, alibi uidentur insignes.

Auis quæ pluma tantum tenetur, minimo dispendio potest aufugere: Sic opes nō debent nos remorari à studio sapientiæ.

Serpens etiā pestifera dum frigore torpet, tute tractatur, non quod desit uenenum, sed quod non possit explicare: Sic quibusdam ad eximiam malitiam uires desunt, nō animus.

Vt Phœnix nō nisi quingentesimo aëno nascitur: Ita insigniū uirorū rarus est prouetus.

Non faciunt equū meliorem aurei freni: Nec hominē meliorem fortunæ ornamenta.

Radij solis etsi contingunt terrā, tamen ibi sunt unde mittuntur: Sic sapientis animus, tametsi uersatur hic, tamen apud suam originem est.

Qui nimium incitatus fertur, non ubi uult sistit sese, sed longius effertur quam uelit: Sic nimia in dicendo celeritas temere rapitur.

Vt segetem nimia sternit ubertas, rami onere franguntur: Sic animos immoderata rumpit felicitas.

Flamina nec premi potest, nec quiescere: Sic animus natiuo impetu fertur ad honesta.

Semen licet exiguum, tamē locum natum idoneū vires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffundit: Sic ratio sapientiae paucis constat verbis, in opere crescit.

Vinum quod in dolio placuit, non fert aetatem, quod recens durum est & asperum, postea placet: Sic adolescentia durior maturefcit, & ad frugem peruenit.

Qui multis negocijs distrahitur, ueluti lacus est ad quem a multis cōcurritur, qui etiam & exhauriunt & turbant.

Non est admirationi una arbor, ubi sylua tota in altum surrexit: Sic non animaduertitur una sententia, cum passim omnia referta sunt sententijs, sed si raro incidat.

Ignis qui ualentem materiam occupauit aqua, & interdum ruina extinguedus est: Ille qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit: Sic facilis est mors senum.

Gladator tota pugna timidissimus, cum moriendum est, fortiter aduersario iugulum praestat, & errantem gladiū sibi attemperat: Sic mors admota etiam imperitis animum dedit, ut praesentem fortiter ferant, qui cum procul abesset, formidabant.

Magnus gubernator & scisso nauigat uelo, & si exarauit, tamē reliquias nauigij aptat ad cursum: Sic in corpore parū felici ac deficiente, tamen fortis animus sui similis est.

In nauī quae sentinam trahit, unī aut alteri timae obstititur: sed ubi pluribus locis laxari coeperit, succurri non potest nauigio dehiscenti: Ita in senili corpore aliquatenus fulcra potest imbecillitas: uerum ubi totum collabi coeperit, nihil agitur remedijs.

Vt putri & ruinam minanti aedificio non adhibentur futurae, sed circunspiciendū ut exeat: Ita defectio corpore demigrandum euita.

Vt si quis uaria spargat, necesse est ut aliqua proueniāt, sic omnia tētātī quae dā succedūt.

Vna tussis nō facit phthisim, sed in morē adducta: Ita error nō statim gignit animi mor

Vt aegrotus non quærit medicum disertum, sed sanandi peritum: Sic a philoso (bum) pho non requirimus orationem phaleratam.

Philosophus etiam eloquens, perinde est quasi si bonus gubernator etiā formosus sit:

Vt in corporibus morbus segnicie & lassitudine praesentitur: Sic infirmus animus, priusquam opprimatur malis, praesumptione quatitur.

Vt semina bona, si in solū bonū inciderint, similia origini proueniūt, eadē humus sterilis ac palustris necat: Sic philosophiae precepta, si in bonū aut prauum animū inciderint.

Nō continuo melior gubernator, cui pulchrius aut maius sit nauigium: Ita non est melior uir, cui fortuna splendidior.

Dissimile Ex congiario epulo, aut uisceratione, tanto minus reddit ad singulos, quanto in plures distribuitur: non idem accidit in bonis animi, quae tota ad singulos perueniunt, nec communicatione minuuntur.

Vt plus debet Neptuno, qui merces preciosissimas deportauit: Sic plus debet principi qui tranquillitatem, & pacem publicam nō in uoluptatibus, sed honestissimis studijs cōsumit.

Canis quicquid exceperit, protinus deuorat, & sepe ad spē futuri hiat: Ita quod expectatibus fortuna proiecit, id sine ulla uoluptate demittimus, statim ad rapinā alterius erectū.

Vt libri quos nō euoluas, situ cohaerescūt: Ita memoria euanescit, nisi subinde renoues.

Lana quosdam colores statim imbibit, quosdam non nisi saepius macerata & recocta. Sic alias disciplinas ingenia cum accipere, protinus praestant: philosophia nisi alte descendit, & diu sedit, non colorabit animum.

In aquam demissa quaedam, cum sint rectissima, speciem curui, praefractiq; uisentibus reddunt: Ita si de rebus perperā iudicamus, nostrum est uitium, non rerum.

Quaerimus nonnunquā eos, quibuscum stamus: Ita quidā quod sciūt, se scire nesciūt.

Quemadmodum perniciosior hostis fugientibus: Sic grauius est incommodum si cedas, ac des terga.

Quomodo fabula, sic uita: non quā diu, sed quā bene acta sit, refert.

Vt scitum quem prauidetis, cōmodius excipis: Sic praecogitātū malū minus offēdit.

Vt histrio non est felicior, quod in scenis adornatus, rex aut deus uideatur: Sic nec homo fortunae muneribus, quandoquidem suis bonis aestimatus, nihil est.

Vt pumilio, etiā si in monte cōsistat, pusillus est, Colossus etiā in puteo magnus: Ita sapiens in quacunq; fortuna suis bonis magnus est, stultus & in summa fortuna humilis.

Quemadmodum reus paribus sententijs absoluitur: Sic sapiens ubi paria maleficijs meruit.

merita sunt, magis meminit benefactorum, quā iniuriarum.

Illud uenenum quod serpentes sine sua pernicie continent, in alienam effundunt: At *Dissimile* malicia maximam sui ueneni partem bibit ipsa.

Creditori praeter fortem extra ordinem numeramus, beneficiorum autem usum esse *Dissimile* gratuitum iudicamus, & illa crescit mora, tantoq; plus soluendum est, quanto tardius.

Vt post malam etiam segetem serendum, ut post naufragium tentantur maria, ut foeneratorem a foro non fugat coactor: Ita beneficium denuo collocandum etiam si semel incideris in hominem ingratum.

Fucata facies nec diu nec multis imponit: Ita simulatio, nō nisi ad tempus, & paucos decipit.

Vt umbra nos uel inuitos comitatur: Ita gloria uirtutem sequitur, etiam fugientem.

Vt umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur: Sic quibusdam statim contigit fama, quibusdam post mortem, deniq; ea quo longius sequitur, hoc maior esse solet.

Vt nec mundus crescit, nec sol, nec luna, nec mare: Ita pares sunt omnes sapientes.

Vt oculi diutino morbo difficiles facti, quouis solis radio offendentur: Sic uitia, multa & assidua contracta temulentia durant & sobrijs.

Vt dolium effervescente uino rumpitur, & quod in imo est, eruitur in summa: Sic ebrietas abditissima pectoris proferit.

Quemadmodum onerati mero, nō continēt cibū: Ita nec arcanū redundante uino.

Vt aequae mortuus est, qui cōditus est in odoribus, & qui trahitur unco: Ita aequae sunt infelices, & qui uoluptatibus indulgent, & qui ambitiosis negocijs uacant.

Vt bonus artifex e quauis materia simulacrum fingit: Ita sapiens quamuis fortunam sapienter administrabit.

Vt initia morborum quamuis leuia serpunt: Ita si uitia & affectus uel leuissimos semel admittas, crescant & augetur.

Vt quaedam ferae etiam domitae, tamen subito ad feritatem naturam recurrūt: Ita nunquam bona fide uitia manifesteunt.

Vt nullum animal nec mite, nec ferū paret rationi, qua caret: Sic nullus affectus.

Qui sibi comparatione deteriorum bonus uidetur, perinde est ac si quis ad claudos respiciens suam miretur uelocitatem.

Vt e diuersis uocibus constat chorus: Ita uariarū disciplinarū mixtura constat eruditio: Qui imitatur auctores, dabit operam, ut similis illis sit, quemadmodum filius similis est patri, nōn quemadmodum imago picta.

Vt e diuersis numeris constat unus, summam illorum in se complectens: Sic e diuersis constatur eruditio, iam tua, non aliorum.

Cibus innatans stomacho, onus est, non cibus, idem mutatus, in uires & sanguinem transit: Sic quae legeris, si solida durant in memoria, aliena manēt: si abeunt in ingenium, tum reddunt eruditorem.

Apes e uarijs uarios colligūt succos, sed eos suo spiritu mutat ac digerūt, alioqui non facturæ mel: Sic euoluendi sunt auctores omnes, sed quod legeris in tuos usus usus trans-

Alibi diligenter expenditur, non quid habeat quisq; sed quid habeat (formandum: suum: Itidem hominem suis proprijs bonis oportet aestimare.

Vt egregius artifex, nō in una materia artifex est: Sic sapiens in quauis fortuna se bene

Quemadmodum fures alienis poculis anfas mutant, ne possint agnosci: Ita (gerit, nonnulli de alienis inuentis paululum quiddam immutant, ac sibi usurpant, & detractis aut additis pauculis uerbis, existimant suum uideri posse, quod est alienum.

Vt sidera contrariū mūdo iter intendūt: Ita sapiens aduersus opinionē omnīū uadit.

Cum potentes imperio aditi, & consensu seruentium ualidi, nocere intentent: tam citra sapientem omnes eorum impetus deficient, quā quae neruo tormētis uē in altum exprimuntur, cum extra usum exierunt, citra coelum tamen fleuntur.

Adhuc illos, qui non aliter, quā quibus difficilis somnus, uersant se, & hoc atque illo modo componunt, donec quietem lassitudine inueniant, statum uitae suae formando, subinde in eo nouissime manent, in quo illos non mutadi odium, sed senectus ad nouandum pigra deprehendit.

Nihil ergo magis praestandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quod eundem est, sed quod iter.

Vt in magna strage alius alium trahit in ruinam: Ita in publico errore, alius alium se cum trahit ad perniciem.

Vt qui in ludo uersantur gladiatorio, cum ipsi uident ac pugnant: Ita uulgius hominum inter se dimicat, & alius alium spoliat uel amicissimum.

Vt feræ mutuo laniati utuntur: Ita quisquis potior malo inferioris ditescit ac crescit.

Vt qui per spinosa ingrediuntur loca, suspensis pedibus eant necesse est: Ita de rebus frivolis, aut molestis loquenti, breuiter est transiliendum ad uberiora, gratioraq.

Vt qui spinas habet in pedibus, tibique spinas calcat: Ita sterili ingenio omnis materia sterilis est.

Vt qui in alieno habitant, multis anguntur incommodis, semperque de aliquâ domiciliij parte queruntur: Ita animus nunc de capite, nunc de pedibus, nunc de stomacho, nunc aliud de alio queritur, significans se non esse in suo domicilio, sed unde breui sit emigraturus.

Vt montium proceritas minus apparet procul intuentibus, ubi accesseris, tum appareret quam sint in arduo: Ita nemo prospicit quam excelsus sit animus philosophi, quantumque supra res omneis humanas emineat, nisi propius contempleris, & imitatione ad illum accesseris.

Quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba, per longi canalis angustias tractu, patenti ore nouissimè effudit: Sic sensus nostros clariores arca carminis necessitas efficit, eadem negligentius audiuntur, minusque percipiunt, quamdiu soluta oratione dicuntur. Potest trahi & huc, ut si quis dicat famam uirtutis clariorem existeret, si diu rebus aduersis oppressa, tandem emerferit.

Vt qui in solem uenit, licet non in hoc uenerit, coloratur: & qui in unguentaria taberna resederunt, & paulo diutius commorati sunt, odorem loci secum ferunt: Ita qui cum sapiente consuetudinem habent, etiam si non hoc agant, tamen redduntur meliores.

Tempestatas minatur antequam surgat, crepant aedificia antequam corruant, praenunciat fumus incendium: At subita est ex homine perniciosa, & eo diligentius tegitur, quo propius accedit.

Vt in corpore latet animus, unde uim & impetum sumat omnia: & mysteria, quae est facrorum pars optima, non patente nisi initiatis: Ita philosophiae praecipua nota sunt omnibus, id uero quod in ea est optimum, latet.

Vt quosdam uxor magno ambitu ducta torquet: Ita quidam magnis laboribus accerunt, magno futura malo.

Vt puerorum, dum primum discunt scribere, digiti tenentur, & aliena manu per litterarum simulacra ducuntur, post iubentur imitari propositum: Sic primum animus ad praescriptum adiuuetur oportet, donec incipiat per se philosophari.

Vt minuta quaedam animalia, cum mordent, non sentiuntur, tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum uulnus apparet: Ita bonorum consuetudinem prodesse non deprehendis, sed profuisse.

Vt primum est expurganda bilis, unde nascitur insantia, deinde monendus homo, alioqui qui furiosum admoneat, quomodo debet procedere, quomodo se gerere in publico, furiosior sit ipso furioso: Sic primum animus est liberandus falsis opinionibus, postea tradenda praecipua philosophiae.

Vt qui ex claro sole redierunt in umbram, his caligant oculi: Ita qui a diuinorum contemplatione, ad humana recedunt.

Vt medici uerant ad moueri remedia, cum morbus in accessu est, ac saeuit, sed cum se remittit: Ita ad primos illos irae aut doloris motus, non est adhibenda consolatio, uel admonitio, sed ubi tempore coeperint esse leuiora.

Vt apparatus scenae, quia comodato datus est, statim redditur, et sine querela: Ita quicquid in uita contigit magnificum, siue ferius, siue mox a fortuna repetatur, a quo animo reddemus, si his tanquam commodatis utimur.

Vt qui uarijs tempestatibus, huc erilluc iactat est, nec tamen puenit, non multum nauigauit, sed multum iactat est: Sic qui diu uiuit, nec proficit ad bonos mores, non diu uiuit, sed diu uiuit.

Generosus

Generosus equus melius gestabit sarcinam quam ignauum iumentum, nemo tamen imponit: Ita magna ingenia sunt quidem & ipsa idonea functioni munium, sed indigna quae tam sordidis occupationibus onerentur.

Vt sidera mundi, si uel paulum subsistant, aut aberrant, summo id omnium malo fiat: Ita principi cessare non licet, quod si facit, magna rerum humanarum perniciosa fit.

EX LVCIANO, XENOPHONTE, AC DEMOSTHENE.

Vt histriones Herculem in scenis, aut Agamemnonem representantes personati, uero amici, toruum tuentes, & late hiantes, tenuem & exilem adunt uocem: Ita quidam in dialogis faciunt Platonem, aut magnos uiros loquentes, quorum pondus non possint ingenio tueri.

Bona fabula aliquando exhibetur, uitio histrionis male agentis: Ita bona oratio displicet, si quis parum apte referat.

Vt momus tauri opificem deum carpsit, quod non praeuideret oculos cornibus, ubi maxime erat opus: Ita perperam faciunt, qui coronas in uertice ponunt, cum sub naribus magis adponi conueniat, ut plurimum uoluptatis ex odore possint haurire.

Vt non omnes insaniunt, qui Phrygia audiunt tibiam, sed hi dumtaxat, quos Rheha corripuit: Ita non commouentur philosophiae laudibus, nisi qui ad eam natura sunt propensi.

Quod tibiae sunt ignaris mulices: hoc opes his, qui nesciunt uti.

Vt qui primo mulicem discunt, citharas aliquot perdunt & obterunt: Ita magno Reipublicae malo administrat magistratum, qui rudis accedit & imperitus.

Vt bilanx in eam uergit partem, unde plus accipit: Sic quidam nunc huc, nunc illi fauent, qui plurimum det, non cuius causa sit optima.

EX ARISTOTELE, PLINIO, THEOPHRASTO.

Ex omni genere curiositas hominum signa collegit instantis tempestatis: At multo magis conueniebat hac uti diligentia in consultationibus, ut obseruatis experientis conisciant, quid malorum ex unoquoque perperam instituto consequatur.

Vt caelo quamuis sereno, nubecula quamlibet parua uentum procellosum dabit: Sic rebus admodum pacatis, ex minimo dissidio, grauissimi rerum motus subito exoriuntur.

Vt ranae ultra solitum uocales tempestatem significat imminentem: Ita cum plurimum ualet apud principes oratio malorum, bonis tacentibus, tum instat rerum perturbatio.

Echinus praesentens tempestatem, aut affigit sese, aut harena saburra: Ita cum imminet fortunae tumultus, animus est philosophiae praecipuis confirmandus.

Vt imperiti tempestatem non sentiunt nisi sero, suoque malo, contra prudentes agricolae prospiciunt, cauenteque: Ita uulgius hominum improuidum suo malo discit, cum interim uir sapiens procul prauisum malum uitet. ut Democritus metente fratre ardentissimo aestu, monuit ut reliquae segeti parceret, raperetque defecta sub tectum, paucis mox horis saeuo imbre uaticinatione approbata.

Quemadmodum non raro fit, ut caelo maxime sereno saeuus imber subito cooriat: Ita rebus maxime prosperis ac laetis, saepe numero grauissima rerum incidit perturbatio.

Cum aestate uehementius tonuerit quam fulserit, ut inquit Plinius, uentos denunciat: Ita ubi quis uehementer in clamat in aliorum uitia, ipse non perinde lucens morum integritate, indicium est animi magis ambitionis uento tumescens, quam solide pietatis.

Delphini tranquillo mari lasciuientes, statum qua ueniunt parte denunciant: Ita cum exultant improbi, tolluntque sese, rerum humanarum tempestatem instare significant.

Sol, luna, stella, mare, terra, arbores, herbae, bruta, & in his apes, formicae, conchae, dissimile denique lucerna, tempestatem praesentiant: Solus homo sua mala non praesentit, neque prospicit.

Cum bruta solitum naturae morem relinquunt, tempestatis indicium est. hoc est cum mergi fugiunt maria aut stagna, cum absconduntur formicae aut oua progerunt, lumbrici è terra fugiunt, tempestatis praesagium est: Ita cum audent facinorosi, tacet integri, sapit uulgius, desipiunt principes, sacerdotes pro terrenis digladiantur, perniciem humanam uitae significat.

Vt Pyrites gemma non aperit uim igneam, nisi si atterat, tum enim digitos adurit: Ita quorundam maliciam non sentias, nisi cum illis consuetudinem aut commercium habueris:

aut

aut non sentias philosophiæ uim, nisi exercueris: Ita succina attritu uim attrahendi & odorem produunt.

Vt scarabeum, aut uiperam, aut araneam in gemma redditam & imitatam à natura (nam id uidemus esse factum in nonnullis) non horremus, sed amplectimur, effigie delati: Sic uisitorum erudita pictura delectatur in Historicis ac Poëtis.

Quemadmodum gemma Chalazias, etiam si in ignem coniciatur, tamen natuū frigus suum retinet: Ita quidam sic frigent ad literas ac uirtutem, ut nullis exemplis aut hortatibus inflammare possis.

Sicut Alexander Magnus uetuit ne quis se pingeret præter unū Apellem, aut ne quis se fingeret ære præter Lysippum, aut gemma sculperet præter Pyrgotelē, summos uide licet artifices: Ita nō cōuenit Christū à quouis prædicari, aut uirtutem à quouis laudari.

Vt gemma minutula quædam res est, sed ingentibus tamē saxis anteponitur: Sic homo pusillus, sed ingenio ualens: aut sic philosophia seu uirtus ostentatione minimum quiddam est, sed precio maximum.

Vt æra Corinthia casus fecit, & pictoribus illis, equi & canis spumā, quas ars assequi nō potuit, casus expressit: Ita multa forte obtingūt, quæ nullo cōsilio potueris efficere.

Nemo tam infans, ut uel è Neronis capedine, quam Plinius trecentis sestertijs æstimat, uenenum bibere malit, quam è famio uasculo uinum innoxium: Ita qui sapit, malit salubria præcepta uiuendi qualicunq; sermone propoita, quam pestiferas opiniones ab eloquentissimo scriptore haurire.

Vt rum mite crystallum imitatur, res uilissima, rem longe preciosissimam: Ita assentatio amicitiam imitatur, res pessima longe optimam.

Vt crystalli fragmenta sarciri nullo modo possunt: Ita difficillimum eos reconciliare, qui ex arcuissima familiaritate in mutuum odium uenerint.

Vt natura gemmas altissime recondidit, uilia passim obuia sunt: Ita quæ sunt optima, paucissimis nota sunt, nec nisi summo studio eruuntur.

Vt succina paleas ad se trahunt, magnes ferrum, chryso colla aurum: Ita quisq; asciscit sibi suis aptum moribus.

Vt indomitæ uis adamanti, unde & nomē additū gēme, adeo ut nec calecat igni, nec ferro cedat: quin magis icium ita respiciens, uti ferrum simul & incudes diffiliant: Sic sapientis animus aduersus omnem fortunæ fauētis impetum intucius.

Quemadmodum adamas aduersus omnia intucius, hircino sanguine, eoq; calido ac recēti maceratus, malleo fragit: Ita quædā ingenia nulla uis petuificas, blanditiā emolliēda sunt.

Adamas una re mollescit ad ictus ferri, aliās indomitus: Ita nullum est ingenium tam ferum, quod non aliqua ratione queat expugnari.

Quemadmodum si ferrum inter adamatē ponas & magnetē, diuerso nisu nūc huc, nūc illuc fertur: Ita dubius animus nūc ad honesta rapitur, nūc ad diuersa trahitur affectibus.

Vt adamas si iuxta magnetem portatur, non patitur abstrahi ferrum, aut si ad motus magnes apprehenderit, adamas è diuerso rapit atq; aufert: Ita pecuniæ studium diffidet cum Christiana pietate, & modis omnibus auocatur, nec sinit adhærescere Christo.

Sicuti Nero princeps gladiatorum pugnas smaragdo spectabat: Ita quidā malunt diuorum imagines quam ipsos diuos animo contemplari.

Vt ferrum aut chalybs cætera quidem duritie rigoreq; superat, ab adamatē uincitur: Ita res quidem potens est amor in liberos, sed hunc quoq; superat pietas in deum.

Vt adamas si frangi cōtingat malleis, in minutissimas dissilit crustas, adeo ut uix oculis cerni queant: Ita arcuissima necessitudo, si quando cōtingat dirimi, in summā uertitur simultatem: & ex arcuissimis fœderibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur dissidia. Aut supra modum incandescit semel uicta lenitas.

Sicut animantia quædā etiā corporis partes amputat, ob quas periclitari sese sciunt, ueluti fiber: Ita sapientis est aliquando facultatum iactura, uitę consulere.

Quemadmodum in opalo gemma, multarum gemmarum dotes eminent, nempe carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgēs purpura, smaragdi uirens mare, cunctaq; hæc pauster incredibili mixtura lucentia: Ita multorum uirtutes in uno hoc eminent: aut in sacris literis simul inuenitur, quicquid apud ullos ethnicos scriptores placere potest.

Opalum

Opalum gemmam indiscreta similitudine adulterant Indi, experimentum in sole tantum: Ita uirtutes quædam uitia sic imitantur, ut difficillimum sit dignoscere, nisi ad summam lucem proferantur.

Carbunculi ignis & nomen & speciem habent, cum ignem non sentiāt, unde & apyroti dicitur: Ita quidam pietatis opinionē & imaginem obtinent, cū à re sint alienissimi.

Anthraciti carbuncolorum generi peculiare est, ut coniectus in ignē, uelut inter mortuus extingatur, contra aquis perfusus, exardescat: Ita quosdam contraria mouētis exhorteris, magis languescunt: si dehorteris, magis accenduntur: si bene merearis, redduntur inimici: si male, pluris te faciunt.

Iris gemma nō nisi in opaco reddit colores arcus cœlestis, nec ita ut ipse habeat in se, sed parietibus illidat, in sole coloribus caret: Ita quidam uaria uirtutum simulacra præ se ferunt, sed in obscuro, & quod in se non habent, tamen in aliorum animis ueluti repræsentant ac gignunt.

Vt his gemmis summum est precium, quæ non modo uarietate colorū delectant oculos & nares odore, uerum etiam ad remedia sunt efficaces: Sic his libris summum est precium, qui non solum habent orationis illecebras, uerum & salubribus præceptis nos liberant animi uitijis.

Vt quidam gemmas quasdam secum ubiq; circumferunt aduersus morbos, maleficia, ebrietatē, tonitrua, ruinas, cæteraq; mala: Ita quædam philosophiæ decreta semper ad manum habenda aduersus incurfusos animi morbos, libidinem, iracundiam, ambitio- nem, auariciam, & his consimiles.

Draconites nec poliri potest, ne artem admittit, alioqui elegās ac translucēs: Ita diuina scriptura suum habet nitorem, nec artificium philosophiæ aut rhetorices admittit.

Quædam gemmæ aceto maceratæ nitescunt, pleræq; melle decoctæ: Ita quosdam meliores reddit acris obiurgatio, quosdam admonitio blandior.

Facilius insculpes gemmis quæ uoles, si terebra ferueat: Ita magis mouebit orator, si non solum acriter dicat, sed ferueat, & amet id quod laudat, oderit quod uituperat.

In Chio Diane facies est in sublimi posita, cuius uultus intransitibus tristis, exeuntibus exhilarata uidetur: Ita sordidi quidam adeuntem amicum tristes accipiunt, timentes ne quid petat, aut ne sumptum adferat conuiuia: at alacres dimittunt abeuntem.

Vt ingentes obelisci magno quidem negotio statuuntur & collocantur ob immensum molis pondus, sed collocati semel, in finitibus durant seculis: Ita arduum est uirtutis aut sapientiæ parare famam, sed parata nunquam intermoritur.

Vt ingentia pondera, quæ nullis hominū uiribus tolli possunt, machinis facile tolluntur: Ita quod uinequeas efficere, ratione & arte facile efficias.

Vt obeliscis prægradibus tantum ferme substernitur intra terrā, quantum extat, ut immoti consistant: Ita semper mansuræ famæ magna firmaq; fundamenta sint oportet.

Stulte reges Aegyptiorum operam populi ac pecunias in substruendis pyramidibus consumebant, quæ nihil habebat præter stultam & ociosam ostentationē, cum ideū in rebus utilibus fieri potuerit: Ita quidam elaborant in difficillimis cæterum infrugiferis, hoc ipsum præclarum existimantes, quod in laborioso negotio uersantur.

Sicut pyramis quam Rhodope meretricula Aesopi conserua construxit pecuniæ corporis quæstu collecta, maiori miraculo fama q; fuit quam cæteræ regum pyramides: Ita uehementius miramur, si quid recte faciūt, à quibus tale nihil expectabatur: ueluti si quis Hollandū uideat peritum equitem: aut frugalem Anglum, aut theologum eloquentem.

Vt labyrinthos non oportet ingredi sine filo, quo securus possis redire: Ita non est suscipiendum negotium, nisi prius perspecta ratione, qua te possis inde rursus explicare.

Vt in admirandis operibus, sed inutilibus, maior est laus artificis, cuius arte res cōfecta est, q; regis, cuius impendio: Ita belli gloria maxima ex parte penes militem est conductitium, quorum industria geritur res, minima pars ad reges redit, qui aliena etiā pecunia militem conducunt.

Vt Diane Ephesiæ templum uiginti annis à tota Asia tot regum impendio, tot artifice ingenij confectum, Herostatus obscurus homo nocte una poterat exurere: Ita facillimum est urbes egregias bello demoliri, at ædificare difficillimum.

Quemadmo

Quemadmodum aedificia in palustri solo posita, nec terremotu quatuntur, nec hiatr absorbentur: Ita humilis fortuna non est maximis malis obnoxia.

Sicut echo non sonat nisi cum reddat acceptam uocem: Ita nonnulli quicquid in ipsos dicitur, in alterum reuerunt, aut non habent quod dicant, nisi dicta referant aliena.

Vt Olympiae porticus uocem acceptam arte septies reddit, unde heptaphonon oppidani uocant: Ita quosdam si uno tangas conuicio, sexcenta reuerunt: aut si paucis ad loquendum prouoces, garrandi finem non faciunt.

Vt magnes non quiduis ad se trahit, sed ferrum duntaxat, cum sint alia multo leuiora: Ita quorundam oratio non mouet omnes, sed iam propensos ad id quod illi suadent.

Vt quidam magnetes ferrum attrahunt, at theamedes, qui in Aethiopia nascitur, ferrum abigit, respuitque: Ita est mulices genus, quod sedet affectus, est quod incitet.

Vt magnes occulta quadam & incognita uel ferrum ad se trahit: Ita sapientia secreta quadam ratione trahit ad se animos hominum.

Vt equus frigosus imputatur non equi culpae, sed equisonibus: Ita populus male moratus episcopis aut principibus.

Vt magnes ad se trahit omne ferrum, sed Aethiopicus magnetem quoque alium ad se rapit: Ita rex populum quod lubet, cogit: At ingens aliquis rex etiam regibus caeteris uim facit.

Gagates aqua infusa incenditur, oleo restinguitur: Ita quidam quo magis roges, magis frigescent: si negligis, ultro cupiunt. Aut sunt quos officij alienes, neglectu prouocent ad amorem.

Vt lapis in Syro fluctuat integer, sicut cominutus: Sic res discordia pessum eunt, concordia sustinentur.

Siphnius lapis oleo ex calcis durescit, alioqui mollissimus: Ita quosdam benefactis reddas deteriores.

Quemadmodum de Carthaginensibus dictum est, quod ad tecta pice, ad uina calce uterentur: Ita quidam praepostere rebus utuntur, amicis asperi, supplices inimicis. Carthaginenses pice linebant parietes, cum uasa picari soleant, & multa calce condiebant: aut

Calx aquis accenditur: Ita quosdam contraria mouent. (tor Plinius.

Gypso madido statim utendum, quod celerrime siccat: Ita statim fingenda literis ac moribus aetas rudis, priusquam durior non admittat fingentis manum.

Dissimile Gypsum etiam si iam induruit, tamen tundi rursus & in farinam resolu potest: Similiter semel induruit ingenium adolescentis aetate uitijsque, ~~et~~ resingit.

Vt uirum qui pellucidum, nihil coelat: Ita quidam nihil tegere, nihil dissimulare norunt, quicquid in animo est, id protinus omnibus palam est.

Vt is qui caecutientibus sunt oculis, qui uis locus obscurus est, propterea quod caliginem secum in oculis circumferunt: Ita parum eruditus, omnis liber, ac stilus difficilis est, & obscurus.

Sicut ignis in omnibus officinis omnium artium & operum est instrumentum: Ita sine charitate nihil recte geritur.

Vt uirum copia uiluit, alioqui nec auro nec argento cessurum: Ita sacerdotes ob turbam minoris fiunt, magno in precio futuri.

Sicut primum pictura coepit ab umbris & lineis, deinde monochromata, mox accessit lumen & umbrarum una cum colorum uarietate, donec ad summam artificij peruenit admirationem: Ita uirtus in nobis non statim absoluta nascitur, sed paulatim quotidianis actibus ad summum perducitur.

Vt non est optima imago, quae materia testatur opes locatoris, aut artem pictoris, sed quae rem proxime representat: Ita optima est eloquentia quae non ostentat ingenium dicentis, sed rem aptissime ostendit.

Vt Zevis picturus Iunonem, Agrigentinis omnibus uirginibus inspectis, quinque praecipuas elegit, ex quibus quod esset in unaquaque praecipuum, imitaretur: Ita e plurimis optimi nobis ad exemplum uitae, aut dicendi proponendi sunt, nec in his tamen reddenda sunt omnia, sed optima.

Vt non quicquid pictor quauis in parte artis ualet, sed hic in dijs exprimendis praecipuus, alius

altus in uultibus reddendis, alius in lineis excelluit, alius in colorum mixtura, alius in symmetria: Sic qui uirtutem profitentur, alijs dotibus enitent alijs, item in eloquentia seu literis.

Qui ex balneo calent, uehementius frigescent, & aqua frigidior esse solet, quae prius caluit: Ita uehementius sese oderunt, qui prius fuerunt amici, & sceleratiores sunt qui a pia uita ad impiam se transfulerunt.

Vt hyeme media Alciones summa fruuntur tranquillitate, & hanc etiam alijs comunicant: Ita cum maxime saeuit fortuna, tum maxime animi tranquillitate fruuntur pii, & hanc in alios quos possunt transfundunt.

Cum alinus ipse sit ~~et uolens~~, ex ossibus tamen huius optima fiunt tibiae, ut ait Aesopus apud Plutarchum: Ita diuites quidam ipsi indocti, tamen pecunia sua suppeditant ingenium studiosis.

Plutarchus testatur se uidisse in Africa coruos, qui lapillos in aqua aggererint, donec aqua eò surgeret, ut contingi posset: Idem narrat de cane coniciente lapillos in amphoram oleariam: Ita nobis quod uiribus diminutum erit, ingenio supplendum est.

Formica triticum arrodit ea parte, qua germinare incipit, ne sibi reddatur inutile: Sic potentes quo ministris perpetuo utantur, premunt, ne si emerferint tædio seruitutis, relinquunt aulam.

Bucephalus Alexandri magni equus, quoties nudus esset, equisonem in tergum admittebat, ornatus regijs phaleris neminem ferebat nisi regem ipsum, in reliquos omnes ferociebat: Ita quidam tenues quemuis ferunt, diuites facti despiciunt uulgares.

Vt Timanthes qui Iphigeniam pinxit, caeterorum affectus expressit, Agamemnonis autem uultum uelo obtegit: Ita quaedam melius relinquuntur suo cuique iudicio aestimanda, quam uerbis explicantur.

Vt laudatur in hoc Timanthes, quod in omnibus eius operibus plus semper intelligitur, quam pingitur: Ita optimam orationis genus, in quo plurima cogitationi relinquuntur, pauca narrantur, & plus inest sensuum, quam uerborum.

Notatus Protogenes, alioqui summus in pictura artifex, quod nesciret manum tollere de tabula: Ita quidam scriptores immodica diligentia peccant, quibus nihil unquam satis emendatum uidetur.

Quemadmodum Protogenes pictor Apellem ex unica linea cognouit, nunquam alioqui uisum: Ita ~~et~~ sponso ingenium & prudentiam uiri deprehendet, qui sit ipse sapiens.

Vt Apelles pictor queri solitus est, perisse diem in quo non duxisset lineam: Ita Christianus dolebit, si quo die non euasit seipso melior in pietate.

Vt signa quaedam argillacea summo in precio fuerunt, ob admirationem artis: Ita nonnunquam res humiles ac nihili, ingenium oratoris commendat.

Vt gypsum, aut argilla dum est uida, in quamuis imaginem facile sequitur fingentis manum: Ita rudes animi ad omnem disciplinam sunt idonei.

Vt quod maiore negotio chalybi aut marmoris insculperis, durat diutius: Ita quod maiore studio ~~et~~ ~~et~~ obliuiscimur.

Vt illud opus est laudatissimum, in quo simul & ars commendat materiam, & materia uicissim artem: Ita liber est optimus, in quo & argumenti utilitas commendat eloquentiam, & autoris facundia commendat argumentum.

Accius poeta cum esset ipse admodum breuis, tamen in aede Camoenarum maxima forma statuum sibi posuit: Ita quidam re uiles & humiles ambitione furore dilatant sese.

Vt Perillus qui Phalaridi taurum donauit aeneum suo periit inuento: Sic aliquoties malum consilium in caput autoris redundat.

Vt philosophus mista lingua uictima, rem simul & optimam & pessimam misit: Sic opes optima sunt si recte utaris, pessime si secus.

Vt non ipse solum magnes attrahit, uerum etiam aliud ferrum ad se trahit ferrum magneti affictum: Ita contagio uis uirtutis, aut improbitatis pernicies, ab alio in altum transit.

Vt a Seribus mollissima uellera, & ab iisdem durissimum ferrum mittitur: Sic a quibusdam diuersa proficiuntur.

reg in delm
da

neg hys

Vt carboni semel exusto suffocatoque, si denuo flagret, maior est vis: Ita semel sopitum odium, si rursus excandescat acrius est.

Sicuti terra quae auri aut argenti uenas habet, in ceteris ferè sterilis esse consuevit: Ita qui congerendo student auro, eiusque metalla iam conceperunt in animo, nullam bonae rei frugem producere consueverunt.

Raro auri & argenti uena reperitur, nisi alia non procul sit, unde & Graeci nomē indidere: Ita nulla uirtus solitaria est, sed alia aliam adiungit.

Argentum cum sit candidum, nigras tamen ducit lineas, ut stannum: Ita quorundam alia species est, alia facia.

In argento uiuo omnia natant, excepto auro, nam hoc unum ad se trahit: Ita nihil includit animo auari, praeter lucrum: disciplinae, literae, probitas in summo fluitant, non descendunt in pectus.

Vt rem eandem diuersa specula uarie reddunt, pro forma speculorum diuersa: Sic idem factum, diuersi uarie interpretantur, pro animorum uarietate, quod huic magnum est, illi paruum: quod huic pulchrum, illi foedum erit.

Vt speculum non reddit imaginem, nisi subternas uitro stannum, aut aes, aut aurum, aut simile quippiam solidum, quod imaginem non sinat perfluere: Ita non nisi in animis solidis, & uera uirtute nixis, relucet imago ueri.

Vt sunt quidam fontes, qui potu pecudum, atque etiam hominum cutem & pilos tingunt albo, nigroue: Ita relucet etiam in ipso hominis uultu & fronte, quod aiunt, quibus praecipit imbutus sit, & quibus ex autoribus hauriat uitae rationem.

Gallus Phrygiae fluuius, si modice bibas, medetur corporis malis, si immodice, lymphatum animi agit: Ita si philosophiae literas modice attingas profunt, si totum te illi ad dixeris studio, sanitatem mentis auferunt, & inanis gloriae furore quodam praecipite agunt.

In Boeotia, ad Trophonium deum iuxta flumen Orchomenon, duo sunt fontes, quorum alter memoriā, alter obliuionem adfert: Ita ferè magno alicui bono magni mali periculum est uicinum.

Vt qui sapiunt, non statim è quocuis bibunt fonte, propterea quod alij salutem adferunt, alij perniciem, nonnulli furorem: Ita non est tutum quemuis librum euoluere, quod ex alijs haurias affectum animi bonum, ex alijs libidinem aut ambitionis insaniam trahas.

Qui biberint ex Clitorio lacu, ijs uini tedium oboritur: Ita qui semel gustarint poetarum, abhorrent à philosophiae praecipitibus, aut contra: siue qui se mundanis uoluptatibus ingurgitant, abhorrent ab honestis illis, ac ueris oblectamentis.

Apud Troglodytas lacus est, qui ter in die fit amarus aut saluus, ac rursus dulcis, totiesque etiam nocte, unde & insanus dicitur: Sic quidam inaequales, nunc asperi, nunc sunt blandi, aliquando profusi, mox sordidi, iam uehementer astant, iam supra modum oderunt.

Periculosiores sunt fontes, qui lymphidis aquis blandientes oculis, tamen perniciem adferunt, minus formidandi, qui ipsa specie testantur aquas esse fugiendas: Ita difficiliter uitantur mala, quae boni praetextu fallunt.

Sicuti terra quae uenas aquarum occupat, nebulam quandam exhalat ante solis ortum, longis insistentibus: Ita qui uere boni sunt & eruditi, etiam si non ostendent, tamen semper aliquid ex se produnt, unde qui obseruet, deprehendere possit tubesse uim boni.

In Narniensi agro terra imbre fit sicciore, aestu humescit, unde Cicero iocatur illic ex imbre puluerem, ex siccitate fieri lutum: Ita quosdam admonitio reddit deteriores.

Garus ambusta & infusa medetur malis, sed si interim Garum non nomines: Ita quosdam beneficia beneficia non sunt, si commemoras.

Terra quae gignit salem, nihil aliud gignit: Sic ingenia foecunda in literis, in ceteris ferè rebus non perinde ualent.

Fons in quo nitrum nascitur, nec aliud quicquam gignit, nec alit: Ita sapientiae studiū, totum hominis animum sibi uendicat.

Spongijs adeo tenues sunt sensuum notae, ut multi dubitent animalia sint, necne: Ita quorundam is cultus est, is sermo, ea uita, ut dubites Christiani sint, an ethnici.

Sicut sal modice cibis aspersus condit, & gratiam saporis addit: Ita si paulum antiquitatis aut ioci admiscueris, oratio fiet uenustior, si plus satis, nihil insuauius.

Quemad

Quemadmodum e cheneis siue remora piscis perpusillus (est autem magna limaci similis) quamuis magnam nauim uelis ac remis incitata subito sistit: Ita scortulum aliquoties adamatum ingentes animi ad honesta impetus retinet alligatque.

Torpedo piscis haud nocet nisi contractu, sed uirus suum etiam ab aere per linum, & arundinis internodia ad piscatoris manum mire transmittit: Sic improbi ac pestilentes haud nocent, si nihil cum illis habeas commercij, uerum quacunq; consuetudine contracti morum uenena afflant.

Lepus piscis homini certissimum est uenenum, & homo uicissim illi, adeo ut uel digitulo contractus, statim emoriatur: Ita hostes mutuam utrinque perniciem dant, & accipiunt.

In halsam facilis illapsus est, sed exitus difficilis: Sic decliue iter in uitia, reditus ad meliorem frugem non perinde facilis.

Murena fuste non potest interimiri, ferula protinus: Ita quosdam leue incommodum exanimat, ut conuictum, qui grauissimas fortunae procellas infracto tulerunt animo.

Murena non in capite, sed in cauda animam habet: Ita quod charissimum est, non ibi recondendum, ubi statim periculis sit obnoxium.

Vt pisces in mari nati educatiq; nihil tamen sapiunt salis marini: Ita quidam inter barbaros geniti & educi, longe absunt ab omni barbarie.

Vt Magi, uerbis etiam non intellectis, prodigiosa quaedam efficiunt: Ita sacerdotes nonnulli precibus non intellectis, bona tamen fide pronuntiat, deum conciliant ac mouent.

Vt Apion Homerum ab inferis euocatum, nihil aliud interrogauit, quam quibus parentibus genitus esset: Sic quidam grauissimorum uirorum concilio conuocato, de meritis nugis consulunt.

Vt Magi prodigiosa quaedam promittunt, ijsque promissis uulgius credulitas allicitur: Ita principes maximarum rerum spes ostentant, ut sibi reddant addictos.

Vt in magicis artibus uulgius hoc magis admiratur, quo minus percipiunt rationem, cur illa aut illa tam absurda praescribantur: Ita quidam magis admirantur stilum aut carmen quod non intelligunt.

Quemadmodum medici quo doctiores uideantur, diuersas rerum species ex diuersis muti partibus petitas, inter se commiscunt: Ita quidam ostentatores oratione parum erudita uideri credunt, nisi ius Caesareum ac Pontificum, poetas, oratores, philosophos, sophistas simul commiscuerint, & pluribus autoribus ac literis commiscuerint, quam Mithridaticum ferunt fuisse commixtum. Id constabat quinquaginta quatuor diuersis rerum generibus.

Vt periculosum est demones euocare, propterea quod si quid erratum fuerit, magno conatus discrimine fiat. Nam aiunt Tullum Hostiliū ictum fulmine, quod ex Numae libris Iouem deuo care conatus, quaedam parum rite fecisset: Ita periculosum est cum principibus habere commercium, aut cum morosis potentibus, quod offensi re qualibet leui, funditus subuertant hominem.

Vt auguria & auspicia non ualent nisi ijs, qui querunt & obseruant: Ita praecipitae philosophiae non mutant nisi hos qui meliores fieri student, & hoc animo ad legendum accesserint.

Crocodilus inuictum alioqui & periculosum animal, tamen Tentyritas adeo metuat, ut ad uocem etiam expauescat: Ita tyranni cum omnes contemnant, tamen eruditorum literas subtrahunt.

Vt quorundam hominum etiam aspectus fascinum habet: Ita sunt quorum omnis uitae consuetudo mores inficit.

Vt Psylli non solum ipsi non laeduntur à serpentibus, uerum ex alijs uenenum exungunt: Ita uere philosophus non modo ipse non tangitur uitijs, sed aliorum quoque morbis, oratione, uitaque sua medetur.

Semel icti à scorpione, nunquam postea uespis, crabronibus, aut apibus feruntur: Ita nullum est incommodum, quod non commoditatis aliquid habeat adiunctum.

Vt qui à cane rabido morfi sunt, non solum rabiunt ipsi, uerum etiam alios contagio inficiunt.

ciunt: Ita qui pestilentem alicunde imbiberint opinionem, & alios suis inficit colloquijs. Vt efficacissima remedia nata sunt ex morbis pestilimis: Ita bonae leges ex malis prognatae sunt moribus.

Sicut ex uipera, crocodilo, caeterisque nocentissimis bestiis medici remedia quaedam aduersus uenenorum noxam ac morbos efficaciam quaerunt: Ita animaduersio in nocentes, multos uel arceat, uel reuocat a facinoribus.

Crocodilus anceps animal, nunc in terris agit, nunc in aquis: in terra ponit oua, in aqua praedatur & insidiatur: Ita quidam simul & aulici sunt, et ecclesiastici, utrobique pestilentes.

Chamaeleon quia pauidissimum animal, subinde colorem mutat: Ita qui uiribus non possent, ad uarias artes confugiant necesse est.

Lynces clarissime omnium animantium cernunt, sed mira illis obliuio rei ab oculis semota: Ita quidam acri ingenio, sed obliuiosi.

Quaedam remedia tristiora sunt ipso morbo, ut satius sit oppetere mortem, quam his aucupari salutem: uelut sugere sanguinem e uulnere recenti gladiatorum morientium: Ita quandoque satius est ferre iniuriam, quam maiore incommodo ulcisci: ferre pacem, etiam si parum comodat aut equam, quam bellum cum immensis malis suscipere.

Scorpius letale uenenum habet, aconitum letalius, tamen hoc in potu datum aduersus scorpiorum ictus remedium habet: Ita dum uenenum cum ueneno colluctatur, seruatur homo: Itidem duorum pestilentium ciuium discordia, nonnumquam reipublicae salutis est.

Aconitum etiam contactu necat: Ita quorundam conuictus protinus inficit, aut si uel tantillum cum illis inceptes commercij.

Olim in capitolio certabant quadrigae Latinis ferijs, uictor absinthium bibebat: Ita salubria magis quaerenda sunt quam iucunda.

Sorba quae magis blandiuntur specie, uenenum habent: Ita blandiores amici magis cauendi, quam tristes atque asperi.

Empetron herba, Latine calcifraga, quo propius abest a mari, hoc minus est salsa: quo longius, hoc amarior est: Ita quidam apud Gallos Germaniam spirant, apud Germanos Galliam, & quo longius absunt hoc magis referunt eam gentem.

Vt optima remedia maxime pernicie adferunt, nisi apte sumantur: Ita Christi sacramenta salutaria recte sumentibus, letalia indigne accipientibus.

Herbae salutes consuetudine perdunt medendi uim: Ita admonitio si assidua sit, non mendat assuetum iam obiurgationibus.

Ut quae ante uenenum sumunt antidotum, non laeduntur ueneno: Sic qui salubribus opinionibus ac decretis confirmant animum, non inficitur oratione malorum, si forte in eos incidat.

Vt Mithridati quotidie sumenti uenenum, consuetudine factum est innoxium: (sunt. Ita mala quibus assueueris, non offendunt.

Vt suus cuique morbus uidetur atrocissimus: Ita suum cuique incommodum maxime dolet.

Vt herba moly difficile quidem inuenitur, sed ad remedia praeter caeteras efficacis est: Ita quae praecleara sunt non contingunt nisi magno negotio.

Vt in uentis salutes herbas nascuntur & uenena: Ita ex autoribus quae recte dixerint sunt excerptenda.

Vt elleborum concitatis intus omnibus, ipsum in primis exit: Ita dux fortis adhortatus suos inter primos prodit in hostem, uelut inquit Hierophilus, autore Plinio.

Vt elleborum si parcus sumas, magis offendit quod inhaereat uisceribus, inficiatque corpus: si copiosius, erumpat celerius: Ita non est obiurgandus amicus, nisi ea uehementia, quae uitio liberet illius animum. Nam leuior expositulatio contristat amicitiam nullo fructu.

Vt elleborum tamen si efficacis, tamen medici uentat dari senibus, aut pueris, aut exilibus: Ita admonitio sic est temperanda, ut ferre possit quem uelis emendare, nec solum spectandum est uitium, sed natura quoque eius cuius uitio studeas mederi.

Vt uulgus ineptum magno labore, magnoque impedio remedia ab extremis Indis, aut Aethiopibus petunt, cum in hortis nobis nascatur, quo morbis mederi possimus: Ita praesidia beatae uitae magno molimine foris quaerimus, in imperijs, in opibus, in uoluptatibus, cum in animo sit, quod nos beatos efficiat.

Climenos herba ita morbo medetur, ut sterilitatem adferat etiam in uiris: Ita quidam

dam malum aliquid ita profligant, ut aliud diuersum admittant.

Minor uis inest in radicibus herbarum salubrium cum semen maturefcit: Ita deterior sit ingenij natura quoque uis, quoniam liberis gignendis datur opera.

Herbam canariam canis ita mandit, ut homo non cernat nisi depastam, & percussus a serpente aliam quandam petit, sed eam non decerpit inspectante homine: Ita quidam disciplines a se repertas coelant, ne profint & alijs.

Lotos quam Latini fabam Graecae uocant, ramenta ligni habet amarissima, fructu dulcissimum: Ita conatus ad summam uirtutem durus est, fructu nihil suauius.

Vt uitis refugit brassicam, quercus abhorret ab olea, multo magis autem a nuce iuglandae. (Nami uitis cum omnia complectatur, solam brassicam declinat, quercus si in scrobem oleae depasta fuerit, emoritur: eadem & iuxta nucem iuglandem inarescit.) Sic inter quasdam nationes naturale diffidium est, ut nullo pacto queant coalescere concordia: ut inter hos feret, quos mare aut alpes diremerunt.

Vt Damocrates medicus Cosidae mulieri, omnem curationem auferam recusanti, lac caprarum dedit, quas lentisco pascebat: Sic ihs qui prorsus a tetricis philosophiae praecipis abhorret, fabellae quaedam amoeniores proponenda, sed quae philosophiam respiciant.

Ferula folijs asinis gratissimum est pabulum, caeteris animantibus praesentaneum uenenum: Ita saepe quod alios offendit, alijs uoluptati est.

Hedera pota neruis nocet, eadem foris adhibita prodest: Sic philosophiam si penitus imbibas, nocet ad pietatem, si leuiter & ueluti foris admoueas, prodest ad eruditionem.

Arundinis radix, contrita & imposita, filicis stirpem corpore extrahit. Item arundinem filicis radix: Ita uicissim & pecuniae studium eximit animis amorem sapientiae, & sapientia studium pecuniae.

Rhododaphnes arboris folia quadrupedibus uenena sunt, hominibus praesidia aduersus serpentes: Ita diuinae litterae sobrijs ac prudentibus salutarem praebent alimoniam, stultis autem & impijs haereseos, & maioris impietatis ministrant occasionem.

Vt quod nulla ui efficias, id aliquoties fit herbae succo, si modo quae oportet adhibeas: Ita quosdam magis permoueris apta quam uolentia oratione.

Vino modico nerui & oculi iuuantur, eodem copiosiore laeduntur: Sic litteris modice gustatis adiuuatur uita, eadem iudicatur, si quis immodice incumbat.

Sicuti uina & poma subacera, uetustate mitescunt, dulcescuntque: Sic aetatis insolentia longo rerum usu mitigatur.

Chamaeleon herba mutat foliorum colores, cum terra in qua nascitur: hic nigra, illic uiridis, alibi cyanea, alibi crocea, & alijs, alijsque coloribus: Ita conuenit hominem pro loco, in quo agit, uitae habitum commutare.

Quemadmodum heliotropium herba, semper in eam spectat partem, qua sol est, & eo condito, florem contrahit: Sic nonnulli ad regis omnes nutus obsecundant, & in quocumque uiderint illum esse propensum, in id feruntur & ipsi.

Adianton herbam etiam si perfundas aqua, aut immergas, tamen sicca similis est: Ita in uitrum bonum non haeret contumelia, aut infamia, etiam si quis infamare conetur.

Vt in rerum natura quae spectatissime floret celerrime marcescunt, ueluti rosae, lilia, uiole, cum alia durent: Ita in hominum uita quae florētissima sunt, citissime uertuntur in diuersum.

Vt rosa, flos unus omnium longe gratissimus, de spinis nascitur: Sic e tristibus, & asperis laboribus fructus capitur iucundissimus.

Crocum gaudet calcari, premendoque melius prouenit: unde iuxta semitas, & fontes laetissimum est: Ita uirtus aduersus exercita rebus, laetius emicat.

Vt nihil insidiosius melle uenenato (nam sunt quaedam huiusmodi) Ita nihil magis cauendum quam blandus hostis.

Vrtica sine aculeis adurit, ac uulnerat sola lanugine, soloque contactu: Ita quidam non aperta ui, sed clanculum nocent.

Quemadmodum urtica, si contater attingas ac timide, adurit: si premas tota manu, non adurit: Ita pecunia, si cautim circumspicimus, trahes, inficiet: si contemptim ac neglectim, innoxia est.

Vt radix, quam medici uulgo Rebarbarum uocant, cum sit bifida, tamen peculiari

quadam uibilem pellit: Ita sic nonnunquam, ut amor pellat amorem; ceu clauus clauum, ira iram, & dolor dolorem.

Vt est quaedam uenenorum contraria natura, sic ut saepenumero uenenum ueneno pellatur: Sic uitium uitio pellitur, & malus malo obicitur.

Vt tutissimum est in trifolio cubare, quod in hac herba negent serpentem aspici: Ita in his uersandum libris, in quibus nulla uenena timentur.

Quemadmodum panace herba, una contra morbos omnes habet remedium: Ita Christi mors una aduersus omnes cupiditates noxias efficax est.

Vt nepentes herba, ab Homero praedicata, addita poculis, omnem conuiuij tristitiam discutit: Ita bona mens insita nobis, omnem uitae sollicitudinem abolet.

Vt acetum acre quidem gustus, sed aduersus serpentium ictus mire ualet: Ita praecepta philosophiae austera quidem illa, minimeque blanda, sed contra pestiferas animi cupiditates remedium adferunt praesentaneum.

Medici uetant uti Halicaccabo, quanquam dentibus firmandis prodest, si eius succo colluantur: propterea quod periculum est, ne si diutius id fiat, deliratione gignat, et plus adferat incommodi quam commodi: Ita non est utendum his literis, quae sic linguam excolunt, ut mores inficiant: aut non conuenit sequi, quae sic augent rem, ut famam laedant.

Sicuti nasturtium ad Venerem quidem reddit seignorem, sed animi uim acuit: Ita philosophiae studium corporis curam ac uigorem traducit, ut hoc plus sapiat homo in rebus aeternis, quo magis stupet ad ista corporea, crassaque.

Quemadmodum in superioris Libyae populis, quoniam mulieres communes sunt, ut in Politicis testatur Aristoteles, filios iuxta similitudinem formarum partiuntur: Ita consulis operum titulis, stili similitudinem, & orationis phrasin oportet spectare.

Vt qui comcedos audiunt, non ob hoc audiunt, ut ipsi comcedi fiant, sed ut uoluptatem capiant: Ita nunc permulti concionantem audiunt, non ut imitatione meliores fiant, sed uti delectentur.

Vt Pharmacoposae bracteas aureas tegunt remedia quaedam, quo plures uendant: Ita quidam lenocinio uerborum nihil ad rem pertinentium, rem commendari putant.

Sicut unda undam perpetuo propellit: Ita dies diem trudit.

Vt a corrente flumine tantum habes, quantum hauris: Ita ex annis semper euentibus nihil accipis, nisi quod in res duraturas collocaris.

Disimile Luna semel extincta subinde renascitur, & ubi consenuit reuiuenscit: ~~et sic~~ nec repubescit sehex.

Post hyemem denuo recurrit Ver: At post senectam nulla recurrit iuuentas.

Disimile Sol post occubitum redit nouus, ~~et sic~~ Vt stultum sit relictis fontibus consecrari riuulos: Ita ineptum est, relictis Euangelij, Lyrae, & similitum somnia sequi.

Vt maximi medici, minores quoque morbos optime sanant: Ita doctissimi praecipites, & minima optime docent.

Vt laminae domi caecutientes, foris nihil non uident: Ita quidam in alienis negocijs plus satis oculati, in suis parum perspiciunt.

Vt impendio malignus lit, qui fontem scatentem obtegat, aut solem obradiantem prehibeat, aut lumen recuset de suo lumine accendere, aut uiam monstrare grauetur: Ita uehementer sit inhumanus, qui prodesse nolit citra ullum suum incommodum.

Vt equae conspecta in aquis forma sua, aguntur in rabiem, autore Columella: Ita quidam nimium admirantes sua, ad insaniam usque redduntur insolentes.

Vt bona cornua oneri sunt tantum, nulli autem usui, adeo sunt in se reflexa: Ita Sophistae dialecticam habent, sed qua neminem reuincere possint, adeo est inorta.

Pardus odoris gratia allecitas feras inuadit, atque occidit: Ita quidam blandiloquentia irretitos fallunt, ac perdunt. Sic principum aulae habent, nescio quid blandum, quod inuitet in perniciem.

Qui tigridis catulos rapuit, bene secum agi putat, si uel unum in se quati matri auferat impune: Ita qui alienam inuasit possessionem, etiam si cogatur reddere, lucrum tamen laetit, si uel portionem aliquam retineat.

In

In pantheris quod speciosissimum esse oportuit, id celandum est, ut placeat, reliquo corpore maculis picturato: Ita in quibusdam omnia placent, praeter uitam, quod est totius negocij caput.

Vt Tarandi cutis ferro impenetrabilis: Ita quosdam nihil queas dicere laedere.

Hyene licet & Ichneumon, nunc mas est, nunc foemina: Ita quidam sui dissimiles, nunc fortiter loquuntur, nunc mollia, nunc philosophi sunt, nunc nepotes, nunc amici, nunc inimici.

Vt Aspalacus non nisi apud Boeotios uiuit ubi nascitur, alio translatus perit: Ita quidam peregre uiuere non possunt, nulla instructi arte.

Chameleon quoniam aura pascitur non cibo, semper hianti est ore: Ita qui gloriolis & auris aluntur popularibus, semper aliquid captant, quod famam augeat.

Amphisbena serpens utriusque caput habet, & utralibet corporis parte pro cauda utitur: Ita quidam principes, nunc hac, nunc diuersa ratione se tuentur, & cum est commotum ad ecclesiasticam libertatem confugiunt, cum uisum est, principum praetextu rem gerunt, canonum obliui.

Porphyrus serpens uenenum habet, sed quoniam edentulus est, sibi habet: Ita quidam male cogitant, sed quod desit facultas, nemini nocent.

Vt palma quia cortice sit cultellato, difficilis quidem est ascensu, sed fructum habet dulcissimum: Ita idem eruditio & uirtus aditum habent difficilem, sed fructum dulcissimum.

Sicuti mundus undique teres, ac rotundus sibi constat: Ita sapiens nihil extra se quaerit, seipso contentus.

Vt stultissimum est cum huius mundi, in quo nati sumus, naturam cognoscere non possimus, alios innumerabiles mundos foris quaerere: Ita absurdum est neglectis rebus domesticis, de alienis esse sollicitum & curiosum.

Sicuti deus cum nihil non uideat, nihil tamen uidentis similis est: Ita princeps nihil ignorare debet, multa dissimulare.

Vt deus plurimum sapiens, & intelligens minimum loquitur: Ita sapiens non nisi necessaria loquetur.

Sicut ex contrarijs elementis mira harmonia temperatus est mundus: Ita diuersis hominum studijs constat respublica.

Vt deus quo nihil est melius, minime apparet: Ita quod est in homine optimum, nempe mens bona, maxime latet.

Vt unus deus administrat uniuersa, sed qui sit optimus ac sapientissimus: Ita monarcha res sit saluberrima, si detur deo similis.

Vt orbium diuersus in contraria uisus, motum omnium temperat: Ita senum contentio, iuuenum in republica feruorem, ac praecipitantiam moderatur.

Vt sol non alius est pauperi, alius diuiti, sed omnibus communis: Ita princeps personam spectare non debet sed rem.

Vt idem sol ceram liquefacit, & lutum indurat: Ita eadem oratio alios reddet meliores, alios deteriores, pro ingeniorum uarietate.

Quemadmodum Luna quo propior est soli, hoc minus habet luminis: Ita plus fructus ac dignitatis est is, qui procul absunt a magnis principibus.

Vt Solis defectus magnam mortalium perniciem trahit: Ita regis error etiam leuis, magnam tamen in rebus humanis gignit perturbationem.

Sicut Mercurius quam minimo spacio discedit a Sole, licet alioqui uagus & erraticus: Ita non oportet longius ab honesto discedere sapientem.

Vt cometes nouus appareret, aut magnus bonum, aut ingens malum portendit mortalibus: Ita nouus princeps salutem adfert rebus humanis si bonus est, maximam pestem, si malus.

Vt plures apparere soles prodigium est: Ita plures esse monarchas, aut imperatores.

Vt luna quod luminis accepit a sole, mundo refundit: Ita donum a deo acceptum, in commodum aliorum est conferendum.

Vt Castoris & Pollucis faces si solitarie appareant, dirum est ostentum: si gemine, salutare: Ita non oportet potentiam esse seunctam a sapientia, alioqui pestilentem.

Vt Saturnus qui ex septem erronibus summum tenet locum, tardissime circumagitur: Ita qui in summa constituti sunt potestate, quam minime praecipites oportet esse.

V 4 V 5

Ut stellae subito natae, subito iterum evanescent, aut decidunt: Ita qui repente subuehantur ad summos honores, cito precipitari solent.

Ut canicula pestilens est omnibus sydus: Ita principis mali potestas omnibus nocet.

Luna praecipue mouet inferiora, non quod efficacior, sed quia propior: Ita multum habet momenti ad res conficiendas vicinitas.

Ut bruta fulmina montes feriunt irrita ictu: Ita stulta potentia suas vires, in quod nihil opus est consumit.

Ut Africæ Auster feruens est, Aquilo nubilus, praeter aliarum regionum naturam: Ita quidam cum regione mutant ingenium ac mores.

Sicuti nec Aegyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem sentit fulmina: Ita uel in gens potentia, uel extrema fortunae humilitas, tutum reddit a contumelijs.

Ut autumno aut uere maxime fulgurat, minus hyeme aut aestate: Ita mediocris fortunae celsitudo, ictibus obnoxia est.

Ut quaedam fulmina aëre ac ferrum liquefaciunt, ne cera quidem confusa: Ita diuina uis, aut regia potestas in obstitentes seuit, mollibus parcit & cedehtibus.

Ut non solum stultum est, uerum etiam periculosum euocare fulmina: Ita dementia est reges ad se accersere, qui non nisi magno nostro malo prouocantur.

Ut fulmen quodcumque animal protinus occidit excepto homine: Ita fortunae procelae indoctos, ac brutos protinus animo desiciunt, sapientem non item.

Qui in altis sunt specubus, a fulmine non feriuntur: Ita infima fortuna tutissima est.

Sicut aliquando tonat sine fulgetris, idem tonitruum terrorem habet, periculo uacat: Ita quorundam minae terrent, non nocent.

Hypanis fluuius, Scythicorum amniunt princeps, per se purus & dulcis, circa Callipodas Exampeo fonte amaro inficitur, atque ita dissimilis sui in mare conditur: de quo quidem est illud Solini elogium: Qui in principijs eum norunt, praedicant: qui in fine experti sunt, non iniuria execrantur: Ita quidam inuitio blandi & amici, postea longe dissimiles sui reperiuntur.

Ut atagen alias uocalis, captus obmutescit: Ita quibusdam seruitus adimit uocem, qui liberi loquebantur. Aut sponte loquuntur, aut casum nonnulli, si cogas, reticescunt.

Memoria similis reti, quod maiora continet, minuta transmittit.

Ut arbor excisa repullulat, euulsam non refruticatur: Ita malum si penitus tollatur, non renascitur: Ita a uibus pennas accidimus, ne longius auolent: Ita quibusdam opes & auctoritas, ne se tollant in altum.

Ut accipitræ pennae tempore renascuntur: Ita nisi assidue premas, renascitur potentia.

Ut qui chirurgi manus horrent, dieta curantur: Ita qui asperiora non ferunt remedia, leuioribus remedijs sunt corrigendi.

Ut si Venerem suam Apelles, aut si Protogenes Hialysum illum suum coeno oblitum uideret, magnam acciperet dolorem: Ita si quis conspiciat eum corruptum, quem ad bonos mores instituisse: aut ignominiosum affectum, quem ornasset honoribus, iniquo animo ferret.

Ut mulieres ob hoc ipsum bene olent, quia nihil olent, & in quibusdam delectat cultus neglectus: Ita theologica oratio hoc ipso uidetur ornatio, quod ornamenta neglexit.

Ut magis est probanda medicina, quae uitiosas corporis partes sanat, quam quae exurit: Ita melior est magistratus qui citates improbos corrigit, quam qui tollit e medio.

Ut apud iureconsultos etiam qui frigidam suffundunt, simili notantur infamia: Ita culpandus qui ad turpia hortatur, non is solum qui turpia facit.

Ut qui parant statuam facere: prius rude quoddam simulacrum fingunt e trunco: postea dolant ac poliunt: Ita qui orationem aut librum instituit.

Ut callus tempore factus adimit sensum: Ita diutina mali consuetudo facit, ut leuius feramur.

Ut natura non est eadem omnibus locis, neque statuum, nec maris, nec pluuiae, nec arborum, nec animantium: Ita non oportet hominem ubiuis eundem esse, sed cum loco ac tempore uariari.

Ut Euripus in Euboea septies in die defluit, ac toties refluit mira celeritate. At idem tribus diebus unoquoque mense stat immotus, septima, octaua, nonaque luna: Ita quaedam inaequales sibi, aut nimium precipites sunt, aut nimium lentae, in utraque parte plus satis uehementes.

Ut

Ut aestum maris, auctius aut detrimenta lunae magis sentiunt imbecilliora corpora: Ita rebus contrarijs uehementius commouetur animus, minus sibi constans, & affectibus uiciatus.

Ut conchylia crescente luna auferunt, de crescente macrescunt: Ita stultus a fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus, nunc elatus, nunc supplex, utcumque Rhamnusia mutauerit sese.

Ut aqua maris in imo dulcior est quam in summo: Ita quo altius penetres in philosophiam, hoc minus habet amaritudinis.

Tradunt physici ueteres, solem marinis aquis pasci, lunam dulcibus: Ita sapientes amara quaerunt, modo utilia: stulti quae delectant modo, sectantur.

Quidam fluuij per medios lacus erumpunt, ut illis non misceatur, sed iidem eadem aquarum magnitudine post multa passuum milia exeunt, quae fuerant inuecti: Ita si in uitiosam incidis ciuitatem, ita ad tempus utendum hospitio, ut idem exeat qui ueneris.

In Asphaltite Iudaeae lacu, item in Artilia Armeniae maioris nihil mergi potest: Ita quidam quicquid commiseris, in propatulo gerunt, neque quicquam coelare possunt.

Ut aqua marina ad potum inutilis, melius sustinet nauem quam fluuialis dulcis & potui aptior: Ita suum uiaque res usum habet, si quis utatur ad id quod oportet.

In Dodona Iouis fons cum sit gelidus, & immerfas faces extinguat, si admoueris extinctas, accendit: Ita Christus si cupiditatibus flagrantem attigerit, sedat ac refrigerat: si deiecitum & exanimatum, erigit & animosum reddit.

Lyncestis aqua, quae uocatur Acidula, non secus ac uinum temulentos reddit: Ita quosdam etiam sua paupertas & inficitia reddit feroces & improbos. Eadem enim uitijs diuersis nascuntur caulibus, ut ex inficitia arrogantia, eadem ex ignorantia.

Tirrhenus lapis quauis grandis innatat, comminutus sidit: Ita concordia sustinemur, discordia pessum imus.

Ut oleum infusum tranquillat mare, & lucem addit: Ita philosophia componit animi motus, & ignorantiae caliginem discutit.

Ut ad naphtham (id est bituminis genus) etiam procul usam ignes transiliunt ob naturae cognationem: Ita ingenia literis nata, statim eas arripiunt.

Aut igne Chimerae montis semper ardentis, aqua accendi, saeno restinguit: Ita quosdam quo magis ores, minus commoueat: si dehorteris, ultro uolunt.

Ut aquae salinae, pluuia incidere, dulciores sunt caeteris aquis: Ita meliores solent esse, quos est diuersa uita mutauerit diuinae gratiae influxus, ueluti Paulus.

Ut canes Melitae potissimum in delicijs sunt opulentis ac potentibus foeminis: Ita principes effeminati delicijs, plurimum faciunt adulatorum, & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes.

Ut sunt flumina quaedam, quae cum eadem sint, diuersis locis diuersa sortiuntur nomina: Ita quaedam res in alio homine, uarijs nominibus mutantur: uelut fastus in principe splendor appellatur, in priuato superbia.

Sicuti & directus nos ferit sol radijs suis, hoc minor est umbra nostri: quo obliquius, hoc magis increfcit umbra corporis: Ita quanto plus quisque assequutus est uerae sapientiae, hoc minus magnifice de se sentit: quo longius abest ab ea, hoc se magis dilatat stultissima persuasionem sapientiae.

Ut inter tot hominum milia nullae facies sunt per omnia similes, nec ullae uoces: Ita suum cuique ingenium est, suus cuique mos.

Tradunt in Albania nasci homines glauca oculorum acie, qui nocturnum ritum, plus noctu quam interdiu cernant: Ita quidam plus sapiunt in rebus facinorosis, quam in bonis ac praeclearis: aut in sordidis potius quam in egregijs.

Ut Psylli in Africa, Marsi in Italia, non solum ipsi non laeduntur a serpentibus, uerum etiam contrectatu ac salua medentur alijs periclitantibus: Ita philosophis non satis esse debet, si ipsi non corrumpantur uitiosis affectibus, uerum oportet oratione alijs quoque cupiditates noxias eximere.

Ut homini semper adest remedium aduersus serpenti uirus, nepe salua, qua contacti ceu feruenti perfusa aqua, fugiunt, emoriuntur etiam si in fauces penetrauerit: Sic aduersus omnes

omnes

omnes pestíferas cupiditates prefens remediū semper nobiscū circumferimus, si modo nouerimus uti. Id ab animo petatur oportet.

Qui fascino utuntur, laudando necant arbores, fata, pueros: Ita adulator laudando perdit.

Sunt qui aspectu effascinant hominem: Ita inuidus oculus perniciem adfert rebus laetis. Nec satis tutus regum oculus, si quid habeas egregie pulchrum.

Qui effascinat, in oculis geminā habere pupillā dicuntur: Ita qui uritur inuidiā alienę felicitatis, non eam intuetur oculo simplici, sed quicquid uidet, sinistrae interpretantur.

Est Indię gens dicta Pandorū, quę in pueritiā cano sit capillitio, in senectā nigrescunt capilli: Ita nonnulli primis annis sobrii ac modesti, grandiores iam ad nugas & ineptissimas uoluptates abijciunt sese, & quasi puerafcunt.

Sicuti foeminae quę maturius pariūt, citius senescunt, uelut in Calingis Indię gente, quinquēnes pariūt, sed octauū non excedunt annū: Ita præcōciā ingenia cito deficiunt.

Vt Androgyni sic utrosq; imitantur, ut neutrum sint nec mares, nec foeminae: Ita quidam dum & Theologi uolunt esse & Rhetores, à neutris agnoscuntur.

Vt mare grauida, minus laborat & in gestatione, & in partu: Ita si rem honestissimā animo conceperimus, minore negotio consequemur, quā stulta quędam oblectamenta. Et qui mundi præmia sequuntur, minore dolore margaritum illud Euangelicū sibi parare poterunt.

Agrippæ qui uocantur, quoniam prepostere nascuntur: hoc est, pedibus primū emergentibus, malis auspicijs in uitam ingredi creduntur, magnoq; humani generis malo, ut Marcus Agrippa, & Nero: Ita qui per nefas, ac simoniam irrumpunt in imperium, aut episcopatum (uti uocant) magnam pestem adducunt sibi suisq;.

Vt nonnullæ mulieres ex uiris quibusdam non concipiunt, alijs adiunctæ, foecundæ fiunt. Ita sunt qui apud quosdā præceptores indociles, alijs traditi doctoribus proficiūt, quod sint ut corporum, ita & ingeniorum cognationes, ac dissidia.

Vt horologiū umbram progressā sentis, progredientem non sentis, & fruticem aut herbam creuisse apparet, non apparet crescere: Ita & ingeniorum profectus, quoniā minutis constat actibus, ex interuallo sentitur.

Vt elephantum cum nare non possint, tamen omnibus impense delectantur, circaq; illos uagari gaudent: Ita quidam cum literas nesciāt, tamē inter eruditos uersari gaudent.

Dracones exuentes sanguinem elephantorum, occidunt eos, & ipsi uicissim inebriati opprimuntur ac commoriuntur: Ita sæpenumero in bello, pars utraq; & perimit & perit, damnum dat & accipit.

Bonafus animal, quoniā cornibus inutiliter implexis non potest lædere, fugiens si mum reddit: cuius contactus insequētes ut ignis aliquis comburit: Ita nonnulli quoniā coram non audent congregari, à tergo sparsis probris contaminant hominem.

Sicuti leo citius sæuit in uirum q̄ in foeminam, pueros nō nisi summa fame coactus attingit, simplicibus ac prostratis parcit: Ita potentes infirmioribus debent ignoscere, uires in alios experiri, quos uincere pulchrum sit.

Vt lasciuia simiarum febrem excutit leoni: Ita inimici conuictum aut contumelia, nō nunquam excussa desidia, ueternoq; ad honesti studium nos acuit.

Leonis catuli informes nascuntur, uix ingrediuntur semestres, non mouentur nisi biestres: Ita quę egregia futura sunt, sero proueniunt, & lentis actibus absoluuntur.

Leo cunctis formidatum animal, tantum ac cristam galli formidat: Ita summi principis infirmorum conuicia nonnuquam timere coguntur.

Iniecto in oculos sago, leo sine ullo negotio capitur, alioqui inexpugnabilis: Ita facilissimum est potentissimum etiam domare, modo cognitum sit illius ingenium.

Camelus non gaudet potu, nisi prius obturbata conculcatione aqua: Ita quibusdā nihil placet in literis, nisi barbaria conspurcatum.

Vt camelopardalis siue nabis, collo refert equum, pedibus & cruribus bouem, capite camelum, maculis tigrim, aut pardum: Ita quidam inæquales sibi uarias hominū formas expriment: si cultum inspicias, sanctum aliquem existimes, si orationē audias, Satrapam loqui putes: si uitam expendas, nebulonem inuenies: si scripta, bubulcum.

Rhinoceros

Rhinoceros cornu gerit in naribus: Ita quorundam sales dentati sunt & aculeati.

Catoblepas & basiliscus solo aspectu necant, maxime si oculos intueare: Ita tyranni nonnulli solo oculorum coniectu nonnullos ad laqueum adigunt. Aut formosa mulier & impudica perimit intuitu.

Vt basiliscus sibilo fugat omnes serpentes: Ita quidam adeo sunt pestilentes, ut alij ad illos collati, boni uideantur, atq; ultro cedant.

Lupis quos ceruaros uocāt, etiam in fame surrepit obliuio cibi, si modo respexerint, ac protinus alium querunt: Ita nonnullis mox excidit, quod modo instituerant narrare, si interiectis uerbis aliquot animum illorum aliō deuocatis.

Aspis pestilentissimum malum non uagatur, nisi cum comparē, ea interfectorem peritacissime persequitur: Ita tyranni filium, aut alium tyrānidis successorem adiungunt, ne desit ultor, si quid acciderit.

Crocodylus patitur Trochilum auiculā carpere escam ē faucibus suis, non illius amore, sed sua ipsius causa. Repurgat enim rostro suo os illius: Ita tyrāni etiam si quid alteri concedunt, semper ad suum referunt commodum.

Crocodylus terribilis est in fugaces, fugax contra insequentes: Ita quidam si cōcedas ac metuas, tum ferociunt: si strenue contemnas & obstitas, statim concedunt.

In aspidis ictu nullum est remediū, nisi ut partes contactæ amputentur: Ita quędam uitia sola morte sanari possunt.

Ineuitabile malum esset aspis, nisi natura hebetes addidisset oculos: Ita quidam essent pestilentissimi, si prauæ cupiditati accederet & ingenij uis, ut rationem quocq; nocendi possint excogitare.

Dictamum herba sagittas educit ē corpore, hanc cerui monstrauere: Ita philosophiæ ratio, fortunæ iacula eximit animo.

Cerui pastu dictami excutunt corpore sagittas, à phalangio percussi cancrorum esu sibi medentur: lacertæ à serpentibus icti, herba quadam se refouent: hirundines uexatis pullorum oculis chelidonia succurrunt: Testudo cunilæ pastu uires aduersus serpentes reficit: Mustela in murium uenatu ruta se confirmat: Ciconia origano, hederā apri sibi medentur in morbis, item cancrorum esu: Anguis foeniculi succo abijcit exuuiū: Draco uenam nauseam syluestris lactucae succo restinguit: Pantheræ aduersus aconitū, hominis excrementis sibi medentur: Elephas Chamæleonte fronde (nam similis est animanti color) deuorata: Vrsi cum Mandragoræ mala degustauere, formicas lambunt: Ceruus uenenatis pabulis herba cynare reficit: Palumbes, graculi, merulae, perdices, lauri folio annuū fasti diū purgant: Idem faciunt columbæ, turtures, gallinacei, herba quę uocatur helixine: anates, anseres, cæteræq; aquaticæ, herba siderite, grues & similes, iunco palustris: Coruus occiso chamæleonte, qui etiam uictori nocet, lauro infestum uirus extinguit, breuiter nullum est animal, quod nō intelligat sua remedia: Solus homo nescit, unde uel corporis uel animi remedia petere debeat.

Hyæna uocem humanam imitatur, & nomen alicuius ediscit, quem euocatū lacerat: Ita quidam obsequio blandiuntur, donec in perniciem trahant.

Panthera sic auida est excrementorū hominis, ut si in uase suspēdantur altius quā ut possit attingere, enecet sese, defatigati porrectu corporis: Ita nonnullis quod est foeditissimum, id dulcissimum est.

Fibri Pontici genitalia sibi ipsis amputant membra in uenatu, quod ob hoc se peti intelligunt: Ita prudentis est aliquando abijcere rem, ob quam periclitatur.

Cerui cū arrexere aures, acerrimi auditus sunt, cū remisere, surdi: Ita principes si quid est quod placeat, id pcul etiā percipiūt: si qd secus, quantumuis clames, non intelligunt.

Cerui cum sua cornua cogantur abijcere, tamen occultant ea, præcipue dextrum, ne medicamenti uis alijs sit usui: Ita diuites nonnulli, cum ipsi diuitijs uti non queant, haud tamen sinunt alios frui.

Vt chamæleon nō alio pascitur alimento, q̄ aeris, & idcirco ore est semper hiāte: Ita quosdam aura popularis alit, neq; quicq; caprat præter inanes laudes, & gloriam.

Chamæleon qui subinde mutat colorē, omnē imitat, præter rubrū & candidū: Ita adulator nihil nō imitatur in amico, præter ea quę honesta sunt.

Tarandus

Tarandus

Tarandus omnium arborum & fruticum, locorumque in quibus latitat, colorem uillis etiam imitatur: Ita tutior erit, qui ad quamcunque gentem se contulerit, eius ritus ac mores imitetur: Ita tutior erit, qui ad quamcunque gentem se contulerit, eius ritus ac mores imitetur: Ita tutior erit, qui ad quamcunque gentem se contulerit, eius ritus ac mores imitetur.

Disimile

Hystrix non iaculatur spinas suas, nisi cum prouocatur, aut urgetur: At securus (imitetur, ra in quemuis sua dicta torquet.

Virus informes gignit catulos, eos lambendo format: Ita rudem ingenij foetum diuina cura expoliri conuenit.

Vt canis properans in enitendo, caecos parit catulos: Ita praecipitata opera non possunt esse absoluta.

Vt ignaui canes omnibus ignotis allatrant: Ita barbari quicquid non intelligunt, capunt ac damnant.

Vt muti quidam canes, prius mordent quam latrant, sunt enim & huiusmodi, quos alii quot ipse uidit: Ita quidam prius laedunt quam exoptulent.

Asina per omnem gignunt uitam: cum homo tam mature desinat parere: Ita facillior ac perpetuus prouentus rerum uisum, egregia raro contingunt.

Nullum est animal quod impensius amet suos foetus, quam asinus & simia: Ita indocti suas commentatiunculas praeter alios amplectuntur.

Mulus ex equo & asina conflatus, nec equus est, nec asinus: Ita quidam dum & aulici esse uolunt, & ecclesiastici, neutrum sunt.

Disimile

Muli calcitratus uino crebro inhibetur, mulicris petulantia uino prouocatur. Simia catulos fere complexu necat: Ita nonnulli pariter immodico erga liberos affectu, & indulgentia corrumpunt illos.

Disimile

Vt est regio quae careat uenenis, ueluti Creta: Ita non est res publica aut aula, quae careat inuidia.

Creta nullum habet uenenum, praeter phalangium, id est aranei genus: Ita non est mortiferum tam sanctorum, quod immunitur ab obsecratione & inuidia malo.

Angues in Syria erga indigenas uenenum non habent, nec eos petunt, exteros cum cruciatu exanimant: Ita insulares in suos satis humani, in alienigenas immittissimi sunt.

Indicae testudines, meridiano tepore blandiente, gaudent toto dorso per tranquilla fluitare, donec oblitis sui, solis uapore siccet cortex, ut mergi nequeant, iamque inuita natent opportuna uenantium praeda: Ita quidam spe magnarum rerum alleciti, in principio aulas sese coniungunt, & adeo delinuntur aule delicis, donec imprudentes eorum digantur, ut non possint etiam si uelint, in suum otium sese recipere.

Mugiles si caput condiderint, putant se totos occultari: Ita quidam si sua uirtutis dissimulant ipsi, putant ab alijs non animaduerti, qui mos idem & pueris est.

Alutarium piscem semper sequitur piscis nomine sargus, qui illo coenum fodiente excitatum deuorat pabulum: Ita sunt qui se miscant alienis negocijs, ut eis laborantibus, fructum ipsi praeripiant.

Scomberi in aquis sulphureis habent colorem, extra aquas similes ceteris: Ita diuites in suo regno dijs pares, & ceteris longe praestantiores uidentur, in morte nihil ab alijs differunt.

Vt echeneis licet exiguus piscis, nauem uelis citatam remoratur: Ita animus ad honesta properantem puella quae etiam nonnunquam reuocat, ac retardat affixa.

Sicuti Polypus quicquid brachijs attrigerit, suctu tenet et attrahit: Ita difficillimum est euellere de manibus quorundam, si quid naeti fuerint.

Polypus stupidum alioquin animal, in captandis conchis incredibili utitur solertia: Ita quidam ad solum quaestum suum sapiunt, alibi pecudes merae.

Vt saepe numero Polypus dum conchae carnem captat, ipse capitur ac tenetur: Ita saepius dum alijs nocere studemus, nos ipsos in periculum adducimus.

Vt echinus semper in spinis ingreditur, quod spinas secum circumferat: Ita quibusdam in omni negotio acerbitas est, propterea quod animo secum adferat asperitatem, etiam si res ipsa nihil habeat incommodi.

Vt cancri in metu utroque pariter celeritate ingrediuntur: Ita cum res exigit, uertendi sunt in diuersum mores.

Minimi cancri, quos pinnoteras uocant, quo tutiores sunt, inanimum concharum testis se condunt, & cum accreuerint, migrant in capaciores: Ita quidam maiorum suorum titulis tuentur sese, cum suis diffidant uirtutibus.

Vt

Vt uniones tamen in mari nascuntur, tamen plus habent cognationis cum caelo, cuius faciem reddunt: Ita pius ac generosus animus magis a caelo pendet, unde ducit originem, quam a terra, in qua uiuit.

Rhombus, & squatina, & rhaia, & pastinaca cum tardissimi sint piscium, tamen saepe reperiuntur habentes in uentre mugilem omnium uelocissimum, solertia & ingenio capientes: Ita quidam arte superant longe potentiores opibus aut uiribus.

Trochus piscis ipse se inuit, & ex sese concipit: Ita quidam ingenij felicitate ipsi literarum semina infundunt sibi, quos *αυτοδελτικος* uocant Graeci.

Struthio camelus auium maxima, sed stolidissima: Nam ubi collum occultat fructu, latere sese existimat: Ita quidam ingenti mole corporis onusti, minimum habent ingenij.

Vt Phoenix nunquam est nisi unica, & ea uix credita cuiquam: Ita rerum optimarum summa raritas est.

Aquila auium rapacissima, non oppetit morbo, nec senio, sed fame: Ita auarus quo magis accedit aetas, hoc magis cruciatur habendi studio, & minus potest uti partibus.

Aquilarum pennae quoque aliarum auium pennis admixtae, eas deuorat: Ita tyrannis penitus insita uis est spoliantis plebis, ut mortui quoque aliquid auferant.

Vultures triduo futura caduera praesentunt, eoque aduolant: Ita quidam captatores, multis etiam annis mortis diuitum imminet.

Vultures ipsi nihil occidunt, sed ab alijs occisa inuadunt: Ita nonnulli alienis fruuntur sudoribus.

Cybindus aulis bellum interuenientem gerit cum aquila, adeo ut coherentes saepe numero praesidantur: Ita fit aliquoties, ut dum mutuam in se odium pertinaciter exercent principes, utriusque subuertantur, tertio quoque inuadente.

Coccyx oua subdit in nidis alienis: Ita quidam alienas uxores faciunt matres.

Coccyus pullus ubi adoleuerit cum sit nothus, tamen legitimos deuorat, unaque matrem ipsam: Ita quidam magna indulgentia, stulto quoque amore quorundam educati subuertunt eos.

Pauo non explicat pennas nisi laudatus: Ita quidam putant se non habere quod habent, nisi sint qui mirentur.

Galli saepius in pugna commoriantur: Ita quidam mutuis dissidijs conficiunt sese.

Gallus uictor ilico cantu superiore sese testatur: Ita quidam sua facinora tacite ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines.

Vt ciconias nemo aduenire sentit, sed aduenisse: nemo discedere, sed discessisse, quod noctu clanculumque faciant utrumque: Ita iuuentutem nemo intelligit discedere, sed discessisse, & senectutem non sentimus aduenire, sed aduenisse.

Apud Thessalos capitale est occidere ciconiam, non ob aliud nisi quod serpentes interficat: parcutur & apud Britannos in illius, quod urbem raptis exitis pecudum repurgent: Ita quibusdam honos habendus, non quod ipsi digni sint, sed quod illorum opera nobis sit usui.

Ciconia tamen si demigrat, tamen reuerfa, semper eosdem repetit nidos: Ita non oportet amicorum ob intermissam uitae consuetudinem obliuisci, sed memoria illorum semper nobiscum circumferre.

Ciconiae quoties conuolat in campum, quem Pythonis comen uocant (is est locus in Asia) quae ultima omnium aduenit, eam lacerant, atque ita discedunt in una omnium cessatione castigata: Ita multitudinis uicia, unius insigni supplicio sunt uel sananda, uel arcenda.

Coturnici ueneni semen gratissimum est cibus: Ita quidam maledicentia & uirulentis dictis impendio delectantur.

Vt hirundines sub hominum tectis nidulantur, & tamen non assuescunt nec fidunt homini: Ita quidam amicos semper habent suspectos, praesertim insulares.

Hirundo aestate aduolat, instante hyeme auolat: Ita infidus amicus rebus laetis praesto est, commutata fortuna deserit amicum.

Seleucides aues nunquam conspiciuntur a Cassij montis incolis, nisi cum illarum praesidio est opus, aduersus locustas uastantes fruges, nec unde ueniant, quouero abeat cognitum: Ita quidam nunquam apparent, nisi cum nostro egent auxilio: nec uisunt amicos, nisi cum urget necessitas aliqua.

Luscinijs tantum est canendi studium, ut certantes emoriatur, spiritu citius deficiente quam

quam cantu: Ita nonnulli literarum immodico amore ualitudinem extinguunt, & dum a nullo uinci uolunt eruditione, pereunt in ipso conatu.

Vt halcyones etiā media hyeme mare tranquillū prestant, nō sibi solum, sed alijs quoque: Ita sapiens turbatissimis rebus non solum ipse tuebitur animi tranquillitatem, sed alios concitatos componet ac sedabit.

Vt halcyones uidere rarissimum est, sed quoties apparent, tranquillitatem uel faciunt, uel denūciant: Ita abbates & episcopi raro debent prodire in principum aulas, sed rerum motus, & bellorum tempestates autoritate sua composituri.

Columbo in uolatu pernicitas, sed dum plaudit in aere sibi placens, implicatis strepitus pennis, capitur ab insidiante alicubi accipitre: Ita multi dum ostentant suas uires magis quam uiuunt, obliti sui, praeda fiunt inimicis.

Apodes auiculæ, aut pendent uolatu, aut iacent, propterea quod pedibus careant: Ita quidam in utranque partem nimis uehementēs, aut nimium tumultuantur negocijs, aut toti torpent ocio: nil medium est.

Taurus auis cum sit pusilla, tamen boum uocem imitatur: Ita nonnulli cum re sint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas.

Arrodūt hominis cibū, mures, uiuunt sub eodē tecto, nec tamē assuescūt homini: Ita quidā amici parū synceri, nec relinquūt cibi cōmodi causa, nec amāt tamen aut fidēt.

Sicuti picis mirū est studiū imitādī uerba hominis, adeo ut in conatu nōnunq̄ emoriatur.

Vt oua plena sidunt, inanija fluitant: Ita qui ueris uirtutibus aut literis est praeditus, minus ostentat se quam qui secus.

Si foemina inter aues saliat foeminā nascūtū quidē oua, sed ex quibus nihil nascatur: Ita cōsiliū quod animo conceperis, non accedēte ratione, friuolum est & inutile. Oua sic nata, Hyponemia, hoc est, subuentanea uocant: dicuntur & Zephyria, quæ uento concipiuntur: Sic euandium est, quicquid imaginatione, non certo iudicio instituitur.

Serius edūtur, quæ diūtius uictura sunt: Ita diu premēdū opus, quod semper legi uelis.

Quo maius est animal, hoc min⁹ est foecūdū, minuta numerosi foetus sūt, adeo ut Acāthis minima auicula duodenos pariat pullos: Ita que minus ualent pōdere, numero sunt.

Salamādra nō nisi magnis imbribus, puenit, serenitate deficit: Ita qdā nō appa- (pēlāda) rēt, nisi statu ciuitatis bello aut seditione turbato, idē rebus pace cōpositis emoriuntur.

Salamādra tantus est rigor, ut ignem contactū non aliter quam glacies extinguat: Ita quidam citius hominē ad torporem adduxerint, quam ipsi ad honesta inflammentur.

Vt talpæ quod parum aut nihil cernant, liquidius audiunt: Ita natura paria facit, dum quibus corporis formam negauit, his animi uigorem confert.

Vt culices ad dulcīa non aduolant, sed acria petunt: Ita quidam maledicis & infestis uis sermonibus uehementius delectantur.

Non omnē escam amant pisces, sed alius alia delectatur: unde piscatores gnari quam quisq̄ maxime appetit, fallunt ea potissimum obiecta: Ita adulator deprehensio hominis ingenio, quibus rebus deliniatur, a quibus abhorreat, quod illi gratissimum esse intellexerit, hoc potissimum eum captat.

Sicuti caprea & coturnices uenenis saginātur: Ita qdā alitur maledicis & obreclatio, uelut aranea & serpenti, formicis ac foricibus, trochilo & aquile, alijsq̄ cōpluribus: Ita sunt qui illam aut illam oderint gētem, cum nesciant quamobrem oderint. Quidam odere rhetorice, aut Græcas literas, cum hoc ipsum ignorent quod oderunt.

Vt in culice non minus admiranda naturæ uis est quam in elephante: Ita sapiens in maximis pariter ac minimis negocijs, magnum uirum ostendit, Aut ingenij uis etiam in ludicro atq̄ humili argumento elucet.

Apis cum minimū sit insectum, tamen admirabile facit opus, & mira ratione politiam moderatur. Ita in pusillis corporibus summa nonnunquam ingenij uis.

Apes exteriora tectoria faciunt ex succis amarioribus, quod dulcissimū est, in intimis recondunt: Ita theologia insipidis quibusdā allegoriarū corticibus obtegit sapientiam, quo prophanos arceat.

Vt

Vt apes non quiduis ex omnibus colligunt, sed aliunde Metyn, aliunde Pissoceron, aliunde Propolin, aliunde Rhithacen, aliunde sobolem, aliunde mel: Ita non omnia perenda ex eodem autore, sed ex unoquoq̄ sumendum, quod habet utilissimum: Ex poetis & oratoribus, uerborum splendor: E dialecticis, argutia differendi: E philosophis cognitio naturæ: E Theologis, præcepta uiuendi.

Cum ad omnia aduolent apes, tamen nullis nocent floribus: Ita uirtus, & literæ sic ab alijs sumuntur, ut nihilo deterior sit is, qui communicauit.

A floribus marcidis apes abstinent: Ita non attingēdus liber, qui putidas habet sententias. Aut nihil attingendum, quod non sit elegans & succulentum.

Apes fucis, ad opus & foetum calore confouendum, utuntur, ubi cœperint mella maturefcere, tum expellunt ac trucidant: Ita ab inimicis quoq̄ sumendum, si quo pacto per occasionem prodesse possint.

Apes peragunt opus suum non statis diebus, sed quoties cœli commoditas inuitat: Ita suo quæq̄ tempore rapienda est occasio.

Rex apum solus aculeum non habet, aut certe non utitur, ad hæc grandior est corpore, & specie decentior, sed alis quam cæteræ minoribus: Ita principem oportet esse clementissimum, & a sua ciuitate nusquam auolare longius.

Rex ipse quidem non operatur, sed obambulans, ac circumuolans alios uelut exhortatur: Ita princeps non opera, sed consilio & iussu prodesse debet suis.

Vt fuci cum ipsi non mellificent, tamen illarum insidiatur laboribus: Ita sunt qui nihil ipsi excudant, sed aliorum uigilijs elaborata furto sibi uendicant.

Vt apis amisso aculeo, iam nec nocere potest, exarmata, nec prodesse ad mellificium: Ita mortales qui nocere norunt, idē norunt prodesse.

Cum maxime feruēt apum inter se prælia, tum iactu pulueris, aut fumo tota res componitur: Ita grauisissimi rerum motus inter principes, affinitate aut simili re quapiam nu gacissima finiuntur.

Ter nouenis crabronum icibus interfici hominem existimant: Ita offensa tametsi per se non capitalis, tamen sæpius iterata capitalem parit inimicitiam.

Damnatur bombicina uestis seu multitium, quod pellucens nō tegat corpus, cum in hunc usum sit reperta uestis: Ita ridenda facundia, quæ rem non explicat, sed inuoluit, cum in hoc repertus sit homini sermo.

Vt aranearum telas corui perrumpunt, muscæ implicantur: Ita leges plebeculam uerant, a potentibus uiolantur impune.

Scorpūs uenenum in cauda gerit, & oblique ferit: Ita quidam in fine uirus effundunt suum, & dissimulanter lædunt.

Muta cicada pro miraculo est, quod ipsum genus sit garrulum, sunt autem huiusmodi in agro Rhegino: Sic magis admiramur constantiam & silentium in foemina, quod ipsum genus mutabile sit & loquax.

Muscæ & alia nonnulla insecta suctu uiuunt, ideoq̄ eis pro lingua est fistula: Ita quosdam uideas bibones, qui potu uiuant, a cibo abhorreant.

Vt lampyrices non sunt conspicuæ, nisi noctu aut in obscuro: Ita quidam nō sunt illustres, nisi inter humiles & idiotas, obscurantur autem inter egregios.

Industrium animal formica, sed non laborat nisi sibi: Ita nonnulli mortales sibi dumtaxat consulunt, & suum modo negocium agunt.

Vt Indicæ formicæ aurum e cauernis erutum seruant tantum, non fruuntur: Ita diues auarus nec fruatur ipse suis opibus, & alijs inuidet illarum usum.

Hirudo & quoddam pediculi genus cui non est exitus cibi, quod infatigabile sit, suctu sanguinis intumescens rumpitur deniq̄: Sic auarus copia sua præfocatur.

Vt pyralis ultro aduolans lucernis, adustis alis collabatur, ac perit: Sic quidam ipsi sibi accerunt perniciem.

Vt cochleæ lente ingrediuntur, nec quicquam attingunt aut usquam sese mouēt, nisi cornibus

cornibus praeferantur: Ita sapientem oportet esse contabundum, minimeque praecipitem, & pedetentim aggredi, gustu quodam prius sumpto.

Quemadmodum apud Myconios non est indecorum caluitiū, quod illic omnes calui nascantur: Ita apud Italos (ut hoc exempli causa nominem) non est turpe pecunia studium, quo nemo non tenetur apud illos.

Sunt qui propius ad mota non cernunt, quae longius ab sunt, uident: Ita nonnulli plus sapiunt in rebus alienis, quam in his quae ad se pertinent.

Quibus maiora sunt corda, timidissima sunt, maximeque bruta: Nam asino maximum est, & in Paphlagonia perdicibus bina sunt corda, cum animi sit conceptaculū & fons: Ita quidam quo magis abundant insignibus, hoc minus habent rei: ueluti si doctor indoctus latissimo utatur pileo aut epomide.

Animantia quibus longa sunt crura, isdem longum sit collum oportet: Ita qui magno strepitu stident, uixere longius sapiant necesse est, unde suppetit furor.

Chamaeleon maximum habet pulmonem, & nihil aliud in se: Ita quidam praeter ostentationem, & uentofam iactantiam, nihil habent.

Simia cum imitetur hominem, tamen animal est omnium deformissimum: Ita si quis affectet quod optimum est, nisi feliciter affectet, incidit in id, quod est pessimum.

Vt à uitis corporis quidam inuenere cognomen, uelut à distortis cruribus Varietudinis labris Chilonem, à naso praegrandi Nafones: Sic nonnulli malefactis sibi famam pariunt, ac nobilitantur.

Infantes qui celerius loquuntur, tardius ingredi incipiunt: Ita qui ad dicendum promptior est, ad rem gerendam minus est paratus.

E uoce agnoscimus hominem, facie non inspecta, nam sua cuique uox: Ita ex oratione licet hominis uitam coniectare.

Vultures unguentorum odore fugantur, ad cadauera aduolant: Ita quidam à rebus honestis abhorrent, ad foeda rapiuntur.

Sicut unguentis & uinis: ita & libris pretium addit antiquitas.

Ex maioribus cedris, quae florent, non ferunt fructum: quae frugiferae sunt, non florent: Ita nonnunquam quibus adest dicendi lepos, non adest sapientia, quibus suppetit rerum utilium cognitio, deest eloquii uenustas.

Vt palmae arboris ramus, impolito onere non deflectitur in terram caeterarum more, sed renititur, & ultro aduersus sarcinam positus erigit sese: Ita uiri fortis animus, quo plus negocijs premitur, quoque magis saeuit fortuna, hoc est erectior.

In Campania uites populos amplexae, ipsa equabant cacumina, adeo ut uindemiator rogum ac tumultū exciperet: Ita qui in arduis uersantur negocijs, periculi meminisse de-

Quemadmodum uitis tametsi arbor omnium nobilissima, tamen arundinū, (beni aut uallorum, aut arborum infrugiferarum eget sustentaculis: Ita potentes & eruditi inferiorum egent opera.

Vt uallus aliquoties frondibus suis uitem amplexam strangulat: Ita nonnunquam aduinculi gratia obiter asciti, subuertunt & opprimunt potentiores.

Vt uitis nisi amputes, late sese spargit, brachijs suis omnia complectens & implicans: Ita princeps ambitiosus semper aliquid è proximis suo adiungit imperio, nisi subinde uindictetur.

Sicut Aminaea uina senio fiunt meliora: Ita quidam in iuuenta solutiores aut asperiores, aetate & usu rerum fiunt mitiores.

Contra Apiana uina, & alia quaedam initio dulcia, austeritatem accipiunt ab annis: Ita quidam aetate fiunt inhumaniores.

Sicuti Maroneum uinū, cuius meminit Homerus, uicies tanto a quae mixtum, tamen uigorem suum seruat: Ita sapiens nullis soluitur uoluptatibus.

Vt uino non est aliud corporis uiribus utilius, si recte utaris: nec eodem est quicquam perniciosius, si modus absit: Ita philosophia salutaris res est, si modice adhibeas, pestilentissima, si eius studio temulentus, à communis uitae munis reddaris alienus.

Sicuti uina languidiora uappescunt aetate: Ita desipiscunt ingenia uulgaria, exitia etiam ad extremam durant aetatem.

Vina

Vina non modo foli sui referunt saporē, uerumetiam arborum aut fructuum inermorum: Ita non solum exprimimus eos, unde progeniti sumus, sed & eos quorum consuetudine sumus usi. Sicuti imitatio uina, quae frugibus conficiuntur apud quosdam, haecenus assequitur uini uim, quod inebriant, non tamen perinde reficiunt cordis uigorem: Ita quidam quod in poetis est uitijs, id assequuntur, nempe obscenitatem, caeterum eloquentiam, uenustatem, eruditionem non possunt exprimere.

Oliua sero prouenit, sed fructum habet egregiū. Salix statim adolefcit, sed sterilis est: Ita praecox ingenium.

Negant ullum animal uenenatum fame aut siti emori: Ita pestilentes homines domi habent, unde se pascant, & suo aluntur ueneno.

Perfica ob id ipsum pluris uenibant, quod non durarent, nisi in triduum: Ita auidius rapiendum, quod cito praeteruolat, ut iuuenta.

Caprifici ficus nunquam maturefcit, sed tamen gignit uermiculos, qui deuolantes ad ueram ficum, perfollo ficorum cortice, maturitatem illis tribuant: Ita sunt qui ipsi nihil queant egregium facere, sed tamen aliquo pacto stimulant alios, ut id faciant.

Vt aquae laus est, si nihil sapiat (nam uitiosae signū est sapor aut succus): Ita à caeteris quidem requirimus eloquentiam:

Fere non conuenit odori & saporī, ut ficis quibus nihil dulcius, nullus est odor, & cotoneis plurimum odoris, sapor autem asperrimus: Ita uix in eodem inuenias hominem dilloquentiam, & beneficentiam, ac fidem.

Vt laurus tota uiuet perpetuo: Ita doctrinae fama non senescit, neque marcescit. Lauri baccae amarae quidem sunt, sed salutem conferunt: Ita philosophiae praeccepta, salutaria magis quam blanda sunt aut iucunda.

Vina tralis infusa taxo factis, mortifera sunt: Ita salutaris alioquin eruditio, si incidit in hominem pestilentem, moribus minus redditur noxia.

Fraxinum campestre in tantū horrent, ut peres, nec matutinas, nec uesperinas illius umbras quauis longissimas, unquam attingant: & si gyro frondibus huius arboris claudatur ignis, & serpens, citius in igne fugiet, quam in fraxinū: Ita nihil conuenit uitijs & studio sapientiae, sub cuius umbra quisquis se continuerit, tutus erit ab huius uitae uenenis.

Tilia cum habeat corticem ac folia dulcia, tamen fructū eius nullum animal attingit: Ita quorundam oratio blanda, grataque & composita, sententiarum nullus fructus.

Vt iuxta semper quidem uiuet, sed alioqui & odore noxia, et semen habet omnibus inuisum animantibus: Ita quidam praeter orationis gratiam, nihil adferunt non fugiendum.

Rhododendri frondes inuentis, capris, & ouibus uenenum est, idem homini contra serpentium uenena remedio: Ita quod stultis perniciem adfert, ut res aduersae aut eruditio, id sapiens uertit in suum bonum.

Vt arborum aliae gaudent motibus, aliae uallibus, aliae siccis locis, aliae riguis & a quouis: Ita non omne uitae genus homini conuenit. Sunt quae quouis prouenit loco: Ita sunt horarum omnium homines, accommodati ad mores omnium.

Sunt arbores aliquot, quae post solstitium inuertunt sua folia, ut ulmus, tilia, olea, populus alba, salix: Ita uulgus procerum, simul atque princeps uitae genus diuersum commutat, uertunt & ipsi uultum, cultum, orationem, & omnia.

Sorbo folia uniuersa decidunt, cum caeteris arboribus paulatim id accidat: Ita quidam subito nudantur, aut profundunt, aut genus uitae commutant, cum sensim id fieri oporteat.

Ficus non floret, cum fructus habeat dulcissimos: Ita quidam benefaciunt nihil pollicitates.

Morus nouissima omnium germinat, & tamen parit inter primas: Ita qui tempus idoneum opperuntur rei conficiendae, etiam si serius ceperint, tamen maturius conficiunt.

Vt arbores quaedam belle florent, uerū nullum adferunt fructū: Ita quorundam puerorum indoles magnam uitae frugem pollicetur, qui simulatque adoleuerint, ad ineptissimas conuersi uoluptates, fallunt expectationem omnium.

Salix ante maturitatem abiicit semen, unde et Homerus frugiperdam uocat: Ita quaedam ingenia praecocia citius proficiunt ad docendum, aut scribendum, quam oportet.

Cupressi semina adeo minuta sunt: ut quaedam oculis cerni non possint, & tamē in eo

tanta est arbor tam procerā: Ita ratio minimum quiddam est & occultum, sed eadem maxima est, si prodeat, & uim suam explicet.

Stolonibus amputatis, omnia celerius adolefcunt in arbore, nimirum alimentis in unam collatis stirpem: Ita animus leuatus superuacuis negocijs, plus efficit in studijs honestis, tota mentis uis in idem intenta.

Vitis nisi subinde amputetur, ipsa sua foecunditate gracilefcit & perit: Ita cohibendum est immoderatum studium felicitibus ingenijs, ne parum moderato labore consumatur.

In uite quicquid per amputationem adimitur materia, id fructibus additur: Ita qui reciderit curas superuacaneas rerum fordidarum, plus ualebit in rebus serijs & grauibus: Aut quo minus est uerborum, hoc grauiore sententia.

Vt in inferendo calamus altius depressus, tardius fert, sed durat fortius: Ita praestat sic rem aggredi, ut firmior sit ac durabilior, potius quam ut praesens species lucellum.

Arbor per se infrugifera, tamen insitione discit ferre fructus: Ita prauum ingenium institutione ad bonam frugem potest demutari.

Arbor suapte natura non nisi unicum foetum gignit, insitione eadem diuersi generis fructibus oneratur: Ita qui naturam suam sequitur, semper idem est, qui arte ducitur, sui similis est.

Vt noctuae aues inaspicate nocturne gemetes (na haec illis uox est) mortalium inuidetur quieti: Ita uirulenta lingua semper aliquid spargit, quo concordiam hominum disturbet.

Vt ager ferax, sed quem oporteat multo impendio colere, non multum iuuat colendum: Sic homo quaestuosus, sed idē sumptuosus, haud multum reponit haeredi profuturum.

Vt in re rustica non satis est teipsum bonum esse colonum, sed magni refert cuiusmodi habeas & uicinum: Sic in uita non satis est, si teipsum integrum uirum praestes, sed refert cum quibus habeas consuetudinem.

Vt in loco pestilenti quoque qui affluere, durat: Ita incommoda parum laedunt affuetos.

Vt nihil minus expedit, quam agrum optime colere: Ita saepenumero inutilissimum est, nimis esse in negotio diligentem.

Diligentes agricolae terram prius notulis quibusdam deprehendunt & explorant, priusquam illi credant sementem: Ita explorandus amicus, ante quam committas arcanum.

Vt faba & lupinum non exhaurit, sed stercoret agrum in quo alitur: Ita gratus meliorum reddit fortunam eius a quo beneficio adiuuatur, & refert quod accepit.

Foenum Graecum, quo tractatur peius, hoc prouenit melius: Ita liberi quidam, quanto habueris indulgentius, tanto minus ualent: neglecti uero & uexati euadunt in uiros.

Vt salicis semen ante maturitatem abiectum, non solum ipsum nihil gignit, uerum etiam foeminae sterilitatis est medicamentum, hoc est, efficit ne concipiant: Ita sermones istorum qui prius docent quam uere sapiant, non solum ipsos non reddunt meliores, uerum etiam auditores suos inficiunt & reddunt indociles.

Novella uitis copiosius gignit uinum, sed uetustior melius: Ita plura loquuntur iuuetes, sed utiliora senes.

Ex arboribus quae uehementer foecundae sunt, eo celerius senescunt: Ita raro sunt uiuae egregio praediti ingenio, & optima quaeque mortalium fugacissima sunt.

Solent arbores protinus emori, si quando praeter solitum foecundae fuerint: Ita fortuna praeter morem blanda ac fauens exitium imminere saepenumero significat.

Est apud Indos herba quaedam praecipui odoris referta minutis serpentibus, quarum icu protinus moriendum sit: Ita habent principum quorundam aulae quod alleciet, sed occultant letale uenenum, ni caueas.

Apud eosdem est spina, cuius succus inspersus oculis, caecitatem adfert omnibus animalibus: Magis autem excacat homines, si quid aspergas de puluere auri in oculos.

Vt in arboribus robustiores sunt partes Aquiloni oppositae, quam quae Aurum aut Zephyrum spectat: Ita fortiores ac firmiores sumus in his, in quibus nos duris casibus exercuit fortuna.

Cedrus & iuniperus si oleo perungas, nec tineas sentiunt, nec cariem: Ita semel imbutus

us diuini spiritus succo animus.

Arbores infocundae firmiores sunt foecundis: Ita robustius est corpus his qui nihil patiunt in literis, quam qui sese laboribus exhauriunt.

Vt quercus & aliae quaedam arbores sub terra defossae duriores redduntur ac durabiliores: Ita qui diu premuntur aduersa fortuna, diutius florent.

Cupressus non innascuntur ceraste propter amaritudinem, nec buxo propter duriciem. Ita pestis adulationis fugit seuera ac tristitia ingenia, mollia captat & facilia.

Iuglans crepitu praenunciat se frangi, ut fugere liceat priusquam fiat ruina: Ita quidam non laedunt, nisi prius ostendant se infensos: alij prius laeserunt quam ex postulent.

Abies adeo cohaeret glutino, ut prius scindatur quam solida est, quam quam glutino feru ruminata: Ita post reditum in gratiam firmior debet esse amicitia & artius cohaerent, quos copulauit mutuae beneuolentiae glutinum, quam quos natura coniunxit.

Haedera complexu necat arbores: Ita fortuna prospera dum blanditur, stragulat & perdit.

Vt quaedam terrae mergam (ea est candida medulla) in se continent, qua stercorentur ac pinguescant: Ita ingenium probum secum habet, unde fiat melius.

Nihil proiectius excrementis animantium, & tamen in stercorendis agris praecipuum habent usum: Ita nulla res est tam nihili, quam non aliqua proficit, si noris uti.

Cracca leguminis genus est adeo gratum columbis, ut ea semel gustata, negent illos postea ab eo loco profugere: Ita qui semel aulae mel & honorem degustarint, nunquam ab aula possunt auelli.

Orobanche ciceri infesta est & eruo, ut ara tritico, ordeo festucaque uocatur agilops, lenti securidaca: atque haec quidem omnes complexu necant: Ita quorundam amicitia pestilens est magis quam inimicitia.

Aut Asiae & Graeciae balneatores, cum uelint turbam pellere, carbonibus iniicere semper arae, quod id faciat uertigines: Ita philosophi quoties uolunt a suis libris submouere uulgus indoctum, mathematicos quosdam numeros & figuras admiscunt, ut ex his oborta uertigine capitis librum abiciant.

Arator nisi incuruus sit, praeruaricatur, ut dicebant antiqui: Ita

Vt boni agricolae est nosse terram suam quam colit: Ita praceptor diligens in primis studeat cuiusque indolem & ingenium cognoscere: neque enim eadem sunt omnibus adhibenda.

Vt nouales licet alternis interquiescant annis, tamen eam cessationem ubertate compensant: Ita relaxatio ingeniorum mediocri facit, ut ad studia reuerfi, plus efficiantur uigore animi, licet breuiore temporis spacio.

Nihil famem adfert Aegyptijs, si uel parum exundarit, hoc est minus duodecim cubitis, uel plus satis, hoc est ultra octodecim: Ita pariter obstat ad bonam mentem fortuna uel nimium secunda, uel nimium maligna, hic egestate uexans, illic delicijs auocans ab honesto.

Vt Heliotropium ac lupinum circumaguntur cum sole, & quocumque se mouerit ille, eodem desecunt & haec cacumen: Ita proceres aulici quocumque regis ingenium uertigunt, eo propendent omnes.

Sicuti quaedam arbores foecunditas & luxuries enecat: Ita quosdam perdit immoderatus rerum successus.

Ager nimium stercoretus adurit, non stercoretus alget: Ita moderata lectione uegetandum erit ingenium: nam lectione saginatur animus non aliter quam aruum stercore.

Sicuti utilius est crebro stercoreari agrum quam multum: Ita plus habet fructus assidua lectio quam uida.

Vt pulegium ipso brumae die floret, cum marcent omnia: Ita rebus pessime uexatis, remanent mali quorum in pace nullus est respectus.

Ut cibus, potus, coctio nouitas offendit, ut si mates in patria, aut in aliquo loco rari, uel ferre principem, aut magistratus pristinos, quam uouos aspersere, quod omnis rerum nouatio non careat perturbatione.

Vt hominem uehementer uentum, uel lunam deliquit, uel uentum asperior, uel maris decellus, aut huiusmodi quae praesens enim comutatio tollit medio: Ita animas imbecilles

cilles & affectibus corruptis quæ uis offensa perturbat, cum qui firmis sunt animis, istiusmodi non sentiant.

Vt plus est periculi corporibus nostris uere & autumnus ob mutationem: Ita nouitas omnis offendit ac lædit rempublicam.

Vt qui coguntur secare, maluit ære secare quam ferro, quod hoc pacto uulnus sit sanabilius: Ita qui cogitur obiurgare quempiam, ita moderabitur orationem, ut ipsa in se non nihil admisceat occultæ medelæ.

Vt perernionibus & ambustis frigida pariter atque calida aqua medetur: Ita quædam errata diuersa ratione tolli possunt, seueritate & lenitate, subducta benignitate, & addita beneficentia.

Vt pererniones & facit, & tollit frigus: item ignis ambusta sanat: Ita amici obiurgationis oratio, dolori quem fecit, eadem medetur.

Sicuti scorpius si post ictum admoueatur uulneri, uenenum ad se retrahit: Ita nihil est tam noxium, quin secum adferat remedium sui mali, si quis modo uti nouerit.

Vt celerius inebriantur, qui dilutum bibunt, quam qui merum: Ita citius inficiunt animum, quæ sobrietatis aliquid habent admixtum, quam quæ simpliciter obscena sunt. Nam à uehementer obscœnis refugit animus: contra illa blandiuntur aliqua uirtutis specie.

Vt qui uino cæcutiunt, aut alioqui laborant oculis, plures se uidere res credunt, cum unam uideant: Ita qui ob imperitiã uerum nõ perspicunt in autoribus, multas ac uarias inducunt sententias: unde illud apud iuris male consultos, uel dic, toties repetitum.

Sicuti uinum alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingues facit, alios loquaculos pro corporum habitu: Ita eadem stultitia & ignorantia, ueri quosdam incitat ad studium pecuniæ, quosdam ad uoluptates.

Vt sol lutum indurat, ceram liquefacit: Ita eadem oratio ab eodem dicta, hunc emolliet ad poenitudinem errorum, hunc irritabit ad contumaciam.

Vt uinum dilutius magis prouocat uomitum quam uel aqua simplex, uel uinum merum: Ita intolerabilior est nequitia pietatis simulatione condita, quam simplex & aperta malicia.

Vt magis humectat uetrem, magisque sitim pellit humor, qui sensim infunditur, quam qui uniuersim hauritur: Ita magis cohibent à petendo, munera paulatim data dispensataque, quam si semel dones uniuersa.

Sicuti laboriosius est inanem tactare manũ, quam saxo aut plumbo librata: Ita molestius est in nihili rebus operam sumere, quam in arduis uersari negocijs.

Vt qui locis æqualibus ambulant, magis defatigantur quæ qui inæqualibus: Ita laboriosius est semper eadem aut similia repetere, quæ in uarijs uersari negocijs.

Vt citius fatigatur, qui quam longum sit iter nescit: Ita minore tædio rem gerit, cui negocij ratio modusque præcognitus sit.

Vt morbus ad uicinum serpit contagio, sanitas ad ægrotantem non item: Ita ex consuetudine malorum facile boni corrumpuntur, at non contra.

Vt oscitant permulti quod oscitantem conspiciant, & miscuriunt quod meientem uiderint: Ita quidam nullo certo iudicio ad suscipienda negocia permouentur, sed quiduis in alijs imitantur ac referunt.

Vt aromaticum, florum, similitumque odor gratior sentitur è longinquo quam è proximis (offendunt enim nonnunquam naribus admota, quæ procul delectabant) Ita sunt, quæ si leuiter attingas, placeant: si excutias accuratius, & propius inspicias, gratiã amittunt: quod genus sunt poetarum fabulæ, aut gentiliũ historia.

Vt aromata tum uehementius fragrant, cum mouentur ac teruntur frangunturque: Ita uirtutis fama latius spargitur cum exercetur negocijs & rebus aduersis.

Vt

Vt qui hircossi sunt, grauius olent, cum se unguentis obleuerint: Ita foedior est nequitie fama, si eam doctrinæ celebritas reddat magis conspicuam, latiusque traducat in hominum fabulas.

Vt diameter siue dimetiens sic ab angulo ad angulum mediã figuram diuidit, ut utriusque spatium relinquat æquale: Ita iudex in neutram partem debet esse propensior.

Vt sol quo magis in alto est, hoc minores facit umbras, quo terræ propinquior, hoc maiores, puta mane ac uesperis: Ita uirtus quo maior est & excellior, hoc minus uideri cupit, minusque sese ostentat, contra qui minus ipsa re ualent, magisque sese dilatant ostentatione.

Vt maiore cum uoluptate cantionem audimus, notam quam igituram, etiã si melior sit: Ita ijs literis impensius uulgo delectatur, quas didicit.

Vt in Diapason tantus est concentus, ut uox eadem esse uideatur: Ita ueri amici unus sunt animus. Aut sic adulator per omnia subseruit ad orationem diuitis, ut unum loquentem dicas, non duos.

Vt suauius est antiphonum, quæ si uox omnino sit eadem: Sic iucundior amicus, ita concors, ut tamen non nihil dissideat, quæ adulator per omnia obseruiens.

Vt uasa paria quorum alterum plenum sit, alterum inane, pulsata concetum faciunt: Ita bene conuenit inter diuitem benignum, & pauperem indigum.

Vt quæ præclara sunt, uix multo cultu proueniunt, contra cepe, allium, & quædam huiusmodi uilia, etiã reposita, aut suspensa proferunt sese: Ita quæ sunt egregia non nisi multo contingunt labore: quæ mala, passim obuia sunt.

Sicuti uulgo dicunt aquilonem noctu exortum, nunquam ad tertium durare diem: Ita rerum motus qui non ex altis initijs, sed facili causa subitaque proficiscuntur, facile sedantur & conquiescunt in republica.

Vt uenti desituri uehementissime spirare solent: Ita mortales cum maxime efferunt sese, proximi exitio solent esse.

Sicuti aquilo initio uehemens, desinit lenior: contra auster initio lenior, desinit uehementior: Ita qui præcipites magno impetu rem aggrediuntur, frigescent in progressu. Contra qui consilio suscipit, magis ac magis accenditur operis progressu.

Vt qui acrius cupiunt perspicere, alterum ocludunt oculos: Ita iudex rectius intelliget iustum, si nullius personæ respectu deuoetur.

Sicuti hircossi non cernunt nisi proxime admota, contra senes non nisi longiuscule distita: Ita quidam diuerso laborant morbo. Nam hic negligit amicorum res neque curat, nisi quod proprie ad suum pertinet negocium, contra alij suarum rerum negligentes, in alienis tantum sapiunt.

Vt eodẽ halitu, sed aliter emisso calfacimus, ac refrigeramus: Ita eadem oratione aliter pronuntiata mouebitur affectus, aut frigebit.

Sicuti uehementius titillat tactus, & iucundius mouet frictus alienus, quam noster: Ita iucundius est laudari ab his qui nobis nulla cognatione aut familiaritate coniuncti sunt.

Non ut ex sapientissimis parentibus stultissimi plerumque nascuntur filij: Ita à doctis præceptoribus indocti discipuli, à probis educatoribus alumni improbi. Nam illis corporum est propagatio, hic animorum.

Quod oleum est muscis, formicis, fereque reliquis insectis: id est adulatio stultis phticis pibus. Siquidem oleo peruncta moriuntur illa: hi assentatione & obsequio palponum in exitium trahuntur ipsi & trahunt rempublicam.

Vt sol hominem tingit nigrore, cum linum candefaciat: Ita factum idem huic infamiam conciliabit, illi gloriam & laudem pariet.

Sicuti qui morbo laborant regio, ijs mel cæteris dulcissimum, amarum est: Sic sapientia præcepta pijs iucunda, tristia sunt ijs qui prauis affectibus corrupti sunt.

DES. ERASMI ROTERODAMI PARABOLARVM

siue similia, ex Plutarchi moralibus, Seneca, Luciano, Xenophonte, Demosthene, Aristotele, Plinio,

Theophrasto, Finis.

GENEROSISSIMO ADOLESCENTI MAXIMILIANO A

Burgundia Des. Erasmus

S D



Q UOD tanto affectu nostras literas desideraris Maximiliane charissime, uehementer quidem grata mihi fuit amoris erga me tui testificatio, nec hac in re grauate morē gessi tuę uolūtati. Nā licet obrutus uerius quā occupatus negocijs, tamē epistolā *αὐτοματου* ad te miserā, quod facile cōiectarē, eam ita tibi fore chariorē. Ceterū quod interceptam ægrius tuleris, quā si quid earum rerum perisset, quæ tibi maxime sunt in delitijs, magnam, ut ingenue dicam, ex tuo dolore uoluptatem cepi, non dubijs argumentis perspicens, te quum in Annæ clarissimæ fœminæ, auæ tuæ, tum in ornatissimi patris Adolphi principis Veriani, non uulgarem affectum, quem à teneris unguiculis in me conceptum, constanter, perpetuoque retinuit, uelut hereditario iure succedere. Verum ut dolorem istum, quem tibi nefelō quorum inflixit perfidia, mea ciuilitate leniā, pro epistola mitto libellum, De rectæ pronunciatōne, quam hodie maxima ex parte corruptam habemus in Græcis iuxta ac Latinis. Hoc argumentum tibi dicare uisum est, non tantum eō, quod ætatis, studiisque tuis uideretur accommodum, uerum etiam quod magnam exemplorum partem ex Batuorum, Brabantorum & Gallorum populari sermone produximus, quas linguas omnes tibi non incognitas esse sciebam. Ut autem materiā, quoniam de rebus minutis

SS 4

subtiliter

subtiliter differit, per se minus amoenam, aliqua uoluptatis illecebra lenociniorum commendarem, dialogo rem tractauimus, subinde non nihil aspergentes quod lectionis familiaritatem uel recreet, uel excludat. Porro quanquam audio te Louanio in aulicam uitam auocari, nihil eo rumore deteritus sum a dedicationis instituto, sciens & in aula, praesertim Cardinalitiam, dari locum studiis. Nam pietatis affectum, quem una cum literis ex Ioanne Borfalo, Decano Veriensis, uiro quum egregie docto, tum singulari morum integritate sanctitateque praedito, iam pridem hauisti, non oportet nec in aulis nec in castris deponere. Ita fiet, mi Maximiliane, ut & laudatissimum Caesarem, quem nomine refers, ornamentis exprimas, et clarissimis maiorum tuorum imaginibus, plurimum decoris ac lucis apponas: postremo aulae Caesaris, totique patriae, non uulgarem adferas utilitatem. Si libellus hic placebit, pro tuo calore communicabis adolefcenti diuina indole praedito Maximiliano ab Hellestein, reliquisque sodalibus tuis, quibuscum tibi non tam generis, opum aut dignitatis, quam eruditionis ac probitatis longe pulcherrimum certamen susceptum est. Bene uale, Datum Basileae. Anno a Christo nato. M D XXVIII

DES ERASMI ROT DE RECTA LATINI

GRAECI QVE SERMONIS PRONVNCIATIONE

Dialogus. Personae,

VRSVS, ET LEO.



VRSVS. Sit felix occurfus, optime Leo, nam totos sex menses te non uidi. **L**EO. Istuc non temere precaris, Vrsu, neque enim quibuslibet bene celsis occurrisse Leoni. **V**R. Nam uenuste Leo, imò ne Vrsu quidem. **L**E. Istuc sanè malo tibi credere quam facere periculum, tamen legimus Leonem inter bestias fortissimum ad nullius occursum expauescere. Ceterum diuinæ literæ testantur esse formidabilem occursum Vrsu, cui sint erepti catuli. **V**R. Quæso quid loquuntur de Vrsu? **L**E. Liber regnorum secundus sic habet: Viros fortissimos & amaro animo, ueluti si urfa raptis catulis in sylua sauiat. **V**R. Quid praeterea? **L**E. Solomon parochiographus hunc in modum loquitur: Expedi magis occurrere urfae, raptis foetibus, quam stulto confidenti. Et apud Osee Prophetam ita minatur deus: Occurram eis quasi urfa raptis catulis. **V**R. Sit igitur impavidus Leo, quum bestia illis occurrit. Nam si qua fides apologis, Leo bestia falsus est formidabilem hominis occursum. Nunc seculum est aureum, quo Leonis Vrsu, Vrsi Leoni lætus ac faustus est occurfus. Opportune uero catulorum facta mentione mihi redigis in memoriam, ego tibi magnopere gratulor. **L**E. Quo tandem nomine? **V**R. Quod tibi catulus domi natus est. **L**E. Hoc omen auertant superi, ut mihi catulus dominetur. **V**R. Aio domi natus. audis accentum acutum in priore uoce, in posteriore circumflexum. **L**E. At istud magis etiam abominandum. An tibi uideor canis? **V**R. Minime, Leonem esse te non potes inficiari. Habent autem & Leones catulos. **L**E. Habent profecto, uerum habent & Vrsi. **V**R. Vera praedicas. Nam Vrsula mea parit mihi plures catulos & catulas quam uelim. **L**E. Quot tandem? **V**R. Quot? Examen est, iam pridem desij numerare. **L**E. O. Quis igitur mihi gratularis, quod in te ipso deploras? **V**R. Quia soles frequenter optare, ut tua Leona pareret tibi leunculum. Nunc habes optata. Nos uotorum copiam gratulamur. **L**E. At hic leunculus me iam nunc sollicitum habet. **V**R. Quid est res? Num puer habet male? **L**E. Nequaquam, sed meditor efficere, ut uere catulus hominis uideri possit. **V**R. Num forma prodigiosa foetus est? **L**E. Nequaquam. Imò si uideas, dicas scitum infantem. At forma non facit hominem, quam habemus communem cum statuis. Animo sumus, uel homines, uel bestiae. **V**R. Vnde quæso isthac incessit animo tuo cura? **L**E. Quia Galenus me docuit, hominem a cæteris animantibus, quæ uocamus ζῷα, discerni non ratione, sed oratione. **V**R. Intellego, metuis ne tuus infans, semper sit infans. **L**E. Nequaquam. Videtur enim satis linguarum futurus, adeo nunc garrat, nimirum matrem referens. **V**R. S. Quid igitur metuis? **L**E. O. Quia uideo complures non humana uoce loqui, sed

sed latrare cum canibus, hinc hinc cum equis, gurgire cum suis, mugire cum bubus, gurgire cum uulpibus, stridere cum cicadis, blaterare cum camelis, harrere cum elephantis, stridere cum apris, fremere cum pardis, gemere cum uris, rudere cum asinis, balare cum ouibus, strepere cum anseribus, garrere cum picis, cornicari cum cornicibus, crocitate cum coruis, crepitare cum ciconijs, sibillare cum anseribus: denique quoduis animal referre potius quam humano more loqui. **V**R. Ne tu, per anserem, uoces animantium probe tenes, nec profusus abhorret a uero quæ praedicas. **L**E. Ad hæc perspicio, quætopere recta pronuntiatio commendat orationem, adeo ut interdum duobus eadem lingua pronunciantibus, alter ueluti citharcedus quispia modulatissime canens, aures omnium habeat intentas, alter molesto latratu radium moueat omnibus, nec alia uideatur pronuntiatio, sed alia profusus oratio, imò quiduis potius quam oratio. **V**R. Quod dicis, sapenumero comperi experimeto. Sed tu, mi Leo, praeproperè curam istam suscipis. Tuus enim infans nondum uagire desijt, & tu sollicitus es quomodo loquatur. **L**E. Ego nullam ætatem ad descendum arbitror immaturam praefertim in his quibus descendis statim natura composuit, & ut ita loquar, finxit hominem. Quorum de numero cum primis sermo est. Nec enim magno negotio canum foetus discunt adulari, aut lepore cursu petere. Mox ut natae sunt simiæ incipiunt gesticulari, protinus ut nati sunt aquilæ pulli, ad prædā gestiunt, & felium catuli muribus insidiantur, equorum filij statim ad cursum properant, ut aues ad uolatum: non perinde successura res, si boui clitellas imponas, aut bubalum ducas ad certamen equestre. Proinde da natura primam earum rerum docilitatem inserit, quæ cuique animanti proprie sunt, & ad uitam tuendam necessaria. Dum enim repit puer, dum nihil humanae uocis audit, quadupe di uidetur ad similes, nec agnoscimus hominem. Verum ubi iam nostra uerba meditari coeperit, tum demum ut ex nobis prognatum exosculamur. Et uidemus in pueris reces natis, uelut in psittacis, studium quoddam natum, ac uoluptatem etiam æmulandi, reddendique quod audierint tanta docilitate, ut prius auribus agnoscant consuetas uoces, quam oculis dignoscant uultus. **V**R. Istuc ego in meis catulis magna cum uoluptate frequenter animaduerti, risique. **L**E. Preterea nihil uidemus in omnem gratem hæere tenacius, quam quod rudibus illis annis, & cum lacte, quod dici solet, nutricum imbibimus. **V**R. Sic est profectio. **L**E. Proinde si cura fingimur tibus infantum ad gressum, si buccas, os, faciem, ac reliqua corporis uincturis quasi formamus ad decorum, oculis etiam studio prospicientes, ne peti, strabunt, aut alio quopiam uitio deformes euadant, quanto magis curandum est, ut lingua studio nostro formetur, quum non aliud membrum sit uolubilius, & in omnia sequacius, tum ex hoc pendeat totius hominis decor ac felicitas, in summa, ut homo sit non belua. **V**R. Id satis declarauit noster Erasmus, quum nuper de lingua hominis linguacissime scripsit. **L**E. Proinde iam nunc circumspecto, si quem nascisci queam bonum poetam, cui mox catuluti meum, dum adhuc uida est argilla, tradam in sinum, ut fari discat. **V**R. Quorsum tandem opus est poeta, nisi forte computationem instituis, ad quam si non adhibebis nisi bonos poetas, habebis admodum rarum conuiuium. **L**E. Equidem sequor innotorem Oratiuum apud quem legi, Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat. **V**R. Possunt quidem & istuc boni poetae, uerum Oratiuus, opinor, non adeo contempsit poetas, ut eos infantulis erudiendis uellet occupari, quod iteratorum & grammatistarum est munus. Sed quoniam poetarum scripta primum omnium ætati rudi proponebantur, unde ceu per lusum & lectiorem & pronuntiationem & electissima quæque rerum uocabula discerent, sic a poeta dixit os pueri figurari, quem admodum Demosthenes diceretur me Græce docere, si quis Græce peritus mihi Demosthenem prælegeret. **L**E. Hic tecum non contendero. Nam parui refert. Quanquam arbitror Philippum regem sapuisse, quum Alexandrum suum statim, ut natus est, tanto philosopho traderet in gremium. Bonum igitur grammatikum mihi quaero. **V**R. Nec isti minus rari sunt hodie, quam boni poetae. **L**E. Rursum diculum, quasi grammatikorum non plena sint omnia. **V**R. πολλοί δὲ κενταί, παῦροι δὲ τὴν γῆν ἐφοσσοῦσι. **L**E. Imò tam uilis est ubique grammatikorum annona, ut tres minores liceant, quam unus cantherio. **V**R. Rursus addies illud de Græcorum triuis, πολλοί τῶν μαθητοφάροι, παῦροι δὲ τὴν βίαν, nisi forte tu grammatikum esse putas, qui salutaturs latine, citra solocissimum norit resalutare, nec in numero peccans, nec in casu, nec in genere uocis. **L**E. O. Hoc nunc uulgo putant esse grammatikum. **V**R. S. At qui Quintilianus

tilianus præter illas notissimas præceptiones à grammatico exigit enarrationem poetarum, cognitionē historiarum, peritiā antiquitatis, scientiam utriusq; linguæ, copiam emendatū lectiq; sermonis. Super hæc omnia, non satis est illi grammaticè dicere, nisi & Latine dicat, quorū illud è præceptionibus & analogijs petiatur, hoc ex Latine loquentium consuetudine. L E. Eadem opera exigit à grammatico cognitionem omnium disciplinarum, quando quidē in poetis frequēter incidunt, quæ ad musices, geometricas, arithmeticas, astrologiæ, medicinæ mysteria pertinet: adde his si libet magicen. Nā absq; rerum naturalium & cosmographiæ scientiā, quis est locus in poetis, quem recte possit exponere grammaticus? V R. Vt ciuilitate agas cum grammatico, nec exigas exquisitā harum rerum scientiam, certe rudem earū non oportet esse, quem dignū censeas cui pueritiā credas instituendā. Nec enim quoniam grammatici est enarrare Arma uirumq; procius exigemus ut sit Pyrrhus, aut Annibal, aut quoniam enarranda Maronis Georgica, sit peritus agricola, aut quoniam exponenda Aeneæ nauigatio, sit absolutus nauclerus, nō magis quam si tractet locum de re culinaria, flagitamus ut sit Apitius. Attamen quid dicit grammaticus, qui profus nescit telorum machinarumq; formas & usus, qui nō intelligit figuram in ordinem digesti exercitus? His quidem rebus interfuisse, non parum contulerit, id si non contingit, ex libris autorum, ex eorū qui interfuerunt narratione, ex picturis, quantum grammatico satis est, discere licebit. Ad eandem rationē de cæteris sentiendum arbitror. L E. Istud grammaticorum genus fortassis olim fuit, nūc obsoleuit. V R. Profus, & ideo liberi nostri postea quam apud istos penè cōsenerunt, tales redeunt nobis domum, ut uix arboris, aut piscis, aut herbæ uerū nomen possint ædere. Verum si seria nobis esset Reip. cura, nihil uetat quo minus & hæc secula sint habitura Seruius, Donatus, Victorinus, Terentianus, Asperos, Cornutos, celebriora nomina, quam sint aliquot Cæsarium. Nunc grammatici cognomen penè fordidius est q̄ pellionis aut aurigæ. V R. De reliquis nescio, certe asperos & cornutos nō deesse scio. Et tamē ex huius disciplinæ neglectu scateat orbi tam pudenda disciplinarū & optimorum autorum internecio, tamq; fœda balbuties. L E. Ad quos ista cura pertinet? V R. Ad quos, nisi ad principes ac magistratus, aut certe ad præfules? L E. Quam aliam ab his curā exigis? Nōne passim habent ludos literarios? Nōne magnis prærogatiuis & immunitatibus principes ornant academiis, designatis etiā iustis salarijs? Lutetiæ quot sunt collegia pueris erudiendis dicata? Ista præfule est liberalitas. Fuisi ne unquā apud Anglos? V R. Insulam omnem lustrauit. L E. Quam illic uides regias collegiorū structuras, nec desunt ampli census prouocandis, alendisq; iuuenum ingenijs. Ista principum ac præfule est munificentia. Quid ultra flagitas? An expectas ut ipsi sedeant in ludo docturi pueros? V R. Nequaquā, etiā si sumus illum præfule Gregoriū nō puduit ludum magistrū agere. Duo quædā ab illis requiro, delectum magistrū, & præmij pro merito doctis moderationem. L E. Nō satis allequor quid tibi uelis. V R. Dicā crassiore Minerua. Ad huius aut illius cōmendationē quæuis ludo præficiamus, ferè indoctum, interdū & moribus improbis, nō huc spectantes, ut rei charissimæ, ciuū liberis omnibus cōsulamus, sed ut unius famelici uentriculo prospiciamus, accuratius circūspicientes cui cōmittamus unū equum, aut canē uenatorem, q̄ cui credamus totius ciuitatis pignora. L E. Haud multum aberras à scopo. V R. Iam si quem nacti fuerimus dignum ea prouincia, nulla habetur hominis ratio, neq; pilo sit pluri q̄ quouis alius è plebe. Imò malunt bellum compotorem, quam uigilantem pueritiæ formatorem. L E. Quid hic tu facturus sis, si tibi delegemus magistratum? V R. Vtinā delegetur. L E. Creamus te Musis fauentibus studiorum dictatorem, cura ne quid Respublica capiat detrimenti. V R. Primū ex omni ciuium numero deligam mihi uirū ætatis non quidem decrepitæ, sed tamen prouectæ, uigilantem, industrium, bonæq; fidei, qui maximam ætatis partem in hoc literarum genere non infeliciter transegerit. L E. Quid si talem inter tuos nō inuenias? V R. Accersam uel à Gadibus, ut aiunt. Huic non præscribam certum salariū modum, uerum ea formula paciscar cum eo, qua conuiuator ille, cuius meminit Aristoteles, cum citharædo, sed fide meliore: quo diligentius fidelisq; docueris, hoc plus feres à nobis præmij. Si fefelleris expectationē nostram, te ipsum magis q̄ nos fefelleris: Sin responderis, efficiā ut dicas tibi cum Rep. nequaquā ingrata rem esse. Si porro quod optamus, etiā superaris, nō patiemur, quod quidē in nobis erit, nostram

nostram benignitatem officijs tuis superari. Ad hoc certamen accingere bonis aibus. L E. Quis istum deliget? V R. Quis alius quam ego dictator? L E. Verum de arte negant recte iudicare quenquam nisi artificem. V R. Fateor. L E. At quid faciet dictator ipse literarum rudis, ut ferè sunt qui magistratum gerunt? V R. Ex eruditorum suffragijs rem geram. L E. Atqui hic rursus faller delectus, si uel imperitus sit, uel prauè doctus, uel malæ fidei, is cuius iudicio niteris. V R. Eum deligam quem fama potissimum commendarit. L E. Famam mihi narra: At paucissimis, o bone, tutum fuit famæ credere. V R. Colligere eruditorum puncta. L E. Eodem relabatur quæstio. Quid si pro eruditis deligas eruditionis ostentatores, quid si impostores, quid si sinistri iudicij homines? Nostri palliatos istos sine quibus nihil rerum geritur. Improbis, fuci, præstigijs, quæstus omnia uitias, faciunt ut delectus sit difficillimus. V R. Veris uincor, optarim te uana loqui. L E. Sed ut feliciter eligas, & in his quos selegeris sint aliquot uere docti, utri parti subscribes uariis antibus sententijs? V R. Maiori. L E. Sed nunquam ea fuit, aut est, aut erit felicitas rerum humanarum, ut quod optimum est, pluribus approberetur. V R. Non mentiantur omnia. Et uir qui sapit, quicq; ut Plautus ait, acetum habet in pectore, ex multis coniecturis aliquo certius diuinat, quam quouis augur, aut aruspex ex aibus præpetibus, & oscinibus, aut solistimis tripodijs, aut extorum fibris. Postremo in re tam seria, nō grauabor comprecari diuos, ut suo fauore rem bene fortunent. L E. Cassianum opinor. V R. Imò Christum ipsum. Nec enim illorum curam posuit, opinor, quos semel complexu suo dignatus, iussit ad se perferri, beneq; præcatus est illis, qui quod precatur, idem prestare ualeat. L E. Sed quas tandem coniecturas mihi narra augur & aruspex? V R. Exquiram num bonis prognatus, num liberaliter educatus, num proborum conuictu delectetur, num ipse probatis hominibus charus sit & amicus, num magis delectetur libris, quam compotationibus aleæ, obseruabo mores, gestum ac sermonem hominis, an neque segni demissosq; sit ingenio, neq; rursus iracundo ac iactabundo. Deniq; cōtemplabor uultum, frontem & oculos hominis. L E. Iam ex augure fies physiognomus. V R. Discipiam quales euaserint, quos ille formados susceperat. L E. Hominis cordati sermonem audio. Nemo statuam faciendam locat artificij, nisi prius inspectis aliquot signis, quæ ex illius officina prodierint, & nos citra specimen omne liberos formados temere cuius cōmittimus, diligentiores in ære marmoræ credendo, quam in his quæ nobis chariora sunt, q̄ sumus ipsi nobis. V R. Recte dicis. Ex tot igitur rebus an dubitas hominem non omnino stultū, & usu rerum edoctum, posse certo diuinare? L E. Certius, opinor, quam ipse Calchas Homericus. Verum in re non magna uideberis magnam operā sumere, sic literatorē deligens, quasi deligas præfulem. V R. Aliud sonant chordæ tui pectoris, uir egregie, aliud lingue plectrū. An tu credis minus referre ciuitatis, ut sit probus pueritiæ formatore, q̄ ut sit probus Episcopus? Eadē est utriusq; functio, nisi quod hic frigit ætate tænerā, ille tam adultæ, atq; ut par sit ars, literatoris operosius est negociū, & ob hoc utilius, quod materiem fingit magis obsequente digitis. L E. Quid igitur superest, nisi ut grammaticū istud ornes insignijs, quibus Episcopū, unctione, chirothecis, mitra, gēmis, pedo, pallio? V R. Nihil absurdū fuerit, o uir præclare, ut cuiq; rides. Quanquā quid refert? Habet ille pro pedo ferulā, & si magis placet regalis collatio, habet pro solio cathedrā, pro fascibus & sceptro uirgā & ferulā. L E. Adde pro satellitiō pediculos. V R. Leges figit ac refigit pro suo arbitrariū, pœnas sumit ac remittit, & qd est regali potestate sublimius, perpetuā agit dictaturā. Nā illis dicere quotidianū est. L E. Dicat nimirū usq; ad rauim interdum, capitisq; uertiginē. Sed extra focū, planè fateor nihil esse regno similius q̄ agere ludi literarij magistrū. Nec aliud spectabat Nero, si contigisset excuti regno, nisi ut alicubi ludo præfectus musicā doceret & literas. Nec moriturus aliud deplorabat, q̄ quod rātus artifex periret. Nec Dionysius sibi uidebatur profus regno spoliatus, postea q̄ Corinthi ludi præfecturā esset adeptus. V R. Vtinā pleriq; nō sint tyrāno similiores q̄ regi. L E. Hæbes igitur grammaticū ex animi tui sententiā, libet enim hoc fingere, quomodo tractas hominē? V R. Non sinā esse inter fordidos, sed optimis & honoratissimis quibusq; ciuibus eum tradā, ut intelligat se uiuere in ciuitate, in qua uirtuti recteq; factis habeatur honōs. Nec tamen ad aliud munus uocari patiar, quam suscepit. Sola ætas ingravescēs impetrabit illi rudem, sic tamen, ut fruatur sua uirtute, & consilijs adlit, si minus queat opera.

Currenti adhibebo antagonisten, qui citra contentionis amarulentia uicissim & excite-
tur & excitet. L. E. Quid si gaudeat commutare locum, ut ferè est hoc hominum genus?
V. R. Alligabo catenis aureis. L. E. Tui collegæ non patientur tanti constare Ludimagi-
strum. V. R. Verum tu uideris oblitus, quod mihi paulo ante tradideris dictaturam.
L. E. Sic est profecto. Exciderat, sed reddo dictaturam. V. R. Imò, si uis, iam pono magistra-
tum, & collegis meis persuasurus sum ut alibi potius q̄ hic sint frugales. L. E. Quibus ra-
tionibus id efficias? V. R. Primum ostendam ex hoc fonte potissimum manare salutem aut
perniciem ciuitatis. Comemorabo quantum ex gratio depromatur in res penè nihil. L.
Omitti poterat istud penè. V. R. Ad hæc, quot Canonicos alit una nonnullam ecclesia,
quorum singuli quotannis capiunt aureos quadringetos? L. E. Et eo amplius apud nos.
V. R. Non hæc eò dico quod illis inuideam Dignos arbitror uberiorib. præmijs, si suo fun-
gantur officio. Sed illud mihi dicas, uelim, uter plus adfert momenti ad commoda Reip.
pub. unus Canonicus, an unus Ludimagister? L. E. Ludimagister si modo probus sit, plus
adfert utilitatis, quam tres canonici, quam libet in templi stationib. assidui. V. R. Quis
igitur alter clarus, alter sordidus habetur: alter cum dignitate capit census uberes, alter
uix tantum, ut famem effugiat? L. E. Vis igitur, ut Ludimagistro duplum & dignitatis &
census decernamus? V. R. Minime. L. E. At promeretur plus quam triplum. V. R. Digni-
tas ac præmium paratum digno pariter atque indigno, inuitaret improbos ad prædam,
quemadmodum nunc contemptus & mercedis exiguitas alienat probos. L. E. Quid ergo
facies? V. R. Ego hæc nolim muneri coniuncta esse, sed meritis & officio tribui, ac disp-
sari uerius quam dari. L. E. Perdifficilis est prouincia, & ad ocium procliuus sumus om-
nes. V. R. Eoq̄ crebris adhortationibus ac munusculis excitarem hominis industriam, nec
omnino committerem eam prouinciam, nisi diligenter edocto, quam arduum munus sus-
ciperet. Quin & sanctissimo iureiurando adigerem, quemadmodum olim magistratus
tradebatur consulibus, præterem formula: Deuoueo me meosq̄ omnes, si quid sciens fe-
fellero. L. E. Adiunge & Iouem lapidem. V. R. Quidni? Et si quid hoc etiam firmius. L. E.
Quid si incidisses in impostorem? V. R. Eum pro suis ornare uirtutibus, ut nequis alius fac-
le sciens idem auderet in posterum. L. E. At noui ciuitates non in postremis celebres, ubi
conduci professores insigniter eruditi, non inueniunt qui uel gratis audire dignentur.
V. R. Ignauum hominum genus mihi narras, quod nuper sub umbra pietatis coepit exori-
ri. Hos ego ueluti fucos ab aluearibus abigerem. Quanquam et huius rei bona pars in pro-
fessoribus sita est. Non enim minus est accendere studium adolescentiæ, quam alere. Faci-
le multa discit, qui discendi est auidus. Proinde non parum promouit, qui docuit amare
literas. L. E. Istiusmodi doctorem optare procliuus est, quam nancisci. V. R. Verissima
prædicas. Atq̄ istud ipsum frequenter apud me demirari soleo. Multos incitat pietas, ut
ex ultimis terræ sinibus profiscantur Hierosolymam, magno rerum dispendio, nonnul-
lo item uitæ periculo, quidam nudis pedibus, nonnulli etiam lorica cilicidæ cutem affri-
cantes Romam aut Compostellam adeunt. Multis hic incessit affectus, ut relictis omni-
bus quæ possident, dedant semet in arduissimum uitæ genus, puta Cartusianorum, Guliel-
mitarum, aut Brigidenisium. Nec defuerunt qui sese in speluncam abdidierint, nunquam
inter homines prodituri, nec solem hunc communem aspecturi. Ex tot hominum milibus
mirum est tot seculis neminem existere, qui gratis suoq̄ sumptu pueros formandos sus-
cipiat. Si labor queritur, hic laboris abude est: Sin utilitas, quibus obsecro modis queas
uberiorem utilitatem adferre rei Christianæ? Sin pietas, quod tandem sacrificium deo
gratius offerre possis?
~~Reperiuntur qui suas opes largiter effundat extruendis templis. Fa-~~
~~teor pium esse sumptum. Verum ex tot millibus demiror adeo paucos exoriri, quos iu-~~
~~uehic esse benignos. L. E. Satis feliciter ageretur cum rebus humanis, si uel precio con-~~
~~duci queant. V. R. Quid causæ? L. E. Quid, nisi plerisq̄ in rebus præpostera cæcitas mor-~~
~~talium iudiciorum? V. R. An his non putas esse medendum? L. E. Medere maris, si potes, ut dul-~~
~~cescat. Sic sunt res & ingenia mortalium. V. R. Huc certe adnitendum, ut minus habeant~~
mali

mali, si ut bene, perfici non potest. L. E. Licet quidē optare. V. R. Quid uetat, quo minus
& efficere? L. E. Nihil facilius, modo queas efficere, ut sapiant homines. Nunc maxima pars
mortalium amat fallitæ: adeo ut si desit qui id faciat, ipsi imponant sibi. V. R. Nimum uera
loqueris. L. E. Quin & illud obseruatum est mihi, uix unquam usluenire; ut fidelis pue-
ritia formator operæ precium ferat ex suis discipulis, quum norim multos pueritiæ cor-
ruptores; hoc est, qui non minus male studijs illorum prospexerint, quam moribus, hoc
quæstui magnifice locupletatos. Sanè id fato quodam sit, siue ætatis illius inscitia, siue in-
gratitudine, ut iam non temere uideatur Græcorum proterbio dici: Beneficium non
esse conferendum, nec in puerum, nec in senem: in hunc quia perit antequam gratia re-
ferenda detur opportunitas: in illum, quia non meminit. Addendum autem erat, quia
non intelligit, & si intelligit, odit hoc beneficii genus. V. R. Aetas adferre solet iudiciū.
L. E. Fateor, in nonnullis, in plerisque maliciam adfert. V. R. Sic est, sed tamen nonnullis
in tractanda ætate tenera deest dexteritas. Non enim satis est præceptorem esse doctum
ac probum uirum: comitas quædam & commoditas adit oportet, qua & ferat ætatis,
quam tractat, inscitiam, & semet ad illius naturam accomodet, nutricum uidelicet ex-
emplo. Quemadmodum medico non satis est nosse, quod pharmaci genus sit præscri-
bendum, nisi sit artifex administrandi. Nam & fallendus interdum est ægrotus, ut bene-
ficiū imprudens accipiat. L. E. Vnde tanta rerum humanarum infelicitas? Pueri nec
sentiant beneficium, nec meminerunt, iuuenes non ferunt habenas, senes non referunt
gratiam. Et aiunt, quod mulieri benefeceris, ferè perire. V. R. Vnde, nisi ut Christianæ
charitati nusq̄ deesset exercere benignitatis materia? Quæ si desit, nihil effecerit huma-
na prouidentia. Quin potius æpenumeros sit, ut quæ sunt summa cura summaq̄ ratione cõ-
stituta, uergant in partem deterriam. Quod enim ad scholas attinet, nihil olim uidetur præ-
termissum, quod hominis consilio prospici quiret. Instituta sunt scholæ, quæ ob omnium
disciplinarum publicam professionem uulgus appellat. Vniuersitates. In has & Romani
Pontifices, & principes contulerunt quicquid potuerunt uel dignitatis, uel munificen-
tiæ: extracta collegia, digestæ disciplinæ, designati professores, addita salaria, distincti
incipientium, proficientium, consummatorum gradus, honores, & emolumenta. Prospe-
ctum est & tenuibus, qui illic pleriq̄ discessunt. Habent Rectorem, sceptrigeros, canteel-
larios, conseruatores, decanos, aliosq̄ magistratus. Quid quæris? Regnum quoddam esse
dicas literarum. Jam de minoribus scholis non segnius est habita cura: Harum cura nra
torum prouidentia bifariam partita est, ut præcipua sit penes sacerdotum collegium, al-
tera penes magistratum, additus est peculiaris huius negotij præfectus; quem Schola-
sterem uocant, Scholarchus dici poterat, sub hoc Ludimagistri. Et tamen tam sollicita
prouidentia non potuit efficere, quo minus in omnibus ferè scholis seculis aliquot regna
sit operosa barbaries. Proinde Ioannes Coletus, uir æternam dignus memoria, quum tem-
plo diui Pauli scholam puerilem addidisset, nulla cura magis torquebatur, quam in quos
eius rei præfecturam delegaret. Episcopi iudicant hanc rem indignam sua sollicitudine:
Scholasteres censibus recipiendis se potius quam scholæ curandæ datos arbitrantur, &
pulchre sibi uidentur suo functi officio, si Ludimagistros non deciment. In collegijs Ca-
nonicorum ferè semper deterior pars superat: Magistratus uel iudicio carent, uel indul-
gent priuatis affectibus. L. E. Quid tandem consilij reperit? V. R. Hominem coniugatum,
& liberis diuitem scholæ præfecit. Prouisionem delegauit aliquot e ciuibus laicis, quo-
rum probitatem habere sibi uidebatur exploratam, ut ab his in hæredes proximos deri-
uaretur. L. E. Num ea prouidentia securum reddidit? V. R. Minime. Sed hic aiebat sibi ui-
deri minimum esse periculum, ut tum habebant res humane. L. E. Vnde nunquam illorum
iudicio potui subscribere, qui uitijs hominum offerunt, protinus tollendum censent quod
institutum est: ueluti monasteria quidam censent abolenda, quod in quibusdam colla-
psa sit uera religio: præfatum & canonicorum ordinem postulant abrogari, quod nonnul-
li secus quam decet uiuant. Idem decernunt de ludis & pedagogijs, quia simpliciter quo-
rundam institutio, quasi statim quod in horum locum fuerit substitutum, aut cariturum
sit omni crimine, aut in uitium non facile possit degenerare. Quanto satius est id, quod
recte fuit institutum, farcire, ad quædam interim conuientes, id quod eo facilius erit,
si reputemus rerum humanarum conditionem, in quibus ut sint prospera, nihil est ab-

omni parte beatum, semper erit quod desideres, quod facias, quod instares. L E. Est igitur aliquid perspicere fontes unde scaturit malum, deinde qua ratione liceat mederi. V R. Ne recedamus ab instituto, huius mali præcipua pars mihi videtur oriri ex publicis scholis, quas ambitioso uocabulo, ut dixi, nunc appellant Vniuersitates, quasi nihil absit bonæ disciplinæ: tum ex monasterijs, præsertim ijs, in quibus instituuntur ad doctrinam euangelicam, quod genus sunt Dominicanorum & Franciscanorum & Augustinensium. In his enim adulescentes uix trimestri studio grammaticæ dato, protinus rapiuntur ad sophisticen, dialecticen, suppositiones, ampliationes, restrictiones, expositiones, resolutiones, ad gryphos & quæstionum labyrinthos, hinc recta in adyta Theologiae. Tales, ubi uentum est ad eos autores, qui utriusque linguæ facundia præcellerunt, deum immortalem, ut cæcutiunt, ut delirant, ut sibi uidentur in alio prorsus esse mudo. Quoniam autem semel sumpto leonis exuuii pudet inscitiam fateri, simul autem & pudet & piget neglecta discere, bellum indicunt rectoribus studijs, & horum professores odio plusquam Vatiniano persequuntur. L E. Istiusmodi multos nimium cognitos habeo. V R. Parentibus imperitis instillant in aurem, ne sinant liberos suos frivolis studijs ætatem perdere, persuadentes in his & bonis moribus, & Christianæ fidei, subesse naufragia. L E. Nihil fingis. V R. Iam in collegijs, siue pædagogijs quibusdam magna in hac re cessatio est. L E. Qui sic? V R. Si non recipere nisi iam grammaticæ rei peritos, nec aliud profiterentur quam philosophiæ disciplinās, & eruditiores nobis darent, & ipsi minus haberent negotij. L E. Verum, sed & compendij minus. V R. Rem acu tetigisti. Nunc quo quæstus sit uberior, quamlibet elementarios ac propemodum *αυλαγγοῦ* recipiunt, Tolerari poterat hoc, si digestis ordinibus & classibus, in singulas artifices idoneos præficerent, tum huic disciplinæ, cui ueluti fundamento nituntur omnes, iustam curam, iustumque tempus darent. Nunc sophisticis argumentationibus plus æquo datur, & hæc disciplina, qua non alia magis est necessaria, uelut obiter & in transcurso gustatur uerius quam discitur. Moxque pueri rapiuntur ad titulos honorationes, unde magistris plusculum accedit lucrif. L E. Ita nimirum fit, ut qui plus æquo properat in initio, seruius perueniat quod uolunt. V R. Nec huic professioni suus habetur honos, quemadmodum cæteris. Alijs enim honoris causa titulus additur à baculo, alijs à licentia, alijs salutantur magistri artium, doctores medicinæ, doctores iuris Cæsarei, doctores iuris Pontificij, doctores utriusque, traduntur insignia, prærogatiua, dignitas. At grammaticus nihil aliud est quam grammaticus, quemadmodum calcearius nihil aliud est quam calcearius. L E. Quos tu credis à baculo cognomen habere, equidem accepti à bacca lauri dictos. V R. Si res hæc tibi curæ est, dicam quod ex quodam hierophanta seu mystago talium rerum didici. L E. Percipio. V R. Is attulit triplicem huius cognominis etymologiam, mea sententia non absurdam. A baculo, inquit, dicuntur bacularij, uel quod adhuc in pistrino laborantes, baculis impellantur iumentorum ritu: uel quod nondum in disciplinis absoluti, opus habeant rectore baculo. L E. O. Probabile narras. V R. Scis autem lauro baccas esse nigras & amaras. Porro quoniam id temporis etiamnum arrodentes amarum sapientiæ corticem, nondum ad nucleum dulcissimum penetrant, baccalureos appellari placuit. L E. O. Istud etiam probabilius. V R. Verum mystago trabatur dictionem compositam à uacca & laro, uaccalarius. L E. Bella mixtura uaccæ cum auri. V R. Imò probabis si cognoueris rem omnem. Scis aliquot nationes pro b, sonare u, consonantem, & contra. L E. Noui. V R. Et uacca lac porrigit. L E. Aiunt. V R. S. Et laro uis est audivissima. L E. Istud me docuerunt Erasmi prouerbia. V R. Iam de amabili illo sapientiæ principe dictum est: Mel & lac sub lingua eius: unde quos uehemens quidam ardor huius lactis agit rapitque, uaccalarij dicuntur. L E. Quin igitur capralarij dicuntur potius, quum lac caprinum à medicis præferatur bubulo? V R. Quia plus lactis reddat uacca, quam capræ tætes, præsertim apud Phrysijs. L E. Pulchre quidem hoc expediti. Sed unde licentiæ uocabulum? V R. Et hoc me docuit ille mystago. Qua quidem in re uulgius errat periculose, credens illis tam licere quod libet, uelut ab omni honesta functione dimissis, eoque nonnulli tum se dedunt ocio, quum maxime sint suscipiendi labores. L E. Idem error & me, fateor, hæcenus habuit. V R. Atquis

cus habet. Hæc licentiæ non ducitur à licet uerbo impersonali, sed à licere, quod est eorum numero, quæ Græci uocant *αὐτονομία*, quod genus est uapulo, unde deductum licitari. L E. Quis hoc diuinasset? V R. Tum enim plurimi sunt, & uelut à licentibus acceruntur, alius ad aulam, alius ad curam pastoralem, alius ad Abbatiam, alius ad optimam præbendam: in summa, alius alio. Longum est enim omnia commemorare præmia. L E. Scite tu quidem hæcenus. Sed unde magistri nostri? V R. Honoris causa Græce dicuntur Theologi, Hebraice Rabini, quod Latine sonat magistri nostri. L E. Intellego. Talibus igitur cognomen honorandum censet & grammaticum? V R. S. Quid ni tales, quales fuerunt Donatus & Seruius, dicantur doctores grammatices, quum procliuus sit uel in triplici iure doctoris nomen, quam semel boni grammatici titulum, promeruisse? L E. O. Da Seruius, dabimus honores: V R. Imò tu da honores, ego dabo Seruius, Honos enim non solum alit, uerumetiam gignit, artes. Adderem dictator & locum honoratum in confessi, & insignia, reliquaque debita uiris præclaris ornamenta. L E. An tibi parum est, si literatores insigniti literis incedant ut Samij, quemadmodum aiunt? V R. Adderem & scholis ipsis mundiciem ac dignitatem, quum nunc uix sit hara porcorum sordidior. L E. Pueris ne tantum honoris? V R. At hi pueri templa sunt spiritus sancti, in his plantarijs latent senatores, magistratus, doctores, Abbates, Episcopi, summi Pontifices & Cæsares. Quo infirmior est ætas, hoc plus addendum est honoris, iuxta Pauli doctrinam. Postremo hi paruuli sunt, quorum unius cuiuslibet offensionem Christus uoluit atrocissimo supplicio puniri, & alinis male docentibus molam asinariam alligari, itaque demergi, non in arenam ripæ proximam, unde possent enatare, sed in profundum pelagus. Nunc quod est iniuriarum genus, cui non patimur imbecillum ætatem obnoxiam esse? Nullus ferè tam abiectus, tam ineptus, tam insullus, tam excors, tam indoctus est, quin uideatur idoneus formandæ pueritiæ, cuius leuior esset calamitas, si tantum aleret eiusmodi beluas, nisi pateretur & tyrannos. Nulli sunt enim plagosiores, quam qui nihil habent liberalis disciplinæ. L E. Sic & monarchæ si ratione careant, qua rem publicam administrant, ad uim ac tyrannidem confugiunt. Operosa res est imperare liberis, & compendiosa philosophia est dicere, sic uolo. V R. Iam illud in pædagogijs pene solenne est, ut aut tennes, quibus non est unde uiuant, aut puerum aliquem nudius tertius magistelli pomine donatum, pueris grammaticen docendis præficiant, tantum in hoc ut uiuat. L E. An non pium existimas destitutis opitulari? V R. At ista quidem humanitas in unum famelicum, in tot pueros magna est inhumanitas. Impia est elemosyna que de rapina cõfertur: & ingratum sacrificium quod ex prædatione datur. Malefica est beneficentia, quæ cum multorum iniuria coniuncta est. Vt est interdum principum crudelis clementia, quum uni cuiquam condonant facinus plurimorum malo. Sunt innumeræ uitæ, quibus famelicis consuli possit. L E. O. Nascentur interdum humillimo loco generosa ingenia, quæ rei familiaris angustia submouet à liberalibus disciplinis. An non humanitatis est hæc eueheret? V R. Maxime, sed cum delectu & citra cuiusquam iniuriam. Nunc ferè adsciscuntur ad hoc munus non alia commendatione, nisi quia cognatus est, aut conterraneus, aut compotus, aut alioqui notus, aut denique, quod est pietati proximum, quia miserabilis. At interim non miseret tot puerorum. L E. Plerique tute putant, quenquam semper in grammatices professio nemanere. V R. Qui nam id turpius, quam pictorem nihil aliud profiteri quam pictorem: quamquam fieri non potest, ut grammaticus nihil sit quam grammaticus, etiam si in cæteris disciplinis non perinde excellat. Nam ut unus in omnibus emineat, nec à superioris datum est, nec expedit uitæ mortalium, ut cuniquæ Græci iactant suum Hippium. Tum enim cum rebus humanis felicissime agitur, quum distributis uarie dotibus, amicitia, iuxta prouerbum, facit omnia communia. Quid enim stultius, quam dicere manui, nihil aliud es quam manus, aut uentri, nihil aliud es quam uenter, aut tibiæ, nihil aliud es quam tibia, aut naso, nihil aliud es quam nasus: Et pulchrum est probri causa dicere grammatico, nihil aliud es quam grammaticus: Est aliquid et uentre contemptius, per quod efficiuntur crassiora corporis excrementa. Contemnat hoc qui uolet, & uideat quam floreat cætera membra. L E. Ista sunt euidentiora, quam ut possim refellere. Sed

ut ad profitendi rationem sese nosse recipiat sermo, Nō probas scholas publicas? V R. Imò cum Fabio probo maxime, modo uidentur ea quæ uir ille non minus integer quam eruditus uitanda commonstrat. Nec enim istos probo, qui obscuro ipsi, in obscurum angulum contrahunt pueros, ac docent impune quod libet. L E. Laudantur in hoc genere quidam, qui non ita pridem exorti, mediū genus inter monachos & laicos, domi suæ docendis pueris quæstum uberem facere dicuntur, quanquam hoc aucupium & à monachis quibusdam affectari cœpit. V R. Sua cuiq; sententia est, mihi displicent in hisce rebus latebræ, lucem amo. Tum id genus doctores fere sunt *diu doctores*, nōnunquam indocte docti, nec sui iuris, & illiberaliter educati: ad hæc alieniores à moribus sensuq; communi.

Verum agetum, piæ mentis arbitror, iubeuendis pauperibus indulgere, Ad literas accersi nolim, nisi uigilanti cum delectu. L E O. Quiritate? V R. Fateor ex subulco nōnunquam nasci regno dignum ingenium, sed ut paria sint ingenia, plurimum habet momenti liberalis educatio. Nec parui refert inter quos uersis à puero. Ad liberales autem disciplinas prisci non admittebant, nisi bonis prognos, hic periculum est, ne uenter ille ceter ad studia literarum, quos natura genuit alijs rebus. Iam si quorum indoles meretur ad hoc honoris uocari, simul accedere debet liberalis educatio, sic ut frugalitas adsit, non absit mundicies. Nec oportet benignitatem esse sordidam, alioqui hoc non est alere, sed torquere. Sed de suis quisq; liberis statuet quod uidebitur, tuum qua ratione uis institui? L E O. Primum discet expedite sonare, deinde prompte legere, mox eleganter pingere. Deinde deligetur morum & ingenij formator, deligentur sodales proba indole. Alibi parcus ero, non hic. Vtriusque linguæ peritiam exacte perdiscet teneris statim annis. Dialectices non patiar esse rudem, nolim tamen ludicris illis argutijs ad ostentationem repertis torqueri. Rhetoricis aliquanto quidem diligentius, sed tamen citra superstitionem exercebitur, scribendi dicendiq; potius usu quam anxia præceptorum obseruatione. Sed prius Geographiam perdiscet accurate: Arithmeticen, Musicam & Astrologiam degustasse sat erit. Medicinæ tantum addetur, quantum tuendæ ualeitudini sat erit. Nonnullus & Physices præbebitur gustus, non tantum eius quæ de principijs, de prima materia, de infinito ambitiose disputat, sed quæ rerum naturas demonstrat. Quæ res agitur in libris de anima, de meteoris, de animalibus, de plantis. V R. Nihil ne de moribus? L E O. Hoc Aphorismis instillabitur, præsertim ad pietatem Christianam & officia uitæ communis pertinentibus. V R. Tot disciplinis oneras ætatem teneram? L E O. Faxo ut hæc omnia ludens discat priusquam attingat annum decimumoctauum. V R. Fortasse per artem notoriam. L E O. Nequaquam. V R. Qui potest alioqui? L E. Nihil est necesse, quemadmodum uere dictum est, ut puer omnes disciplinas exacte discat. Quasdam gustasse sat est. Id magno fructu paruq; negotio fiet, si ex singulis præcipua quædam redigantur in compendium. Neque quicquam facilius discitur quam quod optimū est. V R. Pulchre narras. Sed unde compendiorum artifex? L E. Iam hoc ago, nec ab uno petam omnia, sed in quo quisq; præcellet, in eo deposcam illius operam. Ita meus catulus non ludet operam & impensam in friuolis, aut dediscendis, in quibus hodie, Deū immortalem, quanta pars ætatis perit. Vbi iactis huiusmodi fundamentis peruenerit ad annum decimumseptimum aut octauum, ipse sibi deliget studiorum ac uitæ genus, ad quod se senserit natura magis compositū. Vix enim feliciter cedit, ad quod quis reluctate genio protruditur. V R. Utinam istam rationem amplectantur publicæ scholæ. Nihil esset iuuentute felicius. L E. Arbitror tibi frequenter ex maioribus auditum, fuisse tempus quo pueri multis annis discruciabatur modis significandi, & questiunculis ex qua ui, & alijs indoctissimis nenijs, magnaq; ambitione dictabatur, ediscebatur, exponebatur Ebrardus & Florista, quod supererat temporis, ridiculis uersiculis transigebatur: Ioannis Garlandini græcolatina disticha prælegebantur à sudantibus, Catholicon in omnibus templis habebatur. V R. Infelix profecto seculum. L E. An tu credidisses unquam fore, ut apud Britannos aut Batauos pueri Græce garrissent, Græcis epigrammatijs non infeliciter luderent? V R. Citius credidissem ruiturum coelum. L E. Tanta rerum mutatio mihi spem facit fore, ut unaquæq;

professio, repurgatis his quæ magis faciunt ad quæstum & ostentationem quam ad eruditionem, tantum ea compendio doceat, quæ digna sint cognitu. V R S. Isti huc equidem uehementer opto. Nam nunc uideo quosdam adeo propensos in has poliores literas, ut fastidiant liberales disciplinas, quasi summa studiorum sit, emendate loqui. L E. Vera narras. Verum hæc est rerum humanarum conditio, quum ad summum peruenierint, non corriguntur, nisi in diuersum detorqueas, ac propemodum uitio uitium emendes. Cæterum arbitror hanc prauitatem aliquando in suum statum redituram. V R S. Nihil existimo desperandum, posteaquam scenam rerum usque ad eò mutata uideo. Tantum uereor, ne nobis quidem sero contingant ista. Verum hic sermo nobis propemodum extra causam fertur, optime Leo. L E O. Qui sic? V R. Quoniam nobis hæc, ut dicebam, præpropere cura est. Nos enim de publico iuuentutis formatore loquimur, tuus infantulus adhuc inter matris ac nutricum sinus repit. L E O. Verum, sed ab his inuicem prima facundia rudimenta Rhetores auspicantur. Nam Quintilianus, ut Græchorum admirandam eloquentiam nonnulla ex parte acceptam refert Cornelie fœminæ supra sexus modum eloquenti, ita Lelii & Q. Hortensij filiam scribit in dicendo paternam elegantiam retulisse. V R. Hæc illis temporibus recte præcipiebatur, quum Latine Græcæque loquerentur, etiam infimæ plebis opifices, æque atque docti, nec sermonis genere differebant, sed sermonis elegantia. Nunc à parentibus ac nutricibus quid discere possunt infantes, nisi uulgatam suæ gentis linguam, puta Gallicam, Hispanicam, Germanicam, Britannicam, aut Sarmaticam? L E O. Recte mones. Vtinam uniuersum mortaliū genus duabus duntaxat linguis uteretur. V R. Quibus? L E O. Græca & Latina. V R S. Quid de lingua Hebraica? L E O. Eam, quoniam nec admodum late patet, & ut apparet, nec ab ipsis Hebræis satis tenetur, Iudæis ac Theologis relinquerem. Simulque uereor ne quid Iudaismi cum literis imbibat puer. V R S. Eadem opera uerere, ne quid paganismi combibat ex Homero, Demosthene, Vergilio & Cicerone. L E. Et hoc pro uiribus curabitur. Verum unde quæso, nobis tot linguarum myriades? V R S. Non nouum hoc malum est, ó præclare, Nam olim à diluuiō, quod Noe temporibus accidit, præsci mortales, ne simili calamitate dissiperentur, coculis lateribus & bitumine uicæ calcis adhibito, ciuitatem extruere adorti sunt, & in huius medio turrim immensæ molis, quæ pertingeret usque ad cœlum. L E O. Vnde tanta bituminis uis? V R. Non corquebatur ex animantium pellibus cornibus ue, ne quid erres, sed in ea regione lacus immensi scatebat bitumine. Iam structura penetrarat nubes. Erat autem hominum immensa uis, neque quisquam omnium uacabat operis portione. Illic profus euenit quod habet Græcorum prouerbium, *quæc ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἀπὸ τοῦ πύργου σκιάσας*. L E. Qui nam? V R. Aliquis è longinquo petebat obsonium, alter adferebat lateres. Rursus alius inclamabat sitiens, adfert potum, alter deferebat bitumen: priusquam ille recurreret, hic fame sitiue perierat. Rursus alius postulabat ignem, deferebatur aqua. Hic petebat trullam, ille ferebat cucurbitam. Tandem fatigati tædio structuram omiserunt, dumque se sibi mutuo ludibrio esse crederent, alij alio demigrarunt, ut quosque iungebat lingua communis. L E O. Isti narrationi concinit Oedipodis, opinor, ænigma, de animante, quod primum quadrupes est, deinde bipes, tandem tripes, quodque uocibus omnium animantium sonet, perque omnia uolitet. V R. Eandem ob causam Homerus homines *μυθώνας* appellat, ob uocis uarietatem. L E O. De linguarum igitur, ut uideo, diuersitate nulla spes est. V R. Ne expedit quidem uulgo committere, quod syncerum ac perpetuum esse uelis. Olim bona pars Europæ & Africæ, cum Asia minore Latine Græcæque loquebatur. Quot barbaricas linguas nobis uulgus ex una Latina reddidit? Quot discriminibus sectus est Italiæ sermo? quot Galliæ? quot Hispaniæ? Præstat igitur has linguas, quibus maxima ex parte commissæ sunt disciplinæ, tantum ab eruditissimis seruari, quarum integritas non à populo, pessimo rerum bonarum custode, sed è libris eloquentum scriptorum petatur. Verum illud explica, quare ea quoque sollicitudo tenet animum tuum, ut leuenculus tuus prompte legat, nec incite scribat? L E O. Quoniam id uideo Fabio quoque cum primis fuisse curæ, & simul utrunque disci potest. Nam utraq; res alteri auxilio est. Scripturam enim ineptam eadem sequuntur incommoda, quæ malam prononciationem: Vel Ciceronis orationem scribe literis Gotticis, solœcam dices ac barbarâ. Fit igitur, ut

ut aut gratiam amittat quod scriptum est, aut omnino reiciatur, aut lectorem defatiget tædio. Consequitur autem ut nec doceas non intelligentem, nec delectes ægre legentem, nec persuadeas enecto molestia. Et scis quàm sint morosa, quorundam ingenia, præsertim si scribas occupatis, aut de re per se parum amœna lectori. Quis enim diu possit auscultare balbutientem, cuius sermonem ægre percipias? Contra uix credi queat, quantum opere commendat rem, elegans, dilucida, distinctaque scriptura, Latinis elementis Latina uerba repræsentantibus. Olim in scholis plerumque dictabantur excipienda discipulis, ita fiebat ut celeriter scriberent pueri, sed incommode, notulis & abbreviaturis compendium aucupantes. Nunc typographorum ars facit, ut eruditi quidam ne scribant quidem omnino. Nam si quid suarum lucubrationum literis mandare uisum est, tam belle pingunt, ut ipsi nonnunquam non possint legere quod scriptum est, & ab amanuensi flagitent ut legat, agnoscatque, quod ipsi non agnoscent. Quin & in epistolis, principum exemplo complures utuntur amanuensium opera. Sed quid illi facient in epistolis arcanis, quales frequenter incidunt etiam regibus: ut omittant quod interdum ad auctoritatem, interdum ad gratiam facit agnita manus. Non nihil habebat momenti, quod Paulus apostolus Galatis epistolam totam *ἀνὸς χειρὸς* misit. Quis non reuereatur si rex sua manu descriptam mittat epistolam? Quomodo autem exofculamur, quoties ab amicis aut eruditissimis literas accipimus ipsorum articulis depictas? Tum demum ipsos coram audire, coram intueri uidemur. Quid multis? Epistola digitis alienis scripta, uix epistolæ nomen promeretur. Multa de suo addunt amanuenses. Et si dictes ad uerbum, tam abest illud secretum, & quædam aliter prononciat, nonnulla supprimis, ne consicium habeas quem nolis. Non est igitur hoc liberum cum amico colloquium, ne quid interim loquar de fide scripti. Subscriptionem effingere facillimum est, totam epistolam perdifficile est. Habet enim singulorum ut uox, ita manus quoque quiddam suum ac peculiare. V R. Quod dicit ut mirum, ita uerissimum esse fateor. L E O. An parum interesse censes, utrum ore suo quis referat tibi mentem suam, an per internuncium demandet? V R. Plurimum refert, meo quidem animo. V R S. Mandatarius ille fieri potest ut mentiat, ut quædam prætermittat, ut aliter referat quàm accepit: postremo, ut optima fide referat omnia, oculorum, frontis, uultus & uocis energiam non potest exprimere. V R S. Persuasisti, plurimum ad rem facere si puer statim discat quàm optime scribere, non solum ob causas quas tu quidem grauissimas commemorasti, uerum etiam ob id quod facilius ac libentius scribit qui scite didicit scribere. Habet enim elegans scriptura non aliter quàm insignis pictura suam oblectationem, quæ tum scribentem in opere, tum legentem in studio remoratur. Verissimum est autem hic & illud quod dicitur, recte scribendo fieri ut celeriter scribamur, non multum scribendo ut bene. L E O. Superest igitur ut inquiramus, qua ratione fieri possit, ut puer & bene & celeriter discat scribere. V R. Eadem cura, me quoque iam pridem torquet. Nam optarim ex tot uersinis catulis unum atque alterum sic educari, ut ex homine prognati uideri possint. L E. Ergo communica si quid habes. V R. Ex me quidem nihil habeo, cæterum quod ex alijs accepi, si uoles, qualecunque est, proferam in medium, sed hac lege, ne tu cœles uicissim, si quid habes rectius. L E. Possiteor. V R. Nuper interfui conuiuio grammaticorum, opinor fuisse plures duodecim, diceres non modo iustum, sed & frequentem senatum. Ibi de rebus huiusmodi ferebatur suffragia. L E. Conueniebat inter illos? V R. Adeo, ut rem pulchre gestam arbitrarer, si *ἀνὸς* dimissum fuisset concilium. Nunquam uidi calidiorē de re frigida concertationem. Longa rixa fuit, quot essent orationis partes, alijs octo in quindecim proferentibus, alijs ad pentadem, alijs ad dyadem contrahentibus. In prælijs quamlibet acerbis nox ingruens solet conflictum dirimere, hi medio conticinctio fortissime uociferabatur ad ipsum usque gallicinimum. Nec satis omnium memini, si iubes, referam quantum hælit memorie. L E. Mihi quidem pergratum feceris. V R. Aggrediar, & quidem præpostere. Nam sonare primum est, proximum legere, tertium scribere, de quo primo dicam loquor. L E O. Hic quidem nihil refert. V R. In primis aiebant curandum, ut puero statim exemplum quod absolutissimum proponatur, quod effingat. Nec quicquam uetat, quo minus idem sit imitatu facillimum. Nā uulgus scribarum flexibus, conexionibus, appedibus, similibusque frivolis ductibus, quibus uelut animi gratia lasciuunt, multum difficultatis addunt scripturæ,

fructus omnino nihil. An non uides, quāto Gortorum manus olim fuerit operosior Romana, & hodie Gallorum ac Germanorū quā Italiae? L E. Atqui Graecis successit ista literarum connexio, in minusculis duntaxat. V R. Quid enim istis nō succeditur quam & hanc affectatam esse nolim, multo minus feram scripturam crebris notulis decurtatam. L E. Ne Latini quidem prisci notulis huiusmodi caruerunt. Qua de re Probus grammaticus etiam librum reliquit. V R. Fateor, sed in paucis dictionibus, numerorum, ponderum, mensurarum, & aliorum quae solent identidem in sermone recurrere. Quāquā hoc quoque compendium, multum inuexit dispendij studijs. Nam in huiusmodi notulis, ut est procliuus notiorū lapsus, ita restitutio perdifficilis, quod idem usu uenit in Mathematicis, qui formis elementorum signant suas *de p. 167. f. 1.* L E. Perge. V R. Primum igitur erit singulas elementorū figuras effingere, minusculas simul & maiusculas. L E. Quidam in elementis affectant obsoletam antiquitatem, uelut e duodecim tabulis petitam, aut si quid his antiquius. V R. Isti non minus absurde faciunt quā faciūt ij, qui uerbis iam olim desitis delectantur: perinde quasi cū priscis Aboriginibus, aut Euandri matre loquantur. L E. Etenim si rem ab Assyrijs ac Phoenicibus Cadmoque repetas, nec formas, nec sonos eosdem comperies. Sunt & qui suum quoddam scripturae genus affectant, ita scribentes Latina, ut parū exercitato Graeca uideri possint. V R. Ridēdos mihi harras, non imitandos, nisi forte placent Apuleij & Sidonij, aut, ut recentiores attingā, Baptistae Pij, qui, quum suppetant probata, splendida, ac commodaque uocabula, tamen confictis impudenter nouis malunt suo more loqui, perinde quasi nihil possit esse praeclarum quod sit usitatum. L E. At quod tandem formularum genus maxime probas? V R. Maiuscularum absolutissimum exemplum est in nominatis Romanorum, quae temporibus Augusti, & aliquot post hunc seculis excusa sunt, praesertim apud Italos. Nam in prouincijs artificum imperitia non perinde respondent. Minusculas undelibet supeditat Italia, nisi quod ex omnibus eligenda, quae & simplicissima sunt, nec ita multum recedunt à maiusculis. Tantundem de Graecis praecipuum esto. L E. Quibus in rebus potissimum sitis est literarum decor? V R. In quatuor, in figura, contextu, serie, & proportione. L E. Figuram ostendisse satis est? V R. Non est. Proderit & partium ductum ostendere, & quomodo parti pars adaptetur indicare. L E. Dic, oro te, clarius quod mones. V R. Perlongum sit, Leo, de singulis differere, dabo specimen unde cetera conijcias. L E. Expecto. V R. Alpha maiusculum Graecis ac Latinis simili figura signatur. Huius sinistra linea paulo subtilior, calamo transuerso ducēda à summo ad imum: dextra crassior, plano, quemadmodum & transuersa, quae uidetur addita, ne nullum sit discrimen inter Alpha & Labda Graecū. Haec admonitus puer facilius imitabitur, quam si tantum ostendas figuram. L E. Sane recte. V R. Alpha minusculum uarie pingitur, sed commodissime si primum pingas o oblongum, dorso superne ueluti gibbo nonnihil prominente ad dextram, deinde ab illius summo in gyrum cōmode flexo calamo, molem addas semicirculum, inferne nonnihil inflexum *o, a.* Item b minutulum si uelis pingere, ducenda est ex alto recta linea, id primum est, huic annectendus semicirculus, hoc est, inuersum *o*, quod si inferne hiet, fiet h aspirationis nota. Eidem columnae si addideris lineam infractam, erit k. Rursus eadem si inferne promineat extra uersum, & addideris ad dextram inuersum c, fiet p. Si ad laeuam rectum c, erit q. Si nihil annectas lineae sursum prominenti, erit l, nisi quod inferne paululum inflectitur, quo differat ab I maiusculo. L E. Sat est, habeo specimen, reliqua per me coniecto. V R. Superest formularum uarietas, quae maior est in Graecis minoribus. Deinde notulae decurtatarum dictionum, quae res magis pertinet ad prompte legendum quam ad recte scribendum. Sed primis inuitijs magis congruunt simplicia. Huic exercitationi succedit contextus, refert enim quam literam cui iungas. Quaedam enim se non sustinent contingere, quaedam gaudent contactu, quaedam libimet implicantur, ueluti p & o refugiunt contactum, f, g, t, & fortassis aliae nonnullae, quibusdam annecti gaudent, ut grande facinus, flagitium, traxit: nec tamen haec miscentur quibuslibet. Graeci in pingendis minusculis feliciter laetantur, literas aliquot inuicem complicantes Idem & in maioribus tentatum, sed apud Graecos non temere nisi in notis numerorum, ueluti quum signantes quinquaginta, delicta minusculum includunt py, [z]. Apud Latinos tentatum à multis, non successit. Pro-

fueri

fuerit igitur nouo scribae, si has formarum uarietates non solum pictas, sed & pingi conspiciat. L E O. Super his, utcunque minuta sunt, admoneri gaudeo. V R. Post haec de serie disputabant, ut intra rectas lineas decurrant uersus, ne scriptura sit similis Sibyllae folijs, & iuxta Plautinum iocum, litera literam scandat. Nihil hac inaequalitate deformius. L E O. Ad istum sanè modum scribit uxor mea. V R S. Iam bona pars artis est, in proportione. Ea sita est, partim in partibus figurarum, partim in prominentijs, partim in interuallis. L E O. Ista non satis assequor. V R S. Nihil aliud accipies quam specimen rei. A maiusculo constat tribus lineis: Itaque ad symmetriam pertinet, ut transuersa aequali spacio distet & à summo & ab imo. Rursus indicandum quanto spacio distet imum sinistrae lineae ab imo dextrae. Finge triangulum aequilateribus, si detrahas imam lineam, eamque certa portione decurtatam transferas in medium, habebis Alpha. L E O. Intellego. V R. Item in B, erectae lineae ceu columnae, duo ueluti uentres annectuntur, sed inaequali tumore, cui si desit sua symmetria, offendit figura. L E. Sic est profecto. V R. Eadem est ratio in partibus quae prominent, aliae sursum, aliae deorsum, uidelicet ut sursum eminent, & p deorsum, tantum habeant longitudinis extra uersus spacium, quantum intra: c, uerbi causa, implet rectum spacium, huic annexa linea ut fiat q, duplicet illud, aut certe minimo superet. Hic enim non artem tradimus, sed exemplum adducimus. L E. Mihi quidem satis est. V R. Porro interuallum bifariam consideratur. Alterum est quod dirimit uersum à uersu, alterum quod literam à litera: addo si uelis tertium, quod dictionē à dictione, quod comma à commate, colon à colo, periodum à periodo, simul ascriptis notulis quibus distinguuntur. Ut autem obseruata symmetriae ratio non hinc tantum plurimum confert ad decorem, ita recta distinctio credi uix potest quantum adferat lucis ad intelligendam sententiam, ut non incite dixerit eruditus quidam, aptam distinctionē, commentarij genus esse. Expedi igitur & huic rei statim assuescere puerū, ita consuetudo uertetur in naturā, ut uel aliud cogitans, seruet tamen in scribēdo notulas huiusmodi non aliter quam literas ipsas. L E. Audio priscos illos nullis interuallis distemisse dictiones, sed perpetuo contextu produxisse uersus. V R. Fateor, at nec apices olim adhibebat Hebraei, ne Graeci quidē, arbitrari sua puncta: nos tamen non usque adeo morosi sumus, ut si quid bonae rei repertum sit à recentioribus, grauemur accipere. Hec diligentia etiam illud adduxit commoditatis, quod scripturā apicibus, notulis, interuallisque distinctā, minus in procliu sit deprauare. L E. Apparet tamen ueteres apicibus usos. V R S. Istud qui coniectas? L E. Quia narrant Cadmū literas à Phoenicibus primū inuexisse. Eam rem fabula notatā, quae fingit illum serpentis extincti dentes in terrā seminasse, ex hac semente subito exilisse duas galeas & hastas armatas acies, quae se mutuis uulneribus cofecerint. Atqui demiror quid haec fabula faciat ad literas. V R. Dicam, nisi molestū est. L E. Imo percipio, si graue nō est. V R. Inspectisti ne unquā os serpentis? L E. Ne cupio quidem. V R. Mortui, inquam? L E. Ne mortui quidem. V R. Quis unquam audiuit Leonem timidiorē? Si tamē inspicias, numerosque supernos & infernos dentes, tot reperies, quot literas primum attulit Cadmus. L E. Quot? V R. Sedecim, ni fallor. Octosae sunt autem sic ut natae sunt orditae posita, dissipantur, seminantur, atque ita demum plures numero uarietate digestae, uiuunt, agunt, pugnant. Id si non credis, considera qua strage se uicissim conficiunt hodie, qui literas profitentur. L E O. Veriora ueris narra. V R. Quid est autem scriptura, nisi mutus sermo, perinde quasi nutibus inter se colloquantur elingues? L E. Nihil aliud. V R. Et sermonem à serendo dictum aiunt grammaticorum filij. Habes Cadmeae sementis allegoriam. Nunc excutiam scrupulum qui, uti coniecto, urit te. Tonorum ac spirituum notulas, imaginarijs esse lanceas & galeas exercitus. L E. Recte diuinas. V R. Imo partes elementorum sursum eminentes talium rerum speciem praebent, & si diligentiam contemplerem, uidebis illic non solum lancearios ac leuis armaturae milites, uerum etiam cataphractos, clypeis, ensibus, ac balistis instructos. Vetus harum rerum imagines melius exhibent Hebraeorum elementa, à quibus profectas fuisse literas nostras unā cum ipsis figuris, non absurde quibusdam uidetur. L E. Istam fabulam mihi crede, non narraſti furdo. Ceterum illud adiungas uelim, quibus modis puerum oporteat istis assuescere noscendis. V R S. De agnoscendis elementorum figuris mox dicetur

dicetur. Agimus enim, ut dictum est, ordine præpostero. Ad exprimendum pictura singulas, primum est exemplar, deinde comonstratus ipse linearum ductus, præterea manus docentis imposita manui pueri, eamque regens ac moderans. Indicaui aliud adminiculum Fabius, ut eburnæ tabulæ primum literæ simplices, mox syllabæ ac dictiones, deinde uersus aliquot quam scitissime insculpantur; per eos sulcos puer cõstuet scylylum ducere, donec iuxta philosophos, actio frequenter iterata gignat habitum. Nam hac arte didici mus & cæcos nonnullos prompte scribendi facultatem sibi parasse. Eadem opera fiet, ut nec diuariet à recta linea, nec usquam peccet ab harmonia proportionis. Olim stilo scribebatur in tabulis ceratis, nunc quoniã calamis aut pennis scribitur, in chartis aut membranis pingitur, alia scribendi ratio est. L. E. Et antiquitas folijs, arborum codicibus, aut linteis ceruffatis, aut alioqui leuiter incrustatis inscribebatur. V. R. Et nunc sunt qui in tabellis puluere oblitis stilo æreo argenteo uel scribunt. Sed præclarus artifex uarias rationes comiscetur, quibus puerili studio subueniat. Quartum una est, si perfectum exemplar membranæ pellucidæ supponatur, super quã puer calamum ducat sequens subiectas lineas. Altera est, si scribendi peritus stilo argenteo cupreo uel uestigia literarum imprimat chartæ, deinde puer per eadem lineamenta ducat calamum, aut pennam atramento madentem. Eadem erit utilitas si succo ligni cuiusdam figuras præscribas, leuiter purpureas, quas puer tergat atramento. Hic prioris scripturæ uestigia coarguent, quantum sit aberratum à præscripto. Iam quidam utuntur tabulis, in quibus fila, fides uel glutino affixæ, linearum uestigia chartis admotis imprimunt. Ea res ad figurarum speciem non ita multum confert, plurimum tamen conducit ad rectitudinẽ uersus, & ad harmoniã partium superne inferne uel prominentium. Id comodissime fiet, si singuli uersus signentur quatuor lineis, æqualibus interuallis inter se distantibus, intra duas medias ducuntur ipsa literarum corpora: quæ uero prominent sursum ac deorsum, intra suum modum cohibebunt extreme duæ. Eadem arte licebit æqualibus spacijs dirimere uersum à uersu. Verum ut his adminiculis prodest exerceri puerum, ita non expedit semper his niti, sed ubi iam profecerit, conuescat absque cortice nare, nec semper linearum ductum desideret. L. E. De scribendo uideor mihi propemodum satis instructus. V. R. Vnum illud addam hæc ita tradenda pueris, ut se ludere putent, non studere. Quidam enim hæc tanta docent acerbitate, ut puer prius discant odisse literas quam nosse. Ad hæc iuuabit ad picturam interim non nihil exerceri puerum, ad eam artem plerique sua sponte feruntur, dum gaudent & exprimere quod agnoscunt, & agnoscere quod ab alijs expressum est. Ut autem qui Musices perit sunt, rectius pronunciant etiam non cantantes: ita qui ducendis in omnem formam lineis digitos habet exercitatos, mollius ac felicius pinget literas. Si quid super his requiras subtilius exactiusque, extat liber Alberti Dureri, Germanice quidem, sed eruditissime scriptus, in quo priscos huius artis heroes imitatus, nominatim Pamphilum natione Macedonem, quum omnium literarum, tum Geometricæ & Arithmeticæ egregie peritum, Nam sine his disciplinis artem absolui posse negabat: ad hæc, Apellem, qui & ipse ad Perseum discipulum de arte sua conscripsit, multa præclare tradit de mysterijs graphicis, ex Mathematicorum petita disciplinis, & in his non pauca de figuris elementorum ac ductibus symmetriaque literarum. L. E. Dureri nomen iam olim noui, inter pingendi artifices primæ celebritatis. Quidam appellant horum temporum Apellem. V. R. Equidem arbitror si nunc uiueret Apelles, ut erat ingenuus & candidus, Alberto nostro celsurum huius palmæ gloriam. L. E. Qui potest creditur V. R. Fateor Apellem fuisse eius artis principem, cui nihil obijci potuit à ceteris artificibus, nisi quod nesciret manum tollere de tabula. Speciosa reprehensio. At Apelles coloribus, licet paucioribus minusque ambitiosis, tamen coloribus adiuuabatur. Durerus quanquam & alijs admirandus, in monochromatis, hoc est nigris lineis, quid non exprimit umbras, lumen, splendorem, eminentias, depressiones: ad hæc, ex situ, rei unius non unam speciem sese oculis intuentium offerentem. Obseruat exacte symmetrias & harmonias. Quin ille pingit, & quæ pingi non possunt, ignem, radios, tonitrua, fulgetra, fulgura, uel nebulas, ut aiunt, in pariete, sensus, affectus omnes, denique totum hominis animum in habitu corporis relucentem; ac penè uocem ipsam. Hæc felicissimis lineis ipsisque nigris sic ponit ob oculos, ut si

colorem

colorem illinas, iniuriam facias operi. An non hoc mirabilius, absque colorum lenocinio præstare, quod Apelles præstitit colorum præsidio? L. E. Non arbitrabor esse tantum eruditionis in arte pingendi, quæ nunc uix alit artificem. V. R. Non notum hoc est, insignes artifices tenui re esse. At olim inter artes liberales numerabatur graphice, nec hanc discere licuit nisi claris, mox honestis quidem concessa, cæterum uentum ne seruitijs traderetur. Principum est ignominia, non artis, si caret suis præmijs. L. E. Senio quantum ad omnem facultatem parandam habeat momenti, statim optimis præceptionibus admonitum esse. V. R. His coniuncta est legendi cura, cuius celeritas, nisi primis statim annis paretur, non temere contingit homini, quantumuis adnatatur. Vix autem fieri potest, ut lectione delectetur, qui legendo hæret ac laborat. Proinde, ut qui parum expedite scribunt, ad dictandi compendia confugiunt: ita qui difficulter legunt, aut in totum abstinent à libris, aut si quid coguntur scire, lectorem accerunt: utrobique perit illud secretum quod præcipue alit ingenium, siue tuas cogitationes mandare literis pares, siue magnorum uirorum cogitationes uelis cognoscere. Ut autem puer statim per lusum agnoscere discat literarum figuras, rem adfero dictu humilem, sed tamen à summis uiris traditam: profuerit eas crustulis exprimere, ut diuinanti nomen elementis, præmium sit: ipse cibus. Hoc Flacci consilium est. Fabius aliud indicat huic simile, ut ex ebore fingantur literarum formæ, atque ex his lusus aliquis pueris gratus proponatur, qualis est nucum, aut falorum, aut si quod aliud genus, quod nisi cognitis ac nominatis elementorum uocabulis peragi non queat. Quam ad rem accommodatissimus latrunculorum ludus, quem hodie Scaçorum uulgus appellat, sic ut hinc Græcæ, hinc Latinæ literæ inter se concurrerent, nisi quod operosior est, quam ut ætati primæ conueniat, adultioribus aptissimus. Idem efficiunt munuscula, quæ puerorum uestibus ornatus gratia affiguntur, aut in manum dantur, ut cum uoluptate intueantur, contrectent ac nominent. Videmus ætatem illam affici uoluptate, si in picturis agnoscant hominis, aut animantis, alterius uel rei figuram, ac nomen reddant. Simili illecebrâ poterunt & ad literas agnoscendas irritari. Mox ad syllabarum connexionem progrediendum, hinc ad dictionum complexum, postremo ad orationis structuram. Ea res ferè constat memoria, quam uolunt esse certam, eoque negant primæ fidendum, sed nunc recto, nunc inuerso, nunc confuso literarum, syllabarum ac dictionum ordine repetenda subinde eadem & inculcanda, donec certam legendi facultatem & expeditam paratam esse constiterit. Nec ante tempus affectanda celeritas, quo fit, ut multum adferat moræ lectioni incogitans festinatio, dum auditor dubitat quid legerit, dum auribus non assequitur lingua properantem, dum quædam intermittuntur, quædam perperam sonantur, unde dum uel alijs reuocantibus, uel ipse tibi diffidens repetis multa, non parum dispendij secum adfert male captatum compendium. Prima cura sit, ut attente, ut emendate legamus: cæterum ut idem factamus expedite, nec cogitantes ac uelut aliud agentes, dabit usus. Id quod scite præcepit Fabius: Certa sit, inquit, in primis lectio, deinde coniuncta, & diu lentior, donec exercitatione contingat emedara uelocitas. L. E. Ista præceptio non hic tantum ualet. V. R. Adhuc ad illud dum legis, in dextrum flectendos oculos, & quomodo præcutendum, ducta in duas res animi intentione: ut aliud agatur uoce, aliud prospectu, quemadmodum qui facit iter, non hoc intuetur quod calcatur, sed quod calcaturus est. Sic huic posteriora intuenti priora recitanda sunt. L. E. Demiroi quum hoc natura inuiderit homini, ut altero oculo prospiceret in dextrum, altero in læuum. Nec uideo quorsum opus sit duobus, quum fabri & balistarij, si quando maxime intendunt prospectum, alterum occludant oculum. V. R. Dicam, si quis te casus altero orbaret oculo, nonne gauderes alterum superesse? L. E. Verum si legas Hebræa, in læuum flectendus prospectus. V. R. Nimirum ut in scribendo manus. Verum id minimo negotio docet paucorum dierum usus. Noti qui & pedum digitis expedite sciteque scriberent. Quibusdã ea prospectus celeritas est, ut oculis præuolantibus deprehensa sententia, bene legant etiam perperam scripta. Quædã enim nisi cognitoprius sensu recte sonari non possunt, etiam si bene scripta sint. L. E. Credo, sed plures sunt, qui recte scripta legant perperam. V. R. Quod dicã prodigij simile est. Viuit adhuc quidam de procerum aulicorum numero, qui nunquam legit ipsum quod scriptum est, sed loci sententiã alijs reddit uerbis. Rogatus à me num sciret se id facere, ferebat se frequenter huius

res

De recte pro
pctis legendis

rei admonitum. Quarebam num sciens ac uolens id faceret, negabat, imo non dissimulauit se sibi hoc nomine displicere. Addebam quia nam occasione uenisset in eam consistere audinem. Num puer habuisset preceptores, qui paranda copia gratia iussisset illum alijs uerbis efferre quod legeret, aut num quid aliud accidisset simile. Negauit. Nam est huiusmodi musices genus apud Britannos, ut multi inter se concinant, quorum nullus eas sonat uoces quas habent codicum notulae. L. E. Habet natura suas quaedam arcanas causas, quas frustra scrutantur homines. Et ipse noui puerum annos natum duodecim, cetera perfectum, hoc tantum habebat prodigiosum, quod omnia uerba praepostere loqueretur, quod in nostrate lingua scis esse absurdissimum. Nam Latine loquentibus, quamquam ad decorum compositio plurimum facit, tamen ad sensum fere nihil refert, siue dicas, honora patrem tuum, siue, patrem tuum honora: nihil autem absurdius, quam si quis nostrate lingua dicat, patrem tuum honora. V. R. Sic est ut dicis. Addunt autem praepositi uinculam, mea sententia, non aspernadam, quae pariter & ad legendum & ad scribendum pertinet, non nihil etiam ad mores. L. E. Audire gestio. V. R. Moris est ut post agnitas formulas, & contextas syllabas incipiat scribere nomina, mox & oratiunculas. L. E. Sic est. V. R. Hoc opera nolunt insumi in uocabulis inanibus ac nihil significantibus, aut uulgo notis. L. E. Expecto ut melius dicas. V. R. Scis bonam eruditionis partem esse, scire rerum uocabula. Hic supra modum cessatur a grammaticis uulgaribus, quorum uitio fit, ut adolentes post multos annos in grammatica cōritos, utx horint illius arbōris, piscis, uolucris, quadrupedis, aut leguminis uerum nomen. Ne domi quidem ullam sub pelle cilem latine nominare possunt, adeo ut quum uolunt sibi dari mantiles, dicant, da mihi rem, & aut indice digito est opus, aut uulgatae linguae subsidio. Idē usum tenent si prouducantur in officinam cuiuslibet artificis, tantum generales rerum uoces utcunque tenent, species profus ignorant. L. E. Istud mihi sane usu uentis, ac mecum alijs quam plurimis. Arborem, legumen, herbam, equum & canem ostendere possum, at si quis exigat ut ostendam alnum, aut fraxinum, aut ilicem: silurum, scarum aut peccinēti: eruum aut milium: scolopendram, uiuerram aut selem, haereo. V. R. Sic & in Dialecticis pueri nihil audiunt, nisi Sortes currūt, Plato disputat. Si asinus uolat, asinus habet pētās, & Sortem currere est possibile. L. E. Quid igitur hic consilij? V. R. Eadem opera licebit pueris praescribere, uulgo non obuia rerum uocabula, aut uoces exquisitas, non huiusmodi & bene rei quippiam admonentes. Tam facile discitur quid sit lacerta, aut stello, aut peccinētulus, quam quid sit canis aut uacca, nec difficilius scribitur, Tempōri parce, quam uacca mingit, aut canis latrat Interdum unica uox continet perfectam sententiam, ut *ωσφίον*. id multo magis conuenit obseruari postea quam eō profecit puer, ut integri uersus iam sint ad imitationem praescribendi. Quir enim non potius illis praescribitur hoc cāmen: Quo semel est imbuta recens seruabit odorē Testa diu, q̄ illud: Aut pluit, aut n̄n̄n̄git, aut nostra pedissequa mingit. In hūc usum ualebunt celebrium uirorū apophthegmata, exquisitae breuesq̄ sententiae, prouerbia, ac lepide dicta, cuiusmodi supellēx ad omnem dicendi facultatem plurimum habet momenti. Quorum si quis lingua contemnit, huic occinam illud Heliodium, Pusillum pusillo si addideris, cito nasci magnū acerruum. Et hęc inter lusum licet edificere, nulla rerum memoria tenacius ad ipsam usque sepe neclutem haesura animo, quam quae sic infixae sunt. Vides igitur quāta nobis hic pereat utilitas. L. E. Video sanē quāta pars aetatis nobis instituentium uitio praeterfluat. V. R. At uereor ne te delassem, si quae de pronunciano differa sunt referam. L. E. Imo hūc habebis attentissimum, quando quidem hoc erat, quod me potissimum sollicitabat, quamquam & cetera iuuat audisse. V. R. Quanquam ergo puer a nutribus nō discit Latine, tamen referre dicebant, inter quas primū inciperet amulari uoces humanas: quod aetas illa, quoniam praeter imitandi facilitatem nihil habet, ite se iō qua rerum hūitūnarum in felicitate, citius prope reddit praua quam recta. Ac mire fit, ut semel infantibus arrepta uitia in adultam aetatem sic profequantur, ut aegre queant dedisci. Sunt autem oris ac linguae diuersa uitia, quōrum aliquot nonnullis affixit natura, sed plura peculiaris cuiq̄ uel negligentia uel affectatio: bonam autem huius mali partem affert ipsa natio, ut in sonisuum quae q̄ quiddam habent, Hispania, Italia, Gallia, Germania, Britannia, ac bene nobiscum ageretur, nisi lingulae nationes in uarias uitiorum species essent distractae. Si labdacismus

De recte pronunciano

labdacismus est impotentia sonandi caninā literam, multis uitium hoc adhaesit, nonnullis deliciae loquendi conciliant. Etenim quum ceteris animalibus lingua sit absoluta, homini tot uenas astricta est, ut quibusdam necesse sit intercidi. Nec hoc succedit omnibus. Nam alijs deterius accidit uitium, alijs lingua nihilo secius manet inexplanata. Memoriae proditum est Demosthenem eloquentie principem, primam artis suae literam sonare non potuisse. Metellum pontificem lingua adeo impedita fuisse narrant, ut mensibus aliquot sese torserit, dum meditatur in dedicanda aede uerbis solennibus dicere, opter a Cereris. Nam labdacismū quem scriptores notant in Alcibiade, delicias non naturae tribuendum arbitror. L. E. Ab istis ortum arbitror, quod pellucidū dicimus pro perlucidum, & pellicere pro pellicere, & pellegere pro perlegere. V. R. Haud male coniectas. Huius literae difficilior est sonus in initio & sine dictionis, tum in medio duplicatae, mollior si simplex incidat inter duas uocales. Exempla sunt, regula, motor, carrus, oro: Durior etiam apud Graecos, qui posteriori addunt aspirationem, ut χαμαίερος. Hāc asperitatem quidam mitigant supposito σ, ut θαρσαύ pro θαρσαύ. Idem faciunt hodie mulierculae Parisinae, pro Maria sonantes Masia, pro ma mere, ma mese. Etiam si nō defuerint apud Latinos, qui contra Fusios ac Valestos uerterint in Furios ac Valerios, atq̄ e diuerso, qui honos, labos, uapos & clamor dicere maluerint, quam honor, labor, uapor, & clamor. His contrarij Eretrienenses, σ, uertunt in ρ, dicentes σκληρότης pro σκληρότης, atq̄ hinc prouerbij locus in Eretrienium ρω. L. E. Isto uitio noui plurimos qui laborent. Verum, est ne remedium huic incommodo? V. R. Est, si intercidas plectri retinacula, nisi quod non uacat periculo tangere uenas, hoc est, iuxta prouerbium, πᾶ ἀκίνητα κινῆν. L. Quum animantibus quibusdam tam mobiles & expeditas linguas natura dederit, de miror homini datam tot astrictam retinaculis. V. R. Multis expediebat nullam omnino linguam esse datam. Nunc neq̄ uagnarum retinacula, neq̄ uallum duplex dentium, neq̄ laborum oppositi muri satis cohibere possunt membrum hoc nimium uolubile. L. E. Nihil uerius. V. R. Rursus alijs tam est docilis, ut animalium omnes uoces indiscreta similitudine reddant, ut si tantum audias, credas uagire puerum, rixari foeminā, tulsire senem, grunnire porcum, canere lusciniā, hinnire equum, latrare canem. Ceterum aduersus omne linguae uitium ualebit difficultatibus exerceri, quo studio Demosthenes fertur triplex naturae uitium expugnasse. Nam ad exprimendum ρ linguam habebat inexplanata, & spiritosus erat, & uox infirmior multitudinis fremitu intersecabatur. Itaque topis subter linguam impositis, uersus complures aduerso monte continuato spiritu resonabat, & in litore nonnunquam quum maxime fremeret mare, dictionem exercebat, ut populi fragorem assuesceret contemneret. Ita uerum esse docuit, quod a sapiente quodam dictum est, μέλετι πάντα δυνάται. Huic simillimum est quod indicat Fabius. L. E. O. Quod nam. V. R. Existimat os puerorum reddi firmitus, ac sermonem expressiorem, magisq̄, ut ita loquar, articulatam, si ab his exigatur, ut nomina ac uersus affectatae difficultatis ex pluribus asperrime inter se coeuntibus syllabis catenatos ac ueluti confragosos quam citatissime uoluant. Huiusmodi uersus Graeci χαλεπός dicunt. Difficultas autem syllabarum aut dictionum, partim nascitur ex natura literarum, partim ex connexionē, partim ex turba concurrentium consonantiū, partim ex his omnibus. ρ, φ, ψ, & nostrum s, durioris sunt soni, unde rerum rex, φύσ, plittacus & efferro, non admodum facile sonantur. Quemadmodum & μνᾶ, πύω, βδᾶω, non quod in his postremis difficultas sit in singulis, sed quod parum sibi congruant. Turba gignit difficultatē, quum dicimus glās, & mons. Nam in his sunt duae literae, l & n, omnium suauissime sonantes. Ex multis simul nascitur difficultas, quum dicimus ferrum, feruor fragor, πνύψ, trabs, Thrax, Xerxes, Artoxerxes, ἀσχοκέρδης. Numerus autem literarum in eadem syllaba nō excedit senarium, qui tamen apud Graecos aegre reperitur. Fraus constat quinq̄ literis, sed unam absorbet diphthongus, strix habet quinq̄ sine diphthongo, quemadmodū frons. Scrobs & strps apud nos sex literis constant, soluta duplici: si Graece scribantur, quinq̄ duntaxat: si strips sonetur, eadem syllaba septem literas complectetur. Apud Graecos una dicitur profertur, cuius altera syllaba sex literas complectitur, ἀσχοός, sed ita ut diphthongus initialis separatur a consonantibus sequentibus, & ου diphthongus pro duabus supputetur. Versus, quos a Graecis χαλεπός appellari diximus, hoc exemplū fingi poterit.

Ἐρῶν ἡλιον ἀστροὺς φθίνου ἔρρα γινούσι εἰς ἡλιον ἔχουσι.
Arx stridens rostris, sphinx prester, tōrrida seps, ltrix.

Item:

In huiusmodi difficultatibus exercitatio reddet linguam ad cætera tam expeditiorē, tum explanatiorē. At hodie satis esse credunt, si facillimas quasq; syllabas tradāt, ba, be, bi, bo, bu, & harum similes, quum difficiliōres magis sint inculcandæ, *μνα, πη, βδ, τλα, αὐ, λνα, χνο, θνα, πνα, χνα, χθω, φθι, πη, τι, μ, δ, λ, σ, μα, σ, φρα*, uelut in *μνημοσύνη, πη, β, δ, λ, σ, μα, σ, φρα*, *βλέω, τλάω, γράω, κνάω, χνούς, θνύτος, πνέω, γνώμη, χθες, φθέρω, κήμα, τιμήα, τμήα, τμήα, δμῶς, θλάω, σμῶρα, δδ, σφραγίς*, & huius generis alijs, quibus exprimendis, nisi protinus assueſcat os tenerum, uix unquam feliciter sonabit. L E O. Animaduerti quosdam esse, qui laborent in exprimendo, s, maxime si adhæreat illi consonas, ut est. V R S. Hoc est, ut opinor, quod nos blesum uocamus. L E O. Ab hoc uitio tam absunt Hispani, quam Eretrienſes absunt à Demosthenis uitio. Galli contra solent uel elidere, uel obscurare literā hanc, lingua uulgari scribentes est; & sonantes & producta uocali, Græci *ψέλλισμῶν* appellant teste etiam prouerbio *ψέλλισ ἢ ψιθῆσι*. V R S. Vitium hoc leuius est, & à nonnullis afficitur, qui blandiores uideri student. Illa deformis linguæ hæsitātia, & oris tremor, spasmī species, easdem syllabas iterans. Id alijs accidit in principio dictionis, alijs in fine, uitium inemendabile si in ætatem paulo adultiorem durauerit, præcipuusq; labor est in k, q, c, p, & t, ueluti quum *κρυκνέει* dicunt pro *κύει*, & *πεπεπεδι* pro *pepedi*, *κακάου* pro *caue*. L E O. Tutullius pro Tullius, rursus, Romama pro Roma. L E. V triusq; hanc possunt exempla non illepida narrare. V R. Libet audire. L E. Sacrificio cuidam insigniter hoc uitio laboranti, quum adornaret immolare, contigit minister pariter eidem obnoxius malo, ubi uentum est ad *κύει ἐλέγου*, quod apud nos alternis dicitur, multum temporis absumptū est, prius q; ter absoluerent kyrie eleeson. Tadem sacrificus, ut hoc hominum genus dicitur iracundius esse, quid fiet, inquit, tun' me derides, an ego te? Et exutus amictu sacro, reliquit aram, magno risu nostro. V R. Eodem malo laborare uidetur ranæ, nunquam absoluentes sunt illud *κεκεκεκε*. L E. Apparet. Alio quodam die auidui medicum in frequentissima schola disputationi præsidetem, alioqui doctum ac uocalem, nec inexplanata lingua, tantum geminabat extremam syllabam omnium dictionum, pro Auicenna pronuncians, Auicennana: pro scriptor, scriptor, pro dicitur, dicitur: pro pharmaça, pharmaçaca. Id Græci, nisi fallor, appellant *πρωλισμῶν*, aut *βελήσιμῶν*: fortassis & *βατολογία*, nisi quod battologia repetit orationē. Sic enim apud Ouidium Battus. In illis montibus, inquit, erant, & erant in montibus illis. Quem imitatus Mercurius respondet. Et me mihi perfide prodīs. Me mihi prodīs. Nos forte non inepre dixerimus titubantiam oris, cui cognatum est uitium hæsitantiæ, quam Græci, ni fallor, uocant *μυγίλλισ*. Hæc omnia grauiora facit ira & pudor, aut alius uehemens affectus, quumq; alioqui, iuxta Fabiū, peccius soleat facere disertos, his diuersum quiddam accidit ut obmutescant. Noui qui Austro stante sic hæsitabat, ut uix duo uerba posset eloqui. L E. Vnde hæc mala: V R. Partim à natura, sed multo maior pars à consuetudine praua, præsertim primis annis hausta. L E. Ecquod habes his uitij remediū? V R. Præsentissimum. L E. Obsecro quodnam? V R. Vt itaceant. L E. At nulli minus id possunt. V R. Ergo mittantur ad exemplum Demosthenicum, ac dictum illud sapientis, *μὴ λέγῃ πάντα δυνάται*. L E. Indica rationem. V R. Accipe. Qui laborat in k, recitent subinde carmen in laudem Caluitij, concinnatum ex dictionibus continenter literam hanc primo loco habentibus. Qui in t, tales uersus repetant.

μυγίλλισ

O Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti. Aut tales; Attuba terribili tonitru, taratantara trūstī.
Nihil negotij fuerit alios consimiles effingere. Profuerit & singulas dictiones, & orationis membra lente distincteq; pronunciare, per silentia quodammodo redintegratis linguæ uiribus, uoce nonnihil ad cantum deflexa. Noui siquidem uiros adprime doctos, qui priuatis colloquijs deformiter titubabant, e cathedra clarius loquētes, nihil eius uitij præ se ferebant. L E O. Nihil hic ualet medicorum ars: V R. Arbitror posse nonnihil si nosset omnes musculos, quorum opificio uox promitur. Qui si fallant, habemus hic diuam opiferam. L E O. Quam ais? V R. Eulaliā. L E O. Ad diuos confugere extrema quidem est ancora, & faulti omnis nomen est. V R. Quoniam autem grammatici excipiunt

excipiunt uocabulorum controuersiam, labdacismus fortassis erit, ubi quis literam l, nimum operose sonat, uelut si quis pro lucet, dicat ellucet, aut pro salua fallaua; quod uerum in magnis aliquot uiris deprehendi, sed quod affectationi potuit imputari, non naturæ. Dum enim plus iusto studeant articulate loqui, in hoc malum deflexerunt. Idem faciebant in litera p, sonantes seraua pro serua, uerba pro uerba. Cui simillimum uideri potest; quod Græci uocant Iotacismus. Id mihi uideor in quibusdam genere Græcis animaduertisse, nominatim in Georgio Hermonymo, qui se Spartanum prædica bat, docebat attem Lutetia, recenti memoria plurimis adhuc notissimus. Et apud Latinos sentias quosdam intorquere os; quoties hanc studēt nimum exprimere. Alij quorūtes sequitur uocalis in eadem syllaba, pro, i, propemodum sonant, g, ut gecit pro secit, egicio pro esicio. Quanquam enim iota transit apud Latinos in consonantem, si præcedat in eadem syllaba uocalem, tamen sonus debet esse medius inter uocalem & consonantem. Sunt qui simili loco pro, i, sonant fere, z, ut pro ianua, zanua; pro Iesus, zesus, pro secur, zecur. Rursus alijs sic sonant tibijs, Virgilij, ut ante secundum, i, uidearis audire, i, consonantem, & pro duabus efferunt tres. Sunt rursus qui pro, e, sonant i, quemadmodum pro a, o, de quibus suo loco dicitur conuenientius. Addunt & Metacismus dum plus æquo exprimitur m, incidens in finem dictionis sequente uerbo, cuius prima sit uocalis, ut plurimum, aude, hic uolunt m, euanescere ut sonos plurim audeat. Sicut in illo Cicer. Quousque tandem abutere. Tandabutere dici uolunt. Quod ut nolim reflexe, ita credo nonnihil interesse inter sonos, quum dicimus, animam agit, & quum, anima agit. Nam in priore nifus sentitur uolentis exprimere m. Vnde Fabius admonet m, in talibus syllabis, neq; profusus audiri, neq; tamen nō audiri. Idem inter oris uitia commemorat *ῥογγίλα*, quam exilitatem siue angustia possis dicere, quæ quibusdam adest natura, alijs morbo lenio ue, nonnullis acceruita, dum arctatis arteriæ circa imas fauces musculis, uox semiclusis labijs promitur. Cui contrarium est, *πλητυσμός*; quum nimium diductis faucibus, & ore plus satis patulo sermo promitur. Quorum illud si natura contingat, Aristoteles timidæ mentis argumentum interpretatur, hoc stolidæ. Hollandiæ uulgus sero summis labijs loquitur, Germani superiores contra, penè ab umbilico uoces dicitur. Vnde mihi uidetur hæc duo non solum ad uocis exilitatem, uerum etiam ad oris indecoram uel contractionem uel diductionem pertinere. Nam in multis utriusq; uitium deprehenditur, in quibusdam etiam nationibus ut peculiare ridetur. In nō paucis autem deprehendas *καλοσομίαι*, quum uox uelut e cauo specu, eiq; recessu oris resonat. Et hoc uitium quibusdam addidit natura, quæ linguam dedit prima sui parte nimis astrictā, alioquilatiorē, unde fit ut uox fundatur in latera faucium, atque hinc repercussa resonet, qualis umbrarum uox esse fertur, eoq; qui simulant huiusmodi spectra ex olla fictili ueryba promunt. Quidam habent coruatum quiddam, quiddam stridulum, quiddam balbum ac lenis, qualis est edentulorum oratio. Nonnullis totus sermo crassior est. Sunt qui uocalis in lingua nescio quid Hebraum resonat. Sunt qui syllabas extremas audiri non uolunt; uerum eas quodammodo deuorant deglutuntq;. Quod pueri metu faciunt, ne deprehendantur inemendate loqui indicio postremæ syllabæ, ita quibusdam populare est. Hos Græci peculiari uocabulo dicunt *καλοβάται*, id est, decuratores. Rursus sunt, qui postremas omnes acuant Hebræorum ritu. Sunt cornicines, quibus sonus per nasum erumpit potius quam per os, ut omittam quorundam gargalissimum, ructum, singultum, crepitum inter loquendum, stridores, sibilos, gemitus, scæatus, tulleis, risus, quibus sermonis tenor intercitur. Deniq; innumera sunt uitia, quibus à recta pronunciatione disceditur, quæ Græci *ἰσθλοὶ πῶρα* appellant. De quibus incidet postea locus, ut aliquid dicamus. Hæc in hoc tantum admonui, ut infantem ab eorū conuictu submoueamus, qui uitij huiusmodi sunt obnoxij, & si quid uel natura traxit, uel consuetudine contraxit huiusmodi uitiorū, id mature corrigatur. Iā est peculiaris quiddā cuiq; genī oris sonus, quem proprijs uocabulis notare difficile sit. Quamq; enim Latini et Græci nō penè literis utuntur, tamē agnoscas Græcū etiā Latīna sonantē, & contra Græcus agnoscit Latīnū Græca sonantē. Hanc ob causam Fabius suadet quiddē ut puer prius Græcis imbuatur, nō uult tamen diutius in his herere, ne peregrinus oris sonus prosequatur etiā Latīne loquentem. Fœdū est enim hominē in ea lingua uideri hospitē, in qua natus est. Quod si negligentia

Labdacismus

καλοσομίαι

καλοβάται

acciderit, desideria crimē est: si affectatione, stultitiā tribuitur. Nec desunt tamen qui hoc ceu bellum & elegās affectent, sic redeuntes nobis ex Gallijs, ut Latine sonantes uix intelligatur, & si quid habeat ea gens in dicendo uitijs, puta uolubilitatē lingue, cōfusos accentus, aut uoces nihil significātes, interiectionū uice subinde mixtas Latinis, id studiorum se representent, quo ualde Galli uideantur. Nos quoniā Græca ferē discimus in hoc ut ueterū libros euoluamus, potius quā ut cū uulgo Græcorū fabulemur, præliterit uiribus lingue rudimētis semel traditis, in latinis potissimū exerceri, donec confirmatus adolefcens iunctis utriusque literaturæ studijs tuto progredi possit. L E. Et istam fabulam Virse, haudquaquā surdo canis. V R. Nunc si non est molestū audire, restat cōmemorare quid illi de sonandis singulis elemētis tradiderint. L E. Audiat per quē lubens. V. Atque opere precium est, nūc enim tota ferē pronuntiatio deprauata est, tum apud Græcos, tum apud Latinos. L. Quid audior? V. Sic est. L. Vnde nā id accidit? V. Partim ex corruptela uulgati sermonis, partim hinc quod soni uocū scribi nō queunt. Et scis quē nihil apud populū habitabile, nihil diuturnū. Verum hoc interim mihi credas uelim, mox demonstraturo, si pauca de sonis elemētorū perstrinxero. Ordīat autem à uocalibus, quas Latinis esse quinq; notissimum est, a, e, i, o, u, Græcis septē, α, ε, ι, ο, υ, ω. Et apud Latinos omnes ancipites esse, apud Græcos duas naturas breues, ε, ο, totidē longas, ε, ο, ω. tres ancipites, α, ι, υ. Ex his A, diducto largiter ore profertur, lingua recta suspensa, hoc est, nec ad palatum superius afflexa, nec in anterieus dentium uallum impacta, nec in latius dentium illisa, nec inter dentium hiatus inserta, uoxque prodit ex arteria profundiore, feriens superius palatum. Quur autem uocales dicantur, à grāmaticis iam olim reddita est ratio, uel quod elegantius sonēt, uel quod per se sonent, uel quod alijs, quæ consonantes uocantur, uocē tribuant alioqui mutis, nisi si quid ædant stridoris, aut strepitus, unde & semiuocalibus nomē. Sed quur Alpha inter uocales primas teneat difficilior est questio. Quidam aiunt Cadmū ob hoc primum locum tribuisse alpha, quod Phœnicum lingua bos appelletur alpha. At Hesiodus in paranda re familiari, primo loco secundū domum & uxorem ponit βοῦν ἀγομένην. Hæc ratio per me, Casca Cascis ardeat licebit, mihi probabilis uidetur, ideo prælatā apud Græcos inter ancipites, quod hæc in cōpositione syllabarū præcedit, i & y, quum ipsa nullam sequatur uocalem in eadē syllaba. Nam in uaco, & iaceo, prima migravit in uim cōsonantis. Nec aduersatur huic rationi, quod adfertur ab alijs, hoc esse naturale mīnimeque operosum loquēdi exordium. In loquendo siquidem nihil est prius, quā diducere labia, mox nullo alio uel dentium uel lingue uel labiorum adminiculo, uocē adere, quā primam audimus in pueris nascentibus. L E. Nec dissimilem in ouibus balantibus, V R. E. simili modo profertur, nisi quod ore parcius diducto, uox non erumpit sursum in cœlum oris, sed in linguam infimam, quæ leuiter ferit utrinque dentes molares, reductis introrsum labijs. Inter hæc duo elemēta, mediū est y Græcorū, quod effertur rictu minus diducto quā in α, hiantiore tamen ac minus in ima depresso sono quā in e. Cognitionem arguit primum, quod apud Græcos, α frequenter uertitur in y, & contra ut πριππῶ pro πριππῶ, & ἰππῶς pro ἰππῶς. Contra πᾶν pro πᾶν. Apud Latinos ferē uertitur in e longum, ut κρήνες Cretes, & αλώ splen. Id si crassiore Mīnerua tibi demonstrari cupis, L E. Crassissima si potes, atque adeo, si libet, adipali. V R. Iustum est a, quod sonant Itali. Immodice diducto uel rotundato magis ore sonant Vuesphali, referētes Ioni cum quiddam, qui pro alpha sonabāt ω mega, dicentes ὠνμα pro θαῦμα, & ὠνός pro αἰνός: ut alij contra, ω uertunt in alpha, pro ὠνυμφῶν dicentes τῶν νυμφῶν, μωσῶν pro μωσῶν, πῶτος, pro πῶτος. Item ε uertitur in η, ut ἠνσε μέγασε, & pro ἠβλόμω, ἠβλόμω. Hæc nimirum arguunt his literis uicinitatē quandā in sono fuisse, y uero sonuisse uidetur apud Græcos, quod nunc sonat a, Scotorū, aut Hollandorū quorūdam: neque enim omnes eodem modo promunt, ac de uulgo nunc loquimur, ne quis eruditus existimet hæc ad se pertinere. Quum enim hi dicūt ama, mediā uocem audis inter ama & eme Itolorum more pronuntiata, quemadmodū alij, quos diximus Ionicū quiddā referre, penē sonant omo. Nunc fac ut oculis os, auribus sonum obserues, dicam primū Italice, mox Scotice, postremo Vuesphalice. L E. Isthic sum. V R. Ama, ama, ama, fama, fama, fama, ianua, ianua, ianua. L E. Crassissime profecto dicis, sed tamen ad docendum apposite. Verum age dic, discernuntur ne hæc apud Græcos? V R. S. Vix sentias, sed iam admouē

nū

quæ pronuntiationem esse corruptam. Siquidem quam nunc habent eruditē, non alium deperunt quā à uulgo, scis quali magistro, uerum de his mox. Iam in e pronuntiando nō leuiter peccat uulgas. L E. Quid ita? V R. Quia literā eandem aliter atque aliter sonant, nunc ore contractiore, nunc diductiore, de nostratibus loquor. Nam Itolorum hic, ut in alijs plerisque, correctior est enuntiatio. L E. Expecto exemplum. V R. Dicam in genere, Quum e, finit syllabam, fac recte sonant: quum adhæret illi consonans, uel a sonat pro e, uel y, hoc est, a Scoticum. Demo probe sonant & peto: at perago, peruia, sperma, diductius resonant quā par est, & in lego contractius efferunt quā in lex, in rego quā in rex, in rebus quā in res. Verum id potissimum accidit, quum e excipitur à consonante r: quum enim dicunt aspergo, secunda syllaba nihil aliud sonare uidetur, quā in sparta prior, & in peruis prima minimum aut nihil discernitur ab ea quæ præcedit in paruo. Itē in pertundo & partu, erro & arra, uerro & uarro. Idem uitium sequi solet etiā Græca sonantes, ni fuerint diligenter admoniti. Vix enim in πῆρῶ, & πῆρῶς discernunt primas syllabas. Quanquā hæc felicissime distinguunt Itali. Vix in alia litera magis errat Gallorum uulgas, a pro e sonantium, si quando uocalem excipiat n, aut m. Nā pro quendam sonant quandā, pro ualens ualans, pro redemptus redemptus, pro emblemata emblemata, pro uendo uando, pro uentofus uantofus, pro tempus tampus. Hunc errorem subinde deprehendimus etiam in codicibus Gallorum manu descriptis aut excusis. Hic tamen emendatior est Picardorum enuntiatio, nec ulli magis peccat, quā qui sibi mīre Gallice uidentur loqui. Quod non in aliud monemus, nisi ut hæc protinus dediscant pueri, ne prauus usus hæreat Latina Græcæque sonantibus, ne ue pro εμπερος enuncient εμπερος, pro ἠντῶρα, ἠντῶρα. L E. O. Prorsus ita res habet. V R. Iam i, minus etiam diductio rictu sonatur, ac penē cœstibus dentibus, quibus sensim lingua illiditur, qua parte sunt genuini, sic ut labia nihil adiuuent sonitum, sed reducantur potius aliquantulum, ut in e. L E. O. Teneo. V R. Et hic bifariam peccatur à multis. Siquidē apud Brabantos, campestres quidam pro i, sonant diphthongum Græcam ε, quā euidenter audis quū nostrate lingua dicis ouum, & quum Latine dicis, he i mīhi, ueluti quum pro uia dicūt ueia, pro pia peia. Rursus Scoti quidam pro e sonant propemodum i, dicentes pro faciebat, faciēbat. Ea consuetudo sic à puero inhæserat Iohanni Coletio, uirō alioqui facundo & erudito, ut nec in pronuntiando, nec in scripto uitaret, quālibet admonitus ab amicis. Ne is quidem nouus est error. Siquidem Victorinus Afer obiurgat discipulos suos, quod euerterent in i. Et rursus i, scriberent pro e. Ac prisci grāmatici, cumque his Fabius, ostendunt esse quendam sonum mediū inter e & i, unde factum est, ut alij hanc, alij illam usurparent in eisdem dictionibus, uelut heri & here, aduerbium sono uocalis discernebatur, ab heri & here nomine. Eiusdem arbitror esse generis, tempori & tempore, luci & luce, uesperis & uespere aduerbia. Hæc interdum transit in consonantem, quā nonnulli, sicut ante monuimus, plus satis sonant, sic dicentes iecit, quasi dicant gecit, & maieestas, quasi sit magestas. Idem usurpant in Græcis dictionibus, quum i, apud Græcos semper sit uocalis, nec unquā præcedat alteram uocalem in eadem syllaba, ut ἰατρος, ἰαμβος: unde perperam quidam iambus sonant disyllabum, quum uox ἰαμβου reddat. Sequitur o, similiter ex arteria prodians, quemadmodum a, lingua recta quidem, sed introrsum modice reducta, nisi quod ore nō solum diducto, uerum etiam rotundato, quod ipsa elemēti figura uidetur admonere: quemadmodum i, sua forma mōstrat uocis exilitatem: & e, labiorum reductionem nobis ueluti pingit. Item A, patens inferne, rictus diductionem pingit. Peccatur & hic à uulgo, nostrate duntaxat. Nam Græci Italicę recte sonant. L E. Quo pacto? V R. Primum Barauī literam hanc promunt ore contractiore quā opus est. Deinde eandem non eodem modo promūt. Rotundius enim sonat in nos, quā in non: in nono, quā in nōne: in omen, quā in omne. In posterioribus enim nostri penē sonāt pro o, u Vuesphalicum. L E. Planē sic habet. V R. At faciā ut clarius etiam rem perspicias. Quod discrimē uulgo facimus inter on, quod est in tondere & intrer un, quod est tunderer. Nec aliud sonat o, in rhombus quā in tumbo. Item in suntō, & fontes. Atqui o diductiore rictu pronuntiandū erat. L E. Quā multa peccamus imprudentes. Vel ab alinis discere poteramus huius literę pronuntiationē, unde illi apud Græcos nominis initium, ὄνος & ipsi sono ὄνοδος. V R. Item ω mega nihil differt ab o, nisi

Tom. 1

VV 3

quod

move gum æ audis, quum sonat malus, uadit, consilium, sapor. Oe uero quum sonat panē, ny-
 quæ dum, & rubrum, callidum, & fragile aut necessitatem: aut si dicas Gallice, tribus uici-
 bus, Britannice, nix. Quanquam in his linguis deprehendas & alias diphthōgos à Græ-
 cis pariter ac Latinis dissonantes, ueluti quum Gallus dicit, melius, parum, aut fastidio-
 sum, aut periculosum. Item quum Batauus dicit, mendacium, ceruical, aut ianuam, aut
 ludæum, quū Galli, florem, aut honorē. Cui non dissimilem habent Hebræi. In nōnullis
 bea- audias tres uocales, ut quum Galli dicunt formosum patrem, in formoso audis, e, a, & u,
 riedt quum dictio sit monosyllaba. In alijs diphthongum inuersam, ut quum Batauus sonat
 arundinem, aut margaritam pro foemina, audis enim i, ante e. Item quum Colonien-
 gruet dicit salutem, audis u ante e. Rursus quum Hollandice dicit, dulce, aut bonū, audis diph-
 thongum nouam, nullis literis exprimendam, sed sonum quendam medium inter o & u.
 huij: Quum dicit, domū aut murem, audis i post u in eadem syllaba. Aut quum Gallus sonat
 Bruyt famā aut fructum. Verū hæc persequi nō est huius instituti, presertim quū nationes que
 fruyt dam nihil omnino sonent absq; diphthōgo. Ex his aut quæ retulimus satis est intelligi,
 & diphthongos posse sonari, & olim sonari solitas. L E. Quæ res abiicit eas. V R. Nihil
 aliud, opinor, quam loquendi delicia. Nam mulierculæ quondā elegans habebat, semi-
 cluso ore, uixq; motis labijs sonare uerba, sic ut utx audiretur exitus. Diphthōgi uero fe-
 re torquent os, multumq; resonat, quod nunc habetur indecorum, & ut rusticorum ride-
 tur: inde primum apparet exortas diphthōgos improprie dictas, deinde paulatim idem
 in alijs nonnullis aufæ sunt illiteratorum delicia. L E O. Nō leuis incommoditas si quid
 cui dices scribendum, aut si quis ex alterius recitatione suum emendet codicem. V R.
 Maxima. Quinam sciet is qui excipit, quum audit uulgato more sonari quos, an scribe-
 re debeat iuos, uros, uiuos, uros, aut euos. L E. Nequaquā nisi sit eruditus. V R. At nō semper
 nobis cum eruditus res est, & quædam uoces huiusmodi sunt, ut doctus etiam possit hæ-
 sitare, uelut in *ὄμω* & *ἡμω*: quod si *ὄμω* sonet, per u Gallicum aut propemodum, &
ἡμω per a Scoticum, hoc est, per e diductus, sublatus est error. Habes de diphthongis.
 De quantitate
 syllabarum
 lam longarum breuiumq; syllabarum discrimen, magna ex parte sublatum est, & in
 Græcorum & in Latinorum pronuntiatione, quū olim plebes imperita explosit atq;
 exhibilarit histrionem, qui paululum se mouisset extra numerum, aut si uersus pronun-
 ciatus esset una syllaba breuiore aut longiore, quod à Cicerone literis proditum sciunt
 omnes, qui literas sciunt. Ex quo colligitur, & recitatore seruasse spacia syllabarum, et
 illiteratam multitudinem, presertim urbanam, auris sensu diiudicasse. Nunc quis offen-
 ditur uel apud Græcos, uel apud Latinos, nisi si quid arguat accentus, quod in multis
 non potest: imò frequenter accentus ducit in errorem, dum facit uideri longam que bre-
 uis est, & contra. Qui uero docti nunc discernunt an dicas plāne impostori, an plāne, a/
 perte, an plāne, affirmans, quum in prima dictione sit pyrrhichius, in secunda trocheus,
 in tertia spondeus: Rursus an dicas malo pro uitioso an malo pro potius habeo, an ma-
 lo pro arbore, siue pomo, quum in prima uoce sit iambus, in secunda trocheus, in tertia
 spondeus. L E O. Non satis assequor, quæ fuerit illa ratio, saltandi ad uocem alienam.
 V R. Audita referam, iudicij periculum penes alios esto. L E. *ὁ ἀπὸ*. non hic agitur apud
 prætorem. V R S. Scis quosdam dictos Mimos, inter quos celeberrimi fuere, Publius
 & Laberius. L E O. Scio. V R. Hi simul & recitatoris & histrionis officio fungebantur,
 pronunciantes uersus sibi cognomines, hoc est mimi mimos, & ad propriam uocem ge-
 sticulantes. Erat aliud histrionum genus, qui muta gestulatione representabant poe-
 tarum longas fabulas, sic ut spectator intelligeret argumentum saltationis. Quo de ge-
 nere diligenter tradidit Lucianus. Rursus erat recitatorum genus omnium honoratissi-
 mum, qui sua recitabant populo sine gestulatione corporis, nisi quantum oratori con-
 ceditur, uocem, oculos, uultum, & corporis motū sententijs accommodare, sic Virgilius,
 sic Oratius, sic Plinius sua recitabāt populo, sic & Philemon suā ipsius fabulam populo
 recitasse legitur, quū nemo saltaret. L E. Quatenus isthuc oratori conceditur. V R. Si ui-
 no iasantem ac balbutientem narres, indecorū fuerit eam rem corporis gestu referre,
 aut si mulieris, pueri, senis, Germani, Galli, Britanni uerba referas, ridiculum fuerit ipsa
 pronuntiatione mulierem, puerū, senem, Germanum, Gallum, aut Britannum exprime-
 re. L E O. lucundum quidem esset. V R. At non protinus bono uiro decorum est, quod
 delectat

delectat. Plato & Fabius concedunt, ut modice uox loquentis ad ea quæ narrantur ac-
 eodemodetur: ueluti si recites ex historia, lugentem, minitantem, blandientē, lasciuientem,
 satis est aliquam rei similitudinem apparere in oratione. At fit interdum, ut aliquid loco
 additum ex uocis aut gestus alieni faceta imitatione gratiam habeat. Postremum genus
 est, quum unus recitat fabulam, & ad huius uocem histriones personati, gestus attempe-
 rant. Huius generis erat Roscius, quem accepimus eum M. Tullio decertasse, utrum ille
 sapius uerbis alijs eandem efferret sententiā, an ipse sapius uariatis gestibus represen-
 taret. L E O. Vnde colligis hoc fuisse genus histrionum. V R S. Primum ex ipsis Teren-
 tianis fabulis, in quarum calce recitator dicit: ualete & plaudite, Calliopius recensui. Si
 singula personæ suas uoces promunt, quis est locus Calliopio. L E O. Dicit non nihil.
 V R S. Accipe grauis argumentum. Ex Hecyræ prologo liquet eum qui præfatur sole-
 re fabulas emere, easq; recitaturum ediscere. Alioqui si singuli suam portionem sona-
 bant, quur unus hæc præfatur: Rursus qui præfatur in *ἐκαστὸν τιμωρὸν ἄλλου*, queritur non
 haberi rationem suæ senectutis, ad quem deferrentur fabulæ turbulentæ. Nam nūc, in-
 quit, nouas qui scribunt, nihil parcunt seni. Si qua laboriosa est, ad me curritur: Si lenis
 est, ad alium deferretur gregem. Quod si quis contendit hæc ab eo dici, qui suo periculo fa-
 bulam emere ac proferre, quicq; præcipuas fabulæ partes agere solet, non inficior &
 illud fabularum fuisse genus, quo singuli personati sua uerba sonabant apposite gesticu-
 lantes. Quod accipi refero. Nunc ad id quod intermissum est redeo. Quum audis, legi,
 qui scis an prior longa sit, an breuis: Rursus quum audis *θεοφίλος*, nōnne Latinus credat
 penultimā productam, nimirū accentu Latino deceptus. L E. Profusus. V R. Accētus igitur
 incertus est index spacij syllabici, presertim in Latinis polysyllabis. L. Est igitur alia
 ratio dignoscendæ. V R. Erat olim sine controuersia, nunc ea propē in totum obsoleuit.
 L E. Quod aliquando fuit, potest instaurari. V R. Sunt quidam adeo crassi, ut non distin-
 guant accentum à quātitate, quum sit longe diuersa ratio. Aliud est enim acutum, aliud
 diu tinnire: sicut aliud intendi, aliud extendi: quanquā nihil uetat eandem syllabam &
 acutum habere tonum, & productum tempus, uelut in uidi, & legi, præteritis. At erudi-
 tos noui, qui quum pronunciant illud *αἰετὸν καὶ ἀπείρον*, mediam syllabam, quoniam to-
 num habet acutum, quantum possent producerent, quum sit natura breuis, uel breuissi-
 ma potius. Et ferē qui Græca legunt, accentus obseruatione confundūt spacium moræ,
 sic enunciantes *μενέλαος*, quasi penultima sit breuis, & *μενέσθμος*, quasi duæ postremæ
 sint breues, quemadmodum in *θεόδωρος*, *παράκλητος*, *ἑθωλα*, alijsq; innumeris. Nec ita
 multis contingit sonare Græca, ut accentuum simul & morarum rationem obseruēt, uel
 in carmine. Loquor autem non iam de uulgo, sed de eruditissimis quoq;. Minus est er-
 roris in Latinis, sed tamen illic quoq; tonus acutus ac inflexus obscurat cæterarum so-
 num, ut in uidebimus, cōgruit accentus cum quātitate, at in legebāmus, sola penultima
 uidetur esse producta, quum secūda sit æque longa: in amauiimus sola antepenultima,
 quum ea sit breuis, secunda producta. L E. Omnino sic obtinuit usus, quē dediscere dif-
 ficillimum est. V R. At qui qui degustarunt musicam, nullo negotio distinguūt inter lon-
 gam, breuem, & inter acutam & grauem. Nihil enim est aliud pronuntiatio, quam mo-
 dulatio quædam uocum numerosa. Est enim & in oratione soluta pedum ratio, licet non
 perinde certis astricta legibus ut in carmine: quæ si confundatur, non magis erit oratio
 quam cantio cantio, in qua graues cum acutis, longæ cum breuibus temere confundun-
 tur. Vnde quidam præcorum grammaticorum non incite dixerunt, accentum esse ani-
 mam dictionis. Et tamen hodie talis est etiam eruditorum pronuntiatio, qualis esset illa
 ridicula catio. Scis opinor canere cithara. L E. Vt cūq;. V R. Nōnne frequēter imā chor-
 dam pulsans producis sonos, & summā tangens breuibus insonas aut contra. L E. Fre-
 quenter, quanq; hoc discrimen euidētius est in flatili musica. V R. Vnde igitur nos su-
 mus usq; adeo *ἀμουσοι*, ut omnes acutas syllabas sonemus productiore mora, graues om-
 nes corripiamus. Vel ab alinis licebat hoc discrimē discere, qui rudentes corripiūt acu-
 tam uocē, imam producunt. L E. Idem propemodū facit cuculus. V R. Quatuor enim ra-
 tionibus curatum est à præcis, ut omnes syllabæ, quātum licet, clarius audiantur, ne qua
 suffugiat aures, aspiratione, tono, productione & diphthongo. Clarius enim auditur pri-
 ma in hero, quā in ero, Et magis auditur li in ligo, quā in intēlligo. Et sonantior est
 prior

prior in $\mu\alpha\mu\theta$ quam in $\mu\alpha\gamma\theta$. Itidem in amauerimus, sonantior esse deberet ma secunda, quam a prima, ut in ama sit iambus, uel rimus tribrachus, nisi quod prima trium accipitur, & ob hoc sonantior, quasi musicus per breuem longam & tres breues sonet, re referre, amauerimus. In hac dictione sonantiores sunt secunda, quia producta, & proxima tono acuto, licet breuis. Quonia autem uocales principes sunt sonorum, diphthongum audibiliorem faciunt duae res, gemina uocalis, & productio morae. Sonantior enim est prima in audio, quam in adeo & udu, in $\alpha\upsilon\upsilon\sigma$ quam in $\alpha\upsilon\upsilon\sigma$ & $\alpha\upsilon\upsilon\sigma$. Horum si nihil obseruat, quid est oratio, nisi in compositis uocum strepitus: iam intensio uocis & productio percipi non potest, nisi ex aliarum comparatione. Potest enim eadem esse breuis & longa, grauis & acuta, si ad alias atque alias comparatur, ueluti uox pueri grauis, acutior est uoce uiri acuta, & syllaba breuis sic pronunciantis ut Cartuliani pronunciant psalmos festis diebus, productior est longa, uolubili lingua pronunciantis, quemadmodum sacrifici quidam expediunt preces solennes, dum ad alia quae magis sunt cordi festinant. **L. E.** Intellego. **V. R. S.** Quin & idem inter dicendum nunc lentius pronunciat, nunc celerius, nunc demissius, nunc clarius, utcumque sermonis ratio postularit. Nam & oratores in exordiis, in quibus oportet sedatam esse dictionem, longiore mora pronunciant syllabas, quae in affectibus ubi iam incaluit oratio. Atque adeo in hac oratione: Primum optimam spem de se praebat, sobrius, quietus, placidus erga socios, obseruans & officiosus erga maiores, mox in diuersum uersus, coepit amare, potare, rapere, prodigere turpiter omnia: prior pars lentius sonatur quam posterior. **L. E. O.** Fit idem a musicis. **V. R. S.** E proximo igitur perenda est & tonorum & morarum differentia. **L. E. O.** Quae ratio est breuis ad longam? **V. R. S.** Dupla, ut aiunt grammatici, uerum in dicendo non est necesse, tam exacte rationem obseruare, ueluti sit in concentu musico, aut ueluti si quis salter ad citharam. Sat est si longa, sensibili mora distinguatur a breui. Nam fieri potest ut una longa respondeat duabus breuibus, aut amplius: rursus ut respondeat uni breui & dimidio. Iam sunt dictiones duriores, quae plus spacii postulant quam aliae, praesertim monosyllabae. Diutius enim sonat, stant tristes, quam stant acies, non solum ob consonantes in eadem syllabam coeuntes, uerum etiam ob sequentem syllabam, quae excipit, difficilior. Item plus morae desiderat prima in structis, quam prima in legero, quum utraque sit longa. **L. E. O.** Liberasti me magno serupulo. **V. R. S.** Imo qui exactius super hisce rebus conscripsere, docent in quibus syllabis sufficiat unicum tempus, in quibus unum semis, in quibus duo semis, in quibus tria. **L. E. O.** Audio nouam musicam. **V. R. S.** Haud tamen absurdum est, quod adferunt. Si uocalis, inquit, natura breuis est, & sequitur unica consonans, eaque simplex, unicum tempus obtinebit, ut caput, $\lambda\omicron\gamma\omicron\sigma$. Rursus ubi uocalem natura breuem, muta cum liquida sequens, aut alioqui geminata, reddit ancipitem, tempus erit unum semis, ut lachryma, recludo, cygnus, Atlas, $\tau\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\upsilon\sigma$, $\tau\acute{\epsilon}\kappa\mu\epsilon\omicron\sigma$, $\alpha\upsilon\alpha\mu\iota\sigma\kappa\omega$; quod a quibusdam obseruatur etiam in diuersis dictionibus, ut, Tribulacque traheque. Item, Ferrasque tractusque maris. Sed potissimum si tres sint consonantes, aut prior sit, habet autem inclusam, ut praemia scribe, a produci poterat, nec aliter produci uolunt quidam quam elisione s, & Ixtora Xerxes, quia sequitur duplex. Iam quae natura uel posita longae sunt, harum duo sunt tempora, ut dos, mors. Rursum si uocali natura longae adhæreat unica consonans in eadem syllaba, in his tribuit morae tempora duo semis, hoc est, duo breuia, & semibreue, ut sol. Porro tria tempora uolunt esse, quum uocalem natura longam duae consonantes sequuntur, aut una duplex, ut mons, rex. Huiusmodi multa referebant ex autore Prisciano, cuius autoritas si cui parum grauis est, habet simile quiddam Quintilianus libro nono, tractans de Compositione. Testatur enim non omnes breues ac productas esse pares, sed esse breues, breuiiores, ac breuissimas: contra longas, longiores, ac longissimas: exempli gratia producit uersiculum Maronis ex Tityro:

Agristem tenui Musam meditaris auena.

Quamquam hic nostri codices habent Syluestrem pro Agristem, uerum id nihil ad rem: in Agristem duae primae syllabae natura breues sunt, & tamē gre, secunda, facit priorē longam. Dat igitur, inquit, aliquid ex suo tempore. Quomodo dat, ni habet plus quam quae breuissima, qualis ipsa esset detractis consonantibus: nunc unum tempus accommodat priori, & unum accipit a sequenti, ita duae natura breues, positione sunt temporum quatuor. Cōcursus igitur

tur, muta & liquide in gre, tardiores redderet syllabae pronunciatione, etiam si nulla consonans sequeretur: nunc quia sequitur s, duplicatur tarditas, uel triplicatur potius, cuius portioem transfert in primam natura breui: tamen si Priscianus non tribueret primae duo tempora, sed tempus unum semis, nec secundae tribueret amplius, nisi ob uocalem utrinque cinctam gemina consonante. Verum haec minutiora sunt, potuisset enim omnibus breuibus geminum tempus assignari, si placuisset senatui populoque Grammatico, ita nihil opus fuisset temporis unius sectione. Aliquanto post Fabius non inficiatus a scriptoribus traditum, finalem breuem pro longa accipit, aures tamen, inquit, consulens meas intelligo multum referre, utrum ne longa sit quae claudit, an pro longa. Neque enim tam plenum est dicere, incipientem timere, quam illud, ausus est confiteri. Atqui si nihil refert, breuis an longa sit ultima, idem pes erit. Verum nescio quomodo se debet hoc, illud subsistet. Quo moti quidam, longe ultimae tria tempora dederunt, ut illud tempus quod breuis ex longa accipit, huic quoque accederet. Nec solus, inquit, refert quis cludat, sed quis antecedit. Vides Quintilianum sensisse discrimen inter longam & longiorē, breuem & breuiorem etiam in finali commatis clausula, quanto magis id sensurus in cursu perpetuo uocum, aut in media dictione. Quod si ueterum litera nullum indicassent discrimen, tamen ipse naturalis aurium sensus non sineret aliter iudicare. Quis enim non omnino stupidis auribus non intelligat, minus habere difficultatis in $\kappa\upsilon\omega\upsilon$ quam in $\kappa\upsilon\kappa\omega\upsilon$, quum utraque sit breuis: rursus tardiores esse sonum in $\kappa\lambda\omega\upsilon$ quam in $\omega\upsilon$, quum utraque sit natura longa, sed illi moram addunt, quibus cingitur, consonantes a fronte duae, a tergo duplex: huic additum υ , non difficultatem addit, sed iucunditatem. Praeterea quis non sentit $\omega\upsilon$ facilius esse sonum, quam dico, $\kappa\upsilon\omega\upsilon$ $\delta\epsilon\alpha$, quam quum dico $\kappa\upsilon\omega\upsilon$ $\tau\omicron\epsilon\chi\epsilon\iota$. Item tardius sonare $\kappa\lambda\omega\upsilon$, quam dico $\kappa\upsilon\kappa\omega\upsilon$ $\sigma\tau\alpha\tau\eta\gamma\gamma\epsilon\iota$, quam $\kappa\upsilon\kappa\omega\upsilon$ $\delta\epsilon\alpha$. In $\kappa\upsilon\omega\upsilon$ $\delta\epsilon\alpha$ sex sunt tempora, in $\kappa\upsilon\omega\upsilon$ $\tau\omicron\epsilon\chi\epsilon\iota$ sex semis. In $\kappa\upsilon\kappa\omega\upsilon$ $\delta\epsilon\alpha$, septem tempora, in $\kappa\upsilon\kappa\omega\upsilon$ $\sigma\tau\alpha\tau\eta\gamma\gamma\epsilon\iota$, nouem semis, ut $\kappa\lambda\omega\upsilon$, syllabae dimidium temporis accedat ob moram, quam adfert consonantium collisio. **L. E. O.** Haud procliuē sit ista discernere. **V. R.** Nihil facilius. Atque adeo miror hoc homini musico uideri, qui noris quomodo uocē, quam hodie maximam uocāt, diuidant in longam. Rursus quomodo longas in breues, breues in semibreues, semibreues in minimas, & has insuper secant in plusquam minimas: tum non ignores quomodo proportionibus, quas illi modos hodie uocāt, uarie producant aut accelerent pronunciatione, nunc ad rationem duplam, nunc ad triplam. Quamquam hac subtilitate nihil est opus. Res fuerit euidens, si iuxta musicos, breuem feces in semibreuem, ita in caput prima, erit breuis: in lachryma, breuis cum semibreui: in da & fle, duae breues: in sol, duae breues & semibreuis: in stirps & rex, tres breues. **L. E. O.** Intellego. **V. R. S.** Verum hanc exquisitam uarietatem negant obseruari in carmine pronunciano, sed in oratione prosa nihil uetat. At ego multo minus arbitror obseruari posse in multorum concentu, praesertim imperitorum. Hinc enim, ni fallor, natum est, quod chorus Ecclesiasticus nec in Psalmis recitandis, nec in Canticis solennibus, ullum habet breuium aut longarum delectum, ne tonorum quidem admodum magnam rationem, sed omnes pari temporis mora sonant, ne dum alius aliud sonat, inaequalitas uocum pariat indecoram confusionem. Et in cantu, si quando uocibus imparibus utuntur, inaequalitatem eam non ex natura syllabarum, sed ex suo arbitratu metiuntur. Quamquam hoc genus cantionis non recipiunt, qui religionis sunt austeriores, sed spondeis pronunciant omnia. Non dubito tamen, quin Ambrosius suos hinc ualuisse, donec crassior literarum inscitia, & inconditus uocum tumultus compulset ad hanc inaequalem aequalitatem confugere. Quin audiuimus concionatores ex hoc genere, qui quo pluris habeantur a populo, nouum aliquid ac prodigiosum comminiscuntur, eodem tono, pari mora pronunciantes syllabas omnes, paribus etiam interuallis, quasi singulae syllabae singulas absoluerent dictiones, magna quidem admiratione plebis imperita, sed aequae magno tum risu, tum tadio doctorum hominum. Hoc enim uere est, quod ait Cicero, latrare, non loqui. Verum ut ad institutum nostra recurrat oratio: quemadmodum in productione syllabarum plurimum habet momenti facilitas aut difficultas literarum inde constantur, neque quicquam uetat, quo minus in eodem sermone, nunc citatior, nunc lenior sit pronunciano, modo in cursu uerborum, quam Graeci $\sigma\omega\mu\epsilon\tau\omicron\rho\upsilon$ appellat, inter uicinas

uicinas proportio discernat moras temporum, ita in modulandis tonis non est eadem ac perpetua ratio, ut omnes acutas sones ipsdem chordis, seu graues, aut circumflexas: licet enim pro sensuum & affectuum uarietate, nunc intensiore, nunc depressiore linguae sonus: ut ex proximè præcedentibus ac proximè sequentibus distinguere uocis modulationem sat erit. Non enim semper pari spacio uox acuta ultra grauem intenditur, sed ut cunctis commodum est, aut ut sermonis natura postulat remissior aut ardentior. Interdum enim ad semitonium, interdum ad tonum, nonnunquam ad ditonum, alias ad *τὸ ἄνω* *ἢ τὸ ὑποκείμενον*, aut *ἄνω* *ἢ ὑποκείμενον* tollitur. Quidam etiam altius, & ultra *τὸ ἄνω* *ἢ τὸ ὑποκείμενον*, sed iam indecore, nec citra speciem insanitæ, quæ hoc est euidentior, quo id faciunt crebrius, maxime quum sensus nullam uocis mutationem postulet. Tota hæc modulandi ratio intra heptachordi modos consistit. Rursus in depressione uocis eadem est ratio, nec anxie seruandum est, ut omnes, quemadmodum dixi, syllabæ eodem tenore, uelut eadem sonentur chorda, præter eam quæ acuitur: quod genus si dicas legeramus, abominanda, horrenda, non referenda, prima legeramus potest sonari in nete (singamus enim hanc esse, quæ grauissimam ædit uocem) secunda in paranete, tertia in paramese, quarta rursus in paranete Rursus in abominanda, primæ duæ sonari possunt in paramese, tertia in mese, quarta in parypate, quinta in mese. Item horrenda, prima sonari potest in lichano, secunda in hypate, tertia in parypate. Denique, non referenda, primam sones licet in paramese, proximam in paranete, antepenultimam in nete, penultimam in paramese, ultimam in nete. L E. Hic desidero meam citharam. Sed age dic quo pacto discernitur acutus tonus à circumflexo? V R. Duplici nota, productione temporis & intensione uocis, ut lenitior, ita remissior. Non huc accersam musicorum subtilitates, qui distinguunt tonum ac semitonium, diuidunt per apotomas, dieses, cōmata, schismata, & diaschismata. Nobis ad hanc rem sufficit discrimen toni, semitonij, si uis & ditoni. Sit igitur hoc discrimen inter acutum & inflexum quod inter tonum & semitonium, aut si hoc uidetur obscure, quod inter tonum & ditonum. Et hoc discrimen Latini profus negligunt, quum quoties penultimam natura longam excipit ultima breuis, in priorē loco sit circumflexus acutus, non acutus. Vidi, primam habet acutam, uidit, primam habet circumflexam: illud perinde sonat, quasi dicas fa re (nam docendi gratia, crassius est loquendum) hoc quasi dicas fa mi, aut si syllabam, cui tonus additur, conseras cum precedente, acutus perinde sonabit, quasi dicas re mi, perfecto tono: circumflexus, quasi dicas mi fa, quia semitonium est. Quod si cuius aures sunt ebetiores quam ut hanc sentiant differentiam, sit acutus fa ut, aut ut fa, circumflexus fa re, aut re fa, prout syllabam intendendam cum præcedenti aut sequenti conseres. Hæc quum disreuerint ueteres & usu & præceptis, an non piaculum est nos hoc discrimen in totum negligere? Quis enim nunc discernit pronuncians inter has cræta, mûsa, Rôma, mēta, uēna, nominandi uocandi ue casu, & cræta, mûsa, Rôma, in ēta, uēna, auferendi casu? L E. Certe nemo. V R. Rursus inter lûctus recto casu, & lûctus paterno casu? Atqui in prioribus est trocheus, & prior syllaba tonum habet circumflexum, ob ultimam breuem, in altera prior habet acutum, propter sequentem productam. L E. Audiui ueteribus ultimam semper habitam pro ancipiti. V R. Verum ultimam carminis, non cuiuslibet dictionis, & quod uenit datur in carmine, fortasse dabitur & in colis, aut periodis, tamen si ne illic quidem, nisi ut pro breui sones longam, non contra. In synepia uero nequaquam idem licuerit. Et quanquam euidentius breuis ac longæ discrimen est, uocalem excipiente consonante, ut fructus & fructus, ut post docebitur: tamen apud ueteres finalis uocalis nulla sequente consonante manifesto discrimine signabatur. Id esse uerum liquet ex Diomede grammatico, qui docet o in fine uerborum solere produci Græcorum exemplo, qui ut *λέγω* dicunt & *τὸ πῶ*, ita illi dico et cetero: Post, inquit, usus in tantum obtinuit, uocalem hanc haberi pro ancipiti, ut ridiculus esset qui non corripere. At unde deprehendebat hoc irrisor ille, si tum pronuntiabatur nos pronunciamus hodie? Nimirum ex accentu, & mora temporis, præsertim in cursu. Qui producebat, dicebat dico tibi. Iam duæ dictiones habebant sex tempora, & syllaba prior in utraq; tantum habebat acutum. Qui corripiebat, ita sonabat, dico tibi, & eadem dictiones non habebat nisi quinque tempora. Itidem si dicas, amo pecuniam, facile dignoscant aures an sones iambos duos & pyrrhichium, an tribrachium & dactylum. L E O.

Monitus

Monitus sentio. V R. Nunc aliam accipe fabulam, quæ re eandem doceat. Quintilianus libro duodecimo narrat rusticum quendam testem interrogatum an nosset Amphionem, negasse. At cuius intererat illum nosse hominem, quæ esset minime stultus, suspicatus est id quod erat, rusticum, hominem quidem nosse, sed non agnoscere uocem partem rustice pronuntiatam. Itaque ueluti de altero percontans, rogauit an nosset Amphionem, uidelicet aspiracione sublata, & secunda syllaba breuiata: protinus agnouit Amphionem, qui Amphionem non nouerat. Hic accentus quoniam anteit penultimam, non indicat discrimen quantitatis syllabæ: quum enim penultima sit breuis, in antecedenti tonus sit oportet, siue corripatur illa, siue porrigatur. Vnde igitur rusticus ille discernebat à longa breuem? Nec enim refert ad dignoscendum facultatem, quod apud rusticos uitiōse corripiebatur. Sic esse pronuntiandum existimabat, hoc mihi satis est, quod aurium iudicio secrete breuem à longa. Vnde inquam? Non accentu, ut modo dicebam, sed mora temporis. Quum enim urbane pronuntiaret Amphionem, Ionicus erat *ἄνω* *ἢ ὑποκείμενον*, hoc est, spondeus cum pyrrhichio: quum Amphionem more rusticorum, trocheus erat cum pyrrhichio. Suetonius indicat Neronem Casarem mortuo Claudio stultitiam exprobrare solitum, unius uocalis productione. Quoties enim incideret, ut diceret illum esse mortuum, ita loquebatur: Desijt inter uiuos morari, porrecta prima syllaba. Quis autem erat hic ioco locus, si quæ admodum nunc loquimur, ita tum quoque nullum longæ breuique discrimen sentiebant auditorum aures? Num hæc tibi uidentur satis aperta. L E. Non habeo quod contradicam. V R. Accipe quod his omnibus euidentius est. Tot autores apud Græcos scriptores de numeris orationis conscripserunt, inter quos sunt Aristoteles ac Theophrastus, si rhetores contemnimus: tot apud Latinos, præsertim M. Tullius & Quintilianus. At oratio numerosa, quibus rebus constat? L E. Pedibus opinor. V R. Recte, nam ipsdem pedibus constat oratio soluta quibus carmen, nisi quod non æque certis legibus inter se iunguntur. At pedes unde constant? L E O. Ex breuium ac longarum syllabarum inter se conexione. V R. Rursus qua re discrepat à breui longæ? L E. Porrectiore mora pronuntiandi. V R. Si tum confundebatur longarum ac breuium discrimen, quemadmodum hodie facimus, quorsum attinebat celebres & graues uiros tot uoluminibus præcipere de numero dictione? Ac Romæ quidem, quoniam Democratiæ, propter senatus autoritatem temperata erat Aristocratiæ: multa apud populum, nonnulla etiam in senatu agebantur. Athenis autem quod esset Democratiæ pura, omnia agebantur apud populum. Quod si plebes imperita non discernebat longas à breuibibus, quorsum opus erat Demosthenem olei simul & somni factura hac sollicitudine discruciarum? Sin indocta multitudo bene modulatis delectabatur, rursus male compositis offendebar, qua fronte nos nobis loqui uidemur, qui præter accentus nullum in syllabis discrimen facimus, atque hic ipse acutus frequenter in causa est, ut pro breui sonemus longam. Frustra tam operose præcipitur, qui pedes congruant in iunctis & clausulis, incisorum, membrorum, & periodorum, si nostri arbitrij est pro breuibibus longas, pro longis sonare breues. Quir in medijs uita bant immodicam syllabarum celeritatem, quæ sic offendebat aures, ut puerillum crepitaculorum strepitus, unde Aristoteles eiusmodi compositionem chordacem appellat, si ubicunque tonus est, licet sonare productam: ut mulier, faciat dactylum non tribrachium, & temeritas faciat djambum, non pæonem quartum, qui constat pyrrhichio & iambo. Animula misera perijt, si pronuncies ut oportet, offenduntur aures eruditæ cursu breuium, quasi tu *τὸν χερδαντα* saltanti canas, aut *τὸν πρεπανολό*. At nos hic sonamus djambum in animula, duos dactylos in misera perijt. Quir quibusdam uisum est durius, quod Marcus Tullius in clausula posuerit, balneatori et archipiratæ: Demosthenes, *πῶσι καὶ πῶσι*, qui finis est iambici Scazontis, constans ex Trochæo & Molosso, si nobis licet, balneatori, tribracho & spondeo, archipiratæ dactylo & spondeo sonare. Rursus quir laudatur hæc eiusdem compositio, ipsdem in armis fuit, quod, in, armis fuit, spondeus iambo præponitur, aut quod ipsdem in armis fuit, sint duo cretici, si nobis licet, ut ferè facimus, sonare dactylum, & dichoreum, in ipsdem in, & armis, fuit: Siquidem tono decepti, priorem in fuit, producimur. Aut qua ratione probatur illa Ciceronis clausula, criminis causa, quia spondeus præcedit creticus, si nobis permittimus creticum uertere in dactylum, quod in probatur ab artis scriptoribus? Idem dicere possum

Tom. 5

XX de

de clausula Ciceronis, uerum etiam nota, in qua spondeus succedit anapesto, si nobis liberum est pro anapesto sonare dactylum, ut fere nunc uulgo sonant etiam docti. Quia illa Ciceronis clausula doctis olim uisa est felix: patris dictum sapiens, temeritas filij comprobauit, quod ultima dictio dichoreum absoluat, si tum liberum erat pro dichoreo sonare pæonem tertium, hoc est pyrrihichium ac trocheum. Sed exemplorum plus satis. Vides quantam sylum adferre queam, sed hæc declarandæ rei abunde, ni fallor, sufficiunt. L E O. Mihi sanè supersunt etiam. Cæterum nunc aures ista non dijudicant, v R. Quid causæ, nisi quod aures habemus afininas: quibus non placet lusciniæ cantio modulatissima. Et tamen istæ aures in musarum donis plus quàm afininæ, in saltationibus ineptis, in ebris cantionibus sentiunt longæ, breuis, acutæ, demissæ, mediæq; uocis discrimen. L E. Sic est: ubi intederis animum, tibi ualet. Si hæc sunt uera quæ narras, ut sunt profecto uerissima, nullus hoc tempore sonat Latine. v R. Adde, ne Græce quidem, ut cunq; nobis placeamus. L E. Multi quærunt in uocibus Græcis, quas usurpatione, sicuti uis fecerunt Latini, quæ ratio accentuum sit obseruanda. v R. Istud expedire per facile est. Si uox deflexa est ad normam Latinæ declinationis, feruetur accentus Latini regula. Id præter quàm quod iustius est, etiam commodius est. L E. Quamobrem? v R. Quia apud Latinos perpetua ratio est, Græci uariant, eod quod Latini fere spectant penultimam in polysyllabis in dissyllabis tonus propè semper est in priore, nec aliunde aliò migrat, quemadmodum apud Græcos. L E. Exemplo rem feceris dilucidiosem. v R. Quidam malunt dicere grammaticæ, grāmāticæ, grāmāticen Græco more, quàm Latine. At qui Latine si dicas, tonus semper erit in ea quæ tertia est ab ultima, alioqui grāmātica, ultimam habebit acutam: grammaticæ paternus casus, & grāmāticæ datiuus circumflexus: rursus ò grāmātica acutam, quanquam in septimo casu cogeris esse Latine. Item qui Timotheus dicit Latine, semper acuit antepenultimam, & hæcenus conuenit cum Græcis quoties ultima corripitur. Cæterum quoties ultima sit longa, tonus migrat iuxta Græcos in penultimam, ut Timothēi, Timothēo in Timotheum remigrat in locum suum. L E. Expeditius itaq; dicemus sōphia prima acuta, & philosophia antepenultima acuta. v R. Sic opinor. Nam quod Christiani quidam tantum tribuerunt accentui Græco, ut in metro quoq; syllabam natura longam corripuerint, uelut in idola, & paraclytus, ecclesia, & si qua sunt alia, condonandum arbitror pietati potius quàm imitandū. L E. Explana, quæso, crassius, quo sono discernatur natura longa uocalis à breui. v R. S. Id ne putes rem nouam, dilucide patet in linguis uulgaribus, quæ & sono & scriptura discernunt longam à breui, longam aut geminata uocali scribentibus, aut à dedita uocali uertentes in diphthongum. Dic Batauice album, sentis unicum i: dic latum, sentis geminū, quum tamen dictio sit monosyllaba. Audis apud machinas quibus onera tolluntur è nauibus, quoties iubent uolui rotam, simplex i: quoties uinum postulant, geminum. Rursum dic Batauice lagenam audis unicum e: dic Flandrice carnem, audis geminū. Idem discrimen in optimo, & bestia: ultimo & forma calceatia. Dic Batauice pellē, audis unicum e: dic multū Brabauice, audis duo. Itē Batauice puteū, audis u simplex: dic extra, audis geminū, nisi mauius hic esse peculiarem diphthongū. Itē dic Anglice panem, audis e breue, dic Batauice latā, audis ee geminū. Dic obesum batauice, audis e breue: dic similitatē, audis porrectū. Dic Batauice rotā, audis a breue. Dic consiliū, audis diphthongū æ. Idem fit in foramine, & uadite: in balneo, & lucro. L E. Jam mihi succurrunt istius generis exempla innumera. v R. Quo magis mirum est nos hæc omnia cōfundere seu Græce, seu Latine loquentes. hinc uox natura longa excepta prima litera, quid aliud sonat hodie quæ apud Latinos uir: quæ natura breuis est. Item πύργος, nos sequuti Græcos, male pronunciamus, quum Germani uocem eam à Græcis sumptam recte sonent, nisi quod tenuem uertunt in aspiratam, Bataui in u consonans. πύργος nos male sonamus, Galli recte, quum humile dicunt aut passum. L E. Sic est profecto. v R. Jam in hinc, quod ipsum ad nos fluxit à Græcis, Batauica lingua dum sonat dier. ð mutato in ð declarat quid sonauerit apud Græcos hinc. Ad hæc quid aliud sonat syllaba mus in animante longa, quàm in dictione mimus breuis: L E. Nihil prorsus. v R. S. Atqui discrimen docet Batauus sonans animantis uocabulum, in quo audis geminum u: si sones simplex, nullus quid uelis intelleget Latine nesciens. Tantum est discriminis in mora syllabæ, quod nos, perinde ac si nululit

uit
wilt
win
wijn
vles
Vlees
Best
Best
Lest
Vcl
Vecl
Put
Punt
Bret
Brect
Vest
Vect
Ract
Gact
Bact

nullius sit momenti, planè negligimus. Nihil enim aliud sonat nobis hodie las in puel/ las, quàm in Pallastes in res, quæ in uerbo es: lis in facilis, quæ in lis, unde litis: or in *εταρ*, quæ in uincor: lus in nullus quàm in palus & salus. Atq; item de cæteris, nec ullo modo dubi/ randum quin ueteres distinxerint manifesto uocis discrimine, Ne quis autem existimet hoc usque adeo barbaricum esse, de quo loquimur, præter alios Grammaticos & Quin/ tilianus ipse prodidit, Latinos usque ad Accij poetæ tempora & ultra, uocalem produ/ ctam, per eadem geminatam notare solitos, ueluti si scribas, uanus pro uanus, turbaas pro turbas, rees pro res, lijs pro lis, doos pro dos, saluus gemina uocali pro salus. Si nul/ lum erat discrimen, unde priscis tanta huius rei cura? Nunc uero quid interest inter prio/ rem syllabam in mala adiectiuo, & mala substantiuo quod illis erat maala: Inter finalem is, huius uerbi legis, & finalem audis, quod illi scribebant audijs: Inter legi à legor, & le/ gi à lego, quod illis erat leegi: Inter uiuis uerbum & uiuis nomen, quod illi uiuis, inter *δός* Græcum uerbum, & dos dotis, quod illi doos: Inter ultimam, manus genitiui, & ul/ timam, uulnus: L E O. Deum immortalem, quantum à recta pronunciatione degenera/ uimus. v R. S. In Græcis propè grauius etiam aberratum est. Quis enim distinguit inter *πύργου* indicatiuum, & *πύργουαι* subiunctiuum? Aut quis inter *ας* in *άνείας*, & *ας* in *λαμπάς*: inter *καλός* nomen, & *καλός* aduerbium: inter *κνέει* & *κνέως*, si tonum tol/ las, quum ipsum *ω* ex duobus *ο* pusillis conflatum admonere nos debuerit & productio/ nis & soni? Quod si nihil aliud sonabat *ο* quàm *ω*, quid sibi uult quod grammatici tanto/ pere prædicant *ω*, ueluti grandius quiddam resonans è specu oris: Quid autem facilius quàm eandem uocalem duplicatam, nō icu uocis, sed productione sonare? Id facillime percipiet, qui primum pro una sonarit duas, quemadmodum solent nō absoluti musici, quo certius canant ad icum manus, longam diducunt in duas breues: rursus eadem mo/ ra, perpetuo sono pronunciant eandem longam, animo tantū imaginantes geminū uo/ cis icum. Simili ratione periti complures breues, aut etiā longas cōtinuo sono pronun/ ciant, nec errant in moris, animo supputantes interualla, non uoce. Sic apud Latinos ex/ tibicen factum est tibicen. Igitur ut recte sones legi præteritum à lego, primū fac uocem trisyllabam, & dic leegi prima acuta, deinde pari mora, sed uoce continua legi, ut hæc uox quatuor temporibus extendatur, quū legi à legor constet tribus. Vt recte sones lege à lex, dic léege, mox inflexa priore, lége, ut dictio constet tribus temporibus, quum lege uerbum constet duobus. Item dic iúctiuus trisyllabās, mox iúctūs extento u. Dic máala, mox m'ála, quum arboris fructum indicas. L E. Tu quidem crassissime doces. v R. S. Ni/ mirum crassis tradenda. Itidē qui uolet assuefcere pronunciantis diphthongis, primum diuidat, deinde contrahat in eandem uocem: primū sonet musæ, deinde musæ: primum sonum, mox sonum: primū audio tetrasyllabū, mox audio trisyllabum: primū euge tri/ syllabum, mox euge dissyllabū, sic ut utrāq; uocalem liceat agnoscere, quamuis sono con/ fuso. Idem in diphthongis Græcis, ut *παίς πῶς, δημοδένει, δημοδένει, αίνος, αίνος, μύσος,* per u Gallicum, *μύσος*. Similis in Græcis productis est exercitatio. Primum dic *άνείας*, mox conflato sono in longā *άνείας*. Item *γ*, diuide in duo ee ore diductiore, aut in duo a, Scotica, & dic *γραμματικῆς*, mox perpetua uoce *grammaticῆς*, memor prioris soni, ut *κῆς* id sonet quod apud Gallos sonat, sed, apud Zelandos caseus. Similiter *μύσος* per *κεες* u Gallicum, deinde *μύς*. Item *καλός*, mox *καλός*. L E O. Video facillime discerni uoca/ lem longam à breui, si consonans finiat syllabam, ut in audis, legis: at non perinde facile, quoties uocalis claudit syllabā. Quum enim dico is ab eo, sic enuncio quemadmodum Bataui glaciē: quum lis unde litis, sic effero quemadmodū Gallus sonat lilia. At minus est euidens discrimen in colo uerbo, & colo nomine: in mála substantiuo & mála adiecti/ uo: in púter à putro, & púter à puteo uerbo. Accentus enim obscurum habet discrimen, nisi mora prolationis accesserit, nec ea facile sentitur, nisi in contextu, quam, ut dixi, Græ/ ci uocant *συνέπαισι*, ueluti si dicas, da bóna mála, ex duabus breuibus præcedētibus & una sequente sentitur a, productum in mála. Item ex bo, acuto sentitur ma circumflexum. Hinc iocus ille Plautinus, quum Sosia heræ minanti magnum malum, mutato accentu responderet pregnantī potius esse dandum málum, ut quod obrodar sit, animo si male esse occæperit. Verum his in rebus emendatior est Germanorum lingua quàm Gallorum, qui finales syllabas omnes fere producunt, nisi si qui uulgatam pronunciationem de/

didicerunt: ita sonant caput, quasi geminum haberet u, & audit. dicit, similiter, maxime uero quum dictio desinit in s. Itaq; recte pronunciant salus, uirtus & fructus gignēdi cap su, quæ nos confundimus: at non recte eodem sono pronunciant dominus & seruus; mus & Iesus recte sonant, at non recte minus & læsus. Recte sonant audis, uenis, nescis; at non recte, audit, uenit, nescit, aut non recte, scribis, legis, dicitis. Bene sonant, os, mos, flos: at non bene *σοφός, γαλός, κύριος*. Est igitur hic quod discamus à Gallis, est quod illi uicissim discant à Germanis. In medijs item ac primis syllabis amant porrigere uocales, uelut quum dicunt, arma, licet a, sit positu longa, tamen perinde sonant quasi sit geminū a, arma sono continuo. Id quo possint commodius, elidunt ē duabus sequentibus, mutis alteram, sonantes mama pro mamma, & alium pro allium, aduco pro adduco, atero pro attero, ualo pro uallo, annuus pro annuus. L E O. Suggestis animo quiddam, de quo frequenter addubitaui. Grammatici distinguunt uocalem natura longam, & positu longam. At apud Latinos quum omnes sint ancipites, eorū dicantur natura longæ quæ positu longæ non sunt, est ne ratio qua per sonum possim dignoscere? V R. Et hoc te docebit uulgata Gallorum pronuntiatio, qui omnes fere sonant ut natura longas, duas consonantes aut unam geminam uoce separantes à uocali præcedenti. Nos enim uidisti, sonamus, ut penultima syllaba desinat in s, ultima incipiat à t: Gallus penultimam finit in i, & ultimam incipit a f. Rex, lex, fex & pax & natura & positu longas Galli recte sonant: at fax tantum positu longam non item. L E O. Sed præter discrimen soni, unde liquet positu ne, an natura sit lōga uocalis? V R. Ex cognatis dictionibus hoc elucebit, in quibus abest altera consonantiū, uelut in amasti, a, natura longū esse declarat, quod & in amare sit longum, & in amati, quum absunt consonantes. Idem apparet in regis, legis, fecis & pacis. Contrā in face, in noceo, unde noxa, in Arabe & trabe declaratur uocalis recti esse positu non natura longa. Rursus in *τέτυφα* & *τύφω*: manifestum est u positu non natura longum esse in *τύφω*, *τύφω* & similibus. Eadem est ratio in *κύριος* pro re ancipite: proinde qui duas consonantes separat à præcedenti uocali, si producte pronunciat, declarat natura longam esse: si alteram partitur priori uocali, alteram posteriori, significat positu longam. Qui in *κύριος* sonat priorem breuem, consonantem u traq; iungit posteriori uocali. Sic Oratius Donatura cygni si libeat sonum: & Forma captiuæ dominum Tecmessæ: cmes, separandum est à te. Quanquam est nonnullis sua quædam pronuntiandi ratio, quæ iubet consonantes posterioribus uocalibus annectere, seu diducere, uelut in Atlas, & aruspex, quoniam prius compositum est à *τλάω*, & *α*, particula uehementiæ: rectius *τλ*, separatur à prima uocali, quemadmodum in *ἀστυς*. Posterius compositum ex ara & specio siue specio, sp rectius annectitur uocali sequenti. Cōtra est in abstemio, quoniam dictum est ab abstinentia temeti, s, melius annectitur primæ syllabæ. Quanquam hæc magis pertinent ad orthographiam quàm ad pronuntiationem. L E O. De uocalibus & accentibus uideor mihi satis instructus. Superest ut de cæteris item consonantibus nobis edisseras. V R. Referam quod memoria suggerit. Tres sunt mutarum ordines, primus est p tenuis, b mediæ, ph aspiratæ, quæ Græci propriam habent φ: secundus c tenuis, g mediæ, & ch siue χ aspiratæ: tertius t tenuis, g mediæ, & th siue θ aspiratæ. Atque hæc potissimum mutæ dicuntur, quod ne sibilum quidem, aut stridorem, aut strepitum ullum ædere possint, nisi uocalis addita sonum expediat. P sonatur dum compressis labijs, spiritus ex arteria prorumpens diducit os addita uocali, quæ si præcedat mutam, uocalis uelut obmutescit: exempla sint, pa, ap: unde Fabius hoc tribuit felicitati linguæ Græcicæ, quod nullam habeant uocem desinentem in ulla mutam, nec in m, quæ & ipsa uelut obruit uocem ore compresso. Consimili ratione promitur b, nisi quod leniore compressu labiorum uox exit, sed paulo largiore spiritu: largissimo φ siue ph. Euidens discrimen senties, si continenter pronuncies, pe, be, phe. c uero reducta inrosulum lingua, & hinc atq; hinc ad molares illisa, hærentem intra os sonum propellit in palatum superius: nec aliter sonatur g, nisi quod lenius exit, & paulo largiore spiritu, quum chi plurimo flatu proferatur: discrimen senties si sonueris co, go, cho. T sonabis, si summa lingua pulsaris supernos & infernos dentes, eos quos Græci, ni fallor, *τομῆς* appellant, modice diducos. D crassius erumpit: th crassissime. Eadem est sonandi ratio in duplicibus, ut *τάλαω*, *φύπος*, *γάρτα*: aut in compositis, uelut *κύριος*.

κύριος, κύνειος, φρέζω. Item in *κίδομα, κτήμα, κνίος, γνάμμα, χνούς, τλάω, βδέω*. Rursus in *τμήμα, τμήλος, δμῶς, θλάω, θνητός*, & alijs huius formæ. Nunc expendamus quantum in his à germano sono degenerauerimus: Græci pro w sonant b Latinum, si m litera præcedat, ut *ἐμπόρος* emboros, *συμπάρομα* symbæzomæ, *συμπόσιον* symbolion. Id durius fit, quum idem faciunt in diuersis dictionibus, mutato etiam sono u in u, ut *ἐμπρότα* embroto, *ἐμπυρ* embyri. Et hoc mutamur à uulgi delicijs. Nec enim huiusce rei ulla mētio fit apud ueteres, usque adeo in cæteris minutis tradendis penè dixeram supersticiosos. Rursus pro β sonant u nostrum consonans, *βέτραχος* uatrachos, *ἀμβρόσιος* ambrosios, quum probabile sit β apud præcos Græcos idem sonuisse quod apud Latinos sonabat b. L E O. Quibus in hanc sententiam ducere argumentis? V R. S. Primum est, quod ex tot Grammaticis scriptoribus nemo uarietatis huius facit mentionem. Hoc si leue est, dicam aliud. M. Tullius in epistola quadam ad Petum, ut demonstrat eandem uocem apud alios obscœnam esse, quæ apud alios sit uerecunda: nec in uerbo turpitudine esse, sed in sensu loquētis, producit bini, & *βίος*, quæ Latinis sit pudica, Græcis obscœna. Atqui si *βίος* sonabat tum Græcis, quod uulgo sonat hodie, non erat uox eadem apud utranque gentem, nihilo magis quàm apud Latinos bini & uini. L E O. Probabile est quod narras. V R. S. V. Arguit idem Græcicarum uocum usurpatio. Quod enim Græci dicunt *βός*, nos dicimus bos: & quod illi *βοῦν*, nos boare: quod illi *τὸν βῶν*, nos turbare: quod illi *βαλανείον*, nos balneum. Quid autem infinita persequor? Er si quid detorqueamus, in diuerfam partem id facimus citius, ueluti quum pro *βαλέ* dicimus papæ, hic peccat & eruditi, uulgi autem, & qui uulgatam pronuntiationem non didicerunt, interdum pro b pronunciant u consonans, & contrā, ut bibit pro uiuit, & uiuit pro bibit. Id peculiare dicitur cuidam Hispaniarum regioni. Audiuimus & Gallos aliquot ad eundem modum sonantes. Sunt & apud Germanos, qui pro b sonent p, & contrā, ut pipere pro bibere, & biper pro piper. L E O. Frequenter istiusmodi uoces audisse memini. V R. Imò & in libris manu descriptis huius pronuntiationis uestigia sæpe deprehendimus, ut baptifimus pro baptifimus, & uelle pro belle, & bicus pro picus, *βύπος* pro *πίπος*. Sed plus etiam est erroris in c, cui respondet apud Græcos κ. Aliud enim sonat Latinis quum præcedit e, i, y, æ, œ, quàm cum antecedit, a, o, u, ut in ceres, cinis, cynicus, coelum, cæcus, aliud in canis, colo & curo. Nam in illis uulgi non stratum penè nihil discernit inter c & κ, ut uix aures dijudicent cœnæ dicas à cœna, an sene à senex: & utrum silicem pro lapide, an Cilicem pro gête: citum à cio, an situm pro positum. In Sicilia, primæ syllabæ, sonum ægre dignoscas à sono proximæ. Qua quidem in re minus peccant Itali, præsertim Romani, qui tamen non prorsus eodem modo sonant c, ante uocales omnes, tamen ita pronunciant, ut manifesto discrimine dignoscas c literam ab h lingua in latus dentium læuum intorquentes, quum sonant Cicero, Cæsar, & Cyrus: in alijs tamen minus est crassitudinis, ut in canis, colo & cura. Difficilior autē est huius literæ distinctio, quoties præcedit h, ut in scio & Scytha, resciscit asciscit, quam tamen euidenter ac feliciter exprimunt Romani, nos mire cōfundimus. Nos hic & alio peccamus modo, spiritum addentes c, quoties antecedit s, & sequitur a uel u, schando sonantes pro scādo, & schutum pro scutum. Quin & Græci κ suum crassius sonant, quasi uergens ad γ, ac sibi non nihil meditās, quoties præcedit uocales aut diphthongos *ε, ι, υ, α, ε, ο, ι, γ*, quàm in cæteris. Nec dubium quin hæc differentia profecta sit à uulgo, quando nemo ueterum id scripto prodidit, quum tamen alijs de rebus minutissimis plurima conscripserint. Ex linguis autem popularibus, quas constat olim lingua Græca permixtas fuisse, conijcere licet, κ ante uocales quaslibet perpetuum suum obtinuisse sonum. Sic Germani uulgo sonāt Cæsarem, Bataui silicem, sic Picardi ici, quod imitatum est à Græco *ικα*. Nec me fugit hanc Galliæ partem ob pronuntiationem ride ri à cæteris, retinet tamen manifestiora Græcæ Latineq; linguæ uestigia. Rursus si quis audiat Anglum peritum osculum, agnoscat Græcum *κύσσω*, in qua uoce nos pro u Græco sonamus u Gallicum. Et in nostrate lingua, quoties illud tenue uolumus exprimere, pro c scribimus k, non aliter sonantes eam in ky, quàm in ka, ueluti quum diminuti ue dicimus puellam, aut puerum non diminute, aut nosse, aut peccere, aut mentum. Et quum Angli dicunt iugulo, aut regē, aut serua. Nec defuere Latini, qui non patiebatur

Meys kin kind kenne kemmes kynne

e praepositione, ut ca, sed ka scribendum censuerunt, quod ab eruditis reiectum est, negantibus hic opus esse litera Graecorum commodatitia, quum e suum natium sonum ad omnes uocales deferat: Probabile est igitur & apud Graecos, & apud Latinos c, eodem fuisse sono, quacunque uocali sequente. Nam Latini k propemodum pro superflua dixerunt, quemadmodum & q, quibus uix utebantur, nisi quum unica litera signarent totam dictionem, ut Q, pro Quinto, K, pro kalendis. Atqui superuacanea non est, si notrum c, crebro proxime accedit ad uocem s. Postremo uel a ranis discere licet quod narro. Nam his haec litera peculiaris est, quum audimus illas quotidie modulantes illud suum *βρεκεκεκεφ κωφ κωφ*, in quo non percipitur illud crassius, & ad *γ* sibilum uergens, quod nunc audimus in uulgata Graecorum pronuntiatione. L E O. Certum est argumentum. Nam ranarum non mutant cantionem suam tot iam seculis, quum homines nihil sinant esse diuturnum. V R S. Non absurde dicis, si quidem ranis lingua summa religata est, postrema quae fauces spectat libera, ut aliter sonare non possint. Iam mediam quae est *γ*, uel *g*, Latini non semper eodem enunciant sono. L E O. Qui sic? V R S. Quum dicis uaga, uago, exiguus, nonne aliud audis, quam quum dicis, uage, uagis? L E O. Prorsus. Nam in ga & go & gu, audio nescio quid crassius ac spiratius. V R S. Item aliud audis in lego quam in legis, legit, in longas quam in longis. L E O. Sentio. V R S. Similiter in Graecis aliud audis, quum dicitur, *θεολόγω, θεολόγος, θεολόγος*, quam cum *θεολόγος, θεολόγοι*. L E O. Vt nos quidem sonamus. V R S. Huic malo succurrit Germanorum pronuntiation, qui sono per omnia simili dicunt, lego, legis, legit. L E O. Video quemadmodum ex corruptis libris, itidem ex linguis quamlibet uitiatas posse quaedam deprauata restitui. V R S. At quibus Bataui ridemus hic Germanos, quasi uitiosum sit, quicquid diuersum est. L E O. Ad istam rationem nihil non esset uitiosum inter homines. Verum ut hic recte sonant *g*, ita perperam sonant quum dicunt, caudeo pro gaudeo, & cades pro gades. V R. Ita sane sonant quidam, qui uulgatam pronuntiationem dediscere aut non potuerunt, aut neglexerunt. Verum ex malis si quid inest boni, decerpere sapientis est. Nos tamen grauius peccamus in aspirata *χ* siue *ch*. L E O. Tantum ne peccatorum? Expectandus est annus iubileus. V R. Fortassis excusabitur ab aliquibus, quod pro mihi sonamus mihi, rursus pro mihi mihi, quo iure ueteres in Hebraeis usi sunt, quo sonus sit uegetior, ut in Ioachim, & Ioachim. Verum quod pro *καόχουου καόχουου*; pro Christo sonamus criste, pro christi ma crisma, quis feret? L E O. Nemo, nisi qui nescit discrimen inter Christum & cristas. V R. Sunt ex aduerso qui aspiratum pronuntiant, etiam cribrum. L E. Iste nomine Germani superiores male audiunt, quum & id si quod est, uiti multis modis compensent, & ab Italis profectum uideatur. V R. Scio quid dicas. Arrium sentis quem epigrammatarum det Catullus, qui pro commodis dicebat *chomoda*, pro insidijs *hinsidias*, ex cuius immodico statu tantum erat discriminis, ut poeta timuerit, ne posteaquam ille Syriam petens nauigasset Ionium mare, iam non Ionium diceretur, sed Hionium. Et olim fuerunt apud Graecos, qui uitabant aspirationem, Iones opinor: & apud Latinos priscos. Et ne quid existimemus sub sole nouum esse, sunt hodie qui spiritum addunt ubi nihil opus, & spiritum adimunt ubi erat addendus. Quorum hoc posterius Flandriae parti gentilitium est, qui mira constantia spiritum addunt tenuibus, & adimunt aspiratis. Is error uelut agnatus haeret illis etiam Latine Graece uel sonantibus. Quemadmodum enim uulgata lingua dicentes herum, subtrahunt spiritum, & sonant honorem, ita quum dicunt honorem addunt: Latine loquentes ululam uocant hululam, & humilem umilem. L E. Pulchre pensant uitium uitio. V R. Audiui Florentiae in professione publica constanter pronuntiantem, chorpus, chalidus, & champus, quum tamen ea ciuitas procul absit a mari, etiam si plus satis uentorum immittit imminens Appennini dorsum. Arbitror tamen non fuisse Florentinum. Contra caeteri Itali uix distinguunt hominem ab omine, quod nos ingenue distinguimus, & utriusque alteros ridemus, quum peccemus utriusque. Ac ne soli nos in pronuntiatione labi uideamur, sunt apud Italos, qui ex publico sermonis usu pro laudo sonant laldo, pro audio aldio. Rursus qui pro deus degus, pro cum egum, siue echum: ad haec, qui more Hebraeorum plerumque syllabas extremas acuto sono pronuntiant, Bergomates nihil fallor. Mentior nisi his auribus audiui Romae sacrificos ad hunc modum pronuntiantes, quumque narrare in conuiuiis quid audissem, existimas id incertum esse, uisere quidam, & protinus

ecr
hecr

protinus agnouere ciuitates essent qui sic pronuntiaissent. L E. Equidem arbitrabar nos solos barbaros sonare barbare. V R. Hodie uulgus nusquam non est barbarum. Quin & chi non protinus idem sonat in *χείρας, χείρας, βραχίον, χείρας, χλω, χεῖρὸν, χεῖρας*, quod in *χειρας, χεῖρας, & χεῖρας*. Illic enim audis nescio quid sibili, quod in posterioribus non audis. L E O. Num id recte? V R. Non ulla ratio, sed delitiae morem hunc inuenerunt, mea quidem sententia. L E O. Apparet. V R S. Quod dicam a priscis traditum est, *γ* si sequatur aspirata *χ*, aut alterum *γ*, aut *φ*, sonat medium quiddam inter *υ* & *γ*, ut *εγγεῖδου, εγγεῖ, εγγεῖ, λυγ, λυγ, σφίγ* enchiridion, rhoncus, angelus, lynx, sphinx. Ad hoc non conuenit his literis in eadem dictione: ut si prior syllaba desinat in *υ*, uertatur in *γ*. Nam ab *υ* & *χ* compositum est *εγγεῖδου*. Quod si post *γ* succedit *κ*; utriusque literae sonus mutatur, uelut in *αυγα, αυγα, αυγα*. Nam in his *γ* propemodum sonat *υ*, & *κ* propemodum *γ*: prope modum dixi, quod non ad plenum exprimitur *υ* & *γ*, sed medium quiddam inter utrumque. Simile quiddam auditur & apud Latinos, si literae *g* succedat *n*, aut alterum *g*, aut *c*, aut *q*, uelut in *magnus, agnus, pignus, cygnus, magnes, agger, aggero, ancora, anquiro*. Ac ueteres, quorum est Victorinus, adeo putabant nobis hic deesse literam, medio sono inter *g* & *n*, ut pro aggerem et suggestum, scribendum existimarent, *angerem, & sungenstū*. Rursus pro ancora, *agcora*: pro ancylia, *agcylia*. Verum *n*, litera nostris auribus blandior uicit. Illud certe constat, Italos emendate loquentes, aliter sonare *magnus, agnus*, quam nos sonamus. Nec enim sonant *agnus*, ut a per se sonet, nec *agnus*, ut *g* haereat priori uocali, uerum pro *g*, audis quiddam quod neque sit prorsus *n*, neque prorsus *g*, sed e duobus in medium quiddam. Ex eodem fonte nascitur, quod quidam scribere maluerunt anquiro quam acquiro, quod quum obtinet eandem cum *c* & *k*. Ea uarietas declarat illos, nec prorsus sonuisse *g*, nec prorsus *n*, sed medium quiddam. Idem cenfebant de *ec* quid, nunquid, nancq, tanquam, quanquam, & similibus. Vis enim literae *q*, sic *m*, uertit in *n*, ut *g*, sonum admisceat. L E O. Haec mihi uidentur argutiora, quam pro nostra regione. V R. Simile quiddam tradunt de sono medio inter *m* & *n*, si sequatur *p*, *b*, aut *ph*, ut in *ampullis, Lycambes & Amphimachus*. Ausculta ut sonos auribus diiudices. Quid audis quum sono *Lycambes*. L E. n. V R. Quid quum *Lycambes*? L E. Prorsus *m*. V R. Quid nunc? *Lycabes*. L E O. Nec *m*, nec *n*, sed quiddam utrinque mixtum. V R. Bene habet quod haec inter nos aguntur lingua: nam calamo noti possint exprimi. L E. Nisi uocalis esset calamus, quales erant illi plus satis loquaces, qui *Midæ* auriculas sic traduxerunt, ut hodie quoque pro uerbis celebrentur. V R. Sic est. Sed ut pergamus in *t*, *d*, & *th* siue *θ*, uide quot modis peccetur. Germani superiores *th* subinde sonant & scribunt pro *t*, pro theon pro proteus. Contra nos sonamus *t* pro *th*, ut in *Theologus, Timotheus, & Phaethon, Phlegethon*, alijsque innumerabilibus, sed multo magis quum aspirata adheret consonans alia, ut *θυγτρος* sonamus *τυγτρος*, pro ethna, ethna, pro *θετρω* pro thraces traces: & in totum aegre assuescimus huic aspiratae sonandae, quam feliciter exprimunt Angli in initio, quum sua lingua dicunt *furem*: in fine, quum dicunt *fabrum ferrarium*. Nam his uocibus uelut inimitabilibus solent hospitem prouocare. Qui crasse docent, monstrant *θ* propemodum sonare, quod nobis sonat *if*, quam syllabam nostra lingua facillime sonat in *ifa*, quum duabus syllabis dicimus, simul. L E O. Agnosco. V R. Quin frequenter *d* & *t*, differentiam confundimus, uelut quum pro *Dauid* sonamus *Dauit*, & ad *Petrum*, ad *te*, at *Petrum*, at *te*: quod idem facimus in *b*, nonnunquam sonantes pro *abste*, *apste*, quum *d* & *b* crassius sint sonanda. Porro quod Graeci *τ* sonant, ut nos *d* Latinum, quoties praecedit *υ*, in *ευρος & ευρως*, arbitror eos eodem iure facere, quo pro *ω* sonant *b* Latinum in *εμπροσ*. Nam quod pro *ti*, sonamus *ci*, quoties excipit uocalis, fortassis ueterum autoritate probatum est in *Laurētius*, & *patientia*, quum idem apud Graecos nequaquam fiat. De duplicibus duobus *φ* & *ψ*, iam per occasionem diximus, quas Galli aegre pronuntiant, duntaxat in initio dictionis, saluus sonantes pro *psalmus*, & *senia* pro *xenia*: nos hic certe sumus feliciores. Et Gallorum quorundam uulgus, hic addere solet *e*, exenia pro xenia, *epsallo* pro *psallo*. Idem faciunt in *sp*, *pto* *sto* sonantes esto, pro spectro expecto. L E. Istud non in Gallis tantum animaduertere liceat. V R S. Scio & ante dictum esse, cum quibusdam Hispanis hoc illis esse commune. Et una tantum Galliae pars habet quod dico, ne totam in me concites. Tertia duplici tum

Thief
smgth

Tfamen

Ti

Z est ζ, complectens in se σ & ρ, si ρ crasse pronuncies. Vnde Græci quidam pro γολφ
 scribunt γασδα; pro μέλιον μέλιον. Alii rursus σφ uertunt in ζα: inde nobis etiam
 ζεβλος pro διδβλος. Hanc literam, quoniam non reperitur in Græcis dictionibus, Latini
 ferè uertunt in geminum s, ut in patrisso σαρρίζω; & in musso μύσω. Eam Germani
 & feliciter & frequenter usurpant lingua uulgata, quemadmodum & Sarmatæ uidentur
 ea delectari. Nos tamen loquētes interdum usurpamus illius sonum ubi nihil opus,
 id ferè perpetuo quoties s, incidit inter duas uocales, pro læsa dicentes læza, pro uise
 uize, pro illuso illuzo, pro risi rizi: quod unde uenerit in nostram consuetudinem non
 satis queo coniectare, quum Romani non uariant in huius literæ pronuntiatione, nec
 causam uideo mutationis, nec ab ullo ueterum tale quicquam sit traditum. Nec enim fa
 debet aliud sonare in musa, quam sonat in salus; nec so aliud in uiso, quam in solus: nec
 se aliud in uise quam in sedeo; nec si aliud in risi quam in sileo. Nec huiusmodi rei quic
 quam est apud Græcos, quibus σ sonum suum perpetuo obtinet locis omnibus. L E O.
 Atqui quosdam audio pro simplici s, sonare geminū. V R. Atq; adeo scribūt quoties an
 recedit longa uocalis, ut in caussa & lessio. Ad eum modū sonādum sit ζ. V R. Recte mo
 nes, nam exciderat. σ lingua pone dentes superiores appressa profert lenem sibilū, qua
 lem adit serpens munitans & erectus, ubi quis imprudens propius ad nidum accesserit,
 unde litera S figuram habet eius animantis sibilum & dentis & inflexo corpore deter
 rentis. Vnde & exhibilandi uerbum deducum. Huic sibilō accedit sonus ρ, sed crassior
 aut lenior potius, quemadmodum in cæteris duplicibus sibilum antecedit habitus uis
 quo sonatur p, aut c. Demiror autē quur hæc litera tantopere displicuerit Dionysio the
 tori, qui tradit eum ferarum esse sonum, & uix homine dignum, quum Græci in plerisq;
 dictionibus ρ uertant in σ, sicut attigimus supra: rursus quoties incidit η geminum, ma
 lunt in geminum os uertere, pro γλώσσα γλωσσα, pro θέηλος θεσσαλος, pro τῦ οῦ sonātes.
 Nam si ideo displicet, quod hunc sonum a serpentibus didicerunt homines, displicere
 debet & k, quæ ranarum est & coccycis; & b, quæ est ouium: & m, quæ est boum: & s,
 quæ est asinorum: & g, quæ est canum rixantium: & a, quæ est puerorum uagientium.
 L E. Atqui ne desit omnino patronus Dionysio, prisici Latini uidētur illam elidere soliti.
 Quod genus illud ex epigrammate quod refert Plinius in historia naturæ, Regina lu
 nonis supremi coniugis templum. Item illud ex Ennii uersibus quos adducit Aul. Gel
 lius: Doclus, fidelis, suavis homo, facundus, suocq; Contentus atq; beatus, scitus, secun
 da loquens in Tempore. V R. Quid mihi narras Ennios, quasi non idem hodie faciunt
 in oratione soluta Galli, quod Ennius fecit in carmine: prorsus elidentes s, quum incidit
 inter uocalem & consonantem: in fine uero sic obscurantes porrecta in immensum uo
 cali, ut uix sentias, uelut in est & dominus, in quorum priore, eliso s, sonant geminū, aut
 triplex potius eee: in posteriore, u trium uocalium habet spacium. L E. At mihi uident
 tur uiri iusti pariter ac prudentes Hispani, qui quod Galli peccant in s, abunde pensant,
 nihil sine hac litera pronunciantes, ac sæpius eam in eandem dictionē infuleiētes. V R.
 Vera narras. L E. Si ludere uacaret, dicerem Gallos, quoniam nō assueuerunt sibilis ob
 serpentium illic raritatem, metu ac religione uitare literam, ne prouocatum cognato si
 bilo noxium animal frequentius eò demigrēt. Contrā Hispanos, ut uiros fortes, & ser
 pentium sibilis assuetos, adeo contemnere illos, ut etiā oblibent, quo absterreant, quo
 modo solent quidam oppedere tonitruis. Quod si nūc in re etiam seria fas esset iocis in
 dulgere, poteram & illud aduersus Dionysium proferre, quod matres ac nutrices hac li
 tera quam ille uti pream uocat, somnos accersunt infantibus. Sed mittamus & iocos, &
 recentiorum delicias ac fastidia, quot homines tot sententiæ. Magis me mouet, quod
 prisicis illis tantopere displicuerit, qui parce literam hanc admiscuerunt, in tantum ut
 quidam totas odas conscripserint σίγμωσ, hoc est nusquam admixto σ. Quin & Pinda
 rus fertur hæc literam infamasse uersu; πρὶν μὲν ἦεναι χοινοταυὴ φωνήεντα διδυράμωσ ὑπὸ
 αἰῶ

αἰῶνι δὲ δαδὸν ἀνθρώποι. Iam & illud admiror, quum s respondeat gemino sigma; in hoc
 enim uertunt Latini, quur tantopere probetur eruditus, ut Quintilianus homo minime
 surdus, uix aliam putet spirare suauius, ut in zephyris & zopyris. L E. Dicam quod uer
 nit in buccam. V R. Ut lubet. L E O. Ipsa se mollit, ut quædam si modice sumas lædunt;
 si copiose, profunt, ut de lactucis & testudinibus est proditum: quemadmodū n, in man
 na iucundius sonat, quam in maneo; et m in mamma mollius est, quam in lama. Tum uis
 literæ ρ, admixta temperat asperitatem sibilis. L E O. Nihil absurdū loqueris. Superest f,
 de qua superius per occasionem nonnihil attigimus. Sed pleniorē explanationem da
 ta opera in hunc distulimus locum. Et hanc quidam iudicarunt superuacaneam, scriben
 tes philius, phacio, phacies: mox ph, seruata est Græcis dictionibus, phama, Phaeton,
 Phœbus, Philippus, Pamphilus: Latinis dicata f, felix, facio, fibra. Quamquā ne hic qui
 dem satis constantes sumus. Nam famam, fugam & furem per f, scribimus, quum Græ
 cis sint φήμη, φύγη, φῶρ. Quod si prorsus idem sonat f, quod ph, siue φ, cōstat literam esse
 superuacaneam. Rursus si nihil interest in sono, qui conuenit, ut φ numeretur inter mu
 tas, f, locus datus sit inter semiuocales: Ad hæc quid opus erat Aeolibus digāma, quum
 haberent φ: aut nobis quum suppeteret f? Fatentur enim omnes Claudii Cæsarem iu
 re addidisse digāma Aeolicū, quod nostro s, in uerso notabatur φ, ut cunq; uicū consuetu
 do. Ad hæc, quum autores quidā tradant apud nos u, consonans eam habere uim, quam
 apud Aeoles habet digamma: sequitur has literas sono uariasse, quando quidem cōstat
 u consonans, sonare diuersum quiddā ab f. L E. Sic apparet. V R. Iam Priscianus nō om
 nino malus autor, scripsit nonnihil esse discriminis inter ph & f. Quod euidentius facit
 Quintilianus libro primo, referens iocum Ciceronis ex oratione pro Fundano, testem
 Græcum opinor, irridentis, quod primam eius nominis literā sonare nō posset, phunda
 nus dicens pro fundano. At M. Tullius magis erat irridendus, si Græcum φ, & Latnum
 f, nihil sono discrepant. Idem Fabius libro, ni fallor 12. cōmemorat hanc literam Latino
 rum inter eas, quæ parum felicitis sunt soni, quod inter dentes effletur, unde fieri putat, ut
 sermo Latinus ne possit quidem ad iucunditatem Græcicæ pronūciationis aspirare.
 Atqui si in hac litera paria faciunt Latini cum Græcis, ridiculum est quod Fabius hoc
 argumento persuadere conatur, nos Græcis inferiores esse uocem suauitate. Adde his
 quod Terentianus docens huius literæ pronuntiationem, euidenter indicat discrimen
 inter ph, & f, quum enim docet aspirationem in initio uocalibus additam, aut consonan
 tibus quatuor a tergo adiectam, non mutare literæ sonum, sed tantum aspirationis gra
 tiam addere, Sotadeo metro sic rem explicat:

Quia non adicit litterulis nouum sonorem,
 Sed Græcula quædam scholice nitela uocis
 De f, longe aliter loquitur, referam enim illius carmen
 Imum superis dentibus apprimens labellum;
 Spiramine leni, uelut hirta Graia uites,
 Hanc ore sonabis, modo quæ locata prima est.
 An non hic duplici nota discernit φ ab f, primum quod in f, labium inferius apprimi
 tur superioribus dentibus, deinde quod spiritu leniore profertur, ueluti studio uitandi
 Græcam aspirationem, quæ est in φ, cuius sono labijs utrisq; diductis spiritus uehemen
 tior erumpit. Et haud scio an probabile sit, percontatorem illum qui ex Amphione su
 stulit aspirationem de quo supra meminimus, ex Amphione fecisse Amfionē, quemad
 modū alter ille Græcus ex Fundano fecit fundanum. Quæ si uera sunt, triplici uarietate
 distincta sunt, ph, f, & u consonans. L E O. Qua ratione possunt auribus discerni? V R. In
 ph, magis stringuntur labia, prius quam erumpat spiritus, is erumpit uehementior labijs
 aë dentibus: latius diductis: in f lenius, dentibus penè coeëtibus, & inferiore, ut dictum
 est, labro superioribus dentibus affixo, ut inter hæc litera uelut effletur: in u consonante,
 multo etiam mollius effertur aspiratio, quàm uel in φ, uel in f, diductis & labijs, & den
 tibus in exitu uocis. Nunc auribus obserua sonos, & oculis os meum intuere. Dico
 pha, fa, ua. Rursum phama, facio, uado. L E O. Papæ manifestum uideo discrimen. V R.
 Superest scrupulus, quid Aeolibus sonuerit digamma, tum autem an hodie recte so
 nemus u, consonans. Primum ubi iaceo sonamus constatis primis uocalibus, præter
 ta nihil

uoces fuerint, aha, uaha, ohe, & prohe: alijs dicentibus nihil magis, precipi posse, quo modo scribendae sint interiectiones, quam praescribi potest alienis affectibus quorum illae sunt notae; consonantibus uero postposita uehementius sonat. Postponitur autē c, e, p. Semper autem p apud Graecos, si consonans haec sit uocis initium, rursus in medio geminatis p, additur posteriori, ut in choris, thymū, phyllis, & rhetor, & catarrhus. Nec raro medijs uocalibus interferitur, quo sonus sit uegetior. Siquidem Aulus Gellius citat peruetustos codices, quos existimabant fuisse Maronis *αὐτογράφοις*, in quibus aisse uidisse uersum hunc ex secundo Aeneidos libro.

Exultat telis, & luce coruscus aëna. ita fuisse scriptum, ut superne inter a & e, h litera fuerit annotata, a^bena. Similiter in illo uersu, Aut folijs undā tepidi despumat aëni. Quod idem in nihil & mihi facultatū, iam prius admonuimus. Adeo uero non est superuacanea, ut Aegolum exemplo Latini quoq; huius uice subiiciant, dicentes, ut modo dictum est, pro herdeo fordeum, & pro hœdus fœdus. Latini in Graecis usurpandis non raro uertunt in s, quum pro s dicunt sus, pro *σπῆσι* superbus, pro *σπῆσι* serpo, pro *επτέ* septem, pro *ἕξ* sex. L E. Mirum istos adeo contempsisse spiritum, quum uideamus & arbores diffringi, & tecta subuerti, & mare intumescere, & terremoto cieri spiritu. Verum illud adde, quomodo promēdus hic flatu? V R. Quid ni superne? L E. Non hinc ambigo, quanquam & ructus superne erumpit: Sed quibus & quomodo temperatis organis? V R. Id in arteria, musculis & faucibus sitū est, tam morigeris, ut animo nonnunquā aliud agēti tamen obsequantur. Puer uirilem uocē ædere nō potest, sicut nec mulier, nimirum ob angustiam transitus. At uir constrictis, musculis, quum libet, uocem ædit puerilem. Et alioqui contractis aut dilatatis faucibus & arteria pro suo arbitratu, magis exilem aut grandiozem emittit. Nec igitur summis labris ædendus est flatu, qualem solent, qui pultem plus æ quo feruentem refrigerant, nec ab umbilico ducendus, ut solent Germani quidam, tantum efflantes uenti, quantum molæ farinæ cicut cum agenda sic satis, sed moderate proferendus ē faucibus, neq; fatigandus pulmo, uelut in spiritosis, ac labore anhelis. Sunt enim in quos illud ē fatyra possis dicere: Tūc immentia caui spirant mendacia folles. Et sunt rursus qui moleste ferant sibi inhalarī spiritum alienum, qui nonnunquam obolet allium, cepas, aut fassamētā, aut polypum, ut absit scabiei contagiosae, aut pestilentiae, alterius uē morbi periculum, quum nullus sit facilior quā per halitum, transitus. L E. Vnde mihi uidetur modestiae causa natum, quod quidam ore presso loquuntur, quae res apud Gallos mulierculis uersa est in iocum oris pusilli. V R. Ab eadem modestia natū arbitror, quod olim oculis semiclusis inuicem intuebantur. Id indicat picturā nostrates ante annos fere centum æditae, tali forma nobis exhibentes, si quos intelligi uolunt ab improbitate uehementer alienos. L E. Emoriar, nisi isthuc in picturis mediocri antiquitatis saepenumero miratus sum. V R. Verum ut hoc ineptum sit, tamen est in oris & oculorum diductu quaedam decora mediocritas. Me puero sese sic stringebant mulierculae, ut insectas diceres. Ea res quum esset inepta, uidebatur quum primis elegans, simulq; quod erat. consequens, uerecūdum habebatur quā minimum cibi capere. Ad id enim cōfert mediū corporis strictura. At ē diuerso partum decorum est mulierem discinctam uideri.

Virtus est medium uitiorum utriusq; redactum. Idem obseruandum in diducendo rictu, in dilatandis faucibus, in promendo spiritu. Peccant qui nihil aspirant, peccant qui aspirant omnia, peccant qui lenius quā sat est, peccant qui plus satis, sed grauissime peccant qui praepostere id faciunt. Nec quiuis flatu est aspiratio literaria. Concitatus, anhelus, aut qui procul semotis loquitur, ut solent nauitae rusticisq; maiore spiritu loquitur, quā qui cum proximis confabulatur. Verum hoc nihil ad grammaticum. Alioqui nullius literae sonus absq; spiritu promitur. De spiritu satis uidemur nugari. Addamus his, si uidetur, reliquas semiuocales l, m, n & r, inter quas p Dionysius *ἡνωτοστόλιον* appellat, quum sit asperioris soni. Nam linguae fastigio in palatum superius uibrato tremulis ictibus fragorem reddit, qualem audimus in lapide magno impetu perpulso funda, aut iaculo balista excusso, aut baculo uirgaute celeri motu per aerem acto. Vnde in dictionibus quibus celeritatem, impetum, aut asperitatem significare cupimus, hanc literam admiscemus, ueluti Graecis in *ῥῆμα, ῥῆμα, ῥῆμα* *ῥῆμα*

ῥῆμα, ῥῆμα, ῥῆμα, ῥῆμα: Latinis in rapio, rio, roto, fulgur, tonitru, torrens, ructus, horror, fremo, frendo, strido. L E. Itane uoces ad rerum quas significant, similitudinem efficitae sunt? Arbitrabar fortuito natas, aut certe pro arbitratu instituentū reperas. V R. Imò referunt ipsi elementis ipsosq; sono quod significant, uerum nihil est necesse rem totam, ut est, uoce representari, satis est aliquam similitudinem apparere: quae si non appareat, tamen aliquid causae subest, cur huic rei uocabulum hoc sit impositum. Bellum apud nos omnis gratia blanda uoce sonatur, quemadmodū apud Graecos Furiae dicuntur Eumenides. Ita qui lenitatem, aut lenitudinem declarant, amant l, ut Graecis *λαός, λήθη*, Latinis, lentus, labi, lenis, lubricus. Quae uero magnitudinē, m, quā uelut la spacio maior litera, gaudent, ut Graecis *μέγας, μακρός*, apud Latinos, magnus, mons, moles. L E. Quir igitur leonem dicimus potiusquam reonem? V R. Vel omnis causa, uel quia in longū porrectum est animal nullius proceritatis. L E O. Si uera narras, oportebat cuiuslibet rei in quauis lingua idem esse nomen. V R. Nihil est necesse. Quum enim sufficiat qualicumq; rei representatio, potest eadem alijs atque alijs modis effingi, ueluti quā Graece dicis *χρῆμα*, Latine hio, Bata uice chapen, in singulis sentis expressam oris diductionem. L E. At quur *μακρόν* & *μικρόν*, quum diuersa significent, eandem habent consonantem? V R. Affinitas inter contraria poscebat hoc, sed per a, quod ample sonat: & i, quod exiliter, notatur discrimen. Ad haec quoniam eiusdem rei multae sunt qualitates, satis est si ab una quapiam harum sumatur uocabulum, nec absurdum sit, si res eadem lingua pluribus uocalibus signetur. Verum satius est ut hanc disputationem in aliud tempus reiciamus, uel quia uix habet exitum argutatio, uel quia ad id quod institimus nihil habet momenti: Alias dabitur ocium si libebit. L E O. Tuo arbitraui, sed absolute quod oris es. V R. De l, dicam, itaq; si linguā ualide tendas in eam palati partem quae dentibus supernis est proxima, moxq; diducas os, erumpit blandus ille tinnitus, sonantior tamen in medio ac sine quā in initio dictionis, ut sol, mel, uolo, lego, nisi quum finit syllabam, ut soluo, saluus. M, uero compressis inter se labijs, mugitum quendam intra oris specum attractus naribus ædit, sonantissima in medio duplicata, ut mamma: in fine prorsus obmutescens, unde *μύμη* dicuntur Graecis, & Latine mussare, qui ta cite loquuntur, nec audent uocem claram ædere. Hinc & mutum dixerunt Latini. Superest n, quae ad palati conuexum inhærente lingua, gemino naris & oris spiritu uocem explicat, maxime tinniens in medio geminata, et in fine dictionis, aut syllabae, ut in manna, mandragora & nomen. Vnde & tinniendi uerbum Latinis, elementi uocem exprimens, fortassis & ganniendi. Docet autem Fabius, olim diu fuisse rarum semiuocales duplicare, ut in alijs, lallare, Tullius, manna, fanna & curro: & probabile est ueteres sic fuisse loquutos ut scribebant. Nam eam rationem Quintilianus indicat optimam, ut ita scribantur dictiones, quemadmodum sonantur. Contra uocales, ut dixi, productas geminabant. L E O. Isto pacto Gallos uideo posse defendi, qui palii dicunt pro pallio, mamma pro mamma, fanna, pro fanna, anum pro anno, panum pro panno, torrens pro torrens. Quamquam hoc non in liquidis tantum faciunt. Ex concursu quarumlibet consonantium aliquam elidunt, aut certe obscurant, dum capa dicūt pro cappa, lipus pro lippus, batus pro battus. V R. Ridiculum sit nunc in nostram prononciationem asciscere, quae Ciceronis etiam aetate erant obsoleta. Nec minus tamē peccant, licet diuerso uitio, qui pro simplicibus sonant geminatas, comma pro comā, commedo pro comedo, commihus pro cominus, collo pro colo, bonus pro bonus, curro pro curro, rippa pro ripa, pro pene penne, pro anus annus, camellus pro camelo, mustella pro mustela, suadella pro suadela. Si uectustas patrocinator error, antiquum est & haec ita sonari. Etenim ni fuisset hic error, Victorinus non rixaretur cum suis discipulis, quod in his dictionibus consonantē perperam geminarent. Quanquam idem autor indicat, consonantem duplicandam Sicilica notula signari solere, quae cuiusmodi fuerit, nec mihi satis liquet, nec refert quum is scribendi mos iam olim exoleuerit. Nihil, opinor, superest praeter y, qua Latini non utuntur, nisi in Graecis dictionibus Sonum illius fuisse medium inter i & u Gallico more prononciatum iam indicauimus. Vnde non defuerunt, quorum est Victorinus, qui y literam nobis necessariam esse iudicarūt, in gyla, mysera, proxymus, optymus, Syl la: pro quibus nos gula, misera, proximus, optimus, & Sulla sonamus, quamquam Syl la

est usitatus. L E O. Vtinam libeat & illud addere, quod solent literarum doctores. V R. Quid nam? L E O. Vt exemplo proposito præceptiones, uelut in speculo nobis ostendat, exigasque, num satis uel intellexerim, uel meminim quæ tam multa differuisti. V R. Nihil grauabor, uerum id lingua fieri non potest, nec est unde petamus calamum, atramentum, & chartas. L E. Imitabimur ueteres pastores, qui teneris arborum corticibus inscribebant suos amores, spina, opinor, utentes pro stylo. V R. Non commitemus ut cuiquam in nos damni dati sit actio. Est mihi uagina recens, ac uersu aliquot capax, & stylus adest, quanquam non in hunc usum paratus. L E. Vtinam sic abuteretur omnes suis armis. V R S. En scribo.

Optimā quæque dies miseris mortālibus æui
Prima fugit, subeunt morboi, tristisq; senectus,
Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

Nunc audi pronunciantem, oculis in uaginatam defixis, auribus ad uocem attentis. L E O. Adsum, sona. V R. Vides & audis in optima primam longam & acutam. L E O. Naturane, an posita? V R. Id hoc loco nihil refert, quandoquidem tonus est in antepenultima. L E. Recte. V R. In secunda syllaba ti, audisti ne sonum medium inter i, & u Gallicum, quemadmodum in heri? L E O. Planè. V R S. Tertiam uides breuem, addita, ueluti semicirculi nota, sursum porrectis cornibus, ne putetur auferendi casus. L E. Video, sed quare media non habet notam? V R. Quoniam accentus arguit illam esse breuem. Latiniis duntaxat, L E. Quare in quæque prior habet circumflexum? V R S. Quoniam natura longa est, nimirum diphthongus, & syllaba sequitur natura breuis. L E. Quin hic addis notam productionis? V R S. Quoniam tonus ipse demonstrat esse porrectam, qui nisi in longis non habet locum, idque uel in fine, uel in proxima finali. Eadem de causa, quæ nullam habet notam, quoniam inflexus accentus in eadem dictione non antecedit nisi natura breuem. L E. Sed præstat ut tu me perconteris. V R. Agam, si lubet, grammaticum, tu discipuli personam sustine. L E. Hoc sanè malebam. V R. Dies quare priorem acuit? L E. Quia sequitur natura longa. V R. Adde, & præcedit breuis. Quoties enim ultima natura longa est, non refert qualis syllaba præcedat, secus esset si prior esset longa, non positione, sed natura. Nunc sona mihi posteriorem syllabam, es. L E. Diēs. V R. Probe, quasi sit geminum ee, & sono Gallico. Atqui uulgus non discernit æs in eo unde est æris: in dies & fames, ab es à sum. Quare in miseris prima acuitur? L E. Quia perultima natura breuis est, eoque notam non habet. V R. Rursum sona mihi miseris. L E. Miseris. V R. Sentis ne te hic bis peccasse? L E. Qui. V R. Primum se, non oportebat aliud sonare inter duas uocales, quam sonat in sedere. L E. Exciderat. V R. Deinde ris, sonandum erat ueluti duplicato si quemadmodum sonas Batauice glaciem. Nunc de nouo sona. L E. Miseris. V R. Pulchre. Sequitur mortalibus. In mor, quam uides notam? L E. Breuis, & eius notula dimidium. V R. Quid sibi uult? L E. Quia syllaba mor, posita longa est, non natura. V R. Vnde id doces? L E. In promptu est, quum dicimus emori. V R. Quid in tar? L E O. Virgulam iacentem, quæ doceat natura longam. V R. Quare præterea nihil? L E O. Quoniam syllaba non desinit in consonantem, eoque non habet nisi duo tempora. V R S. Li, quare nullam habet notam? L E O. Quoniam accentus præcedens, indicat esse breuem. V R. Quid si dicas mortalis? L E. Circumflexam tã, natura longam, sequente lis natura breui. V R S. Quomodo sonas bus? L E O. Non uelut Vuesphalico, sed Gallico, nisi quod non itidem porrigo labra, neque profero sonum. V R. Docilem agis discipulum. Aui, quare prior non circumflexam, sed acuit? L E. Quoniam sequitur ultima natura longa. V R. Quid si posita tantum esset longam? L E. Circumflexeretur. V R. Da exemplum. L E. Vt si dicas quum. V R. Hic natura breuis est posterior, ut in Sorex, Sorex. Prima, quare inflectit tonum? L E. Quoniam natura longa sequentem habet natura breuem. V R. Quid si dicas, prima luce? L E. Ac uiam primam, & in a ad lam uirgulam, priam. V R. Quanquam & hoc superuacuum æque atque in breui, sed fugit, quare acuit priorem? L E. Quoniam breuis natura breuem præcedit. V R. Quid si dicas fugit heri? Inflectam si. V R. Quare? L E. Quoniam natura longa proximam habet natura breuem. V R. Quare prior in morbi, caret nota breuis? L E. Quia producitur. V R. Quin igitur addita est nota porrecta, sed breuis & semis? L E. Quia posita longa est, non natura. V R. Quare prior acutum

acutum habet potiusquam inflexum? L E. Quia & ipsa posita longa est, & sequitur natura longa. V R. Vnde scis esse posita longam? L E. Quia deduci uideatur à morēdi uerbo. V R. Quid sibi uult diphthongus in posteriore? L E. Vt discernatur à genitiuo singulari. V R. Tristisq; quare priorem habet circumflexam? L E. Quoniam natura longa est. V R. Verum, sed sequitur longa. L E. Posita, non natura. V R. Vnde tonus alter? L E O. Ex quæ coniunctione, quæ proximam è graui facit acutam, quod idem faciunt ne, & ue. V R. Senectus, uides longe aliud sonare ultimam quam in mortalibus. L E O. Quid ni uideam? Hic Gallos imitor excepto tono. V R. Et, Quare nullum habet accentum? L E O. Opinor quod ut coniunctiuncula adheret illi quod connectit, quod idem accidit in nonnullis præpositionibus, quæ sic annectuntur suis casibus, quasi sit unica dictione, ut in armis, in bello, exadibus. Item in dissyllabis, ut super omnia, præter omnes, antedem. Nam in uersutis codicibus etiam scriptura coniungit hæc. V R. Commodus es discipulus qui uicissim & doces. Quid si labor inflexissis? L E. Jam ex nomine fecissem uerbum. V R. Dirai, quare acuit priorem? L E. Quia longa natura præcedit longam. V R. Qui sit igitur ut Græci circumflexant *μῦσαι*? L E. Quia *ai*, & *oi* in fine dictionis, pro breuibus habentur, duntaxat quod ad accentus rationem attinet. Ea lex non est apud Latinos. V R. Quare igitur non scribunt *μῦσαι* inflexe? L E. Obstata addita consonans. V R. Quare in dirai pro æ scriptum est ai? L E. Vt distingueres genitiuum à nominatiuo plurali. V R. Quare mortis longam habeat ante breuem, quare non inflectitur prior? L E. Quia posita longa est, non natura. V R. Vnde id coniectas? L E. Quoniam à Græco *μῦσος*, & inde mori, ut ante dictum est. V R. Nunc rursus si libet auscultare me sonantem hos uersus:

Optima quæque dies miseris mortalibus æui,
Prima fugit, subeunt morbi tristisq; senectus,
Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

L E O. Auscultauit non oscitanter. V R. Primum, animaduertis ne quasdam productas sonare tono acuto, ut aui, quasdam inflexo, uelut in prima & tristis. L E O. Sensi discrimen. V R. Deinde breues aliquot acuto tono, ut dies, miseris, fugit, labor, rapit. L E. Quare in re peccant Latini quum Græca pronunciant. V R. Nec illud te fugit, me aliquot productus sonuisse natura quam posita longas. L E. Sensi, uerum admonuisti, subtili le discrimen hoc non seruari in metris, quæ suis currunt legibus. V R. Et in quæque, sensisteli di u, licet non penitus. L E O. Sensi & hoc. V R. Jam in aui, duo sensisti, & diphthongi uestigium, & sonum Aëolicæ literæ. L E. Sensi tenuè quoddam. V R. In prima fugit, arbitror animaduertisse te discrimen inter inflexum tonum & acutum. L E O. Non hic tantum. V R. Quin in, subeunt, non te latuit, opinor, aliud sonare u, quam in mortalibus & senectus. L E. Videbar audire *ou* diphthongum. V R. Itidem audis in sunt, legunt, audiunt. Euidētius erit discrimen, si tollas liquidam, & sunt uertas in futor, & eunt in uter. L E. Papæ, quantum interest. V R. Verum hoc ut ante dictum est fortassis excusabit uelutitas quæ in huiusmodi ont pro ut solet scribere, legont, cupiont. Rursus in optima, deprehendisti o fismoueri à p. Sic efferunt Itali, nec liquet quare ob causam, quum sint duæ mutæ. Et incertum an ab opto deducta uox sit, nec satis constat naturane producat priama an posita. L E. Quid igitur? V R S. Eas in quibus nec ipsa uocalis, nec diphthongus, nec cognatio dictionum dissoluit ambiguitatem pro natura longis habemus, quemadmodum in tristis. L E. Pergratum feceris V rse, si Græcum distichum tantum, ad eundem modum excusseris. V R. Est disticho locus, en tibi carmen Hesiodi:

αὐτὸς δ' ἐν ἀγαθῇ κερχρηθῆναι ἀνδρῶν νομίζω.

αὐτὸς δ' ἐν ἀγαθῇ κερχρηθῆναι ἀνδρῶν νομίζω.

Nunc oculis obserua scripturam, uocem auribus. L E. Istic sum.

αὐτὸς δ' ἐν ἀγαθῇ κερχρηθῆναι ἀνδρῶν νομίζω.

αὐτὸς δ' ἐν ἀγαθῇ κερχρηθῆναι ἀνδρῶν νομίζω.

L E. Nouum pronuncianti genus. V R. An non alium audis sonum in *ae* quam in *ae*, aut in *me*? L E. Quid ni audiam, ni surdus sim? V R. Audis propemodum eam uocem, quam adunt Sueui sonantes Cæsarem sua lingua. L E. Maxime. Nec a prorsus, nec i prorsus, sed tamē utranque agnosco literam. V R. Deinde in *δῆς*, audis *δ*, aliquotō sonare crassius quæ d, uulgo sonant Latini. L E. Planè. V R. Ad hæc, in *δῆς*, non idē sonat os quod in *δῆς*. L. Audio longam ex duabus o minutis con-

flatam. VR. Quid in *æ* audis ne Gallicum ut? LE. Minime. VR. Italicum? LE. O. Non. Vuesphalicum? LE. Propemodum, nisi quod o magis resonat, ut quam nos dicimus frigidum. VR. Quid in *ð*? LE. ð feliciter aspiratum, & pro *þ*, propemodum a zelandicum. VR. Quur *þ* grauat potius quam acuitur? LE. Quoniam sensus nullam ibi concedit interpirationem. Alioquin trāisset grauis in acutum. VR. Quid in *æ*? LE. Idem ferè sonat *æ* quod in *æ*, nisi quod lingua non nihil lentescere uidetur ad *æ*. VR. Tantulum sanè dare fas est consuetudini. Nec te fugit hic *æ* præter naturam suam porrigi, quod à mutali quidam excipitur. LE. Teneo. VR. Nec ideo produci *æ*, quod habeat tonum acutum. LE. O. Vtranque corripis, *æ* priore clarius sonante, posteriore summissius. VR. S. Quur in *æ* prior acuitur potius quam inflectitur *æ*? LE. Quoniam positum longa est, non natura. VR. S. Atqui Homero est anceps. LE. O. Sat est alicubi corripi, ut hanc legem effugiat. Nam in *æ* a breue est. VR. S. Iam in *æ*, nonne aliud sonat uocalis penultima, aliud diphthongus ultima? LE. O. In *æ* audio sonum ex *e* & *i* conflatum. VR. S. Atqui nostro uulgo nihil distinguitur inter *hi*, *xi*, *ui* & *æ*. LE. Sic est. VR. In altero carmine, in *hi* rursus audis a Scoticum, & in *diu* præter *y* & *iota* quod suo utcumq; sono dignoscitur, quum nos confundere soleamus, *æ* nihil aliud sonat quam in *diu*, alijs sonaturis *diu*. LE. Memini. VR. Nec ideo corripio penultimum *y*, quod præcedat acuta breuis, quemadmodum nec in *æ* priorem porriigo, quod tono intendatur, non extendatur. LE. Nihil euidentius, si quis assuecat. Iam ne satis differunt est, quod attinet ad rectam prononciationem? VR. De rhetorica prononciatione non insistueramus dicere, de grammatica non ita multum arbitror superesse, si iunxerimus distinguendi rationes. Nam & in his peccat uulgatus usus. Nec iam loquor tantum de incis, quæ commata uocant Græci, deq; mēbris, quæ cola nominant, & de periodis, quæ conclusiones aut circumacta dicas licebit, deq; notis horum si scribas: silentij modis, si prononciationes; uerum etiā de morulis respirationum, quæ tradi arte non possunt: quandoquidem nec in illis tradendis admodum consentiunt grammatici, nec perpetuum est quod tradant. Nec enim semper æquale silentium dirimit comma à commate, nec colon à colo. Nec quamuis periodū sequitur æque proluxa respiratio. Quoties enim articuli consistunt singulis uerbis *æ*, neque nihil, & minimum moræ debet interponi, ut, ueni, uidi, uici. Sin duabus ac pluribus uocibus, plusculum interponitur moræ, ut, rem familia rem prodegit, famam profuit, genus deonestauit, amicos alienauit, patriā prodidit. Hic commatum cursus quidam, & congeries est. Rursus quum prius comma proponitur uelut à percontante, & posterius accinitur uelut à respondente, paulo longius silentium intercedet, ut: Quæ tandem spes est illum fore frugis? Num pudor corriget? lampri dem depuduit? Amicorum consilia? Ne parentibus quidem unquam auscultauit? Aetas grandior? Ea semper addidit nequitia. Interdum ipsa incisa habent leuem incisionem, uelut in illo Musonij dictio: Si quid turpe feceris cum uoluptate, uoluptas abit, turpitudine manet: Si quid honeste feceris cum labore, labor abit, honestas manet. Hic quæquam in utroque membro, post uoluptate & labore est diastole, tamen post feceris, & post abit, & manet, non nihil est respirationis, quo magis sentiatur *æ*. Rursus idem fit in secundo mēbro. Subtilius est autē quod indicat Fabius in, Arma, uirumq; cano: Primā dictionem arma, per hypodiastolen separandā à sequentibus, quum uterq; casus referatur ad idem uerbum cano, ceterū quoniam uirum refertur ad sequentia: nimirū hæc, Troiæ qui primus ab oris, breuissima interspiratiuncula monedus est auditor, sic ut minimum accedat silentio, minimum decedat breui syllabæ. Vnde & *æ* dicit, quod breui quoq; non nihil detrahitur. Quoties em̄ ex longa fit breuis, ut, urbemq; Fidenā, systolen uocat grammatici, hoc hyposystolen appellat Fabius, quæ dimidiū tēporis detrahit syllabæ, & addit silentio. Rursus post hanc clausulā, Atq; alta moenia Romæ, quatuor aut quinque temporum spacio uocem suspēdere licebit, ut uelut nouo exordio subiicias: Musa mihi causas memora. Interdum & uox non nihil immutatur, ubi particulam à sensu diuulsam interseris, ut: Hos illi, quod nec bene uertat, mittimus hædos: quod nec bene uertat, uoce non nihil immutata sonatur. Obscurius est in illo, Qui malum, alij. Malū enim, quoniam interiectionis uicem obtinet, leui submissione uocis distinguendum est, nec non morula, sed breuissima. Cæterum in Adelpis Mitro quum dixisset, Storaæ, clariore uoce sonuit, nimirum accersens

accersens seruum, interposito iusto silentio, reliqua mutata uoce ueluti secum loquitur. Verum hæc persequi non est huius instituti, & extant autores unde hæc qui uolet possit petere: quod hic agimus illud est, pueros arcentos à more quorundam, qui totum sermonem perpetua linguæ uolubilitate, & ut Græci dicunt, *æ* prononciat, quod in Gallis potissimum mihi uideor animaduertisse, nonnullis etiam hoc ceu uirtutem affectantibus. Rursus alij singulas penè uoces longa interpiratione, aut etiam tussi gemi uelue dirimunt, nec ullum tam leuiter incisum occurrit, ubi non diutius interstet. Sunt autem uoces quæ se nullo silentio interposito patiuntur coniungi, ut cumprimis, & homo prædiues, oratio benelonga, uir malefanus, quasi compositæ sint. Rursus aliæ non patiuntur, ut uxor iussit suo nomine tibi salutem dicerem: uxor à iussit, tenui discrimine separandum est, atque etiam iussit à pronomine suo, ob collisionem consonantium: suo nomine, probe sibi coharēt. At id magis faciendū in duplicibus, duplicatis, aut concursum duplicatarum, ut syncera pax xenia non moratur, & pons struendus: inter pax & xenia, inter pons & struendus distinctio uerè duo requirit tempora. Et, Declarant studiū in nos suum: inter declarant & studiū, uix sufficit interposuisse tempus unū. LE. Deum immortalem, quàm operosa res est emendate loqui. VR. Ex his consicias licebit cetera. Nam, ut diximus, innumeræ sunt causæ quæ uel continuationē suadent, uel incisionem dictionum & partium. LE. O. Haud prorsus alienum sit ab hoc argumento, de distinctionum notis non nihil attingere. VR. Optarim in his typographos consentire. Nunc uariæ feruntur, nec pares tamen uarietati distinguendæ uocis. Theodorus Gaza eodem puncto distinguit triplicem prononciationem, perfectam punctio in medio spaciij posito, imperfectam in imo, mediam in summo. Verum hic ut facilis est scribarum lapsus, ita & prononciantium falli possunt oculi. Malim notulas uariam habere figuram, ut minima interspiratiuncula, qualis est post uocandū casum interdum, signetur punctio inflexo, ad imum dictionis: paulo maior distinctio duobus punctis, quorum alterum ad latus additum modice fleatur deorsum: principale uero comma quod fecat orationem notetur duobus punctis, quorum superius inferiori imminet. Cæterum ubi iam non pendet constructio, sed additur aliquid sententiæ, punctum addatur imæ dictioni. Totam periodum absolutam, signet duo puncta quorum inferius fluat deorsum, quæ Græcis nota est interrogandi. Si quid extra ordinem interijcit quod uelut ab alio interloquente dicitur, submissiore uoce sonari solet, lunulis duabus dimidiatis signant quidam. Interrogationem nota Græcorum in uerba signant Latini. Hic existit scrupulus, quæ sit uera interrogatio. Quoties negamus per interrogationem, quidam non putant addendam notam. Multo minus quum percontandi specie dubitamus aut miramur. Hæc differentia uideatur & alteram notam desiderare, quæ sic fingi posset, unico puncto sursum inflexo. Iam si illud quoque conueniat, ut omnes ad singulas notas uocem accommodent, non parum erit commoditatis uel ijs qui dicant alijs scribenda, uel ijs qui collatione, codices emendant, uel ijs denique qui publice recitant aliquid. LE. O. Et breuiter & dilucide rem expediti, nec amplius abste requiram, si exemplum subieceris. VR. Ausculta ergo. Si mihi charissime nepos, daretur oprio, malim breuem uitam cum honestate: quàm longam cum infamia. Propterea quod nulli mortalium uita longa possit contingere, memoria uero (quæ uera est hominis uita) in multa secula porrigatur. Quid uero humana uita fugacius: contra quot seculorum milibus quorundam fama durat? LE. O. Nihil prætermissum. VR. S. Illud tamen admonendus es, ut commata, ita & hypodiastolas & hypostigmas posse plures in eadem periodo incidere. Nam quemadmodum ea pars quæ præcedit comma principale, aut etiam colon, potest habere plures minutas distinctiunculas, ita & ea quæ sequitur: omittito nunc illas notulas quæ monent syllabas ac dictiones diuidendas, quæ male coniungerentur. LE. Recte, sed probas ne quorundam, meo iudicio, morosam diligentiam, qui Græcorum exemplo Latinis dictionibus ascribunt spiritus ac tonos, ac præter illorum exemplum, etiam porrectionis aut correptionis notas addunt, h quoque è literarum ordine submota, huius uice notulam superscribunt aspirandæ literæ? VR. S. Superstitiosum scribendi genus audio. LE. O. Non desuere tamen apud Italos, qui genus hoc inuehere moliebantur. Si pateris addam exemplū tuæ uaginæ. VR. Vel totam occupa. LE. Distichon sat erit.

omnia sunt omnium tenui pendentiā si lo,
Et si bito casu quae ualere r'unt.

Quid tibi uidetur? v r. Hic illud uetus occurrit, *μηδὲ γυναικῶν*. Primum h, iam tot seculis receptam, quid attinet tollere? Deinde signare temporū minutias, nimis curiosum mihi uidetur: tonos & productiones aut correptiones in his notare, in quibus causa quae p̄a hortatur, probo. l e. Quot causas adferunt? v r. Tres potissimum, distinctionem, ambiguitatem, & necessitatem. Distinctio & ambiguitas, quarum illa uidetur habere locum in unica dictione, altera in duabus, pluribus ue, suadet addi notam mutati accentus, ut quum dicimus, pone ratem, ultimae tonū addimus, ut pone intelligatur esse praeposito, idem ualens quod iuxta: non imperatiuū a pono. Nam pone metum, habet priorem circumflexam. Rursus, penē rem patriam perdidit, quum aduerbium intelligi uolo, posteriori tonum addo: quum membrum obscennum, priorem inflecto, penē rem perdidit. De labor & labor ante dictum est. l e. Memini. v r. s. Idem licet in palam dedit, aduerbium indicans, addo tonum in fine: si est instrumentum rusticanum, aut anulī pars, priorem inflecto. Nec eodem modo sono, quum improbum & efferatis moribus aio fera similem: & quum eum qui non multum abest a forma alterius, dico fere similem. Ad eundem modum quantitas distinguit dictionem: cēdo, unde cecidi, longam habet & acuat: cedo unde celsi, non habet quo discernatur, nisi forte tono cēdo: sed ab hoc, cēdo, quod pro dic interdum usurpatur, rursus nota breuitatis discernitur. At cecidi a cado, primā habet acutam: a cedo, penultimam cecidi. Item profecto participium est, profecto aduerbium affirmantis: & uulgo uerbum est, uulgo nomen siue aduerbiū. Certo uerbū, certo aduerbium. Falso nomen, falso aduerbium, tamen si quidam hoc malunt circumflecteret una nomen, unā aduerbium: os, unde oris: & o's, unde ossis: & ora ab os, & ora uerbum: ergo coniunctio, & ergo nomen pro gratia. Illius ergo uenimus. Ita distinguimus rauce & spurce uocandi casum, & rauce, spurce aduerbium: lege uerbum a lege nomine: uenimus & uenit praeteritum: a uenimus, & uenit praesenti: & diuim a diuum, & deum a deum, & numim a numum genitiuos ab accusatiuis. Huius generis exempla sunt infirmita. Necessitatis exemplū adferunt, quum dicimus interea loci, in aduerbio transferentes tonum ab antepenultima prioris dictionis in ultimam, & proximam dictionē suo tono spoliantes, ut auditor admoneatur, interea loci, nihil aliud ualere quam interea. Nam loci, festiuitatis causa adiungitur. Huius farinae sunt, maleficus, maleficanus, sicut malefuda, admodum, propemodum, inuicem, propediem, indies. Idem fit quoties ex praepositione & aduerbio constat dicitio, prouide, deinde. Similiter in coniunctionibus enim uero, etenim, siquidem, quādoquidem. Nec ideo statim corripio, ue penultimā in enim uero: si nim, praecedentem syllabam acuo. Alij necessitatis exemplum produciunt, quum dicimus, homo probus doctusq; ut intelligas, q; coniunctionem adhaerere proximae dictioni praeter rationē accentuum, posteriorem syllabam acuo: & si plurium syllabarum sit dicitio, geminū addo tonum, ut omniumq;. Aliter enim efferō, omnium quae fecit rationem reddidit: aliter, patris omniumq; cognatorum fauorem amisit. l e o. At uereor ne quis nos ebetes stupidosq; uocet, si non queamus ex ipso sensu diiudicare, in, falso queritur genus humanum: falso aduerbiū sit, an nomen, an participiū. Aut in illo, Nunc scio quid sit amor: amor, nomē sit an uerbum. v r. Sit hoc sanē perspicuum mediocriter eruditus, at frequenter sic incidunt ut semidocti labantur, docti nonnihil haesitent. An non rectum fuerit illorum errorem, horum contatiunculam exiguo negotio redimere? Vulgo quantū operae perit in adiectiuis literarū flexibus & lasciuientibus lineis: Quāto facilius est addere uirgulam: quae ut doctis nihil officit, ita pueris & illiteratis est necessaria. Rudis enim aetatis hic negotium agimus potissimum. His quum dictamus, ab his quum exigimus dictata, quum scripturam emendatā exposcimus, tum haec superuacanea uideri nō possunt. Nec tamē in his mihi probatur anxia superstitiosaq; cura, praesertim ubi res agitur seria, quod non hic tantū praecipit ille scriptorū omnium diligentissimus Quintilianus, sed eū qui bene scribere nititur, curiosum nō esse, sed fuisse oportet, quemadmodū, ut ait Seneca, quēdā didicisse oportet, nō discere. Tum demū gratiam habet in arte negligentia, si successit immodicā diligentia: ita ut curā remissam sentias non omittam. Haec nimirū est illa docta negligentia, quā Terentius mauult amulari, q; aliorum

rum obscuram diligentiam. l e o. At sunt qui putant a magnis autoribus recūssime dictum, scientiam mihi seruans, usum sequor: & sapiendum ut pauci, loquendum ut plures. v r. Isti tunc fortassis erat aliquid, quum sermonis ius adhuc penes populū erat, quumq; ritu foliorum cadentium uicissim ac subnascentium noua uerba gigneret, deijceretq; quae fuerant in honore uocabula pro suo arbitrio popularis usus. Quanquam nec Cicero, nec Quintilianus loquuti sunt ut plures: Nec enim uulgo receptus error, usus nomen promeretur. Nunc uero nihil rei nobis est cum populo: a doctis petitur omnis loquendi ratio. l e. A quibus tandem, & quo seculo natis? v r. Hic tibi pro me responderet uetus Graecorum prouerbiū, *οὐτε πᾶσι, οὐτε πάντων, οὐτε ἀπὸ πάντων*. A Cicerone nemo negat optimum loquendi exemplar peti, nec inficiari possumus eo seculo dicēdi genus incorruptissimum fuisse, quo iam & horror ille nimium priscae uetustatis abesset, & nondum degenerasset Romanae linguae synceritas. Non tamen ab uno Cicerone petam omnia, nec statim quicquid illi placuit, pro optimo duxerim, ut rissī dicere malim q; rissī, quia sic ille fertur scribere solitus, nec reijciam si quid uetustiores aut recentiores porrexerit melius. l e o. Nunc quibusdam putet quicquid in libris Ciceronis non deprehenditur. Rursus alij si quam scripturā in cartiosa charta, aut in saxo uetustate fameso, aut in nomismate peruetusto reperiunt, eam uocant in exemplum dicendi scribendiq;. v r. Equidem hoc hominum genus ridere soleo, non odisse. Delectant enim nos antiquitatis studio, nonnunquam & profunt. Non permittam autem illis, ut e suis delictis, loquendi leges nobis praescribant. Siquidem orthographiae ratio nec eodem seculo fuit eadem apud omnes. Et tamen obsoleta loco intermixta suam habent gratiam, ueluti quum citam priscorum dicta, aut ad illa alludimus. Tum si quid desiderabitur in supellecile Romanis sermonis, quod apud Ciceronē non reperiatur, haud uerebor ex Catone, Varro, ne, Plinius, Quintiliano, Seneca, Suetonio, Quinto Curtio, Columella, sumere mutuo: si ab his quoq; destitutor, superest Graecorū sacra ancora. l e. Nihil heigitur petendum ab horum temporum consuetudine? v r. Quid nisi, si quid habeat rectū? Vides quam multa sumperimus ex Gallorum, Germanorum, Britannorum, Itolorum uulgari pronuntiatione. Et si mihi disputandum esset in scholis publicis, ineptus essem si nihil tribuerē ibi receptae consuetudini: Praestat enim balbutire cum balbis, quam & rideri, nec intelligi. Attamen ita cedendum est consuetudini, ut medicus cedit morbo, paulatim alleuians, quando semel non potest tollere. Et nunc in scholis feruntur, quae ante annos triginta fuissent explosa: Adeo quaedam facilius elabuntur quam expelluntur. Quis olim tulisset in templis pronuntiantem Timotheus antepenultima acuat? Aut, kyrie eleeson, septem syllabis, & absque diphthongo? Aut Christus sonantem pro Christer? Nūc probantur etiam, non modo feruntur. Caeterum illa debet esse curarum prima, ne puer Graece Latine ue pronuntians, ex uulgari sermone uisita trahat, quorum minimum esse ferunt apud Romanos, plurimum apud Gallos, plus satis apud Germanos, nonnihil & apud Hispanos. Anglis in ratione pronuntiantis, secundum ipsos primā laudem tribuunt Itali. Sed quid rissī Leo? l e. Rugire leonum est, non ridere. Dicam tamē quae res in mentem ueniens mihi risum excusserit. v r. Narra te quae so, ut ipse quoq; tecum rideā. l e. Dicam. Non admodū diu est, quod me forte praesente Maximilianus Caesar, ab aliquot oratoribus salutaretur, quod ex more magis quam ex animo nonnunquam fieri solet, quorum unus erat Gallus, natione Cenomanus, nomen non exprimā, ne uidear hominem notare cui bene uolo. Is orationem ab Italo quoptam, ut arbitror, compositam, nec male Latinā, adeo Gallice pronuntiauit, ut Italis aliquot eruditus qui tum aderāt, Gallice non Latine dicere crederetur. Nominare possim ex illis aliquot tibi nō ignotos. Quum is perorasset, nō absq; incōmodo: Nā in media dictione sibi exciderat, turbatus, ut conijcio, risu circumstantiū: quarebatur qui ex more responderet, idq; ex tēpore. Nā Galli oratio praeter expectationem acciderat. Protrusus est ad hoc negocij Doctor quidam aulicus. v r. Vnde id liquebat? l e o. Pileum gestabat suffultum cādēdis pellibus. Hoc signi. Is hunc in modum orsus est, Caesarea maghestas penē caudet fidere fos, & horatio nem festrā lipenter audisit, aliaq; tanto spiritu, tamq; Germanice, ut nemo uulgari lingua dicens, possit magis Germanice. Hāc maior excepit risus. Sequutus est orator Daniā, quanquā is qui dicebat uidebatur Scotus, mire referēs eius gentis pronuntiationē.

Huic oppositus est Zelandus quidam, deierat se neutrum loqui Latine. **V R.** Quid interea Cysar, potuit ne tenere risum? **L E O.** Assueuerat huiusmodi fabulis, nec erat ullius linguae rudis. Verum haec eo dico, quo tua dicta confirmem, nihil prius curandum quam ut puer dediscat uitia linguae gentilitiae. Superest ut indices quibus id rationibus quam ocysime & quam felicissime fieri possit. **V R S.** A plitaco licet exemplum sumere. Crebro occinitur meditati, ac subinde exigitur quod didicit. Si indocilis est, domatur ferula, reddenti quod accepit, cibis praemij loco est. Adhibendus qui linguam habeat emendatam, is admonitus quomodo praecat, conantem adiuuet, feliciter reddentem collaudet, relabentem in ueterem consuetudinem crebro corrigit: mensis unus totum hoc negocium absoluet. Profuerit si puer sodalibus utatur minime balbis, sed in corrupte explanateq; loquentibus. **L E O.** Rationem proba, nisi quod interim periculum est, ne, quoniam perpauci sunt emendate loquentes, post cogatur quod magno sudore didicit, maiore dediscere, itaque fiet ut nec Italis placeat, nec suis. **V R S.** Quod scholis accidit, idem eueniet omnibus ceteris, optima placebunt si non omnibus, certe quam plurimis. Et tamen non improbarim, si cui tanta naturae dexteritas obtigit, ut quemadmodum Polypus colorem ad loci subiecti speciem, ita rhetor uocem ad auditorum aures pro tempore accommodet. **L E O.** Quibus rebus fiet, ut contingat emendata pronuntiandi celeritas, praesertim in Graecis, quae fere grandiores hodie discimus? **V R S.** Quid assequutus sum nescio, quid quomodo conatus sum aperiã. Quir enim quicquam arcani coelem talem amicum? **L E O.** Muto dixeris. **V R.** Ut tamen aurito. Posteaquam literas, syllabas, ac dictiones Graecas satis eram meditatus, ad parandam inoffensam celeritatem his artibus utebar. Adiuuxi me quibusdam, quos existimabam castigatissime sonare, sinxi me codicum duorum collatione uelle castigare librum, persuasi id utriusque fore commodo: quum in hoc, ut utriusque codex ex alterius comparatione fieret emaculatio, quemadmodum manus manum fricat: tum ad eruditionem. Sic autem conuenit, ut alternis uicibus recitarem & auscultarem. Principio lectior erat recitatio, deinde, quemadmodum solet, incalescens paulatim lingua sponte ferebatur ad celeritatem. Si mihi cum doctiore res erat, tantum orabam, ut secus quam oportet sonantem admoneret: Ipse recitantis linguam arrectissimis auribus obseruabam, oculis in codicem fixis. Si quid esset recitatum difficilius soni, fingebam me non satis percepisse, rogabamq; ut repeteret, quo certius eius syllabae sonitum insingerem animo. Quum ille iam recitando defessus esset, & ad me recitandi uices redissent, illius linguam pro uiribus imitabar, reprehendentis gratias agebam. Si cum pari negocium esset susceptum, a quo legibus pacificebatur, ut uterq; alterum reuocaret errantem. Ad hoc munus interdum natione Graecum mercede conduxit, licet alioqui parum eruditum, propter natuum illum & patrium sonum. Tamen si doctos aliquot nactus sum, quorum pronuntiationem ego sane Graecorum quorundam eloquutioni non dubitem antepone. Huic exercitationi datum est trimetre spacium. Nec ullius operae meminimus poenituit unquam. Nec enim simplex erat huius laboris utilitas. Excepta siquidem exercitatione pronuntiandi, primum ipsa lectio praeterquam quod erat alacrior ac uigilantior, quam si solitaria fuisset, habebat & illud commoditatis, licebat sciscitari, si quid parum intelligerem. Na & imperitior saepenumero tenet, quod doctiorem fugit. Et nescio quo pacto fit, ut acrius meminerimus, quae recitari audimus, quam quae taciti legimus, interdum semisomnes. **L E.** Nihil uerius. **V R S.** Hac arte euoluimus, seu reuoluimus potius totum Demosthenem, totum Plutarchum, totum Herodotum, Thucydidem, Homerum & Lucianum. Nec his contentus, ascui mihi sodalitates aliquot *μεταδωτικῶν*. Conditae leges ne quis super coenam, nisi Graece loqueretur, *παρανομίῳ* multa dicebatur pecuniaria, si quis Latine dixisset absque uentae praefatione, assis: si Graece quidem, sed in emendate, assis dimidium: si bis ad eundem impigisset lapidē, hoc est, si delaberetur in eum errorē, cuius ante fuisset admonitus, drachma. **L E.** Quomodo successit res? **V R.** Initio submolestē, ne dicā dolo, uerum paulculis diebus successit facilitas, mox & iucunditas non sine fructu maximo. His artibus hanc quantulamcumq; dicēdi legēdiq; promptitudinē sum adeptus, ad quam tuendam plurimum cōfert alijs praelegere bonos autores. **L E.** Optarim tibi fortunā exiliorē. **V R S.** Etiam ne exiliorem, quum penē nulla sit. Quo meo merito mihi precaris tantum mali? **L E O.**

L E. Praeficerem te meo leuculo. **V R.** Na tu plane, quod dicit solet, boui cistellas, aut si quid est ineptius. Quod si literator esse possem, habeo domi quos doceam. Verum hanc operam tibi polliceor mi Leo: Tu quod potes dispice si quem nancisci poteris idoneum huic prouincia, ego uicissim circumspectam, si quid queam: & collatis in commune nostris consilijs prospiciemus catulis nostris, ut ex hominibus nati uideri queant. **L E.** Habeo gratia. **V R.** Se, quantum possum maximam, relaturus etiam ubi ubi dabitur & oportunitas & facultas. Quam tibi Leonis occursum fuerit felix nescio: mihi tales **V R** os optarim saepius occurrere. Onustus tuis officijs domū redeo. **V R.** Nec ego nihil aufero bonae sarcinae. Par pari relatus est. **L.** Vnū te uelim adiungere tam multis in me benefactis. **V.** Quod nā? **L.** Ista uaginā optarim esse meam. **V.** In quem tandem usum? **L.** Ne mihi excidant isti uersus tam belle picti. **V R.** Quid nū? ut cum Samijs ridearis literatus miles. **L E.** Ego uero sic uel literatissimus haberi uagiam: & si proficiscar in bellum, nolim ullam armorum partem esse mutam, sed & uaginam, & ensē, & capulum, & arcum, & sagittas, & lanceam, & bombardam, & galeam, & thoracem, & baltheum, & clypeum optarim habere literarum non nihil, quod me alicuius bonae rei admoneret. Sin domi sit agendum, cu perem totam undiq; loquacissimam esse, sic ut & postes, & ostia, & fenestras, & singulae tessellae uitrae, & trabes, & laquearia, & pauimenti lateres, & parietes, ad haec & supellex uniuersa, lodices, cortinae, aulae, mensae, sellae, mantilia, disci, cātari, cyathi, cochlearia, pelues, ollae, chytropodes, aliquid loquerentur quod expediret non obliuisci: tantum abest, ut me puderet istius uaginae. **V R S.** Aiunt inauspicatum esse, si quid huiusmodi rerum, quae aduersus hostes gestantur, amicus donet amico. Hoc ominis ut uitemus, ex datione commutationem faciamus. Da tuum ensē & accipe meum: sitq; hoc pignus inter nos initi literarij foederis. **L E.** Quod nobis utriusque nostrisq; catulis bene uertat, accipio quod offers: Musis, uti spero, bene fortunaturis.

De pronuntiatione Dialogi Finis.

DES. ERASMVVS ROTEROD. ORNATISSIMO
uitro Ioanni Vlattenno. S D



R D V M in primis, planeq; regiū munus est, uir ornatisime, prudentibus fidisq; consilijs reip. prospicere, quod nimirum intelligens Homerus eum, penes quem erat summa rerum, *Βασιλεύς* appellat: nec alij mortalium ulli praeclearius de ciuitatibus ac regionibus merentur, quum omni quidem tempore, tum uero praecipue hoc seculo, quo nescio quo fatali tumultu, sursum deorsum miscentur omnia, siue Christianae religionis statū inspicias, siue monarcharū ac rerum publicarum conditionē reputes, siue studiorum ac literarū rationem intueare, omnibus sic perturbatis, ut non alio tempore uerius fuerit illud Graecis celebratum, *ἡρόν ἢ Βελῆν*. Te uero in hoc pulcherrimo negotio summa fide, mira uigilantia, pariq; dexteritate uersantē interpellare, fortassis improbum, aut impium etiā uideatur: sed quoniam arbitror non sine causa praecipere Flaccum: Misce stultitiā consilijs breuē, enadest ab Erasmo tibi libellus, qui suis nugis aliquantisper auocet animum tuum à grauibus tetricisq; negocijs. Quanquam haec nugae sunt eius generis, ut quemadmodū ait idē, seria ducant: tantum autem abest, ut nihil attineant ad remp. ut ad te quoq; peculiariter spectent, qui rei scholasticae apud Aquisgranos summam curam susceperis. Multorum enim partim ignauia, partim sinistra moribus fit, ut bonae literae, quae sat feliciter cœperant efflorescere, iam passim uergant ad interitū, & quasi sit hoc parum, extiterē pridem, qui nobis ueluti noua sectam moluntur inuehere: Ciceronianos sese uocāt, intolerabili supercilio resicentes omnium scripta, quae Ciceronis lineamēta non referunt: & adolescentiā à ceterorum scriptorum lectione deterritā ad unius M. Tullij superstitionem aemulationē adigunt, quā nulli minus exprimāt Ciceronē quam ipsi, qui se huius tituli fumo molestissimē uenditant iactitantq;. Quanta uero studiorū perniciēs, si persuasum fuerit neminem praeter unum M. Tullium uel legendum esse, uel imitandū: Subolet autem & aliud huius nominis praetextu geri, nimirum ut pro Christianis reddamur Pagani, quum ego nihil prius agendum existimem, quam ut bonae literae, Christi domini Deiq; nostri gloria, ea sermonis copia, splendore, nitoreq; predicet, quo M. Tullius de rebus prophanis dicere solitus

solitus est. Et animaduerto iuuenes aliquot, quos nobis remittit Italia, præcipue Roma, non nihil afflatus hoc affectu. Visus itaq; sum mihi rem facturum nec inutilem ad pietatem, & studijs adolescentiæ conducibilem, si lucubratiunculam unam huic rei dare, non ut eloquētiæ candidatos à Ciceronis imitatione deterream: quid enim insanius? sed ut ostendam quo pacto fieri possēt, ut vere Ciceronem exprimamus, & summam illius uiri facundiam cum Christiana pietate copulemus. Argumentum hoc dialogo tractauimus, quo simul & minus esset tædij lectoribus, & res facilius illaberetur in affectus iuuenum. Bene uale. Basileæ postridie Idus Februarij. Anno M. D. XXVII.

DES ERASMI ROTER DIALOGVS

CVI TITVLVS CICERONIANVS, SIVE, DE OPTIMO DICENDI GENERE. Personæ.

BVLEPHORVS, HYPOLOGVS, ET NOSOPONVS.



BVLEPHORVS. Quem uideo nobis procul in extrema porticu ambulante: Nisi parum prospiciunt oculi, Nosoponus est uetus sodalis, & studiorum *σώτροφος*. HYP. An hic est ille Nosoponus, olim congeronum omnium lepidissimus, rubicundulus, obesulus, Veneribus & Gratijs undiq; scatenus? B V. Is ipse est. HYP. Vnde hæc noua species? Laruæ similior uidetur quam homini. Num quis hominē habet morbus? B V. Habet grauisim⁹. HYP. Quis obsecro? Num hydrops? B V. Interius malum est quam in cute. HYP. Num nouum hoc lepra genus, cui uulgus hodie scabiei nomine blanditur? B V. Et hoc interior hæc lues. HYP. Num ptylis? B V. Penitus infedit malum quam in pulmone. HYP. Num phthisis aut tæterus? B V. Est quiddā felle interius. HYP. Fortasse febris in uanis & corde grassans. B V. Febris est, & nō febris, interius quiddā adurens q̄ si febris in uanis aut corde grassetur, ab intimis animi penetralibus quæ in cerebro sunt proficiscēs. Sed desine frustra diuinare, nouum mali genus est. HYP. Nondū igitur habet nomen? B V. Apud Latinos nondū, Græci uocant Zelodurlean. HYP. Nuper accidit, an *ζέλονος* est malū? B V. Annos iam plus septē eo tenetur miser. Sed heus, cōspecti sumus. Vide huc gradū flectere, melius ex ipso cognosces quid sit mali. Initio Daum agā, tu fac orationi subseruias, & fabulæ partē agas. HYP. Equidem id faciā sedulo, si norim quid mihi deleges. B V. Percipio ueterē amiculum tāto leuare malo. HYP. Etiam ne rem medicā calles? B V. Scis esse demētia genus, quod non totam mentem adimit, sed unam modo partem animi lædit, uerum insigniter, ueluti sunt qui sibi uidentur capite taurina gestare cornua, aut naso prælongo onusti, aut ingēs idq; fictile portare caput exili collo innixum, mox comminuendū, si se uel tantulum commoueant, nonnulli sunt, qui, quoniam se mortuos arbitrantur, uiuorū exhorrent congressum. HYP. Desine, noui istud morbi genus. B V. Ad his medendum non alia uia cōmodior, quam si te similes eodem teneri malo. HYP. Isthuc audiui frequenter. B V. Id nūc fiet. HYP. Huius fabulæ non modo spectator, uerum etiā adiutor lubens fuero. Nā homini cum primis bene uolo. B V. Ergo cōpone uultū & sume personā, ne quid illi subleat rē de cōposito geri. HYP. Fiet. B V. Nosoponū etiā atq; etiā saluere iubeo. H. Et Hypologus Nosopono salutē dicit. N. Equidem uobis amobus paria uicissim precor. Sed utinā adsit quod optatis mihi. B. Nō abesset, si nobis tam esset in manu dare, q̄ est optare. Sed quid est rogo te mali? Nā ista facies ac macies nescio quid sinistra pollicetur. Apparet hepatis esse uitium. N. Imō cordis uir optime. H. Bona uerba. Si quidē malum immedicabile narras. B. Nulla ne spes in medicis? N. Ab humanis præsidijs nihil est quod sperem. Numinis opus est ope. B. Atrocem morbum narras. At cuius tandē numinis? N. Est diua quæ Græcis dicitur *πρόνοια*. B. Noui deam flexanimā. N. Huius amore depereo, emoriturus ni potiar. B V. Haud mirum Nosopone si contabescis. Noui quā sit res uolentia Cupido, & quid sit esse *νυμφόλυπος*. Sed quā pridem te corripuit amor? N O. Anni sunt ferme decem, quod hoc saxum uoluit, nec adhuc succedit. Itaq; certū est, aut immortali negotio, aut affe qui tandem quod amo. B V. Tenacē pariter atq; infelicem amorem narras

narras, qui tot annis nec elabi potuerit, nec copia adamat fecerit. H. Fortassis hūc nympha suæ copia discruciat magis q̄ inopia. N O. Imō inopia maceror infelix. B. Qui potest? Quando sic hæcenus omnium unus excelluisti dicendi facultate, ut pleriq; de te prædicarent, quod olim de Pericle dictum est, Suadela in tuis sessitare labris. N O. Ut pauca dicā, mihi putet omnis eloquētia præter Ciceronianā. Hæc est illa nympha, cuius amore colliquefco. B V. Nunc affectū intelligo tuum. Speciosum illud & amabile Ciceroniani cognomē ambis. N. Adeo, ut ni conlequar, uitā mihi acerbā existimē. B V. Prorsus mirari desino. Ad rem enim omnium pulcherrimā animū adiecisti, sed nimum uerum est quod dici solet, *δύσκολα πικράλα*. In tuis uotis in me ipso faueo, si quis Deus propitius nos respiciat. N O. Quid rei est? B V. Dicam si potes riualem perpeti. N O. Quorsum ista? B V. Eiusdem nymphe me discruciat amor. N O. Quid audio? Teneris eadem cura? B V. Ut qui maxime, & indies accrescunt flammæ. N O. Isto quidem nomine mihi charior es Bulephore, ut quem hæcenus semper in primis dilexi, nunc etiam amare incipiam, posteaquam conueniunt animi. B V. Fortasse nolles isto leuari morbo si quis herbis, gemmis aut incantanti opem polliceatur. N O. Isthuc esset occidere, nō mederi. Aut moriendum est, aut potiundum, nil medium est. B V. Ut facile tuum affectum ex meo diuinabam. N O. Nihil itaque te cœlabo, uelut ipsidem mysterijs inuitatum. B V. Tu toto quidem isthuc feceris Nosopone. N O. Me nō solum pulcherrimi cognominis splendor sollicitat, uerum etiam Italorum quorundam procax insultatio, qui quum nullam omnino phrasim probent præter Ciceronianam, summiq; probri loco ducāt: negari quēpiam esse Ciceronianum, tamen huius cognominis honorem ab orbe condito nemini Cisalpinorum contigisse iactant, præterquam uni Christophoro Longolio, qui nuper è uitis excessit. Cui ne uidear hoc laudis inuidere, idem ausim de illo prædicare, quod de Caluo scripsit Quintilianus, fecit illi properata mors iniuriā. H. Imō non tam illi quam optimis studijs præpropere Longolij mors fecit iniuriā. Quid enim ille non potuisset nobis in bonis literis restituere, si tali ingenio, tali industriæ iustum uitæ spacium, addidissent super? B V. Verum, quid uetat, quo minus quod uni datū est, Musis fauentibus, obtingat pluribus. N O. Ille huic pulcherrimo facinori immortalis est, mea sententia felix. Quid enim pulcherrimus, quid amplius, quid magnificentius, quam Cisalpinum hominem Italorum suffragijs appellari Ciceronianum? B V. Gratulandum arbitror illius felicitati, qui suo tempore decesserit, priusquam hanc gloriam aliqua nebula offuscaret, uel ob Græcarum literarum studium, cui se dicere cœperat, ~~ita quibus fortasse non satis constāter abstinuisset, si diu~~ ~~uita contigisset. B V. Sic est, ut ais, illi pulcherrimo facinori immortali datum est.~~ ~~At mihi spes est futurum, ut huic pulcherrimo facinori superlimus etiam, non immortali~~ ~~mur. N O. Quam faueo tuis uotis. Dispeream, ni isthuc malim.~~

Ceterum quādo hoc amoris genus zelū nescit, obsecro te perq; curas, perq; spēs, mihi tecum communes, ut pariter amanti saltem consilium tuum impartias, quibus rationibus tu tuam amicā ambias. Fortasse citius perueniamus ambo, si uterq; alteri fuerit auxilio. N O. Musæ nesciunt inuidiam, multo minus Gratia Musarum sodales. Studio rum socio, nihil negandum est, & amicorum oportet esse communia omnia. B V. Plane bearis me, si id feceris. HYP. Quid si me quoq; in uestrum contubernium recipiatis? Sum enim iam pridem eodem cæstro percitus. N O. Recipimus. Ergo uelut eidem initiatis deo, retegā mysteria. Iam annos septē totos nihil attingo præter libros Ciceronianos, à cæteris nō minore religione temperās, q̄ Carthusiani temperāt à carnibus. B V. Quis isthuc? N O. Ne quid alicunde hæreat alienæ phrasæ, ac ueluti labem aspergat nitore Ciceroniani sermonis. Proinde ne quid hic peccē imprudens, quicquid est aliorum cōdicum, ab oculis submouī, scrinijs inclusum, nec ulli prorsus est locus in mea bibliotheca, præter q̄ uni Ciceroni. B. O me negligentē, tanta religione nunquā colui Ciceronē. N O. Non tantū in Larario Museoq; uerum & in omnibus ostijs imaginem illius habeo belle depictam, quā & gemis insculptā circumfero, ne unquā nō obuerfetur animo. Nec aliud simulachrum in somnis occurrit præter quā Ciceronis. B V. Non miror. HYP.

rio. B V. Non me fugit, istud secretum semper à laudatissimis uiris fuisse captatum, pro-
 ties aliquid immortalitate dignum molirentur. N O. Habeo Museum in intimis aedibus,
 densis parietibus, geminis & foribus, & fenestris, rimis omnibus gypso piceq; diligen-
 ter obturatis, ut uix interdiu lux aut sonitus ullus possit irripere, nisi uehementior, qua-
 lis est foeminarum rixantium, aut fabrorum ferrariorum. B V. Vocum humanarum to-
 nitrua & officinarum strepitus nō sinunt animum sibi praesentem esse. N O. Proinde ne
 in proximis quidem conclauibus patior quenquam habere cubile, ne uel dormientium
 uoces ronchiue, cogitationis secretum interpellent. Sunt enim qui in somnis loquun-
 tur, & nonnulli tam clare stertunt, ut procul etiam audiantur. H Y. Mihi frequenter & so-
 rices noctu scripturienti negotium facessunt. N O. In meis aedibus ne musca quidem lo-
 cus est. B V. Sapienter tu quidem atq; etiam feliciter Nosopone, si queas & animi curas
 obstrepentes excludere; quae si nos & nocte comitantur in abditiu illud, quid profice-
 rimus captato silentio? N O. Recte mones Bulephore. Nam intelligo tumultus istos a-
 lijs saepe molestiores esse, quam uicinarum fabrorum folles aut malleos. B V. Quid er-
 gor tibi nunquam obstrepunt, amor, odiū, liuor, spes, metus, zelotypia? N O. Ne te mul-
 tis morer, illud semel scito Bulephore, qui amore, zelotypia, ambitione, studio pecuniae,
 similibusq; tenentur morbis, eos frustra hanc ambire laudem, cuius nos sumus candida-
 ti. Res tam sacra requirit pectus non modo purum ab omnibus uitijs, uerum etiam ab om-
 nibus curis uacuum, Non aliter quam secretiores illae discipline, Magia, Astrologia,
 & quam uocant Alcumisticam. Porro leuiiores illae cura facile cedunt intentioni tam
 acri, tamq; seriae. Quamquam & has, si quae sunt, dispello, priusquam sacrum illud adeam,
 Nam in hoc animū multo studio consuefecerunt meum. Atq; hac potissimū de causa celebs
 agere decreui, ne quaquam ignarus quam sancta res sit coniugium: sed quod uitari ne-
 quit, quin uxor, liberi, affines, multam curarum materia secum trahant. B V. Sapuisti No-
 sopone. Nam mea cōiunx, si noctu parem ad istum modum operam dare Ciceroni, per-
 rumperet ostium, laceraret indices, exureret schedas Cicerone meditantes: & quod his
 etiam est intolerabilis, dum ego do operā Ciceroni, illa uicariū accerferet, qui ipsi pro-
 me operā daret. Itaq; fieret, ut dum ego meditor euadere Ciceroni similis, illa gigneret
 aliquem Bulephoro dissimilem. N O. Istiuc quoniā scio quibusdā usū uenisse, alieno mo-
 nitus periculo, mihi in tempore caui. Eodem consilio, nec ullum munus publicū, nec ec-
 clesiasticā dignitatē suscipere uolui, ne quid ex his accederet animo sollicitudinis. B V.
 At ista magnis studijs ambiuntur ab alijs. N O. Non equidē inuideo. Mihi uel consulatu,
 uel summi Pontificis regno potius est, tum esse, tum haberi Ciceronianū. H Y. Qui uere
 amat, praeter unam amare non potest. N O. Tum si quid huius rei paro, sub eam noctem
 à coena tempero, leuiter etiam pransus, ne quid crassae materiae, liquidioris animi sedem
 inuadat: ne qua nebula è stomacho exhalata grauet atq; affigat humo diuinae particu-
 lam aurae. B V. Sic affectum fuisse arbitror Heliodum, quum Musae cum ipso loqueretur.
 H Y. At Ennius ipse pater nunquā nisi potus ad arma profiliit dicenda. N O. Et idē
 scripsit uinum olentia carmina. B V. Et satur est quum dicit Oratius, ohe. N O. Quid agat
 furor poeticus, nihil ad nos. Ciceronianum esse sobria res est. H Y. Me cerebrum deli-
 tuit, si quando ieiuno. N O. Non planē ieiunium est. Sumo decem acinos uuae passae mi-
 nutulae, quam Corinthiacam uocant. Hic neq; cibus est, neq; potus, & tamen utriq; est.
 B V. Intelligo. Leniter humectant, conferuntq; cerebro ac memoriae. N O. Adde tria co-
 riantri grana saccharo incrustata. B V. Optime, ne quid uaporis ex decem illis acinis pro-
 uolet in mentis sedem. N O. Neq; uero quibuslibet noctibus abutor ad hanc operā. B V.
 Non: Eas excepisti, quibus saeuit Auster aut Boreas. Fortassis hybernas fugis ob noctis
 rigorem. N O. Hoc incommodi facile depellit focus luculentus. H Y. At interim obstre-
 pit fumus & materiae crepitus. N O. Acapnis utor. B V. Quas igitur noctes deligis? N O.
 Paucae sunt felices huic sanē negotio: proinde prosperas deligo. B V. Vnde quos? N.
 Ex astrologia. B V. Quum te plusquam totum possideat Cicero, qui fuit ocium astrolo-
 giae perdiscenda? N O. Indicē mihi mercatus sum ab huius artis peritissimo. Huius con-
 silio rem gero. H Y. Audio multos indicibus istiusmodi fuisse delusos, quoties scriptor
 errauit in numero. N O. Exploratum ac speciatū emi. B V. Deū immortalē, isthuc est feri-
 here: nec iam miror Hypologe, si nostra sunt incōdita rudiaq;. Verum ad istum compo-
 sito

sito modum, utra cogitatio prior, de rebus, an de uerbis? N O. Vtrāque prior, & utraq;
 posterior. B V. Aenigma dedisti, non responsum. N O. At explicabo, nodum: In genere
 de rebus prior est cogitatio, in specie posterior. B V. Non dum satis liquet quid uelis. N.
 Exemplo factam perspicuum. Statui scribere Titio, sic fringite, ut quamprimum curet
 ad me remittendos codices, quos illi commodato dederam; si nostram amicitiam uelit
 esse incolumem. Nam incidisse quiddam, ut illis mihi uehementer sit opus. Id si fecerit,
 nihil esse in rebus meis, quod non suū ducere possit: Sin minus, me ueteris amicitia tes-
 seram illi remittere, ac simultatem denunciare. Haec prima cogitatio nimirum de re, sed
 ingenete. B V. Intelligo. N O. Huic illico succedit uerborum cura. Euoluo quam pluri-
 mas Ciceronias epistolas: elenchos meos omnes consulo: seligo uoces aliquot insigni-
 ter Ciceronianas, deinde tropos, formulas: tum numeros: Demū affatim instructus hu-
 iusmodi supellecile, dispicio quos flosculos quibus locis possim inferere. Mox ad sen-
 tentiarum curam redeo. Hoc enim iam artis est; sensus ad haec uerborum ornamenta in-
 uenire. H Y. Haud aliter quam si quis egregius artifex, uestem preclarā apparet, ad hec,
 moniliū, anulorum & gemmarū uim, mox ceream affingat statuat, cui haec accōmo-
 det ornamenta, uel potius quam ad ipsa consecret ornamenta. B V. Quidni? Verū agē
 Nosopone. Num tota nox uni datur epistolae? N O. Quid mihi narras unam? Musis pul-
 chre uideor litasse, si periodum unicam absoluerit nox hyberna. B V. Itane de re tam nō
 magna, tam prolaxa scribis literas? N O. Imò perbreues; ne sis insciens, ut quae sextā pe-
 riodum non excedant. B V. Quin igitur sex noctes sufficiunt his absoluēdis? N O. Quali-
 satis sit scripsisse semel. Decies refingendum quod scriperis: decies ad indicem exigen-
 dum, ne qua forte dictiuncula te fefellerit adulterina. Rursus altera superest examina-
 tio de tropis ac formulis, postrema de numeris & compositione. B V. Istiuc nimirū est
 opus absoluerē. N O. Ne id quidē satis è bone. Dehinc quod elaboratum est cura, quan-
 ta potest maxima, seponēdum est in aliquot dies, ut ex intervallo, refrigerato iam inuen-
 tionis amore, uelut aliena legas, quae tua sunt. Hic demum grauis agitur censura. Hoc se-
 uerum, incorruptum, & ut Graeci uocant, ἀληθινόν iudicium, ubi qui scripsit ex parte
 fit Aetopagites. Hic se penumero fit, ut uerso stylo, nihil relinquas. B V. Omnino sic sūt
 accurate, sed interim ille fruitur codicibus abs te desideratis. N O. Istiuc incommodi
 malim perpeti quam aliquid à me proficisci, quod non sit Ciceronianum. Ducitur suo
 quisque iudicio. Ego malim multum scribere quam multa. B V. Scribendū rationem ha-
 bemus. Ad dicendū qua meditatione te paras? N O. Prima cautio est, ne cui loquar La-
 tine: quod queam effugere. B V. Ne Latine? Atqui dicendo fieri praedicant, ut bene dica-
 mus. Nouum autem exercitationis genus, si silendo discimus loqui. N O. Dicendo fit
 ut dicamus expedite: ut Ciceroniano more, nequaquam. Qui se parant equestri certa-
 mini, generosos equos à cursu prohibent, quo ad seriam rem integris uiribus ueniant.
 Nec uenator prius demit lorum generoso cani, quam uisa est fera. Ad garriendū de qui-
 buslibet nugis, sufficit mihi sermo Gallicus, aut Batauicus: prophanis, ac uulgaribus fa-
 bulis non contamino sacram linguam. Quod si qua res urget, ut Latine dicendū sit, &
 pauca loquor, nec sine praemeditatione. Et in eum usum habeo paratas aliquot formu-
 las. B V. Quas dicis formulas? N O. Velut si sit salutandus, aut resalutandus amicus eru-
 ditus, qui forte factus est obuius, aut uicissim laudandus qui te laudat, aut si gratulan-
 dum ex longinqua peregrinatione reduci, siue ex aegrotatione graui rediuiuo, aut agen-
 dae gratiae qui praestitit officium, aut bene precandū ei qui nuper duxerit uxore, aut de-
 plorandus casus, cui perijt uxor. Ad haec & huiusmodi formulis instructus sum è Cice-
 rone decerpitis atq; cōcinnatis, eas edidici, quo possim uti uelut ex tēpore. Porro si quis
 casus inciderit, ut uitari nō queat quin in longū proferatur sermo, protinus multa lectio-
 ne diluo quod contractum est labis. Neq; enim me fugit, hoc ipso colloquio, quod uobi-
 scum nunc habetur, quantum flagitiorū admittam, quantum detrimenti captā ad id quod
 molior. Itaq; ad faciendum uix mensura suffecerit lectio. B V. Quid si detur spaciū me-
 ditationi? N O. Tum quod fuerit ijs, quas dixi, rationibus elucubratum edisco, quoq; sit
 memoria certior, subinde mecum recito: ita fit, ut quum res poscit, ueluti de scripto pro-
 nunciem. B V. Quid si qua necessitas exigeret extemporalem orationem? N O. Qui po-
 test incidere, qui nihil ago publicū: Et si quam functionē publicā obirem, nō sum melior

aut magis ridiculum, si tot laboribus nihil aliud, quam inanem ac fallacem Ciceronis umbram allequi contingeret? N O. Istud omen auertant superi. B V. Auertant inquam, & hoc agimus, ne quid simile eueniat. N. Non nihil & illud cōducit ad imitationem Ciceronis, ut quod optime sentiamus de Cicerone. B. Nouus candor, si melius sentiamus de Cicerone, quod ipse sensit de seipso. Verum tribuatur hoc illius modestiæ, si parcius de se prædicauit, quis unquam ueterum sic admiratus est Ciceronem, ut ab uno petenda putarit omnia dictionis ornamenta. N. At hodie sunt quæ plurimi, quos hæc habet opinio. B. Nihil moror quam plurimos; cordatum ac uerè doctum reor esse neminem. Cui mortaliū hæc tenus sic indultit natura, uel in una quapiam disciplina, ut unus in singulis eius partibus excelleret omnes, ut non aliquid reliquerit in eo desiderandum; aut ita dederit, ut non ab alijs superaretur. Quanto id incredibilius in dicendi facultate, quæ disciplinæ propemodum omnibus constat, quæ tot alias res desiderat, quas nemo præceptis tradere possit: Fingamus hodie Ciceronem uiuere, & esse quendam Trachalo simillimum, utrum malles à Cicerone uocis moderationem petere, an à Trachalo: Opinor ab eo, qui hac parte præferatur omnibus. Pudoris ac modestiæ specimen utrum malles à Crasso, si uiuere, petere, an à Cicerone? Et ne de singulis commemorem, nonne sumeres à singulis, in quo cæteris antestarent? N. Quis non eligeret potiora, nisi qui uel non didicerat, uel sibi inuideret? B V. Itaque mihi probatur Zeulidis exemplum, quod sequutus etiam Quintilianus, imitatori præcipit, nec unum esse legendum, nec omnes, nec quoslibet, sed ex præcipuis deligendos aliquot eximios, inter quos Ciceroni primas tribuit, non solitudinem. Summum enim esse uult inter proceres, non solitariū exclusis cæteris. N O. Si Quintilianus consilij auscultabimus, idem nobis usu ueniet, quod euenit ipsi. B V. Quid nam? N O. Ut parum euadamus Ciceroniani. Nobis alius propositus est scopus. B. An parum erit Ciceronianum, cui quicquid accesserit, quod à Cicerone petitum non fuerit? N. Sic autumant. B V. Etiam si melius fuerit quod ab alio petitur, aut ne sit quidem illud apud Ciceronem? N. Quid nunc? B. Sed interim illud mihi cogites uelim optime Nosopone, quanta pars Ciceronianorum uoluminū intercederit, & in his diuinum illud opus de Rep. cuius fragmentum nescio quo fato seruatum, nihil aliud quam desiderio reliquorū uoluminum discruciat animos nostros, quæ cuiusmodi fuerint, hinc licet æstimare, leonem ut aiunt, ex unguibus. Ne quid interim commemorem, de tot epistolarum libris, de tot orationibus iniuria temporū interceptis, de tribus uoluminibus, quibus Tyro libertus iocos & scite dicta Ciceronis complexus esse legitur, de quæ cæterorum huius uiri scriptorum naufragio. Qui potes igitur absolutus esse Ciceronianus, qui tam multa illius non legeris? Adde quod Cicero non tractauit omnes materias. Ergo si forte dicendum fuerit de his quas ille non attigit, unde tandem petemus orationis suppellectilem? An proficiscemur in campos Elysijs, ab ipso percunctaturi, quibus uerbis ille tanta fuerit dicturus? N. Ea dumtaxat tractabo, quæ possint uerbis Tullianis explicari. B V. Quid? An non iudicas Ciceronem oratorum præstantissimum. N O. Plusquam præstantissimum. B V. Quid Apellem, nonne pictorum optimum? N. Aiunt, & credo. B V. An eum Apelleum appellares, qui non posset quarumlibet rerum imagines effingere, sed tantum eas quas ante pinxisset Apelles? Atque adeo qui non omnes tabulas Apellis manu depictas conspexisset? N Y. Quis istud diceret, nisi si cui placet ille pictor, in quæ locatur Horatius, qui dato præcio conductus ad pingendum naufragium, pinxit cupressum, & indignatum conductorem rogauit, ecquid uellet appingi prominens è cupresso. B V. Quid aliud est esse Ciceronianum, quam illi simillimum esse? N O. Nihil aliud. B V. An ille similis uidetur Ciceroni, qui noti potest nisi de certis materijs diceret? N O. Perge. B V L. Mihi ne oratoris quidem titulo dignus haberetur. Si Cicero quauis de re potuit optime dicere, is mihi Ciceronianus erit, qui quacumque de re ualeat præclare differere: quem admodum Apelli similis erit, qui & deorum & hominum, & animantium, & omnium denique rerum formas penicillo suo poterit adumbrare. N O. Equidem pulchrius esse duco tres epistolas scribere phrasi Ciceroniana, quam centum uolumina stilo quamlibet expolito, modo à Ciceroniano discrepante. B V. Verum Nosopone si isthæc sententia sederit animo nostro, uereor futurum, ut non solum non euadamus Ciceroniani, sed ipsi etiam Ciceroni, anoi uideamur. Quæso illud mihi bona fide respondeas, totum Ciceronem exprimendum censeres?

an mutilum? N O. Et totum quātus est, & solum. B V. Qui totum qui se totum non expressit? Rursus qui ea parte qua se nobis conspicuum fecit, mutilus est ac uix dimidiatus? Adde quod in his ipsis quæ extant, aliquando sibi non satis fecit. Siquidem De inuentione libros, substituto Oratore, ueluti damnauit. Et orationem pro Deiotaro munus Leuidentæ uocat. Ad hæc in his quæ scripsit tantum, non etiam recognouit, ipse Cicero non est Ciceronianus, cuiusmodi sunt libri De legibus, præter alia multa. Qui fiet igitur, ut totum quantus est æmulemur, quem & mutilum habemus & truncum, & in nonnullis indolatum ac sui dissimilem? Nisi forte probaturus es illum, qui inchoatas Apellis tabulas, aut rudes Lysippi statuas imitans speret se alterum Apellem aut Lysippum euasurum. Id si conspiceret Apelles ipse, quem ferunt ingenio candido liberum fuisse, nonne clamaret. Quid facis? Isti non est Apelles. Iam si quis sibi proposuisset insignem Lysippi statuam effingendam, cui rubigo uitalisset mentum & os, aut ei parti non imposuisset artifex summam manum, grauaretur eius partis exemplum ab alio quopiam artifice sumere, an potius haberet illud, ut est corruptum & imperfectum æmulari, ne recedat ab exemplo cui femer addixit, quæ ex alterius artificis signo, quod deest suppleret? N. Ut possimus, aiunt, quando ut uolumus non licet. B V. Alijs Nosopone rectius istud uerbum usurpabitur, qui quod in Cicerone diminutum est, ex alijs scriptoribus faciunt. Mallent enim ex uno omnia, uel quia promptius est, uel quia nullus illo dixit felicitus: uerum quando id non est datum, ex alijs mutuuntur. Quid quod Ciceronem habemus non modo truncum ac lacerum, uerum etiam ita deprauatum, ut si reuisceret, ipse, opinor, nec agnosceret sua scripta, nec restituere posset, quæ librorum ac semidoctorum audacia, incuria, inficitiaque corrupta sunt, quod malum Teutonibus potissimum imputat Politianus, quibus ut hic patrocinarî nolim, ita puto nihilo minus inuecti mendacem ab audacibus quibusdam ac sciolis Italis. Ut ne commemorem interim supposititia, falsoque titulo Ciceronem autorem mentiētia. Quo de genere sunt libri rhetorici quatuor ad Herennium, hominis haud quaquam indocti, sed ad Ciceronem balbi. Sunt & inter orationes, quæ non à Cicerone scriptæ, sed ab alio quopiam erudito exercendæ dictionis gratia confictæ uidentur. Adiecta est nuper oratio pro M. Valerio, quæ solæcismis scatebat, tantum abest, ut Ciceroniana dici possit. Nec desunt qui Portij Latronis declamationem in Catilinam pro Ciceroniana legant oratione. Proinde si deuotis animis nos unius Ciceronis imitationi dediderimus, citra delectum expressuri quicquid apud illum compererimus, nonne nosmet in summum coniecimus discrimen, ne quum diu multumque nos ipsos torserimus, tandem Gotticas uoces, aut Teutonum solæcismos pro Ciceronianis stoculis amplectamur æmulemurque? N O. Istud malum auertant Musæ. B V. Vereor ne Musis dormitantibus id nobis frequenter eueniat Nosopone. Nec enim semel lusum hunc uidimus, Fragmentum è Cicerone decerptum addito Germani cuiuspiam titulo, quam deridebant, quoties barbarum in clamabant, qui sibi ualde Ciceroniani uidebantur. Rursus aliquid pridie confictum proferebatur in medium, addebatur Ciceronis nomen, & fingebatur exemplar repertum in bibliotheca peruetusta, quam exosculabantur, quam adorabant diuinam illam, & inimitabilem Ciceronis phrasim. Quid quod eruditi non negant in Ciceronis scriptis inueniri solæcismos inexcusabiles, quales & olim exciderunt & excidunt hodie uiris eruditis, dum in uarias res distracta cogitatione, magis sententiæ præcedentis meminerunt, quam uerborum, eoque sit, ut periodi clausula prioribus non respondeat. Quod genus sit: Diutius commorans Athenis, quoniam uenti negabant soluendi facultatem, erat animus ad te scribere: Initio uersabatur in animo, uolebam, aut statueram, post magis arrisit, in animo erat, quæ uoces eundem efficiunt sensum, sed parum congruunt, is quæ præcesserant. Quin A. Gellius lib. 6. cap. decimo quinto, profert locum ex secundo libro Ciceronis De gloria, in quo manifesto lapsus est, uersus aliquot Homericos ex Illiados, tribuens Aiaci, quum ibi dicantur ab Heatore. An id quoque conabimur æmulari? Id profecto faciendum, si totum exprimeamus. Ad hæc obseruatum memoriamque proditum est, Ciceronem dixisse quædam quæ nemo doctus putauit imitanda, ueluti quum ait, in potestatem esse, pro, in potestate esse. Ac sanè fieri potest, ut illud tempore fecerit in autographo calami fluxus, aut alius quispiam casus, aut in alijs exemplaribus librarius oscitans induxerit. Rursus in edictio M. Antonij M. Tullius ueluti

barbaram & Latinis inauditam uocem profcindit, piſſimus à pio, quum ea apud proba-
 tiſſimos Latinæ linguæ ſcriptores reperiatur. Idem ut ſolœcon in eo reprehendit quod
 ſcripſiſſet, facere cōtumeliā, quemadmodū dicimus Latine, facere iniuriā, quum apud
 Terentium, optimū, ni fallor, elegantia Romanæ autorem ita loquatur Thais: Nam
 ſi ego digna hac contumelia ſim maxime, at tu indignus qui faceres tamē: opinor enim
 tacite repeti contumeliā. Idem ab his uocibus nouiſſime & nouiſſimus, ceu male La-
 tinis abſtinuit, quum eis non ueriti ſint uti M. Cato & Saluſtius. Qua religione M. Tul-
 lium A. Gellius teſtatur uſum & in alijs multis dictionibus, quibus autores bene Latini,
 & ante illum & poſt illum frequenter uſi ſunt. Fertur & geminū ſi ſcripſiſſe, quoties an-
 tecedebat longa uocalis, uelut in cauſa, uiffe, remiſſi, pro cauſa, uife, remiſi. Num igitur
 totum Ciceronem imitantes abſtinebimus ab his quæ contra doctiſſimorum hominum
 ſententiā uni Ciceroni non placuerunt, aut ea ſequemur quæ nulli docti uoluerūt imi-
 tari, ac nec excuſare pōtuerunt? H. Y. Iſthuc quidem amantium eſt, etiam neuos earum
 quas amant exoſculari. B. V. Age ſi totus erit exprimendus, num illius exemplo Muſis
 & Apollīne nullo ſcribemus uerſus? N. O. Carmen excipio. B. Næ tu bonā eruditionis
 partem excipis, dum carmen excipis. Cæterum quid uetat quo minus utamur hac exce-
 ptione, & in his uirtutibus in quibus ab alijs ſuperatur Cicerō, quemadmodū in hoc to-
 to genere multis eſt inferior, ne dicam omnibus: Quam multos uerſus admifcet ſcripſiſ-
 ſis ex Homero, Sophocle & Euripide, parum feliciter uerſos, præter Græcorum exem-
 plum in tam bicis eam uſurpans libertatem, quam ſibi Latini Comœdiarum ſcriptores
 permiferunt. Tu ſi quid ſimile uoles facere, num uereberis ea feliciter, ſi poſſis, ac minore
 licentiā uertere, ne ſis parum Ciceroni ſimilis? An non dehoneſtat orationem ſolutam,
 qui uerſiculos, quos uertendo facit ſuos, parum reliquæ dictioni congruentes admifcet?
 Tum quoniam idē idem ille ſuis libris adſpergit uerſus Ennianos, Neuianos, Pacuui-
 nos & Lucilianos, horridam illam & inconditam antiquitatem reſpientes: tibi religio
 erit ſimiles, imō diſſimiles uerſus ex Virgilio, Oratio, Ouidio, Lucano, Perſio uel profer-
 re, quorum lucubrations, ut minus horrores, ita plus habent tum elegantia, tum erudi-
 tionis? An hic metues uideri M. Tullio diſſimilis? N. O. Certe non nihil recellerimus ab
 eo, quem modis omnibus exprimere conamur. B. V. At quid eſt neceſſe ſemper ac mo-
 dis omnibus eſſe ſimilem, quū ſæpe potius ſit eſſe parem, & interdum facilius ſit ſupera-
 re quā æquare, hoc eſt, meliora ſcribere, q̄ ſimilia? N. Meliora Ciceronianis ne Muſ-
 ſas quidem ipſas dicturas opinor. H. Fortaſſe poſſent, ſi neruos intenderent, & noctū in-
 cœnata ſcriberent ad lucernulam. B. V. Ne quaſo commoueare Noſopone, ſemel ſtipu-
 latus ſum, impune dicendi quæ uiderentur poteſtatem. Si quis ſit uſq; adeo deditus ad-
 dictusq; Ciceroni, quemadmodum nos haecenus ſumus, an non periculum ſit, ne cæcus
 amore, uel pro uirtutibus admiretur uitia, uel ſciens ipſa quoq; uitia effingat? N. O. S. *ipſa
 uita*, in Cicerone uitia? B. V. Nulla, niſi forte ſolœciſmus uitiū eſt apud alios, apud Ci-
 ceronem non eſt. At ſolœciſmos ut diximus, eruditi commonſtrant in libris M. Tullij.
 Niſi labi memoria uitiū non eſt, & hoc commonſtratum eſt à doctis. Si uitiū nō eſt
 immoderata mentione propriarum laudum etiam illum grauare cui patrocinaris, quod
 in Milonis deſenſione factum teſtatur Aſconius Pedianus, & uix uſquam non ſubmo-
 leſtus eſt hoc affectu Cicerō, non ſine cauſa, ut eleganter inquit Seneca, ſed ſine ſine glo-
 rians. Et haud ſcio utra re ſit intemperantior, de ſe gloriando, an alios inſeſtando. Quo-
 cunque colore deſenderimus hæc, illud inſeſtari non poterimus, hac duntaxat in parte,
 rectius exemplum ab alijs peti poſſe. N. O. Miſſum faciamus ſermonem de moribus, de
 uirtutibus ac uirtutibus eloquendi nobis inſtituta eſt diſputatio. B. V. Ego uero lubens miſ-
 ſum fecero, niſi rhetores ipſi contenderent, bonum oratorem eſſe non poſſe, qui non ſit
 idem uir bonus. Verum age, num tibi uidetur eſſe uitiōſa cōpoſitio, ſi dicitio ſequēs inci-
 piat ab iſſidē ſyllabis, in quas deſiit præcedēs uelut Echūs imaginē ludicrā referēs: Quod
 genus ſi dicas, ne mihi dona donata: ne uoces referas feras, ne per imperitos ſcribas ſcri-
 bas Baſſo. N. Fateor ineptā & abſurdā cōpoſitionē. B. Atqui talem proferūt ex ama-
 ſio noſtro Cicerone: O fortunatam natam me conſule Romā. N. Iam ſemel carmē exce-
 pi. B. V. Per melicebit, modo ſimul excipias illud, totum Ciceronē. Sed nō dum elapſus
 es. En tibi niſi meliorem cōpoſitionem ex oratione ſoluta refert Quintilianus: Res
 mihi

mihi inuiſe uita ſunt Brute. Aut ſi malis Ciceroniano ſonare more, inuiſe ſunt. Ne quid
 calumniar interim de duobus molofſis in clauſula. N. O. Iſthuc excidit in epiſtola fami-
 liari. B. V. Nihil repugno, tantū quaero, num exiſtimes imitandum? Certe fateris aliquid
 poſſe dici melius. N. O. Neſcio. B. V. Quid hic memorem de uocalium crebra collitione,
 quæ reddit hiulcam & inamœnam orationē? An non hoc quoq; notatum eſt à doctis in
 Cicerone? Neglexit, inq;es, nihil reclamo, modo fateamur quiddā eſſe quod apud alios
 aut nō ſit, aut ſit melius. Rurſus ex te quaerā, ecquem nouiſti ſcriptorem tam uigilantem,
 tamq; felicē, ut nō alicubi dormitarit? N. O. Quid niſi homines erant. B. V. Inter homines
 igitur numeras Ciceronem? N. O. Interdum. B. V. Vtrum igitur putes eſſe conſultius, imi-
 tari dormitantem Tullium, an uigilantem Saluſtium, aut Brutum, aut Caſarem? H. Quis
 non mallet uigilantem exprimere? B. V. An non ſic Homerum imitatus eſt Virgilius, ut
 multa correxerit, nonnulla reliquerit? Nōne ſic Heliodum, ut nuſquam non uicerit?
 Nōne ſic Oratius eſt Lyricos græcos æmulatus, ut ex unoquoq; decerpēs quod eſſet
 bellifſimum, omnes poſt ſe reliquerit? Ego, inquit, apud Matinæ More modoq; Grata
 carpentis thyma per laborem Plurimum, circa nemus, uidiq; Tiburis ripas, operoſa
 paruus Carmina ſingo. An non ſic imitatus eſt Lucilium, ut quædam in illo ſciens præ-
 termiſerit, ab alijs ſumpturus quod imitatione dignius eſſet? Quid alios cōmemorem?
 num ipſe M. Tullius tam admirabilem eloquentiam ex uno quopiā contraxit? An po-
 tius excuſſis Græcorum pariter ac Latinorum philoſophis, hiſtoricis, rhetoribus, comi-
 cis, tragicis, lyricis, idem ex omni ſcriptorum omniū genere ſuam illam diuinā phra-
 ſim collegit, cōtexuit, abſoluit? Si modis omnibus libet imitari Ciceronem, & hoc illius
 exemplum imitemur. H. Y. Non abſurde mihi Noſopone loqui uidetur Bulephorus. B.
 Quid? an non hoc ipſe docuit Cicerō, caput artis eſſe diſſimulare artem? Friget enim,
 & fide caret, ac uelut inſidioſa timetur oratio, quæ ſignificationē artis dedit. Quis enim
 ab eo non metuat, qui fucum & uim parat animis noſtris? Itaque ſi feliciter Ciceronem
 imitari uolumus, diſſimulanda cum primis eſt ipſa Ciceronis imitatio. At qui nuſquam
 diſcedit ab illius lineamentis, qui uerba, figuras, numeros ex illo concinnat, quædā imi-
 tans etiam non imitanda: ueluti quidam Platonis diſcipuli, adductis humeris præcepto-
 rem referebant: Ariſtotelis auditores ſubbalbum quiddam in loquendo, quod in eo ſu-
 ille legitur, reddebant: quoniam manifeſto præ ſe fert imitandi ſtudiū, cui uidebitur
 ex animo loqui, aut quid laudis aſſequetur deniq;: Nimirum id quod aſſequantur ij qui
 ſcribunt centones. Delectant fortaliſ, ſed pauliſper, ſed ocioſos duntaxat: cæterum nec
 docent, nec mouent, nec perſuadent. Summa laus eſt, probe tenet Virgilium, multo ſu-
 dore eōcinnauit emblemata. N. O. Quo magis elucebit imitatio, hoc magis habebor Ci-
 ceronianus. Hæc eſt uotorum ſumma. B. V. Recte dicis, ſi facundiam oſtentationi para-
 mus, non uſui. Verum plurimum intereſt inter hiſtrionem & oratorem. Illi delectaſſe ſa-
 tis eſt, hic etiam prodeſſe ſtudet, ſi modo uir bonus eſt: quod ſi non eſt, nec oratoris no-
 men tueri poterit. Iam demonſtrauimus, opinor, in Cicerone quædam eſſe uita, quæ
 dam in eo deſiderari, quæ dā ſic addeſſe, ut in his ab alijs hac parte felicioribus ſuperetur.
 Sed donemus, nullum eſſe uirtutum aut ornamentorum genus, in quo non ſit cæteris
 uel par uel ſuperior: certe in alijs alia magis eminent ob raritatem, quæ in M. Tullio or-
 namentorum denſitate uelut obſcurantur, perinde quaſi ſi certas ſtellas notare uelis, ſar-
 cilius id facies ſi raræ luceant, quā ſi tota cœli pars pariter inſignibus obſita ſit. Iridem
 ſi ueſtem conſpicias totam gemmis obteſtam, minus te capient ſingule. N. O. Qui totum
 imbibit Ciceronem, non poteſt aliud quā Ciceronem exprimere. B. V. Eōdem reuol-
 uimur. Fatebor eloquentem, qui Ciceronem feliciter expreſſerit: ſed qui totum, exceptis
 iniſis: & ne ſim iniquior, unā cum ipſis uitijs, modo totum. Feremus illud ſubſinane, ſe-
 remus mentum leua demulceri, feremus & collum oblongum atq; exilius, feremus per-
 petuam uocis contentionem, feremus indecoram parumq; uirilem in initio dicendi tre-
 pidationem, feremus iocorum intemperantiam: & ſi qua ſunt alia, in quibus M. Tul-
 lius uel ſibi, uel alijs diſplicuit, modo ſimul & illa exprimāt, quibus iſta uel textit ille, uel
 penſauit. N. Vtinam id mihi contingat ante ſupremū uitæ diem. B. Iſthuc ut contingat
 nūc agimus Noſopone. At uide q̄ multa, quā paucis cōplectitur, qui totū dicit Cice-
 ronem. Sed o Muſe, quantulam Ciceronis portionem nobis referūt iſti Ciceronis ſimij,
 quā

qui uoculis, formulis, tropis, & clausulis aliquot, hinc atq; hinc ceu corrogatis summam modo cutem, seu bracteam potius Ciceronis nobis exhibent. Sic olim Atticum dicendi genus quidam emulabantur, quum interim essent aridi, seiuui, frigidique, semper, ut ait ille, manum intra pallium habentes, nec subtilitatem, nec sanitatem, nec gratiam Atticorum ulla ex parte possent assequi. Optimo iure Quintilianus irridet quosdam, qui se germanos Ciceronis haberi uolebant, quod aliquoties his uocibus absoluerent clausulam, esse uideatur, propterea quod ea semel atq; iterum Ciceroni forsitan excidit, si periodum longiore ambitu circumduxissent, quod in initijs praesertim nonnunquam fecit ille. Nec hodie parum multi sunt istorum similes, qui sese ualde mirantur et alteros, ut aiunt, Cicerones esse credunt, si prima uox orationis sit, quamquam, aut etiam, aut animaduerti, aut quum, aut si, quod officiorum libros sic ordiatur M. Tullius: Quamquam te Marce fili, periodum uix nonno uersu absoluens. Et pro lege Manilia: Quamquam mihi semper. Laudatissimam illam pro Milone orationem sic auspicatus est: Etsi uereor, iudices. Rursus Philippicorum duodecimam: Etsi minime decere uidetur. Item pro C. Rabirio: Etsi Quirites. Et epistolis aliquot simile est initium. Et haud scio an isti libros ad Herennium ob id tribuant Ciceroni, quod ab etiam, accipiat exordium. Porro De finibus bonorum librum quintum sic incipit: Quum audiuissem Antiochum Brute. Tusculanas quaestiones sic auspicatur Quum defensionum laboribus. Et eiusdem operis quartum librum: Quum multis in locis nostrorum hominum ingenia. Pro L. Flacco: Quum in maximis periculis. Item pro domo sua ad Pontifices: Quum multa diuinitus. Iterum pro Plancio: Quum propter egregiam. Ad hanc librum de Natura deorum primum: Quum multae res in philosophia. Et Scipionis somnium: Quum multae res in Africa. Pro Rabirio dicens sic orditur: Animaduerti iudices. Rursus ad Brutum de Paradoxis stoicorum: Animaduerti Brute. pro L. Cornelio Balbo sic orditur: Si autoritas patronorum. Pro P. Sestio: Si quis anrea iudices. Pro Cecinna: Si quantum in agro. Pro Archia poeta: Si quid est in me ingenij. In Vatinius testem: Si tua tantummodo Vatini. Ad equites iturus in exilium: Si quando inimicorum. Ad Senatum post reditum: Si P. C. uestris. Pro M. Caesio: Si quis iudices. De Proincijs consularibus: Si quis uestrum P. C. Quid autem magis ridiculum, ac Ciceroni dissimilius esse possit, quam nihil habere Cicerontis praeter tales uoculas in orationis exordio, de quibus si quis percontetur Ciceronem, quum ab istis uocibus sit orsus, respondebit, opinor, quod in insulis fortunatis Luciano respondit Homerus, roganti, quum primam Illadis dictionem uoluerit esse *μῆνις*, nam haec questio multis seculis torserat grammaticos, illud, inquit, tum forte uestit in mentem. Consimilis impudentiae sumus, qui sibi plusquam Ciceroniam uidentur quod aliquoties insulciant, etiam atq; etiam pro uehementibus & maiorem in modum pro ualde, identidem pro subinde, quum & tum quoties inaequalis momenti sunt quae connectimus, tum & tum quoties aequalis, tuorum in me meritum. Quid quaeris, pro in summa, aut breuiter. Non solum peto, uerum etiam oro contendoq; me ut facis ama. Non ille quidem uir malus, sed parum diligens: qua loquutionis formula sic M. Tullius uidetur delectatus, ut in eadem pagina crebro repetitam inuenias. Si inile est, quum per illud pronomen indicat non quod praecellit, sed quod mox sequitur. Et in Epistolis fortassis semel atq; iterum dixit, cogitabam in Tusculanum: itaq; Ciceronianus sibi uidetur, qui subinde dixerit, Romam cogitabam, pro eo quod erat, in animo habebam, siue statueram proficisci Romam. M. Tullius anni numerum non adscribit epistolis, sed tantum mensis diem: & Ciceronianus non erit, si quis a Christi natali annum ascripserit, quod saepe necessarium est, semper utile: lidem non ferunt, si quis honoris gratia, nomen eius, ad quem scribat, suo praeferat, quod genus sit, Carolo Caesari Codrus Vrceus salutem. Par flagitium existimant, si quid dignitatis, aut laudis addas proprio nomini, uelut in clyto Pannoniae Bohemiae regi Ferdinando, Velius salutem dicit. Nec Plinio Iuniori possunt ignoscere quod suum appellat, si quando scribit amico, quum eius facti nullum apud Ciceronem extet exemplum. Ut parum Tullianus rescribetur, qui, quod exemplum a principum officijs mutuari docti quidam nuper usurpare ceperunt, summam eius epistolae, cui respondere parat, in initio proponat, quod id nullam quam factum sit a M. Tullio. Noui quosdam notatos ut solsecos, quod in salutatione pro

S. D. posuerint S. P. D. id est salutem plurimam dicit, quod negarent hoc apud Ciceronem inueniri. Nonnulli uero putant & illud Tullianum esse, salutationem non in fronte, sed in tergo literarum ponere, quod his uerbis admoneretur lator, quas quibus deberet redere, non sine salutationis officio. Quantula res facit, ut ab hac palma decidamus: Multo uero minus erit Ciceronianus, qui salutarit hac formula. Hilarius Bertulphus, Leuino Panagatho totius hominis salutem, aut salutem perpetuam. Verum hoc quoque longius aberit a Ciceroniano, qui sic orsus fuerit epistola, Gratia, pax, et misericordia a Deo patre, & domino Iesu Christo. Item qui pro, cura ut recte ualeas, ita claudat epistolam, Sospitet te dominus Iesus; aut, incolumem te seruet dominus totius salutis autor. Quos risus, quos cachinnos hic tollent Ciceronianis: Quid autem admissum est piaculit? An non uerba Latina sunt, munda, sonantia, atque etiam splendida? Iam si sensum introspicias, quanto plus est hic quam in, Salutem dicit, & bene uale: Quid uulgarius quam dicere salutem? Praestat hoc officium herus seruo, inimicus inimico. Quis autem crederet esse Latinum, dicit illi salutem, & iubet illum saluere, nisi nobis sermonem hunc ueterum consuetudo commendaret? Hoc in aditu. Iam in digressu uale dicimus & his quibus male precamur. Quanto melior Emphasis in formulis Christianorum, si modo uere & ex animo simus Christiani. Gratia declarat gratuitam condonationem admissorum: pax quietem & gaudium conscientiae, quod Deum pro irato habemus propitium: misericordia dotes uarias & corporis & animi, quibus suos locupletat arcani spiritus benignitas, quoque magis speremus nobis haec fore perpetua, additur, a Deo patre & domino nostro Iesu Christo. Quum patrem audis, ponis seruilem trepidationem, ascitus in affectum filij: quum dominum audis, confirmaris aduersus uires satanae. Non deseret ille quod tam care redemit, & unus potentior est uniuersis satanae cohortibus. Quid suauius his uerbis ei, qui iam haec apud se sentit, quid utilius hac admonitione ei, qui nondum in hunc affectum transiit? Verbis itaque non uincimur, imo uincimus potius sententia longe superamus. Restat illud decorum & aptum quod ubique cum primis spectandum est. At haec quanto magis conueniunt homini Christiano, quam illa, salutem dicit, & cura ut ualeas? Tantum facillat illa puerilis imaginatio, non sic loquutus est Cicero. Quid mirum, si non sic loquutus est, quum rem ignorat? Quot milia sunt rerum, de quibus nobis frequenter dicendum est, de quibus M. Tullius ne somniauit quidem? At si uiueret, nobiscum eadem loqueretur. An non igitur frigidi uidentur imitatores, qui talium rerum obseruatione culis referunt M. Tullium, ac dissimulatis tot diuinis uiri uirtutibus, numeris, tropis, formulis ac dictiunculis, ea imitantur, quae M. Tullio uel placuerunt, uel crebrius exciderunt? Haec ad te quidem nihil attinent Nosopone, sed ramen quonia incidit ut de Ciceronis imitatoribus loqueremur, & haec commemorare non ab re uisum est. Hoc hominum genus, & nobis & ipsi Ciceroni pariter inuisum esse debet: nobis, qui uere Ciceronem conamur exprimere, quia per istos uocamur in iocum & fabulam, dum ex illorum aestimamur stultitia: Ciceroni, qui per tales, ut ante diximus, imitatores non aliter infamatur, quam bonus praceptor per malos discipulos, probus uir per improbos liberos, formosa mulier per imperitum pictorem. Perspexit hoc Quintilianus, dum queritur Seneca infamari quorundam immodico studio, qui uitia duntaxat imitabantur, itaq; fiebat ut qui Senecam non legerant, ex illorum scriptis Senecae facundiam aestimarent. Quemadmodum autem nulli magis se iactant uenditantque de praceptorum ac maiorum nomine, quam indocti discipuli & improbi filij aliunde captantes uirtutis opinionem, quam suis bonis eam conciliare non queant: ita nulli gestiunt insolentius nomine Ciceronis, quam qui Ciceronis sunt dissimilissimi. Noui medicos insigniter artis quam profitebantur imperitos, qui quo questum facerent uberiozem, celebris alicuius medici, quem uix uiderant, se discipulos iactitabant, rogatiq; quum praeter artem hoc aut illud ministraret aegrotis, conuicio respondere solent. Num tu illo doctior? Hunc praepreceptor se quor. Atqui illius quem nominabant penè nihil imitabantur, praeter uitanda potius quam aemulanda: puta si forte celebris ille, fuit in respondendo consultoribus difficilior aut morosior, uel in exigenda mercede durior. Quo tandem animo credis egregium illum medicum esse erga tales discipulos? H. Y. Haud dubium quin pessimo, nisi prorsus nullam habet existimationis suae rationem. B. V. Quoniam reliquos eiusdem medici ueros ac germanos discipulos? H. Y. Acque malo, quod apud uulgus

uulgus tales habentur discipuli, qualem experiuntur illum gloriosum impostorem. At qui si pateris ut orationis tuæ cursum interellem, sâxo ut uideas. B V. Licet. H Y. Qui-
dam casu uiderat Erasimū scribere calamo, cui ob breuitatem additum erat lignū, cœpit
illico suis pennis alligare baculum, atq; ita sibi uisus est Erasimico more scribere. Sed per-
ge obsecro. B V. Nec ille pidiū est, nec à πῶρος δὲ ἰδύων quod narras. Cæterū ut institutum
prosequar. An nō audimus patres familiās obiurgâtes male moratos filios, Vos me red-
ditis infamē & inuisum ciuibus meis, uos obscuratis imagines maiorum, pudet me taliū
liberorum: si pergitis, abdicabo uos: Nōne ad consimilem modum audimus interdum
fratrem indignari fratri, quod illius improbis moribus detrimentum opinionis suæ ca-
piat: Hoc animo p̄babile est Ciceronē esse in istos ridiculos simios, hoc animo nos esse
deceat, qui illius γυμνασία studemus haberi. N O. In re tam præclara nōnihil est uel um-
bram assequi. B V. Sit hoc aliquid ijs, quibus satis est umbras uocari Ciceronis: ego nec
Apollinis umbram dici me cupiā. Malim enim esse uiuus Crassus, q̄ umbraticus Cice-
ro. Verū ut quod institui mus peragamus, fac esse qui totum Ciceronē in uerbis, figuris
& numeris exprimat, quod ipsum tamē an multi possint nescio, quantulū is habebit Ci-
ceronis: Sit hoc in imitatio Cicerone, quod Zeuis fuit in effigiado corpore muliebri.
Expressit linamenta, colorem, ætatem, & ut summū artificium præstiterit, affectus nō
nihil, hoc est, dolentis, gaudentis, irati, metuentis, attentis, aut dormitantis. Hęc qui præ-
stitit, nōne quicquid ars potest absoluit: Quantum licuit, uiuam hominis speciem in
mutum simulachrum trāstulit. Nec aliud exigi potest à pictore. Agnoscis formam eius
quæ depicta est, uides ætatem & affectus, fortassis & ualitudinem: adde quod à quibus-
dam effectum legimus, agnoscit indolem & mores & uitæ spacium physignomon. Sed
immane quantum illic abest hominis: Quod ex summa cute consici potest, expressum
est. Cæterum quum homo constet ex anima & corpore: quantulū illic est unius partis,
eiusq; deterioris: Vbi cerebrum, ubi caro, ubi uenæ, ubi nerui & ossa, ubi intestina, ubi
sanguis, spiritus & phlegma, ubi uita, ubi motus, ubi sensus, ubi uox & sermo, deniq; ubi
quæ sunt hominis propria, mens, ingenitū, memoria, cōsiliū: Quemadmodū quæ sunt
hominis præcipua, pictori sunt inimitabilia: ita summas oratoris uirtutes nulla assequi-
tur affectatio, sed à nobis ipsis sumamus oportet. Verum à pictore nihil aliud exigitur, si
præstitit quod unū ars proficitur: à nobis, si totum Ciceronē exprimere uolumus, multo
aliud requiritur. Si nostrū simulachrum, quo M. Tullius effingimus, careat uita, actus, affe-
ctu, neruis & ossibus, quid erit imitatione nostra frigidius: Sed multo magis erit ridicu-
lum, si tuberibus, neuis, cicatricibus, aliæue membri deformitate demum efficiamus,
ut lector agnoscat nos legisse Ciceronem. H Y. Istius generis pictor quidam nuper risui
nobis fuit, susteperat effingendum ad uiuam formam Murium sodalem nostrū: quumq;
ueram hominis formā reddere nō posset, circumspectabat si quid haberet in corpore seu
uestitu notabile. Aestate cœperat, iamq; magna ex parte tabulam absoluerat, pinxerat
anulum quem gestabat, pinxerat crumenam & cingulum, tum pileum capitis diligēter
expressit. Animaduertit illi in leuæ manus indice esse cicatricē, eam expressit accurate.
Tum in dextra, qua manus p̄ninsula brachio committitur, tuber insigne, nec hoc præ-
termisit. Rursus in supercilio dextro pilos aliquot in diuersum flexos reddidit. Itē in buc-
ca leua cicatricem effinxit, uulneris uestigiū. Vbi reuersus, nā crebro redibat ad exem-
plar, uidisset barbam demessam, affinxit nouum mentum: rursus ubi barbam aliquantu-
lum prouenisse, quia magis id placebat, mutauit illi mentum. Interim oborta est Murio
febricula, ea, ut solet recedens, in labrum eruperat, pictor expressit pustulam. Tandē ue-
nit hyems, sumptū est aliud pileum, mutauit ille picurā: sumpta est uestis hyberna pell-
bus subducta, pinxit nouā uestem. Rigor mutarat colorem, & cutem, ut solet, contraxe-
rat, mutauit totā cutem: inciderat pituita, quæ sinistrū oculū uitiat, & nasum, dum fre-
quēter emungitur, reddiderat & aliquāto maiorē, & multo rubicundiorē, pinxit illi no-
uum oculum & nasum nouum. Si quādo uidisset impexum, exprimebat capillorum in-
æqualitatē: rursus si pexum, cōponebat capillitium: forte dormitabat Murius dum pin-
geretur, expressit dormitantē, sumperat pharmacum hortatu medici, ea res addidit ali-
quid senij: mutauit faciem. Si ueram ac natiuā hominis formā potuisset exprimere, non
cōfugisset ad hæc πῶρος. Itaq; si ad istum modū imitemur Ciceronē, nōne merito cla-

met

met in nos Oratius: O imitatores seruum pecus, ut mihi saxe
Risum, saxe iocum uestri mouere tumultus

Sed finge nos feliciter expressisse in Cicerone quicquid hominis exprimere potest
absolutus pictor, ubi pectus illud Ciceronis, ubi rerum tam copiosa, tam felix inuentio,
ubi dispositionis ratio, ubi propositionum excogitatio, ubi consilium in tractandis argu-
mentis, ubi uis in mouendis affectibus, ubi iucunditas in delectando, ubi tam felix ac
p̄p̄ia memoria, ubi tantarū rerum cognitio, deniq; ubi mens illa spirans etiamnum in
scriptis, ubi genius ille peculiarem & arcanā adferens energiam: Hęc si absint, q̄ erit fri-
gidum imitationis nostrę simulachrū: N O. Ista diserte tu quidē Bulephore, sed quorsum
spectant, nisi ut adolecētes ab effingēdo Cicerone deterreas: B V. Bona uerba Nosopo-
ne. Quin potius eō spectant hæc omnia, ut cōtempo simiorū quorundam inepto tumul-
tu, Ciceronē, quatenus licet, & totū, & feliciter imitemur. N O. Hic sanē rem eādē agi-
mus. B V. Id ni fiat dextre, futurū est ut sedulo quidem, sed parū feliciter æmulado, Cice-
ronis dissimilimi reddamur. Nihil enim periculosius esse scito, quā in affectare Cice-
ronis imaginem. Male cessit gigātibus affectasse sedem Iouis. Nonnullis exitiū attulit euo-
casse deos. Periculose plenum opus alex est, diuinā illam & humanā natura superiorem
exprimere linguā. Cicero nasci fortassis potest aliquis, fieri nemo: N O. Quid nūc agis:
B V. Quia uirtutes illius ut summæ sunt, ita uitij sunt proximæ. Porro fieri non potest
quin imitatio defluat ab eo, quod sequi tantum, nō etiā uincere studet. Proinde quo im-
pensius affectas illius simulachrū, hoc uitio propior es. N O. Non satis intelligo quid di-
cas. B V. Efficiam ut intelligas. Nōne medici corporis optimam ualitudinē prædicant
periculosissimam, quod aduersę ualitudini sit proximā: N O. Audiui. Quid tum postea:
B V. Summa monarchia nōne tyrannidi proximā est: N O. Aiunt. B V. Et tamen sum-
ma monarchia nihil est melius, si absit tyrannis. Et summa liberalitas nōne uicina est
profusionis uitio: Et summa seueritas an non affinis est truculentia: N O. Sanē. B V.
Et summa festiuitas, urbanitasq;, nōne ad scurrilitatis ac leuitatis accedit uiciniam:
N O. Desine commemorare cætera, finge me de singulis esse confessum. B V. Prius au-
dies illud Oratianum, Breuis esse laboro, Obscurus fio, sedantem lenia, nerui Deficiūt,
animiq; profusus grandia turget. Ita qui affectant Atticissimum, pro argutis ac uenustis
fiunt aridi: qui genus Rhodiense, dissoluti: qui Asiaticum, tumidi. Laudata est in Salu-
stio compositio breuitas, nōne si quis hanc superstitiose conetur æmulari, pericu-
lum sit ne concisus & abruptus euadat: N O. Fortasse. B V. Prædicatus est in Demosthe-
ne uerborum & argumentorū modus, cui nihil possis detrahere. N O. Ita censuit Quin-
tilianus. B V. L. Ad hanc laudem æmulandam si quis componat se anxie, quo Demo-
sthenicus uideatur, periculo uicinus est, ne minus dicat quā oportet. Applauditur Iso-
cratis structura numerisq;. Huc qui uehementer annitatur, in periculum ueniet, ne su-
perstitione compositio sit molestus, & artificij iactatione fidem amittat. Seneca lau-
data est copia. Huius incautus ac sedulus æmulator periclitatur, ne redundans & immo-
dicus euadat pro copioso. Bruti grauitatē si æmuleris anxie, fortassis tristis & asper eua-
des. Laudatur Crispi iucunditas. Huius æmulator ueniet in discrimē, ne pro iucundo fiat
ineptus aut leuis. Noui qui quū mirabilē illam Ouidij facilitatem conarētur exprimere,
uersus effutirent, & neruis & spiritu carentes. Et ne singulos cōmemorādo tibi fiam mo-
lestus, dicam in genere quod restat. In quibusdā eminet argumentādi subtilitas. Hęc qui
uehementer affectat, periclitatur, ne uel frigidus, uel obsecurus euadat. In alijs admira-
mur felicem artis neglectum. Hoc qui contendit effingere, fortassis in uulgare dicendū
uel potius garriendi genus incidet. In alio dilucet summa artis obseruatio. Id qui nitatur
exprimere, incidet in scenicum quoddam dicēdi genus. Atticæ frugalitati proximā est
exilitas: copioso uerborum fluxui uicina est loquacitas. Summā in mouendis affectibus
δὲ ἰδύων excipit insanīæ species, ut granditatem fastus, asseuerādi fiduciam improbitas.
N O. Confessa prædicas. B V. Ex his uero sunt quædam quæ sic eminent in autoribus, ut
pro uitij habenda sint, nisi iunctis uirtutibus pensarētur: quemadmodū in Seneca com-
positio abrupta, & sententiārum immodicam densitatem multæ uirtutes excusant,
ut præceptorum sanctitas, uerborum rerumq; splendor ac iucunditas orationis: nec Iso-
cratis laudaretur compositio, nisi perspicuitas dictionis & sententiārum grauitas illi pa-
trocinaretur

Tom. I

AaA trocinaretur

trocinaretur. N O. Nihil adhuc audio falsi: cæterum quorsum hæc tendant nondum uideo. B V. Nimirum huc. Quum in uno Cicerone tam multa sint huiusmodi, periculosa mihi uidetur illius superstitiosa & addicta æmulatio, quãdo uirtutes quibus ista uel commendauit, uel texit, æmulari non possumus. N O. Quenam ista dicis? B V. Tam fluidum est illi dictionis genus, ut remissus ac solutus alicubi uideri queat: tam exuberans uerborum copia, ut redundas; tam artis obseruans, ut declamatori quàm oratori propior, si dei iactura captans artificij gloriam; tam liber in insectando, ut maledicus haberi possit; tam effusus in iocos, ut Catoni consilium mouerit; tam blandus alicubi, ut abiecius; tam compositus, ut seuerioribus ingenijs mollis ac parũ uir dictus sit. Hæc ut fateamur in Cicerone uitia non esse, propter insignem illam naturæ felicitatem, quam decent que facit omnia: ut etiam uirtutes sint, sic tamen insunt, ut ob uiciniam non careat specie uirtutum sub iniquo iudice, attamen ille reprehensionem omnem eximij ac plurimis uirtutibus pensauit, ut omnium iudicio calumniator & impudens habeatur, qui conetur aliquid in huius oratione reprehendere. Verum has uirtutes non studemus exprimere, & si Fabio credimus, sunt inimitabiles, nec ab exemplo præceptis ue peti possunt, sed à Minerva. Hæc uero si absint, qualis erit eorum, quæ commemorauimus, imitatio? Colligimus igitur, nullius imitationem esse periculosiorem, quàm Ciceronis, non tantum eo nomine quod summus orator, & extra omnem ingeniorum aleam positus est (quo titulo Flaccus ab æmulatione Pindari deterret, uidelicet Icaro exemplo) uerum etiam quod plerumque in illo sic summa sunt, ut uitij sint proxima. Hic nimirum præcipit discrimen. N O. At prius conueniebat inter nos, quæ maxime eminent ad imitationem esse accommodatissima, quo uidelicet, ut non nihil decidas ab eo quod effingere studeas, tamen laudẽ auferas rectæ dictionis. B V. Aliud est eadem reddere, aliud similia, aliud imitari præscriptum, aliud seruire, nec aliud quàm sequi. Denique desinit ab exemplo, qui non reddit & illa, quæ reprehensionem excludunt. At qui hæc Fabius indicat fere inimitabilia felicitibus etiam ingenijs. N O. At ego ad huius laudis ambitum non recipio nisi uehementer eximia quædam ac dijs proxima ingenia, quibus si accesserit indefatigabile studiũ, ita demum spes est fore, ut feliciter exprimant phrasim Tullianam. B V. Fortasse, sed ita raros, ut numerari non ualeant. Iam sunt arguti quidam qui distinguunt imitationem ab æmulatione. Siquidem imitatio spectat similitudinẽ, æmulatio uictoriã. Itaque si totum & unum Ciceronẽ tibi proposueris, non in hoc tantũ ut illum exprimas, uerum etiam ut uin casinõ prætercurrendus erit, sed relinquendus magis. Alioqui si illius copiam uelis adde re, spes redundans: si libertati, spes petulans: si iocis, spes scurrilis: si compositioni, spes pro oratore cantor. Itaque fit, ut si Tullium æquare studeas, pericliteris, ne hoc ipso peius dicas, quod diuinas hominis uirtutes, quibus ea pensauit, que uel uitia sunt, uel uitio proxima, nõ possis assequi, cætera nimirum assequutus: sin coneris & anteuertere, etiam si in illis, quæ nullo studio possis assequi, paria cum illo facias, tamen uitiosum erit, quicquid Ciceroni fuerit adiectum, de quo uere pronunciatum uidetur, quod illius eloquentiã nihil possit adijci, quemadmodũ Demosthenis, nihil demĩ. Vides Nosopone periculũ. N O. Nihil me terret periculũ, modo tandem hoc laudis assequi liceat, ut dicar Ciceronianus. B V. Hæc omnia si cõtemnis, est alius scrupus qui magis urget animũ meum, si non gra uaberis audire. N. Vtere pactis arbitrato tuo. B. An censes ullũ hominẽ eloquentis nomẽ promereri, qui nõ dicat apte? N O. Nequaquã, quandoquidẽ hæc præcipua uirtus est oratoris, apposite dicere. B. Verũ illud appositũ, unde perpenditur, nõne partim à rebus de quibus uerba sũt, partim à personis, tum dicentũ, tum audientũ; partim à loco, tempore, reliquisq; circumstantijs? N O. Maxime. B. Ciceronianũ aut nõne præstantẽ oratorem esse uis? N O. Quid nĩ? B V. Itaque non erit Ciceronianus, si quis in theatro disserat de Stoicorum paradoxis, deq; Chryssippei argutijs: aut apud Areopagitas in capitis discrimine lasciuat facetijs: aut de re culinaria, uerbis ac figuris tragicorũ loquatur. N O. Ille nihilo minus ridiculus erit orator, q̃ si quis in tragico cultu saltet Atellanã: aut felis, quod est in proverbijs, inducat Crocoton, simiã purpuram, Bacchum aut Sardanapalum leonis exuuiõ, et claua exornet Herculis. Nihil enim laudis meretur quamlibet perse magnificum, si sit ineptum. B V. Et commode respondes & uere. Ergo M. Tullius qui suo seculo dixit optime, non optime dixisset, si ætate Catonis Censorij, Scipionis, aut Ennij

Ennij simili modo fuisset loquutus. N O. Non tulissent aures comptum illud & numero sum dictionis genus, nimirum horridioribus assuetæ. Nam istorum oratio moribus illorum temporum congruebat. B V. Dicis igitur orationem quasi uestem esse rerum? N O. Aio, nisi maui picturam dici. B V L. Vestis igitur quæ decora est puero, non decet senem: nec quæ feminae congruit conueniret uiro, nec quæ decet in nuptijs, deceret in funere; nec quæ laudi dabatur olim ante annos centum, nunc probaretur. N O. Imò sibilis omnibus & risu omnium exciperetur. Contemplare in picturis non admodum uetus sitis, fortassis ante annos sexaginta æditis, cultum muliercularum aulicarum ac procerum, quo si quis nunc prodeat in publicum, futurum sit ut putribus malis à pueris ac morionibus lapidetur. H Y. Verissima narras. Quis enim nunc ferat in honestis matronis cornua, pyramides, metasq; prælongas in uertice prominentes, frontes ac tempora pilis arte uulsis glabra ad medium prope cranium; in utris pileorum thoros cum ingenti cauda pensili, oras uestium insectas, thoros in humeris tumentes, cesariem duobus digitis supra aures derasam, uestem longe breuiorem, quàm ut ad genua porrigatur, uix pudenda tegentem, calceos rostris in immensum porrectis, catenam argenteam à genu ad talum usque reuinctam. Nec illis temporibus minus prodigiosus fuisset cultus, qui nunc habetur honestissimus. N O. De ueste conuenit. B V. Da nunc si libet ex pictoribus Apellem, qui suæ ætatis & deos & homines optime pingere solitus est, si quo fato rediret in hoc seculũ, & tales pingeret Germanos, quales olim pinxit Græcos, tales monarchas, quales olim pinxit Alexandrum, quum hodie tales non sint, nõne diceretur male pinxisse? N O. Male, quia nõ apte. B V. Si tali habitu pingeret quis Deum patrem, quali pinxit olim Iouem; tali specie Christũ, quali tum pingebat Apollinem, num probares tabulam? N O. Nequaquam. B V. Quid, si quis Virginem matrem hodie sic exprimeret, quæ admodum Apelles olim effigiabat Dianam; aut Agnen uirginem ea forma, qua ille pinxit illam omnium literis celebratam *ἀνάδοξον*: aut diuã Theclam ea specie qua pinxit Laidem, num hunc dices Apelli similem? N O. Non arbitror. B V. Et si quis templa nostra talibus ornaret simulachris, qualibus olim Lysippus ornauit phana deorũ, num hunc dices Lysippo similem? N O. Non dicerem. B V. Quur ita? N O. Quia signa rebus non congruerent. Idem dicerem, si quis asinum pingeret specie bubali: aut accipitrem figuram cuculi, etiam si ad eam tabulam summam alioqui curam & artem adhiberet. H Y. Ego nec illum appellarem probum pictorem, qui deformem hominem, in tabula formosum redderet. B V. Quid si alioqui summam artem præstaret? H Y. Non artis expertem tabulam dicerem, sed mendacem. Potuisset enim aliter pingere, si uoluisset: Cæterum ei quem expressit uel blandiri maluit, uel illudere. Sed quid? num hunc putas probum artificem? N O. Vt sit, hic certe non præstitit. B V. Bonum igitur uirum existimas. N O. Nec bonum artificem, nec bonum uirum. Siquidem caput artis est, rem ut est, oculis repræsentare. B V. Ad hoc non est magnopere opus eloquentia Ciceronia. Nam uestri rhetores permittunt oratori mentiri nonnũquam, res humiles uerbis at tollere, magnificas deicere, quod sanè præstigij genus est, obrepere insidijs in animum auditoris. Postremo mouendis affectibus, quod ueneficij genus est, uim adferre mentibus. N O. Verum, ubi dignus est auditor qui fallatur. B V. Sed hæc interim mittamus alieniora. Mihi satis est, quod amictum nõ probes corpori parum accommodum: quod picturam damnas, non aptam ei rei, quam profitetur se uelle effingere. N O. Sed quem exitum habituræ sunt istæ tuæ Socraticæ *εἰρηνογενεῖς*? B V. Videlicet huc ibam mi Nosopone. Hoc mihi tecum conuenit, Ciceronem omnium optime dicere. N O. Cõuenit. B V. Nec Ciceronianũ pulcherrimum mereri cognomen, nisi qui similiter possit dicere. N O. Prorsus. B V L. Tum ne bene quidem dicere, qui non dicat apte. N O. Conuenit & isthuc. B V. Ut autem apte dicamus ita demũ fieri, si sermo noster personis & rebus præsentibus congruat. N O. Scilicet. B V. Quid? Videtur præsens seculi status, cum eorum temporum ratione congruere, quibus uixit ac dixit Cicero, quum sint in diuersum mutata religio, imperium, magistratus, respublica, leges, mores, studia, ipsa hominum facies, denique quid non? N O. Nihil simile. B V. Quid igitur frontis habeat ille, qui à nobis exigit, ut per omnia Ciceronis more dicatur? Reddat is nobis prius Romam illam, quæ fuit olim, reddat senatum & curiam, patres conscriptos, equestrem ordinem,

populum in tribus & centuriis digestum: reddat augurum & aruspicum collegia, Pontifices maximos, flamines & uestales, aediles, praetores, tribunos plebis, consules, dictatores, Caesares, comitia, leges, senatus consulta, plebiscita, statuas, triumphos, ouationes, supplicationes, phana, delubra, puluinararia, sacrorum ritus, deos deasque, Capitolium, & ignem sacrum: reddat prouincias, colonias, municipia, & socios urbis rerum dominas. Porro quum undequaque tota rerum humanarum scena inuersa sit, quis hodie potest apte dicere, nisi multum Ciceroni dissimilis? Adeo mihi uidetur hoc quod agebamus in diuersum exisse. Tu negas quenquam bene dicere, nisi Ciceronem exprimat: at res ipsa clamat, neminem posse bene dicere, nisi prudens recedat ab exemplo Ciceronis. Quocumque me uerto, uideo mutata omnia, in alio isto proscenio, aliud conspicio theatrum, imò mundum alium. Quid faciam? Christiano mihi dicendum est apud Christianos de religione Christiana: num ut apte dicam imaginabor me uiuere aetate Ciceronis, & in frequentibus senatu apud patres conscriptos in arce Tarpeia dicere, et ex orationibus quas in senatu dixit Cicero, uoculas aliquot, figuras & numeros emendicabo? Habenda est conicio apud promiscuam multitudinem, in qua sunt & uirgines & uxores & uiduae: dicendum est de laude ieiunij, de poenitentia, de fructu orandi, de utilitate eleemosynarum, de sanctitate matrimonij, de contemptu rerum fluxarum, de studio diuinarum literarum, quid hic optulabitur mihi Ciceronis eloquentia, cui quemadmodum res, de quibus dicendum est, erant ignota: ita non potuerunt usitata esse uocabula, quae post illi noua cum rebus nouis exorta sunt. An non frigidus orator erit, qui ad has materias, ueluti pannos Ciceroni detractos assuat? Referam non rumore perlata, sed quod his auribus audiui, his oculis conspexi. Florebant id temporis Romae praeter ceteros dicendi laude Petrus Phaedrus, & Camillus hoc aetate minor, sed eloquendi uiribus maior, nisi quod ille iam huius laudis arcem occuparat. Verum horum neuter, ni fallor, genere Romanus erat. Erat autem cuiuspiam delegata prouincia qui de morte Christi diceret die sacro, quem paraescues appellauit, id est apud summum Pontificem. Aliquot ante diebus ad eam orationem audiendam sum inuitatus ab eruditissimis. Cave, inquit, ne desis: nunc demum audies, quid lingua Romana sonet in ore Romano. Adfui percipide, astiti suggesto proximus, ne quid effugeret. Aderat ipse Iulius secundus, quod solet, ualeitudinis opinor causa, admodum raro, aderat frequens Cardinalium Episcoporumque consessio, ac praeter ignobilem turbam, docti plerique, qui tum Romae agebant. Nomen oratoris non aedam, ne cui uidear hominis probi & eruditi famam arrodere uoluisse. Erat hoc animo quo tu nunc es. Nos pone, nimirum Ciceronianam facundiam candidatus. Prooemium & peroratio oratione penes tota longior, consumebatur praedicandis Iulij Secundi laudibus, quem appellabat Iouem opt. Max. qui dextra omnipotente tenens ac uibrans trifurcum & ineuitabile fulmen, solo nutu faceret quicquid uellet. Quicquid aliquot annis gestum fuerat, in Gallijs, in Germania, in Hispanijs, in Lusitania, in Africa, in Graecia, id unius nutu perfectum esse praedicabat. Atque haec quidem Romae Romanus, ore Romano, sonoque Romano. Sed quid haec ad Iulium Christianae religionis antistitem, Christi uices gerentem, Petri & Pauli successorem? Quid haec ad Cardinales & Episcopos reliquorum apostolorum uicem obtinentes? Iam argumento, quod susceperat tractandum, quid sacratius, quid uertius, quid mirabilius, quid sublimius, quid commouendis affectibus accommodatius? Quis hic uel uulgari quapiam eloquentia praeditus, non saepe etiam hominibus excitet lachrymas? Consilium orationis hoc erat, ut primum Christi mortem faceret lucuosam, mox in diuersum flexa dictione redderet gloriosam ac triumphalem, nimirum ut nobis exhiberet exemplum Ciceronianae dinoseos, qua potuit auditorum animos in quemcumque uellet affectum rapere. H. Quid successit? B. V. Mihi, quum maxime tractaret affectus illos tragicos, quos rhetores appellant, ne quid fingam, ridere libebat. Nec quenquam in toto illo confessu uidi pilo tristorem, quum totis eloquentiae uiribus exaggeraret indignos innocentissimi Christi cruciatus. Rursum nec tantulo hilariorem quenquam, quum totus in hoc esset, ut mortem illam redderet nobis triumphalem, plausibilem & gloriosam. Commemorabat Decios & Q. Curtium, qui se pro salute Reipublicae dijs manibus deuouissent. Item Cecropem, Menoecum, Iphigeniam, et alios aliquot quibus patrie salus ac dignitas, ipsa uita fuisset charior. Deplorabat autem ualde lugubriter, quod fortibus uiris qui suis periculis

Reip.

Reip. subuenissent, publicis decretis relata esset gratia, alijs in foro posita statua aurea, alijs decretis honoribus diuinitis: Christum pro suis benefactis ab ingrata Iudaeorum gente praemij loco tulisse crucem, dira passum, summaque affectum ignominia. Atque ita nobis bonum illum & innocentem uirum, de quo gente sua optime meritum reddebat miserandum, quasi Socratis aut Phocionis mortem deplorasset, qui quum nihil admisissent sceleris, ciuium suorum ingratitudine coacti sunt cicutam bibere: aut Epaminondem qui ob res praclare gestas compulsum est capitis causam apud suos dicere: aut Scipionem, qui post tot in rempublica merita exulatum abiit: aut Aristidem, quem populus Atheniensium non ferens cognominis inuidiam, quod ob insignem morum integritatem uulgo iustus diceretur, ostracismo iussit in exilium proficisci. Quae quid his dici potuit frigidius aut ineptius? Et tamen Ciceronem pro uiribus aemulatus est. Ceterum de arcano supremi numinis consilio, quod hac inaudita ratione uoluit genus humanum a diaboli tyrannide redimere per mortem unicus filij, tum de mysterijs, quid sit commoti Christo, quid sit cum illo sepelitus, quid cum illo resurgere, nulla mentio. Deplorabatur illius innocentia, traducebatur ludaeorum ingratitudo: at non deplorabatur nostra malicia, nostra ingratitudo, qui sic reuoluptatis, tot beneficijs affecti, ad tantam felicitatem inaudita benignitate prouocati, reuoluptatis illum, quod in nobis est, crucifigimus, ultro reuoluti in satanae tyrannidem, seruientes auariciae, luxui, uoluptatibus, ambitioni, magis huic mundo dediti quam unquam fuerint ethnici, quibus Deus nondum aperuerat hanc coelestem philosophiam. Iam in diuersa parte quum ille magno conatu id ageret, ut gaudio gestiremus, magis libebat flere: quum audirem, Scipionem, Pauli Aemilij, & C. Caesaris triumphos, & imperatores in deorum numerum relatos, cum crucis triumpho conferri. Huius gloriam qui uoluisse uerbis atque tollere, Paulum Apostolum potius sibi proponere debebat quam Ciceronem. Quam ille in hoc argumento exultat, attollitur, superbit, regnat, triumphat, omnia mundana uelut e sublimi despiciens, quoties in crucis praedicatione incidit. Quid multis? Tam Romane dixit Romanus ille, ut nihil audirem de morte Christi. Et tamen ille Ciceronianae dictionis ambitiosissimus candidatus, Ciceronianis uidebatur mirifice dixisse, quum de re penes nihil diceret, quam nec intelligere, nec amare uidebatur, neque quicquam apte posite dicebat, nec ullos mouerat affectus. Tantum hoc laudis ferebat, quod Romane pronuntiasset, & aliquid Ciceronis retulisset. Probari poterat hoc uelut indolis ingenijque specimen, si a puero apud pueros in schola fuisset habita talis oratio. Verum ad tale diem, ad tales auditores, ad tale argumentum quid faciebat obsecro? N. O. Est uerbum de quo loqueris? B. V. Nomen, ut dictum est, intelligi malo quam exprimi. Neque enim nobis hic propositum est uilius nomen aspergere, sed errorem uitandum ostendimus, qui non paucis hodie sub splendidi nominis umbra imponit. Hoc nostra refert. Nos pone, nomen hominis, de quo narrati fabulam, scire nihil refert. Pertinet autem hoc & ad Ciceronis gloriam, cui uideo te supra modum fauere, cui quotquot usquam terrarum sunt eruditi merito fauent. Nam isti similes non solum officunt adolescentiae studijs ac moribus, uerum etiam ipsum Ciceronis nomen obscurant, cuius cognomine sese uenditant, quum nihil sint minus, quam Ciceroniani.

Ciceronis famae labem aspergunt, qui nihil habent in ore praeter Ciceronem & Ciceronianos, quum nulli magis absint ab eloquentia Ciceronis. Mirum quo supercilio Thomae, Scoti, Durandi similiumque barbariem execrentur: & tamen si res uocetur ad exactum iudicium, illi quum se nec eloquentes, nec Ciceronianos iactent, magis Ciceroniani sunt, quam isti qui postulant haberi non iam Ciceroniani, sed ipsi Cicerones. N. O. Monstri simile narras. B. V. Non est mostrosa ueritas, qui mentitur, monstrum simile dicit. Nonne fateris Ciceroni simillimum, qui de quacumque re dicit optime? N. Fa teor. B. Ad benedicendum duae partes sunt, ut penitus cognitum habeas, de quo dicendum est: deinde ut peccatus & affectus suppeditet orationem. N. Ista quidem docent

Horatius & Fabius, & alioqui citra autorem uerissima sunt: quare non conabor inficias ire. BVL. Vnde igitur Ciceronianum nomen feret, hoc est, optime dicentis, qui de rebus loquitur, quas nec penitus intelligit, nec affectu pectoris prosequitur: ut ne dicam, quas plane negligit oditque. H. Y. Id quidem perdifficile est. Qui possit enim pictor, quamuis probus, fingere figuram hominis, quem nunquam attente contemplantus est, aut fortasse ne uidit quidem? Deinde uix impetres ab hoc artificum genere ut scite rem expriment, nisi desistantur argumento. BVL. Illud igitur in primis curandum erat Ciceronianis: ut intelligant mysteria Christianæ religionis, nec minore studio libros sacros euoluant, quam Cicero Philosophorum, Poetarum, Iurisprætorum, Augurum & Historicorum euoluerat. His rebus instructus ille fuit Cicero. Nos qui nostre professionis, nec leges, nec prophetas, nec historias, nec interpretes attingimus, contemnimus etiam & horremus, qui tandem erimus Ciceronianis? Verum age, dicendum est apud Christianos, sed de re prophana, puta de creando magistratu, de matrimonio, aut de pangendo fœdere, aut de bello suscipiendo: an his de rebus Christiani apud Christianos eodem modo dicemus, quo Cicero ethnicus loquebatur apud ethnicos? An non omnes uitæ nostræ actiones conferendæ sunt ad Christi regulas: à quibus si tua recedat oratio, iam nec bonus orator, nec uir fueris bonus. Quod si quis qui dicit, nullum uerbum promittit, nisi ex indice suo: quum res mortalium in diuersum commutata, nouas uoces inuenerint, quid hic faciet Ciceronianus, quum eos non reperiet, nec in M. Tullij libris, nec in suo elencho? Si reijciatur, quicquid non deprehenditur in libris illius, quum tam multi interciderint, uide quam multa uitabimus ut barbaras, quæ sunt à Cicerone prodita. Rursus quam multa, quibus erat usus, si de rebus huiusmodi dicendum fuisset. Nusquam apud Ciceronem legimus Iesum Christum, uerbi Dei, spiritus sancti, aut trinitatis uocabulum, nec Euangelium, nec Euangelistam, nec Mosen, nec Prophetam, nec Pentateuchum, nec Psalmos, nec Episcopum, nec Archiepiscopum, nec diaconum, nec hypodiam, nec acoluthum, nec exorcistam, nec ecclesiam, nec fidem, spem & charitatem, nec trinum personarum eandem essentiam, nec hæresim, nec symbolum, nec septem Ecclesiæ sacramenta, nec baptismum aut baptisimam, nec confirmationem, nec eucharistiam, nec sacram unctionem, nec poenitentiam, nec sacramentalem confessionem, nec contritionem, nec absolutionem, nec excommunicationem, nec Ecclesiasticam sepulturam, nec missam, nec alia innumera, quibus constat omnis uita Christianorum. Hæc nusquam non sunt obuia, quacumque de re tentas dicere, ingerunt sese uel nolenti. Quid faciet, quo se uertet hic ille superstitiose Ciceronianus? An pro patre Christiani dicet, Iupiter Opt. Max. pro filio dicet Apollinem, aut Aesculapium: pro uirginum regina dicet Dianam: pro ecclesia, sacram concionem, aut ciuitatem, aut Reip. pro ethnico perduellem: pro hæresi, factionem: pro schismate, seditionem: pro fide Christiana, Christianam persuasionem: pro excommunicatione, proseriptionem: pro excommunicato, diris deuouere aut quod nonnullis magis arridet, aqua & igni interdiceret: pro apostolis legatos, aut ueredarios: pro Romano pontifice, flammam dialem: pro cõfessu Card. patres cõfess. p. tos: pro synodo generali, s. P. Q. Reip. Christiana: pro episcopis, præsides prouinciarum: pro electione episcopi, certim, comitia: pro synodica constitutione, senatus consultum: pro summo pontifice, summum ciuitatis præfatum: pro Christo capite ecclesiæ, summum Reip. præsidem: pro diabolo lycophantam: pro Propheta uatem aut diuinum: pro prophetis oracula diuinum: pro baptismo, tincturam: pro missa uictimam: pro consecratione corporis dominici, sacrosanctum panificium: pro Eucharistia, sanctificum crustulum: pro sacerdote sacrificulum, aut sacrorum antistitem: pro diacono, ministrum: aut curionem: pro gratia dei, numinis munificentiam: pro absolutione, manumissionem. Vides ex innumera uocabulorum turba quantulam portionem attigerim. Quid hic faciet Ciceronianæ phraeos candidatus? Vtrū ne tacebit, an ad hunc modum immutabit recepta Christianis uocabula? N. Quid n. b. Fingamus igitur exemplum. Hæc sententia: Iesus Christus, uerbum & filius æterni patris, iuxta prophetas uenit in mundum, ac factus homo: sponte se in mortem tradidit, ac redemit nos a peccatis nostris, et a tyrannide liberati, inseramur ecclesiæ, & in ecclesiæ cõmunionem penetrantes, post hanc uitam cõsequamur regnum cœlorum.

cœlorum: sic efferet Ciceronianus. Optimi Maximiq. Iouis interpres ac filius, seruator, rex, iuxta uatum responsa, ex olympo deuolauit in terras, & hominis assumpta figura, sese pro salute Reip. sponte deuouit dijs manibus, atq. ita concionem siue ciuitatem, siue Reip. suam asseruit in libertatem, ac Iouis optimi Maximi uibratum in nostra capita fulmen restinxit, nosq. cum illo redegit in gratiam, ut ~~per fasce~~ ~~in~~ ~~re~~ ~~parati~~, & a sycophatæ dominatu manumissi, cooptemur in ciuitatem, & in Reip. societate perseverantes, quum fata nos euocarint ex hac uita, in deorum immortalium consortio rerum summa potiamur. N. O. S. Ludis tu quidē Bulephore. B. V. Ita me bene amet nostra ~~res~~, rem seriā ago. Iam si usus uenerit, ut de difficillimis dogmatum nostrorum quaestionibus sit differendum, quantum lucis habebit disputatio, si talibus flosculis ornatus incedat sermo? Quid aliud quæ sumum ingeram materia tenebris? Quoties ad has salebras restitabit lector? Sed age liceat hactenus ludere Ciceronis imagine, quid fiet, ubi res poscet diuinarum scripturarum testimonia? An quum erit citandum aliquid ex decalogi præceptis tantum ascribam, recita legem? Quum pronunciamdum erit, constitutio synodi, ascribam, recita senatus consultum? Quum erit aliquid promendū ex prophetis aut apostolis, ascribere sat erit, recita testimoniū? Sic enim omnino solet Cicero. Itaq. uitabo, ne dictionem Ciceronianam uerbis non Ciceronianis contaminem. N. O. Quid igitur? Num autor eris nobis sic loquendi, quem admodum scripserunt Thomas & Scotus? B. V. Si melius dicit qui dicit aptus, sic de rebus sacris loqui præstiterat, quæ in his Ciceronem exprimere. Quamquam est mediū quiddam inter Scotos & Ciceronis simias. Nec statim male Latinum est, quod apud Ciceronem non extat, qui, ut sæpe iam dictum est, nec extat totus, & si totus extaret, non tractauit omnes materias, & si tractasset omnes illorum temporum, nostras res nec tractauit, nec nouit. Postremo quod ad sermonis proprietatem et elegantiam attinet, nec Ciceroni cedit M. Varro, & hac dote præfertur C. Cæsar. Neque enim M. Tullius fuit autor ac parens Romani sermonis, sed Orator maximus, & in causarum ciuiliu actionibus primæ laudis: in alijs inferior nonnullis, in carmine frigidus, in uertendis Græcis parum felix, qualis futurus in cæteris incertum. Si mihi de matrimonio dicendum sit, cuius multo alia nunc est ratio quam fuit olim, & de quo M. Tullius nihil memoriam prodidit, num uerebor ex Aristotele, Xenophonte, Plutarcho: è diuinis libris, & Tertulliano, Hieronymo & Augustino, sententias ac uerba legere, ne cui uidear parum Ciceronianus? Item si de re rustica præcipiendum fuerit, fas non erit ex Virgilio, Cato ne, Varrone, Columella decerpere quæ placeant: Si barbarum habetur, quicquid est nouum & recens natum, nulla uox non fuit aliquando barbara. Quam multa reperies apud ipsum Ciceronem noua? præsertim in his libris in quibus tractat artem rhetoricam, aut rem philosophicam. Quis ante Ciceronem audiuit beatitatem & beatitudinem? Quid apud Latinos sonat finis bonorum, quum apud illum significet summum bonum, aut id in quo quis statuit summam felicitatem? Quid nobis sonat uisum & uisio, species, præpositum & reiectum? Quid Latinis auribus sonet, occupatio, quid contentio, quid superlatio, quid complexio, quid tractatio, quid frequentatio, licentia, gradatio, quid status & constitutio, quid iudicatio, quid continens, quid firmamentum, quid demonstratiuum genus, quid inductio, quid propositum, quid aggressio, quid insinuatio, quid acclamatio, quid alia uoces innumera, quas aut prius Latinis inauditas ausus est fingere, aut in eam significationem detorsit, quæ pop. Romanus non agnoscebat: Hoc ille reclamare seculo non est ueritas facere, quæ philosophorum Græcorum dogmata Latinis auribus traderet, & ut quod erat in præceptis rhetorum, peculiaribus uocabulis in hoc proprie repertis explanaret, nonnullas peregrinas uoces ciuitate Romana donauit, et nos piaculum admissum credimus, si rebus nouatis uocibus aliquot nouis utamur? Nulla est ars humana, cui non cõcedimus ius utendi suis uocabulis: licet grammaticis dicere, supinum & gerundium: mathematicis, sesquialteram & superbipartientem: habent agricolæ & fabri propria suorum artium uocabula: & nos cœlum terræ miscemus, si nostræ religionis mysteria suis uerbis explicemus? Voces aliquot Hebraicæ, complures Græcicæ (quoniam è Palestina, Asia minore & Græcia, primum ad nos demanauit Christiana philosophia) una cum ipsis rebus inuectæ sunt, quod genus sunt, osanna, amē, ecclesia, apostolus, episcopus, catholicus, orthodoxus, hereticus, schisma, charisma, dogma, Chrisma, Christus, baptizo. AaA 4 paracletus

paracletus, euangelium, euangelizare, euangelista, profelitus, catechumenus, exorcismus, eucharistia, symbolum, anathema, nonnullas prisci Christiane religionis antistites usurparunt, quo commodius possent de rebus tam sublimibus differere, cuiusmodi sunt *δημοσιον*, quod nos consubstantialis uertimus, fides, gratia, mediator, & si qua sunt alia, quae antea uel in aegyptiis Latinis, uel non in eundem sensum usurpata. Num igitur tanti nobis erit dici Ciceronianum, ut de rebus, de quibus solis erat loquendum, profus fileamus: aut uerbis uel ab apostolis traditis, uel à maioribus repertis, & in hunc usque diem tot seculorum cōsensu receptis; abstinebimus, alia quaedam in illorum locum profusio quibus arbitrio cōmimiscentes. Imò mel, piper, & linapi cum suae nationis uocabulis receperunt primum Graeci, mox Latini: & nos fastidimus aliquot dictiones quae nobis cum illa caelesti philosophia per Christum, per apostolos, per afflatos sacro spiritu patres, ueluti per manus traditae sunt: atque interim ad Ciceronem cōfugimus, inde mutuo sumpturi uoces, uidelicet *ὁ θεὸς παρὲν υἱοῦ*, quod apud Graecos dici solet: Si quis nobiscum summo iure contendat, citius diceret, Ciceronis uerbis, figuris ac numeris, Christianae philosophiae maiestatem foedari. Verum istis nō assentior, mihi placet in quauis materia nitor ac mūdiciēs orationis. At nō ille dicit Ciceroniane, qui Christianus apud Christianos de re Christiana sic loquitur, quemadmodū olim ethnicus apud ethnicos de rebus prophanis loquutus est Cicero: sed quemadmodum ille eo praeditus ingenio quom tum erat, eo dicēdi usu, ea rerum nostrarum cognitione, qua tum prophanarum erat instructus; postremo sic inflammatus studio pietatis erga Remp. Christianam, quaedam tum uel gloria uel studio flagrabat in urbem Romanam & in maiestatem Romani nominis, dicturus esset hodie Christianus apud Christianos si uiueret. Hoc qui praestare ualeat prodeat, & equis animis feremus illum dici Ciceronianum, si tantopere ducitur huius amore cognominis. Ipse M. Tullius si uiueret hoc rerum statu, Dei patris nomen non iudicaret minus elegans, quam Iouis Opt. Max. nec minus decoris putaret accedere dictioni, si subinde repeteret Iesum Christum, quam si Romulum, aut Scipionē Africanum, aut Q. Curtium, aut M. Decium, Nec minus splendidum existimaret ecclesiae Catholicae nomen, quam patrum conscriptorū, quam Quiritium, quam senatus populique Romani. Diceret nobiscum, fidem in Christum, diceret infideles, qui à Christo sunt alieni, diceret paraclerum spiritum, diceret sanctam trinitatē. Quod dico, probabilibus argumentis colligi potest. Num illum deterruit elegantiae studium, quo minus in Philippicis, dum praestit formulam senatus consulti, utatur uerbis solennibus magis quam Latinis: An non in Topicis utitur uerbis iureconsultorum longe alienis à phrasi rhetorica: An ille fastidisset uerba nostrae philosophiae peculiarium: Nō. Mihi quidem uideris satis feliciter declamare. B. V. Ad haec, nōne gratia sermonis bona ex parte pendet ex cōdituris & allusionibus: At M. Tullius unde sumit haec condimenta: Nōne ex Homero, Euripide, Sophocle, Ennio, Lucilio, Accio, Pacuio, Neuiō: tum ex philosophorum & historicorum libris: Nō. Nimirum sine his ornāmētis fordida ac trivialis est oratio. Haec ceu gemmae flosculi ue intertextae, reddunt admirandum quod scribitur. B. V. Quid si nos eadem petamus ex Virgilio, Flacco, Ouidio, Seneca, Lucano, Martiale, num hac parte dissimiles erimus Ciceronis: Nō. Isti haec concedunt, licet aegre. Habet enim apud Ciceronem nescio quid maiestatis antiquitas eorum quorum dicta refert. B. V. L. Qui fit igitur ut nos existimemus totam orationem conspurcatam, si condimenta, quae Cicero petebat ethnicus ab ethnicis, nos ex antiquissimis prophetis, Mose, Psalmis, Euangelicis et Apostolicis literis petamus: Admirandā quandam gemmā appositam existimamus, si quod Socratis dictum admiscuerimus orationi: & maculā accessisse credimus, si quid admixtum erit è prouerbijs Solomonis: An praeter Socrate nobis putet Solomoni: Si quid ex Pindari Flaccio uel dictis fuerit interiectū, splendet oratio: & sordescit, si quid è sacris psalmis apte fuerit attextū: Pondus ac maiestatem additā arbitramur orationi, si quam Platonis sententiam inseruerimus, & plurimum gratiae decessisse uidetur, si quam Christi sententiam ex Euangelicis literis addiderimus: Vnde haec tam praeposterā iudicia: An Platonis sapientiam uehementius admiramur quam Christi: An libri spiritus caelestis afflatu, p̄diti sordēt nobis praescriptis Homeri, Euripidis, aut Enni: Quin missam hic facimus spiritus sacri mentionē, ne uideamur diuina cū humanis conferre.

Historia

Historia, si fidem detrahas, ne nomē quidem historiae mereatur. Hic mihi confer, si libet fabulosum Herodotum cum Mose: confer historiam orbis conditi, exitus ab Aegypto: cum Diodori fabulis: confer libros Iudicū & Regum cum Tito Lilio, qui non raro se cum ipse diffidet in rerum gestarum narratione, tantum abest, ut nusquam aberret à uero: confer Platonem cum Christo, Socratis *εἰρηναίος* cū Christi caelestibus oraculis: confer psalmos nihil humani spirantes cum Pindaricis adulationibus: confer Solomonis cātū cum Theocriti nātis. Siue personas spectes siue rē, nihil simile. Habet diuina sapientia suam quandam eloquentiam, nec mirum si nō nihil diuersam à Demosthenica, seu Ciceroniana, quā alius cultus deceat summi regis uxorem, alius gloriosi militis amicā. Hoc dicturus eram, si quis uerba cum uerbis, figuras cū figuris, numeros cū numeris incipiat cōparare. An dulcius sonat auribus nostris, Thessala tempe, quā mons Sion: an plus habet maiestatis, à dijs immortalibus datū, quā à Deo patre datū: an iucundius est auribus nostris, Socrates Sophronisci filius, quā Iesus dei filius deus: Quir magis blanditur auribus nostris, Annibal Pœnorum imperator, quā Paulus gentium doctor: Si personas aestimes, ille Romano imperio moliebatur exitium, hic salutiferā philosophiā inuexit. Si uoces conferas, quae so quid interest: H. Y. Si uerum fateri uolumus, nihil nisi quod apud homines plurimum ualeat, uel quae semel occupauit animum persuasio, uel penitus hausta imaginatio. Hoc accepimus, hoc penitus infedit animis nostris, uoces illas esse politas ac splendidas, has inamoenas & barbaras. B. V. Rem acu tetigisti. Sed quae res isthuc persuasit animis nostris: H. Y. Nescio. B. V. Res ipsa: H. Y. Non opinor. B. V. L. Vis eloquar quod uero uerius est: H. Y. Per me quidem impune B. V. Huius expectio uocem. N. O. Vere iure quod stipulanti concessimus. B. V. At uereor ne parum uideatur Ciceronianum, quod dicturus sum. N. O. Hic nihil refert. B. V. Paganitas est, mihi crede Nosopone, paganitas est, quae ista persuadet auribus atque animis nostris. Titulo dūtaxat sumus Christiani. Corpus aqua sacra tinctū est, sed illota mens est: frons cruce signata est, animus crucem execratur: Iesum ore profitemur, sed Iouem Opt. Max. & Romulum gestamus in pectore. Alioquin, si uere, quod dicimur, essemus, quod tandem sub sole nomen oportuit uel cogitationibus, uel auribus nostris esse iucundius nomine Iesu: per quem à tantis malis erepti, cuius gratuita benignitate ad tantam dignitatem uocamur, ad aeternam felicitatem inuitamur: ad cuius mentionem contremiscunt impij spiritus, generis humani plus quam capitales hostes, ceruices ac genua submittunt aetherae mentes. Quod tam efficax est, ut ad huius inuocationem fugiant daemones, cedant immedicabiles morbi, reuiuiscant mortui: tam blandum & amicum, ut nulla sit tam acerba calamitas, quin magno solatio leniatur, si Iesum ex animo non fines. Et hoc nomine persuademus nobis sordidari nitorem orationis, quum Annibal & Camillus mera sint orationis lumina: Etiamus, reuellamus, profligamus ex animo paganitatem hanc, pectus uere Christianum ad lectionem adferamus, & uidebimus lucidissimā stellam additam orationi, quoties Iesu Christi nomen fuerit insertum: exitiam accessisse gemmā, quoties Virginis matris, quoties Pauli Petrique nomen admiscebitur: multum decoris accessisse, quoties ex diuinarum literarum adytis, quoties è spiritus sancti lecythis ac myrotheis, sententiam uiderimus interiectam, modo in loco, modo ex animo: multoque plus dignitatis adiunctum dictioni, quam si ex Ennianis aut Accianis scriptis decem millia dictorum, quae in illis habentur uenustissima, fuissent addita. H. Isto sane pacto uitatur, ne quid haere eos insimulent Theologi. B. V. Jam si quid est ornatus in tropis ac schematibus, id totum est nobis cū Cicerone cōmune: rerum maiestate, fideque longe sumus illo superiores. Tantū de uocibus imponit nobis imaginatio paganica, fallit affectus parum Christianus, ideo putent nobis quae suapte natura sunt pulcherrima, quia non amamus, utinam non odissemus. Vt enim, iuxta Theocriti sententiam, amati pulchra sunt & ea quae pulchra non sunt: ita nihil est odio nō deforme. Veni ad allusiones, quas si tollas, scis ipse quantum Veneris decedat orationi. Quir hic nobis uehementius blanditur, si quis significans aliquem indeceter admixtum alieno gregi, dicat, uidisses corchorum inter holera, quam si dicat, uidisses Saulem inter prophetas: aut si significans quippiam non in loco factum dictum ue, dicat, in lenticula unguentum, quam anulum aureum in nare suilla: aut si significans, non fortunae, sed bonae conscientiae fidendum esse, dicat,

Historia

in sacrae ancora praesidio spem esse reponendam, quam si dicat, solidae petrae innitendae. Aut si quis uolens boni uiri partes esse, alienis inseruire commodis potius quam utilitatis propriae rationem habere, dicat, nihil minus decet Christianum hominem, quam Aspen-
dium agere citharcedum, quam si dicat ad Pauli dictum alludens, magis esse spectandum quid liceat quam quid expediat. Haec si persequi laboris, iusti uoluminis res sit, indicasse sat habeo. Quam inhiamus, quam stupescimus, si quod ueterum daemnoniorum simulachrum, aut etiam simulachri fragmentum nacti fuerimus: & Christi ac diuorum imagines uix aequis oculis aspiciamus. Ut admiramur epigramma, seu epitaphium in corroso quoquam saxo reperiuntur: Luciae coniugi charissimi, ante tempus extinctae, Marcellus posuit diis manibus sacrum. o me infelicem. Quir uirgo? In huiusmodi quum saepenumero non solum sensus inepti & paganici, uerum etiam insignes reperiantur solocisimi, tamen ea exoseu lamur, ueneramur, ac propemodum adoramus antiquitatem: & apostolorum reliquias deridemus. Si quis quid proferat ex duodecim tabulis, quis non iudicet sacratissimo loco dignum: Et leges digito Dei tabulis inscriptas, quis nostrum ueneratur, quis exosculetur? Quam habemus in delictis Herculis, aut Mercurij, aut Fortunae, aut Victoriae, aut Alexandri Magni, Caesaris uel cuiuslibet simulachrum nomismate expressum? & ueluti superstitiosos ridemus, qui lignum crucis, qui traditis ac diuorum imagines inter res charas habent. Si quando Romae conspicias es Ciceronianorum *μνηστέα*, recole quae uel nunc ubi uideris imaginem crucifixi, aut sacrae triadis, aut apostolorum, paganissimi monumentis plena reperies omnia. Et in tabulis magis caput oculos nostros Iupiter per im pluuium illapsus in gremium Danaes, quam Gabriel sacrae Virgini nunciis coelestem conceptum: uehementius delectat raptus ab aquila Ganymedes, quam Christus ascendens in caelum: iucundius morantur oculos nostros expressa Bacchanalia, Terminalia uel turpitudinis & obscenitatis plena, quam Lazarus in uitam reuocatus aut Christus a Ioanne baptizatus. Haec sunt mysteria, quae sub Ciceroniani nominis uelo teguntur. Mihi crede, per speciosi tituli praetextum insidiae tenduntur simplicibus, & ad fraudem idoneis adolescentibus. Paganitatem profiteri non audemus. Ciceroniani cognomen obtendimus. At quanto satius esset uel mutos esse nos, quam in hunc affectum uenire: N. Expectabam ut adiuuares conatus nostros. Caterum nescio quo modo dilapsus alio, la befactas animum meum, ne pertendam quod aggressus sum. B V. Iam dixi & repeto, non retraho animum tuum a praclaris ceptis, sed ad ea quae sunt optima surripi. Neque enim haec ideo commemorata sunt, quod arbitrer te talibus affinem affectibus, sed illud pro mea uirili molior, ut feliciter affectemus Ciceronianam eloquentiam, ne sedulo quidem sed parum rectis iudicijs id agentes, nihil aliud assequamur, quam ut dum ualde studemus haberi Ciceroniani, nihil minus simus quam Ciceroniani, si modo perpetuum esse pateris quod donasti, Ciceronis esse quam optime dicere: ac ne bene quidem dicere, qui non dicat apte: tum frigidam ac mortuam esse dictionem, quam non proficitur e peccatore. N O. Qui fiet igitur, ut reddamur aliquando germane Ciceroniani? Neque enim gra uabor tuum sequi consilium, si quod habes meo rectius. B V. Hic est quod nobis optare, quod te monere possim, praeterea non multum. Ingenium ac naturam Ciceronis optare possum nobis, dare non possum. Habent singula mortalium ingenia suum quiddam ac genuinum, quae res tantam habet uim, ut ad hoc aut illud dicendi genus natura compositus frustra nitatur ad diuersum. Nulli enim bene cessit *δευμαχία*, quemadmodum Graeci solent dicere. N O. Scio, quod dicis, non indiligenter admonere Quintilianum. B V. Sit igitur haec admonitio prima, ne qui uis sese addicat ad exprimendum Ciceronem, cuius genius uehementer abhorreat a genio Ciceronis: alioqui monstri similis euadet, qui quum a sua natua forma recesserit, alienam tamen non assequatur. Illud igitur in primis inspiciendum est, ad quod dicendi genus te natura finxerit. Etenim si qua fides astrologis, nemo temere fortunatus est in eo, a quo genesis abhorret. Qui Mulsis natus est, nunquam felix erit in bello. Qui bello natus est, nunquam scribet felicia poemata. Qui coniugio natus est, nunquam erit bonus monachus. Qui agriculturae natus est, nunquam huic erit aula prospera: & contra. N O. Atqui nihil est quod non expugnet labor improbus. Videmus arte humana lapidem uerri in aquam, plumbum in argentum, aes in aurum, cura plantas exuere syluestre ingenium. Quid uetat quo minus & hominis ingenium

ingenium arte & usu transformetur: B V. Naturam habilem adiuuat cura, leuiter abhorrenem conciliat, & corruptam emendat: at prorsus abhorrentem & ad diuersa compositam, frustra uexes o Nosopone. Equus discit in gyrum circumagi, discit incessum gradarium, at frustra boue duxeris ad ceroma, frustra canem uocaris ad aratrum, frustra bubalum ad equestre certamen. Aqua fortasse uertitur in aerem, aer in ignem, si quis omnino ignis est elementaris: sed terra nunquam uertitur in ignem, nec ignis in aquam. N O. Sed quid uetat, quo minus Ciceronis phrasim, ad omnem materiam accommodemus? B V. Fateor in M. Tullio quaedam esse generalia, quae possunt ad quoduis argumentum transferri, ueluti candorem, perspicuitatem, sermonis elegantiam, ordinem, & si qua sunt huius generis: at hoc istis Tullij simijs non est satis, totam dictionis faciem exigunt: Quod ipsum ut in quibusdam materijs affinis uti que fieri possit, certe in his quae tota ratione dissident, nequaquam ualeat. Maronem sic opinor pateris inter poetas Latinos tenere primas, quemadmodum M. Tullius inter oratores. N O. Fateor. B V. Age si pares scribere carmen Lyricum, utrum Oratium tibi propones an Maronem? N O. S. Oratium in hoc genere summum. B V. Quid si Satyrarum? N O. Multo magis. B. Quid si mediteris Comaediam? N O. Ad Terentianum exemplar me conferam. B V. Nimirum ob insignem argumenti dissimilitudinem. N O. Sed habet Tulliana phrasim, nescio quid prius felicitatis. B V. Totidem uerbis & ego possum dicere, nescio quid. Imponit multis immodicus Ciceronis amor. Nam M. Tullij phrasim ad materiam uehementer diuersam adaptare, est dissimile illi fieri. Nec est necesse affectare similitudinem, si contingat esse parem, aut tamen propinquam, licet dissimilem. Quid dissimilium quam smaragdus & pyropus, & tamen precio gratiaque pares sunt. Dissimilis est rosa lilio, diuersus odor, & tamen uterque flos alterum aequat. An non sepe uidisti duas puellas facie dissimili, sed ambas ea forma, ut excellentia factura sit ambiguum delectum, si cui detur optio? Non statim melius est, quod ad Ciceronis imaginem propius accedit, quemadmodum antea dicere coeperamus, nullum animal omnibus membris propius ad hominis figuram accedere quam simiam, adeo, ut si uocem addidisset natura, homo uideri possit: nihil autem homini dissimilium esse quam pauum aut cygnum, & tamen cygnus, opinor, aut pauus esse malles quam simius. H X. Ego uel camelus esse malim aut bubalus quam simiorum formosissimus. B V. Dic mihi Nosopone, utrum tibi dari malles uocem lusciniae an coccy-cis? N O. Lusciniae. B V. Et tamen coccyx propius accedit ad uocem hominis. Vtrum malles cum alaudis canere, an cum coruis crocitar? N O. Cum alaudis canere. B V. Et tamen coruorum uox similior est humanae. Vtrum malles cum asinis rudere, an cum equis hinnire. N O. Cum equis hinnire, si ad alterutrum adigat fatorum necessitas. B V. Et tamen asinus ueluti conatur humano more loqui. N O. At opinor meam Minervam non usque adeo auersam esse ab ingenio Ciceronis. Proinde quod naturae deest, absoluet meditatio. Quare fac absoluas, quod admonendum existimas. B V. Recte facis quod in uiam reuocas, nam alio dilapsurus erat sermo meus. Summa est, ut quod cupimus, uere faciamus, hoc est, totum Ciceronem exprimamus, qui nec in uerbis, nec in formulis, nec in numeris, nec in scriptis totus est, imo uix dimidiatus, ut ante satis declaratum est. N O. Vbi igitur totus? B V. Nusquam nisi in seipso. Quod si totum uis exprimere Ciceronem, te ipsum non potes exprimere. Si te ipsum non exprimis, mendax speculum tua fuerit oratio, nihilominus absurdum uidebitur, quam si coloribus oblita facie te pro Nosopone Petronium esse simules. N O. Aenigmata loqueris. B V. Dicam crassius, ineptiunt qui se torquent in hoc, ut Ciceronem istis rationibus totum exprimant, quod fieri nec potest, si expediat nec expedit si fieri possit. Sic autem totum exprimi potest, si uirtutes illius non easdem redere contedamus, sed pares ad illius imitationem exprimere, aut, si licet, etiam uincere. Si quidem fieri potest, ut Ciceronianus sit maxime, qui Ciceroni sit dissimilimus, hoc est, qui optime aptissimeque dicat, quum diuersa ratione dicat, nimirum rebus iam in diuersum commutatis: ueluti si quis senem pingere uelit, quem Apelles pinxerat adulescentem, hoc ipso fuerit Apelli dissimilis, si iam alium factum, uelit eodem modo pingere. H X. Sphinge dignum aenigma, si hoc ipso dissimilis sit aliquis, quo similis est. B V. An non id usu uentret, si quis eo modo caneret in funere, quo Hermogenes canere solebat epithalamia; aut ea gestulatione causam diceret apud Areopagitas, qua saltare Roscius

Roscus solet in theatro? Verum haec tenus licebit affectare Ciceronis similitudinem, si isdem uestigijs ad eloquentiae palmam contendamus, quibus ille peruenit. N O. Quibus? B V. Num ad unius imitationem semet addixit? Nequaquam, sed ex praecipuis quod in quoque esset aptissimum exprimere studuit. Hic illi primus erat Demosthenes, non solus: nec hunc ita sibi proposuit, ut totum exprimeret, sed ut congrua seligeret: nec ut sequi contentus esset, sed ut defectu quaedam prudens uitaret, nonnulla corrigeret: quae uero probabat sic aemularetur, ut praere contendere. Ad haec peccatoris sui penum assatim expleuit omnium disciplinarum autorum, ueterum ac nouarum rerum cognitione: suae ciuitatis familias, ritus, instituta, leges, edicta, plebiscita diligenter ediscebat. Nec solum studiose uersabatur in adytis philosophorum, uerum etiam in secessus Musarum se subinde recipiebat, ab alijs pronuntiatione, ab alijs gestu disciebat. Haec qui faciet eadem, dissimilimus euadet M. Tullio, paria qui faciet aut similia, is Ciceroniani cognomen promerebitur. N O. Dic aliquando dilucidius. B V. Qui pari studio sese exercebit in cognitione philosophiae Christianae, quo ille se exercuit in prophana: qui eo affectu imbibet psalmos & prophetas, quo ille hausit poetarum libros: qui tanta uigilantia studebit cognoscere apostolorum decreta, ecclesiae ritus, primordia, progressum ac deliquit rei pub. Christianae, quanta ille laborauit Urbis Romanae prouinciarum, municipiorum & foeciorum, iura legesque perdiscere, tum qui quod his omnibus studijs comparatum est, ad res praesentes accommodabit, is poterit aliquo iure Ciceroniani cognomen ambire. N. Isthaec omnia tua non uideo quorsum pertineant, nisi ut Christiane loquamur, non Ciceroniane. B V. Quid? num tibi Ciceronianus est, qui nec apte dicit, nec intelligit res, de quibus uerba facit? N O. Nequaquam. B V. At huc pertinēt illorum studia, qui nunc Ciceroniani uolunt haberi. Id ne nobis usu ueniat disquirimus. Nec ulla res uetat quo minus idem & Christiane dicat & Ciceroniane, si modo fateris eum Ciceronianum, qui dilucide, copiose, uehementer & apposite dicat pro rei natura, proque temporum ac personarum conditione. Quidam enim benedicendi facultatem non artem esse uoluerunt, sed prudentiam. Et ipse M. Tullius in Partitionibus eleganter definit eloquentiam, copiose loquentem sapientiam. Nec dubitandum quin hoc eloquentiae genus ipse sectatus sit. Ab hac formula, Deus bone, quantum absunt isti, qui de rebus tota ratione diuersis, quas ipsas nec intelligunt, nec amant, more Ciceronis uolunt dicere. Quod autem nobis fordium & solocum uidetur, quicquid à Cicerone dissonat, perniciosum ac mendax animi nostri somnium est, procul à nobis relegandum, si uelimus hoc laudis ferre inter Christianos, quod Cicero tulit apud suos. Scribendi recte sapere est & principium & fons, ait ille Criticorum acutissimus. Fons igitur eloquentiae Ciceroniana quis tandem est? Pectus opulenter instructum uaria rerum omnium cognitione, praesertim earum, de quibus institueris dicere: pectus artis praeciputionibus, tum multo scribendi dicendique usu, diutina meditatione praeparatum: & quod est totius negotij caput, pectus amans ea quae praedicat, odio prosequens ea quae uituperat. His omnibus coniunctum oportet esse naturae iudicium, prudentiam, & consilium, quae praeciputionibus contineri non possunt. Haec unde te rogo, suppetunt istis, qui nihil legunt, praeter Ciceronem, qui unum hunc student Nocturna uersare manu, uersare diurna? N O. Atqui non inscite dictum est, qui diutius in sole uersati sunt, colorem ducere, & qui diutius in taberna aromataria conderint, odorem loci secum ferre quum discedunt. B V. Mihi uero perplacet ista similitudo. Tinctorum modo cutis secum ferunt, & mox euanescentem aurulam. Hac gloria qui contenti sunt, desideant quantumlibet in myrotheceis aut rosarijs Ciceronis, apricentur in illius sole. Ego malim si quid est bonorum aromatum demittere in stomachum, traicere in uenas, ut non solum uicinos odore leui aspergam, sed totus incalescam ipse, uegetiorque reddar, ut quoties res postulat, prodeat uox quae sani beneque pasti animi uideri queat. Ex intus enim uenis, non in cute nascitur oratio, quae moratur auditorem, quae mouet, & in quemuis habitum animi rapit. Non haec edico, quod ex Ciceronis libris mediocrem aut poenitentiam rerum cognitionem colligi existimem, sed quod ad parandam orationis opulentiam in quouis argumento solus non sufficiat. Quid igitur superest, nisi ut ipsam etiam Ciceronis imitationem ex ipso discamus Cicerone? Sic illi imitemur, quem admodum ipse est alios imitatus. Si totus in unius lectione defedit, si se ad unius praescriptum addi-

xit

xit, si potterem habuisset uerborum quam rerum curam, si non nisi nocte concubia scripsit, si se totum mentem in una torfit epistola, si quicquam putauit eloques quod ad res non congrueret, faciamus eadem ut Ciceroniani simus. Sin haec dissident plurimum ab exemplo Ciceronis, illius exemplo peccus supellectile rerum cognitu necessariorum expleamus, ac prima sit sententiarum cura, deinde uerborum, & uerba rebus aptemus, non contra: nec inter dicendum usquam oculos à decore dimoueamus. Ita demum uiuida fuerit oratio, si in corde nascatur, non in labijs natet. Artis praeciputiones non ignoremus: conferunt enim plurimum ad inuentionem, dispositionem, tractationem argumentorum, & uitanda, quae uel superflua, uel officiosa causae: sed quum erit agenda causa seria, primas teneat consilium. Quanquam & in fictis causis, quae exercitationis gratia tractantur, conducit ueris esse simillima quae dicuntur. Cicero scripsit animu Lelij spirare in scriptis illius. Stultum est autem hoc conari, ut alieno scribas stomacho, desque opera ut in tuis scriptis spiret animus M. Tullij. Concoquendum est, quod uaria diutinaque lectione deuoratis, meditatione traicendum in uenas animi: potius quam in memoriam aut indidem, ut omni pabulorum genere saginatum ingenium ex sese gignat orationem, quae non hunc aut illum florem, frodem, gramen ue redoleat, sed indolem affectusque peccatoris tui, ut qui legit, non agnoscat fragmenta à Cicerone decerpta, sed imaginem mentis omni genere doctrinarum explet. Neminem priorum non legerat Cicero: quid quisque probatum aut reprehendendum haberet, diligenter expederat, at neminem illorum proprie agnoscas in Cicerone, sed uim mentis ex omnium sententijs uegetatae. Si te parum mouet exemplum amasij tui, contemplerur exempla naturae. Apes num ex uno frutice colligunt mellificij materiam, an potius ad omnes florum, herbarum, fructuum species mira sedulitate circumuolant, frequenter è longinquo petentes quod condant in aluearia? Nec statim mel est quod adferunt, singunt ore uisceribusque suis liquorem, ac in ipsas transformatum rursus ex sese gignunt, in quo non agnoscas, nec floris, nec fructus delibati saporem, odorem ue, sed apiculae foetum ex omnibus illis temperatum. Iam nec ipsae frondibus pascuntur capellae, quo lac illis modo cognatum reddant, sed omni frondium genere saginantur: itaque non succum herbarum, sed lac ex illis transformatum referunt. N O. Refert tamen, unde mellis succum colligat apis, aut qua fronde fatientur capellae. Siquidem ex taxo toxica mella conficiunt, nec idem erit sapor lactis è capella queratis frondibus & salignis pasta. B V. Assentior, sed ueniamus ad artifices. Qui laudem praedaram ambiunt in arte statuaria graphica ue, num ad unius tantum manus aemulationem addicunt sese, an potius quod in quoque delectat, id arripiunt ad artis absolutionem, sic imitantes ut conentur, si queant, antequam? Quid architectus parans insignem aliquam domum absoluere, num ex unis aedibus sumit omnia? Non opinor, sed cum iudicio deligit è plurimis, quod conspexerit esse felix. Alioqui nihil egregiae laudis uidebitur assequutus: si spectator agnoscat hoc aut illud aedificium imitatione redditum esse. Et tamè hic tolerabilius sit seruisse exemplari quae in oratione. Quae ratio est igitur, nos tanta superstitione uni Ciceroni addictos esse? Bis autem peccat qui non solum assident uni praescripto, uerum etiam nullis artis rhetoricae praeciputionibus instructi, nec alium legunt, quam Ciceronem, nec alium quam legunt. Quid enim confert oculos in Ciceronem habere fixos, nisi admoueas artifices oculos? Quid enim mihi profuerit graphices ignaro, si totos dies spectem Apellis aut Zeusedis tabulas? Verum ubi didiceris recte dicendi praeciputiones, ubi deinde peritus quispiam artifex indicarit ubi in aliquot Ciceronis orationibus, in quibus plurimum artis expressit, colorem & statum, tum propositiones feliciter inuentas: mox harum ordinem, partitionem, tractationem, locupletationem, absolutionem, totius orationis in proemio semina, tum coagmentationem singularum partium, ad haec, consilium iudiciumque, quod animaduerti potest, arte praecipui non potest: Item prudentiam oratoris, quid quo loco posuerit, quid quare omiserit, quid in quem locum distulerit, praeterea quibus rationibus tractet affectus utriusque generis, postremo lucem, copiam, ornatum sermonis, tum demum mira perspicies in Cicerone, quae non perspicit sedulus ille contemplator. Non enim imitatur artem qui non intelligit, nec intelligit nisi artifex. Arte confectum opus interdum nonnulla uoluptate delinit & eos, qui artis sunt imitantes, sed quantum est quod ille uidet. N O. Et artè unde petes rectius quae à Cicerone?

Tom. 1

Bbb

B V.

B V. Fateor, nemo tradidit felicior, nemo usus est absolutius, sed tamen accuratius præcepit Quintilianus, atque etiam copiosius, qui non præcepta modo proponit, uerum etiam elementa, progressum, rationem, usum, exercitationem ponit ob oculos, non pauca adiectis, quæ M. Tullius uel prætermisit, uel obiter attigit. Quod genus sunt de ratione concitandorum affectuum, de generibus & usu sententiarum, de modis amplificandi, de inuentione propositionum, de partiendis istis ac digerendis, de transmigratione & concursu statuum, de modo legendi, imitandi, scribendi. Verum præceptiones ut ignorari non oportet, ita non conducit in his consensere, quorum anxia obseruatio facit ut peius dicamus, quum in hoc reperta sit artis ratio ut bene dicamus. Commonstrator ille peritus multo plus contulerit, quam præceptiones. Id conati sunt nonnulli tum apud Græcos, tum apud Latinos, sed, mea sententia, non admodum feliciter. Cauendum est igitur, ne nos, ne quod isti faciunt, uix degustatis præceptionibus, tantum assiduitate legendi Ciceronem confidamus nos fore Ciceronianos. Nam hi si quid assequuntur Ciceronis, præter summam cutem, umbram & auram modo quandam nihil assequuntur. N O. Tales esse permultos haud inficior Bulephore, nec mihi placuit unquam illorum ratio. B V L. Nec tua causa hæc moneo, mihi & Hypologo canitur hæc cantio. Nunc & illud æquis iudicijs expendam uir amicissime, Primum an deceat nos, deinde num operæ precium sit tantis uigilijs emere Ciceroniani cognominis honorem? N O. Nihil honestius. Quod autem honestum, idem non potest non esse decorum. B V. Ut de decoro disquiramus, Fateris opinor M. Tullij dictionem non placituram fuisse seculo Catonis Censorij, qui præ comptiorem magisque lasciuientem quam illius ætatis moribus conueniebat. Frugaliter erat uita, frugalis erat oratio. Quin & ea ætate qua uixebat Cicero, non deerant uiri præscam illam seueritatem adhuc spirantes, ueluti Cato Uticensis, & Brutus & Asinius Pollio, qui seuerius quiddam, minus theatricum, magisque masculinam requirerent in Ciceronis eloquentia, & tamen illis temporibus eloquentia florebat, ut quum maxime, tum in populari conuentu, tum in consessu patrum, tum in iudicijs, adeo, ut ornamenta iucunditatemque dictionis & expectarent & exigent à patronis iudices. Quod igitur parum uirile ducebatur in Cicerone, num putas decorum uideri Christianis, quorum omnis ratio magis spectat ad bene uiuendum, quam ad ornate compectum dicendum: à quorum moribus oportet plurimum abesse, quicquid ad fucos & scenicam delectationem accedit? Sed fac esse decorum, quos fructus speras tantis pares sudoribus? Finis totius huius studij est persuadere. At quanto hic potestior Phocion quam Demosthenes, Aristides quam Themistocles, quanto efficacior Cato quam Cicero, qui reos nonnunquam grauabat suo patrocinio, accusatione subleuabat. Nihil hic moror illa magnifice sanè dicta, Pulchritus est esse Phidiam, quam scriuarii aut coquum, quum horum opera magis necessaria sint reip. quam signa Phidie. Pictorum ac statuariorum ars delectandis oculis reperta est, id ubi præstitit, absoluit munus suum. Eloquentia quæ nihil aliud quam delectat, non est eloquentia, nimirum in aliud reperta, quod nisi præstat, nec decora uideri debet bono uiro. Verum ut olim fuerit utilis eloquentia Ciceronis, hodie quis est illius usus? An in iudicijs? Ibi res agitur articulis ac formulis, per procuratores et aduocatos, quiduis potius quam Ciceronianos. Apud iudices, apud quos barbarus esset Cicero. Neque multo maior usus in concilijs, ubi singuli paucis aperiant quod uidetur, idque Gallice, aut Germanice. Maxime uero res hodie per consilium, quod arcanum uocant, conficiuntur: ad id uix tres homines adhibentur, illiterati fere: reliquis licet consultare. Iam etiã si res agerentur hodie Latine, quis ferret Ciceronem ea perorantem quæ dixit in Verrem, in Catilinam, in Clodium, in Vatinius testem? Quis senatus tam ociosus, tam patiens, ut perperurus sit orationes quas dixit in Antonium, quum in his tamen sententior sit, minus redundans, minus exultans eloquentia? Itaque cui tandem usui paramus hæc operosam Ciceronis eloquentiam? Num concionibus? Vulgus Ciceronis linguam non intelligit: & apud populum nihil agitur de rep. Sacris uero concionibus minime congruit hoc dicendi genus. Quis igitur superest usus, nisi forte in legationibus, quæ Romæ præsertim Latine peraguntur, ex more magis quam ex animo, & magnificentiae causa potius quam utilitatis gratia. In his enim fere nihil agitur rei seriæ: in laudibus eius ad quæ mitteris, in testificatione beneuolentiae illius à quo mitteris, & in locis quibusdam uulgaribus consumitur omnis oratio. Quid multum

multum: Totum hoc eius generis est, ut rem magnam præstiteris, si speciem adulationis uitaris, quum ipsam adulationem non liceat. Frigidius etiã est, quod huic ex more respondetur, interdum non sine graui tædio proluxæ dictionis, nonnunquam & pudore illius qui laudatur immodice: sæpe dicentis non pudore tantum, sed & periculo, dum sudat recitans quæ ædificat, dum hæret, dum sibi aliquoties excidit, uel obliuione, uel animi perturbatione. Quid autem admirationis habeant tales orationes, quum fere qui recitant, ab rhetore quopiam elaboratam edidicerint, ut ad oratorem nostrum nihil redeat laudis præter recitandi fortitudinem. Hic itaque præter salutationis officium nihil agitur, quod est serium, priuatim literis & Gallicis colloquijs peragitur. Quod igitur theatrum petet noster Ciceronianus? Scribet epistolas Ciceronianas? Ad quos? Ad eruditos. Paucissimi sunt, & hi nihil morantur Ciceronianam phrasim, modo sit sana, prudens, munda, doctaque oratio. Ad quos igitur? Ad quatuor Italos qui se nuper iactare cœperunt Ciceronianos, quum ut ostensum est, nihil sit Ciceroni dissimilius, uixque tenuem umbram habeant Ciceronis. Quod ipsum quicquid est, si minimo constaret, si præsto esset ultro, si non officeret maioribus commodis, fortasse non esset reijciendum. Nunc fac rationem tecum inuas, num hoc laudis sit tot uigilijs, tot sudoribus redimendum, non sine periculo ualeitudinis, ut à quatuor ineptis Italis adolescentibus recipiaris in catalogum Ciceronianorum. N O. Non probas bene dicendi studium? B V. M. Tullius non requirit à philosopho eloquentiam. An quenquam existimas inter ethnicos philosophos tam seuerum, ut putes cuius Christiano præferendum? N Y. Imò tota Græcorum philosophia præ philosophia Christiani somnium est ac nugamentum. B V. Qua igitur fronte nos exigimus à Christiano Ciceronianam eloquentiam, hoc est & inimitabilem, & quam ethnici uitro graui uix decorem existimarunt? Nec statim male dicit, qui secus dicit quam Cicero dixit. Nec omnino, quod crebro repetendum est, bene dicit qui non dicit apte. Ad hæc inutilis est armatura, quæ quum tantum ad ostentationem ualeat, nec ad manum est, ubi res uirum posuit. Interdum res urget, ut eodẽ die uiginti scribamus epistolas. Quid hic faciet meus Ciceronianus? Ad hæc quotusquisque nunc est, qui Ciceroniana phrasi capiatur? Quid quod Cicero uariis est in dicendo? Alius est, quum sermone remisso placidoque docet philosophiam, alius in actionibus causarum, alius in epistolis, in quibus fere neglectus est & illaboratus sermo, atque hoc ipsum decet epistolam, quæ in familiaris colloquijs uel tem successit. An non igitur prepostere fecerit, qui ea cura conscribat epistolam de re familiaris, qua Cicero meditatus est orationem pro Milone? Et nos epistolæ non longè de rebus non ita magni momenti dabimus operam menstruam? Ne M. quidem Tullius tanti redempturus erat eloquentiam quam præstat in causis, si tot uigilijs constitisset, quantum nobis constat epistola, quum illis temporibus tantus esset in repub. usus eloquentiæ, quum hoc studium publice priuatimque floreret, quum longe parabilior esset ea facultas. Iure derisus est quidam qui multis diebus se torserat, nec adhuc potuerat orationis exordium inuenire, quod affectaret melius dicere quam posset. Est in Cicerone felix quædam facilitas, naturæ donum: est natua perspicuitas. Hoc si nobis natura negauit, quum nos ipsos frustra discruciamus? Quæto uero longius absunt à sana mente, qui temporibus alienis, qui rerum humanarum tota inuersa scena, quum uix usquam sit Ciceronianæ dictionis usus, hoc uno studio sese macerant, ut uideantur Ciceroniani, nec quicquam aliud quam Ciceroniani. N O S. Belle tu quidem rhetoricaris, uerum hunc affectum non possum excutere, adeo penitus insedit animo meo. B. A mediocri æmulandi studio te non reuoco, modo quæ est optimus, hæc æmuleris, modo æmuleris potius quam sequearis, modo studeas equalis esse uerius quam similis, modo ne pugnes aduersus genium tuum, modo ne sic affectes congruere Ciceroni tuam orationem, ut rei, de qua loqueris, non congruat. Super hæc omnia, absit anxietas, quæ nusquam non est infelix, sed haud alibi quam in dicendo infelicio. Postremo ne sic affectus sis, ut si quod sequeris, non assequaris, uitam acerbam putes, nec uiuere libeat non Ciceroniano, quum tot sint hominum eruditorum milia, qui sine hoc titulo & uiui laudem egregiam, & mortui nominis immortalitatem sunt assequuti. N O. Hunc in modum nunc quidem affectus sum. B V L. Idem affectus & me quondam habuit, sed ab eo morbo reuahi. N O. Quo tandem pacto? B V. Adhibui medicum. N O. Quem obsecro. B V. Pacandum & efficacem. N O. Quem inquam? B V. Ad quem

quem nihil Aesculapius aut Hippocrates. N O. Eneas. B. Quo nemo paratior, nec am-
 cior, nec fidelior, nec curat hepar aut stomachum: hominis intima sanat. N O. Si nomen
 ædere grauaris, saltem indica pharmacum. B V. Et nomen & pharmacum scies, ὁ λόγος
 τῷ λόγῳ mihi medicatus est. H Y. Verissima prædicas. *Ἐπιπέδον νοσήσας ἔδην ἰατροῦ λόγῳ*,
 B V. Sic ab eo morbo reuixi Nosopone. Quod si uoles hic aliquatisper eius quem prius
 gessi personam suscipere, ego τῷ λόγῳ uices obiero. N O. Suscipio, quando ita uidetur.
 B V. Quum me uehemens teneret morbi paroxysmus, sic adortus est medicus, quem ad-
 modum nunc loquor tibi. Pudor, inquit, te malus urget infelix, qui ferre non possis con-
 uicium cum tot hominum milibus comune. N O. Quod nam? B V. Quia negaris esse Ci-
 ceronianus. N O. Istiuc me discruciat fateor. B. At respõde mihi per musas, quem mihi
 dabis Ciceronianum, præter unum Ciceronem: A ueteribus ordiamur. In oratorũ catalo-
 go quem per longum in Bruto contexit M. Tullius, uix duo sunt, quos dignetur orato-
 rum titulo, tantum abest ut Ciceroniani uideri queant. Iam C. Cæsar Ciceronianus di-
 ci non potest, uel quia uixit ipsẽ temporibus, uel quia longe aliud dicẽdi genus sibi pro-
 posuerat, contẽtus elegãter propriẽq; dicere. At hæc quãtula est Ciceronis portior. Neq;
 enim tam præclarũ est oratorẽ Latine dicere, q̃ turpe nescire Latine. Ad hæc nihil extat
 Cæsaris præter epistolas aliquot, & Cõmentarios rerũ ab ipso gestarũ, quanquã eruditi
 de horũ autore uehementer ambigũt. Nulla certe extat oratio, quum hic demũ excellue-
 rit Cicero. Idem mihi dicere licet de M. Cœlio, Plãco, Decio Bruto, quorũ satis multas
 habemus epistolas, Tyronis studio seruatas, Pauciores Cn. Pompeij, L. Cornelij Balbi,
 Lentulij, Cassij, Dolobellẽ, Trebonij, P. Vatinij, Seruij Sulpitij, Auli Cæcinne, Bithynij,
 M. Brutij, A. Siniij Pollionis, C. Cæsaris, & si qui forte sunt alij, quos constat eadẽm ætate
 fuisse cum Cicerone, ut non magis cõueniat M. Cœlium dici Ciceronianum, quã Cice-
 ronem Cœlianum. Nec in his epistolis quicquam congruit præter sermonis Romani
 dilucidam & in affectatam elegantiam. At in hoc nõ est totus Cicero, quem tibi proponis
 æmulandum. Quid enim nunc cõmemorem de Crispo Salustio, qui quũ eiusdem fuerit
 ætatis, dictione dissimillimus est Ciceroni. N O. Ne cõmemora mihi præsecos illos hor-
 ridos & impexos, quũ nondum unã eũm moribus enitũsser eloquẽtia, nec eos qui pari-
 ter cum Cicerone decurrerunt: eos refer qui Ciceronẽ sequuti sunt. B. Age num tibi de
 neca uidetur Ciceronianus. N O. Nihil minus, præsertim in oratione soluta. Nam tragœ-
 dia quæ probantur à doctis, uix uidentur à Seneca scribi potuisse. B V. Num Valerius
 Maximus? N O. Tam similis est Ciceroni, quã mulus homini, adeo ut uix credas uel
 Italum fuisse, qui scripsit, uel hoc ætatis quod præ se fert, uixisse, tam diuersum est totum
 dictionis genus, Afrum quempiam esse dicas, nec ullum carmen elaboratus. B V. Quid
 Suetonius? N O. Non paulo longius abest à Cicerone quã Seneca, nec uerbis, nec stru-
 ctura, nec perspicuitate, nec figura dictionis, nec urbanitate referens M. Tullium. B V.
 T. Liuium hoc honore dignaris? N O. Primum historicus est, deinde incompõsitus; nõ
 nullis etiã Patauinatẽm quandã respere dicitur, hoc est, minus Romane dicere.
 B V. Iam Cornelium Tacitum conferre nõ audeo. N O. Nec opus est. B V. L. Fortasse
 Quintilianum recipies in hoc album. N O. Is affectauit etiã Ciceroni dissimilis esse,
 cuius utinã extarent declamationes, nam quã habemus minimum habent Ciceroni-
 nis. B V. Sed habeo quem non contempnas Quintum Curtium. N O. Historicus est. B V.
 Est, sed in historijs extant aliquot orationes. N O. Cæteris candidior est, sed nihil, aiunt,
 ad Parmenonis suẽm. Habet multas sermonis formulas à Ciceronianis diuersas. B V.
 Si hunc reijcis, non recipies opinor, Aelium Spartianum, Iulium Capitolinum, Aelium
 Lampridiũ, Vulcatium Gallicanũ, Trebellium Pollionẽ, Flauium Vospicũ, Aurelium
 Victorem. N. In his uix est quod probes præter historiã fidẽm, tantũ abest ut eos Cice-
 roniani cognominis honore digner. Nam ægre uentur sermonis Latini castimoniam.
 B V. En adest Probus Aemilius. N O. Candidus est laudator omnĩũ, quorum uitã de-
 scribit, ut encomiasten dicas uerius quã historiographum. B V. At Amianum Marcel-
 linum fortasse recipies. N O. Difficilis in eloquendo, ac subinde compositio carmen mo-
 stri uidetur, quũ dicit, ut captiuos redderet nostros. Velleium Paterculũ citius agnoue-
 rim, quanquã nec illum dignabor hoc honore. B. Minus, opinor, agnosces epitomogra-
 phos, Florum, Eutropium & Solinum. Agnoscam si quisquam eruditus illos agnoscat,
 hoc

hoc sanẽ nomine, referũt enim quos imitantur. B. Verũ retro mihi cursus flectendus est,
 duos Plinius prætermisimus. Maiorẽ scio non feres hic nominari, Iuniorẽ fortassis ad-
 mittes. N. Imò qui sunt huius causæ censores cũ primis uerant cõtingi ab adolescentibus
 huius epistolas, ne pro Ciceronianis euadant Pliniani. B. At feliciter scripsit orationem
 qua Traianum laudat. N. Felicissime, sed Ciceronem non exprimit. B. Poetas scies præ-
 tereo, facile diuinans quid sis respõsurus, etiã si clarissimos ac felicissimos omnĩũ propo-
 suero, Virgiliũ, Oratium, Ouidiũ, Lucanum & Martialem. N O. In Oratio nullum Cice-
 ronis uestigium: in Virgilio nonnullum, licet obscurum: Ouidius inter poetas Cicero
 uideri posset, Lucanus dicitur est Oratori quã Poetã similio, sed alienissimus ab ima-
 gine Ciceronis, Martialis ad Nasonis felicitatem plurimũ accedit, & aliquid Ciceroni-
 anã laudis illi poterat tribui, ni in libros aliquot epistolis præfatus esset, Deũ immor-
 talem, quã non Ciceronianis. B V. Quid si proferam Lucretiũ? N. Eadẽm opera pro-
 fer & Ennium & Lucliliũ. B. A. Gellij candidissimã phrasim miratur eruditi. N. Nec ar-
 gumentũ conuenit nec phrasim, primũ affectata, & uerborum copia penẽ superflues, re-
 rum supellectile frugalis. B V. En tibi Macrobius. N. Aesopica corniculam mihi nomi-
 nas, ex aliorum pannis suos contexit centones, itaq; sua lingua non loquitur, & si quã-
 do loquitur, Græculum Latine balbutire credas. Quod genus est illud ex Cõmentario
 in Somnium Scipionis secũdo. Et hoc esse uolunt quod Homerus, diuinarum omnium
 inuentio num fons & origo, sub Poetici nube figmenti, uerum sapiẽtib; intelligi dedit.
 B. At Symmachum in epistolis argutum admirantur quidam. N O. Admirẽtur quibus
 studio est moleste potius quã bene dicere. B. Sed heus, Apuleius nobis præteritus est.
 N O. Hunc Ciceroni conferã, quum libebit graculum comparare Iusciniã. B. Sit sanẽ,
 in Asino & Floridis, at in Apologijs accedit. N O. Minus quidem abest, sed immẽso se-
 quitur interuallo. Cæterum & Martianũ Capellam oblitus es, si tales libet proferre. B.
 Quid si ueniamus ad semichristianos? Quis tibi uidetur Boetius? N O. Egregius philo-
 sophus, poeta nõ pessimus, à Ciceronis dictione longe semotus. B V. Quis Aufonius?
 N O. Ingenium ac doctrinã tribuo, stylus aulæ delicias licentiãq; relipit, quẽadmo-
 dum & uita: Ciceronianus adeo non est, ut studio habuisse uideatur aliter dicere quã
 dixit Cicero. Proinde qui Ciceroniani nomen illi uelit ascribere, pro honore contume-
 liam irrogat homini, non aliter quã si quis Germanum appellaret, qui studeret ha-
 beri Gallus, etiã si Germanus esset. B. Ne te longis ambagibus circumagã, ueniamus
 si uidetur ad Christianos, si quem forte reperiamus, qui Ciceronianus dici mereatur.
 Inter hos opinor probabis Lactantium, qui Ciceronianã eloquẽtiã lacteo flumine ma-
 nare dicitur. N O. Dicitur, sed ab eo qui Ciceronianus non erat. B. Verũ illud inficiari
 non potes, Lactantium Ciceronis eloquentiam affectasse. Id declarat in tertium Institutio-
 tionum librum præfatio, in qua defensus Christianã philosophiã ueritatẽ, optat elo-
 quentiam, si non Tullianã, certe Tullianã proximã. N O. Nec prorsus infeliciter affe-
 ctauit, quanquam assequutus non est. B V. Qui sic? N O. Quoniam in prima statim ope-
 ris præfatione sic loquutus est: Alio qui nihil inter Deum hominemq; distaret, si cõsilia
 & dispositiones illius maiestatis æternã, cogitatio assequeretur humana. Vbi Cicero
 dixit dispositiones pro decretis? B V. Imò dum Ciceronianus esse studet, factus est Ci-
 ceroni dissimilis. Est enim hoc Ciceronis, rem eandẽ duabus uocibus idem aut pro-
 pemodum idem significantibus inculcare. Hinc est illud cõsilia & dispositiones. Qui
 scis an & uocalium hiatus captarit, ut Ciceronianus esset, in cõsilia: & rursus in, cogi-
 tatio assequeretur. Fortassis & compositionem affectauit, scãzontis clausula comma si-
 niens, uelut in balneatore & archipirata. Cuiusmodi clausulis frequenter utitur in eadẽ
 præfatione, ut in prima statim periodo inhærere: & rursus, instruere possimus: ac mox,
 apud Græcos: atque iterum, luce orationis ornata: & uobis ad, honesta suscepta, mox
 & honorasti, nec multo post nominis tradas: iterum, ut sequeatur hortarer: itẽ aliquan-
 to post, reliquerũt. Hoc certe Tullianũ habet, quod subinde ditrochæo finit, ut contule-
 runt, cõuocamus, sopiamus, inchoamus: semel ponit in clausula, quẽsisse uideatur. Hæc
 indicant illum magno studio Ciceronis imaginem affectasse. Verũ hoc nomine iustius
 reijceres Lactantiũ a titulo Tullianorũ, quod nec eruditionẽ, nec uim, nec pectus attule-
 rit ad defensionẽ philosophiã Christianã, quã M. Tullius attulit ad actionẽ causarum
 hoc

ciuiliū. B. E reliquorū numero quem primū aut ultimū proferam? Cyprianū? N. Christiane scripsit uerius quā Ciceroniane. B. Hilaritū? Ohe, nihil simile. Difficilis est & obscurus in eloquēdo, & Gallico, ut inquit ille, cothurno attollitur, uerba quoq; multa secum trahens, quā nō sunt Tullianae puritatis. B. Sulpitius opinor, uidebitur hoc honore dignus. N. Est ille quidem & mollior, et iucundior, & dilucidior, & illaborator. Hilaris, sed phrasī Gallū fuisse declarat. Non deest pietas, sed adest uis & grauitas: & est floridum dicendi genus magis quā neruolum. B. V. Tertullianū igitur admittes. N. O. Irrides, Is prudēs ac sciens obscurauit malis uerbis bonas sentētiās, uel ipso durior Apuleio. B. V. Certe facundissimum illum simul & doctissimum Hieronymum non repelles. N. O. Agnosco uirum doctrina facundiaq; praecellentem, Tullianum non agnosco, qui flagris ab imitatione Ciceronis depulsus est. B. V. Augustinum igitur? N. O. Is hoc habet Ciceronis, quod praelongo ambitu circumducit periodum, ut frequenter ergo reuocet a diuerticulo in uiam. Verum non aequae ac Cicero, prolixum orationis ductum, membrīs & incisīs distinguit, nec facilitatē in dicendo, nec felicitatem in tractando reddit. B. V. Paulinum? N. O. S. Vix umbram habet Ciceronis, nec sententijs, nec uerbis admodum felix. B. V. Ambrosium igitur? N. O. Romanum oratorem agnoscas, non Ciceronianum. Gaudet argutis allusionibus, acclamationibus, nec praeter sentētiās quicquā loquitur; membrīs, incisīs, comparibus numerosus ac modulatus, suum quoddā dicēdi genus habet alijs inimitabile, sed à Tulliano genere diuersissimū. B. V. Saltem agnosce Romanū Gregorium, eius nominis inter Pont. primum. N. O. Agnosco uirum pium, ea loquētem quā sentit. Et hic propius accedit ad M. Tullium quā Ambrosius, sed fluit luteletus, & Iocaticae structurae quasi seruit oratio, quod est à Cicerone alienum. Sic enim puer in scholis assueuerat. B. V. At Tufci Leonis, qui fuit eius nominis primus Romanae urbis Pontifex, eloquentiam mirantur omnes. N. O. Est fateor huius bene numerosa, satisq; perspicua dictio, nec ineptis sensibus, sed nihil ad Ciceronem. B. V. Quid si tibi Bernardum è Burgundionibus adducam? N. O. Agnosco uirum bonum, quae pars est oratoris, natura compositum ad urbanitatem & ad dictionis leporem, sed adeo non Ciceronianum, ut ex scriptis uix subleat unquam illi lectum Ciceronem. B. V. L. Posteaquam hunc reijcis, nō ausim tibi proponere Bedam, Remigium, Claudiu, Hefychium, Anselmum, Ilidorū. N. O. Desine mihi *uoluntas* istos commemorare, quā aliena lingua loquatur, deteriora faciunt quae referunt: dum sua promunt, uix loquuntur. In his aegrotabat eloquentia. B. V. At uereor ne mortuam dicas, si posteriores commemorauero. Praetermittam igitur Alexandrum Halensem, Petrum Gandauensem, & huius farinae scriptores innumeratos: duos *uoluntas* proferam, Bonauenturam & Thomam. N. O. Bonauentura satis affluit uerbis, sed qualibuscunq; Thomas Aristotelicus prorsus est, *uoluntas* in dicendo, tantum hoc agens, ut doceat lectorem. B. V. Verum, in quaestionibus: ceterum ubi rhetorem aut poetam agit, satis spirat Ciceronem. N. O. Quae mihi narras poemata? Mihi uero nusquam uidetur infantior, quā quum affectat oratoriae dictionis fluxum, id quod facit in tractanda materia de Eucharistia. Sed age missos fac theologos istos scholasticos, à quibus frustra requiras ullam eloquentiam, nedum Ciceronianam; alios profer, si quos habes. B. V. Age redibimus ad aliud scriptorum genus nostro seculo uicinius. Nam aliquot aetatibus uidetur fuisse sepulta prorsus eloquentia, quae non ita pridem reuiuiscere coepit apud Italos, apud nos multo etiā serius. Itaq; reslorescētis eloquentiae princeps apud Italos uidetur fuisse Franciscus Petrarca, sua aetate celebris ac magnus, nunc uix est in manibus; ingenium ardens, magna rerum cognitio, nec medio cris eloquendi uis. N. O. Fateor. At qui est ubi desideres in eo linguae Latinae peritiam, & tota dictio respicit seculi prioris horrorem. Quis autem illum dicat Ciceronianū, qui ne affectarit quidem? B. V. Quid attinet igitur referre Blondum ac Boccacium, hoc inferiores tum in dicendi uiribus, tum in Romani sermonis proprietate? Ne Ioannem quidem Tortellium audies. N. O. Non audiam in his quidem comitijs. B. Hunc sequutus est ingenis prouentus eruditorum certatim sese ad Ciceronis imitationem componentium. Eequem ex hoc numero dignaberis istius cognominis honore? Num Franciscū Philelphum? N. Planē dignarer si tam placeret eruditīs omnibus quā placuit sibi. Et affecta uit quidem ille sedulo Ciceronis effigiem, sed parū feliciter. Nec usquā illi dissimilior est.

est, quā ubi maxime oportuit esse similem, nimirū in orationibus. Nam in epistolis satis adumbrat M. Tullium. Neq; haec dixerim in cuiuspiā contumeliam. Agnosco uiros aeterna posteritatis memoria dignos, ac de studijs optime meritos: sed diuinū quiddam est esse Ciceronianum. B. V. Leonardus Aretinus mihi uidetur alter Cicero. N. O. Facilitate dictionis ac perspicuitate satis accedit ad Ciceronem, sed neruis alijsq; uirtutibus aliquot destituitur: alicubi uix tuetur Romani sermonis castimoniam, alioqui uir doctus iuxta ac probus. B. V. Guarinum sat scio non recipies, nec Lapum, nec Accioialum, nec Antonium Becariam, nec Franciscum Barbatium, nec Antonium Tudertinū, nec Leonardum Iustinianum, nec Achillem Bochium, & si qui sunt qui mihi nunc non succurrunt, maxime quod horum pleriq; non alio monumento nobis innotuerunt, q̄ uertēdis Graecis, ubi nulla laus inuentionis, quae praecipua pars est eloquentiae. N. O. Istorum neminem contemno, neminē tamen dignabor Tulliant cognominis honore. B. V. Proferam itaq; Pogium Forentinum, uiridā cuiusdam eloquentiae uirum. N. O. Naturae satis erat, artis & eruditionis non ita multum; interim impuro sermonis fluxu, si Laurentio Vallae credimus. B. V. Vallam igitur in illius locum substituamus. N. O. Is propius accedit ad curam ac subtilitatem Quintiliani, quā ad illaboratam Ciceronis facilitatem, quanquam ceteris elimatio puriorq;. B. V. L. Multos praetereo sciens, quorum nomina sat scio non ferent aures tuae: eximios tantum refero. Si quem alium, certe magnū illum Hermolaum Barbarum in huius cognominis honorem admittes. N. O. Vere magnū ac diuinum hominem protulisti, sed in dicendo Ciceroni dissimillimum, & ipso penē Fabio Plinioq; elaboratorem, cuius eloquentiae non nihil offecit philosophiae studiū. B. V. Quid Ioannem Picum Mirandulae comitem? N. O. Indolem planē diuinam narras, ingenium ad omnia factum, sed huius quoq; dictionem non nihil uitiauit linguarum ac philosophiae atque etiam theologiae cura. B. V. Nosti gentilem huius Franciscum Mirandulanum. N. O. *uoluntas* ayys, aiunt, nimirū philosophus ac theologus est, alioqui uir magnus. Ceterum qui conuenit, ut eum recēseas inter Ciceronianos, qui cum Petro Bembo disputans, damnat addictos exprimendo Ciceronis? B. V. Nae tu summam laudem illi tribuisti, si quis tamē omnino nimum Theologus esse potest. N. O. Potest ad huius palmae conditionem. B. V. Bene habet, unum, nī fallor, reperi, quem non reijcies, Angelum Politianum. Nam Marsilium Ficiniū proferre non audeo. N. Fateor Angelum prorsus angelica fuisse mente, rarum naturae miraculum, ad quodcūq; scripti genus applicaret animum, sed nihil ad phrasim Ciceronis, diuersis uirtutibus suspiciendus est. B. V. L. Si producam in hūc ordinem Codrum Vrceum, Georgium Trapezontium, si Theodorum Gazam, Ianum Lascarem, Georgium Marulam, M. Musurū, Marullū, propē diuino quid dicturus sis. Submouebis ab hoc certamine totum Graecorū genus, quibus inuisus est tuus amalius Cicero. Verū nolim in his comitijs habere suffragiū, iram, odium, aut amorē. N. Nec habebunt. De Iano, quoniā adhuc superest, dicendū est parcius: Morum comitate generis nobilitatē praese fert, acri iudicio uir, multae in Epigramatibus argutiae: poterat inter Ciceroniani cognominis candidatos numerari, nī crebre legationes ac regū negotia reuocassent hominē à Musis. Codro nec Latinae linguae facultas deerat, nec urbanitas, uerum homo nō dissentiens ab Epicuro, neglexit hanc laudē, ut non uulgarem, ita nec paruo parabilem. Georgiū Trapezontium fateor uirum egregie doctum, deq; re literaria pulchre meritum, & hoc absolutiorē Theodorum Gazam, quorum ille se ad Ciceronis dictionem effingendam studio composuisse uidetur, hic Aristotelem exprimere maluit, quo nō alius felicior, siue uertit Graeca Latine, siue Latina Graece: quū sua loquitur, duo quae dā obstrepunt delicato lectori, philosophiae studiū, in quo totus erat, & illud *uoluntas* Graeci sermonis, quod Latine loquentes sequi solet, ac uix unquam dediscitur. B. Quid uetat quo minus Graecus absoluat Romanā linguā, si Britannis ac Phrysonibus hoc contigit: praesertim quum sermo Graecus tum in uerbis, tum in tropis plurimam habeat affinitatem cum Latino. N. O. Quid Britannis ac Phrysonibus contigerit, alijs aestimandum relinquo: mihi uidetur affinitas sermonis obstare puritati. Citius enim pure Romane loquetur Hybernus, quā Gallus aut Hispanus. Quem admodum citius Gallus discet Germanice loqui pure, quā Italice aut Hispanice. Sed pergā, Georgiū Marulā Alexandrinū esse scio, an Graecus fuerit nescio, ut in reddēdis

Græcis splendidus & elegans, ut cum ueteribus multis conferri queat. Marulli pauca legi, tolerabilia, si minus haberent paganitatis. M. Musurum propius noui, uirum insigniter eruditum in omni disciplinarum genere, in carmine subobscurum & affectatū, oratione prosa, præter unam alteram uel præfationem nihil quod sciam reliquit: mirabar hominem Græcum tantum scire Latine. Et hunc fortuna retraxit à Musis, dum Leonis fauore Romam accitus, incipit Archiepiscopus esse, fato præreptus est. B V. Recipies igitur Pomponium Latum. N. Is elegantia Romani sermonis cōtentus, nihil affectauit ultra. B V. Platynam igitur N O. In historia ualiturus erat, si nactus fuisset argumentum felicius. In optimo ciue & Panegyrico non nihil accedit ad Ciceronis imaginem, sed tanto interuallo, ut hoc cognomen non promereatur eruditorum calculis, alioqui uir doctus, facundus, & ni fallor, bonus. B V. Quid Philippum Beroaldum maiorem? V. Ideo, abnuis, id sciebam fore. N O. Imò annuo, si mihi commendas hominem de literarum studijs præclare meritum: si postulas eum in Ciceronianorum ascribi catalogum, abnuo. Philippum Beroaldum iuniorē citius recepero, quāquam is per pauca milit in literas. B V. Jam frustra tibi recēseam Georgium Vallam, Christophorum Landinum, Mancinellum, Petrum Marsum, Baptistam Pium, Cornelium Vitellium, Nicolaos Leonicum & Leonicum, Bartholomeū Scalam, Paulum Cortesium, Petrum Crinitum, Iacobum Antiquarium. N O. Ut tu farragine quadam confundis diuersos, Mancinellos, Vitellios ac Marfos sile, quum agitur de eloquentia, Baptistam Pium suo more loqui conatus est. Scala sibi uidebatur Tullianus, Politiano ne Latinus quidem uideatur, adeo ut ne sensum quidem communem illi tribuerit. De Paulo Cortesio post dicitur. Petrus Crinitus multum abest à charactere Ciceroniano, quanquam hominis eruditionem amplector. Leonicensis medicus erat, non rhetor. Leonicus in adytis philosophiæ, præsertim Platonicæ, semper religiose uersatus, ad Platonis ac Ciceronis Dialogos effingendos sese composuit, & præstat eloquentiæ tantum, quantum fas est hodie à tali philosopho requirere: Ciceronianus appellari nec ipse cupiat, ni fallor, adhuc enim super est, uir non minus integris moribus, quàm eruditione recondita. B V. Quid de Domitio Calderino? N O. Bona spes erat, ni Romanæ deliciæ, mox præpropere mors intercepissent iuuenis bene ceptum in studijs cursum. B V. Porro Scipionem Carteromachum. N O. Agnosco uirum citra ostentationem in utraque literatura doctum, ceterum ex his quæ scripsit non apparet illum affectasse Tullianam eloquentiam. B V L. Non reuicies opinor Hieronymum Donatum patritium Venetum. N O. Epistola, quod pene solum illius habemus, declarant illum quiduis præstare potuisse, si uoluisset huc animum intendere, sed reipub. negocia distraxerunt hominem ab ocio literario. B V L. Agnoscis Antonium Sabellicum? N O S. Agnosco natura facundum, nec artis expertem. Nec infelicitate rhetoricatur interdum. In historia sat splendide uersatus, sed in hac tantum, quæ suum dicendi genus desiderat. B V. Hactenus de mortuis plerisque, nunc uiuorum, ut aiunt, meminisse oportet, de quibus fortasse uereberis quid sentias proloqui. N O. Minime, quandoquidem fateor hoc laudis uix ulli mortalium adhuc cōtigisse. B. Nosti Paulum Aemylum? N O. Hominis & reconditam eruditionem, & diligentiam, & uitæ sanctitatem, & summā in historia fidem exosculor: Tullianam dictionem nec affectauit, nec habet. B V. Profero Baptistam Egnatium. N O. Virū non minus probum & integrum quàm eruditum & eloquentem nominasti, sed cui Tulliani cognominis honorem negant doctorū suffragia. Docte loqui maluit quàm Ciceroniane, & quod uoluit assequutus est. B V. En tibi Paulum Bombasium. N O. Equidē exosculor Paulum Bombasium prorsus aurei pectoris hominē, quō uix alius unquē uixit amico amicior, sed ualetudini parcēs, nō admodū indulsit stylo. Mox ut erat animi minime abieci, sordidiorū cōpetitorū improbis cōtentionib. offensus, Nā Bononiæ publico salario Græce profitebatur, ad reipub. negocia sese contulit: tandē accitus Romā, augere rem maluit quàm literis infenefere. B V L. Fortassis æquior eris iunioribus. Quid censes de Andrea Alciato? N O. Referam quid eruditi sentiant, qui propius hominem nouerant quàm ego. Quam laudē M. Tullius partitur inter Q. Scauolam & M. Crassum, quorū hic dicitur esse eloquentium iuris peritissimus, ille iuris peritorū eloquentissimus, totā in hunc unum cōpetere iudicāt. Quid possit eloquentia, declarauit in præfatione, quā Cornelio Tacito præfixam

præfixam legimus. Nam in annotationibus docere proposuit, non rhetoricari. B V. Ex Italici opinor, non ita multos prætermisimus memorabiles. Sed heus, occurrit Hieronymus Alexander nuper fauore Clementis V I I Archiepiscopus Brundisinus, quem fortasse præteritū non oportuit in hac recensione. N. Quid is possit in hoc genere, non satis liquet ex his quæ scripsit. Nam & admodum pauca uenerunt in lucem, in quibus ipsis non uidetur hanc laudem ambisse, & tam pridem ciuilia, bellicaq; negocia alio rapuerūt hominem peritā linguarum eleganter instructum, ac prorsus indignum qui prophanis negocijs seruiat. B V. Equidem arbitror Albertum Carporum principē, propius ad Tullianam phrasim accedere quàm Alexandrum. Nihil hic ædidit hactenus, quod e quidem sciam, unicum duntaxat librū, aut si maus prolixam epistolam, ab illo scripam uidi quæ respondet Erasmo, tametsi sunt qui ceu compertū asseuerant, eius operis alterū esse fabricum. N. Accedit ille quidē, quisquis est quatenus licuit homini in theologicis ac philosophicis literis ab adolescentia uersato. B V. Vides quàm multos celeberrimi nominis scriptores cōmemorari Nosopone, quorum nemini fateris Tulliani cognominis deus obtigisse. Fortasse nonnulli fallunt meam memoriā, tu suggere, si quos nosti Hypologe. H Y. Duos Cælios, Rhodiginum & Calcagninū nescio an uolēs prætermiseris. B. Plane imprudēs. N. Rhodiginus uir erat pius & uariae lectionis, in eloquentiæ certamen haudquaquam asciscendus: alter tum eruditione, tum eloquentiā superior, stylus elegans & ornatus, sed nō nihil resipiens philosophiā scholasticam, quæ res hactenus officit, nō ut non possit inter facundos numerari, sed ne inter Ciceronianos. B. Pauculos prætereosciēs, ad quorum cōmemorationem ipsa nos reducet oratio tempestiuus. Interim si placet, in Galliam & olim, & hodie studijs florentissimā aliquantisper migremus, ex ea duntaxat præcipuos relaturi, qui nuper scriptis in lucem æditis eloquentiæ laudem emeruerunt. Robertus Gaguinus non ita pridem habitus est magni nominis, dictione tamen scriptis uendibilior. N O. Verum suo seculo, nunc uix inter Latine loquentes recipere tur. B V. Quid cōmemorem duos fratres Ferdinandos? N O. Non feram. B V. Quid si Guidonem Iuuenalem? N O. Multo minus. B V. Quid si Iodocum Badium? N O. Istum citius admiserim in hoc laudis certamē, quàm Apuleiū, nec infelicitate omnino cessit conatus Badio, adest illi facilitas non indocta, felicius tamē cessurus, nisi curæ domesticæ, reiq; parandæ studium interrupissent ocium illud Musis amicium, huius laudis candidato necessarium. B V. Fortassis huius honorem tituli tribues Galliarum decori Gulielmō Budæo. N O. Qui tribuam quod ille nec ambit, nec agnosceret si tribueret? Quamquam is alioqui eximij uarijsq; dotibus suspiciendus est. B V. Iacobus Faber habetur celebratissimus. N O. Vir pius & doctus, sed qui Theologice dicere maluerit, quàm Tullianē. B V. Ioannem Pinum fortassis agnosces. N O. Posset inter huius laudis competitores numerari, nisi & hunc negotiorum tumultus & ecclesiastica dignitas à studijs auulsissent. Olim certe præclarum sui specimen dedit, quum Bononiæ Musarum sacra toleraret. Nunc episcopum audio factum, quid accesserit eloquentiæ nescio. Fieri potest ut plus accesserit eruditionis quàm dignitatis. B V. Agnoscis Nicolaum Beraldum. N O. Agnosco dictionis illaborato fluxu Pino nō dissimilem, uerum is in hoc genus nunquam neruos intendit suos, dicendo quàm scripto felicior. Quid possit satis diuino, sed est magni laboris fugitantiōr. B V. Franciscum Deloium non uereret obhæcere, si se talem præstare potuisset in oratione librōue, qualem se prestitit in epistolis ex tempore scriptis ad amicos. Quod sanē prodigij simile uideri possit in homine qui seculo nō admodū felicitotam pene ætatem in Accursijs, Bartholis ac Baldis contriuisset. In literis politioribus & senex & feliciter repubuerat. Hunc nuper mors terris eripuit, ipsi quidem matura, senex enim mortuus est, studijs uero quibus euehendis ornandisq; uir optimus, natus uidebatur præpropere. Superest Lazarus Baysius, qui unico libello de Vestibus eorū non magno magnā laudem meruit, summāq; spem de se prebuit, si quo cœpit cursu pergat, in literarū studio. Quantū ad docedū appositus, argutus esse mauult, ut uidetur, & Atticus quæ Ciceronianus. B V. Succurrit etiānum par unū nequaquā, ut arbitror, fastidiedū. Nosti Claudium Cantianculam Metensem, & Cornelium Scepperum. N O. Vterq; mihi & e conuictu notus est. Cantiancula ut est ingenio festiuo, in quouis argumento tractando suauissime canit, præsertim oratione prosa, quantum ualeat carmine nescio; nec

quemadmodum solent amici praesentes inter se miscere sermonem. Quid quod Cicero non aedidit epistolas suas, & quasdam uidetur scripsisse neglectius quam loqui solitus erat. Vnde bona pars earum quas Tiro Ciceronis libertus collegerat, intercidit, haud opinor peritura, si docti eas iudicassent immortalitate dignas. Primum igitur illa simplicitas & gratia sermonis in affectu, deinde ueritas abest in epistolis Longolij plerisque. Ad haec quoniam nec eadem fuit fortuna Longolij quae Ciceronis, nec eadem negocia, sit ut interdum inepta sit ac frigeat imitatio. Quod genus sit, M. Tullius senator & uir consularis, scribit ad suae dignitatis homines, quid moliantur duces in prouincijs, quam instructae sint legiones, ostendit periculum, diuinat rerum exitum: quum ad imitationem Ciceronis similia scribit ad eruditos amicos & in otio uiuentes, Longolius, ueluti sollicitus de summa rerum, nonne friget affectator? Quid quod ipse in Musaeum abditus interdum literis madaat uanissimos rumores, quales uulgo circumuolitant, indigni qui uel sermone cordati hominis commemorentur. Sed in orationibus, inquit, quas duas reliquit, uelut in Capitolio habitas, Ciceronem praestitit. Eas ego sane magna cum animi tum admiratione, tum uoluptate legis fautor. Effecerunt enim, ut de illius ingenio longe quam ante magnificentius sentiret. Adeo, quum de illo praecleara concepissem existimationem, uicit multis partibus expectationem meam. Videtur enim in has deponuisse quicquid uel suo potuit ingenio, uel e Ciceronis orationibus hauserat. Eae tamen tot annis elaboratae, toties sub inuicem reuocatae, toties criticorum censuram perpeffae, quantulum habent Ciceronis: non quidem Longolij culpa, sed temporum. Aptissime dicebat Cicero, uix apte Longolius, quando quidem Romae, nec patres conscripti sunt hodie, nec senatus, nec populi autoritas, nec tribuum suffragia, nec magistratus qui solent esse, nec leges, nec comitia, nec actionum forma, nec prouincia, nec municipia, loci, ciues: postremo Roma Roma non est, nihil habens praeter ruinas ruderumque praesae calamitatis cicatrices ac uestigia. Tolle pontificem, Cardinales, Episcopos, Curiam, & huius officarios, deinde legatos principum, Ecclesiarum, collegiorum, & Abbatiarum, tum colluuiem hominum partim qui uiuunt ex hisce nudinis, partim qui uel libertatis amore, uel fortunam aucupantes eo confluunt, quid erit Roma? Dicit aliquis, Pontificum regnum a Christo traditum Augustus esse, quod fuerat olim senatus, populique Romani, aut etiam si liber Octauij Caesaris: Mea nihil refert, modo fatearis diuersum regni genus esse. Quo fit, ut nec oratio congruat eadem; si putamus Ciceronianum esse, sermonem ad rem praesentem accommodare. At ille praeclearus iuuenis orationem attemperauit, ad hominum affectus, qui ueterem Romam, rerum dominam gentemque togatam, adhuc somniant, quemadmodum iudat nondum desinunt suum Mosem ac templum Hierosolymitanum magniare. Iam Christophorus iuuenis nec magistratu, nec rebus gestis, nec ullo alio nomine magnus erat quam ingenio, quod ego sane pulchrius esse duco, quam si regno polluisset. Sed haec persona nihil ad Ciceronem. Nunc argumentum accipe. Inciderat illi contentio cum Italo quodam adolescente, in hoc opinor subornato, ut Ciceronianam eloquentiam a barbaris uindicaret. Et est, ut audio, nunc Romae sodalitas quaedam eorum, qui plus habent literaturam quam pietatis: docti uocant, & apud multos habentur in precio. Per hos otiosos hoc certamen, studijs hinc atque hinc efferuesceribus accensum est, ut ea ciuitas undique caprat uoluptatis materiam. Interim Longolij causam grauabat Lutheri causa, cuius gratia apud Romanos male audiebat quicquid erat affine Germaniae, ne dicam Cisalpinis omnibus. Iamque Christophoro tamen si natione barbaro: nam huiusmodi uocabulis adhuc utuntur illi, quasi facies rerum non tota sit immutata: tamen ob admirandam sermonis elegantiam, uisum est candidioribus aliquot, honoris gratia decernere ciuis Romani titulum. Fiebat hoc olim, & erat munus non minus utile quam honorificum. Nunc autem quid est esse ciuem Romanum? Profecto minus aliquanto quam esse ciuem Basiliensem, si contemptis uerborum fumis, rem aestimare libeat. Atque hinc in barbarum Longolium competitoris ipsique fauentium inuidia. Tandem quaesita est illa uoluptas otiosis, ut in Capitolio (sic enim uocant curiam quandam non admodum magnificam, in qua solent agi per pueros exercitandi ingenij gratia fabulae) causam diceret Longolius. Subornatus adolescens audaculus, qui accusationem quam ab alio compositam edidicerat, recitaret. Accusationis haec erant capita: Primum quod Christophorus Longolius olim puer, dum ingenij periclitandi gratia laudat Galliam in qua rum uiuebat, in nonnullis ausus sit eam aequare Italiae, deinde quod in ea laudasset tribus uerbis

uerbis Erasmi & Budaeum barbarus barbaros: praeterea quod diceretur ab his subornatus ac delegatus in Italia, ut optimos quosque libros deportaret ad Barbaros, quo possent eum Italici de principatu eruditionis contendere. Postremo quod homo barbarus & obscurae familiae, minime dignus uideretur honore tanti cognominis, ut ciuis Romanus appellaretur. Habes praeclearum argumentum, in quo neruos intendas eloquentiae Tullianae. Atqui hoc plane ludicrum ille plura quam serio agit, mirifico sane uerborum apparatu, magna ingenij significatione, summa uehementia, multa interdum urbanitate, non aliter alludens ad aetatem Ciceronis, quam is qui scripsit Batrachomyomachiam, alludit ad Homericae Iliadem, ranis ac muribus, rebusque ridiculis ac frivolis, deorum, deorum, heroum splendida uerba factaque accommodans. Ita Longolius exaggerat capitis discrimen, armatas cohortes, gladiatorum manum, quorum uolentia autoritas amplissimi ordinis, ac secundum leges agentis liberae fuerit impedita. Fingit praesentem illam Romam orbis reginam, & huius praesidem ac tutorem Romulum cum suis Quiritibus: somniat P. C. & augustissimum ordinem regnorum dominum, populum in suos ordines ac tribus distinctum, praetorum ius, tribunorum intercessionem: somniat prouincias, colonias, municipia & socios urbis septemcollis: recitatur senatus consultum, citantur leges, miror non meminisse clepsidrarum, quae reo solent infundere nouem opinor. Hic excitantur illa praesentia, appellatur ueteres illi Romanae ciuitatis principes, eque monumentis excitantur, quid non? Per quam faceta res est. Equidem fateor hunc ludum uideri posse non inelegantem, si ad eum modum exerceretur iuuentus in scholis declamatorij, etiam si non frustra praecipit Quintilianus, ut declamationis simulachrum praesentem ad ueras actiones, nimirum quod quidam declamandi themata petere soleant, e poetarum fabulis, nec ueris, nec uerisimilibus. Nam habent in adolescentibus & illa progymnasmata fructum hauquaquam poenitendum, quum argumento ex historia sumpto, uerba sententiaeque ad illorum temporum conditionem accommodantur, sed tamen instructior erit ad ueras causas agendas, qui quaestionem tractat, praesentis temporis inuoluta circumstantijs, ueluti si quis tractet: num expediat Reip. ut principes filias aut sorores suas in procul remotas regiones elocent: an sit in rem Christianae pietatis, praesentis Ecclesiasticos onerari ditione prophana: utrum consultius sit iuuenem euoluendis autoribus, an peragrandis longinquis regionibus, periclitandisque rebus, multarum rerum cognitionem colligere: num expediat puerum imperio destinatum, aut natum, multum temporis in literis ac liberalibus disciplinis consumere. Caeterum argumentum quod tractat Longolius, quum nec sit ex historia petitum, ut saltem per fictionem suo temporis congruere possit, nec eiusmodi tamen, ut uere suo temporis suisque personis conueniat, qui fieri potuit: ut hic totum exprimeret Ciceronem, qui depulsis armis Antonij, sublatoque mortis metu, libere dixit apud senatum populumque Romanum: In hac tamen materia tanto studio, tanta ingenij dexteritate rem gessit egregius iuuenis, ut hodie neminem norim, uel apud Italos, cum pace omnium dixerim, quem existimem idem praestare posse, tantum abest ut Longolij laudibus aliquid studeam detrahere. Talibus enim ingenijs non queam non fauere, etiam si mihi male uellent. Haec eo tantum dicuntur, ut adolescentiae studijs prospiciam, ne se superstitiose discrucient affectatione Ciceronianae similitudinis, sic ut hac intentione ab utilioribus, magisque necessarijs studijs auellantur. Rem habes. Nos pone, orationes superfluae, quae me coarguant si quid mentior. Nunc mihi rationem in eas uelim, sit ne operae precium ingenia felicissime nata in has uisitas tantum aetatis & operae consume re, ne dicam immortales curis. Quantum utilitatis uel religioni Christianae, uel studijs, uel patriae laturus erat, si uigilias quas actionibus illis ludicris impendit: in res serias collocasset? Non. Profecto miseret me Longolij, & uix habeo quod respondeam. V. Ad haec testatur se scripsisse orationes quinque in laudem urbis Romae. O pulchre collocatae operam. Quanto rectius ea collocasset, si ciuitatem illam, atque eos praecipue qui bonas literas ibi proficerent, orationibus aliquot elaboratis ad Christi cultum ac pietatis amorem inflamare studisset. Intelligis Nos pone quid dicam, imo potius quid non dicam. At quibus tandem uigiliarum tantum datum est? Senatus? senatus, si quis omnino Romae est, Latine nescit. Populus Barbare loquitur, tantum abest, ut dictione Tulliana capiatur. Sed ualeat haec επιδεικτικα. Aduersus Martinum Lutherum rem agit & seria & grauem. Vbi qui potuit esse Tullianus de rebus differens, quas M. Tullius prorsus ignorauit? At oratio non potest esse Tulliana,

id est optima, quæ nec tēpori, nec personis, nec rebus cōgruit. Satis quidem Tulliane conuiciatur. Vbi tandē uentum ad errorū capita recensenda, subobscurus est, & ut ab illis intelligitur qui Lutheri dogmata tenent. Atqui hic res summā orationis perspicuitatē desiderabat, si uoluisset esse Ciceronianus. Iam ex ipsa rerum propositione non difficile fuerit coniectare, qualis futurus fuerit in refellendis dogmatibus aduersarij, suisq; cōfirmandis. Sedulo quidem uitat uoces nostræ religionis, nunquā usurpans fidei uocabulum, sed in eius locū substituēs persuasionē, aliq; permulta quæ prius attigimus, semel tamē atq; iterum utitur nomine Christiani, per imprudentiam opinor. Nam ea dictio nusquā extat in libris M. Tullij. Quanquā & hic multa felicissime dixit, nec alia re magis peccauit, quàm quod nimis anxie studuit esse Ciceronianus, cui maluit orationem congruere q̄ causæ. N O. At tamen istis dictu mirum quàm nunc applaudant Itali quidam. B V. Cōfiteor, laudant illa, sed ista legunt. Bataui oratoris nēnias, quæ Colloquia uocantur, quanto plures rerum manibus quàm Longolij scripta, quamlibet elaborata, quamlibet expolita, quamlibet Tulliana, & ut Græce dicā melius *νευροσποδία*. Quid in causā? Quid nisi quod illic res ipsa capit, moraturq; lectorem qualicūq; sermōe tractata; ad hæc, quoniam theatrica sunt, & uita carent, dormitat lector stertitq;. Utilitas cōmendat etiā mediocrem eloquentiā. Quæ tantum adferunt uoluptatem, eadem diu placere nō possunt, præsertim ijs qui literas in hoc discunt, nō solum ut politius dicant, uerū etiā ut rectius uiuant. In summa, qui iuuenem illum ad huius laudis ambitum inflammarunt, non optime meriti sunt, uel de ipso, uel de re literaria. Sed de Longolio fortasse nimis multa. N O. Prætercurristi Iacobū Sadoletum ac Petrum Bembum, prudens opinor. B V. Næ prudēs uiros eximios, raraq; horū temporum exempla nolui miscere turbæ. Petri Bembi nihil extat quod sciā, præter aliquot epistolas, in quibus exosculor, non modo dilucidū quoddā, sanum, & ut ita dicam, Atticum dicendi genus, sed probitatem, ac humanitatē ac singularem ingenij candorē in oratione uelut in speculo relucens; nec alia re uel fortunatiorem, uel ornatorem iudico Longolium, q̄ talium uirorum amicitia. At Iacobus Sadoletus cætera ferē æqualis Bembo, in commentario quem elegantissimū reddidit in psalmum L. non adeo affectat haberi Ciceronianus, ut non personæ decorum ueatur, est enim episcopus Carpentoracensis, ut non materiæ seruiat, ne in epistolis quidem abhorrens à uocibus quibusdā Ecclesiasticis. Quid igitur? Non dixit Tulliano more? Non dixit: imò dixit potius, qui eo modo dixit, quo probabile est ipsū de rebus, si uiueret, dicturum esse Ciceronem, hoc est, de Christianis Christiane. Huiusmodi Ciceronianos ferre possum, qui summo præditi ingenio, disciplinis omnibus absoluti, tum iudicio prudentiaq; singulari, siue unum Tullium in dicendo sibi proposuerunt, siue paucos eximios, siue doctos omnes, non possunt non optime dicere. N O. Multum suffragijs eruditorum tributum est Baptistæ Castellio. B V. Oratio de Lege Agraria, quam paulo ante mortem ædidi, declarat illum summo nisi Tullianæ dictionis affectasse liniamenta, & hæcenus propemodum assequutus est quod uoluit; lucis habet plurimum, uerba nitida, compositionem suauem. Cæterum immane quantum est quod desideratur, si ad Ciceronem conferas. N O. Certe Pontanum uno ore prædicant omnes, huic Ciceroniæ dictionis palmam tribuunt eruditorū centuriæ. B V. Non sum uel tam ebes, uel tam inuidus, ut non fatear Pontanum multis egregijs ingenij dotibus uirum fuisse summum. Ac me quoq; rapit placido quodā orationis lapsu: uerborum dulce quiddam resonantium ameno tinnitu demulcet aures, demum splendore quodam perstringit dignitas ac maiestas orationis. N O S. Quid igitur obstat, quo minus illum fatear re Ciceronianum? B V. Ex meo iudicio nihil illius laudi uel accesserit, uel decesserit. Quædam illius degustauit. Tractat materias prophanas, quasiq; locos communes, de fortitudine, de obedientia, de splendore, quæ tractata facillime nitescunt, atq; ex se facile suppeditant sententiarū copiam, easq; sic tractat, ut ægre possis agnoscere Christianus fuerit nec ne. Similiter temperat stylum in libello de principe. Præterea non memini me quicquam illius legisse præter aliquot Dialogos ad Lucianum effictos. At ego non agnoscam Tullianum, nisi qui res nostras Ciceroniana tractet felicitate. In epigrammatibus plus tulisset laudis, si uitasset obscœnitatē, qd nec in Dialogis satis cauet. In Meteoris & Vrania, quæ siuit materiam quæ facile splendescit, & rem sanè feliciter tractauit, nec illic requirit Christianam dictionem. In cæteris interdum desidero decorum & aptum, & aculeos

quos

quos Marcus Tullius in animo relinquit etiā posito codice. Certè ad istam legem quam tu nobis præscripseras, Ciceronianus non erit, in cuius scriptis sexcentas uoces possem ostendere, quæ nusquam sunt apud Ciceronem. Postremo uides, quàm infrequens sit in manibus Pontanus, uir extra controuersiam in literis inter præcipuos numerandus. N O. Pontano successit Accius Sincerus, qui partum Virginis matris mire felici carmine descripsit, cui supra modum applausum est à Romano theatro. B V. Testantur hoc abunde Leonis & Clementis Breuiā, sic enim hodie uocant, tum Aegidij Cardin. addita præfatio, ne cæteros commemorarem, nec sine causa tantopere placuit. Mihi certe magna cum animi uoluptate perlectum est opus urrumq;. Nam & Eclogas scripsit piscatorias. Quis autem talem indolem in iuvene patricio non exosculetur? Hoc nomine preferendus est Pontano, quod rem sacram tractare non piguit, quod nec dormitanter eam, nec in amore tractauit, sed meo quidem suffragio plus laudis erat laturus, si materiam sacram tractasset aliquanto sacratius; qua quidem in re leuius peccauit Baptista Mantuanus, quam & alias in huiusmodi argumētis uberior. Nunc quorsum attinebat hic toties inuocare Musas & Phœbum? Quid quod Virginem fingit intentam præcipue Sibyllinis uersibus, quod non apte Proteum inducit de Christo uaticinantem, quod Nympharum, Hamadryadum, ac Nereidum plena facit omnia? Quàm dure respondet Christianis aures uersus ille, qui, ni fallor, Virgini matri dicitur: Tuq; a deo spes fida hominum, spes fida deorum. Scio deorum metri gratia positū loco diuorum. Me quidem leuiter offendit in tot uirtutibus, quod Synalœphæ frequentes hiulcam reddunt cōpositionem. Ne multis: si carmen hoc proferas ut specimen adolescentis poetice meditantis, exosculabor, si ut carmē à uiro serio scriptū ad pietatē, longe præferam unicum hymnum Prudentianum de natali Iesu tribus libellis Accij Sincerij, tantum abest ut hoc carmen sufficiat & ad profertendum funda Goliam ecclesiæ minitantem, & ad placandum cithara Saulem furentem, quam laudem illi tribuunt præfationes. Atque haud scio, utrum sit magis reprehendendum, si Christianus prophana tractet prophane, Christianum se esse dissimulans, an si materiam Christianas tractet paganice. Si quidem Christi mysteria non solum erudite, uerum etiā religiose tractanda sunt. Nec satis est tēporaria delectatiuncula delinire lectoris animum, excitandi sunt affectus deo digni. Quod fieri nō potest, ni penitus cognitum habeas argumentum quod uersas: neq; enim hic inflammabis, si frigeas ipse: nec ad amorem rerum cœlestiū accedes lectorem, si tibi talium uel leuis admodum, uel nulla cura est. Hic si præsto sunt, uel ultro, nec accersita, uel non magno constantia dictionis ornamenta, figurarum illecebræ, quibus fastidiosum lectorem allicimus, allecimusq; remoramur, non arbor reijcienda, modo primas teneant ea quæ præcipua sunt. Quale porro sit, materiam piā ob hoc ipsum putere nobis, quod pie tractata sit? At pie tractari quā potest, si nunquam dimoueas oculos à Virgilij, Oratijs, ac Nasonibus: Nisi forte quorundam studiū approbas, qui fragmentis Homericorū aut Virgilianorū uersuum, undiq; decerpitis, & in centonem confarcinatis, Christi uitam descriperunt. Operosum sanè scribendi genus, sed cui unquam ista lachrymulam extuderunt? Quem ad pietatē cōmouerunt? quem ab impura uita reuocarunt? Atqui nō ita multum dissimilis est istorū conatus, qui uerbis, sententijs, figuris ac numeris ex Cicerone congestis, conuestiunt argumentum Christianum. Quid em laudis fert ille rhapsodus? Nempe quod accurate uersatus est in Homero siue Virgilio. Quid fructus adfert hic Ciceronianus? Applauditur diligēter in M. Tullij scriptis uersato, sed tantū ab ijs, qui & ipsi in iisdem uersati, quid unde decerpit sit agnoscent. Habet ea res uoluptatem planè quandā, fateor, sed quum apud perpaucos; tū eius generis, ut facile uerratur in fatiatatē: postremo quæ nihil aliud sit q̄ uoluptas. Cæterum illud sine quo Fabius negat esse mirabilem eloquentiam, quod in concitandis affectibus sitū est, prorsus abest. Et tamen nobis interim uidemur Marones ac Ciceronēs. Dic mihi Nosopone, si quis argumentum rapti Ganymedis, eleganter constructū opere Musæico dissoluat, & iisdē tessellis aliter concinnatis exprimere conetur, Gabrielem cœlestē nuntium adferentē Virgini Nazarenæ, nōne durum parumq; felix opus nascetur, ex optimis quidem tessellis, sed minus argumento cōgruentibus? N O S. Poetas excusat à prisca concessa licentiā. B V. Audies hic illud Oratianū: At nō ut placidis coeant immitia, nō ut serpentes aures geminentur, tigribus agni. Minus, opinor, conuenit Musis, Apollini

Tom. 1

Ccc 3 reli

reliquisq; dijs poeticis, cum Christiana pietatis mysterijs, quam serpentibus cum auibus, aut tigribus cum agnis, praesertim in argumēto serio. Alioqui si quid obiter per iocū aspergatur ex veterum fabulis, ferendum arbitror magis quam probandum. Oportebat enim omnem Christianorū orationem respicere Christum, sine quo nec suauē, nec splendidū est quicquam, nec utile, nec honestū, nec elegans, nec facundū nec eruditū. Liceat sanē praeludere ad seria pueris. In ueris, in serijs, quodq; grauius est, in pijs materijs, quis ferat ista paganica progymnasmata? Nō. Quod igitur tuum est consiliū, ut Ciceronem abijciam e manibus? B. V. Imō ut semper in sinu sit potius adolescenti eloquentiae candidato, sed quorundam morositas fastidiumq; prorsus abijciendum est, qui scriptum alioqui doctum & elegans rejicere solent, & indignum lectū iudicare, non ob aliud, nisi quod ad Ciceronis imitationem non sit elaboratū. Primum enim non quibuslibet ingenijs cōgruit Tulliana phrasis, ut male cessura sit affectatio: deinde si desunt naturae uires, ut inimitabilem dicendi felicitatem assequaris, quid stultius, quam in eo discrucari, quod non potest contingere? Ad haec nec materia cuius, nec personis omnibus cōgruit Tulliana phrasis, & si congrueret, quaedam negligere praestat, q̄ nimio parare. Si M. Tullio tantū constitisset sua facundia, quanti nobis, aliqua ni fallor ex parte neglexisset orationis ornāmēta. Nimio uero paratur, quod tāto aetatis, ualētudinis ac uitae etiā dispendio emittitur. Nimio paratur, cuius gratia disciplinas cognitū magis necessarias negligimus. Deniq; nimio paratur, quod pietatis iactura emittitur. Si ideo discitur eloquentia, ut delectemur ociosos, quid attinet rem scenicā tot uigilijs perdiscere? Sin ut persuadeamus quae sunt honesta, efficacius dixit Phocion Atheniensis q̄ Demosthenes. Saepius persuasit Cato Vicensis q̄ M. Tullius. Iam si in hoc paratur eloquentia, ut scripta nostra terantur manibus hominū, & si citra studiū contingeret Ciceronianae dictionis similitudo, tamen arte uarletas esset affectanda, quae lectoris nauasanti stomacho mederetur. Tantā uim habet in rebus humanis uarietas, ut nec optimis semper expediat uti. Nec usquam non uerum est illud Graecorum prouerbio iactatum, μετὰβολὴ πένταυ γλυκύν. Nec alio nomine magis cōmendatur Homerus & Orationis, q̄ quod rerum ac figurarum admirabili uarietate non sinunt oboriri tedium lectio/nis. Ad hanc nos natura quodāmodo finxit, suum cuiq; tribuens ingeniū, ut uix duos reuerperias, qui eadem uel possint uel amēt. Iam quū nihil sit humano stomacho delicatius aut fastidiosius, tum ad eruditionem parandam tantum uoluminū nobis sit deuorandum, quis posset in perpetua lectione perdurare, si cunctorū esset idem stylus, ac similis dictionis? Praestat igitur ut in epulis, ita & in scriptis esse quaedā deteriora, quam per omnia similia. Quales autem esset ille conuiuator, qui quum plurimos acciperet, inter quos uix duo palatiū dicio consentiunt, cibos apponeret omnes eodem more conditos, etiam si delicias Apitinas apponeret? Nunc dum alius alio dicendi genere capitur, sit ut nihil non legatur. Ut ne repetā, quod ipsa quoq; natura repugnat isti affectationi, quae uoluit orationē esse speculum animi. Porro quum tanta sit ingeniorū dissimilitudo, quanta uix est formarū aut uocum, mendax erit speculum nisi natuam mētis imaginē referat, & hoc ipsum est, quod in primis delectat lectorem, ex oratione, scriptoris affectus, indolem, sensum, ingeniumq; cognoscere, nihilo minus quam si cōplures annos cum illo consuetudinē egeris. Et hinc diuerforū tā diuersa erga librorū scriptores studia, prout quoenq; genius cognatus aut alienus, uel cōciliat uel abducit: haud aliter q̄ in formis corporum, alia species altum delectat offenditūe. Dicam quid mihi contigerit. Adolefcēs adamabam poetas oēs. Verum simul atque sum Oratio factus familiarior, praehoc oēs ceteri putere coeperunt, alioqui per se mirabiles. Quid existimas in causa fuisse, nisi genitorum arcanam quandam affinitatē, quae in mutis illis literis agnoscitur? Hoc genuinum ac natuum nō spirat in oratione nihil nisi Ciceronem exprimentium. Quid quod probi uiri, quanquā parum felici forma nati sunt, nolint tamē apposita persona formosissimi cuiuspiā mentiri speciem, ac ne pingi quidem alia forma sustineant quam dedit natura, quod turpe sit mentita facie imponere cuiquam, & ridicula res sit mendax speculum, aut assentatrix imago. At turpius mendacium sit, si quum sim Bulephorus, uelim haberi Nosoponus, aut alius quilibet. An non igitur ab eruditis merito ridentur improbi quidā, qui uiros alioqui doctos & eloquentes ac nominis immortalitate dignos, non alio nomine rejiciūt ac uelut e bibliothecis submouēt, nisi quod seipso stylo maluerint exprimere q̄ Ciceronē, quum imposturae genus sit teipsum

nota

non exprimere, sed alienae formae praestigium oculis hominum obijcere. Et haud scio an si liceat ita permittēte deo, multos inuēturi simus, qui totā corporis sui speciem uelint cum aliena cōmutare, multo pauciores arbitror fore, qui mentē & ingenium totum cum alterius ingenio sint permutaturi. Primum quod nemo uelit alius esse q̄ est, deinde quod suis quisq; dotibus sic temperatus est naturae prouidentia, ut etiā si quid ad sit uitij, uirtutibus adiectis paria faciat. Habet animus faciem quandā suam in oratione uelut in speculo reflectentem, quam a natua specie in diuersum refringere, quid aliud est, q̄ in publicum uenire personatū? Nō. Vide ne, quod aiunt, septa tua transfiliat oratio, quae mihi uidetur eō pro uecta, ut damnet omnem imitationē, quum rhetorica tribus potissimum constet, praecipis, imitatione, & usu, nisi forte qui M. Tullium imitantur, faciem alienam assumunt: quae ceteros, suā habent. B. V. Amplector imitationē, sed quae adiuuet naturā, non uolet: quae corrigat illius dotes, nō obruat: probo imitationē, sed ad exemplū ingenio tuo cōgruens, aut certe non repugnans, ne uideare cum gigantibus διακρίσει. Rursus imitationē probo non uni addictā praescripto, a cuius lineis non ausit discedere sed ex omnibus autoribus, aut certe praestantissimis quod in quoq; praecellit maxime, tuoque congruit ingenio decerpentem, nec statim attextentem orationi quicquid occurrit bellum, sed in ipsum animum uelut in stomachum traiciētem, ut transfusum in uenas, ex ingenio tuo natum non aliunde emendicatum esse uideatur, ac mentis naturaeq; tuae uigorē & indolem spiret, ut qui legit, non agnoscat emblemata Ciceroni detractum, sed foetum e tuo natum cerebro, quem ad modum Palladem a iunone cerebro Iouis, uiam parētis imaginem referentem: nec oratio tua cento quispiam uideatur aut opus Musaicum, sed spirans imago tui pectoris, aut animi e fonte cordis tui promanans. Sit autem prima praecipuaq; cura penitus cognoscendae rei quam tractandam suscipis. Ea tibi suppeditabit orationis copiam, suppeditabit affectus ueros ac natuos. Ita demum fiet, ut tua uiuat, spiret, agat, moueat & rapiat oratio, teq; totum exprimat. Nec statim adulterinum est, quod accedit ex imitatione. Est aliquis cultus qui nec uirum dedecet & natuum formam cōmendat, ueluti lotio, uultus moderatio, sed in primis cura bonae ualētudinis. Iam si tuam faciem uelis ad eius speciem componere, qui tibi dissimillimus est, nihil agas. Ceterum si uideris in quopiam tui non admodum dissimili, effusiores risu immodicaq; rictus diductione dehonestari formam, aut ad diductione superciliorum, corrugatione frontis, subductione nasi, reductione labiorū, aut improba oculorum sublatione, alijsq; similibus minus decentem reddi faciem, potes his uitatis tuam formā reddere meliorem, nec tamē uultum sumes alienum, sed tuum compones. Item uides alterum parum decere caesariem impexam, aut a quo promissioem, tuam sicebit corrigere. Rursum si cōspexeris in alio quantū addat gratia, frontis hilaritas, modesta, oculorū uerecundia, totusq; uultus habitus ad probitatem cōpositus, ut nec toruum quicquam aut insolens, nec leue aut incōpositum praeseferat, non erit praestigium, si tuum uultū ad huius imitationē formaris. Siquidem in te situm est, ut & animus uultui respondeat. Quoniā autem uaria est formarū gratia, ne statim exstimes deterius, quod dissimile est illi, cuius formam miraris. Nam quemadmodum diximus, fieri potest, ut qui inter se dissimillimi sunt, aequales tamen sint. Nec quicquam uetat, quin Ciceroni dissimillimus, potior sit eo, qui Ciceronis lineamēta propius exprimit. Age ponamus aliquantisper nostros amores, ex iudicio rationis, nō ex affectu feramus sententiam: si tibi tua Pitho det optionem, utrum pro Nosopono Quintilianus esse malis, an is qui de Rhetoricis scripsit ad Herennium, utrum eliges? Nō. Equidem malim esse Quintilianus. B. V. Et tamen alter quanto Ciceroni similior est? Vtrū malles esse, Salustius, an Q. Curtius? Nō. Malim esse Salustius. B. V. At Q. Curtius propius accedit ad Ciceronem. B. V. Vtrū malis esse Leonardus Arretinus, an Laurentius Valla? Nō. Malim Valla. B. V. Leonardus tamen Ciceroni uicinior est. Vtrū malles esse Hermolaus Barbarus, an Christophorus Landinus? Nō. Barbarus. B. At alter ille propinquior est M. Tullio. Vtrū malles esse Politianus, an Paulus Cortesius? Nō. Politianus. B. At alter uideri postulat Ciceronianus. Iā utrum malles esse Tertullianus, haeresim excipio, an Beda? Nō. Tertullianus. B. At Beda plus habet phraseos Ciceronianae. Vtrū malles esse Hieronymus, an Lactantius? Nō. Hieronymus. B. V. At alter quantus est Ciceronis simius? Vides igitur non cōtinuo melius dicere eum qui propius accedit ad Ciceronem, nec peius qui dissimilior est. Deniq; quemadmodū plures esse

C.C. 4 possunt

possunt Attici, qui tamen inter se dissimillimi sunt: ita nihil uetat, quo minus plures dicantur Ciceroniani, qui dicendi uirtutibus pares sunt, quam inter se similes non sint. At quis ferat sciolos quosdam, miro supercilio reijcientes, quicquid non referat lineamenta Tullianæ phrasos, quam uerbulis duntaxat, figuris & numeris, expendunt: Frigide lectatur Tullianam phrasim, qui non multorum autorum lectione, multarum disciplinarum scientia, multarum cognitione rerum instructus accedit, ne repetam quod dictum est de uir nature & prudentia. Feram tamen hanc ineptam gloriolam in adolescentem, feram in doctis, qui hunc neuum multis egregijs dotibus pensant, quis ferat fenestras qui nihil aliud capiunt, quam ut sint Ciceroniani, qui uiros ipsis & eruditiores & eloquentiores eradunt ex albo scriptorum, quod ausint à Ciceronis lineamentis alicubi recedere, quum ipsi ferè adeo Ciceroniani non sint, ut subinde destituantur grammaticæ præsidij: Non exprimam quorundam nomina, quibus fortasse in uotis sit uel sic innotescere. De Bartholomeo Scala dicam, cui Hermolaus & Politianus uisi sunt parum Ciceroniani, ipse sibi Tullianus est uisus, utriusque dissimulat. At ego malim somnia Politiani, quam quæ Scala sobrius summo studio elaborauit. Paulus Cortesius non dissimulat huius affectationis studiū, sed deum immortalē, quanto longius illius epistola discrepat ab imagine Ciceronis, quam Politianica cui respondet. Sed non alia re mihi uidetur Ciceroni dissimilior Cortesius, quæ quod toto ferè sermone aberrat à scopo. Sic enim agit causam, quasi Politianus deterreat ab imitatione Ciceronis, tunc quasi nolit eum qui scribit, ullum scriptorē sibi imitandū proponere: quum eos taxet, qui nulla lectione bonorum autorum, nulla eruditione, nullo usu instructi, tantum hoc moluntur ut Ciceronis exprimant lineamenta, quos ob id simios appellat Ciceronis. Taxat eos qui ex Cicerone uerba frustillatim mendicant, qui semper alienis ingrediuntur uestigijs, quum nihil ex se gignant, qui nihil aliud quæ imitantur, & uerba duntaxat imitantur. Hos negat se ferre posse, qui quum nihil minus sint quæ Ciceroniani, tamē Ciceronis titulo sese uenditantes, non uerentur de summis uiris pronunciare. Proinde monet amicum, ut postea quæ Ciceronem primum at non solum, sed cum alijs multis eximijjs scriptoribus diuina lectione contriuisset, edidicisset, concoxisset, tum demum si quando pararet aliquid scribere, poneret morosam illam & anxiam sollicitudinem imitandi tantum Ciceronem, nunquam à lineamentis illius oculos deflectens, quod hæc anxietas efficiat, ut minus hoc ipsum assequaris quod sequeris. An hoc est deterere ab imitatione Ciceronis? Num hoc est docere, neminem omnino imitandum esse? An is qui uaria lectione instructus, atque uita dicam, saginatus, dum scripturienti, quod in quoque legit optimum, uenit in mentē, non imitatur aliquem, etiam si non illis seruit nec assidet, sed suos affectus ac rem, de qua parat dicere, adhibet in consilium? At Cortesius negat sibi placere simios Ciceronis: Similē, inquit, uolo mihi Politiane, non ut simiam hominis, sed ut filium parentis, eadem loquens quæ dixerat Politianus. Id multis uerbis prosequutus, tandem uelut immemor sui, fatetur se malle esse simium Ciceronis, quam aliorum filium. Si uox hæc, aliorum, complectitur Salustium, ut uisum, Quintilianum, Senecam, quis non malit se esse similem illis quemadmodum filius similis est patri, quam sic esse similem M. Tullio, quemadmodum simia similis est homini? Post hæc multa congerit in eos qui sese ingurgitant uaria lectione, nec ea quæ legunt concoquunt. Horum orationem existere scabram, inconditam & asperam. Sed quid hæc ad epistolam Politiani? Si sentit cum illo, quum ita respondet quasi dissentiat? Si dissentit, quæ Politianus probat erant resellenda. Nam illud uel maxime Ciceronianum est, dispicere quid sit in controuersia, quid conueniat cum aduersario, & in quo sit causæ status, neque quicquam extra causam dicere. Proinde prolixam epistolam elaborauit Cortesius, magis quam Ciceronianam, cui uelut aliena loquenti, nihil respondit Politianus. At Politianus qui audiebat non Ciceronianus, quanto melius Ciceronem exprimit, breuiore licet epistola, non tantum sententiarum argutia, uerum etiam uerbis aptis, elegantibus, ac significantibus et etiam si me non fugit huius uiri meritis famam apud eruditos Italiæ, malignius respondisse, quam ob rem nescio. Neque uero mihi dicuntur hæc in suggillatione Cortesij: nec enim contumeliosum est postponi uix cuiquam imitabili Politiano, sed ut adolescentibus exemplo comonstretur, quid sit uere Ciceronem exprimere. H. X. Tot ambagibus nos circūagis Bulephore, ut parum absit quin ex Hypologo siam Hypónosus. Quin tu simpliciter explana, quid de Cicerone, quidque de hoc imitatio sentias. N. O. Hoc ipsum & ego peruelim: nam

eo propemodum tua me perduxit oratio, ut statuerim tuis obtemperare consilijs. B. V. Nihil arbitror restare, nisi ut quæ sparsim diffusa sunt hæcenus, in cōpendium cōtrahamus. N. O. Quis tibi uideatur M. Tullius? B. V. Dicēdi artifex optimus, atque etiā ut inter ethnicos uir bonus, quem arbitror si Christianam philosophiam didicisset, in eorum numero censendum fuisse, qui nunc ob uitam innocenter pieque transactam pro diuis honorantur. Artem & usum in illo plurimum ualuisse fateor: sed multo maximam eloquentiæ suæ partem debuit naturæ, quam nemo sibi dare potest. Nec alium è Latinis scriptoribus arbitror magis habendū in sinu pueris & adolescentibus, qui in eloquentiæ laudem educantur. Poetarum tamen lectionem Latinorum duntaxat uolo priorem esse, quod hoc Musæ genus magis conuenit ætati teneræ. Nec quenquam ad Ciceronis aduratā imitationem uocari uolo, nisi prius cognitis artis rhetoriæ præceptis. Post hæc adesse uolo cōmonstratorem artis, ueluti solent pictores discipulis in tabula quapiam insigni demonstrare, quid ex arte factum sit, quid contra. Rursus M. Tullium in parte studiorum, præcipuū ac primum esse uolo, non solum, nec sequendum tantum puto, sed imitandum potius, atque æmulandū etiam. Etenim qui sequitur, alienis ingreditur uestigijs, & seruit præscripto. Porro uere dictum est, eum non posse bene ambulare, qui pedem semper ponit in alieno uestigio: nec unquam bene natate, qui non audeat abijcere suber. Imitator autem non tam eadē dicere studet quæ similia, imò ne similia quidem interdum, sed paria magis. Aemulator uero contendit etiam melius dicere si possit. Nullus autē fuit unquam tam absolutus artifex, in cuius opere non aliquid deprehendas, quod melius reddi possit. Ad hæc nolim hanc imitationem nimis anxiam ac superstitiosam esse. Nam hoc ipsum obstat quo minus efficiamus quod uolumus. Nec ita cenfeo M. Tullium adamandum, ut à cæteris omnibus abhorreas, sed optimos quosque primum legendos, & ex optimis, quod in quoque est optimum excerpendum: neque enim est necesse, ut quenquam totum imiteris. Nec illos aspernandos cenfeo, qui dictionem quidem non multum iuuant, sed tamen rerum copiam suppeditant, uelut Aristoteles, Theophrastus, & Plinius. Ad hæc nolim quenquam sic addictum esse Ciceroni imitando, ut à suo recedat genio, & ualetudinibus uiteque dispendio consecetur, quod repugnante Minerua non possit assequi: uel nimio constaturum sit, si tandem assequatur. Præterea nolim hoc solum agi, nec ita laudem Ciceronianæ dictionis ambiendam arbitror, ut Liberales disciplinas, cum primis necessarias, negligas. Ab istis uero, uelut à peste cauendum, qui clamitant esse nefas uti uoce, quæ non reperiatur in libris Tullianis. Posteaquam enim ius Latini sermonis deliquit esse penes uulgarem consuetudinem, quicquid uocabulorum deprehenditur apud idoneos scriptores, usurpamus nostro iure, quum opus est, & si durius obsoletum uidetur, quod à paucis sit usitatū, nos in lucem proferamus, crebraque ac tempestiua usurpatione molliamus. Quæ tandem inuidia sit, quum ueteres Græcorum uoces mutuo sumpserint, quoties Latinæ uel deerant, uel minus significantes habebantur, nos ubi res postulat à dictionibus, quas apud probatos autores comperimus temperare? Nec minore studio fugiendi uidentur & illi, qui reijciendum & omnino lectu indignum uociferari solent, quicquid uerbis, formulis & numeris non efficiū sit ad Ciceronis imitationem, quum liceat diuersis uirtutibus, si non similes, certe pares esse Ciceroni. Absit à nobis hæc fastidiosa morositas, quin potius quod Naso ludæ narrat sibi accidisse in puellarum amoribus, id nos serio præstemus in autorum lectione. Illi proceram cōmendabat puellam, quod heroina uideretur, breuis placebat ob cōmoditatem, primam ætatem flos ipse cōmendabat, grandiosem rerum usus, in illiterata delectabat simplicitas, in erudita ingenium, in candida coloris gratia amabat, in fusca nescio quid latentis gratia sibi sinegebat. Eodem candore si nos ex singulis scriptoribus excerpemus quod habent probandum, nullum fastidiamus, sed ex omnibus aliquid delibabimus, quod nostram conditioratio nem. Cæterum illud ante omnia providendū, ne simplex ac rudis ætas Ciceroniani cognominis præstigio decepta, pro Ciceroniana fiat pagana. Videmus enim huiusmodi pestes non dum profusus extinctas, subinde meditari repullulascientiam, sub hoc furo ueteres hæreses, sub alio Iudaismum, sub alio paganitatem. Sic ante complures annos factio nes oriri cœperant apud Italos Platoniorum & Peripateticorum. Facebant hæc dissidiorum cognomina, ea potius inculcemus, quæ & in studijs & in religiōe, & in omni uita cōsistent alitque mutuam beneuolentiā. Proinde de rebus sacris primum ea cōbibenda est persuasio,

quæ uere Christiano digna sit. Id si fiat, nihil uidebitur ornatus cœlesti philosophia, nihil
 ignauus Iesu Christi nomine, nihil uenustus uocabulis, quibus ecclesiæ lumina res arca-
 nas tractarunt. Nec uidebitur ullius sermo uenustus, qui non cõgruit persone, nec rebus est
 accommodatus, monstrosus etiã qui res pietatis tractat uerbis impiorum, quicq; materiã Chri-
 stianam Paganicis nugis contaminat. Quod si quid hic ueniat datur adolescentiæ, ne sibi
 sumat idem iuris etas prouectior. Qui sic est Ciceronianus, ut parum sit Christianus, is ne
 Ciceronianus quidem est, quod non dicit apte, non penitus intelligit ea de quibus loqui-
 tur, non afficitur his ex animo de quibus uerba facit. Postremo nõ eodem ornatu tractat
 res suæ professionis, quibus Cicero tractauit argumeta suorũ temporum. Huc discuntur
 disciplinæ, huc philosophia, huc eloquentia, ut Christum intelligamus, ut Christi gloriam
 celebremus. Hic est totius eruditionis & eloquentiæ scopus. Admonendi sumus & illud,
 ut quod in Cicerone præcipuum est imitemur. Id non in uerbis, aut orationis superficie,
 sed in rebus ac sententijs, in ingenio consilioq; situm est. Quid enim refert, si filius paren-
 tem oris lineamentis referat, quum ingenio moribusq; sit dissimilis? Postremo si non con-
 tinget nobis, ut istorum suffragijs Ciceroniani dicamur, moderate ferendum est, quod
 nobis cum tot egregijs uiris, quos ante recensuimus, commune est. Stultũ est sequi quod
 assequi nõ possis. Delicatum est ob id misere discrucari, quod tot extimij scriptores equo
 tulerunt animo: Indecorum est affectare, quæ nobis non cõgruunt: Ineptum est alter uel
 le dicere, quàm res postulat: Insanum est tantis uigilijs emere, quod uix usquàm sit usui
 futurum. Huiusmodi fermè pharmacis medicus ille meo me morbo liberauit, quæ si non
 grauabimini deuorare, spero futurum, ut & te Nosopone, & te Hypologe febris ista re-
 linquat. H Y P. Ego sanè iam dudum morbo leuatus sum. N O. Et ipse propemodum nisi
 quod mali diu familiaris etiamnum reliquias aliquas sentio. B V L. Istę paulatim elaben-
 tur, & si quid opus erit, denuo *ἄν λὸγῶν* medicum accerseremus

F I N I S.

DES ERASMVS ROTERODAMVS

GENEROSO CVM PRIMIS ET OPTIMÆ SPEI
 puero HENRICO à Burgundia ADOLPHI
 Principis Veriani filio.

Ab exemplo
à maiore
Occasio



Iter maximum illum Paulum non piguit omnia fieri omnibus, quo pro-
 desse possit omnibus, quanto minus ego grauari debeo iuuandæ iuuen-
 tutis amore subinde repuerascere. Itaq; quemadmodũ pridem ad Maxi-
 milianũ à Burgundia fratris tui primã adolescentiam miemet accommodaui,
 dum adolescentulorum formo linguam: ita nunc Henrice suauissime me
 ad tuam attempero pueritiam de puerorum moribus præcepturus: non
 quod tu hisce præscriptis magnopere egeas, primũ ab incunabulis inter aulicos educatus
 mox nactus Ioannem Crucium tam insignẽ formandæ rudis ætatis artificem: aut quod
 omnia quæ præscribemus ad te pertineant, & è principibus & principatu natum: sed ut
 libentius hæc ediscant omnes pueri, quod amplissimæ fortunæ summæq; spei puero dic-
 cata sunt. Nec enim mediocre calcar addet uniuerse pubi, si cõspexerint heroum liberos
 à primis statim annis dicari studijs, & in eodem cum ipsis stadio currere.

Occupatum
cula

Diuisio
Instituendi
pueros ratio
non simplex

Munus aut formandi pueritiam multis constat partibus, quarũ sicuti prima, ita præci-
 pua est, ut tenellus animus imbibat pietatis seminaria: proxima, ut liberales disciplinas &
 amet, & perdiscat: tertia est, ut ad uitæ officia instruatur: quarta est, ut à primis statim æui
 rudimentis ciuilitati morũ assuescat. Hanc postremã nunc mihi proprie sumpsi. Nam de
 superioribus quum alij cõplures, tum nos quoq; permulta cõscripsimus. Quancq; autem
 externum illud corporis decorũ ab animo benè cõposito proficiscitur; tamẽ incuria præ-
 ceptorum nonnunquã fieri uidemus, ut hanc interim gratiã in probis & eruditis homi-
 nibus desideremus. Nec inficior hanc esse crassissimã philosophiæ partem, sed ea, ut sunt
 hodie

hodie mortaliũ iudicia, plurimũ cõducit, & ad conciliandã beneuolentiã, & ad præclaras
 illas animi dotes oculis hominũ cõmendandas. Decet aut ut homo totus sit cõpositus ani-
 mo, corpore, gestibus, ac uestitu: sed in primis pueros decet ois modestia, & in his præci-
 puè nobiles. Pro nobilibus aut habendi sunt omnes, qui studijs liberalibus excolunt ani-
 mũ. Pingat alij in clypeis suis leões, aquilas, tauros, & leopardos, plus habet uere nobilita-
 tis, qui p insignibus suis tot possit imagines depingere, quot perdidicerit artes liberales.

Occupatio
Nobiles

Utergo bene cõpositus pueri animus undiq; reluceat, relucet aut potissimum in uultu,
 sint oculi placidi, uerecundi, cõpositi: non torui, quod est truculentia: non improbi, quod
 est impudentia: non uagi ac uolubiles, quod est insania: non limi, quod est suspiciosorum
 & insidias molientium: nec immodice diducti, quod est stolidorum: nec subinde cõnuen-
 tibus genis ac palpebris, quod est incõstantiũ: nec stupentes, quod est attonitorũ, id quod
 est in Socrate notatum: nec nimium acres, quod est iracundiæ signum: non innuentes ac
 loquaces, quod est impudicitia signũ sed animũ sedatum ac reuerenter amicũ præ se fe-
 rentes. Nec em̄ temere dictum est à priscis sapientibus, animi sedem esse in oculis. Picturæ
 quidem ueteres nobis loquuntur, olim singularis cuiusdã modestiæ fuisse, semiclusis oculis
 obtueri, quẽadmodũ apud Hispanos quosdã, semipetos intueri blandũ haberi uidetur &
 amicũ. Ibidem ex picturis discimus, olim contractis stricisq; labijs esse, probitatis fuisse
 argumẽtum. Sed quod suapte natura decorum est, apud omnes decorum habetur. Quan-
 quàm in his quoq; decet interdum nos fieri polypos, et ad regionis morem nosmet attem-
 perare. Iam sunt quidã oculorum habitus, quos alijs alios addit natura, qui nõ cadunt sub
 nostras præceptiones, nisi quod incõpositi gestus non raro uitiant, non solum oculorum,
 uerum etiã totius corporis habitum ac formã. Contra cõpositi, quod natura decorum
 est, reddunt decentius: quod uitiosum est, si nõ tollunt, certe tegunt minuuntq;. Indecorũ
 est clauso oculorum altero quemquàm obtueri. Quid enim hoc aliud est, quàm seipsum
 eluscare: Eum gestum thynnus ac fabris relinquamus.

Quid oculos
deceat

Socrates atto-
nitus
Pictura

Compositi
gestus

Sint exporrecta supercilia: non adducta, quod est toruitatis: nõ sublata in altum, quod
 est arrogantia: non in oculis depressa, quod est male cogitantium.

Superciliorũ
cura

Frons itẽ hilaris & explanata, mentem sibi benè consciam, & ingenium liberale præ se
 ferens, non in rugas contracta, quod est senij: non mobilis, quod est erinaciorum; non tor-
 ua, quod est taurorum.

Fronte quid
deceat

A naribus absit mucoris purulentia, quod est sordidorũ. Id quoq; uitium Socrati phi-
 losopho datum est probro. Pileo aut ueste emungi rusticanũ, brachio cubitoque salsamen-
 tariorum: nec multo ciuilius id manu fieri, si mox pituitã uesti illinas. Stropholis excipe-
 re narium recrementa decorũ, idq; paulisper auerso corpore, si qui ad sint honoratioris. Si
 quid in solum deieciũ est emunctio duobus digitis naso, mox pede proterendũ est. Indeco-
 rum est subinde cũ sonitu spirare naribus, bilis id iudiciũ est. Turpius etiã ducere rōchos,
 quod est furiosorum, si modo fiat usu. Nã spiritosis qui laborat orthopnoea, danda est uenia.
 Ridiculũ naribus uocẽ emittere, nã id cornicinum est & elephantorum. Crispare nasum,
 irrisorum est & fannionũ. Si alijs præsentibus incidat sternutatio, ciuile est corpus auerte-
 re. Mox ubi se remisit impetus, signare os crucis imagine, dein sublato pileo resalutatis
 qui uel salutarunt, uel salutare debuerant, nam sternutatio quemadmodũ oscitatio sensum
 aurium prorsus aufert, precari ueniam, aut agere gratias. Alterum in sternutamento salu-
 tare religio sum, & si plures adsint natu maiores, qui salutant uirum aut foeminam honora-
 bilem; pueri est aperire caput. Porro uocis tinnitum studio intendere, aut data opera ster-
 nutamentum iterare, nimirum ad uirum ostentationem, nugonũ est. Reprimere sonitum
 quem natura fert, ineptorum est, qui plus tribuunt ciuilitati quàm saluti.

Nares quid
deceat

Sternutatio

Malas tingat natiuus & ingenuus pudor, nõ fucus aut asciticus color. Quancq; is quo-
 que pudor sic tẽperãdus est, ut nec uertatur in improbitatẽ, nec adducat *diuorinam* aut stu-
 porẽ, & quartũ, ut habet prouerbũ, insaniã gradũ. Quibusdam enim hic affectus tam im-
 potens insitus est, ut reddat delirantiũ simillimũ. Temperatur hoc malũ, si puer inter maio-
 res assuescat uiuere, & comœdijs agẽdis exerceatur. Inflare buccas fastus iudiciũ est: eas
 dem demittere, est animum despondentis: alterũ Caimi est, alterum Iudæ proditoris.

Pudor quis
esse debeat

Inflare buccas

Os nec premarur, quod est metuẽtis alterius halitũ haurire, nec hiet, quod est morionũ,
 sed leuiter osculantibus se mutuo labris coniunctũ sit. Minus etiã decorum est subinde
 porrectis

Os quomodo
cõponendum

porrectis labijs ueluti poppysmū facere, quanquā id magnatibus adultis per mediā tur-
bam incedentibus condonandum est: illos enim decent omnia, nos puerū formamus.

Oscitatio Si forsurgat oscitatio, nec datur auerti aut cedere, strophio uolūe tegatur os, mox
Risus imagine crucis obſignetur. Omnibus dictis aut factis arridere stultorum est, nullis arride-
 re stupidorum. Obscenē dictis aut factis arridere nequitia est. Cachinnus & immodicus
 ille totum corpus quatens risus, quem ob id Græci *συγροσσοιοι* appellant, nulli decorus
 est ætati, nedum pueritiæ. Deducet autē quod quidā ridentes hinnitū ædunt. Indecorus &
 ille qui oris rictum late diducit corrugatis buccis, ac nudatis dentibus, qui caninus est, &
Vultus hilari- Sardonius dicitur. Sic autē uultus hilaritatē exprimat, ut nec oris habitum dehonestet, nec
 tas animū dissolutū arguat. Stultorū illę uoces sunt, risu diffuſo, risu dissilio, risu emorior: & si
 qua res adeo ridicula inciderit, ut nolētibus eiusmodi risum exprimat, mappa manuū te-
 genda facies. Solū aut nullā euidētē ob causam ridere, uel stultitiæ tribuitur, uel insanitiæ.
 Si quid tamen eiusmodi fuerit obortū, ciuilitatis erit alijs aperire risus causam; aut si non
Labra quid putes proferēdā, cōmentitiū aliquid adferre, ne quis se derideri suspicetur. Superioribus
 deceat dentibus labrū inferius premere, inurbanū est, hic enim est minātis gestus, quemadmodum
 & inferioribus mordere superius. Quin & labrorū oras lingua circūuoluta subinde lam-
 bere ineptū. Porrectioribus esse labris, & uelut ad osculum cōpositis, olim apud Germā-
 nos fuisse blandum indicant illorum picturę. Porrecta lingua deridere quenquam scurri-
Spuere le est. Auerſus expuſto, ne quem conspuas aspergas ue. Si quid purulentius in terram re-
 iectum erit, pede (ut dixi) proteratur, ne cui nauſeam moueat. Id si non licet, linteolo spuſū
 excipito. Reforbere saluam inurbanum est, quemadmodum & illud quod quosdam ui-
Tusis demus non ex necessitate, sed ex usu ad tertium quodq; uerbum expuere. Quidam inde-
 core subruſiunt identidem inter loquendū, idq; non ex necessitate, sed ex more: is gestus
 est mentientium, & inter dicendum quid dicant comminſcentium. Alij minus etiam de-
Eruſtatio core ad tertium quodq; uerbum eruſtāt, quę res si ā teneris annis abierit in consuetudinē,
 hæret etiam in grandioſam ætatem. Idem sentiendum de ſcreatu, quibus nominibus a ſer-
 uo notat Terentianus Clitipho. Si tusis urgeat, caue ne cui in os tusis, & absit ineptia
Vomitus clarius tufsiendi, quam natura poſtulet. Vomiturus ſecede, nam uomere turpe non est,
 sed ingluuie uomitum accerſiſſe, deforme est.

Dentiu cura Dentium mundities curanda est, uerum eos puluſculo candidare puellarū est, ſale aut
 alumine defricare, gingiuæ pernicioſum. Idem lotio facere Iberorum est. Si quid inhaſit
 dentibus, non cultello, non unguibus, canum felium ue more, non mantili eximēdum est,
 sed uel lentisſi cuspide, uel penna, uel oſſiculis e gallorum aut gallinarum tibijs detractis.
Lotio Os mane pura aqua proluere, & urbanum est & ſalubre, ſubinde id facere ineptum. De
 linguæ uſu ſuo dicemus loco.

Que circa Ruſticanum est impexo eſſe capite, adſit mundities, non nitor puellaris. Abſint ſordes
 caput ſendium & uermiculorum. Subinde ſcabere caput apud alios, parum decet, quemadmo-
 dum unguibus reliquum fricare corpus ſordidum est. præſertim ſi fiat uſu non neceſſita-
 te. Coma nec frontem tegat, nec humeris inuoluit. Subinde concuſſo capite diſcutere ca-
 pillitium, laſciuientium est equorum. Cæſariem ā fronte in uerticem læna retorquere, pa-
Ceruis rum elegans est, manu diſcriminare modeſtius. Inſectere ceruicem & adducere ſcapulas
 pigritiam arguit, reſupinare corpus ſaſtus indicium est, molliter erectum decet. Ceruix
 nec in læuum, nec in dextrum uergat: hypocriticum enim, niſi colloquium aut aliud ſim-
Humeri le poſtulet. Humeros oportet æquo libramine temperare, non in morem antennarum al-
 terum attollere, alterum deprimere. Nam huiusmodi geſtus in pueris neglecti, uertuntur
Ab incommo- in naturam, & corporis habitū præter naturam deformant. Itaq; qui præ deſidia collegerunt
 do conſequen-
 ti & qui deſlexū in latus caput habere conſueuerunt, in eum habitū indureſcūt, ut adulti fru-
Probat à ſi- ſtra mutare nitantur. Siquidem tenera corpuscula plantulis ſimilia ſunt, quæ in quācunq;
 mili ſpeciem furca funiculouē deſlexeris, ita creſcunt & indureſcunt. Vtrunq; brachiū in ter-
Brachia gum detorquere, ſimul & pigritiæ ſpeciem habet & furis: neq; multo decentius est altera
 manu in illa iniecta altare ſederē ue, quod tamen quibusdam elegans ac militare uidetur.
 At non ſtatim honeſtum est quod ſtultis placuit, ſed quod naturæ & rationi conſentane-
 um est. Reliqua dicentur quum ad colloquium, & conuiuium uentum erit.

Membra

Membra quibus natura pudorem addidit reterege citra neceſſitatem procul abeſſe de-
 bet ab indole liberali. Quin ubi neceſſitas huc cogit, tamen id quoq; decete uerecundia
 faciēdum est, etiam ſi nemo teſtis adſit. Nunquam enim non adſunt angeli, quibus in pue-
 ris gratiſſimus est pudicitia comēs cuſtoſq; pudor. Quorum autem conſpectum oculis
 ſubducere pudicum est, ea multo minus oportet alieno præbere contactui. Lotium remo-
 rari ualeudini pernicioſum, ſecreto reddere uerecundū. Sunt qui præcipiant ut puer com-
 preſſis natibus uentris flatum retineat. Atqui ciuile non est, dum urbanus uideri ſtudes
 morbu accerſere. Si licet ſecedere, ſolus id faciat. Sin minus, iuxta ueruſtiſſimū prouerbi-
 bium, Tuſi crepitum diſſimulet. Alioqui cur non eadem opera præcipiant ne aluum de-
 ſciant, quum remorari flatum periculoſius ſit quam aluum ſtringere? Diductis genibus
 federe, aut diuaricatis tibijs diſtortisue ſtare, Thraſonum est. Sedenti coeant genua, ſtanti
 pedes, aut certe modice diducantur. Quidam hoc geſtu ſedent ut alteram tibiā altero ge-
 nu ſuſpēdant, nonnulli ſtant decuſſatim cōpoſitis tibijs, quorum alterū est anxiorum,
 alterum ineptorum. Dextro pede in læuum femur iniecto federe priſcorū regum mos est,
 ſed improbatuſ. Apud Italos quidā honoris gratia pedem alterum altero premunt, unq;
 propemodum inſiſtunt tibiæ ciconiarum ritu, quod an pueros deceat neſcio. Idem in fle-
 ciendis genibus aliud apud alios decet, dedecetq;. Quidam utrunq; pariter inſeſcūt, idq;
 rurſus ali j recto corpore, ali j nonniſi in curuato. Sunt qui hoc ceu mulſebre rati, ſimiliter
 erecto corpore, primum dextrum incuruant genu, mox ſiniſtrum, quod apud Britannos
 in adoleſcentib. laudat datur. Galli modulato corporis circūmaſtu dextrum duntaxat in-
 ſeſcunt. In his in quibus uarietas niſi habet cum honeſto pugnant liberum erit, uel per-
 naculis uti moribus, uel alienis obſequundare, quando ſunt quos magis capiant pere-
 grina. Inceſſus nec fractus ſit, nec præceps, quorum alterum est mollium, alterum furioſo-
 rum: nec uacillans, quod à Fabio improbatuſ. Nam ineptū in inceſſu ſubclaudicationem
 Suiceris militūbus relinquamus: & iſs qui magnum ornamentum ducunt, in pileo geſtare
 plumas. Tameſi uidiſmus Episcopos hoc geſtu ſibi placere. Sedenti pedibus ludere ſtul-
 torum est, quemadmodum & manibus geſticulari, parum integre mentis indicium est.

DE CVLTV.

In ſumma dictum est de corpore, nunc de cultu paucis, eò quod ueſtis quodāmodo
 corporis corpus est, & ex hac quoq; licet habitum animi cōſſere. Quanquam hic certus
 præſcribi modus non poteſt, eò quod non omnium par est uel fortuna, uel dignitas: nec
 apud omnes nationes eadem decora ſunt aut indecora: poſtremo nec omnibus ſeculis
 eadem placent diſplacentiæ. Vnde quemadmodum in alijs multis, ita hic quoq; nonniſi
 tribuendum est, iuxta prouerbium, *νικω νη χλωρε*, atq; etiam *νικω νη*, cui ſeruire iubent ſapient-
 res. Est tamen in hiſce uarietatibus, quod per ſe ſit honeſtum aut ſecus, uelut illa quæ nul-
 lum habet uſum, cui paratur ueſtis. Proſtrax trahere caudas in ſceminis rideret, in uiris im-
 probatur: an Cardinales & Episcopos deceat alijs eſtimandū relinquo. Multitia nūquam
 non probro data ſunt tum uiris tum ſceminis: quādoquidem hic est alter ueſtis uſus, ut ea
 tegat quæ impudice oſtenduntur oculis hominum. Olim habebatur parum uirile, diſcra-
 tum eſſe, nunc idem nemini uitio uertitur, q; induſiſ, ſubuculis, & caligis reptis tegan-
 tur pudenda, etiā ſi diſſuat tunica. Alioqui ueſtis breuior, quam ut inclinanti tegat partes
 quibus debetur honos, nuſquam non inhoneſta est. Diſſecare ueſtem amentium est, pictu-
 ratis ac uerſicoloribus uti, morionum est ac ſimiorum. Ergo pro modo facultatū ac digni-
 tatis, proq; regione & more adſit cultui mundities, nec ſordibus notabilis, nec luxū aut la-
 ſciuam aut ſaſtum præ ſe ferens. Neglectior cultus decet adoleſcentes, ſed citra immundi-
 tiam. Indecore quidam interularū ac tunicarū oras aſpergine lotij pingunt, aut ſinum bra-
 chialiaq; indecoro rectorio incruſtant, non gypſo, ſed narium & oris pituita. Sunt quibus
 ueſtis in alterum latus deſluit, alijs in tergum ad renes uſq;, nec deſunt quib. hoc uideatur
 elegans. Ut totū corporis habitū mundum & cōpoſitum eſſe decet, ita decet illum corpo-
 ri congruere. Si quid elegantioris cultus dedere parentes, ne teipſum reflexis oculis con-
 tēplere, nec gaudio geſtias, alijsq; oſtentes, nā alterū ſimiarū, alterum pauonū: mirent ali j,
 tu te bene cultum eſſe neſcias. Quo maior est fortuna, hoc est amabilior modeſtia. Tenu-
 ioribus in cōditionis ſolatiū concedendum est, ut moderate ſibi placeant. At diues oſten-
 tans ſplendorem amictus, alijs ſuam exprobrat miſeriam, ſibiq; conflat inuidiam.

Tom. 1

DdD

De

*Pudor ſer-
 uandus
 A minore
 Lotium
 Flatus uētris
 Sedenti quor-
 modo
 Genu ſeſten-
 di ratio
 Inceſſus
 Tranſiſio a
 diuerſis
 Veſtis quæ de-
 ceat aut mino*

Templum Quoties fores tēpli pręteris, nudato caput, ac modice flexis genibus ad sacra uerso uultu, Christū diuosq; salutato. Idem & alias faciendum, siue in urbe, siue in agris, quoties occurrit imago crucis. Per ædem sacram ne transferis, nisi simili religione saltem breui precatione Christū appelles, idq; recto capite, & utroq; genu flexo. Cum sacra peraguntur, totum corporis habitum ad religionem decet componere. Cogita illic præsentem Christum cum innumeris angelorum militibus. Et si qui regem hominem alloquutus circumsistente procerum corona, nec caput aperiat, nec genu flectat, non iam pro rustico, sed pro insano haberetur ab omnibus; quale est, illic opertum habere caput, erecta genua, ubi adest rex ille regum immortalis & immortalitatis largitor, ubi uenerabundi circumstant ætherei spiritus. Nec refert, si eos non uides, uident illi te, nec minus certum est illos adesse, quam si uideres eos oculis corporeis. Certus enim cernunt oculi fidei quam oculi carnis. Indecentius etiam est quod quidam in templis obambulant, & Peripateticos agunt. Atqui deambulationibus porticus & fora conueniunt, non templa, quæ sacris concionibus, mysterijs, ac deprecationi dicata sunt. Ad concionantem spectent oculi, huc attentæ sint aures, huc inhiat animus omni cum reuerentiâ, quasi non hominem audias, sed Deum per os hominis tibi loquentem. Quum recitatur Euangelium assurge, & si potes auscultare religiose. Quum in symbolo canitur, & homo factus est, in genua procumbe, uel hoc pacto te submittens in illius honorẽ, qui semet pro tua salute, quæ esset supra oēs cælos demisit in terras, quæ esset Deus, dignatus est homo fieri, ut te faceret Deum. Dum peraguntur mysteria, toto corpore ad religionẽ cõposito ad altaria uersa sit facies, ad Christū animus. Altero genu terrã contingere, erecto altero cui laeuus innitatur cubitus, gestus est impiorum militum, qui Dño Iesu illudentes dicebant: Aue Rex Iudæorũ. Tu demitte utrumq; reliquo etiã corpore nõnihil inflexo ad ueneratiõem. Reliquo tempore aut legatur aliquid è libello, siue preclarũ, siue doctrinã salutaris, aut mens cœlestis quippã meditetur. Eo tempore nõgã obgannire ad aurẽ uicini, eorum est, qui non credunt illic non adesse Christum: huc illuc circumferre uagos oculos, amẽtium est. Existima te frustra templum adisse, nisi inde melior discesseris, puriorq;.

DE CONVIVIIS.

Conciones In conuiujs ad sit hilaritas, absit petulantia: non nisi lotus accumbes, sed ante presertis unguibus, ne quid in his hæreat sordidum, dicarisq; *ὑποπόνησθαι*, ac prius clam reddito lotio, aut si res ita postulet, exonerata etiã aluo: & si forte strictius cinctũ esse cõtingat, aliquantulum relaxare uincula consultiũ est, quod in accubitu parum decore fiat. Absite gens manus, simul abijce quicquid animo ægre est. Nam in cõuiuio nec tristem esse decet, nec contristare quenquam. Iussus consecrare mensam, uultum ac manus ad religionem componito, spectans aut conuiuij primarium, aut si fors adest, imaginem Christi, ad nomen Iesu matrisq; uirginis, utrumq; flectens genu. Hoc muneri si cui alteri delegatum fuerit, pari religione tum auscultato, tum respondeto. Sedis honorem alteri libenter cede, & ad honoratiorem locum inuitatus, comiter excusa: si tamen id crebro seriõque iubeat aliquis autoritate præditus, uerecunde obtempera, ne uideare pro ciuili præfractus. Accumbens utranq; manum super mensam habe, non coniunctim, nec in quadra. Quiddam enim indecore, uel unam, uel ambas habent in gremio. Cubito uel utroq; uel altero inniti mensã, senio morbõue lassis condonatur: idem in delicatis quibusdam aulicis, qui se decere putant quicquid agunt, dissimulandum est, non imitandum. Interea cauendum, ne proxime accumbenti cubito, neu ex aduerso accumbenti pedibus sis molestus. In sella uacillare, & nunc huic, nunc alteri nati uicissim infidere, speciem habet subinde uentris flatum emittentis, aut emittere conantis. Corpus igitur æquo libramine sit erectum. Mantile si datur, aut humero sinistro, aut brachio lauo imponito. Cum honoratoribus accubiturus, capite pexo, pileũ relinquito, nisi uel regionis mos diuersum suadeat, uel alicuius autoritas præcipiat, cui non parere sit indecorum. Apud quãsdam nationes mos est, ut pueri stantes ad maiorum mensam capiant cibum extremo loco, recto capite. Ibi ne puer accedat nisi iussus, ne hæreat usq; ad conuiuij finem, sed sumpto quod satis est, sublata quadra sua, flexo poplite salutet conuiuas, præcipue qui inter cõuiuas est cæteris honoratior. A dextris sit poculũ & cultellus escarius rite purgatus, ad laeuã panis. Panem una uo la pressum, summis digitis refringere, quorundã aulicorum delicias esse sinito, tu cultello

seca

seca decenter, nõ undiq; reuellens crustũ, aut utrinq; refecãs: delicatorem hoc est. Panem ueteres in omnibus conuiujs ceu rem sacram religiose tractabant, unde nunc quoq; mos relicus est, eum forte delapsum in humum exofculari. Conuiuium statim à poculis auspicari potorum est, qui bibunt, non q; sitiant, sed quod soleat. Nec ea res solum moribus est inhonesta, uerum etiã officit corporis ualitudini. Nec statim post sumptã ex iure offam, bibendũ, multo minus post lactis esum. Pueri sapius quàm bis aut ad summum ter in cõuiuio bibere, nec decorum est, nec salubre. Semel bibat aliquandũ pastus de secundo missu, præsertim sicco: deinde sub conuiuij finem, idq; modice forbendo, non ingurgitando, nec equorum sonitu. Tum uinum, tum ceruisia, nihilominus q; uinum inebrians: ut puerorum ualitudinem lædit ita mores dedecorat. Aqua feruida cõuenit ætati, aut si id non patitur, siue regionis qualitas, siue alia quãpiã causa, tenui ceruisia utitor, aut uino nec ardenti, & aqua diluto. Alioqui mero gaudentes hæc sequuntur præmia, dentes rubiginosi, genæ defluentes, oculi lusciosi, mentis stupor, breuiter senium ante senectam. Antequam bibas præmande cibum, nec labra admoueas poculo, nisi prius mantili aut linteo lo absterisa, præsertim si quis suum poculum tibi porrigit, aut ubi de communi bibitur poculo. Inter bibendum intortis oculis alios intueri illiberale est, quemadmodum & ciconiarum exemplo ceruicem in tergum reflectere, ne quid hæreat in imo cyatho, parum est liberale. Salutantem poculo resalutet comiter, & admotis labris cyatho, paululum libans bibere se simulet: hoc ciuili nugoni satis erit. Qui rusticius urgeat, polliceatur se tumi responsurum, quum adoleuerit.

Quidam ubi uix bene confederint, mox manus in epulas conijciunt. Id luporũ est, aut eorum qui de chytropode carnes nondum immolatas deuorant, iuxta prouerbium. Primum cibum appositum ne attingito, non tantũ ob id q; arguit auridum, sed quod interdum cum periculo coniunctũ est, dum qui feruidũ inexploratum recipit in os, aut expuere cogitur, aut si deglutiat adurere gulam, utroq; ridiculus eque ac miser. Aliquantisper morandũ, ut puer assuescat affectui tẽperare. Quo cõsilio Socrates ne senex quidẽ unquã de primo cratere bibere sustinuit. Si cum maioribus accubit puer, postremus, nec id nisi inuitatus, manũ admoueat patinã. Digtos in iussulenta immergere agrestiu est, sed cultello fuscina ue tollat quod uult: nec id ex toto elingat disco, quod solent liguritores, sed quod forte ante ipsum iacet, sumat: quod uel ex Homero discere licet, apud quẽ creber est hic uersiculus.

οὐδ' ἐπὶ ἀνείαδ' ἐπιμα πεινέμεναι χείρας ἰαλλοῦ.

Id quoq; si fuerit insigniter elegans, alteri cedat, & quod proximum est accipiat. Vt igitur intemperantis est in omnes patinẽ plagas manũ immitere, ita parũ decorũ patinam inuertere, quo ueniant ad te lautiora. Si quis alius cibum porrexerit elegantiorẽ, præfatus excusatiunculam recipiat, sed refecta sibi portiuncula reliquum offerat ei qui porrexerat, aut proxime assidenti cõmunicet. Quod digitis excipi non potest, quadra excipiendum est. Si quis è placẽta uel artocrea porrexit aliquid, cocleari, aut quadra excipe, aut cocleari porrectum accipe, & inuerso in quadram cibo, cocleari reddito. Si liquidius est quod datur, gustadum sumito, & cocleari reddito, sed ad mantile exterius. Digtos unctos uel ore prælingere, uel ad tunicam extergere pariter inciuile est, id mappa potius aut mantili faciendum. Integros bolos subito deglutire ciconiarũ est, ac balatronum. Si quid ab alio fuerit refectum, inciuile est manum quadramue porrigere, priusquã ille structor offerat, ne uideare præripere, quod alteri paratum erat. Quod porrigitur, aut tribus digitis, aut porrecta quadra excipiendum. Si quod offertur non congruit tuo stomacho, caue ne dixeris illud Comici Clitiphonis, non possum pater, sed blande agito gratias. Est enim hoc urbanissimum recusandi genus. Si persistat inuitator, uerecunde dicito aut non conuenire tibi, aut te nihil amplius requirere.

Discenda est à primis statim annis secandi ratio, non superstitiosa, quod quidam faciunt, sed ciuilis et commoda. Aliter enim inciditur armus, aliter coxa, aliter ceruix, aliter cratis, aliter capus, aliter phasianus, aliter perdix, aliter anas: qua de re sigillatim præcipere ut prolixum sit, ita nec operæ precium. Illud in uniuersum tradi potest: Apitiorum esse, omni ex parte quicquid palato blanditur abradere. Abs te semesa alteri porrigere, parum honesti moris est: panem prærosũ iterum in ius immergere rusticatum est. Sicut & cibum mansum faucibus eximere, & in quadra reponere, inelegans est. Nam si quid forte

sumptum est quod deglutiri non expedit, clam auersus aliquò proiciat. Cibum ambesum aut ossa semel in quadra seposita repetere, uitio datur. Ossa, aut si quid simile reliquum est, ne sub mensam abieceris, pauimentum conspurcans, nec in mensa stragulam proijce, nec in patinam, repone, sed in quadrae angulum sepone, aut in discum qui apud nonnullos reliquijs excipit adponitur. Canibus alienis de mensa porrigere cibum, ineptiae tribuitur: ineptius est illos in conuiuio contrectare. Oui putamen digitorum unguibus aut pollice repurgare ridiculum est: idem inserta lingua facere magis etiam ridiculum, cultello id fit decentius. Ossa dentibus arrodere caninum est, cultello purgare ciuile. Tres digiti salino impressi, uulgari loco dicuntur agrestium insignia. Cultello sumendum est salis quantum satis est. Si longius abest salinum, porrecta quadra petendum est. Quadram aut patinam cui saccarum aut aliud suaue quiddam adhaesit, lingua lambere felium est, non hominum. Carnem prius minurim in quadra dissecet, mox addito pane simul aliquandiu mandat, priusquam traiciat in stomachum. Id non solum ad bonos mores, uerum etiam ad bonam ualitudinem pertinet. Quidam deuorant uerius quam edunt, non aliter quam mox (ut aiunt) abducendi in carcerem. Latronum est ea tubercinatio. Quidam tantum simul in os ingerunt, ut utrinque ceu folies tumeant buccae: alij mandendo diducti labiorum sonitum adunt porcorum in morem. Nonnulli uorandi studio, spirant etiam naribus, quasi praefocandi. Ore pleno uel bibere, uel loqui, nec honestum est, nec tutum. Vicissitudo fabularum interuallis dirimat perpetuum esum. Quidam citra intermissionem edunt bibuntque, non quod esuriant sitiantque, sed quod alioqui gestus moderari non possunt, nisi aut scabant caput, aut scalpant dentes, aut gesticulantur manibus, aut ludant cultello, aut tussiant, aut screent, aut expuant. Ea res a rustico pudore profecta, nonnullam insaniam speciem habet. Auscultandis aliorum sermonibus fallendum est hoc tamen si non datur opportunitas loquendi. Inciuile est, cogitandum in mensa accumbere. Quosdam autem uideas adeo stupentes, ut nec audiant quid alijs dicatur, nec se comedere sentiant, & si nominatim appelles, uelut e somno excitati uideantur. A deo totus animus est in patinis. Inurbanum est oculis circumactis obseruare quid quisque comedat, nec decet in quenquam conuiuiarum diutius intentos habere oculos: inurbanius etiam transuersim hircus intueri, qui in eodem accumbunt latere: inurbanissimum, retorto in tergum capite contemplari, quid rerum geratur in altera mensa. Effutire si quid liberius inter pocula dictum factumue sit, nulli decorum est, nedum puero. Puer cum natu maioribus accumbens nunquam loquatur, nisi aut cogat necessitas, aut abs quoquam inuiteretur. Lepide dictis modice arrideat, obsecrone dictis ne quando arrideat, sed nec frontem contrahat, si praecellit dignitate qui dixit, sed ita uultus habitum temperet, ut aut non audisse, aut certe non intellexisse uideatur. Mulieres ornat silentium, sed magis pueritiam.

Quidam respondent priusquam orationem finierit qui compellat, ita saepe fit, ut aliena respondens sit risui: detque ueteri locum prouerbio *ἄμας ἐπιπύου*. Docet hoc rex ille sapientissimus, stultitiam tribuens respondere priusquam audias, non audit autem qui non intellexit. Si minus intellexit percontantem, paulisper obticeat, donec ille quod dixit sponte reperat. Id si non facit, sed responsum urget, blande ueniam praefatus puer, oret ut quod dixerat dicat denuo. Intellecta percontatione paululum interponat moram, deinde tum paucis respondeat, tum iucunde. In conuiuio nihil effutendum, quod effuscet hilaritatem. Absentium famam ibi laedere piaculum est. Nec cuiquam illic suus refricandus est dolor. Vituperare quod appositum est, inciuilitati datur, & ingratum est conuiuatori. Si de tuo praebetur conuiuium, ut excusare tenuitatem apparatus urbanum, ita laudare aut commemorare quanti singula consistierint, insuaue profectio condimentum est accumbentibus. Denique si quid a quoquam in conuiuio sit rusticius per imperitiam, ciuilitate dissimulandum potius quam irridendum. Decet computationem libertas. Turpe est, subdium, ut ait Flaccus, rapere, si quid cui super cenam excidit incogitantius. Quod ibi sit dicitur ue, uino inscribendum, ne audias, *μὴ μνημονεύου*. Si conuiuium erit quam pro puerili aetate prolixius, & ad luxum tendere uidebitur, simul atque senseris naturae factum satis, aut clam, aut ueniam precatus te subducito. Qui puerilem aetatem adigunt ad inedia, mea quidem sententia insanunt, neque multo minus si qui pueros immodico cibo diffarciunt. Nam & illud debilitat teneri corpusculi uiriculas, ita hoc animi uim obruit. Moderatio tamen statim est discenda. Citra plenam saturitatem reficiendum est pueri

file corpus, magisque crebro quam copiose. Quidam se saturos nesciunt, nisi dum ita distentus est uentriculus, ut in periculum ueniant ne dirumpatur, aut ne per uomitum rejiciat onus. Oderunt liberos qui illos etiam num teneros cenis in multam noctem productis perpetuo sinunt assidere. Ergo si surgendum erit a prolixiore conuiuio, quadram tuam cum reliquijs tollito, ac salutato qui uiderit inter conuiuas honoratissimus, mox et alijs simul, discedito, sed mox rediturus, ne uideare lusus aut alterius parum honestae rei gratia te subduxisse. Reuersus ministrato si quid opus erit, aut reuerenter mensae assistito, si quis quid tibeat expectans. Si quid apponis aut submoues, uide ne cui uestem iure perfundas. Candelam emuncurus, prius illam e mensa tollito, quodque emuncium est, protinus aut harenam immergito, aut solea proterito, ne quid ingrati nidoris offendant nares. Si quid porrigis infundis ue, laua id facias caueto. Iustus agere gratias, compositus gestus, paratum te significans donec silentibus conuiuis dicendi tempus adfuerit. Interim uultus ad conuiuio praesidentem reuerenter uersus sit & constanter.

DE CONGRESSIBVS.

Si quis occurrerit in uia, uel senio uenerandus, uel religione reuerendus, uel dignitate grauis, uel alioqui dignus honore, meminerit puer de uia decedere, reuerenter aperire caput, non nihil etiam flexis poplitibus. Ne uero sic cogitet, quid mihi cum ignoto, quid cum nihil unquam bene de me merito. Non hic honos tribuitur homini non meritis, sed Deo. Sic Deus iussit per Solomonem, qui iussit assurgere cano: Sic per Paulum qui presbyteris duplicatum honorem praecipit exhibere: in summa, omnibus praestare honorem quibus debetur honos: complectens etiam Ethnicum magistratum: & si Turca, quod absit, nobis imperet, peccaturi simus, si honorem magistratui debitum, illi negemus. De parentibus interim nihil dico, quibus secundum Deum primus debetur honos. Nec minor praceptoribus, qui mentes hominum quodammodo dum formant, generant. Iam & inter aequales illud Pauli locum habere debet, honore inuicem praeuinentes. Qui parum aut inferiorum honore prauegit, non ideo fit ipse minor, sed ciuilius, & ob id honoratior. Cum maioribus reuerenter loquendum & paucis, cum aequalibus amate & comiter. Inter loquendum pileum laua teneat, dextera leuiter admota umbilico: aut quod decetius habetur, pileum utraque manu iuncta suspensum, pollicibus eminentibus, regat pubis locum. Librum aut galerum sub axilla tenere rusticius habetur. Pudor adsit, sed qui decoret, non qui reddat attonitum. Oculi spectent eum cui loqueris, sed placidi simplicesque, nihil procax improbum ue praeseferentes. Oculos in terram deicere, quod faciunt catoplepa, male conscientiae suspicionem habet. Transuersim tueri, uidetur auersantis. Vultum huc illuc uoluer, leuitatis argumentum est. Indecorum est interim uultum in uarios mutare habitus, ut nunc corrugetur nasus, nunc contrahatur frons, nunc attollatur supercilium, nunc distorqueantur labra, nunc diducatur os, nunc prematur, haec animum regunt Protei similem. Indecorum & illud, concusso capite tactare comam, sine causa iussire, screare, quemadmodum & manu scabere caput, scalpere aureis, emungere nasum, demulcere faciem quod est ueluti pudorem abstergentis, suffricare occipitum, humeros adducere, quod in nonnullis uidemus Italos. Rotato capite negare, aut reducto accersere, & ne persequar omnia, gestibus ac nutibus loqui, ut uirum interdum deceat, puerum minus decet. Illiberale est iactare brachia, gesticulari digitis, uacillare pedibus, breuiter non lingua, sed toto corpore loqui, quod turturum esse fertur, aut motacillarum, nec multum abhorrens a picarum moribus. Vox sit mollis ac sedata, non clamosa quod est agricolarum, nec tam pressa, ut ad aures eius cui loqueris non perueniat. Sermo sit non praecipuus, & mentem praecurrens, sed lentus & explanatus. Hoc etiam naturalem battarismum, aut haesitantiam, si non in totum tollit, certe magna ex parte mitigat, quum praecipitatus sermo multis uitium conciliet quod non dederat natura. Inter colloquendum subinde titulum honorificum eius quem appellas repetere ciuilitatis est. Patris ac matris uocabulo nihil honorificentius, nihil dulcius: Fratris sororis ue nomine nihil amabilius. Si te fugiunt tituli peculiare, omnes eruditi sint tibi praepiores obseruandi, omnes sacerdotes ac monachi, reuerendi patres, omnes aequales, fratres & amici, breuiter omnes ignoti domini, ignotae doming. Ex ore pueri turpiter aut dicitur iusturadum, siue iocus sit, siue res seria. Quid enim turpiter eo more, quo apud nationes quaedam ad tertium quodque uerbum deierant etiam puella, per panem, per uinum, per canidem

Iam, per quid nō? Obscœnis dicis, nec linguā prebeat ingenuus puer, nec aures accom-
modet. Deniq; quicquid inhoneste nudatur oculis hominū, in decēter ingeritur auribus.
Si res exigat, ut aliquod membrū pudēdum nominetur, circumitione uerecūda rem no-
tet. Rursus si quid incidit, quod auditori nausēā ciere possit, ueluti si quis narret uomi-
tum, aut latrinā, aut oletum, præfetur honorē auribus. Si quid refellendum erit, caue di-
cat, haud uera prædicas, præsertim si loquatur grandiori natu, sed præfatus pacē, dicat
mibi secus narratū est à tali. Puer ingenuus, cū nemine contentionē suscipiat, ne cum a-
qualibus quidem, sed cedat potius uictoriā si res ad iurgium ueniat, aut ad arbitriū pro-
uocet. Ne cui se præferat, ne sua iactet, ne cuiusquā institutum reprehēdat, aut ullius na-
tionis ingenium mores uē fugillet, ne quid arcani creditū euulget, ne nouos spargat ru-
mores, ne cuius obtrechet famē, ne cui probro det uitriū natura insitum. Id enim nō solū
cōtumeliosum est & inhumanū, sed etiā stultum: ueluti si quis luscum appellet luscum,
aut loripedem loripedē, aut strabum strabum, aut nothū nothum. His rationibus fiet, ut
sine inuidiā laudem inueniat, & amicos pareat. Interpellare loquentē antequam fabulam
absoluerit, inurbanū est. Cum nemine similitatem suscipiat, comitatem exhibeat omni-
bus, per paucos tamen ad interiorem familiaritatem recipiat, eosq; cum delectu. Ne cui
tamen credat quod tacitum uelit. Ridiculum enim est, ab alio silentij fidem expectare,
quam ipse tibi non præstes. Nullus autem est adeo linguæ continentis, ut nō habeat ali-
quem, in quem transfundat arcanum. Tutissimū autem est nihil admittere, cuius te pu-
deat si proferatur. Alienarū rerum ne fueris curiosus, & si quid forte conspexeris audiē-
ris ue, fac quod scis nescias. Literas tibi nō oblatas limis intueri parum ciuile est. Si fors
te præsentē scriniū suum aperit aliquis, subducito te. Nam inurbanū est inspicere, cōtre-
ctare aliquid inurbanū. Item si senseris inter aliquos secretijs oriri colloquiū, submo-
ue te dissimulanter, & in eiusmodi colloquiū ne temet ingeras non accitus.

DE LVSV.

In lusu liberalibus adsit alacritas, absit peruicacia rixarum parens, absit dolus ac-
mendaciū. Nam ab his rudimentis proficitur ad maiores iniurias. Pulchrius uincit qui
cedit contentioni, quam qui palmam obtinet. Arbitri ne reclamita. Si cum imperitiō-
bus certamen est, possisq; semper uincere, nonnunquā te uinci patere, quo ludus sit ala-
crior. Si cum inferioribus luditur, tibi te superiorē esse nescias. Animi causa ludendum
est, nō lucri gratia. Aiunt puerorū indolem nusquam magis apparere, quam in lusu. Si
cui ad dolos, ad mendaciū, ad rixam, ad iram, ad uolentiam, ad arrogantiam, propen-
sius ingenium, hic emicat naturæ uitium. Proinde puer ingenuus non minus in ludo
quam in conuiuio sui similis sit.

DE CVBICVLO.

In cubiculo laudatur silentiū & uerecundia. Certē clamor & garrulitas indecora est,
multo magis in lecto. Siue cū exuis te, siue cum surgis, memot uerecundia, caue ne quid
nudes aliorum oculis, quod mos & natura tecum esse uoluit. Si cum sodali lectum ha-
bes communem, quietus iacet, neq; corporis iactatione uel te ipsum nudes, uel sodali
detractis pallijs sis molestus. Priusquam reclines corpus in cervical, frōtem & pectus si-
gna crucis imagine, breui precatiuncula temet Christo cōmendans. Idem facito quum
mane primum temet erigis, à precatiuncula diem auspicans. Nō enim potes ab omniē
felicior. Simul ac exoneraueris aluum, ne quid agas, nisi prius lota facie manibusq; &
ore proluto. Quibus contingit bene nasci, his turpē est generi suo nō respondere mori-
bus. Quos fortuna uoluit esse plebeios, humiles, aut etiā rurestres, his impensius etiā
adnitendum est, ut quod fors inuidit, morum elegātia pensent. Nemo sibi parentes aut
patriam eligere potest, at ingenium moresq; sibi quisq; potest fingere. Colophonis uicē
addam præceptiunculam, quæ mihi uidetur propemodum primo digna loco. Maxima
ciuitatis pars est, quum ipse nusquam delinquas, aliorum delictis facile ignoscere, nec
ideo sodalem minus habere charum, si quos habet mores inconditores. Sunt enim qui
morum ruditatem alijs compensent dotibus. Neq; hæc ita præcipiuntur quasi sine his
nemo bonus esse possit. Quod si sodalis per inscitiam peccet in eo sane, quod alicuius
uidetur momenti, solum ac blande monere ciuitatis est.

Hoc quicquid est muneris Henricæ fili charissime, uniuersis puerorum sodalitiū per-
te

te donatum esse uolui, quo statim hoc congiario simul & cōmissionum tuorum animos
tibi concilies, & illis liberalium artium ac morum studia commendes. Præclaram indo-
lem tuam Iesu benignitas seruare dignetur, semperq; in melius prouehere. Datam apud
Friburgum Brisgoiæ, mense Martio. Anno M D XXX.

ORNATISSIMO IOANNI ANTONINO
Cassouensi, medico, Des. Erasmus Rot. s D



ORNATISSIMI uiri Ioannis Henckelli literis ut mihi tui reditus a-
dempta spes est Antonine charissime, ita non mediocriter mitigatum est
absentis amici desiderium, posteaquam intelligo te summis magnatū fa-
uoribus ac præmijs amplissimis apud tuos alligari, præterea ductam uxo-
rem puellam, non minus sanctissimis moribus quam forma præstantem,
quæ te non sinit auolare, tenetq; grata compede uinctum. Reliquum est ut hoc quo licet
modo mutuas inter nos fabulas misceamus. Prodiit totus Galenus sua lingua nobis lo-
quens, cuius primitias ad te mitto, inflammandis ad rei medicæ studium iuuenum ani-
mis uersas: & quidem maiore negotio quam credas. Causam nō eloquar, uerum ipse
si non grauaberis nostra cum Græcis conferre, statim intelliges minorem fuisse labo-
ris portionem uertere. Margaritum tuum haudquaquam patietur mihi excidere ama-
bilem istum niuei pectoris tui candorem. Neque me fallit quid *ueneru* concionatoris
Sebastianus, uidelicet Erasimum maledicorum iaculis expositum. Reddita sunt & à cla-
rissimo Christophoro palatino Craconiensi *de ueritate dōga*, qualia ne regi quidem in-
decorum fuerit uel dare uel accipere. Rescribam singulis, nisi quod hic libellus in publi-
cū emissus aliqua fortassis occasione celerius isthuc perueniet quam epistola. Bene-
uale mi Antonine cum suauissima coniuge: cui precor ut tecum contingat feliciter con-
suefcere. Basileæ IIII Calend. Maías. Anno M D XXXVI.

GALENI PARAPHRASAE

MENODOTI EXHORTATIO AD ARTIUM

liberalium studia. Des. Erasmo Rot. interpretē.



ANIMANTIA quæ dicuntur bruta, prorsus expertia sint
rationis, nondum satis liquet. Fortassis enim tamen non habent
eam rationem, quæ iuxta uocem intelligitur nobiscum cōmunem,
quam uocant enunciatiuam, certe eam quæ secundum animam
accipitur, quam rationem appellant affectuum capacem, habent
nobiscum cōmunem omnia, licet alia magis alia minus. Perspi-
cuum sane est hominem hac parte longe cæteris animantibus an-
tecellere, uel ex illo, quod cernimus quanta sit artium multitudo,
quas hoc animal tentat discere, uel ex hoc quod solus homo scientiæ capax, quancunq;
uelit artem percipit. Siquidem animantia reliqua fere omnia, sunt artium expertia, si
pauca quædā hinc excipias. Quin his etiam ipsis natura magis quam institutione con-
rigerunt artes. Cæterum nec apud illa quicquam est artium, quod homo non medite-
tur, sed in arte texendi imitatus est araneas, in arte fingendi, quam plasticen uocant,
apes: nec imperitus est natandi, quum sit animal terrestre. Iam nec à diuinis artibus de-
stituitur, imitans & Aesculapij, quæ eadē est Apollinis, medicā artem, ac cæteras item
omnes quas habet Apollo, iaculandi, canendi, diuinandi: ad hæc quam unaquæq; Mu-
sarum habet peculiarem, nec geometricā, nec astronomiā experts. Verū & ea quæ sub-
ter humum sunt, & ea quæ supra cælos sunt, quemadmodum ait Pindarus, contempla-
tur. Denique honorum omnium maximum sua sibi parauit industria, philosophiā. Hæc
igitur ob causas, quanquam ceteris animantibus non deest ratio, tamen solus homo uo-
catur rationalis, quod omnibus antecellat. An nō igitur turpissimum est, id quod unum
nobis inest commune cum dijs, negligentes, aliarum rerum studio teneri, ac spretis arti-
bus, fortunę nos ipsos cōmittere, cuius improbitatem nobis ob oculos ponere uolentes
DdD 4 pñct

prisci, tum picturis, tum statu is eam repræsentâtes, nō sat habuerūt illi dare mulieris speciem, quanquā hoc ipsum satis magnū erat amētia signum, uerū & clauum illi dederūt in manibus, ac pedibus subiecerūt basim figura sphaera, tum & oculis eam priuarūt, nimitū his omnibus declarâtes illius inconstantia. Quemadmodū igitur in nau uehemēter laetata tēpestare, adeo ut in periculo sit, ne procellis ac fluctibus obruta demergatur in profundū, perperā fecerit, qui cæco gubernatori clauū cōmiserit, itidem opinor in uita, quū hic in permultis adibus grauiora fiāt naufragia, q̄ scaphis accidūt in mari, non recte iudicari, qui semetipsum, in tantis negocijs undiq; circumstantib; ac uallatibus cæcæ cōmiserit deæ, nec huic satis stabili. In tantū enim stupet ac demēs est, ut plerunq; bonis uiris præteritis, quorū oportebat haberi rationē, locupletet indignos, ac ne id quidē constāter, sed tātisper, donec rursus pari qua dedit temeritate eripiat donata. Hæc deam sequitur turba nō mediocris hominum ineruditorū, nunquā eodem in statu manētem, propter basis cui insitit uolubilitatē, quæ illam huc illuc agit rapitq; per præcipitia, nō nunquā & in mare. Ibi pariter intereunt omnes illam sequentes, cæterū illa sola euadit indemnis & illæsa, ridens interim plorâtes, & ipsius opem frustra implorâtes, quū hinc iam nulla sit illis utilitas. Atq; huiusmodi sanē sunt fortunę facta. Porro Mercuriū tanq; rationis dominū, omnisq; artis autorē, considera rursus, q̄ diuersa quamq; pugnante cum fortunæ simulacro forma repræsentarūt illi prisci, tum picturis tum statu is. Adole scens est formosus, nequaq; habens pulchritudinē ascititiā, aut artificio comptorū additam, sed talē ut protinus in ea reluceat animi uirtus. Est autē hilari uultu, oculis acris. Basis autem cui insitit est omnū figurarū firmissima, minimeq; uolubilis, uidelicet undiq; quatuor angulis nitens resāra. Interdū & ipsum deum hac figura repræsentant. Vi deas autē & huius cultores similiter hilares, quēadmodū est is quem sequitur, nec unq; de illo quærentes, quod solent q̄ qui sequuntur fortunā. Nec destituūt illū, nec se iunguntur ab eo, sed perpetuo & sequuntur illum, & illius prouidētia fruuntur. Cōtra qui fortunam sequuntur, uidere licet inertes, ac disciplinarum indociles, semper inhiātes spe ducti, cumq; corrente dea currere, alios quidē propius, alios uero procul, nōnullos autem & ab illius manu pendentes. Inter hos omnes uidebis & Crœsum illū Lydum, & Polycratem Samiū, ac fortasse miraberis alteri quidē Pactolum affluxu suo inuehentē aurū, alteri uero mari nos etiā pisces subseruētēs. Cum his rursus & Cyrum uidebis, & Priamū, & Dionysiū. Verū paulo post hos eosdē haud eodē in statu cōspicies, Polycratem in cruce suffixum, tum Cyro subactū Crœsum, rursus Cyrum ab alijs deiectum, uidebis et Priamū constrictum, & Dionysiū Corinthi. Quod si contempleris illos, qui procul insequuntur eā currentem, nec tamē assequūtur, nimitū prorsus oderis eum chorum. Sunt enim hic oratores permulti, meretrices & scorta, & amicorū proditores: sunt & homicidæ, & monumentorū perfossorēs, ac rapaces: cōplures uero qui ne dijs quidē pepercerint, sed hos sacrilegio compilarint. Cæterū in altero choro omnes modesti, & artiū opifices, neq; currunt, neq; uociferantur, neq; inter sese decerrāt, sed in illorū medio deus est, & circū hunc suo quisq; loco cōpositus, nec ordinē quem cuiq; dedit deus deserunt, alij quidē deo proximi, & hunc ordine cōposito cingētes, uidelicet geometræ, arithmetici, philosophi, medici, astronomi, & grāmatici. Hos sequitur, alter choros, pictores, plastæ, scriptores, fabri & architecti, lapidarij. Post hos sequitur ordo tertius, reliquas artes omneis continens, sic in ordinē digestis singulis, ut omnes tamen ad deū cōmunem uertāt oculos, iussis illius pariter obtemperantes. Cōspicias quidē & hic numerosam multitudinem adhærentiū deo. Ceterum uidebis & quartum quendā chorum à cæteris selectum atq; extraordinariū, non quales erāt illi, qui fortunā comitabantur. Nō enim ex dignitatibus ciuilibus, neq; ex generis claritate, neq; ex diuitijs cōsueuit deus hic præstantissimos iudicare, sed qui cum uirtute uitā agerent, quiq; in suis artibus excellerēt, quiq; præceptis ipsius obsequerentur, ac legitime suas exercerent artes, hos & magnificat, & cæteris anteposit, sibi cōiunctissimos habens semper. Hunc, ni fallor, chorū si nosse qualis sit, nō solū admirareris, uerum etiā adorares. In hoc est Socrates, & Homerus, & Hippocrates, & Plato, & horum studiosi, quos pari cum dijs honore dignamur, tanquā assistatores ac ministros quosdam dei. Quanquam ne cæterorum quidē quisquā fuit unquam à Deo neglectus. Non solum enim præsentium curam habet, uerum etiā & nauigantibus

gantibus adest, nec in naufragio destituit. Aristippus igitur, quū aliquando nauigans fracta scapha, in littus Syracusanum eiectus esset, primum quidem bono animo esse cepit quum in harenis uidisset lineas geometricas. Reputabat enim sese ad Græcos ac sapientes uiros non ad barbaros peruenisse: Post ubi uenisset in Syracusiorum gymnasium, & hoc se uerlus pronunxisset.

Quis Oedipum in diem uagantem & exulem

Donis recipiet, nunc quidem rarissimis,

& habuit qui ipsū adirent, & agnito quis esset, protinus omnia quibus opus erat impartierunt. Deinde quū essent qui in Cyrenen illius patriā nauigaturi, percontarentur, nunquid ad suos uellet scribere, Iubete, inquit, illos has sibi parare possessiōes, quæ nau fracta simul enatant cum possessore. Cæterū multi infelices, & omnia diuitijs metientes, si quando incidunt in talem rerum statum, aurum & argentū suspendunt ac circumponunt corpori, simulq; cum illis perdunt & uitam, ne id quidem apud se reputare ualentes, quod ipsi ex brutis animantibus ea potissimū amplectuntur, quæ sunt artibus ornata. Si quidē equos ad bellum edocitos, & canes uenandi peritos, cæteris anteponunt, quin & famulos curant artibus instituendos, & frequenter in hos plurimam impendunt pecuniam, quum semet ipsos negligant. Quid? An non turpe uidetur famulum nonnunquam aestimari drachmarum decem milibus, ipsum autem dominum nec unius haberi drachmæ. Quid autem diximus? Nemo talem uel gratis acceperit in famulitum. An non tandem se solos uilissimos omnium reddiderunt, qui soli nullam artem didicerint? Etenim quum bruta quoq; artium exercitacionibus erudiant, et famulum ignauum, nulliusq; peritum artis, nullo precio dignum iudicent, curent autem & agros & reliquas possessiōes, ut quæq; quantum fieri potest sit quam optima, se ipsos solos negligant, ne hoc quidem intelligentes animum habeant nec ne, perspicuum est, quod similes sint famulis contemptissimis, ut iam aliquis inultans homini tali, merito uerbis huiusmodi illum alloquatur, O homo familia quidem tua tibi recte habet, mancipia omnia, & equi & canes & agri, & quicquid possides bene cōpositum est: At ipse tu parū curatus es. Præclare igitur Demosthenes ac Diogenes, quorum alter diuites indoctos appellauit oues onustas aureo uellere, alter dixit eos similes fictis arboribus in præruptis locis stantibus. Nam harū fructibus non homines, sed coruos & graculos uesci. Sic horū pecunias nulli esse usui uiris probris, uerum ab assentatoribus absumi, qui quidē, si sic acciderit ut nihil sit reliquum, forte obuios factos prætereunt illos quos exhauserūt, perinde quasi ne nosset quidem. Unde quidā non inelegās, dixit istos similes fontibus. Etenim qui prius e fontibus aquare solent, simul atq; deserunt habere aquam apud eosdem sublatis uestibus urinā reddunt. Et sanē uidetur æquum, qui nulla re suspicendi sunt, nisi ob diuitias, simul atq; his spoliati fuerint, pariter & illis spoliari quæ ob diuitias habebant. Quid enim isti facerent, qui nullū propriū possident bonum, sed perpetuo pendēt ab alienis, & ab his quæ sunt fortunæ? Tales uidelicet sunt & hi qui generis nobilitatem uenditant, atq; hinc sibi placentes tollunt cristas. Nam & isti, quoniam proprijs bonis carent, ad maiorum imagines cōfugiunt, non saltem hoc intelligentes, quod ista generis nobilitas, qua gloriantur, similis est publico singulari ciuitatū nomismati, quod apud eos quidem ualet, qui instituerunt, apud alios uero adulterinum habetur.

Te haud quaquam in altum generis euexit decus,

Non altus huc sum polluam ut genus meum.

Præclarus igitur, ut inquit Plato, thesaurus est, progenitorum uirtutes, sed præclarius est huic opponere posse Sthenei dictum,

Atqui nos patribus longe præstamus auisq;

Nam si qua omnino est nobilitatis utilitas, hanc solam habet, quod hinc acceditur studiū æmulandi, proposito exemplo domestico. Proinde si procul degeneremus à progenitorum uirtute, merito discutientur illi, si quis modo sensus insit defunctis: nobis autē tanto plus est dedecoris, quāto genus est illustrius. Si quidē imperiti, qui genere sunt uehemēter obscuro, hoc lucrifaciunt, quod pleriq; nesciunt quales sint. Ceterū quos decus & claritudo generis nō sinit latere, quid aliud fructus ferunt ex nobilitate, nisi ut illorū infelicitas sit illustrior? Sanē qui generi suo non respondent, magis contemnunt, quam obscuro loco nati. Itaq; sit, ut si uecors prædicet claritatem generis, declaret suum ipsius uitā minus esse

esse uenia dignum. Neque enim eadem trutina aestimamus aut exploramus plebeios homines, qua claro genere natos. Sed illos, si uel mediocri uirtute praediti sint, probamus & amplectimur, quod deest illorum uirtuti, generis obscuritati imputantes. Rursus hos qui nihil habent dignum imaginibus maiorum, etiam si caeteris omnibus antecellat, nondum tamen suspicimus. Proinde si quis sapit, ad exercendam artem sese conferat, per quam si nobilis fuerit, uidebitur genere non indignus. Sin minus, ipse genus ornabit suum, ueterem illum Themistoclem imitatus, cui cum probro obijceretur, quod nothus esset: At ego, inquit, a me ipso genus auspicio, ac meum quidem genus a me incipiet, tuum uero in te desinet. Vides non obstitisse Anacharsidi Scythae, quo minus sit in admiratione, & inter sapientes numeretur, tamen si genere barbarus esset. Huic quum quidam exprobraret, quod genere barbarus esset ac Scythae, Mihi quidem, inquit, patria dedecori est, tu uero patriae pulchre retinens hominem ex sese nihil, nec alia re superbientem quam patria. Quod si fixius & attentius contemplaris res hominum, conperies non homines factos illustres ex ciuitatibus, sed contra, per uiros bonos & artibus praestantes horum patrias fuisse nobilitates. Etenim quod nomen aut quam dignitatem habuissent Stagira, nisi per Aristotelem contigisset? Rursus quae Solorum, nisi per Aratum & Chryppum contigisset? Quin & Athenarum nomen unde procul dimanauit? Non ob terrae fecunditatem, habuit enim agros parum feraces, sed per eos potius qui illuc nati sunt, quorum plerique dum in uiros optimos euaserunt, nonnullam suae gloriae portionem impartierunt & patriae. Hoc autem esse uerissimum euidentissime perspicies, si tecum reputes Hyperbolum & Cleonem, quibus ad nihil aliud profuit Athenarum nobilitas, nisi ut illorum malefacta redderentur famosiora. Quondam Boeotios uocabant suos, inquit Pindarus. Et idem rursus: Fingimus Boeoticum suum iterum, uolens totius prope gentis de imperitia probrum aboleri per ipsius poeticam. Quin & legislatorem illum Atheniensem iure laudat aliquis, qui uetuit parentem alimoniam ius a filio petere, quem nullam artem docuisset. Quum id potissimum temporis omnis ars illic exerceretur, ubi corpora uidebantur esse quam formosissima, multis usu uenit, ut ob corporis formam admirandi, negligenter animum, deinde sero frustra deplorarent dicentes: Utinam forma quae me perdidit, pereat male. Tum illis & illud Solonis in mentem uenit, qui iubet in primis spectari uitae finem. Deinde & senectutem inculant, quum se ipsos debuerint: & Euripidem laudat qui dicit, non expedire pulchritudinem ultra capere, quam in medio. Praestat igitur eos laudare, qui iudicant formam adolescentiae ad similem uernis floribus, ut qui uoluptatem habent temporariam: simulque laudare Lesbiam dictam, Nam qui formosus est, tantisper est dum uidetur. At quisquis bonus est, protinus & formosus erit. Parcedum autem & Soloni eandem sententiam proferenti, Senectus porro molesta, ueluti tempestas imminens, egens non calciamentis solum & uestitu, uerum & domicilio comodo aliisque rebus innumeris. Aduersus hanc, prohi gubernatoris exemplo, multo ante, uelut in uenturam tempestatem oportet praeparari, quando miserum est illud,

Vecors intelligit acta.

Ad quid enim dixeris utilem esse formam adolescentis nulla excultam artem? Num ad bellum? At qui non abs re quis illud Homericum in tales iaculetur,

Quin tu coniugij tractas mulcentia facta

Et illud,

Iro domum, & tracta tibi conuenientia facta.

Siquidem Nireus

Venerat ad Troiam cunctis formosior unus.

At mollis erat, eoque non nisi semel huius meminit Homerus in recensendis nauibus, haud quidem ob aliud mea sententia, nisi ut declararet quam sint inutiles uiri forma praestantissimi, quoties illis praeter formam nihil adest, quod ad usum uitae conducat. At infelix qui spiam dicere non uerebitur, ad parandas opes conducibilem esse formam, quum liberalis, honestus, firmusque pecuniarum census ex arte parari soleat. Caeterum ex corporis forma reditus, turpis est semper & infamis. Oportet igitur adolescentem iuxta uetus praecipuum, suam ipsius formam ad speculum contemplari: qui si se conspexerit facie pulchra, ad uitandum est ut talis sit & animus, existimetque uehementer absurdum, in formoso corpore animum inhabitare deformem. Rursus si se uiderit esse forma corporis infelici, tanto magis oportet animi excolendi curam agere, quo dicere possit illud Homericum,

Est

Est aliquis cui forma parum sit corpore felix,
Sed comptis formam uerbis deus ornat, & illi
Defixis oculis, uultum huius cernere gaudent.
Ille nihil fallens loquitur, placido ora rubore
Suffusus, reliquosque foro toto eminet inter,
Utque deum aspiciunt incedit quando per urbem.

Ex his igitur quae diximus, perspicuum est his qui non prorsus mente carent, neque generis claritate, neque diuitijs, neque formae gratia fretum, oportere negligere studium artis. Atque haec quidem sufficiebant: attamen melius opinor fuerit, ceu pulchrum epodum accipere Diogenis illud. Is quum apud quendam acciperetur conuiuio, qui res omnes quas possidebat exacta prouidentia nitidas & instructas habebat, caeterum sui ipsius nullam omnino curam habuerat, screans ueluti sputum electurus, quum undique circumspexisset, nihil uidit in quod expueret, sed in ipsum solum domus herum expuit. Ille quum indignaretur, rogaretque quam ob causam id faceret, respondit se nihil in tota domo tam sordidum ac neglectum uidere quam esset ipse: nam parietes omnes egregijs picturis ornatos esse, solum autem ex tessellis preciosis esse concinnatum, habens ex his deorum expressas imagines, uasa omnia pura ac nitentia, quin & stragulas & lectos pulchre magnoque artificio elaboratos esse, solum ipsum uideri neglectum & incuratum. Omnibus autem esse morem, ut in locum omnium qui adsunt inhonestissimum expuant. Ne committas igitur adolescens ut te praebes dignum in quem sputum eiciatur, etiam si reliqua omnia pulcherrima tibi uideantur adesse. Rarum enim est, istis simul uniuersis potiri, ut idem pariter & nobilis sis, & diues, & formosus. Quod si cui sane simul ista contingant aliquando, tamen absurdum fuerit, te unum in omnibus tuis facultatibus uideri conspuendum. Agite igitur o pueri, quicumque meam audistis orationem, ad cognoscendas artes animum appellite, ne quis unquam seductor & impostor homo uos aut inutiles artes aut improbas doceat, scientes, quae cunque artes nihil adferunt utilitatis ad uitam, has artes non esse. Ac plane persuasum habeo, de caeteris quidem uos ipsos perspicere, quod nihil istiusmodi rerum artis nomine sit dignum, ueluti iacere talos, ambulare super tenuem funem, & rotatu circumagi in gyrum, non considerantem interim quid acciderit Myrmecidae Atheniensi, & Callicrati Lacedaemonio, tantum athletarum exercitium metuo, ne ueluti corporis robur pollicens, & gloriae apud uulgus concilians, publicitus etiam apud maiores diurnis pecuniae largitionibus honoratum, pariter in pretio habitum quum praestantissimis artibus, decipiat aliquem adolescentem, eoque seducat, ut hoc arti cuiuspiam anteponat. Unde satius est aduersus haec praeparatum ac praemeditatum esse. Nam facile quisque fallitur in his, in quibus est impraemeditatus. Sane genus hominum o pueri, communionem habet simul cum dijs, & cum brutis animantibus. Cum illis quidem, quatenus uirtutis ratione, cum his uero quatenus est mortale. Satius est igitur, ut animis ad meliorem communionis partem adiectis, curemus eruditionem, quam assequuti, quod est in bonis summum habebimus. Sin eam non fuerimus assequuti, non tamen hoc nomine pudescemus, quod brutis ignauissimis simus facti inferiores. Athletica uero corporis exercitatio si non contingat affectanti, turpissimum est: si maxime contingat, nihilo tamen praestantior est brutis animantibus. Quis enim robustior leonibus aut elephantis. Quis leporum uelocior? Quis uero nescit ipsos etiam deos non ob aliud laudari, quam propter artes, adeo ut ob has etiam homines extremos dignati simus diuinis honoribus, non quod bene cucurrerint in stadijs, aut discum scite iecerint, aut in palaestra probe luctati sint, sed propter artes repertas. Profecto Aesculapius & Bacchus, siue quondam homines fuerunt siue dii ab initio, summos honores promeruerunt, alter ob monstratam artem medendi, alter quod nos docuerit uitium colendarum rationem. Quod si mihi non uis credere, certe Pythij dei te moueat autoritas. Hic est ille qui & Socratem uirorum omnium sapientissimum pronuntiarit, & Lycurgum affatus hunc in modum salutat,

Huc aduenisti, ad mea ditia templa Lycurge
Grate Ioui, & cunctis quibus altus habetur olympus,
Addubito, an ne deum te dicam hominem ne Lycurge,
Spero tamen magis esse deum, numenque uerendum.

Hic rursus idem uidetur honorem haud mediocre habuisse Archilocho mortuo.

Quum

Quum enim huius interemptor uellet illius templum ingredi, uetuit dicens,

Occisor clari uatis, ne templa subito.

Nunc mihi tu refer athletas huiusmodi titulis honoratos: at non facies, non enim habes quod dicas, nisi forte testem aspernaris uelut indignum cui credatur. Videris enim tale quiddam subindicare, dum sermonem refers ad uulgi testimonia, & nobis obijcis horum laudationem. Et tamen neq; morbo laborans, sat scio, te ipsum uulgo commiseris, sed ex omnibus delectis paucis aliquot atq; his quidē medicæ rei peritissimis, neq; nauigans cuiuis e numero uectorū, sed uni uidelicet gubernatori. Deniq; & in rebus minimis, si ædificas, fabro credis, si calciamentis egeas, coriario. Qui fit igitur ut ubi de rebus summis periculum est, tibi uindices iudicandi potestati, adimens eam his qui plus sapiunt quàm tu? Nam in præsentia quidem omitto de dijs facere mentionem. Audi igitur quid de athleticis sentiat Euripides,

Innumera quum sint mala per omnem Græciam,

Haud aliud ullum est peius athleticis genus.

Primum ij, domi sibi consulunt parum bene,

Quum liceat, etenim quomodo uir qui siet

Gulæq; feruus atq; uentri deditus,

Opes pararet unde uiueret domi?

Egere rursus non potest, sed nec suis

Contentus esse sustinet fortunulis.

Nam nunquam honestis assueti moribus

Mox sese ad artes improbe uertunt malas.

Iam ut intelligas & omnia quorum studio tenentur isti, nihil habere bonæ rei, audi rursum quæ dicit, si liber,

Quis enim in palestra uir pedum cursu ualens

Feliciter uersatus, aut disco bene

Misso, aut probe sciteq; mala ista uiri,

Patriæ coronam retulit partam suæ?

Quod si cupis audire his etiam expressiora, ausculta,

Num aduersus hostes præliabuntur, manu

Discos ferentes, siue uibrata aspide

Peditibus citi hostem submouebunt patriæ?

Nullus profectio, uana fiunt omnia hæc,

Vbi comminus ferrum micare cœperit.

Utrum igitur Euripidem & huius generis alios autores reijciemus, philosophis aut permitteremus iudicandi ius? Imò uero horum omnium suffragio, uelut uno ore loquentium dānatur istorum ars, adeo ut eam nec medicorum quisquā probarit. Primum enim audies Hippocratem ita dicentē: Affectio Athletica non est secundum naturā, melior est habitu do salubris. Idem aut suaferunt optimi quicq; medici, qui Hippocratis ætatē sequuti sunt. Equidem nolim à testibus pendere iudicium. Nam id oratorū est potius q̄ hominis apud quem in precio sit ipsa ueritas. Attamen quoniā nonnulli cōfugiunt ad testium multitudinem, & hinc inanem captant gloriā, nec curāt exercitium rebus externis nudatū quale sit ipsum cōsiderare, coactus sum & his obijcere testes, quo uidelicet intelligant se ne hic quidem esse nobis superiores. Vnde mihi non intemptiuum uidetur commemorare, quod fecit Phryna. Hæc quum esset in quodā conuiuio, in quo hic ludus agebatur ut singuli per uices conuiuus imperarent quæ uellent, uidissetq; adesse mulieres, anchusa, cerussa, & furo pictas, iussit inferi aquam, mox præcepit, ut oēs aquæ immerfas manus semel admo uerent ad faciem, deinde ut illico linteo extergerentur. Atq; hoc ipsa prima omnium fecit. Ac cæteris quidem omnibus foeminis, facies maculis opplebatur, diceret te uidere qualdam ad terrorem arte factas imagines. Ipsa uero pulchrior apparebat q̄ antea. Sola enim carebat artificio formæ, sed speciem habebat natuam, nihil opus habens malis artibus ad formæ commendationem. Quemadmodum igitur uera pulcritudo certò exploratur ipsa per se sola, rebus omnibus foris accidentibus nudata, sic & Athletarum exercitationem expendi conuenit solam, an uideatur aliquid utilitatis adferre, uel publice ciuitatibus uel priuatim

priuatim ijs à quibus exercetur. Quum igitur uarię sint bonorum species, quæ insunt natura, puta quæ pertinent ad animum, quæ ad corpus, quæ ad externa, nec præter hæc ullum aliud bonorum genus possit excogitari, cuius perspicuum est, quod athleticam exercentes, animæ bona ne in somnis assequuti sint, quando prorsus illud ignorant an habeant animam, tantum abest, ut illam sciant esse rationis participem. Etenim quum semper aggerant uim carniū & sanguinis, habent animam suam uelut multo immerfam cœno, ut nihil exacte possit intelligere, uerum non minus stupida sit, quàm brutorum animæ. At fortassis contendunt athletæ, tanquā aliquid cōferant ad bona corporis. Num igitur bonam ualetudinem qua nihil preciosius sibi uindicabūt? Atqui nō alios reperias corporis affectione magis periculosa, si quidem Hippocrati fides habēda, qui dixit, summe bonam corporis ualetudinem periculosam esse, quam affectant isti. Quin & illud ab Hippocrate recte dictum, quod sanitatis exercitatio est non satiari cibus, sed in omnibus agitem esse, laudatur ab omnibus. At isti contra faciunt, dum & supra modum laborant, & iidem supra modum explentur. In summa, ueteris illius Hippocratis sermonē ceu Corybantum furore correpti, contemnunt. Nam ille demonstrans quæ uitæ ratio sit accommodanda bonæ ualetudini dixit, Labores, cibi, potus, somni, uenus, omnia moderata. Isti uero quotidie supra quàm conuenit, laboribus exercentur, & ingurgitant sese non nunquam & ut, ad mediam usq; noctem proferentes cibi sumptionem, ut aliquis non im merito in illos torserit illud Homeri,

Dormibant reliqui diuicq; hominesq; per omnem

Noctem, prædulci resoluti corpora somno.

Ast nullus miseros athletas somnus habebat.

Itaq; quemadmodum se habent in cibus & laboribus, eodem modo moderantur & somnum. Etenim quo tempore ceteri iuxta naturam uiuētes, ab opere ueniunt, & cibum requirunt, tum isti surgunt à somno, ut illorū uita similis uideatur suilla, nisi quod sues non ultra modum laborant, neq; coguntur ad edendum. Isti uero & hæc perpetuntur, non nunquam iidem & rhododaphnes maculis terga notantur. Proinde priscus ille Hippocrates, præter hæc quæ dicta sunt, addit & illa. Vehemēter ac repente corpus explere uel inanire, uel calefacere uel refrigerare, aut alio quocunq; modo mouere, periculosum est. Quicquid enim, inquit, est uehemens, inimicū est naturæ. Isti uero nec his auscultant, nec alijs, quæ bene ab hoc dicta transgrediuntur, quin potius utuntur omnibus, quæ pugnāt cum his præceptis. Quapropter ego sane dixerim, istam exercitationem nō facere ad bonam ualetudinē, sed morbos potius accerere. Nā id ni fallor, sentit Hippocrates quum ait, Affectio athletica, non est secundum naturam, sed habitudo salubris melior. His dictis non solum palam negauit illorum exercitationem esse naturalem, uerū ne habitudinē quidem appellauit illorum affectionem, spolians illos etiam nominis honore, quo cūcūq; ueteres appellare solent homines qui uere essent bonæ ualetudinis. Siquidē habitus est affectio quædam stabilis ac perpetua. Contra Athletarum ad summum progressa bona corporis habitudo, tum obnoxia periculo est, tum facile in diuersum mutabilis. Neq; em̄ recipit accessionem, eo quod ad summum peruenit, tum ex eo quod eodem in statu consistere non potest, nihil restat, nisi ut uergat in deterius. Atq; hoc quidem in statu corpus est ipsis dum athleticam exercent. Cæterum ubi discesserint ab exercitijs, multo peius habent. Etenim nonnulli paulo post emoriuntur, alij uero diutius quidem uiuunt, at ne ipsi quidem perueniunt ad senectutem. Et ut iam aliquando perueniant, nihil differunt à Litis illis Homericis, claudi, rugosi, lusciosi, oculis orbi. Quemadmodum enim mœniū partes tormentis concussæ, quouis incommodo corruunt, nec terræ motum, nec aliū ullum grauiorem insultum ferre possunt: itidem & athletarum corpora, corrupta & imbecillia facta, plagis ac uulneribus in exercendo acceptis, facile ad quamlibet leuem occasionem læduntur. Proinde oculi plerisq; ceu fossis cauati, quando iam uis abest resistendi, complentur pituita, Dentes uero, utpote frequenti concussionē labefacti, progressu temporis destituti uirtute, facile decidunt. Cæterum membrorum cōmpages, ut frequenter intortæ, aduersus omnem uiolentiā foris incidentem reddūtur inualidæ, & quicquid semel ruptum fuit aut contractum, facile mouetur. Itaq; quod ad bonam ualetudinē attinet palam est, nullum genus esse miserius, quàm athletarum. Vnde non iniuria quis dixerit

eos generoso cognomine notari, dicentes Athletas, uel quod ab athleta cognomen habeant *ἄθλιος*, id est, miser, uel quod utriusque communiter ab athliotete, id est, miseria, uelut ab una terra cognomen sortiti sint. Posteaquam igitur de eo, quod inter bona corporis summum est, tractauimus, nimirum de bona ualitudine, transeamus ad reliqua. Iam quod ad formam attinet, sic illis habet res, ut non solum exercitatio athletica nihil conferat ad pulchritudinem, uerum etiam multos ex istis optime composito corpore, gymnastæ qui eos curandos susceperant, supra modum saginantes & inficientes carnibus & sanguine, in diuersam corporis speciem perduxerint, nonnullos uero facie quoque prorsus deformi facie reddiderint, eos potissimum, quos ad pancratiū aut pugilum certamen instituisent. Cæterum ubi tandem & membra tregerint aut distorserint, aut oculos extuderint, tum opinor, tum uel maxime fructus artis ipsorum euidenter apparet, pulchritudo. Hunc ad modum illis res successit ad formæ commodum quam diu sani sunt. Cæterum ubi desierint exerceri, simul & reliqua corporis organa pereunt, cunctaque ut dixi membra distorta, nihil non reddunt deforme. At fortassis nihil quidem ex omnibus his quæ dicta sunt, sed robur sibi uindicabunt. Nam hoc fat scio dicturi sunt, illud omnium ad rem pertinere maxime. Quod per deos robur, aut ad quid utile? Num ad agricolationem? Per pulchre igitur uel fodere, uel metere, aut aliud quippiam quod ad agricolationem pertinet, possunt. Sed fortassis ad res bellicas ualet. Rursus Euripidem huc mihi cita, qui laudes illorum canit dicens,

Num aduersus hostem præliabuntur, manu
Discos ferentes, nūm uel uibrata aspide
Pedibus citi hostem submouebunt patria?
Nullus profecto, uana fiunt omnia hæc
Vbi cominus ferrum micare cœperit.

Cæterum aduersus rigorem & æstum ualidi sunt, hoc ipso sane Herculem ipsum referunt res, ut tum hyeme tum æstate una pelle regantur, ut incalceati perpetuo sub dño dormiant, humi cubantes. In his enim omnibus pueri nuper nati sunt imbecilliores. Qua tandem igitur in re roboris sui specimen ædent, aut inde sibi placebunt, & cristas erigent? Non sane profecto in hoc, quod coriaris, fabri, domorum ædificatores qui sunt, eos uel in palaestra deficiant, uel in stadio. Fortassis itaque in hoc, quod toto die puluere scunt, iudicabunt recte fieri, laudeque dignum. Verum ista laus adest & coturnicibus & perdicibus, si quidem par est ut hinc tollant cristas, quod toto die luto lauentur. Sed age per Iouem, Milo ille Crotoniates, sublatum in humeros unum ex immolatis tauris, olim per stadium baiulauit. O insignem dementiam istorum, qui ne hoc quidem intelligunt, quod paulo ante idem corpus uirum animantis gestarit illius anima, multoque sane minore labore portauit quam Milo: nam & currere poterat quum gestaret, Attamen ea nullus erat precij, quem admodum nec Milonis anima. Declarauit autem & exitus hominis quam nihil habuerit mentis. Quum enim aliquando conspiceret adolescentem cuneis immixtis findentem arbores, illum quidem irritum submouit, ipse non alio usus instrumento, quam suis ipsis manibus, ausus est lignum diducere. Mox quicquid habebat roboris in primo impetu colligens, diduxit arboris huc atque huc partes. Interim elapsis cuneis, quum reliquam arboris partem diducere non posset, diu quidem obnixus est, tandem uictus non potuit educere manus, sed à trunci partibus in sese coeuntibus, comprehensæ, primū ipsa quidem contrita sunt, mox & Miloni miserandi exitij fuere causa. Plurimum igitur illi profuit in hoc, ne quid mali pateretur, in stadio gestasse taurum mortuum. An Græcorum tempore publicam seruare potuisset id temporis, quum aduersus barbaros bellum gerebant, Milonis uis, quæ in tauro gestando declarauit, potius quam Themistoclis sapientia, qui primum recto iudicio deprehendit sententiam oraculi, deinde bellum quem admodum oportebat gessit. Vnicum enim consilium prudens, multas superat manus. Cæterum incitiam cum armis, peior est quouis malo. Arbitror itaque iam perspicue declaratum, athletarum exercitacionem nihil utilitatis adferre ad uitæ functiones. Cæterum quod nec in ipsis quibus exercentur ullius precij sint, cognoscetis, si uobis retulerō fabulam illam, quam uir quidam non inelegans prolixo carmine ornauit. Habet autem hunc in modum fabula. Si uis uoluntate cunctis animantibus consensus ac societas contingeret in degēda uita, ut in olympia

olympia præco non solum homines ad certamen uocaret, sed omnibus etiam animalibus permitteret ad unum uenire stadium, nullus opinor hominum coronaretur. In eo certamine, in quo cursus ad uiginti tria stadia porrigitur, unde & *Ἀλιχον* appellant, equus inquit, longe superabit, in cursu uero breuiore qui non ultra stadium proferitur, lepus feret præmium. Cæterum in diaulo in quo cursus ac recursus duplicat stadium, primas feret caprea. Neque quisquam hominum in aliquo numero futurus est. O leues exercitaciones uelut stras athliæ, id est miseri uiri. Imò ne Hercules quidem posterorum quisquam elephanto aut leone robustior apparebit. Arbitror autem futurum, ut & in pugilum certamine taurus coronam laturus sit, Et asinus, inquit, si uelit calcibus contendere, coronam auferet, & in historia uariorum euentuum scribetur, quod asinus in pancratiū aliquando uicerit uiros. Erat autem olympias prima ac uigesima quum uinceret ruditor. Admodum uenusta fabula hæc declarat, robur athleticum non esse de numero eorum quibus homines decet exerceri. Atqui si ne robore quidem antecesserint animantibus athletæ, quod nati ex cæteris bonis sibi uindicabunt. Quod si quis dicat uoluptatem corporis inter bona numerandam, ne huius quidem compotes sunt, neque quum exercentur, neque postquam ab exercitacione discesserint: quandoquidem dum exercent athleticam, in laboribus ac miseris agunt, non tantum ob exercitia, uerum etiam ob id quod coguntur ad edacitatem. Quod si contigerit eos ab arte missionem accipere, plerisque corporis membris claudisunt ac debiles. Ergo fortassis inde gloriantur, quod præ cæteris plurimum colligunt & coaceruant pecuniarum. Atqui uidere licet istos omnes ari alieno obstrictos, non solum id temporis quo exercent artem athleticam, uerum etiam quum ab ea dimissi sunt, haudquaquam inuenies athletam pilo ditiorē, quouis uiri diuitis œconomus. Quanquam ne id quidem per se præclarum est ex arte parare diuitias, sed talem potius arte scire, quæ fracta nauis simul cum domino enatet e naufragio: quod quidem nec his contingit qui res procurant diuitum, neque publicanis, neque negociatoribus: Et tamen hi maxime ditescunt e suis artibus. Cæterum si pereant illis pecuniæ, simul perit & negociatio, ad quam opus quidem habent aliqua sorte pecuniæ, cæterum si hæc desit, non possunt instaurare pristinam negociationem. Nullus enim illis mutuuum credit absque pignoribus & hypothecis. Proinde si quis studet sibi parare uitam ad parandas pecunias, & tutam, nec infamem, ars exercenda est, per omnem uitam permanens. Porro quum prima diuisione in geminum discrimen artes distribuuntur, Quædam enim ex his ratione constant, suntque liberales & honestæ: quædam contra contemptibiles, quod corporis laboribus consistunt, quas sedentarias ac manuaras uocant, præstiterit ex illo priore genere quampiam discere. Nam potius illud genus destituere solet senectute grauatos artifices. Prioris autem generis sunt, medicina, rhetorica, musica, geometria, & arithmetica, dialectica, astronomia, grammatica, ac legum prudentia. Adde his si uoles fingendi pingendique artificium. Quanquam enim hæc manuaræ constant opera, tamen earum exercitatio non eget robore iuuenili. Ex his igitur artibus aliquam deligere conuenit, & exercere iuuentutem, cui mens non sit omnino pecunia, uel harum potius optimam: quæ quidem mea sententia est ars medendi. Hoc autem tunc deinceps nobis erit demonstrandum.

GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE.

FAUORINVS censet optimum doctrinæ genus, per quod utranque in partem præparamur. Sic enim appellabatur Academicus, propter aduersam partem quam asseuerabant. Itaque uetustiores existimabant hanc doctrinam desinere in Epochen. Epochen autem appellabant, quasi dicas suspensam sententiam, nihilque definitam, quod est, nulla de re pronunciare, nec asseuerare certo. Recentiores autem (non enim solus fecit hoc Fauorinus) nonnunquam eò proferunt Epochen, ut negent uel illud intellectu posse comprehendere, solem esse. Rursus alias eò proferunt cognitionem, ut discipulis suis permittant, antequam didicerint, de scientijs iudicare. Nec enim aliud est quod dixit Fauorinus libro de affectione Academica, cui titulus inditus est Plutarchus. Dicit autem idem in libro ad Epicetum, in quo inducitur Onesimus Plutarchi feruus cum Epiceto disputans. Quin & in libro quem postea scripsit ad Alcibiadem, laudat alios etiam Academicos, qui in partes ambas sibi pugnantibus & contrariis differ-

rebant, ceterum discipulis permittebant, ut quod uerius uideretur eligerent. In hoc sane libro ait sibi uideri probabile, nihil certo sciri posse. Contra in Plutarcho concedere uidetur, esse certam alicuius rei cognitionem. Præstat autem sic appellari, *γνῶσις*, id est, cognitio scibile, quod alijs dicitur *καταληψις*, id est, cōprehensibile, relicto uocabulo Stoico. Ego sane mirabar, ita me diu bene ament, quod Fauorinus, qui consuevit omnia nomina ad Atticam linguam usurpare, nō desinat uti his uocibus, Comprehensibile, comprehēsiō, comprehēsiua imaginatio, uel his contrarijs, ueluti quæ per priuationem dicuntur, ut incomprehēsiua imaginatio, aut ipsa incomprehensibilitas, adeo ut quæ libros tres scripserit, primum ad Adrianum, alterum ad Dysonem, tertium ad Aristarchum, omnibus titulum indiderit, De comprehēsiua imaginatione, ac per omnes hos libros strenue contendit, dum conatur demonstrare nullam esse posse comprehēsiuam imaginationem. Ego uero nihil aliud arbitror sonare comprehēsiibile, quàm cognoscibile, nec aliud comprehendere, quàm certo cognoscere: ceterum inter se respondere comprehēsiōnem, & comprehēsiuam imaginationem. Quoniam enim nonnulla uidemur nobis uidere, aut dire, aut alloqui sensu percipere, quod accidit in somnis, aut per insaniam: nonnulla uero nō tantum putamus nos uidere, sed re uera uidemus, aut alloqui sensu percipimus, Hæc quidem posteriora omnes homines, exceptis Academicis, & Pyrrhonijs, ad certam cognitionem pertinere credunt, Ceterum quæ per somnium aut mentis errorem apparer animo, ea falsa esse. Quod si porro concedunt hoc ita se habere, deleant e libris suis quod inibi scriptum est, In rerum iudicio nec sano magis esse fidem habendam, quàm insano, neque recte ualenti magis quàm aegroto, neque uigilanti magis quàm dormienti. Sin istis nihil est cognoscibilius quàm ijs qui sunt diuerso modo affecti, nimirum confusa sunt ueritatis iudicia: nec ipse præceptor Academicus, nec discipulus poterit iudicare rationes, quæ in ambas partes inter se pugnantem differuntur. Imò ne opus quidem omnino fuerit talibus doctoribus, quum possimus ipsi, quæ a sectarum autoribus hinc atque hinc dispersa sunt legere, nihilque minus quàm Academicis scire, & si quid apud hos fuerit obscurum, quod erit apud Chrysippum, Stoici magistris possunt appellare certius, quod apud Theophrastum & Aristotelem, Peripateticis, itemque de ceteris, ut iam nihil omnino reliquum sit, quod doceant Academici, iuxta Fauorini quidem disputationem. Si quidem hoc sane docuerunt illi ueteres, nullam esse datum homini iudicium à natura, quo collatis inter se rebus omnibus, exacte possit dignoscere. Eoque nulla de re pronuntiandum esse censebant, sed semper de omnibus suspendendam esse sententiam. Verum si nobis physicis concedant, ut oportet, sensum, iam nihil opus habebimus in utranque partem exerceri, sed alia quadam re fuerit opus, uidelicet repetitione: ut artifices, non statim artem præbent discipulis, sed aliud exigunt, nimirum considerationem eorum quæ tradita sunt, quod à plerisque dicitur ad calculum uocare, hoc autem est instare ei qui exercetur, & in hoc animaduertere, ubi labatur, eaque sola corrigere. Consimili modo, qui pueros exercent ad palestram, corrigunt luctantium errata. Sic & grammaticus & rhetor, & geometres, & musicus docent, non labefactantes neque conuellentes in discipulis fidem quam habent naturæ iudicio, sed instantes ijs, quos exercent, donec in singulis actionibus eorum prouexerint, ut iam non errent, tantum abest ut inducant sententiæ suspensionem. Perinde enim faciunt, qui suspendunt sententiam ne credant euidentiæ rerum una cum sensibus, atque qui contemnant ea, quæ certo ab aliquo cognoscuntur. Itaque Carneades ne illud quidem quod est omnium euidentiissimum concedit esse credendum, quod magnitudines, uni cuiuspiam æquales, sint etiam inter sese æquales. Rationes igitur quibus conatur destruere, & hæc & alia per multa, quæ tibi euidenter apparent credunturque esse uera, adhuc in hunc usque diem seruatas habemus, proditas scriptis, ab illius discipulis collectas. Solutiones autem nec ab illis, nec ab alio quopiam Academicorum, qui post Carneadem fuerunt, datae sunt. Eares sola declarat, istius rationes omnes esse sophisticata: Nobisque quærenda sunt de discipulis istarum solutiones. Improbum est enim hoc, attamen nihilominus improbum fecerunt illi, qui scripserunt quidem has, ceterum uobis non indicauerunt, quales essent. Lubes autem perconter, si uel Fauorinus adesset, utrum me iubeat credere omnibus istis rationibus, an considerare, ueræ ne sint an falsæ. Vnum hoc sane concessit, considerare. Rogarem autem post hæc in uniuersum, num homini natura uis insit iudicandi, quæ sermo-

nes

nes ueros discernat a falsis, an potius ars quædam & ratio sit, utrunque cognoscendi. Si natura, qui sit ut non omnes inter nos consentiamus, neque similiter iisdem de rebus pronunciamus: Sin ars est ac ratio, hæc omnium primum erat discenda, deinde conueniebatur doctores iudo præfectos uarijs modis exercere discipulos, multis propositis exemplis, quemadmodum instituntur qui discunt artem luctandi, aut coriariæ, aut fabricandi domos, nauæque, aut rhetoricæ dicendi, aut legendi, aut scribendi, aut ut summam dicam, quidlibet aliud operari iuxta artem. Proinde si quis Academicorum scripsit, quæ tandem res sit demonstratio, quod sophistica, & quomodo oporteat alterum horum ab altero discernere, & quemadmodum in his oporteat exerceri, quemadmodum Fauorinus admittit iudicium discipulorum, in utranque partem exercitatorum, nisi quod superuacaneum est, nimirum docuit Academicus omnia quæ dicta sunt, haberemusque nos præceptores, qui propria decreta doceant. Quod si nullus istorum scripsit quomodo ista differunt, nec exercuit quenquam, perinde facere uideatur, ac si faber præcipiat discipulo, ut & metiatur, ut arietem, ut dirigat, & circum describat, nec interim det illi cubitum quo metiatur, nec xystron quo poliat, neque regulam ad quam dirigat, neque circinum quem circumducatur. Atqui forsitan dicet tale nihil esse in philosophia ac dogmatibus. Ne igitur posthac ad similes te aliquid scire, neque pronuntia, neque desicce à ueterum Academicorum decreto, qui prodiderunt suspendendam esse sententiam, neque te iacta dum facis, quod solet grammaticus, qui semet in his exercuit, quæ dicta sunt à prioribus. Proinde nihil apud illos esse præclarum, perspicuum est consideranti. Neque enim hoc est eius qui docendi munus proficitur, sed nugacitas potius quædam est & ineptia. Vnde igitur cognoscendi ueritas reliqua est: Etenim cui non adest iudicium ueri ac falsi, huic nulla spes est cognitio nis. Tantum hoc stude, ut sophisticas doceas, nullam nobis à natura insitam uim iudicandi. Deinde fortassis impudenter nobis, inquit, & sensum & intellectum, quibus euidenter iudicamus de uero, concedet aliquis, cupiens nos in logicis frustranea spe uoluntari. Quicumque uero sustulerunt totam spem, quod fecit ille, frustra nugantur. Perspicuum igitur est quod Fauorinus pudore subuertit omnia, & quod inde fateatur nihil sciri, unde ueteres Academici Pyrrhonijs dicebant, Ceterum sic discipulis permittere iudicium, quod priores ne sibi quidem ipsis permittebant. Ergo quod eiusmodi doctrina & institutio discipulorum artem quamcumque discendum, qualem sentit Fauorinus, non solum ceteris præstantior non sit, uerum ne doctrina quidem omnino dicenda sit, opinor à nobis dilucide demonstratum. Iam de reliquis, quæ doctrinæ quidem sunt omnes, an optima sint consideremus, rursus ab iisdem ordientes. Apparet enim hoc nobis euidenter, quod sophisticæ maxime student sibi reddere incredibile, nullum esse iudicium naturæ. Etenim circinus pingit circum, cubitus autem discernit longitudinem, quemadmodum lances grauitatem. Hæc autem ipse fabricatus est homo, ex naturæ instrumentis ac iudicio impulsus: quibus nullum ultra iudicium nec antiquius habemus, neque præclarior. Hinc igitur incipiendum est. Dicit enim rursus ipsa mens, quod possibile nobis est naturali iudicio, credere siue non credere, ipsum autem iudicium per aliud aliquid iudicare, possibile non est. Qui fiet enim, ut id quo iudicantur reliqua omnia, ab alio quopiam iudicetur? Credere uis oculis clare cernentibus, & linguæ gustanti, hoc quidem esse malum, hoc uero sicum, an non credere? Concedam quod uoles facere in nobis, siquidem studes mecum disputare. Quod si non credis, discedam abs te, uelut ab eo, qui præter naturam affectus est. Ponamus primum te non credere, neque sperare futurum ut quicquam ex me discas. Hoc enim modo coeperam dicere. Ponamus rursus te credere ac spem esse futurum, ut ex me discas iudicare. Ceterum ego sentio, iudicare, sensibilia quidem ex his quæ euidenter apparent sensibus, intelligibilia uero, ex his quæ dilucide intelliguntur. Quopiam autem ex naturæ iudicio artes omnes parant & instrumenta & iudicandi secundum artem organa, per quæ alia quidem ipsi sibi componunt, alia rursus ab alijs composita, iudicant, & ego docebo in uniuersum, & instrumenta & iudicia, tum ea per quæ tibi parabis ueros sermones, tum ea per quæ iudicabis ab alijs dictos. Sic enim habes totum. Etenim si quid ex sese euidenter apparet sensibus aut intellectui, ad nihil opus est inquisitione. Quod si nihil est tale, necesse est ut accedat cognitio, quæ aliunde paratur. At ego polliceor me traditurum tibi quædam, quæ respondeant instrumentis, quæ fiunt ab arte, ex

Tom. I

EeE 3

quibus

quibus inuenies, quod queris, alia uero respōdentia iudicis, ex quibus iudicabis, an uere tibi uidearis inuenisse. Hęc autē ubi didiceris, multis exēplis exercebo te, ut & celeriter & exacte inuenias iudicesq; quod quæris, ut posthac nec ullo libro futurum sit opus, ad inuentionem ueri, nec alia doctrina. Mox & alijs dicētib; aliquid eorū, quæ cupis inuenire, facile poteris cognoscere. Etenim qui cognouit rectam uiam, rectam esse, non eget alia doctrina ad redarguendum eos qui aberrant. Ita qui rectam demonstrationis uiam perdidicerit, protinus cum hac nouit uias erroneas. Fauorinus autem mihi uidetur simile quiddam facere, quasi si quis dicat te cæcum esse, nihilominus tamen iudicare posse, uer nostrum sit sordidior aut candidior, haud reputans secum, quod ei qui talia sit iudicaturus, opus est adesse uisum. Atqui nihil refert, quod ad iudicandum attinet, utrum omnino uisu careas, an quum habeas, illi non credas. Ad eundem autem modum, quod id quo iudicamus est tale quiddam, quodq; quæ huic paria sunt, sunt & inter se paria, quem admodum asinis nemo permittet iudicare, quoniam omnino mente caret: ita nec hominibus, si uel ne hi quidem mentem habeant, cui credi possit. Nihil enim interest, quod attinet ad incertitudinem eorum quæ iudicanda sunt, an omnino nullum habeas iudicium, an non credas illi. Ridiculus est igitur Fauorinus, permittens iudicium discipulis, quum organis iudicandi detrahat fidem. Etenim si nihil est euidens intellectui, aut certum ex sese, perijt omne rerum iudicium. Contra si est quidem, uelut oculus in corpore, sic intellectus in animo, non tamen omnibus pariter acutus, consentaneum est, ut quem admodum qui cernit acutius, adducat ad id quod uidetur eum, cui uisus est ebetior, Ita quibus contigit in rebus intelligibilibus perspicere clare, quod offertur intellectui, adducāt ad contemplationem eandem, maxime cæcutientē. Atque hoc est præceptoris officium, ut inquit Plato, & ego assentior. Et his de rebus scripsimus copiosius in tractatione demonstrationis, quod doctrina talis quædam sit euidens ad intelligentiam. Scripsimus autem & illud, quomodo quis exorsus in unoquoque ab elementis, ac principijs maxime demonstrare possit, quicquid est demonstrabile: non quemadmodum admirandus ille Fauorinus facit per totum librum, in quo demonstrat, ne id quidem comprehendere possit, solem esse: ac nobis obliuosis in utraq; disputat partem, cōceditq; esse aliquid quod certo cognosci possit, cuius iudicium & electionē permittit discipulis.

GALENI QVOD OPTIMVS MEDICVS
idem sit & philosophus.

QUOD accidere solet Athletis plerisque, qui cupiunt quidem in Olympijs uictores euadere, cæterum ut id assequantur nihil exercent curantue, tale quiddam & medicis compluribus usu uenit. Nam laudant quidem Hippocratem, ac medicis omnibus anteponunt, ut autem ipsi similes illi reddatur, quid uis studio habent potius quam hoc. Atque alij quidem non mediocrem momentum adferre ad rem medicam aiunt astronomiam, & quæ hanc uidelicet necessario præcedit geometriam, ipsi uero non modo neutram harum cupiunt discere, uerum etiam incusant eos qui id conantur. Rursus alius uult exacte cognosci naturam corporis, asseuerans id esse principium totius rationis medicæ. Verum istdem, rerum harum adeo studiosi sunt, ut non solum ignorent, uniuscuiusque partis naturam, aut flexum, aut duplicaturam, aut magnitudinem, aut communionem quam habet cum uicinis partibus, uerum ne situm quidem eius intelligant. Et tamen ex eo quod ignoramus speciatim simul ac generatim distinguere morbos, accidere medicorum errorem circa curandi scopos dixit Hippocrates, qui iubet nos exercere speculationem rationalem. At horum temporum medicis, tantum abest ut hac exercitati sint, ut alios id facientes damnent ueluti inutilia conantes. Istidem, ut ante cognoscas tum eos qui præcesserunt, tum præsentem tum futuros laboranti morbos, multo studio curaque præparari oportere dixit Hippocrates. Isti uero circa hanc artis partem adeo laborarunt, ut si quis prædixerit sanguinis eruptionem, aut sudorem, impostorem, & incredibilia pollicentem appellent. Vix autem isti latenti sint, si quis alia quoque prædicat, sed istdem uix unquam constituere poterunt uictus rationem ad futuram morbi intensiōem. Atqui Hippocrates, sic dicit esse moderatam

randam uictus rationem. Quid igitur tandem reliquum est in quo uirum æmulantur? Nam is quidem non solum in alijs, uerum etiam in explicandi dexteritate præcellit. Quod istis adeo in diuersum succedit, ut eorum multos uidere liceat eadem in dictione bis peccantes, quod quidem nec intelligi facile queat. Eo que mihi uisum est inquirere, que nam esset causa, per quam fieret ut omnes unum admirarentur, nec tamē legant illius libros, neque si id faciant, intelligant quæ dicuntur, aut si quis id quoque consequatur non perducatur speculationem artis rationem, ad experientiam, studens confirmare quod didicit, & in habitum ducere. Tandem ubi repererit omnia ex animi sententia, quæcunque uel consilio, uel uiribus homini possunt adesse: desit autem horum alterutrum, ut illorum etiam sine frustreretur necesse est. Protinus quidem Athletas uidemus, uel ob corporis malam habitudinem, uel ob negligentiam exercitationum, frustrari expetito fine. Iam uero si & corporis natura digna fuerit uictoria, nec in exercitatione quicquam possit desiderari, quid negotij fuerit hanc coronam ferre in certaminibus? Vtrum igitur in utrisque sunt infelices horum temporum medici, neque uires, neque consilium satis idoneum adferentes, ad artis exercitationem, an alterum quidem illis adest, altero uero destituuntur? Cæterum nunc nasci neminem, qui natura satis compositus sit ad percipiendum artem tam familiarem & amicam humano generi, mihi dictu uidetur absurdum, quum nunc idem sit mundus, qui fuit olim, quumque nec horarum ordo sit immutatus, neque solis circuitus inuersus, nec aliarum stellarum siue fixarum, siue erraticarum ulla mutata sit. Verum probabile est ob malam educationem, qua nunc educantur homines, & ob diuitias antepositas uirtuti, iam neminem amplius existere qualis fuit uel Phidias inter statuarios, uel Apelles inter pictores, uel Hippocrates inter medicos. Et tamē nobis quod ueteres illos ætate sequuti sumus, quodque ab his artes ad summum prouectas recepimus, non mediocris fuit prærogatiua, quod facillimum sit ea quæ multo tempore parata docuit Hippocrates paucis annis ediscere. Quo facto, licet quod superest ætatis ad inuenienda quæ restant insumere. Atqui fieri non potest ut qui pluris faciat diuitias quam uirtutē, quicq; artē non in hoc didicit, ut de hominibus bene mereretur, sed ut ditesceret, ad proprium artis finem perueniat. Citius enim alij ditabuntur, quam nos ad artis summationem peruenire queamus. Proinde fieri nequaquam potest, ut simul & pecuniæ studio seruiamus, & artem tam arduam exerceamus, sed necesse est, ut qui uehementius incumbit in alterum, alterum negligat. Possimus ne igitur, ex huius temporis hominibus proferre quempiam, qui hactenus expetit possidere pecuniā, quatenus satis est, ad suppeditandum corporis necessitatibus? Est aliquis, qui possit non solum oratione fingere, uerum etiam factis ipsis docere, finem diuitiarum iuxta naturam haud longius proferri, quam ne esuriamus, ne sitiamus, ne algeamus? At sanē si quis talis est, is contemnet & Artaxerxen & Perdiccam, & alterius quidem nec faciem uidere dignabitur, alterum uero sanabit quidem morbo laborantem, & Hippocratis artem implorantem, haud tamen dignabitur illi assidue conuiuere, sed interim curabit pauperes Cranone & Thaso, alijs que oppidulis laborantes: uerum relinquet Cois & ciuib; Polybum, alijsque multos discipulos: ipse autem per omnem oberrabit Græciam. Nam oportet eum non nihil scribere & de regionum natura. Vt igitur experimentis iudicet, quæ ratione didicit, oportet ipsum omnes ciuitates oculis intueri, & quæ uergunt ad meridiem, & quæ ad septentriones, & quæ ad solis exortum, & quæ ad occasum: ac dispicere quæ sit in plano, quæ in ædito, quæ iuxta litus aquis obnoxia, quæ fontibus abundans, quæ pluuijs, quæ que stagnis ac fluminibus sibi suppeditans. Neque negliget discere, si qua aquis uehementer frigidis utatur, si qua caldis, si qua nitrosis, si qua constrictiuis, aut alijs rebus eiusmodi. Videbit autem & magno flumini imminentem ciuitatem, aut stagno, aut monti uicinam, aut mari: cæteraque omnia perspiciet, de quibus ipse nos docuit. Itaque qui talis sit euasurus, eum non solum oportet negligere pecunias, uerum etiam supra modum impigrum esse & industrium. Atqui fieri non potest ut aliquis sit industrius & impiger, qui inebriatur, qui se ingurgitat cibo, qui studet Veneri, & ut in summa dicam, qui pudendis ac uentri seruit. Itaque qui sobrietatis amator est, nec minus ueritatis amans, hic uerus medicus comperitur. Iam & ars rationalis discenda exercendaq; est, quo sciat quot in uniuersum sint morbi, secundum species ac genera digesti: deinde

quo pacto cuiuscq; sit sumenda curationis ratio. Hæc autem eadem ars docet etiã corporis nosse naturam, tum eam quæ constat ex primis elementis, quæ tota inter sese coheret, ac vicissim alia pendent ab alijs, tum eam quæ constat ex secundis, videlicet sensibilibus, quæ sanè uocantur homœomera, hoc est similitum partium, ad hæc tertiam quæ constat ex instrumentalibus partibus. Quin insuper horum unumquodq; quæ dicta sunt, quem usum præbeant animanti, & quid operentur, & hoc oportet haud quaquam oscitanter explorare, sed per demonstrationem certum & persuasum habere, quod quidem ars docet rationalis. Quid igitur iam deest medico, quo minus sit philosophus, quisquis Hippocratis artem ut par est exercuerit. Etenim si ut deprehēdat quidem corporis naturam, ac morborum discrimina, curationumq; rationes in logica speculatione conuenit exerceri, ut uero impigre in his exercendis perseueret, oportet contemnere pecunias, & sobrietatem amplecti, nimirum omnes philosophiæ partes habebit, tum eam quæ rationalis dicitur, tum eam quæ naturalis, tum eã quæ moralis. Nec enim iam periculum fuerit, ne qui pecunias contemnit, quicq; sobrietatem colit, absurdum aliquid committat. Quicquid factioris audent homines patrare, aut auaricię persuasum, aut uoluptatis fallacia, patrant. Ita necessario cōsequitur, ut & reliquas habeat uirtutes, omnes enim inter sese coheret, neque fieri potest, ut unam quamcunq; sequaris, quin protinus & omnes alias habeas consequentes, tanquam ex uno fune reuincas. Quod si necessaria est medicis philosophia, tum ad eam cognitionem unde sit initium, tum ad exercitationem quæ sequitur, perspicuum est, quisquis medicus est eundē omnino & philosophum esse. Nec enim arbitror ulla demonstratione probandum esse, quod medicis opus sit philosophia, ad recte utendum arte, quum plerunq; uideamus eos ueneficos esse non etiam medicos, qui pecuniæ studio dediti, in aliud utuntur arte, quam inuenta est. Num igitur amplius de uocabulis digladiaberis ac nugaberis contendens, temperantem quidem ac pudicum, pecuniarum contemptorem ac iustum oportere esse medicum, non tamen esse necesse ut sit philosophus, & corporum naturam cognoscat, & actiones instrumentorum, ususq; partium, ac morborum discrimina, curationumq; rationes, quumq; cōcedas illi, ut circa rationalem speculationē aut in actionibus sit exercitatus, de nominibus erubescere disputare: Quamquam id ferò quidem. Præstat autem ut nunc, non graculi aut corui more, de uocibus de certis, sed ipsi rerum ueritati des operam. Non enim illud dicere poteris, quod nemo qui dem textor, aut corarius citra disciplinam & exercitationē unquam euafurus sit, iustus autem, aut temperans, aut demonstrandi peritus, aut excellens in cognitione naturæ sub isto fiat aliquis, qui nec præceptore sit usus, nec ipse seipsum exercuerit. Hoc itaq; si uideatur impudens, alterum uero contendens est non de rebus, sed de nominibus, nobis in eo philosophandum, quod prius dictum est, si modo uere sumus Hippocratis amulatores. Idq; si fecerimus, nihil uerat, quo minus euadamus, non dicam illi similes, sed superiores etiam illo, perdiscetes quidem quæ recte ab illo scripta sunt, quæ uero restant nostra ipsorum industria inuenientes.

F I N I S.

DES. ERASMV S ROTERODAMVS
Lectori S. D.

NON NUNC redisse uidentur hominum mores, amice lector, ut quod cuiq; libuerit, idem sibi licere putet: tantaq; sit iniuriã inferendi licentiã, ut nos pudeat toties queri, quum alios non pudeat sine sine lædere. Adolescēs annos natus plus minus octo decim, rogatus sum à quodam ludi literarij magistralo, ut ex Laurentij Vallæ elegantijs quædam decerperem, puerorū rudium ingenijs accommodata, cui gemina facilitate, tum ætatis, tum ingenij, morem gessi, ac plus quam tumultuario studio quæ uidebantur enotaui. Scriptum literatori tradidi, nullo mihi referuato exemplari, de ædendo nihilo magis cogitans, quam de meipso suspēdendo. Id nunc prodisse uideo, exemplaribus innumeris propagatum. An non hæc sit aurox iniuria

iuria, & legibus uindicanda, iudicet boni uiri. Nec hoc satis uisum est, affixerunt titulum Paraphrasis: quod ludibrij causa factum uideri potest. Tolerabile fuerat Epitomen appellare. Ne id quidem istis uisum est satis iniuriã, admisuerunt nonnulla, quæ nec in Laurentio habentur, nec à me sunt addita: rursus quædam omiserunt, quæ prætermitti non poterant. Hactenus iniuria potest appellari, illud uero non iam iniuria solum est, uerum etiam extremi stuporis, quod præter argumenti naturam opus distaxerunt ordine literario. Atqui hoc nõ erat ordinare, sed scopas (ut aiunt) dissoluere. Tota ferè huius operis ratio, constat similitum ac dissimilitum dictionum collatione: quæ si distrahantur, cæca est præceptio. Veluti quum Laurentius ostendit quid intersit inter ut, sicut, uelut, tanquam & quasi, quid absurdus si quis horum singula in singulas distrahat literas? Atque adeo in ipso statim huius operis initio, habes quid sit abstinentia, continentiam ac temperantiam ne in suis quidem literis inueniebamus. At Vallæ hæc tria inter se confert, continentiam, abstinentiam & temperantiam. Quid quod quædam habent præceptiones generales, de datiujs in abus, de gerundijs & gerundijs, de utroq; supino, de comparatiuis & superlatiuis, de reciprocis, quæ per literas diuidi non possunt, nisi forte asinabus quæram in a, filiabus in f, equabus in e, deabus in d, & item de cæteris. Vnde liquet quisquis hoc fecit, adeo nullum habuisse iudicium, ut caruerit etiam sensu cõmuni. Proinde quoniam iam bis excuso libello, uidebam typographum Gallum ad tertiam editionē accinctum, quod unum licuit feci, recognoui quod erat excusum, & additis, detractis, mutatisq; permultis, feci ut aliquanto purgatius uersaretur in puerorum manibus, quãdoquidem excuti non potest. Quid superest, nisi ut emittant & illos commentarios, quos ante annos xxxv. scripsi Lutetiã, non homini, sed lapidi, etq; adiurato, ne cuiquam communicaret. Quod iusiurandum ita seruauit, quasi iurasset communicaturum. Neutrū scripsi ut æderetur, & tamen illud, quod scripsi iam adulta ætate, multo tolerabilius erat, quàm illud, quod adolescens enotaui. Sed precor istis mentem meliorem, qui tantum sibi permittunt in schedas & famam alienam: qui si nec humana iura norunt nec diuina, saltem illud perpendant, num quod mihi faciunt, idem uellent sibi fieri. Bene uale Lector. In alma academia Friburgensi, pridie Calend. Ian. Anno M D. xxxiiii

EPITOME DES ERASMI ROTERODAMI IN ELEGANTIARVM LIBROS
Laurentij Vallæ.



PRÆPOSITIO iungitur omnibus consonantibus, nisi quod inter dum concinnitatis gratia, dictionibus incipientibus abs t & q præponitur abs. ut abs quiuis homine, hoc abs te peto. Li. 3. c. 66
Ab præponitur I & I consonanti, ut Ab legatis, ab rege, ab Ioue. Li. 2. c. 29
Quantū hoc perpetuū nõ est, sed pēdet ab usu ueterum, & iudicio aurium. Abdicat filiū, qui priuat omni iure filij. Exhæredat filiū, qui tantū submouet ab hæreditate. Itaq; quisquis abdicatus est, idē est exhæredatus, non contra. Abdicatio opponitur adoptioni, & transfertur etiã ad alia. Generū abdicat, qui repudiat sponsum. Magistratu se abdicat, qui deponit. Abdicatio cõtraria est & dedicatio siue dicatio. Dicat, qui alteri propriū aliquid facit: abdicat, qui alienat. Abigimus, quæ ubi accesserint expellimus. Arceamus quæ prohibemus ne accedat. Abigimus muscas iã insidētes, Abigimus aues sonitu, Arcem? easdē ne ausint accedere. Abigei hinc abactores dicitur, qui pecudes ex agris alienis abducunt. Crimē, abigeatus dicitur. Plagiarj qui aliena mæcipia seu liberos abducunt, Crimen plagium dicitur. Peculator, qui de principis aut populi ærario suffuratur: Crimen, peculatoris. Sacrilegus, qui sacra siue de sacro loco tollit aliena: Crimen, sacrilegium. Fur, & furtum, generalia nomina sunt. Prædo, qui ui rapit. Latio, qui in belli speciem ferro grassatur. Pirata, qui idem facit in mari. Compilat, qui clam spoliat. Compilat serui dominos. Compilauit scrinia mea. Neq; enim recte dixeris, compilauit libros aut pecunias. Expilat populum, qui exactionibus spoliat. Li. 6. c. 10
Abominari, est dicitum ueluti sinistra omnis auersari deprecariq; Veluti quum dicimus

mus: Si quid tibi acciderit humanitas, quod deus prohibeat. Omen enim proprie est diuinationis sumpta ex fermone cuiuspiam. Hinc male ominari, & bene ominari. Sic augurium ex auibus diuinat, & auspiciū: Aruspex, ex pecudum extis. Vsurpatur abominari generaliter pro detestari.

Abundat, non quod superfluum est, sed quod est copiosum & cumulatum. Redundat, quod superuacaneum est. Abunde mihi satisfactum arbitror, Abunde magnū fructum cepi: Quanquam inuenitur, abunde fructus, ut satis fructus. Redundans uerborum copia uitio datur. Relatiue usurpatur: Hęc omnia in tuum caput redundabūt. i. refundetur.

Li. 4. c. 41

Abstinētia uirtus est, qua temperamus ab alienis. Cui opponitur rapacitas. Alieni abstinens, sui praelargus. Contingētia est uirtus qua ratio temperat affectui, præsertim circa uoluptates corporis: rursus proprie circa libidinem, quam Græci uocant *εὐλαστειαν*. Cui contraria est *ἀλυσία* incontinentia. Temperantia genus est ad omnium affectuum moderationem pertinens. Bisariam loquimur, Abstinuit uino & Venere, abstinuit a uino, Abstinuit se ab illius commercio. Non abstines manum. Abstenti dicuntur Christianis, quorum communio uitatur. Continens & incontinens absolute dicuntur. Non me cōtineo quin te admoneā. Nō mihi tēpero. Cōtinēs dicitur terra, quæ nō est insula. Cōtinēter uiuit qui caste uiuit, Cōtinēter loquitur qui perpetuo loquitur, Græce *συνεχος*,

Li. 1. c. 5

Li. 4. c. 2

Acicula, diminutiuum ab acu, non acufcula, quemadmodum a manu manufcula.

Accedere duo significat, Primum adire, inde accessus, aditus. Nō patet tibi ad preceptorum accessus. Secundo sonat, incrementum siue auget, atq; adiungi: Inde accessio pro incremento. Accessus maris & recessus dicitur, quum ad nos affluit ac refluit. Accessio ferbris dicitur intentio, quæ Græcis dicitur *παροξισμος*. Cui contraria est remissio. Et quem admodum dicimus, Accessit me & accessit ad me, pro adijt, ita dicimus, Hoc accessit calamitatibus meis, & accessit ad calamitates meas: accedit his, & accedit ad hæc, & huc accedit, siue eodem accedit pro adiungitur: Cui contrarium est decedit. Quantum tuæ accedet incogitantia, tantū meā in te beneuolentiæ decedet. Tantus est meus in te amor, ut nihil possit accedere, uel, ut nulla fieri possit accessio. Dicimus & accessionē adiungere, p. adde incrementū. Et apud iureconsultos accessoriū dicitur, quod principali adiungitur.

Actus fabulæ, est pars fabulæ. Actio fabulæ, est ipsa per gestus representatio. Quamquam & Oratoris dicitur actio, pronuntiatio cum gestuum ac uocis moderatione, Unde histriones fabularum actores dicuntur, non gestores: & qui consulis personam gerit, consulem agere dicitur, & qui scurram imitatur, scurram agere. Apud iureconsultos distinguitur actus a uia & itinere: item ire & agere.

Li. 4. c. 9

Acta possunt esse priuata, quæ codicillis aut testamentis continentur, Gestu publica sunt, ut gesta Romanorum: quanquam elegantius dicuntur res gestæ. Interdum tamē actus pro gestis legimus. Gestus est ipsa moderatio motus, uultus, & corporis. Gestio est rerum perpetratio. Gestus est Oratoris aut histrionis, Gestio est ducum aut principum. Gerere magistratum dicitur, non agere. Agere causam dicimus, non gerere. Gestor, factorum autor. Actor causarum aut fabularum dicitur, quanquam in causis forensibus actor dicitur, qui intendit litem: patronus qui defendit reum. In anticategorijs uterq; est actor & reus: unde & reum peragere dicitur, quem quis accusat.

Li. 4. c. 28

Acini densius nascuntur: ut grana uuæ, hederæ, sambuci, ebuli, mali punici & similitum, acini dicuntur, non baccæ. Nam baccæ rarius nascuntur, ut fructus lauri, oliuæ, myrti, lentisci, iuniperi, corni, loti, quæ & faba syriaca dicitur, lentisci, ac similitum baccæ dicuntur, non acini. Poma dicuntur quibus uescimur, ut cerasium siue cerasum, pyrum, pomū, melospilum, ficus, & si qua similia, non acini neq; baccæ. Castanea, pīnus, corilus siue auellana, amygdalus, iuglans, & his similes arbores, nuces parunt, non poma, aut baccas, aut acinos. Tamei Vergilius castaneas nuces dixit. Et idem, Ebullit baccas dixit, nō acinos. Quin & margaritæ siue uniones ob rotunditatem baccæ dicuntur. Pomum genus est, cui subijciuntur malum ac pyrum. Quidam pomi uocabulo pro malo abutuntur. Malum & pyrum differunt specie, sed utrunq; complectitur pomi uocabulum. Ab his omnibus separatae sunt glandes.

Li. 4. c. 49

Aceruus rerum minutarum est, ut frumenti & leguminum, aut pomorū, aut nummorum. Verg. dixit aceruum scutorum, Strues lignorum est: Strages cadauerū simul iacentium

tium Sarcina utensilium simul compositorum. Fascis item rerum simul colligatarum ad gestandum. Onus est quicquid onerat portantem: dicuntur & plaustrorum & nauium onera. Congeries generale nomen est. Cumulus est ingens uis rerū compositorum. Thesaurus proprie rerum sepositarum ad custodiam. Mundus est composita uis earū rerum, quibus ad ornatum utuntur foeminae.

Accola qui iuxta montem, flumen, lacum, aut mare habitant, ut accola Tauri, aut Rhodani. Incola, qui in urbe aut pago alieno habitant, qui Græcis *ἑπιουροι* dicuntur. Indigenæ, qui illic habitant ubi nati sunt, quos Græci uocant *αὐτοχθονας*. Aduenæ, qui aliunde quopiam commigrarunt ad aliam gentem. Inquilinus, qui in alieno priuato habitabat, præcipue conducto.

Actum est, de rebus deploratis dicitur. Actum est de republica, actum est de literis, id est, nulla spes est. Idem Græci dicunt *ἀπαραίτητον*. Agere interdum ad fortunam & conditionem pertinet. Quid agitur, id est, quomodo uales: Quid agunt tui: Græcis dicitur *ἀνασπάζειν* quorum res prospere cedūt. Præclare mecum actum putabo, si incolumis discessero. Bene, optime, melius, commodius, mitius, inclementius, durius mecum ageretur. Male, peius, pessime cum illis actum est, id est, pessime tractati sunt. Interdum actiue, Melius cum illis egissent, si statim occidissent.

Accusat, qui culpam impingit, siue apud iudices, siue priuatim. Inculat, qui de moribus queritur expostulatue. Filius ius erat patrē accusare dementia: Quid me inculas Clitiphor: Cæterum quod Seruio autorem, maior accusat minorem, minor inculat maiorem, non est perpetuo uerum. Interdum alterū pro altero ponitur, nisi quod in iudicij forensibus, nemo dicitur inculari. Accusatio inimicorū est, inculamus & amicos. Vtrunq; refertur ad rem & personam. Inculat tuum silentium, Inculas me quod nihil scribā, Accusat tuam contumaciā, accusat te de cōtumacia, quemadmodū excusare, de quo suo loco.

Acedia, quam uulgus corrupte uocat accidiam, tædium est honesti laboris, contraria industria, quæ Græcis *φιλοπονία* dicitur.

Adeo pro eo posuit Terentius: Adeo rem redisse. Adeo absolute, ponitur pro uale. Adeo adolescentem adeo nobilem. Nonnunquam est corrigentis siue augētis. Pecuniam omnem prodegit, atq; adeo uitam simul & famam in summum discrimen adduxit. Interdum ualet idem quod in tantum in oratione quæ constat duobus uerbis. Rursus sic interdum præcedit: Adeo superbus est, ut nemini cedat. Interdum sequitur: Mire ferox est, adeo ut nec patri cedat. Nonnunquam sequitur in oratione, quæ nō habet nisi unum uerbum: Nec parenti concedit, adeo ferox est. Totidē modis usurpatur, usque adeo & usq; eo, nisi quod hic plusculum est uehementiæ: Vsq; adeo ne Scire tuum nihil est: Cauendum ne hic pro ut, ponatur, quo nihil magis solœcum, ut cūq; multis usitatum est. Adeo doctus est, quod neminem habeat parem.

Patronus, qui defendit reū in iudicio. Vnde patrocinari pro auxiliari, & patrociniū pro auxilio. Aduocatus, qui adest periclitanti, auxiliaturus si quid opus sit. Quanquam & actor interdum adhibet aduocatos. Horum officij aduocatio dicitur. Qui seruos manumittunt, pro seruis habent liberos, ipsi pro heris fiunt patroni. Rursus, qui sunt aduocati cuiuspiam & clientes, quoniam illius præsidio nituntur, patronos eos appellant.

Aduenire dicitur & qui iā in propinquo est, & aduenisse qui iam adest. Aduentat qui longius abest in itinere. Nec is aduentasse dicitur quum peruenerit. Vxor aduenienti uiro occurrit ad limen, aduentanti non occurrit. Ventitat, qui frequenter uenit.

Adorare quanquam ab orando dictum est, tamen adoramus & sine uoce, ueluti gestu corporis, quod tribuitur & mutis animantibus. Elephantus enim dicitur adorare solem, & nos adoramus statuas diuorum, aut signum crucis, non oramus. Idem supplicare dicimur, quū a plicadīs genibus dictū sit, tamē & sola uoce supplicare dicimur, præsertim quū abiectionibus utimur uerbis. Hoc qui facit, supplex dicitur, Græcis *πρόσβυξενος*, qui ad orabūdus aliqd petit. *προσκύπτω*, qui gestu adorat. *ἰσχυρόν*, qui supplex genibus cōtractis aliqd petit. Addicit uēditor rē licitatori, quā illius esse iubet, dicens, tuū esto: isq; iā ex licitatore fit emptor. Id potissimū fit in auctione. Vēditor interdū addicit rē minus precij offerētī, si uideatur emptor magis idoneus. In diē addici dicitur, quod ita uēditur, ut nō statim fiat tuū, sed ad diē præscriptū. Ita ad mensum uinū dicitur quod mensura

mensura traditum est: & adnumeratum quod numero traditur.

Additus literis dicitur, qui totus illis deditus est, quemadmodum deuotus alicui dicitur. Morti deuotus, qui morti decreuit.

Li. 5. c. 66 Adulamur seruiliter, etiam gestu, quod nobiscum commune est canibus. Assentamur ad gratiam loquentes; eoq; assentatio non tribuitur mutis animantibus. Blandimur quoquo modo dum placere studemus magis quam uera dicere. Quanquam & factio blandimur, ueluti qui pinxerat Venerem de formem, dicitur blanditus Mineruæ. Dicitur & blandiri uicij nostris, dum ea excusamus aut attenuamus: Blandiri calamitatibus, dum eas eleuamus. Palpamur manibus, dum blandimur equis. Id transfertur ad alia. Inde palpones adultores dicitur: & palpum obtrudit, qui blandiendo fallit.

Li. 5. c. 58 Aduersamur ei cui repugnamus, Auerfamur eum quem detestamur. Vnde aduersa fata dicuntur quæ nobis obstant. Auerfi dii, qui precib. nostris surdi sunt. Preces & auersum ad louem, Horatius, Dicitur auersus à studijs ac lucro, qui ab his abhorret. Legitur & auertitur pro auersatur.

Eheu quam furda miseros auertitur aure.

Li. 5. c. 51 Adesse trariam accipitur: adest qui præsens est, cui contrarium abesse. Gaudeo me in illis turbis non adfuisse. Secundo adest qui auxilio est, fauetq;: Modo Iuppiter adlit. Ad sunt qui præstant aduocatos. Huic contrarium est deesse. Tertio significat aduenire: Huc ades o formose puer, id est, huc ueni. Totidē modis accipitur præsto esse: In quibus causis tu etiā Brute, præsto fuisti, id est, præsens. Sponde, noxa præsto est. Multis præsto fuit, id est, multis fuit præsidio. Hirundines æstate præsto sunt, id est, adueniunt, hyeme recedunt. Præsto pro præsens uni tantum uerbo iungitur, sunt, eiq; simplici.

Li. 5. c. 90 Admoueo appono, amoueo aufero. Admoue manū rotæ, si rē faciā uelis, Admouemi hi aurē. Amoue te hinc, aufer te hinc. Sic admolimur quod aduigimus, Amolimur qd remouemus. Aduertimus animum quum attendimus, Auertimus quum ad alia uertimus.

Ibidem Aduersa uulnera quæ in pectore fronteq; accepta sunt, & laudi dantur: Auerfa quæ in tergo, & probro dantur. Cicero: Et aduersus & auersus impudicus es, id est, à fronte atq; à tergo. Stabat aduersus, sedebat auersus, id est, ostendebat mihi tergam.

Li. 6. c. 20 Ad summam, siue in summa, quum paucis omnia complectimur. Pro eodem dicitur summam & summa sine prepositione: Doctus, factus, formosus, diues, clarus, in summa omnibus deorum muneribus ornatus. Plinius pro eodem dixit, breuiter. Pro eodem inuenitur, ut semel dicam aut finiam. Quid plura? Ut finiam. Idem efficit deniq; quum multis commemoratis quod ultimum est addimus. Semel nō semper opponitur, bis, ter, quater, sed summam ac finem declarat. Aegrotia iam Polycharme semel, id est, fac agro tandi finem. Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo. Semel atq; iterum me conuenit.

Li. 4. c. 78 Afficis me iniuria, id est, facis mihi iniuriam, Summa me uoluptate affecere tuæ literæ. Qui iniuria affectus est, meminit: qui beneficio affectus est, obliuiscitur. Affectus morbo. Indifferenter, ut, Variæ me affecerunt tuæ literæ, id est, uarios in me affectus genuerunt.

Affectus siue affectio, est omnis animi motus, & opponitur rationi. Tres enim sunt animi partes, ratio, uis irascendi, uis concupiscendi: Siue, ratio, uoluntas & memoria. Voluntas hoc differt ab affectu, quod illa rationi coniuncta est, hic ab impetu proficiscitur. Vnde affectus tribuitur & brutis. Motus animi Græci uocant πάθος, quos Latini tum morbos, tum cupiditates uocant, sed aptissime affectus, quod genus sunt, ira, misericordia, amor, odium: sed præcipui, metus, spes, dolor, gaudium. Qui his carent ἀπάθεις dicuntur: & ἀπάθεια quibusdam Stoicis probata est: quum alieno dolore dolemus ἀνυπαθήσει dicitur. Leuiiores animi seu corporis affectiones quidam διαθήσεις appellat: Infixas, uixq; mobiles πάθη, id est, habitus, ut ira affectio est, iracundia habitus.

Affectatio est æmulatio siue appetentia rei, ferè in malum sonans, quam Græci φιλομαχία appellant. Sermo affectatus reprehenditur. Affectat laudem undiquaq; id est, uenatur & captat. Affectat uideri doctus. Affectat quietem, pro cupit, non recte dixeris.

Li. 2. c. 20 Affatim, pro abunde. Prudentius: Fruimurq; mensis affatim plenis. Dicitur & affatim uini, quemadmodum satis uini. Cicero dixit, nimis insidiarum, pro nimium.

Li. 2. c. 10 Age, quum est hortantis, numero singulari iungitur, Agite plurali, agedum utriq; Etia age rumpe moras. Agite iuuenes, expedite uires. Agedum cōferte nunc cum illo uitam. Eandem

Eandem uim habet fac. Fac honestis studijs incumbas. Et cedo quæ flagitamus aliquid exhiberi, Quis cedo te ista docuit: Cedo dextram. Sic & amabo blandientis est.

Ager interdum declarat non unum aliquem, sed uniuersum territorium urbi circumiectum, quod Græci χῶρα dicunt, ea uox complectitur & saltus & nemora, & flumina & montes. Ager Campanus, Ager Mantuanus datus est pro stipendio militibus. In hoc sensu agros dicimus, sed plurimum ciuitatum.

Alius ager est locus in rure qui colitur, siue compascuus sit, siue aruus, siue floridus, siue consitus. Consitus habet arbores, aruus aratro profcinditur, Compascuus habet gramina, Floridus seruatur apibus & uoluptati. De eodem loco agros & agrum dicimus. Horatius, Opera agro noua sabino. Idem, Satis beatus unicus sabinis. Rus est omnis locus in agris extra urbē. Inde rusticari. Campus est ampla planities siue in urbe, siue extra urbem. Vnde campus Martius dicitur, & regio campestris, quæ montes non habet.

Agit histrio fabulam, alius agit Demeam, alius Thaidem, alius Eſchinum. Agit consulem qui fungitur officio consulis. Agit iudicem, amicum, patrem. Agit personam suam qui sui similis est, Agit causam orator. Nihil agit qui frustra laborat. Aliud agit, qui non est attentus ad id quod agit. Hoc age, dicimus ei quem iubemus esse attentum. Agaso agit alinum, qui ducit. Subulcus agit porcos. Agit animā, qui morti proximus est. Aguntur pecora, ducuntur homines. Agit qui mouet & afficit. Horatius,

Et quocunq; uolunt animum auditoris agunt.

Aluearium, congregatio apum mellificantium, uel potius locus, qui multos habet apum alueos. Altilia dicuntur animantia quæ inclusa uolant, siue aues in corte aut auario, siue quadrupedia in roborario, siue pisces in uiuario, Græci οἰσῆσιν siue οἰσῆσιν uocant. Eadem sagina dicitur, unde saginata.

Aliquantum ad modum refertur, aliquot siue aliquam multi ad numerum, aliquantisper ad tempus, sed cum significatione breuitatis, quemadmodum & tantisper. Tantisper hic mane dum huc recurro. Interdum usurpatur pro non diutius. Tantisper te meū dicit uolo, dum quod te dignum est facis. Paulisper item ad tempus pertinet, ut, Paulū admოდum rei, Paulisper ausculta. Errant qui paulisper usurpant pro parum siue paulum.

Alius de pluribus dicitur, alter de duobus. Alius esurit, alius ebrius est, alios alia deleſcit. E duobus filijs alter duxit uxore, alter in bello perijt: Alter alterū subleuat. Alius interdū sonat diuersum. Alia res est, Alius es multo q̄ soles. Alter, similitudinē: Alter Tullius, id est, Tullio similis. Alter interim secundus dicitur. Tu nūc alter eris ab illo, præterijt dies, unus, alter, tertius. Per aduerbium: Vocatus, semel, iterū ac tertio nō cōparuit.

Aliquis & quispiam ferè idem significant. Quidam pro certo non nominato ponitur, interdum & quispiam. Vllus ferè interrogatiue, aut negatiue, aut subiunctiue ponitur. Non es ulli fidus, Vocat me ullus: Si quaerit me ullus, dicit me esse domi. Eodem ferè modo usurpatur quisquam.

Alleuare, est in altum tollere. Quintilianus. Vidit multos, quorum supercilia ad singulos uocis conatus alleuarentur. Eleuare est minuere & extenuare. Quintilianus, Nec eleuare tantū beneficij autoritatem. Eleuatum est super limina templi, pro sublatum, ab Hieronymo dicitur ambigui uitandi causa. Alleuare est leuius reddere.

Alere est nutrire paruos ut crescant. Inde alumnus. Transfertur autem plerunq; ad in corporea. Puerile studij laudibus alitur, id est, augetur. Memoriam ingeniumq; assidua exercitatio alit. Corporis uires labor modicus alit. Ouidius,

Lenis alit flammæ, grandior aura necat.

Alumnus, significat eū qui alitus est, nō qui alit: passiuè significat semper. Altor q̄ alit, Aliqualis, & aliquaſiter non Latine dicuntur, sed aliquantus & aliquantum.

Ala significat etiam equitum turmam. Vergilius, Dum trepidant alæ. Eo quod ueloces sunt, siue quod pedites eis tanquam alis protegantur.

Alluiones, sunt uel fluminum, uel maris, uel pluuia, aut dimerſiones, aut translatio nes locorum, Eluiones fossæ pluuia factæ.

Alueus est (ut ita dicam) lectus, quo super aqua sedet aut decurrit, ad uasis similitudinem. Allucinari, est uisus caligine aberrare. Amare amplius est quam diligere.

Non modo te diligo, uerum etiam amo. Adamare, est amatorie amare. Quintilianus, Non modo te diligo, uerum etiam amo. Adamare, est amatorie amare. Quintilianus, Li. 5. c. 37

Omnēs matres amat liberos suos tanquam adamarent.

Amamus nos inuicem, Amamus nos mutuo, Amamus nos pariter, Amamus inter nos, idem significant. Sed in postremo non geminabitur accusatiuus, ut amamus nos inter nos, sed, amamus inter nos.

Li. 4. c. 19 Ambitus fit factis. Est captatio honorum aut dignitatum, quam Ecclesiastici Simoniam uocant in rebus sacris. Corripit penultimam, licet nostri Grammatici aliter garriant. Iuuenalis, Si te præcipitem rapit ambitus atq; libido.

Ambitio est in animo. Vel ambitus captatio quædã est fauoris & misericordiæ, ut mendici ostentantes fœditatem uulnerum, utuntur ambitu miseræ suæ. Ouidius,

Sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum,

Pro nostris ut sis ambitiosa malis.

Li. 5. c. 37 Amicus semper in bonam partem accipitur. Amica si ad uirum referatur, significat amantiam. Hinc ille non amicus eius dicitur, sed amator. Poetæ confundunt hoc.

Li. 5. c. 5 Amiculum neutri generis genus uestis, pallium fere. A modo, non est uocabulum mundum, sed dicendum post hæc.

Ibidem Anniculus, unius anni, anniculus puer, anniculus episcopus. Antonia ster, est aliquis imitans Antonium. Omnia nomina in aster penè imitationem significant. Philosophaster, imitans philosophos. Parasitaster, parasitos imitans.

Li. 2. c. 17 An, ponitur interrogatiue, ut Gandenses estis an Delphenses? Et dubitatiue: Nescio an sileam an loquar. Barbari ponunt uel & aut pro an, ut hoc est stannum aut argentum aut aurichalcum? An dicendum est.

Li. 2. c. 58 Antehac uel ante hoc tempus, ad tempus loquentis refertur. Tantū hodie didici quantum antehac nunquam. Id miraculi antehac uidi nunquam. Posthac, post hoc tempus. Cæte posthac his de rebus quicquam ex te audiam.

Li. 3. c. 69 Animaduerto te, intueor te. Nemo meam ærumnam animaduertit. Animaduerto in te, punio. Sed hoc tantum conuenit his quibus rite conuenit punire, utpote iudicibus & magistris, prælati: ut, Quicumq; quenquam cecideris, grauius in eum animaduertam. Inde animaduertio punitio iudicis.

Li. 4. c. 108 Annuus, Primo est quod fit per annum, Annuus labor, annum spacium. Secundo, quod fit singulis annis, Annua festa, annua febris, quæ singulis annis recurrit.

Li. 2. c. 17 An componitur cum ne, an ne. Sed hoc fere non nisi apud poetas. Apertilis est Li. 1. c. 8 idem quod apertum. Apialstru, est apiu syluestre. Apiu herba est perpetuo uiuens.

Li. 5. c. 64 Apocrisarij sunt legati: Græco uenit. Apothea proprie uini est, ut horreū frutus conuiuij. Apparare, rusten. Sed magis ad pompam & ostentationē spectat. Apparatus sunt. Præparare est parare quæ necessaria sunt ad quippiam agendum. Miles præparat arma, Orator argumenta, Scholasticus scripturus calamum & membranam. Dicitur & apparare fugam, & adornare fugam, seu migrationem.

Iu eundem Appropriare, impropriū est uerbum. Aquatile, est quod degit in aquis. Aqueū, quod ex aquis constat. Armarium, locus ubi reponuntur libri, ceteraq; huiusmodi.

Li. 1. c. 30 Armamentarium, ubi reponuntur armamenta & arma.

Li. 1. c. 30 Argutus actiue, significat qui callide & solerter arguit. Argutus, subtilis.

Li. 4. c. 42 Armentum, congregatio animalium pascentium, sed maiorum, ut bouum, uaccarum, equorum, mulorum, asinorum, camelorum, elephantorum, & similitum. Grex uide loco suo.

Li. 4. c. 44 Argentaria, est domus in qua operatur argentarius faber. Argentarius, nō ex his qui uulgo nummularij & mensarij uocantur, Græce ἀργυρῶν & trapezitæ: sed ex his quos camplores uulgo uocamus. Armiger, qui in bello fert arma domini. hastam, scutum, aut tela: qui plerunq; & ipsi principes sunt.

Li. 6. c. 1 Arcere est uetare ne accedant ij, qui ueniunt. Arcemus hostem à muro. Flammea romphea arcet mortales à paradiso.

Li. 6. c. 41 Aruum est ager sementi datus. Dicitur & aruus ager, sicut compascuus.

Iu Rauden. Arbutum & arbuta sunt arbores multæ ad fructum cõlitæ, ut oliuariū, pomarium, uel uites arboribus applicitæ. Arbutus est arbor fructum ferens in morem ceraforū seu fragorum. Arbutum, est fructus arbuti.

Areopagus

Areopagus, est locus Athenis, quo iudices conueniebant audituri causas capitales. Iu eundem

Architectus, est princeps edificantium, qui opus excogitat & ordinat. Artemon est uelum amplissimum in nauis. Siue antenna. Assurgere, est uel reuerentiæ uel charitatis causa. Parenti redeunti assurgamus. Cano capiti assurgere adolefcentem decet. Magistro te compellanti assurge. Assurgit & dicitur in senatu aut in concione.

Assentor, assentaris, est quempiam effusius laudare, & falso plerunq; utilitatis gratia. Inde assentator. Adulari, blandiri, uide locis suis. Li. 5. c. 68

Asserere, est remotum aliquid quasi scite uocatum capere. Asseruit tibi sodalem à tuis moribus non alienum. Plerunq; refertur ad personam. Li. 5. c. 86

Assuerare, constanter affirmare, inter ipsa argumenta. Tu assueras, hic inficiari perferat. Longa contentio est, hic dicit, non fecit ille, certe fecisti. Li. 5. c. 87

Astutus, ab ἄστυ Græco, quod est opidum Latine, & significat idem quod urbanus: nisi quod usurpatur pro uersuto. Et astus calliditas dicitur. In Rauden.

Atramentarium, uasculum quo atramentum continetur. Attagen attagenis, significat auem Francolinum. Li. 1. c. 5

Auricula non significat paruam aurem, sed cartilaginem circum aurium concauitatem. Aues habent quidem aures, sed non auriculas. Auriti dicuntur acuti auditus.

Ausculto te, id est audio quid dicas. Ausculto tibi, id est, cõsentio & obtempero tibi. Sum audiens te, id est, audio te. Sum audiens tibi, id est, obedio tibi. Li. 5. c. 42

Auxilium do, seroq; dicitur. Do opem non dicitur, sed fero opem. Fer opem. Li. 3. c. 69

Autor, significat (ut ita dicam) factorem. Quis est huius libri autor? id est, quis fecit? Tunc es huius autor facinoris? id est, fecisti hoc facinus? Rumor fertur in populo, sed incerto autore. i. nescitur quis primus sparserit. Item autor est qui autoritate sua approbat, ut aliquid agamus. Terentius. Id ne estis autores mihi? Quicquid feci, patre autore feci. i. patre approbante. Si res male euenerit, ne me autore factum dicas. Vnde tutores, pupillorum autores uocamus, quorum autoritate illi faciunt omnia. Præterea duces militum autores uocantur. Li. 4. c. 38

Autorare, est obligare militem stipendio, ut militent sub duce. Autoramentum est obligatio illa uel stipendium, quo obligantur milites. Inde exautorare. Li. 5. c. 39

Auctio, est publicæ uenditio supellectilis, aut aliarum rerum. Auctus, incrementum dicitur ab augeo. Auctor, qui agit comœdiam, uel orationem pronunciat, aut simile aliquid, Vnde partes comœdiarum, auctus uocantur. Ibidem

Aurificina, officina fabri aurarij. Auis, est quæ parit uel ponit oua, pennisq; est prædita, præter uespertilionem. Volucris est generalius nomen, significat quicquid uolat: Vnde apes, muscæ & c. uolucres dicuntur, non aues. Li. 4. c. 33

Audio, Primo significat horen, quæ significatio nota. Secundo, credo, uel pareo præcipienti, sed fere negatiue & cum participio: Nec uero audiendi sunt qui putant grammaticæ quàm minimum operæ impendi oportere, sed continuo ad logicen conuolandum. Li. 4. c. 44

Audire capitur pro confiteri. Audio, est confiteor. Li. 4. c. 45

Auspiciari, significat auspiciū capere. Secundo, auspicari, significat incipere, capitur tum in malam tum in bonam partem. Plinius, Homo à lachrymis uitā auspicatur, id est, incipit. Hinc ergo hoc opus auspicabimur. Li. 5. c. 29

Auspicium, Primo est consultatio ex inspectione auiū ante rei aggressum. Consulitur in expeditionem auspiciū capiebat. Aut similes simili modo. Secundo initium. Auspicato aduerbium aut participium, fere in bonum accipitur. Terentius, Haud auspiciato me huc attuli, id est, auspicijs repugnantibus & infeliciter. Inauspicata bella, id est, infortunata. Auspicatum exordium, & c.

Auspex, qui præest alicui rei gerendæ, ut nuptijs, bello, aut similibus. In nuptijs enim adhibebatur auspex pro mariti parte, ut pronuba pro sceminis. Iuno enim nuptijs præest: hinc pronuba Iuno dicitur. Axilla, est concauum sub brachio, ubi uiris pili nascuntur. Dicitur autem eadem pars nonnunquam ala. Li. 6. c. 1

Baculus uel baculum reperitur. Bacillum tantū in neutro genere. Iuuenalis, Dextram subeunte bacillo. Bancalia, illiteratum uocabulum, dicuntur potius peristromata, quanquam hæc à tergo magis sedentium hærent.

- Li. 6. c. 14 Barba & barbæ utrunq; tam hominum est quàm quadrupedum. Seruus contrarium docuit, sed falso. Barbitonfor, indignū uocabulum quo utamur, sed dicitur tonfor.
- Li. 1. c. 10 Benedico datiuū postulat, ut maledico, nō accusatiuum. Qui maledicit, male audiet.
- Li. 2. c. 52 Bene pro ualde inuenitur. Audistis orationem bene longam. Bene habeo. i. recte ualeo. Melius cras forsitan habebit. Bene habet, bene se res habet.
- Li. 4. c. 64 Bellum significat ipsum congressum armorum, uel tempus totum quo militiā agitur, quod barbari guerram uocant. Prælium significat ipsum certamen armorum. Pugna & certamen fiunt etiam sine armis, nonnunquam nudis uerbis: quam ego pugnam tuissimam puto, quia non uulnerat cutē: in quo certandi genere foemine per quā strenuæ esse solent. Bene, optime, præclare mecum agitur. Melius tecum agitur. Male mecum agitur. Commodus tecum agitur quàm mecum. Peius mecum actum est quàm tecum. Pessime. Nonnunquam actiue. Pleriq; parentes liberos nondū adultos, ad monasticam uitam impellunt: melius cum illis agerent, si se sibi fat cognitos paterentur deligere commodum uiuendi institutum. Beatus, qui omnibus abundat ad uitā usum pertinentibus: unde diuites beatos uocamus. Iuuenalis, Vetulæ uesica beata, id est, diuitis uesica. Bellus, primo bonus, hilaris & commodus ad conuictum. Extra iocum bellus uir est. Secundo pulcher. Bellus puer, Bella puella, Bella carmina. Inde belle, pulchre. Martialis.
- Declamas belle, causas agis Attale belle,
Historias bellas, carmina bella facis.
- Bimatus, trimatus, quadrimatus, spacium duorum, trium, quatuor annorum.
- Li. 1. c. 5 Bimus, a, um, duorum annorum. Trimus, triū. Quadrimus, quatuor. Bimulus, trimulus, quadrimulus, diminutiua, uiculus anniculus. Bipennis, est gladius utraq; parte acutus: Est autem generis foemini.
- Li. 5. c. 66 Blandiri proprie ad tactum pertinet. Blandimur catiis, quum demulcemus eos. Transferuntur autem ad alios sensus, & ad animum. Blandus sermo. Blandimur nobis ipsis. Blandos uocamus, qui placidi & comes sunt in sermone, & hilares.
- In Rauden. Li. 4. c. 100 Blasphemare, maledicere superiori, & dignitati alicuius derogare, Græca uox est, non Latina. Bonum extendit se tam ad bonum honestum, quam ad utile & commodum. Bonum animi, est uirtus. Bonum corporis, est sanitas. Bona fortuna, opes. Bonitas, primo benignitas, clementia. Pro tua bonitate in optimam partem accipies. Secundo, habilitas, uel excellentia quæ à natura est. Quintilianus: At in solo fecundo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas solit efficit.
- Li. 1. c. 9 Bundus, est terminus abundantiam & uehementiam quandam significans, idcirco nomina in bundus non significat similitudinem, ut uult Priscianus, sed copiam & abundantiam. Errabundus, lætabundus, cogitabundus: & ualent idem quod participia frequentatiuorum, Erritans, lectitans, legitans.
- Li. 5. c. 67 Causari, est causam rei gestæ afferre, & excusandi gratia afferre impedimēta. Non est quod meam causeris negligentiam. Ardea natandi nescia caussatur aquas natatui non esse idoneas. Causari tempestatem, ualitudinem, aut fluminum uim. Pro eodē dicimus causificari. Capiro, interdum habet reciprocum quandam usum, ut in eodem sensu nunc uni & eidem actio, nunc passio attribuatur. Cepi uoluptatē, & uoluptas cepit me, idem significant. Fit autem ista reciprocatio in paucis actiue, ut in hoc exemplo habito: sed in nonnullis passiuē, ut Cepi delectationem, & captus sum delectatione.
- Capio, quando significat passiuē delectari, ferè non resoluitur per actiuum, ut captus sum uel capior amore, dulcedine, specie tua, specie bonorum, id est delector. Non amor, dulcedo cepit me. Quando autem nō significatur delectatio quædam, ferè actiue utimur, non passiuē. Capiro dolorem, Cepi molestiam, laborem &c. Dicitur Cepit me tædium, obliuio, & odium, &c. & non, cepi odium.
- Capio seu accipio, significat interdum patiō, ut accepi damnum, repulsam, contumeliam, iniuriam, uulnus, id est, passus sum. Et ferè nunquā aliter dicimus, nisi per accipio. Accipere seu capere, significat suscipere: ut, Accepi uel cepi inimicitias, curas, sumptus. Sed uisitatius suscipimus curam aut negocium, quàm accipimus.

Calamarium

- Calamarium, & theca calamaria, uel pennaria, uel graphiaria, dici potest pro eodem. Li. 1. c. 6
- Capitalis morbus, Capitale odium, Capitale supplicium, Capitale crimen, Capitale uitium, propter quod caput alicuius peti debeat ad poenam. Inde capitalis actio, & capite plecti dicuntur. Carpere, Carpinus linū, quū uellimus è terra, poma carpinus. Li. 6. c. 8
- Inde decerpo. Puellæ carpunt pensa. Carpere uitam, est ire. Carpere iter. Item carpere est reprehendere. Candeo, es, ere. Carbo, ferrum, æra liquefacta candent, sol candet. Li. 6. c. 12
- Animus excandescit cum uehementer irascitur. Secundo candere, candidum esse, sicut albedine linum candet. Candidus, niueus. Candidus transfumitur ad animum, & significat benignum, commodum, minimeq; inuidum. Ouidius,
- Quod precor acceptum candide lector habe.
- Est liberalis ingenij, quæ didicit, alijs candide impertire.
- Cauillatio est subdola ratio, quam nos consicij nobis mendacij, uincendi tamen causa proferimus. Cauillatores: Cauillor cauillaris. Cauillatio, Cicerone autore, est genus facetiæ quod fit mentiendo. Inde Cauillum iocum appellamus. Li. 6. c. 46
- Calumniari est falsa crimina intendere. Lex duodecim tabularum. Calumniator idem partiatur quod reus, si conuictus sit. Calumniā nonnunquam est dolus malus, & iniuriā, quæ existit ex malitiosa & callida interpretatione. Li. 6. c. 49
- Catechizare, est docere quocunq; modo. Vox autem Græca est. Hinc catechumeni & catechistæ. Capillus à capite, significat non quemlibet pilum, Nam barbæ capillus non est. Vnde capillitium. In Rauden.
- Canistrum, non canister. Cauere est uitare, & regit accusatiuum, Caue illum, Caue ue conuictores improbos, fuge, uita. Non autem Latine dicitur, Caue te ab illo. Caue tibi Terentius, Vt hosce instruxit, ipse sibi cauit loco. Inde cautiones in iure dicimus, syngraphas siue codicillos. Caue & est prohibentis: recidit autem in eundē sensum eū prior, Caue feceris, ne feceris: quæ idem significant. In Rauden.
- Chalybs, idem est quod ferrum, à Chalybibus populis, unde optimum ferrum mittebatur. Caducum, siue caduca in plurali, significant bona hærede carentium, non autem sem qui sit horum hæres: Nam nemo est hæres, sed fiscus, aut dux militum, aut publica persona. Iuuenalis, In Rauden.
- Legatum omne capis, necnon & dulce caducum.
- Commoda præterea iunguntur multa caducis.
- Caducum, est uas quo aquam haurimus è puteo aut piscina, iumento rotam uersante. Canterij, sunt equi castrati. Canere receptui, est signum dare militibus tuba, aut tympano, ut recipiant se è prælio in castra. Caterua, peditum est, Turma equitum. Capiro spem, Cocipio spem, Ducor spe, Vocor in spem, Ingredior in spem, De tuo ingenio bonam spem capimus te breui in uirum euaturū. Colloco, repono, figo in te spem meam omnem. Castrum in singulari est domus muro, aut uallo, aut tossis uallata. Castra in plurali, est locus ubi exercitus manet. Li. 4. c. 28
- Camelus quamuis sit generis epicœni, reperitur nonnunquam foemino generi ad iunctum: nam camelos foetas legimus. In Rauden.
- Caupona, ubi ueduntur res, præsertim esculetæ, aut poculentæ. Inde Caupo & Cau ponari. Quidam tamen dicunt pro muliere quæ uinum uenditat. Li. 4. c. 44
- Campus est grandis planities terræ & ampla, Vnde spatiosas plateas cāpos dicimus. Ceus, est terminus uocis significans materiam, Herbaceus, beraceus, maluaceus, ferulaceus, rosaceus, triticeus, ordeaceus, uinaceus, &c. Li. 1. c. 11
- Cerebrosus, qui habet peruersum cerebrum. Certe, primo capitur affirmatiue, exempla nota sunt. Secundo pro saltē, ut si me non amas, certe ne oderis. Si tibi uidentur nos facultas non est, certe scribendi potestatem deesse non puto. At, certe, idem in hoc modo. Certe iunctum his uerbis, scio & scis, mutat e in o, ut certo scis. Li. 1. c. 11
- Censor, qui censuram, id est, qui magistratum talem gerit. Censorius, qui censor fuit. Censorius Cato. Cœlebs, qui uiuit extra coniugium, siue priuatus sit uxore, siue nunquam habuerit, siue continens sit, siue incontinens. Inde cœlibatus, est contrarium coniugio. Celebris passiuē, significat qui celebratur. Celebris locus, celebris homo, qui frequentatur ab honoratis personis. Li. 2. c. 84

Tom. 1

FfF 3 Celebritas

- Ibidem* Celebritas, est frequentia honoratorum uirorum in maxima celebritate. Cæcū
 tiens, est qui parum uidens sæpe offendit. Idem dicitur luciosus & hallucinans.
- In Raudem* Cæsius, qui habet oculos glaucos more noctuæ. Censur, est quicquid fortunarū
Ibidem quis habet, aut id quod principi per capita soluitur, ut tributa, aut simile quiddam.
- Li. 3. c. 28* Certum est, in animo fixum est. Vergilius, Malle pati.
 Certum est in syluis inter spelæa ferarum
- Siccine agis? Certum est, ne dissuade. Si usq; adeo certum est, dii bene uertant.
 Centum adiectiuum est. Tercentum, biscentum indeclinabilia sunt: Trecenti, trecenti
 ta, trecenta; ducenti, ducentæ, ducenta, declinabilia. Trecentas oues pater meus possidet,
 uel trecentum oues. Cædo tibi, qd locum, & habet cessi in præterito, cessum in supi
 no. Inde concedo, & est neutrale. Interdum additur accusatiuus. Hanc prouinciã tibi lu
 bens cedo. Cædo te, flagello te, uel occido, habet cecidi in præterito, cæsum in supino.
- Li. 4. c. 22* Cælo te hanc rem, & cælo te de hac re, idē significant. Cœnaculum est locus cœ
 nandi, sed in superiore parte domus. Postea cœpit significare totam superiorē domum.
 Vbi est pater: In cœnaculo. Cœnatio est locus cœnandi, sed in ima parte domus.
- Li. 4. c. 38* Ceruix, posterior pars colli in qua nerui. Duræ ceruicis, obstinatus & pertinax. Iugul
 us, non iugulum, anterior pars colli, unde halitus exit. Collum complexit utruersa.
- In Raudem* Charta scribendū est, non carta. Chirographus, est scriptura manu propria scri
Li. 4. c. 64 pta. Charitas, primo amor, sed tantum hominum in homines, & quidē secundum
 personarum dignitatem. Secundo penuria: sed penuria est omnium rerum, uini, uirorum,
 notiorum. Caritas, tantum annonæ. Item Penuria, ut desit, Caritas, ut non facile acqui
 ratur. Penuria est contraria copię, Caritas uilitati. Citare est aduocare in testimo
 nium. Citatur testes. Nonius male pro laudare exponit. Cicerula, nomen legumini
 nis angulosum. Circiter pertinet ad tēpus. Circiter calendas Martias huc ueni, Et
 ad numerum. Circiter duum militum militum. Et ad locum, ut, In media circiter urbe tem
 plum constitui solet. Circum scribere, est fraudulenter aliquem bonis priuare, ut cir
 cum uenire fallere. Cinædus per i latinum, significat mouentem se obscœne, uel sic
Li. 6. c. 10 ut Marcellus, saltatorem. Circumstare, est circundare. Circumstante uniuerso po
In Raudem pulo dixi. Circumsistere, est undiq; aggredi terrendi causa, nonnunquam alia causa. Cir
Li. 5. c. 49 cum sistebant me milites armati, ut oculos proderem iubentes. Mercatores in oppidis
 uulgus circumstetit. Citra, pro sine, Quintilianus seculum posuit. Plus confert exerci
 tatio citra artem, quam ars citra exercitationem. Hæc omnia citra docentem assequutus
 sum, id est, sine docente. Alioqui citra & ultra opponuntur, Citra Rhenum, ultra Alpes.
- Li. 4. c. 42* Cicur dicitur esse animal natura ferum, sed mansuetum, ut Camelus edomitus, Ele
 phantus ad bella doctus, sus domesticus, leo domitus, cicures dicuntur. Cicurare, mansue
 facere. Ita adolescentes indomiti, disciplina præceptoris cicurari dicuntur. Ingenium ci
In Raudem cur, mansuetum. Clitellæ, sunt basti iumentorum super quas onus iumento impos
In eundem nitur. Classicum, proprie est sonus tubæ uocantis ad prælium.
- Li. 5. c. 40* Consulere cum accusatiuo, consilium petere, siue interrogare. Consule uires tuas prius
 quam cum eo decertes. Consule aures tuas. Magistrum consulamus, interrogemus.
- Ibidem* Consulere cum datiuo, significat consilium dare, uel potius prouidere. Fac tuæ salutē
 consulas. Ego meis rebus consului, uos uideritis de uestris. Consule famæ tuæ. Consule
Ibidem liberorum & tuo commodo. Consultare, est cum aut plures de re, uel rebus delibe
 rant, aut unus secū de duabus aut pluribus deliberat rebus. Senatores cōsultant. Vtrum
 horum malis aggredi, tecum consulta. Consultor, qui alium consultit: nonnunquam qui
 consultit alijs, Consilio perit ipse suo consultor iniquus.
- Ibidem* Consultus participium, significat interrogatus. Consulti medici, responderunt nihil
 morbi esse. Consultus Apollo, triste oraculum reddidit, id est, interrogatus. Cōsultus no
 men adiectiuum significat scientem & peritum, a quo iure consilium petas. Iure uel iuris
 consultus, iuris peritus. Horatius, Infanientis dum sapientiæ consultus erro. In consul
 tus adiectiuum, significat inconsideratum, imprudentem, & nullius consilij. O in consul
 tam muliebrem semper amentiam.
- Li. 5. c. 54* Conciliare, est contrahere, uel comparare. Cupio tuam beneuolentiam officijs mihi
 conciliare. Conciliamus amorem, laudem, famam, honores, id est, aquirimus, uel com
 paramus

- paramus. Conciliamus nobis & mala. Non autem dicimus, conciliare gratiam, sed inire
 gratiam, nisi addas datiuum, Conciliauit sibi odium, Magnam à me inisti gratiam.
- Reconciliari, redire in gratiam, idem significant, Non decet iras amicorū esse diutur
Ibidem nas, redeamus in gratiam. Cum patre in gratiã redij, i. post offensam recōciliatus sum ei.
- Cooptrare, est eligere inter pares, ut milites cooptrant quem uolunt ducem. *Li. 5. c. 60*
- Consternere & consternari est corporum. Equi in bello & homines consternuntur. Con
Li. 5. c. 98 sternari est animi, ut Consternatus animo.
- Conuenticulum, diminutiuum à conuentus, mutat genus. Cocillus, idem quod *Li. 1. c. 5*
 coclus. Lateres cociles, Cociles muri. Cibus tamen coclus dicitur non cocillis. *Li. 1. c. 5*
- Conductitiuus, a, um, quod conducit solet, Domus conductitia, Famulus conductitiuus. *Li. 1. c. 12*
- Commentitiuus, a, um, idem quod fictitiuus. Ratio commentitia, que excogitata & con
Ibidem ficta est. Continens, est terra quæ non est insula, sceminini generis. *Li. 1. c. 33*
- Confluens masculini generis, est alueus in quem duo flumina conueniunt. *Ibidem*
- Continuū, aut interrogatiue aut negatiue ponitur: ualet idem quod nō ideo, uel num
 ideo. Continuū ne si ille stulte dixit, tu stultius facies: id est, num ideo: Qui uobis assenta
 tur, is non continuū amicus putandus est. Eandem per omnia uim habent protinus & sta
Li. 2. c. 30 tim. Citra negationem, aut interrogationem non eleganter hoc modo uteremur.
- Commeatus tantum singularis numeri, significat facultatem recedendi ab aliquo mi
Li. 3. c. 10 nisterio ad tempus, quam imperator concedit militibus, aut prælatus subditis. Commea
Li. 4. c. 39 tus in utroq; numero, significat cibaria ad uictum reposita.
- Confero me in campum, uel ad urbem, uel ad urbem, in campum, i. uado ad urbem. Hic
Li. 3. c. 45 potest poni siue in, siue ad. si autem personam dicas, non locum, ad utendum est. Conuuli
 me ad patrem, non in patrem. Quoties autem significatur donatio, in utendū est, ut, mul
 ta in Ioannem contuli beneficia. Quicquid in ingratos confertur, planè perditur. Itē con
 fero, significat primo comparo. Non es cum illo conferendus. Quem tecum cōferamus
 habemus neminem. Secundo, conducit uel prodest. Quid cōfert multa audisse, si pauca
 memoria mandes: Nihil æque confert ad Latine discendum, ut quotidianus usus.
- Commēdo te præceptorī, Cōmendo te apud præceptorem, id est, laudo te apud eum. *Ibidem*
- Committo, trado. Hanc rem tuæ fidei cōmitto. Secundo pro admittere uel facere, sed
Li. 3. c. 56 hoc modo semper ponitur negatiue, & in malam partem semper accipitur. Postremo re
 quirat post se, ut, quam obrem, aut æquipollens. Non committam, ut quæ in me cōtulisti
 officia, perdidisse uideare. Non committas ut apta literis adolefcētia tibi inter digitos ef
Li. 3. c. 38 fluat. Conuenit, id est, decens & conueniens est. Non conuenit a tatiuæ colludere
 pueris, id est, maior es quam qui pueris colludas.
- Conuenire, concordare & sine cōtrouersia esse. Et capitur dupliciter: personaliter, ut,
Li. 3. c. 76 hoc conuenit mihi tecum, id est, in hoc concordamus. Impersonaliter, Non conuenit se
 nibus & iuuenibus. Aut certe sine appposito & supposito. Iuuenalis, Conuenerat olim ut
 faceres tu quod uelles, nec non ego possem indulgere mihi.
- Coniugio, coniecto, coniecturo, coniecturam facio, coniecturam capio, coniecturam
Li. 3. c. 76 consequor, coniectura colligo, coniectura ducor, pro eo dē fere accipiuntur. Admodum
 iratus erat quantum coniectura consequi potui. Ex pudenti adolescentis fronte facile bo
 næ indolis coniecturam capimus. Certo noscis: Non, tantum coniectura ducor. Qualis
 quisq; sit, ex oratione facile coniecturam facimus.
- Commentarius uel commentarium, commentarij commentariorum, commentaria, *Li. 4. c. 21*
 commentariorum, significat librum quo res non late tractantur, sed tantum tanguntur ca
 pita rerum, uel ad memorandum, uel ad alijs materiam suppeditandam. Nonnulli capi
 unt pro expositione autorum, ut commentaria in Vergiliū, in Aristotelem.
- Comicus, qui condidit comedias, ut Terentius, Plautus. Comœdus est histrio, qui *Li. 4. c. 32*
 agit gestu & uoce comœdiam cōditam. Ita Tragicus, autor est tragœdiæ, ut Seneca. Tra
 gœdus actor. Conclauē, est locus secretior in penetralibus, in quo comeditur, aut *Li. 4. c. 34*
 confabulantur mulieres. Comes, est qui sequitur alterius ductum. Comitatus dicitur *Li. 4. c. 38*
 clientela sequens dominum, aut ducem. Libido comes est gulæ, id est, sequitur gulam.
 Non è conuerso. Diuitiarum comes est cōtumacia. i. diuitias cōtumacia comitatur. Opu
 lentia mater est superbiæ. Affluentia parens est superbiæ. Affluētia materia est superbiæ.

- Idem omnium sensus est. Comitari est sequi ductū alterius. Comis, huius comis, facilis, benignus. Comiter exceptit nos Petrus. Comitatus, facilitas & benignitas.
- Li. 4. c. 43** Collis est monticulus, siue sit per se, siue pars montis. Cliuus, est procliuus illa & pronitas à uertice collis. Concio, primo est congregatio multitudinis ad audiendū concionantem oratorem. Græci concionem, id est, conuentum populū *ἐκκλησίαν* uocant. Secundo est oratio habita ad populum. Vbi fuisit? In concione.
- Li. 4. c. 57** Coxa est pars supra fœmora, tunc coxam uitiatam dicimus.
- Li. 4. c. 66** Copia, significat primo facultatem uel potestatem. Et iungitur plerumq; cum hoc uerbo facio uel do, Vt factam tibi copiam libri mei describendi. Latius his de rebus loquimur, quum primum uidendi tui copia dabitur. Secundo significat abundantiam, ut quibus largissimas rerum copias Fortuna suppeditauit, eos plerumq; tardiores uidemus. In de copiosus & copiose. Tertio significat multitudinem, tam in plurali quam in singulari, ut, Modicis copijs urbem munitissimam cœpit.
- Li. 4. c. 67** Conditio à cōdico dicitur, est denunciatio. Item actio ipsa in personam, qua actor intendit sibi dari oportere. Condicere, denunciare.
- Ibidem* Conditio primo à condo, est fors, & pertinet ad Fortunæ bona. Vir felix conditionis. Seruilis conditionis. Secundo, est oblatio fortis uel electionis. Ita dicitur: Dare conditionem, accipere conditionem.
- Li. 4. c. 53** Corpus, notum est. Secundo est caro, sed tantum hominis uicē. Vt, febris qua iam pridem laborabam, omne mihi corpus absumpsit. Vnde dicitur corpulentus, non carnosus.
- Li. 4. c. 83** Conterranei, qui eiusdem territorij sunt, quos barbari nostri solita sua elegantia compatriotas uocant. Brabantinus & Brabantinus conterranei sunt, Gandensis & Gandensis ciues sunt. Consul, qui consul est. Consularis, qui consul fuit. In de uiri consulares dicuntur.
- Li. 4. c. 90** Complures & complura caret singulari, idem est quod multi: & positui gradus, non comparatiui gradus. A compluribus grauius uiris accipi. Nostri rhetores (barbaros loquor) q̄ plures pro complures dicūt, & Donatus, ex quampluribus: ex compluribus dicendum est, aut ex quamplurimis, sicut declaratum est in quā.
- Li. 4. c. 53** Corporeus, a, um, quod constat ex corpore: & iungitur tantum cum hoc nomine res aut substantia. Lapis est res corporea, uirtus incorporea. Corporale quod existit in substantia corporea, pulchritudo, robur, bona corporalia sunt, quia in corpore sunt.
- Li. 6. c. 4** Contendere, significat intendere, ut neruos cōtendimus, aut intendimus. Vires & animum intendimus aut contendimus. Nascitur autem hæc significatio ex priore. Contendere uerbis. Contendere cursu. i. concertare, & regit datiuum seu ablatiuum, interuentu præpositionis cum. Verg. Ne cellis ideo contende falernis. Nolo tecum contendere. In de contentio. Contentiosus. Contentiose agere, est pertinaciter se defendere: unde dicitur, Peto abs te summopere contendoq; .i. pertinaciter peto, ita ut negari mihi nolim.
- Li. 6. c. 52** Conuictum, est maledictum. Hinc conuiciari & conuictū facere. Fœminæ solent conuictijs agere, ubi ratione nihil ualent.
- In Rauden.* Conuenæ conuenarū, dicuntur qui ex diuersis populis in eadē moenia conuenere, & coalescunt simul. Contentor contentaris, non Latine dicitur, sed boni consulo.
- In eundem* Cornicum oculos configere, prouerbiū est, configere oculos eorum, qui se sapientiores uideri uolunt & duces. Nam cornix dicitur dux auium esse.
- In eundem* Comitium est tantum locus. Comitā, actus creandorū magistratuū, ut in creatione consulum, & prætorum, quæ in comitio fiebat. Inde morbus comitalis. Aut comitia dicebantur electiones per suffragia. Cominus non significat in loco propinquo, sed in loco propinquo. Cominus spectabat, Cominus pugnabat. Nō, cominus sedeo. Eminus, è loco remoto. Eminus iaculatur. Complices, non est Latinum uocabulum. Cicero corruptus est, ubi scriptum est complicitum pro comitum.
- Li. 1. c. 13** Attende pulcherrimam distinctionem comparatiui & superlatiui. Comparatiui & superlatiui quod ad casum attinet, apud Græcos nulla differentia (quoniam non habent ablatiuum casum) nisi quod hoc refertur ad duo, et illud ad plura. Apud Latinos quæ sit uide. Omnis cōparatio aut fit in inter duo aut plura. Si inter duo, semper utendū est cōparatio: ut, Patri meo duo fuerūt filij, maior iam olim è uita decessit, minor ego sum. Dicendum

dum fuit maior & minor, non maximus & minimus. Sin inter plura, aut sunt illa diuersi generis, tunc utendum est comparatiuo, non superlatiui: ut, Hic adulescens, longe omnibus sensibus doctior est. Nam adulescens & senex, diuersi generis sunt. Aut sunt illa eiusdem generis, si tres sint aut plures gradus. i. si etiā in medijs sit aliud alio superius, semper utendum est superlatiui: ut, Scholasticorum studio sissimus est Henricus. Latiorum eloquentissimus est Cicero. Sin tantum duo sunt gradus inter multa, ut si sint multa parua, & unum tantum emineat quod sit maius cæteris inter se equalibus, utendum est comparatiuo cum ablatiui: ut hoc uas maius est cæteris. Sunt tamen qui more Græcorū uisunt comparatiuum loco superlatiui, ut Catullus,

Hesperæ qui cœlo luces iucundior ignis.

Et Cicero omnibus eloquentior. Quoties autem comparatiuus non accipitur distributiue, ablatiuum habet. Nemo te stultior. Cōiuratio ferè in alterius perniciem fit: Scæuola trecentos Romanæ iuuentutis principes in Porsenæ necem cōiurasse aiebat. Et qui urbem incendere aut perdere inter se iurauerunt, cōiurati dicuntur. Cōspiratio nō unquam in neminem grassatur, sed interdum significat unanimitatem. Et cōspirati dicuntur, qui cōspirauerunt, quædammodum cōiurati. Cordi est mihi, Placet uel delectat. Terentius, Vterq; utriq; cordi est. Omnia tua mihi cordi sunt filii. Utinam tibi literæ tam cordi essent, quàm iustis. In animo est. i. uolo, uel animus est mihi. In animo est mihi, In animo habeo, idem significant. In animo est mihi hyeme exacta Dauentriam petere, Animus est mihi reuifere. Comperitum est mihi, comperi, exploratum est mihi, inuestigatum est mihi, deprehendi & scio per inuestigationem, & experimento comperitum habeo. Tua fides mihi satis explorata est. Constitutum est mihi, deliberatum est, decretū est mihi, statutū est mihi. i. apud me cogitatio firmatū est. Constitutū mihi est aut mori subire, aut his malis eripi. Si id tibi deliberatū est, sequar quocūq; uoces. Deliberare tamē aliud est, q̄ deliberatum esse. Nam potes deliberare ut non decernas. Deliberato opus est. De liberandum est diu, quod statuendum est semel.

Crudus, a, um, primo qui difficilem habet digestionem, aut ut latinius dicam concoctionem. Crudus stomachus, Cruditate stomachi laboro. Secundo, est truculentus. Hominem crudū uocamus, qui truci est aspectu. Tertio, est recens. Crudus dolor, Crudum uulnus, aut odium, cum de integro resuscitatur. Quarto, crudus, immaturus. Cicero: Poena quæ cruda sunt, ut auelluntur: quæ matura decidunt.

Crepidus, est ora terræ quam aqua alluit, ex hoc appellata, quod ui aquæ crepitat. Per metaphoram & os putei, id est, extremam oram, quæ ad ipsum puteum respicit, & omnem extremitatem, crepidinam appellamus.

Cras, dies crastinus, Perendie, dies perendinus, Perendinare & comperendinare, differre de die in diem. Crastinus non solum significat eum diem qui hodierno est proximus, sed quemlibet alium futurum. Horatius, Quid sit futurum cras, fuge querere.

Criminandi uerba, ut, teneor, accuso, postulo, defero, condemno, arguo, & similia, regunt genitiuum significantem crimen siue certum siue incertum. Accusatus peculatus, Damnatus reperundarum. Præter hæc nomina ambo, utrunq; neutrum, alterum. Non enim recte dicitur: Qui patriā prodidit, tenetur ne sacrilegij, an patricij, an utriusq; sed an utroq; uel de utroq;. Cuius criminis accusas hunc, absentia, an insolentia, an de ambobus: non amborum. Similiter nomina generalia criminum, in ablatiui apponuntur addita præpositione, Accusatus est de multis. Legimus & damnatus capite.

Crepitus est sonitus uiolentus ex impulsu resultans: qualis est ostrij pulsati, cymbalorum, tympanorum, tubarum, cornuum. Inde crepita culum. Secundo, crepitus est eruptio uentris: nam ructus est oris, crepitus est ani. Stoici putabant nō minus honestos crepitus esse quam ructus. Strepitus, fremitus, stridor, uide in suis locis.

Crimen etiam est ipsa criminatio, i. impositio criminis. Cicero. Utinam hoc tantū uerum crimen esset. i. utinam uerum esset in quo accusas me. Ita fit, ut interdū qui in crimine est, nō sit in culpa. Curriculum primo significat cursum ipsum, ut longo temporum curriculo. Secundo currendi locum, Stat intra curriculum non cursus. Tertio, ipsum curram. Curriculo proficiscemur.

Cum præpositio, comitem significat, aut modum actionis, non instrumentū. Scribo calamo

calamo, non, cum calamo, Pulsauit me pugno. Sed, summo cum honore me excepit: summa cum lætitia, id est, læte, non læticia tanquam instrumento.

- Li. 2. c. 22* Cum ualet primo ubi, uel quādo; ut, cum primum uenerit pater, dicitur me esse domi. Secundo quamuis. Cum nihil sitte fordidius, tamen liberalis tibi nomen uendicas. Tertio præpositio est, de quo supra. Quarto iungitur huic particula tum, ita ut cum significet minus, tum maius. Cū omnes bene de nobis meritis amare debemus, tum uero præceptores nostros colere equissimum est. i. omnes quidem bene meritis amare debemus, sed maxime præceptores. Pudor cum omnem ætatem, tum adolescentiā maxime decet. Et iungitur ferè semper uerbis indicatiuis. Aut si alijs modis iunguntur saltem nõ diuersis modis: Neq; enim Latine diceretur; Cum oēs literatos semper amauerim, tū te charissimum habui; amari dicendum fuit, nõ amauerim. *Cursum, curredo. Cursum perlegi.* *Li. 6. c. 20* Culcitra, est tam lanea quam linea; tam stupea, quam plumea. Nunc plumea est. *Li. 6. c. 46* Curia, est locus consilij publici. Iuuenalis, Ut curia Martis Athenis. Aliud igitur est aula principis, aliud curia.

D

- Li. 3. c. 36* Damus illi literas, cui perferendas tradimus. Reddit qui perfert, Accipit ad quem dedimus. Damus ad eum literas, cui scribitur. Tabellario damus, ad amicum damus. Nudius tertius tabellario meo binas ad te literas dedi, alteras fratris tui, alteras meas, quas puto tibi redditas esse. Dedititius, qui se in alterius imperium dedit. Nulla seruitus infelicio, quam meretricum dedititium esse. Is plane liber esse desinit, qui uitiorum esse dedititius coeperit. Defectus actiue significat, qui deficit; ut senectam defectam uocamus, quæ deficit. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipse sui. Defectus, absentia, ut ita dicam. Defectu medicorum multi periere: non, culpa medicorum in hoc sensu. Defectus nummorum cogit patriam reperere. Defectio est discessio militum à duce, aut ciuitatis à superiore. Vt, ille suorum militum defectione subito conspicies, expalluit, uel deficit discipulus à magistro, deserens sectam eius. Desciscere uide suo loco. *Li. 4. c. 13* Decus est honestas quæ ex bene gestis oritur, ut pueris quidem literarum non nihil sunt molestæ; at senibus summa uoluptati & decori. i. ad decus. Dedecus, ignominia quæ extirpiter gestis nascitur, ut, Quod tu tibi laudi tribuis, summo dedecori est. A decus dicitur decorare o correpta, honestare. Dedecorare, ignominia afficere. Decor decoris, est quædam decentia rerum, personarumq; in locis & temporibus. Decorum, decens: Non est decorum seni lasciuire. Non est adolescenti decora impudentia. Impudentia nõ decet adolescentem. Honestum quoq; appellamus decorum. Decor, o producto, à decoro. Dede corò similiter. Declamator, uide in rhetor. *Li. 4. c. 81* Desipio, desipisco, desino sapere. Resipisco, redeo ad sanam mentem. Iuuenes qui desipuerunt, resipiscere possunt, Senes amentes nunq; resipiscunt. Desipere mihi uideris. *Li. 5. c. 36* Descendere, quid uulgo significet, notum est. Præterea significat de loco tuto in locum discriminis uenire, etiam si sit æqualis. Descendere in prælium, descendere in campum, pugnandi utiq; gratia. Descendere in forum defendendæ causæ gratia. *Li. 5. c. 38* Declarare fit tam factis quam dictis. Gaudeo me nactum esse oportunitatē qua meum erga te amorem declarare possim, id est, ostendere. Mallem meam in te beneuolentiam factis, quam oratione declarare, id est, indicare & ostendere. *Li. 5. c. 44* Deferre pro accusare, semper habet accusatum, aut expressum, aut subaudiendum Quintilianus, Diuitem detulit reum pauper, id est, accusauit. *Li. 5. c. 36* Deuenire, est de loco editiore in planum aut humilem aut de rebus felicioribus ad infeliciores delabi aut uenire. Deuenimus in planum. Italia deuenit ad nos. Deueni in paupertatem. En quo deuenere literarum. *Ibidem* Deuoluere, à summo deorsum præcipitare. Sæpe amnes à montium uerticibus ingentes rupes deuoluunt. Deuolue trabem, id est, deorsum præcipita. *Ibidem* Despicere, ex alto deorsum aspiceret; transsumitur ad contemnere. Susplicere, sursum aspiceret. Suspice cœlum. Transsumitur ad uenerari & honorare. *Li. 5. c. 60* Deligere, est eligere quod ad agendum sit magis idoneum; ut, Rusticus deligit tauros quos aratro applicet, quos creandæ soboli destinet. Imperator deligit quos militiæ adhibeat. Populus deligit regem uel episcopum. Defectus tantum duobus uerbis iungitur, agere

agere & habere; & significat idem quod deligere, sed tantum ex multis, Casar delectum habuit in prouincia, id est, ex multis elegit quos iudicaret idoneos militiæ. Præceptorem dispicere, & delectum agere ingeniorum, necessarium est, ut nouerit quid quos discere iubeat. Eligere non respicit rem administrandam, sed commodum priuatum uel placitum. Habes optionem, utrum maus elige. Cooptare, uide loco suo.

Debellare, est bellando uincere seu capere, sed potius ad homines refertur. Verg. *Li. 3. c. 68* Parcere subiectis, & debellare superbos.

Expugnauimus autem naues, castra, urbes, uide loco suo. Desciscere, est deficere: Ut, *Li. 5. c. 89* milites à duce, populus à rege, discipulus à secta magistri desciscit.

Deturbare, est deorsum cum uolentia deicere. Deturbat è turri, è puppi. Exturbare *Ibidem* è loco in eundem modum eicere. Iosue. Quia turbasti nos, exturbet te dominus. Disturbare, est diruendo disscere. Disturbare domos, parietes.

Decedere, cum capitur pro recedere, tum proprie significat à mandato custodiae sua loco recedere. Prætores & huiusmodi, è prouincia decedunt perfuncti officio. Præsidia è urbibus, aut castellis decedunt, id est, desinunt tueri. Militia è castris decedit. Secundo, decedere è uita, id est, mori. Excedere, si adiungas, è uita, est mori. Inde excessus, mors. Excedit modum qui prætergreditur.

Demum & deniq; significant tandem. Quum omnia perdidiceres, tum demum uel deniq; docere alios potes. Deniq; autem solet non nunquam multis enumeratis in extremo poni. Est sermone poterius, factis ferrox, sibi per placēs, aliorum fastidians, deniq; talis, ut commodius sit beluæ conuiuere, quam huic monstro. Secundo, demum capitur pro omnino uel solum, præcipue iunctum is, & ita. Ea demum gloriosa laudatio, quæ à laudatis uiris proficiscitur. Ita demum me abs te amari sentiam, si huic homini mea causa commoda ueris. Ouidius pro demum posuit deniq;: Si qua metu dempto casta est, ea deniq; casta est. Is demum fortis est qui se uincit. Ita demum abs te me amari credam. &c.

Deprecari, significat ualde precari. Item deprecamur bella, morbos, optamus ne ueniant. Naso. Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem. *Li. 6. c. 24*

Decurio dignitatis nomen est, quem barbari militem uocant. Nam miles est quisquis militat. Decurio Romano, maior equite Romano: eques, maior Cæturione: Centurio, maior decarcho duce decem militum: decarchus maior milite. Ergo neq; decurio decarchum significat, neq; miles. Decuriones municipales aliarum sociarum urbium præter Romanam sunt ij, qui Romæ senatores uocantur. Depecisci, idem quod pacisci: depectus idem quod pacus. Depecisci mortē cupio. Definire, est terminare, causa definita. *Li. 6. c. 63*

Diffinire, hoc ab illo finiendo ac partiendo distinguere. Dies in masculino genere significat diem certum, ut dicitur dies Calendarum Nouembrium. Non redijt pater die præstituto. Abijt, die præstituto rediturus, non die præfinita. Dies quando significat ipsum tempus, semper est generis foeminini. Ipsa dies facit hominem prudentem. *In Rauden. Li. 4. c. 81*

Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca.

Horatius in arte poetica,

Carmen reprehendite quod noñ

Multa dies, & longa litura coeruit,

Id est, multum tempus, non multus dies. Inde diecula, breue tempus, Pedano autore. Dies bima, trima, quadrima, tempus duorum, trium, quatuor annorum. Sed hoc nostri iuris periti non intelligunt. Dies hesternus, crastinus; non hesterna crastina.

Diurnus, quod fit in die. Ut, Adolescentes diurnum studium ament, nocturnos labores fugiant. Horatius, *Li. 4. c. 104*

Nocturna uersate manu, uersate diurna.

Diurnus & diutinus idem significat: ut, Petrus diutini laboris odio à scholis defect.

Disco, quod ante nesciebam, pertinet ad discipulum. Dedisco, quum obliuiscor quod nesciebam. Pleriq; ita logicam discunt, ut grammaticam dediscant. Deditici linguam Latinam diutina inuetudine. Deditice istos indecentes mores. Ediscere est memoria completi. Hi uersus hodie nobis ediscendi sunt. *Li. 5. c. 1*

Dicere, loqui. Dic si quid habes, Dic quod hic non inuitus audiat. Dicere est oratoris eleganter orantis, inde artem dicendi, uocamus oratoriam. Hieronymus eleganter dicit, parum *Li. 5. c. 10*

- Ibidem* parum acute arguit: Augustius acute arguit, sed obscure dicit. *Dictio interdum*
est oratio facunda & oratoria.
- Ibidem* Dictare frequentatiuum, significat dicere, ut alius calamo excipiat. Ut is qui praelegit
epistolam, dicitur, notarius excipit. Praeceptor legens discipulis materiam epistolae di-
cit eis. *Dicitare frequentatiui modi*, significat frequentibus & locis & temporibus
dicere. Itane est nescio, id passim dicitur.
- Li. 5. c. 56* Dispicere, est circumspicere mente. *Dispicentia*, id est, circumspectio.
- Li. 6. c. 20* Dissimulatum, id est, dissimulanter. *Diabolus* Graece, Latine criminator.
- In Rauden.* Diuersorium, hospitium meritorium. *Diuerticulum*, digressus a uia publica, siue
Li. 4. c. 28 flexus uiae. *Diploma*, est epistola uel scriptio alicui missa.
- In Rauden.* Diffiteor, diffiteris, est negare. Inferi & defiteri, non reperiuntur.
- In eundem* Dyscolus Graece, significat Latine hominem malum, perniciosum, & toleratu difficilem.
- Li. 5. c. 10* Dictum, dicta, dictorum, sermones falsi. Non me latet in qua dicta ista iaculeris. Con-
tortum in eum dictum quod illi perpetuo doleat.
- Ibidem* Dicitas, dicaces, dicimus qui callent lepida dicta confingere & iaculari.
- Li. 3. c. 15* Domus sic declinatur: Nominatiuo domus, genitiuo domi uel domus, datiuo domui,
accusatiuo domum, ablatiuo domo. Domi significat ubi manemus, id est, in domo: & iun-
gitur tantum his pronominiibus, mea, tua, sua, uestra, nostra, & cum hoc nomine alie-
nae. Domus genitiuus quartae declinationis significat ipsum aedificium, id est, tecta & pa-
rietes: ut, Vis uentorum noctu magnam domus meae ruinam fecit, non domi meae. Sed do-
mi erimus, id est, in domo. Domi & belli, domi & peregre opponuntur.
- Li. 3. c. 45* Dono tibi hanc rem, & dona te hac re, idem significant. Hoc munus mihi donatum est
a Petro, Vel, Hoc munere donatus sum a Petro. Eandem constructionem habet imperi-
tor uel imperitio. Doceo, cognitionem do, Dedoceo, secus ab eo quod quis docens
est doceo. Quintilianus, Et quidem prius, ac difficilius opus dedocendi quam docendi.
- Li. 8. c. 20* Istam petulantiam te facile dedocebo. *Domesticatum*, id est per singulas domus.
- Li. 6. c. 26* Docilis, qui facile docetur. *Docile ingenium*. Indocile, id est, durum & superbum. Do-
cibilis in superlatiuo. *Docibilis uix* inuenitur, nisi apud Ecclesiasticos, & id pro docilis:
Perceptibile Docibiles deierunt: Priscianus dicit significare docibile quod facile discitur, pro quo
non docibile nos perceptibile dicimus potius.
- Li. 2. c. 34* Dudum, iam dudum, de paruo tempore unius horae, duarum, aut trium, sed dudum si-
Vide Val. li. gnificat actum transeuntem: Iam dudum, in sistentem & manentem. Iam dudum magi-
2. c. 34 ster est in scholis, id est, non diu fuit & adhuc est. Dudum uenit. Nuper & pridem de lon-
giori tempore dicuntur. uide haec loco suo in nuper.
- Li. 2. c. 35* Diu, continuationem temporis significat, id est, per longum tempus. Diu in grammar-
tices studio uersatus sum priusquam ad logicam accederem. Diu est quod urbem intraui: eo
quod diu uerbis momentaneam actionem significantibus non iungitur: sed dudum uel pri-
dem intraui, non dicitur. Iam diu idem quod diu, nisi quod diu significat actum transeun-
tem, iam diu, in sistentem. Iam diu uxor mihi ducta est, & adhuc uirgo est.
- Li. 2. c. 41* Duntaxat, idem significat quod solum, sed non recipit post se, sed etiam, sicut solum, &
modo, & tantum. Non enim eleganter diceretur, Non is duntaxat amicus celsendus est,
qui bene de nobis meretur, uerum etiam is, qui bene nobis cupit. Sed sic, studiosis inter-
dum ioco & iulibus indulgendum est, sed in loco duntaxat.
- Li. 2. c. 48* Dum & donec significant quam diu, usquedum. Tantisper tibi sum amicus, dum di-
co quod non inuitus audias, id est, usque dum. Donec moriar, literis operam dabo, id est,
usquedum moriar. Naso,
Donec eris felix multos numerabis amicos.
Tantisper te meum filium dici uolo, dum quod te dignum est facies. Terent. in Heauton.
- Li. 1. c. 25* Ecce, & en, idem penes significant. En duos casus habet, nominatiuum & accusatiuum.
Et capitur demonstratiue, & exprobratiue. Prius notum est, posterioris hoc exemplum est:
En hominem, en mentem cum qua dii nocte loquuntur. Ecce, penes nunquam accusatiuum ha-
bet, nisi forte apud poetas, & id quidem rarissime. Ecce eccam, ellum, ellam, per aduer-
bia exponuntur, non per pronomina: ut, ecce cum, id est, ecce hic; ellum, id est, ecce illic.

Econtra

- Econtra non dicitur, sed e contrario, siue diuerso, siue contra. Aedes, pro domo *In Raud.*
priuata, nunquam habet singularem numerum, diciturque binas, trinas aedes, non tres aut *Lib. 3. c. 7*
duas Aedes pro templo, utrunque numerum habet, sed fere ponitur cum adiectione. In aede
Iouis. In aedibus Mineruae. Aedituus, custos sacrarum aedium. Proprie aediles erant apud
Romanos magistratus praefecti curandis aedibus deorum.
- Aedilitas nomen dignitatis, sicut consulatus. Edicere, est imperare, sed tantum ad *Ibidem*
magistratus & reges pertinet. Inde edicta consulum. Edictum Augusti. Edictum impe- *Lib. 5. c. 69*
riale. Edulium est quicquid edendi gratia apponitur. E praepositio iungitur sem- *In Raud.*
per dictionibus ab rinceps, non ex. E regione, id est, ex opposito, uel ex aduerso, e regi- *Lib. 5. c. 19*
one Boreae stat Auster. E republica, id est, pro republica. Multos exilio damnare, e *Ibidem*
republica non est, id est, non est utile reipublicae.
- E re mea, id est ad utilitatem meam. e re tua, e re uestra. Quid meae re tua erit si quid *Ibidem*
labores. In rem tuam. E tua dignitate. i. pro tua dignitate. Ex tuo usu erit si facis quod hor- *Ibidem*
tor. Ex utilitate reipublicae legem considerate. Deliberat ciuitas, utrum praesidium comit- *Ibidem*
ti, ex usu sit, nec ne. Elogium est testificatio de aliquo in laudem uel uituperium. Un- *Ibidem*
de dicuntur elogia sepulchrorum: ut si magister reddens discipulum parentibus, dicat, Pri- *Lib. 4. c. 66*
us a sellis lyra canere disceret, quam filius uester literas: plane turpe elogium est. Secun-
do, elogium est aperta testificatio sententiae suae, ut regis cuiusdam Hierosolymorum elo-
gium est, malle se diademate, quam literis carere.
- Eminus, non significat in loco remoto, sed e loco remoto. Eminus uidebat, Eminus pe- *In Raud.*
tebat me, Eminus iacula mittebat, id est a longe.
- Energumentus, qui a daemone agitur, ab ἐνεργουμαι graeco, quod est agor uel agitor. *In eundem*
Epulae epularum, sunt cibi in priuatum usum comparati. Dapes uolunt esse deorum, uel *Lib. 4. c. 23*
nostras in sacrificiis. Epulum est publicum & solenne conuiuium, quod praestatur appa-
ratus gratia uel in solennitatibus deorum, uel in funere diuitum, uel in alio quoptiam si-
mili. Eques est aliquis primo ex dignitate equestri auratus. Secundo ex equo mili-
tans. Aequalis, similis ex aequo. Aequales amore, Aequales statura, pares amore. *Lib. 6. c. 32*
Aequalis, coaetus. Te in primis semper amari, utpote adolescentem aequalem. Aequa- *Lib. 4. c. 102*
bile, idem quod aequale. Ius aequabile, sonus aequabilis, id est, aequalis & par.
- Ergastulum, est priuatus carcer, uel locus ubi seruos dominus includit noctu, unde ma- *In Raud.*
ne ad opus emitat. Aes alienum, quod alijs debemus. Conflare, contrahere aes alie- *Li. 5. c. 94*
num. Dissoluere aes alienum. Obstrictus uel pressus aere alieno.
- Esti, quanquam, in principio orationis indicatiuus gaudet. Et si uel quanquam mihi *Lib. 2. c. 21*
semper fuisti charissimus, tamen multo eris charior, si meis monitis paruieris, fuisti, non *Ibidem*
fueris, uel sis. Licet autem & quamuis, in principio subiunctiuum desiderant. Licet, uel *Ibidem*
quamuis tu me odio habeas, tamen ego nunquam amare desinam. habeas, non habueris. *Ibidem*
Sed in medio orationis omnibus his indifferenter utimur. Feram te, licet insolentem, *Ibidem*
quamuis insolentem. Licet nunquam iungitur indicandi modo. Et, geminatum pulcher- *Ibidem*
rimum est: ut, Fili, & mihi morem geres. & tuae salutis consules. si te studiosum praestiteris. *Ibidem*
Idem ualet que, sed frequentius in carmine. Terent. Quod mihi heraeque, filiaeque herili est *Ibidem*
malum, id est, & mihi, & herae, & filiae. Et pro etiam Quintiliani seculum accepit. Quicum *Ibidem*
que tibi inimicus erit, is erit & mihi, id est, etiam mihi.
- Euentus, us, ui, in singulari. In plurali euenta, torum. Narra nobis obsecro tua euenta. *Lib. 1. c. 7*
Similiter iustus iussa, permissus permissa.
- Exoletus, ab exoleo substantiuum, significat scortum masculinum, id est, puerum me- *In Raud.*
ritorium, & praecipue iam adultum. Adiectiuum uero, significat adultum, sed non est usi- *Ibidem*
tatum. Exoleta dicuntur, & quae in desuetudinem uenerunt.
- Explicit, & expliciunt nusquam inueniuntur. Excubiæ, sunt diurnae, siue nocturnae, *In eundem*
vigiliae, tantum nocturnae. Explodere, est cum pulsatione & sono manuum eij- *Lib. 4. c. 69*
cere e concilio, e theatro, e domo. Exploditur & sententia quae rejicitur. Complodere, est *Ibidem*
collidere manus in indicium doloris, admirationis, & laetitiae, aut similitum. Supplodere *Ibidem*
est terram pede incutere. Exhibilare, est cum sibilu exturbare. Ut pueri ignotos lu- *Ibidem*
dum intrantes exhibilare solent, uel qui in conuentu aliquo ridicula profert, exhibilatur, id *Ibidem*
est, cum irrisione expellitur.

Tom.

GgG

Excogi

- Li. 5. c. 2** Excogitare, est inuenire ingenio. Quis hoc excogitauit consilij. Excogitauit argumenta duo, excogitauit rationem, causam. Cogitat qui quaerit. Ex tempore, id est, impraemeditate & subito. Extemporalis oratio, est quae domi elaborata non est. Ex tempore uenire. Ex tempore agere. Ex tempore capere consilium. Item ex tempore pro temporis conditione, hoc est pro re nata. Ex equo pugnare, id est, sedentem in equo pugnare. E uinculis pugnam dicere, id est alligatum. E renibus laborat, e stomacho, id est, patitur morbum stomachi. Existimare, id est, iudicare. Exempla nota sunt. Differunt aestimo & existimo, sicut, cogito & excogito. Seneca: Quem mihi dabis qui aliquod pretij temporis ponat, qui diem aestimet, id est, qui pretium diei supputet. Existimo te magnum, aestimo te magni. Extro & existo, idem habent praeteritum, quo est extiti, significant eminare, & superesse, sed existo, cum motu, exto sine motu. Cicero: Submersus equus uoragibus non existit, id est, non emergit uel prodit. Idem, Existit hoc loco questio subdificilis. De exto, Capite extabat aquis. Verg. Et summis uix cornibus extant, id est, eminent. Opera autorum dicuntur extare, id est superesse. Tragedia Nalonis non extat. Ciceronis de re publica libri non extant. Varronis paucissimi libri extant, caeteri demortui sunt. Videat hic grammata nostra, qui dicunt extare & existere, idem significare quod esse.
- Li. 5. c. 62** Expugnare, significat pugnando capere, sed frequentius refertur ad inanima. Urbs expugnata est. Castrum inexpugnabile. In Psalmo: Saep expugnauerunt: expugnare diuum est pro oppugnare uel impugnare: sequitur: Neque enim potuerunt mihi.
- Li. 5. c. 67** Excusare, id est, purgare. Neoterici dicunt, habe me excusatum. Veteres dicebant, accipe excusationem. Accipit pater excusationem. Interdum excusare est, afferre id quod fuit in causa, quo minus aliquid factum sit. Excusat ualentinus. Heus tu iam annus est, quod ne literam quidem a te accepimus. At tu (scio) excusabis tabellariorum penuriam, occupationes, & huiusmodi mille, id est, dices penuriam tabellariorum impedimento fuisse. Ioannes quod ad diem non praesto fuit, tempestatem uentosque aduersos excusat, id est, affert in purgatione &c. Ex sententia, id est, ad uotum. Quint. Habesne uxorem ex animi tui sententia? Quis tam fauētes habet diuos, ut omnia ex sententia habeat? Exhorreo regit semper accusatiuum, Exhorreo scelus istud, Aures exhorrent tantum nephas, id est expauescunt. Abhorrere regit ablatiuum, & significat prorsus alienum esse. Vita mea a moribus tuis abhorret. Exitiale, & exitiabile, pro eodem accipiuntur, id est, mortiferum. Exemplum & exemplar, pene nihil differunt. Exemplum, est res quam imitatur in aliquo. Exemplar, ex quo sumimus quod imitemur: illud contentum, hoc continens: sed confunditur differentia, si tamen ulla est differentia.
- Li. 6. c. 62** Exautorare, est militem aut ducem ab officio absoluere. Exautorati milites, qui soluti sunt ab obligatione militandi. Vide in Auctor.

F

- Facile pro non dubie, omnibus superlatiuis pulchre iungitur. Praeterea etiam his nominibus, primus, princeps, secundus. Facile princeps, facile secundus. A deo eruditus est in Raud. Petrus, ut magistro sit facile secundus. Facio, pendo, estimo, & similia, uenisse iunguntur genitiuis, magni, parui, tanti, quanti, pluri, minoris, plurimi, minimi, maximi. Exemplaria sunt nota. Faber, qui e quavis materia facit aliquid, excepto gypso, argilla, cera, & similibus, nam hi plastae dicuntur aut figuli. Hinc faber ferrarius. Faber lignarius.
- Li. 4. c. 63** Factio, cum ciues aliqui contra se aemulantur, ut potantur imperio, aut magistratu, & ob id quisque suas partes concitat. Vnde & factiosi dicuntur.
- In Raud.** Fastidio, is, ire, regit accusatiuum, non genitiuum, significat spernere cum quodam fastu, & nausea: ut potentes inopes, & diuites, pauperes fastidiunt: ut potens amica, amatorem tenuem fastidit. Facies ad corpus refertur: uultus, ad animum & uoluntatem. Dicitur a uolendo. Facies & ad alia transfertur pro specie. Miseranda rerum facies.
- Li. 3. c. 80** Facio te certiolem, non certum. Factus sum rerum uarum certior. Facio iacturam, damnnum, naufragium, id est, passus sum uel patior. Iter facere, proficisci. Facio tibi copiam mearum rerum, id est, praesto. Fac mihi tui carminis legendi copiam. Facio lucrum, id est, acquirō lucrum. Facio stercus, id est, caco. Fecit urinam, id est, emisit urinam. Facio stipendium, id est, mereo stipendio. Feræ, dicuntur omnia animalia, praeter pecudes, leo, uulpes, pardus, lupus, uulpes. Femora, anterior pars foemini.

Foemina

- Foemina foeminum, foemen foeminis, est posterior pars foeminum, qua se contingunt. Foeminalia, femoralia, tegumenta foeminum. Coxa uide loco suo.
- Foenus, est id quod prouenit ex cultu terrae. Vnde fructus terrae, foetus dicitur. Translatum est autem ad usuram, quasi nummi per se fructum faciant.
- Foetus, autium & piscium est, tamen foetificare, & foetus, omni animanti conuenit. Catuli, sunt ferarum siue immanium siue mitium. Proprie tamen filij canis, catuli uocantur, qui & catelli uocantur. Pulli, pecudum, bouum, equorum. Hinnulus, est ceruorum, capreolorum, caprarum, damarum, leporum & similiarum. Foenero, as, are, actiue significat dare ad usuram. Foeneratur deponentaliter, qui accipit ad usuram. Deo foenerat, qui miseretur pauperi. Non foeneraris mihi. Non beneficium impendis, sed foeneras. Foeneratus sum a nummulario mille aureos, id est ad usuram accipi.
- Foeneratiuus, a, um, foenore sumptus. Ferre acceptum, est habere pro recepto ab aliquo, quod debet, etiam si non soluerit. Inde acceptilatio quam Iustinianus per interrogationem et responsum fieri uult. Ferrumen, pro glutino accepit Plinius, quo aliqua adglutinantur. Ferruminatio, conglutinatio. Vt muri Babylonij ante calcem repertam, bitumine feruminati leguntur.
- Ferè, pene, ut, Ferè mihi in caput decedit, id est parum abfuit, quin in caput meum decideret, id est pene siue prope, siue paulo minus, aut minimo minus. Capitur quando ueritate aliqua designamus, siue loci, siue temporis. Hec ferè sunt quae te scire uolui, id est ferè omnia. Ferè fit, ut adolentes ametur, id est, ferè ubique fit. Romani ferè orbem subegerant, id est ferè totum orbem. Pro eodem accipitur temere apud Quintilianum seculum. Praeox illud ingeniorum genus, haud temere ad frugem peruenit. Ita est, ut qui magna loquuntur, temere non faciant, id est, ferè nunquam faciant magna.
- Felix, cui accidit prosperitas. Prosper, qui dat felicitatem. Deus, sydera, fortuna, prospera dicuntur. Homines felices. Prosperè nauigauimus. Vento prospero, amne secundo, sed confunditur saepe differentia haec. Et ualentinus prosperam dicimus.
- Festus, a, um, feriatum & celebre ad diem pertinet. Ouidius: Salue festa dies.
- Vergil. Quippe etiam festis quaedam exercere diebus Fas est.
- Festiuus, lepidus, & iucundus. Terent. O festiuum caput. Oratio festiua, id est lepida.
- Ferus, qui habet animum ferinum. Horat. Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit. Ferox, animosus, elatus. Terentius: Eo ne ferox es, quod habes imperium in beluas.
- Fessus, fatigatus tam animo quam corpore. Fessus sum deambulando. Defessus, lassus, ita ut desistat ab instituto opere. Fatigari, lassum fieri. Defatigari, prorsus deficere. Literarum studio fatigari quidem licet, sed non defatigari.
- Fingere, proprie figuli est, qui uasa format ex luto: sed translatum ad omne opus, quod fit ingenio humano & artificiose. Fingis te dormire, id est, simulas. Finxit se longius ire. Effingere est ad exemplar aliquid exprimere. Monedi sunt scholastici, ut Ciceronis stylum studeant effingere. Effigies, signum ad alterius similitudinem factum. Fictitiuus, a, um, ad simulatus. Ficus, tam pro arbore, quam pro fructu duplicis est declinationis, secundae aut quartae. Pro arbore semper est generis foemini.
- Ficulnea, non significat arborem, sed aliquid factum ex tali ligno. Scyphus ficulneus adiectiuum, non substantiuum. Fides fidei, fida commendatorum executio. Fides terentiana declinationis, est genus citharae, uel chorda eius. Fidicula, diminutiuum, in plurali numero, instrumentum torquendi fontes, in quo uinciuntur.
- Fidem dare, est sancte promittere. Vergilius: Accipe daque fidem.
- Dedit illi fidem se ducturum. Fidem habere, est credere. Ne uerbis illius fidem habereas, Terent. Forsan paruam hic mihi fidem habet. Foeminis non est habenda fides. Fidem facere, est facere ut quis credat. Huius nunquam mihi fidem feceris. Fecit mihi poenitentiae suae fidem, id est, fecit ut crederem illum culpae poenitere. Flagitium, proprie peccatum est in libidine, quasi flagris dignum. Sed capitur non solum pro quouis peccato, sed etiam pro errore. Flere, fit lachrymis, dicitur lachrymare uel lachrymari. Gemere fit sonitu praedolore e pectore erumpente. Transfertur ad bruta & inanimata.
- Plorare, fit uoce flebili, & dolorem testante. Plangere fit percussu membrorum, regit accusatiuum. Littora dicuntur plangere fluctus. Etulare, fit uoce sublata, quod proprium est

Tom. 1

GgG 2

foeminis

- foemina. Vociferari, est immani uoce, aut dolorem aut indignationem ostendere. Lamentari, est uoce querula & oratione tristi dolorem testari.
- Li. 5. c. 58* Flagitare, est uehementer exigere, & plusquam postulare. Quintilianus. Efflagitasti quotidiano conuicio, ut iam emittere inciperem. Fore, id est futurum esse, iungitur nominibus aut participijs in nomina translatis, & non participijs futuri praecipue temporis. Spero te amatum fore non dicitur, ne ingeminetur futurum. Fore pro esse interdum recte usurpatur. Abfore, id est abfuturum esse. Defore, id est defuturum esse. Profore, id est, profuturum esse. Folium, & herbarum, & arborum, & florum est. Frondes, arborum tantum sunt. Frugi nomen indeclinabile, significat eum qui temperatus est in uictu & ueritu, & habet e regione luxuriosum. Fregit brachium, id est fractum est illi brachium. Fregit nauem, id est passus est nauis fracturam. Fidei tesseram apud me fregisti.
- Li. 4. c. 25* Fruges, id est quicquid ex fructu terrae in alimentam uerrimus, siue de uinea, siue de arboribus, siue de semente natum sit. Vnde arbores frugiferas dicimus, id est poma, uel fructum quemlibet ferentes. Frutex est lignum, quod non succrescit ad magnitudinem arboris, sed simile est herbis statura, dumus, rubus, aut similia. Fraga qui ferunt, frutices sunt. Inde fruticetum. Fruticari, pullulare, ut, Ex arbore excisa, fruticantur ramusculi.
- Li. 4. c. 28* Fremitus est immanis sonitus, ut aestuantis maris, aut murmurantis populii, aut hominis ex candescens in ira. Frequens significat passim qui frequentatur. Locus frequens. Vrbs frequens. Frequens actiue, significat qui frequentat, id est, qui assiduus est. Rarus es in schola, in lusu frequens, id est assiduus. Tertio frequens copiosus. Frequens popululus accurrat. Frequentes ciues. Frequens senatus. Circumstant dextra, leuaque frequentes.
- Li. 5. c. 5* Frui est re aliqua delectari, sine respectu ad alia comoda. Summum mihi tui uide diuersiderium incelsit, ut possim tuo colloquio frui. Adolescens labora, ut sit quo senex fruatur. Ita utimur libro non propter se, sed ut discamus. Fruimur iocis, uoluptatibus, & c. Sapientis iocis & lusu utitur, stultus fruitur: ille iocatur, ut non deficiat a labore, hic tantum ut delectetur. Vtor, uide loco suo. Hanc differentiam D. Augustinus luce clarius exponit libro de doctrina Christiana, cap. 4. Frui enim est, inquit, amore alicui rei inharrere, propter se ipsam. Vti autem, quod in usu uenerit, ad id quod amas obtinendum referre, si tam amandum est. Fretus, significat confusus. Tua humanitate fretus. Qua re fretus haec incepisti. Maximorum uirorum autoritate fretus, id est confusus.
- Li. 6. c. 44* Fundus, est pars agrum aliquid continens. Singula enim prata, uinea, horti, oliueta, poma, salices, arbusta, pascuia, nemora, loca occupatoria, piscatoria, uenatoria, siue uillam atque aedificium, siue piscinam, siue aluearia, siue uiuaria habeant, siue non habeant, singuli fundi sunt. Si autem tale aliquid sit in urbe, uico, aut castello, non in agro, praedium est non fundus: quantum & fundus praedium dicitur. Fundus igitur est rustica possessio: praedium & rustica & urbana possessio duntaxat qualem descripsi: nam uidetur possessio etiam significare tabernas, hospitia & horrea, quae non dicuntur praedia, neque fundi. Fundus siue fundum, ima pars cuiusque rei, sed proprie eius rei, quae aliquid liquoris continet, nauis, uasis, dolii, stagni, aluei, lacus & c. Sera in fundo parsimonia est.
- Li. 5. c. 5* Futilis, id est uanus inutilis, a furtio, is ire. Fungor, significat agere uel administrare officium. Fungor legatione urbis. Fungor officio iudicis. Fungor praetura. Fungor episcopatu. Fungor uita, id est uiuo. Non es prohi uiri officio functus: & c. mille. Defungor, usque ad finem fungor. Defunctus uita qui uita fungi desinit. Defunctus sum his laboribus, id est, finit hos labores. Titus Liuus: Defuncta morbis corpora, salubria esse coepere, id est finitis morbis.
- G
- Li. 6. c. 12* Gaudere, est secum animo uoluptatem capere, nec respicit alium.
- In Raud.* Gastrimargia, non castrum, significat nimiam ingluuiem. Graeca uox est.
- Li. 6. c. 25* Gerundia hoc differunt a participijs, quod participia significant tempus sine administratione rei: Gerundia significant administrationem rei, sine tempore: ut, Tenet me cura scholae regendae, non quae olim regetur (non enim significat tempus) sed quam regere debeo. Ergo, regendae, gerundium hic est, non participium. Contra: Cruciat me lectiois sollicitudo dicendae, participium est, id est quae dicitur sum. Gerundia habent omnes casus & genera: Nominatiuum, ut lusu randum dabitur. Genitiuum, ut Patris uisendi gratia, patriam peto. Datiuum, ut Aua

- ut, Auarus cogere nummis inhiat. Accusatiuum, ut, Inter edendum tua mihi reddita sunt litera. Ad irridendos nos uenisti. Ablatiuum, Tu litibus prouocandis delectaris.
- Li. 4. c. 52* Gena, est membrana illa qua oculus integitur & qua conuiuemus. Ciliu, dicitur quod habet pilos ad defendendum puluerem, ne cadat in oculum. Capitur etiam gena nonnunquam pro mala, nonnunquam pro ipsis oculis, continens pro contento. A gena ducitur adiectiuum genuinus, & est dens qui latet sub gena. Mala, est retunditas illa, in modum mali infra oculos, quae rubet cum pudore afficimur. Cuius interior pars, quae dentes molares habet maxilla dicitur. Bucca est illa follis infra malam, qui concipit uentum, & in qua indicatur risus. Dicitur quicquid in buccam uenit, id est, in os. Buccas habes tuba canentium similes.
- Generatim, per singula genera: nonnunquam generaliter, in genere.
- Li. 6. c. 20* Gemma, dicitur omnis lapillus pretiosus, siue perlucidus, siue non. Gemmae autem non dicuntur lapilli, nisi per subintellectionem pretiosi. Nam si grandes essent lapides, pretiosum uocari possent. Margarita tamen, non continetur sub gemma, uide loco suo.
- In Raud.* Gymnasium, est locus palaestrae, in quo nudi exercebantur. Finitis autem ludis, philosophi in eodem garrire coeperunt. Gloriosus, primo gloria plenus: ut gloriosa uictoria. Secundo, cupidus gloriae. Grammatici nostri putant per ablatiuum significari tempus continuu: ut multo tempore te expecto, in multo tempore, non per multum tempus. Sed plane falsum est. Nam pro eodem accipiuntur. Hic stertit totis diebus, uel totos dies. Studet totis noctibus, uel totas noctes. Per accusatiuum tamen tantum significamus spacium temporis, non speciem. Die dormis, nocte uigilas. Hyeme studes, aestate ludis, id est, illa parte anni. Totam noctem ludis. Totum diem stertis.
- Li. 4. c. 37* Gremium, est intra complexus foemorum foeminumue, in quo foeminae concipiunt. Pande gremium. Sinus, intra brachia pectus supra cingulum. Pueri lactentes in sinu sunt: cum gestantur in gremio. Grex, est congregatio pecorum pascentium: sed minorum: qualia sunt, hircus, porcus, porca, capella, caper, capra, sus, & similia horum dicitur grex. Sed tamen uidetur grex nonnunquam accipi pro armento, praesertim apud Vergilium:
- Aut aliquam in magno sequitur gregem.
- Adiungit Horatius mugientium: Aut in reducta ualle mugientium prospiciat errantes greges. Gratus, acceptus, qui gratiam refert, & est etiam in aduersis. Iucundus in prosperis. Iucundus non qui laetus est, sed qui est alteri causa gaudij, ut inimicus uictus iucundus est nobis, sed ille non gaudet. In iucunditate est gratia delectationis. In gratis est etiam commodi delectatio. Exemplum in quo utrunque uideas. In secundis rebus, nihil mihi fuit tua familiaritate iucundius. Nunc item in afflictis, nihil tua consolatione gratius. Est quidem pueris remissior inagister iucundior: sed in posterum gratior erit, qui seuerior fuerit.
- Li. 5. c. 26* Gradum facio, siue ut quidam, iaceo, est facere gradum, unde ad altiora & maiora scandimus: ut si quis cupiat fenestram ascendere per saxum, aut tripodem, gradum facit, ex quo ascendat. Cum Grammaticam didiceris, puto te gradum fecisse ad caeteras artes. Nondum me omnia confecisse, sed gradum ad alia factum existimate.
- Li. 5. c. 14* Gratiam facio, bono animo. Gratias ago, confessione & dicto. Refero gratiam, factio: & capitur tam in bonum quam in malum. Et tuis cumulatissimis in me beneficijs dignas gratias referre non possum, agam certe quoties licebit, habebomque semper dum uiuam. Petro meo nomine maximas gratias age. Ei qui inuitus benefacit, nulla habenda est gratia. Barbari dicunt, regratior, regratiamini: & quid ineptius. Dicendum est, Habeo uel ago tibi gratias. Grates pro gratia, apud poetas inueni pro necessitate metri.
- Li. 5. c. 43* Gratulari, est uerbo testificari, te de aliena felicitate gaudere, uel gratulari ipsi de re pro uoto gesta. Itaque potest gratulari, qui tamen tacitus doleat: Sicut gratias agere potest qui non habet. Gratulor tibi te incolumem rediisse. Gratulor mihi hoc me esse natum seculo. Gratulor his manibus quae me sole haecenus aluerunt. Additur accusatiuus: Gratulor tibi tale patre, siue de tali patre. Gratulamur etiam dijs. i. gratias agimus pro felicitate accepta, ut in triumphis aut similib. Gratari, id est quod gratulari, sed uilitatius apud historiographos.
- Li. 5. c. 76* Gratum facere, est ferre obsequium. Cicero: Si hunc iuueris, gratissimum mihi feceris.
- Gratificari, idem proprie significat, nisi quod hoc paulo maius. Deus gratificatur hominibus, non gratum facit.
- Ibidem* Gratificari regit datiuum cum accusatiuo, sed accusatiuus saepe omittitur.

- Lib. 5. c. 56** Ingurgitare, est obruere, sed proprie cibo, aut potu intemperate. Cicero: Cum se cibo ingurgitasset. Non usurpatur nisi reciproce. Non enim dicitur: Petrus ingurgitauit Ioan-
Li. 5. c. 59 nem uino. Inelaboratus, a, um, quod artificioso non satis excultum est, et uitio datur. Ela-
Li. 3. c. 61 borata oratio, id est, exacta & pulchra. Illaboratus, quod sine labore factum uidetur: ut
Li. 5. c. 28 Ciceronis sermo cum nihil sit cultius, fuit tamen illaboratus. Interrogamus
 noscendi causa: Percontamur arguendi gratia: Sciscitamus sciendi causa. Indi-
Li. 5. c. 69 cere, est denunciare. Indicare bellum. Indicare spectaculū, id est, denunciare finitimis fu-
 turum spectaculum. Indixi bellum uoluptatibus. Intercludere, est impedire progres-
 sum. Excludere est prohibere ingressum, aut eicere. Intercludo, id est, iter impedio.
 Vergilius: Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.
Li. 5. c. 70 Pro eodem dicitur intersepio, intersepisi, interseptum. Incedere, est ingredi, sed pro-
 prie cum quadam pompa & fastu. Seneca: Tenere ac molli passu suspēdimus gradum,
Li. 6. c. 9 nec ambulamus, sed incedimus. Inde incessus. Inficias ire, inficiari, pro eodem ac-
 cipuntur, & significant negare dicto, non facto. Inficiator est qui negat crimen obie-
Li. 6. c. 10 ctum, aut negat se pecuniam debere quæ petitur, unde status coniecturalis dicitur infi-
 cialis, in quo reus semper inficias it crimen obiectum. Negamus etiam facto. Inci-
 sim, id est, minutatim. Incisio membrorum, circuitus, ambitus, siue comprehensio, siue
 circumscriptio, siue continuatio, quæ Græce dicuntur cola, comata, periodi. Incisum,
 est sensus non expleto numero conclusus, plerumq; pars membri, ut, domus tibi deerat
 at habebas; pecunia superabat; at egebas. Fiant autem ex singulis uerbis incisa. Mem-
 brum est sensus membri conclusus, sed toto corpore abruptus, per se nihil efficiens.
Li. 6. c. 17 Innocuus aut innoxius, id est innocens, qui non nouit nocere, aut non nocuit. Seruus
 dicit innocuum tantum esse, cui non nocetur, sed errat. Nocens est qui ab honesto rece-
Li. 6. c. 18 dit, etiam si non noceat. Instar, nō significat ad similitudinem, sed ad mensuram &
 æquiparationem. Regit autem genitiuum, nec habet, ad, ante, se, ut quidam barbari som-
 niant. Inuenitur tamen pro nomine substantiuo, pro similitudine. Ignis instar, fulguris
 instar, clypeus instar solis. Bucca instar mammæ, id est, tanta quantitas est mamma.
In Raud. Infronitus, non dicitur sine freno, sed sine prudētia & sensu. *quod dicitur* etiam Græce, pru-
 dens dicitur. Eccl. 23. Animo irreuerenti, & infronito ne tradas me. Infrēnis siue effrena-
Ibidem tus, pro intemperanti inuenitur. Infula primo est quæ mari cingitur. Secundo do-
Li. 5. c. 95 mus quæcūq; quæ uia cingitur, nec est alijs edificijs contigua. Ita & peninsula. Im-
 putare est in rationem uocare, siue acceptum ferre, & capitur nonnunquam in bonum.
Li. 6. c. 44 Deputare est putare. Imperiosus, qui ostentat imperium, ut tyranni. Impono cū da-
Li. 1. c. 21 tiuo & accusatiuo, significat supra pono. Ne imponas mihi tantum oneris, quia nō ferā.
 Imponere cum datiuo tantum, aut sine casu, significat decipere. Quid negotij est deliro
 seni imponere? id est decipere. Et in Genes. 31. Iacob ad Laban: Quare imposuisti mihi?
 Facile est barbato imponere regi. Impositores per syncopen qui pollicitationib; ingēti-
Li. 5. c. 23 bus, & arte alios fallunt. Impertio, is, ire, significat cōmunicare & impendere. Et dicitur:
 hanc rem tibi impertio, & hac re te impertio. Generosi animi est, ea quæ didicit, alijs
 cā dide impertire. Hoc inter est inter diuitias & literas, ille si impertiantur amico, decre-
 scūt; hæc impertiēdo augētur. Dicitur, ut quidā uolūt, impertior deponētaliter, sed elegā-
 tius & tutius actiue impertio, passiuē impertior. Partior ferē deponētaliter dicitur, &
 significat quæq; in suas partes distribuere. Causam partiri in digitos, est distinguere.
Li. 4. c. 16 Imbrex est tegula curua, per quam aqua effluit. Iocus ioci, uel iōca iōcorū, sit
 uerbis proprie, nonnunquam lusus dicitur. Iocari, non serio loqui est, & habet contra-
 rium serium. Serio dicis, an ioco? Sane serio. Tu serio dictum accipis, at ego iocabar.
Li. 2. c. 4 Ilte, ille, & hic, hoc modo differūt. Hic adolescēs, id est, qui apud me est; iste, qui apud
 te est; ille, qui apud neutrum nostrum est, sed ab utroq; remotus. Eandē naturā habent ad-
 uerbia nata ab his pronomīnib;: Ab hic; huc, hinc, hac, horsum. Ab iste; istic, istuc, istac,
 istorsum, istō. Ab ille; illic, illuc, illinc, illac, illorsum, illō. Vt si scribas ad quempiā habi-
 tantem Dauētriæ, & tu sis Gaudæ: Iam pridē istuc (Dauētriā) profectus essem, nisi me
 hic (Gaudæ) occupationes meæ detinuisent. Sed tu matura istinc (à Dauētriā) te mo-
 uere, atq; huc (Gaudā) aduolare, ut possimus unā illō (Louanium) quo decreuimus, ire.
Li. 2. c. 5 Is & hic, pene idem significant, & maxime utimur eis, si præcedat aut sequatur rela-
 tiuum

- sane diues est, non dicendū, ille diues est, nisi forte à poetis uel à sacris doctoribus. Et hoc,
 uel & id, uehementiam significant; ut, Omnes liberales artes affecutus est, & id in puert-
 riā, uel, & hoc. In masculino aut feminino genere uidetur potius utēdum ea, uel is, q̄ hic
 & hæc, ut Vnica mihi uestis est, & ea detrita & fordida, potius q̄ & hæc.
 Is, & idem hoc differunt. Is potest poni cum coniunctione copulatiua, idem non po-
 test; ut, Quemcūq; ad locū secesseris, ad eum te sequar, nō ad eundem; eo quod idem, ha-
 bet in se uim copulatiuam. Tamen hoc Laurentius non audeat affirmare.
 Item, id est similiter. Nulla tibi à me orietur iniuria, nec item ego abs te feram. Ibidem,
 id est per omnia similiter. Liberi, à perditis parentibus perditē educati, itidem & ipsi perdi-
 te uiuant necesse est. Ita, inuenitur pro ualde. Quintil. Nec res est ita magni laboris, aut
 temporis. Iter facere, iter habere, iter faciurum esse. Viam facere est ubi nō erat transitus,
 uia aperire. Viam munire, est reparare ac substruere, interdum lapidibus. Munire aluē,
 reparare. Munire ripam, sulcare & reficere, ut fit in terra Hollandia sæpe propter impe-
 rius aquarum. Iugulus anterior pars colli. Ferre iugulum, petere iugulum, est inferre
Li. 3. c. 36 mortem. Iugulus in masculino dicitur. Iuuenalis: Tenui iugulos aperire susurro.
In Raud.
 Iuuentas est ætas iuuenilis, seu dea iuuentutis. Iuuentus, uel ætas. uel frequentia iuue-
 num. Læta iuuentus. Romana iuuentus, uniuersa in bellum pergere iussa est.
 Iugum est ipsa arduitas montis, & procliuis ac prona supinitas.
 Ius generalius est q̄ lex. Est enim ius genitiū & ius ciuile sunt leges, plebiscita, senatus
 consulta, decreta principum, responsa prudentium. Naturale diuiditur in religionem, pie-
 tatem, gratiam, uindictationem, obseruantiam, & ueritatem. Iustus, us, ui, in singulari nu-
Li. 1. c. 7 mero: Iusta iussorum; heteroclitum est. Quid cōfers in me culpā: iussu tuo est actum. Iusis
 ius libens parebo, id est obediā, non iusibus dicendū. In iussu meo factum est
 Iugerum heteroclitum est, in singulari neutri generis secundæ declinationis, in plurali
 tertie declinationis. Est autē spaciū terræ ducentorum decē pedū in longitudinē, dimi-
 diū in latitudinē. Iucundus, uide in Gratus. Iustitium, est quando clauso foro ius
Li. 4. c. 99 non dicitur. Iubere significat præcipere. Iussit magister ut abeas aliquo. Iussit ad se redi
Li. 5. c. 6 re. Secundo monere. Iube Petrum bono animo esse. Iube fratrem saluere. Iussit me pater
Li. 5. c. 80 bene sperare, id est, hortatus est ut bene sperem.
 Iuba est id quod galeæ imponitur instar iubarum, aut leonis, aut draconis, aut equi.
 Labo, as, are, prima breui, significat repente cadere. Inde labascere, & labefaciare, & la-
Li. 5. c. 9 befacere. Terentius: Omnes dentes labefecit mihi.
 Labor laberis priore longa, significat non repente, sed sensim descendere. Aues labun-
 tur, pisces in aqua, anguis murena, & quicquid motu lubrico est, labitur.
 Labi à labor, eris. Laborare à nomine labor. Lamentari, uide in flere.
 Lacesso, is ere, est prouocare, & capitur uisitatius in malum, elegantius in bonum. La-
Li. 5. c. 14 cessere bellū dicitur, qui prouocat ad bellum. Sapiēs nemini nocet, nisi lacesitus iniuria.
 Prouoco, uide loco suo. Laxus, flexibile, molle. Laxi funes, laxi nerui, laxæ chordæ, laxi
Li. 4. c. 9 loculi. Laxare est remittere. Lassus, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. Lassus
 sum te audiendo. Lassare, fatigare. Non potest avarum pecuntiarum ratio lassare unq̄.
 Latibula, ferarum sunt. Latebræ hominum sunt proprie, tamen confunditur sæpe dif-
 ferentia hæc. Vide ne quæratur latebra culpæ, id est, excusatio culpæ. Veritas non amat
 latebras. Quod barbari dicunt, ueritas non quærīt angulos.
 Lamina, est tabula æris, sed densior, q̄ ut crepitet, ut ex stanno, ære, plūbo. Bractea idē,
 sed tā tenuis ut crepitet; aut certe tā tenuis, ut crepitare non possit, ut qua nos inauramus
 libros. Lasciuus, est sermone & uita molliculus. Lætus, quod aspectu lætitiā promit.
In Raud.
 Gaudens, in animo est: unde uultus lætos dicimus, non gauderites. Trāsfertur aut ad in-
Li. 6. c. 12 animā & bruta: læte segetes oues, boues, uites arbores etc. pulchre & ualētes. Leges sunt
 regū institutiones, aut liberi populi scita: unde & rogationes uocantur, eo quod de lege
Li. 4. c. 49 ferenda populus rogari, id est interrogari soleat. Ius uide loco suo.
 Leuare, primo in altum tollere, notum est. Secundo est molestiam minuere. Tu calami
 rātem meam tuo auxilio magna ex parte lauasti. Leuamur morbo. Fac sæpe scribendo
 meum tui desiderium leues. Subleuare est auxiliū præstare. Omnes te grauāt; ego te
 paululum

- In Raud.** paululum subleuabo. Liburnæ sunt naues longæ, nō ad impetus faciendos factæ, sed magis ad laceffendum & fugiendum, etiam celeriores cæteris. Horat. Ibis Liburnis inter alta nauium amice propugnacula. Linter est nauicula ex una arbore cauata. Limus, a, um, qui aspicit oculis semiclusis, unde prohibet Quintil. oratores oculos habere limos. Libripens est qui libram tenet cum quis seruus manumittitur.
- In eundem** Litare est sacrificijs deos propitios impetrare; hoc est cum aues addicunt aut exta bene promittunt: ut frequentius legimus, duces cum sacrificassent, litare nequiuiffe.
- Li. 2. c. 6** Licior est minister consulis, proconsulis, præsidis, prætoris, qui fascem uirgarum alligatum securi præferebat. Licet idem est quod quis. Vide de hac coniunctione in Etsi.
- Li. 2. c. 28** Litera in singulari significat elementum: ut a, b, c. In plurali epistolam tantum, atq; in hoc differunt: Dicimus unam epistolam, non unam literam, sed unas literas. Item duas epistolas dicimus, non duas literas, sed binas literas: & ut breuiter dicam, literæ exigit numerum distributiuum. Epistola cardinalem. Cum autem sit oratio, literas efferimus per numerum pluralem hoc modo: Accepi binas abs te literas, quarum alteris iam respondeo, alteras nondum perlegi. Per Epistolam sic: Accepi duas epistolas, quarum alteri pridem respondi, alteri nunc respondeo.
- Li. 3. c. 8** Liberi pro filio singularem omnino non agnoscit, non tamen dicitur, terni mihi sunt, sed tres liberi, non unos, sed unum in alienam familiam dedi, non alteros, sed alterum Lo uanium demandui, non tertios, sed tertium mihi teneo. Propterea quod subintelligatur hic in iteratione filium, quod in literis non fit. Liberum tamē pro filio, Quintilianus, Paulus & Caius posuerunt. Et liberorum nomine continentur & filia.
- Li. 5. c. 1** Libertus & libertinus differunt. Libertinus habet correlatiuum Ingenuum, Libertus Patronum. Cuius libertus? Cæsar, meus, non, cuius libertinus? Libertinus conditionē significat, libertus etiā respectum priuati. Item libertus, liberta substantiuum est, libertinus adiectiuum, sicut & ingenuus. Libertabus dicitur, libertinabus nō dicitur, sed libertinis. Præterea potest desinere esse libertus, scilicet mortuo patrono, libertinus esse desinere nō potest. Libertinus qui iusta seruitute manumissus est. Ingenuus, qui ex liberis parētib. natus, nunquā fuit seruus. Licentia in uerbis, semper in malam partem capitur, scilicet pro temeritate loquendi quæ uelit. In factis pene semper in malū accipitur, nōnunquā in bonū. Est autē licentia impunita facultas loquendi, uel agendi quæcunq; placent. Terent. Deterriores omnes sumus licentia. Data est mihi facultas abeundi uel potestas, rectius dicitur quæ licentia. Libertas accipitur in bonam partem, quæ seruituti cōtraria est. Dic libere si quid te mouet. Quintilia. Quæ in alijs libertas est, in alijs licentia uocatur.
- Li. 5. c. 28** Liceri, seu licitari, est offerre pretium, ut sit in uenditione publica suppellectilis, id est in auctione. Nihil emere cupit, qui rem minoris dimidio pretio licetur. Polliceri, est sponte & ultrò aliquid promittere, parum dissidet à liceri. Licetur res quæ uenditur.
- Li. 1. c. 2** Lotium prima breui, significat urinam. Loco fratris te habeo, id est tanquā fratrem.
- Li. 3. c. 88** Voluptatis loco mihi est literarius labor, id est, uoluptuosus. Sororis loco te amo.
- In Raud.** Lufcus, qui orbus altero est oculo. Vnocus non significat strabum.
- Li. 2. c. 3** Ludicrum substantiuum, est quodcunq; opus ioculare. Ludicer secundæ declinatōis, ioculus uel ridiculus. Ludicra uerba, ridicula. Ludus, primo est res non seria, quod fit interdum spē lucri: ut ludus dimicantium hasta. Secundo schola, Ludus literarius. Ludus Grammaticorum. Ludus rhetorum. Ludus gladiatorius. Ludimagister, qui ludo præest. Lusus est uoluptatis gratia tantum, nō lucri. Lusus pilæ, lusus trochi, nōnunquā concepdatur pueris non ludi. Ludere fit uerbis, iocari fit factis. Sed sepe cōtrarium inuenitur. Eludere est ioco euadere. Alludere est aliud uerbis dicere, aliud significare, ut Adolefcēs qui senibus in cœmeterio detinere ioci gratia nitentibus, ait, Iniquum esse certamen, illos enim ante domos suos ardentiores, alludit ad sepulchra, quæ senum domus sunt.
- Li. 4. c. 60** Lucus, uide in sylua. Lucus, non tam dolorem significat, quam ostēstationem doloris, qui ueste, habitu, uultuq; proditur. Lugere, ualde flere. Lugubres uestes, pullæ. Fœminæ sæpe lugent uitros mortuos, cum tamen secum oppido gaudeant.
- Li. 4. c. 27** Lues, generalius est quam pestis aut pestilentia: est em lues aliquod genus morbi, quod siue homines, siue fata corrumpit. Pestis autem cito abit, quam nos pestilentia uocamus. Transfertur tamen & ad animum, & ad pecudes, & arbores.

Luce

Luce pro die dicimus. Prima luce, id est, diluculo, non prima die, Antelucem, non ante diem. Luci studendū est libris uoluentis, nox somno danda est: ut uesperī pro uespere, & ruri pro rure. Lubricus locus, in quo nequeas consistere: Anguilla, glacies, lubrica dicuntur. Et oculi dicuntur lubrici, eo quod semper uoluantur. Adolefcētia lubrica, eo quod facile in ea labimur. D. Hieronymus, Lubricæ ætati omnia etiam tuta timenda sunt.

M

Maturus, primo Ger. Zytig. Puella matura connubio. Non es maturus audiēda philosophiæ. Secundo perfectus. Maturus moribus, maturus etate, id est perfectus. Præmaturus, nondum maturus. Poma quæ præmatura decerpunt, minus sapida sunt: & noxia magis. Præmatura ætas, id est, immatura. Præmatura postulatio. Præcox præcoquus, & præpropere, suo loco dicta sunt. Maturare, id est perficere uel festinare. Verg. Maturare fugam. Gaudeo te coepisse, sed ut quātum potes, matures, te etiam atq; etiam oro. Cur non maturius uenisti? maturefcere maturum fieri. Si maturefcant mala.

Male pro ualde inuenitur. Qui male agit male multabit. Male mihi timeo, id est ualde mihi timeo. Similiter peius & pessime. Nullū hominum genus peius odī, quā assentatorum. Male precor tibi, male imprecor tibi, male opto tibi, male cupio tibi. Nemini male impreceris qui tibi bene optat. Male dico, Male audio. Qui maledicit, male audit.

Martius, a, um, quod incolit mare, uel quod est in mari. Maritimus, a, um, quod ad mare habitat, uel fit uel est. Nauis, piscis, rudens, periculū, sonus marina dicuntur, non maritima. Ora maritima, urbes maritimæ, bellum maritimum. Transmarinū, quod trans mare est. Transmaritimū, quod trans maritima loca est. Mandare, est alicui aliquid agendum, uel perferendum committere. Verg. Multa patri mandata dabat. Terentius:

Huic mandes, si quid recte curatum uelis.

Manere significat futurum esse, & regit accusatiuum. Sontes æterna manent supplicia, pios æterna præmia. Inertes summa manet ignominia. Studiosos immortalis gloria manet. Apud Poetas inuenitur expectare. Terentius: Quem hic manes?

Manipulatum, id est, per manipulos. Maiores sunt quicunq; ante nos fuerunt, atq; id in nostra ciuitate, ut, Pater, auus, proauus, attauus, tritauus, & cæteri antiquiores, maiores dicuntur. Posterī uide loco suo. Mango, mangonis, est homo uendens pueros suos, & cæteros uenales homines. Margarita, siue margaritum conchylium, eo quod in conchis nascitur. Vnio masculini generis, idem est quod margarita.

Mentatrum, est menta syluestris. Meus, tuus, suus, mis, tis, sis, semper possessiue aut actiue accipiuntur, ut Meus in te amor facit ut nihil mihi sit tua consuetudine gratius; id est, amor quo te amo, non quo amor. Meus codex, non mei.

Mei, tui, sui, nostri, uestri, semper passiue accipiuntur, ut Tui desiderio tabesco. Non potuit mei amor id abs te impetrare, id est, amor quo amor abs te, nō quo amor te. Desiderium tui, quo à me desideraris. Quod si possessiuis, meus, tuus, suus iungendum sit aliud nomen uel participium, id semper in genitiuo ponendum est, ut tua res nō secus mihi cordi est, quā mea ipsius mihi, aut tua ipsius tibi, non mei ipsius, aut tui ipsius. Tua solius efficit industria, ut ab his malis emerferim. At possunt ne in hunc modum poni quælibet partes orationis: Sola participia, aut gerundia participialia, & hæc tria, unius, solius, ipsius: Sub quibus comprehenduntur, duorum, trium, quatuor, cuiusq; omnium & plurimū. Vellem nosse, quæ sua sit cuiusq; sententia, non sui cuiusq; Vestræ omnium uoluntati parere non possum. Dicendum est, imago mei an mea? Si dicis imaginē quam tu emisisti aut possides, dices, mea imago. Si imaginem uocas quæ secundum te picta seu sculpta est, dices imago mei. Est uox ambigua, sicut multa alia timor, amor, desiderium, memoria & cætera.

Da mihi orationem, in qua actio & passio horum pronominum, & dictorum nominum, possit simul intelligi: ut Tui meum desiderium tuæ literæ magna ex parte leuarunt, id est tui meum desiderium, quo tu à me desideraris: ut tui meam memoriam nulla. delebit obliuio, id est meam de te memoriam. Meme, tetē geminata, uehementiam significat. Sese idē ualet quod se. Meo nomine, id est, mea causa. Tuo nomine. Suo nomine. Quo nomine, qua causa. Hoc solo nomine. Idē est, ex parte mea: Amicos tuos, meo saluta nomine. Memini regit tum genitiuū, tum accusatiuū. Meministine eius rei, quā dixi tibi nuper? Senes multa ex tempore meminisse possunt. Fac nostri memineris, Secundo mentio

nem

nem facere, tantum habet genitiuum. Huius rei nunquam meminit Vergilius, id est, de hac re. Memoria, in memoria, memoriter. Complector, repeto, teneo memoria, uel memoriter. Pronuncio, discio, narro memoriter. Pronunciandum est hodie memoriter quod heri prælegit magister. Dic memoriter, complica librum. Melsis, est tum

ipsa melsio, tum seges matura meti. Meritorius, a, um, quod quantum corpore suo facit. Meritoria taberna, ubi mercede quid agitur. Meritorium diuersorium, quod intrare cuique licet. Meritorius puer, est puer qui prostat precio. Meretrix puella, quæ præmio prostat. Meritorium corpus tam meretricis, quæ meritorij scorti masculini.

Merere est stipendium facere. Sub nostro duce decem annis meruit.

Mereri de aliquo, est aut bene aut male alicui facere. Bene mereri de aliquo, est benefacere. Male mereri, est iniuriam facere. Nihil de me, neque bene, neque male meritus est. De mereri, est bene mereri, sed regit accusatiuum, Esti plurima de me bene meritus es, tamen hoc uno beneficio me tibi perpetuo demereberis. A nostri barbari demerita, uocant mala merita. Emereri, est mereri. Emeriti, qui perfuncti sunt officio. Emeritus miles, Emeritus bos. Emeritus senex. Meo iure, mea autoritate, uel merito. Terentius: Non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Membratim, per singula membra.

Lib. 6. c. 3

Lib. 6. c. 10

20

Li. 5. c. 15

Li. 3. c. 4

Li. 3. c. 52

Li. 4. c. 31

Li. 4. c. 30

Li. 1. c. 21

Li. 4. c. 104

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Li. 6. c. 38

Li. 6. c. 39

Li. 4. c. 105

Li. 1. c. 16

18

Membrana, est charta pergamena, e pellibus animantium.

Migrare est ad habitandū ire. Anima cum morimur, migrat e domo corporis, ad campos elysios. Emigrare & demigrare idem significant fere. Remigrare, in pristinam domum redire. Commigrare, est uiciniæ adiungi. Immigrare, est in domum habitandi gratia ire. Mille, cum substantiuatur, est singularis numeri, & regit genitiuum. Mille nummum mihi debet. Mille hominum, & bis mille, ter mille hominum, uel nummorum. Mille interdum est adiectiuum, mille homines. Mille modis lethi miseris mors una fatigat. Est autem indeclinabile. Milia pluralis numeri est, & substantiuum: non recte dicitur, Milia homines, milia pecudes: sed milia hominum, pecudum &c. Milia passuum, non passus. Neque dicitur bis milia, ter milia: sed tria milia, quatuor &c. Mihi, & tibi, & nobis, interdum ponuntur festiuitatis gratia: Hic belluo dormit mihi dies totos, nocte cum noctuis uolat. Hunc sibi suo iugulo gladio. En tibi tuus patronus. Mimus, qui uel extra uel intra scenam obscenas gestulationes facit. Mimi uocantur tam homines, quæ poemata obscene nos amores cantantia. Ista scurrilitas nec mimum decet, nedum scholasticum.

Mysterium est res arcana, sacris tantum uiris cognita. Ministerium est opera ministrantis, sed capitur pro quocumque opere. Ministeria in plurali capitur etiam interdum pro ipsis ministris, sicut seruitia pro seruis, & officia pro officium exhibentibus.

Morosus prima longa, a mos moris, cui difficile satis fit. Cicero. At sunt morosi, et anxij, & iracundi, & difficiles senes. Moratus bene, qui bonis moribus præditus est, pro quo barbari morosus dicunt. Et male moratus, qui malis est moribus. Morigerus, obtemperans. Cupio tibi omnibus in rebus morem gerere. Decet uxores uiris morigeras esse.

Mollis homo, significat hominem inconstantem & lasciuum: nam qui molli cute sunt, ij plerumque & molli sunt animo, ut pueri & foemine. Molle etiam laudem sonat: nam quo materia fuerit mollior, hoc opus aptius dicitur. Quintilianus: Illius opera duriora, illius molliora, de signis loquitur. Signa quid sint, uide loco suo.

Morari pro expectare apud poetas inuenitur, sed proprie significat detinere. Ne me moreris diutius, festinato opus est. Quæ te causa tam diu morata est?

Multo, longe, facile, pro non dubie, pulcherrime superlatiuis iunguntur, ut Orator um longe facundissimus Cicero. Scholasticorum multo studiosissimus est Ioannes. Sodalium meorum tu mihi facile charissimus es. Mulier, significat foeminam non uirginem, id est, foeminam corruptam. Sed tamen nonnunquam significat etiam uirginem, quæ tamen sit in ea ætate ut patiatur uirum. Munus, primo donum. Martialis.

Munera quod senibus, uiduisque ingentia mittis. Secundo onus, ut Munus militiæ. Inde immunis, est sine onere reip. Tertio officium. Amici munus, est amicū clam arguere, palam laudare. Munera militaria, id est officia. Municipium. Municipalis, qui ex urbibus, quæ ciuilia munera accipiunt cum Roma, quas municipia uocant. Municeps, qui in municipio natus est: uel municipes, conciuues dicimus.

Municipatim, per singula municipia. Mutuo, id est, comuniter. Amamus mutuo, id est

id est, & tu amas me, & ego te. Mutuus amior, mutua beneuolentia. Inuenitur etiam pro uicissim & inuicem. Fac me mutuo diligas, id est, uicissim. Murus urbium est, & urbis similitum, castrorum, munitio numque. Mœnia, muri sunt urbis, & ædificia eius. Paries domorum. Mulus, proprie qui natus est ex asino & equa. Minulus, qui patre equo, matre asina genitus, quem quidam burdonem uocant. Mutuo, a, are, actiue, significat mutuo dare. Mutuor, aris, deponentaliter significat mutuo accipere. Mutuatus sum a mercatore quodam uiginti aureos. Mutua mihi unum ducatum, uel muto da, utrunque uerbum regit accusatiuum. Fœnero, uide loco suo. [Muriceps pro cato, inuenitur uocabulum est.

Nactus sum, id est, reperti uel offendi casu & fortuito. Si quem nactus eris qui eo iturus sit, iube ut saluet parentes meos. Nacti sumus materiam risus, id est, inuenimus, uel potius obtulit se nobis materia risus. Natalia substantiuum. Natalis adiectiuum, Natalicius adiectiuum idem significant. Iuuenalis. Natali Coruine die mihi charior hæc lux.

Natalis hora, est hora natiuitatis. Natalitius dies. Natales pluralis numeri & substantiuum, significat conditionem sanguinis & familiæ, ut hi qui obscuros habent natales uirtute sibi famam parabant. Illustres natales, maiores.

Ne, multis modis accipi solet. Primo interrogatiue. Est ne magister in ludo. Secundo dubitatiue, ut incertus sum uiuam ne pater, an non. Tertio prohibitiue, Ne feceris hoc, ne abeas usquam iniussus. Quarto capitur pro ut, & hoc cum uerbis includentibus in se negationem, qualia sunt uerba prohibendi, & cauendi, & timēditur, Prohibuit me pater, ne redirem ad te, id est, prohibuit me redire ad te. Caue ne cuiquam dicas, uel caue cuiquam dixeris. Vereor ne magister omnia rescuerit. Quinto pro ut non, ut Discite studiose ne magistro ueniente uapules, id est, ut non uapules. Sexto cum quidem, ualeat fere quod multo minus, id uide in Quidem. Septimo capitur pro certe affirmatiue. Terentius. Faciunt nã intelligēdo, nihil intelligā. Idem, Ne ego homo infelix sum, id est certe. Interrogatiue. Faciurus es quid ego an non? Nécne idem est quod non. Ponitur interrogatiue & dubitatiue. Dubius sum serio dicas nec ne. Nonne, ergo ne, itane, composita a ne, magis sensum extorquent, quæ interrogant. Nedum pene est idem quod non solum, sed non uno modo eis ut imur. Non modo & non solum (quæ idem ualent) semper in priore parte orationis ponuntur, ut Non modo te diligo, uerum etiam fratris loco amo. Non solum pecuniã am, uerum etiam uitam pro te impenderē. Nedum ferē semper in fine ponitur, ita tamen ut si oratio sit negatiua, id quod minus est ponatur in principio, & maius in fine in affirmatiua, contrario modo fiet, ut Non solum laborem pro te susciperem, uerum etiam mortem. Non crederem tibi obulum, nedum uitam meam: non solum non crederem tibi uitam, uerum ne obulum quidē. Est item alia differentia inter nedum & non solum. Nedum iungit partes inæquales: non solum, æquales. Vnde & hac causa, non solum, nonnunquam in orationis fine reperitur. Cicero: Plura ne dicam tuæ me lacrymæ impediūt, uel trahē iudices, non solum meæ. Hic non recte dicitur, nedum meæ. Nedum nullum ponitur, nisi in oratione negatiua. Neuti quæ & nequa quæ idem significāt. Ne dicam, hæc clausula si sequatur substantiuum, adiectiuum ponitur in accusatiuo. Sin interijcitur inter substantiuum et adiectiuum, relinquit utrunque in nominatiuo. Homo imprudens, ne dicam stultum: non stultus: quia homo substantiuum præcedit. Crudelis, ne dicam impius & sceleratus Castor, non sceleratum Castorem: quia substantiuum Castor sequitur. In alijs casibus nulla est ambiguitas, quia semper oportet conuenire adiectiuum & substantiuum, ut non faceres hæc magistro conficio, ne dicam præsentem: non præsentem.

Interdum tres negationes non plus ualent, quæ duæ, ut Nunquam tibi nec filius sum, nec fidam, nihil aliud est dicere, quæ, tibi nec filius sum, nec fidam unquam. Interdum duæ negationes ualent unam tantum. Caue ne me prouoces. Caue includit negationem, & ne, est negatio: nec est aliud dicere, quæ, caue me prouocare. Simile est de meuo, timeo, uereor, prohibeo, impedio &c. Sed quando in dictionibus est quædam contrarietas, non potest tolli gemina negatio: ut recte dicitur. Non modo stellæ, sed ne luna quidem ad solē seruat splendorem suum: uel sic geminata negatione. Non modo nullæ stellæ, sed ne luna quidem splendorem seruat. Sed non modo stellæ non apparent, sed etiam luna ad solē obscuratur: hic non non posset tolli una negatio, quia apparere & obscurari sunt contraria &c.

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

id est, & tu amas me, & ego te. Mutuus amior, mutua beneuolentia. Inuenitur etiam pro uicissim & inuicem. Fac me mutuo diligas, id est, uicissim. Murus urbium est, & urbis similitum, castrorum, munitio numque. Mœnia, muri sunt urbis, & ædificia eius. Paries domorum. Mulus, proprie qui natus est ex asino & equa. Minulus, qui patre equo, matre asina genitus, quem quidam burdonem uocant. Mutuo, a, are, actiue, significat mutuo dare. Mutuor, aris, deponentaliter significat mutuo accipere. Mutuatus sum a mercatore quodam uiginti aureos. Mutua mihi unum ducatum, uel muto da, utrunque uerbum regit accusatiuum. Fœnero, uide loco suo. [Muriceps pro cato, inuenitur uocabulum est.

Nactus sum, id est, reperti uel offendi casu & fortuito. Si quem nactus eris qui eo iturus sit, iube ut saluet parentes meos. Nacti sumus materiam risus, id est, inuenimus, uel potius obtulit se nobis materia risus. Natalia substantiuum. Natalis adiectiuum, Natalicius adiectiuum idem significant. Iuuenalis. Natali Coruine die mihi charior hæc lux.

Natalis hora, est hora natiuitatis. Natalitius dies. Natales pluralis numeri & substantiuum, significat conditionem sanguinis & familiæ, ut hi qui obscuros habent natales uirtute sibi famam parabant. Illustres natales, maiores.

Ne, multis modis accipi solet. Primo interrogatiue. Est ne magister in ludo. Secundo dubitatiue, ut incertus sum uiuam ne pater, an non. Tertio prohibitiue, Ne feceris hoc, ne abeas usquam iniussus. Quarto capitur pro ut, & hoc cum uerbis includentibus in se negationem, qualia sunt uerba prohibendi, & cauendi, & timēditur, Prohibuit me pater, ne redirem ad te, id est, prohibuit me redire ad te. Caue ne cuiquam dicas, uel caue cuiquam dixeris. Vereor ne magister omnia rescuerit. Quinto pro ut non, ut Discite studiose ne magistro ueniente uapules, id est, ut non uapules. Sexto cum quidem, ualeat fere quod multo minus, id uide in Quidem. Septimo capitur pro certe affirmatiue. Terentius. Faciunt nã intelligēdo, nihil intelligā. Idem, Ne ego homo infelix sum, id est certe. Interrogatiue. Faciurus es quid ego an non? Nécne idem est quod non. Ponitur interrogatiue & dubitatiue. Dubius sum serio dicas nec ne. Nonne, ergo ne, itane, composita a ne, magis sensum extorquent, quæ interrogant. Nedum pene est idem quod non solum, sed non uno modo eis ut imur. Non modo & non solum (quæ idem ualent) semper in priore parte orationis ponuntur, ut Non modo te diligo, uerum etiam fratris loco amo. Non solum pecuniã am, uerum etiam uitam pro te impenderē. Nedum ferē semper in fine ponitur, ita tamen ut si oratio sit negatiua, id quod minus est ponatur in principio, & maius in fine in affirmatiua, contrario modo fiet, ut Non solum laborem pro te susciperem, uerum etiam mortem. Non crederem tibi obulum, nedum uitam meam: non solum non crederem tibi uitam, uerum ne obulum quidē. Est item alia differentia inter nedum & non solum. Nedum iungit partes inæquales: non solum, æquales. Vnde & hac causa, non solum, nonnunquam in orationis fine reperitur. Cicero: Plura ne dicam tuæ me lacrymæ impediūt, uel trahē iudices, non solum meæ. Hic non recte dicitur, nedum meæ. Nedum nullum ponitur, nisi in oratione negatiua. Neuti quæ & nequa quæ idem significāt. Ne dicam, hæc clausula si sequatur substantiuum, adiectiuum ponitur in accusatiuo. Sin interijcitur inter substantiuum et adiectiuum, relinquit utrunque in nominatiuo. Homo imprudens, ne dicam stultum: non stultus: quia homo substantiuum præcedit. Crudelis, ne dicam impius & sceleratus Castor, non sceleratum Castorem: quia substantiuum Castor sequitur. In alijs casibus nulla est ambiguitas, quia semper oportet conuenire adiectiuum & substantiuum, ut non faceres hæc magistro conficio, ne dicam præsentem: non præsentem.

Interdum tres negationes non plus ualent, quæ duæ, ut Nunquam tibi nec filius sum, nec fidam, nihil aliud est dicere, quæ, tibi nec filius sum, nec fidam unquam. Interdum duæ negationes ualent unam tantum. Caue ne me prouoces. Caue includit negationem, & ne, est negatio: nec est aliud dicere, quæ, caue me prouocare. Simile est de meuo, timeo, uereor, prohibeo, impedio &c. Sed quando in dictionibus est quædam contrarietas, non potest tolli gemina negatio: ut recte dicitur. Non modo stellæ, sed ne luna quidem ad solē seruat splendorem suum: uel sic geminata negatione. Non modo nullæ stellæ, sed ne luna quidem splendorem seruat. Sed non modo stellæ non apparent, sed etiam luna ad solē obscuratur: hic non non posset tolli una negatio, quia apparere & obscurari sunt contraria &c.

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

Nemus

Tom. 1

HhH

- Li. 4. c. 61** Nemo, uide Sylua. Negocium contrarium est ocio. Quid tibi istic negocij est? Se-
Li. 5. c. 88 cundo negociū saepe inuenitur pro labore seu molestia. Quid negocij est, id est, quid ope-
 ris est? Necatus generale nomen. Veneno, ferro necatus. Nectus fere ponitur sine ad-
 iecto, nec tam significat mortuum quam propemodum mortuū. Fame nectus, siti nectus,
 & similia. Bos est enectus arando. Necessarij sunt cum quibuscumq; nobis aliqua fami-
 liaritas & amicitia intercedit. Inde necessitudo. Vir mihi antiqua necessitudine iunctus
 id est, amicitia. Nænia est cantus lugubris in funere. Capitur pro ineptia, siue cantus,
 siue sermonis. Horatius. Absint inani funere næniæ. Næuus est macula corporis.
Li. 2. c. 19 Nisi, si in principio orationis ponitur, indicatiuum desiderat, alias subiunctiuum. Nul-
Li. 3. c. 29 lam tibi iniuriā irrogauit, nisi forte beneficia in te mea iniuriā uocabis. In medio sic: Va-
Li. 3. c. 40 pulabis nisi caues, uel, nisi caueas. Nihil ad te, id est, parum est ad comparationē tui.
 Est quidem bella urbs Traiectum, sed nihil ad Colonia. Terētius. Est ne Thais, ut fertur,
Li. 2. c. 3 forma: Sanē, sed nihil ad nostram hanc. Nostras, uestras, cuias cuiatis, non solum pa-
 triam, nationemq; significat, sed etiam sectam & partes. Cuias es tur: Nostras ne es, an ex-
 ternus: ibi patriam significat. Cuias es tur: Epicureus ne, an Stoicus: hic sectam significat.
Li. 5. c. 35 Nobilis nonnunquam in malam partem accipitur, id est, notabilis. Nobile scortum.
Li. 9. c. 20 Nominatiuū, id est, expresso nomine. Noxa, primo pœna, dedere noxæ, est dare
Li. 6. c. 35 seruum ad pœnam, potius quam præstare maleficium quod admisit. Dedita noxæ man-
 cipia. Secundo damnum. Ouidius. Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.
Li. 6. c. 42 Noualis, ager qui nunc primum proficissus est, uel qui alternis fertur. Nothus græ-
 cum est, significat quocumq; modo illegitimum. Nudiustertius, est dies quæ est ultra he-
In Raud ri. Nudius quartus. Heri, non, nudius secundus. Nudiustertius. Nudius quartus. Nec ul-
Li. 2. c. 33 tra licet progredi. Quamuis Plautus dicat, Nudius quintus, sextus. De perendie & pridie
Li. 2. c. 34 uide loco suo. Nuper, pridem, iam pridē, de paulo longiore tempore dicuntur: quam-
 dudum & iam dudū scilicet sex mensium, medijs anni aut longioris, seu breuioris pro con-
 ditione materiæ. Quod pridem tibi scripsi, id ipsum nunc repero. Iam pridem tua mihi fi-
 des cognita est. Vnde pridem gaudet uerbis præteritis. Iam pridem præsentibus.
Li. 3. c. 51 Numeralia distributiuā supra centum syncopantur, præter mille: infra non. Duceni, du-
Li. 1. c. 14 centeni: Trecenti, trecenteni: Quadrageni, quingenteni: Sexcenti, sexcenteni: Septingeni,
 septingenteni: Octingeni, Noningeni uel nongeni, nongenteni. Infra centū. Singuli, bini,
 terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, qua-
 ternideni, quindeni, senideni, septenideni, uel deniquaterni, deni quini, deni seni, deni se-
 pteni, deni octoni, deni noueni. Viceni, uiceni singuli, & uiceni bini, & uiceni terni, & cæ-
 tera. triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, non octuageni, non-
 geneni, uel nonageni, Centeni. Hæc numeralia non significant simpliciter numerum, sed sin-
 gulis tantum: ut Olim bini consules creabantur, id est, singulis annis duo, & Pater meus
 filijs denapondo legauit.
Li. 3. c. 5 Item, hæc raro in singulari numero inueniuntur. Poetæ uero & sapenumero singulari
Li. 14 utuntur, & pro suis cardinalibus accipiunt frequenter. Septena pro septem, bisseua pro
 bis sex. Oratores nō faciunt, nisi necessitate compulsi: Primo, ut si numeratum careat sin-
 gulari numero, ut Binas ad te dedi literas, non duas. Binos scripsit codiculos. Secundo, si
 aut habeat pluralē, sed diuersi generis, aut si sint diuersæ significationis: ut ædes & ædes,
 litera & literæ. Trinum non est distributiuum numerale: Nam trinum est quod comple-
 citur ternarium numerum: ut Trinum nundinum, trina diuinitas. Nota, his nomi-
Ibidem nibus, utriq; singulis, cuiq; unicuiq; iungi tam distributiuā quam numeralia cardinalia.
 Numeralia aduerbia infra centum syncopen habent, supra centum non syncopantur: ut,
 uicies pro uiginti, tricies pro triginti, quadragies pro quadraginti, quinquagies
 pro quinquaginti, sexagies pro sexaginti, septuagies pro septuaginti, octogies non
 octuagies, nonagies non nouagies. Supra centum, Centies, ducenties, treceties, quadrin-
 genties, quingenties, sexcenties, septingenties, octingenties, noningenties. Mille, bis mil-
 le, ter mille, quater mille, uicies mille, tricies mille, centies mille, & cætera.
 Regula numerorum.
Ibidem Infra centum, & supra uiginti semper minor numerus præponitur, & maior sequitur,
 & hoc cum copula, ut quartus et octogessimus annus, quinq; & uiginti. Sed si tollatur, &
 maior

maior præcedet: uiginti quinq; sexaginta sex, uiceni terni, uiceni seni, non, seniuiceni, nisi
 cum, &. Supra centum minor numerus postponitur. Centum & nouenos uixit annos,
 Anni quadringenti & septuaginta, &c. Mille & quadringenti. Infra uiginti maior nu-
 merus præponitur, & minor postponitur, ut Decem & octo, decē & nouē, &c. aut certe
 sūt unica nomina, tredē, duodecim, &c. Ista aut nomina, duo de uiginti, undetrigin-
 ta, undecentū, duodecentū, duodequadragessimus, &c. nō seruat prædictas regulas, quia
 sunt nomina cōposita. Nota. uir malus nulla lacessitus iniuria ab amicitia recedit, uir
 bonus nulla lacessitus iniuria ab amicitia recedit. Hæ orationes propter uim negationis
 eisdem uerbis contraria significat. Sed in posteriore oratione Laurētius nō ausit dicere,
 recedit, sed recedet, uel recedat. Nux est quicquid habet corticē durū, ut Castanea, amy-
 gdalū, auellana, iuglās. Poma uide loco suo. Nutriti est paruulorū ut crescāt. Inde nut-
 trices nutriticq; dicunt, qui aut alunt, aut aluerūt pueros. Nutare est magnæ molis rui-
 nā minātis, ut quercus annosa nutat. Transfertur ad animū dubitantem quō se potissi-
 mum cōferat. Nunciū in masculino, significat tum id quod nunciatur, tum eum qui
 nunciat. In neutro non inuenitur. 4. Reg. 7. Hæc est dies boni nuncijs. Nuncio de matris
 excessu nihil fuit acerbius. Numen est potestas seu imperium, deorum duntaxat. Nuge
 nugarum, sermones leuium rerum & nullius ponderis: Vt sermones aniles, nū-
 gas uocamus. Nunquid, de uno interrogat. An, de pluribus, nonnunquā de duobus.
 Nunquid interdum est nomen, non aduerbium, ut Nunquid uis?

O interiectio tribus casibus iungitur, nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo: significat
 autem uehementiā affectus. O hominē perditum. O te infelicem. Sin autem affectus nō
 sit tam uehemens, potest relinqui o, ut Indignum facinus, iniuriā irrogauit, in super &
 cōiunctum fecit. Si affectus esset uehementior, dicendum esset, o indignum facinus.

Obiter, id est, specialiter, pro tali causa, uel statim. Quintilianus seculum posuit. Sed re-
 uera significat interim, siue incidenter. Iuuenal. Atq; obiter lauat. Translatum ab ijs, qui
 in uia quum aliō tendant, per occasionem aliquid agunt: quod Græci περιπατος, Latini,
 aliud agens. Obuius fio tibi, obuium me tibi fero, obuius uenio, uel obuiam, obuium
 me tibi fortuna obtulit, idem significat. Habui illum obuium, uenit mihi obuiam, idem
 sunt. Obseruare primo idem quod attendere. Obserua quō abeat magister. Et capitur
 frequenter in malam partem. Obseruamus eum, cui parum fidimus. Secundo significat
 uenerari cum quadam admiratione uirtutis, ut Mihi statutum est te amare, te colere, te
 obseruare. A priore significato uenit obseruatio, à secundo obseruantia. Pro mea erga
 te obseruantia, id est, pro meo amore uel reuerentia. Obire, id est, exequi. Ob eo le-
 gationem, oboe prouinciam. Et apud Statium Chiron de Achille:

Olim ferre minas, audita & obire solebat

Imperia. id est, exequi quod imperabatur. Obire munita. Oboe mortem, id est, pera-
 go mortem. Cum dicitur obijt, subintelligitur semper mortem. Sicut defunctus est, sub-
 audiuita. Obruer, opprimere mole. Obrutus undis, id est, submersus. Obrue terra.
 Transfertur ad animum. Obruis me tuis beneficijs. Stomachus cibo obruitur, & uino
 immodico. Obses, est qui traditur imperio alterius, ea conditione, ut si dator obsidis
 à fide recedat, recipiēti sit ius in corpus obsidis, ut reges ab urbibus in fidem pacis ob-
 seruandæ accipiunt, & dant obsides. Obsonium, est cibus additus panī, præcipue
 pisces. Obsonare, est lautis epulis profundere pecuniam. Obnoxius, nō significat
 obligatus, sed expositus, subiectus, ut locus obnoxius uento. Vrbs obnoxia fluctibus.

Occupare, proprie est rem in medio positam ante ceteros capere. Matura emptionē,
 ne alius rem occupet. Nos occupati sumus, quum detinemur negocijs, ut alijs non sit lo-
 cus. Occupare urbem, est uī capere: Præoccupare, uel occupare, est cum præuenimus
 rem dicere, ne alijs nobis obijctant. Inde occupatio, schema rhetoricum, quum priores
 dicimus quod alter dicere poterat. Vereor ne nox occupet. Ocium, est uacatio à la-
 bore, cuius contrariū est negocium. Scribam ad te ubi primū aliquid ocij nactus ero. Et
 capitur pro studio literario: unde ocium literarium dicimus. Hinc ociani, pro indulgere
 ocio: & ociosus pro eo qui est uacuus à negocijs. Quāquā ociosa interdū dicitur super-
 uacanea, & nihil ad rē faciētia. Cato distinxit ociosum à nihil agēte. Ociosus est qui nul-

- lum exercet opus. Nihil agit, qui frustra laborat. Odium, interdum sonat molestiam.
- Li. 1. c. 21 Terent. Nunq̄ tuo me odio uincēs, id est tua molestia. Odiosus passiuē, significat eum qui odio habetur, non qui odit, id est inuisus. Vel odiosus, molestus. Cic. In infirmo corpore odiosa est omnis offensio. Odiosus, inuisus. Odor, quod olfactu percipitur. Interdū pro suspicionē siue fama accipit. Odores pluraliter odoramenta: ut Odores Arabici. Odores Sabæi. Inde Odorari, & subodorari, pro suspicari & inquirere. Officium, id quod facimus ut debemus pro rerum, locorum, personarum exigētia. Officium discipuli est, patris loco præceptorem uenerari, id est debet. Vide ut tuo fungaris officio, quādo ego perfunctus sum meo. Secundo, officia ferē accipiuntur pro beneficijs, siue obsequijs. Id tua in me faciūt officia, ut nihil tibi negandū putē. Tertio, officiū est functio, ut Magistratus, Inde officiales uocamus. Quarto, officiū quod quisq̄ debet præstare. Officium medicinæ. Officiū architecti, Officiū fabri. Officina, est ubi opera opificiū fiunt. Officina statuarij, fusoris, flatoris utuarij, pictoris, sutoris, cælatoris, excusoris, fabri. Tabernā uide loco suo. Offendo, primo ad iram prouoco. Inde offensa. Remisi, offensas omnes. Secundo, reperio, uel obuium habeo. Si te uspiam offendero solum, dabis mihi pœnas. Oleaster, est olea syluestris. Olea frugifera. Olim, tam futurum q̄ præteritū significat. Olim literæ in precio fuerunt. Olim te pœnitebit inertia tua. Secundo olim, idem est quod aliquando. Horatius: Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa uelint ut discere prima. Iam olim, uel olim iam. Olim aut̄ præteritum aut futurum poscit. Iam olim, præsens. De olim exempla habita sunt. De iam olim exempla. Iam olim mihi summa necessitudine iunctus es. i. ex multo tempore, & adhuc. Iam olim barbaris odio sunt literæ. I. diu fuerunt, & adhuc sunt. Omnimode & diuersimode, non sunt latina. Omnifariā & multifariam latine dicitur. Opera operæ, significat ipsam actionem, & laborem. Opus operis, significat ipsum quod agitur, ut Faber cudendo galeam impendit operam, id est, actionem cudendi. Opus autē dicitur ipsa galea quæ cuditur. Opus manuum mearū, dicitur liber à me scriptus. Itaq̄ opus est fructus operæ. Operæ dicuntur ipsi qui debent aut præstant operā. Horat. Accedes opera agro noua Sabino, id est nouus fossor. Operæ pretium ab opera dicitur, significat utile, ad rem pertinens.
- Li. 1. c. 21 Operosus, multæ operæ. Operosa structura, multi operis. Horatius: Operosa paruis carmina fingo. Operose, id est, laboriose.
- Opitulari, id est auxiliari, dicitur ab opem fero, quod habet tullī in præterito.
- Li. 3. c. 36 Opinio nunc actiue, nunc passiuē significat, sicut omnia uerbalia in io, præter hæc: suspicio, obliuio, offensio, quæ fere passiuē significant. Dabo operam ne unq̄ tua de me falat opinio. hęc actiue. Homo magnæ opinionis: hęc passiuē capitur. Venit mihi Petrus in suspicionem furti, id est, suspicor furtum de eo. Videot mihi post tanta in te merita tibi in obliuionem uenisse. Obliuio tua qua obliuisceris. Obliuio tui, qua alius tui nō meminit.
- Li. 4. c. 20 Oppidum, dicitur omnis ciuitas præter Romam, quæ prima, urbs uocati cœpta, fecit ut cætera oppida, interdum & urbes uocarentur.
- Opifex, qui exercet artem manuarum. Opificium, exercitium artis, artificium.
- Li. 1. c. 44 Oppetere, aut accusatiuum habet expressum, aut subauditum, & significat mori. Aia maluit milles mortem oppetere, quā semel mulieribus inseruisse. Innumeri in hac pugna oppetiere milites, id est perierunt.
- Li. 6. c. 57 Oriundus, iungitur primo ablatiuo cum prepositione a uel ab. Oriundus à Gauda, à Roma. Nos Hollandi à Troianis sumus oriundi, id est, originem ducimus à Troianis. Secundo ablatiuo sine prepositione. Oriundum Alba sacerdotium. Tertio aduerbijs, ut Inde ego sum oriundus, unde tu. Ortus genitiuū habet. Ortus Gaudē, id est, natus illic. Ordo, suo quicq̄ loco disponit. Series, est rerum quædam continuata progressio. Inter annos series est, uerius q̄ ordo. Equestris ordo dicitur, non series. Orchestra, est locus ubi saltabatur publice, & similia fiebant, circumfidentibus nobilibus, & plebe circumstante. Interdum usurpatur pro confesso honoratorum.
- Li. 4. c. 48 Orator, uide in Rhetori. Orbus a, um, qui priuatus est re admodum chara, ut Patrens suis liberis priuatus, orbus est. Inde orbitas. Secundo orbus a, um, pro prophano nō nunq̄ accipitur, & orbitas pro orphanitas. Filius dicitur orbus amisso parente. Orbem pro uacuum, dixit Horatius: Forumq̄ litibus orbem. Orare, est rogare. Exorare, rogando impetrare. Sine, hac una in te exorem. Orator uenio, facite exorator ut siem.

P.

P.

- Pacificatus sum, id est, pacem accipi. Pacatus sum, id est in pace sum, uel recessi ab ar
- Li. 5. c. 73 mis. Placatus sum, deposui offensionem. Parem esse, id est, sufficere. Non sum par
- Li. 5. c. 74 tanto oneri. Quintilianus: Aspicio par laboribus corpus. Impar dolori animus. Pariformiter non inuenitur, sed pariter, siue similiter, siue itidem. Pancratiastes, qui
- In Raud. ad omne genus certaminis ualeat. Papula, id est, pustula similis næuo. Pabu
- In Raud. lari, est pabula carpere manibus, aut falce in passionem iumentorum. Parentare, est
- Li. 4. c. 23 manibus defuncti, uel potius occisi satisfacere: & corripit primam. Inde parentalia ho
- Li. 4. c. 74 niores funerales. Paria facere, est quod alibi omisum est, aliunde compensare, ut Ille
- Li. 6. c. 19 qui confitebatur se hominem necasse, rursum autem generasse hominē, paria facit. Item
- quando natura pusillos corpore, magnos animo creat, paria facit. Ingenio pollens cum
- robusto paria facit, id est, equat robustum. Passim, id est, passim. Huius rei exem
- plum in ueterum scriptis passim reperies. Armenta passim pascunt. Vergilius.
- Strata iacent passim sua quæq̄ sub arbore poma.
- Pannosus, qui crasso ac uili, seu lacerò panno operatus est: ut, pauperes pannosos dicitur
- Li. 1. c. 21 mus. Parumper & paulisper, id est, paruo tempore. Imperiti accipiunt pro paululum
- Li. 2. c. 44 & parum, sed falso: sunt enim aduerbia temporis. Paulisper gaudere potest qui tamen
- multum gaudeat. Parū interdū sonat non satis: Quod tibi parum est, mihi nimium est.
- Parentthesis, est interiectio orationis in sermone, qua remota, sermo manet integer. Ea
- Li. 3. c. 11 quum semper uenusta est, tum plurimū uenustatis habet, quum sit per qui, aut is, aut per
- 48 ur. Si modo culpam tuam passus esses, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignouisset. Id flagitiū si præsens uidisset parens (eius seueritatis est) te membratim discerpisset. Si hanc noxam Petro imponere pergis, ille (ut impudētissimus est) in te eam retorquebit.
- Patronus, qui accusatum defendit, uel quemcunq̄ alium afflictum. Nisi tu mihi patronus
- Li. 4. c. 20 adfiss, nulla emergendi spes est. Patrocinari, id est, protegere quemcunq̄. Patrocinium, id est, tutela. Aduocatus, quicq̄ paratus uenit aliū defendere, etiam si nihil agat.
- Parasitus, id est, qui omnia facit dicitur ue ad uoluntatem alterius, uentris gratia: Qualis
- Li. 4. c. 51 est ille Terentianus Gnatho. Pasticio non tam significat actum pascendi, q̄ ipsum cibū,
- Li. 4. c. 53 sed proprie glandes, poma, hordeum, legumina: & est pecudū. Pabulum, id ipsum signi
- ficat, sed est aliorum quoq̄ brutorū: estq̄ proprie cibus herbaceus, scæniceus, paleaceus, stramentitius, potius quā seminum. Pasticus est hominū. Literarum consuetudo, gratissimus animorum pasticus est. Pasco actiue, Ger. weiden. Pasce capellas. Sed pasco neutrale, esse in pascuis. Vergilius.
- Pascentes seruabit Tityrus hædos. Ouidius:
- Mille greges illi, totidemq̄ armenta per herbas
- Pascebāt. Inde uenit pascua, & ager cōpascuus. Pascor deponentale, uorare, comedere. Et uult accusatiuum. Pascur herbas grex. Itidem depascor. Pasocere delectare. Vergilius. Atq̄ animum pictura pascit inani. Petere, primò posseere. Maiorem in modū abs te peto. Petere consulatū, petere dignitates, est ambire. Secundo accipitur in malum. Ouidius. Summa petit liuor. Petijt me lapide. Petijt me faculo. Malo me Galatea petit lasciuia puella. Appetere, est qualitercunq̄ et qualiacunq̄ petere, etiam turpia & incommoda. Expetere, est appetere tātum petenda, id est, honesta. Voluptatem appetimus, nemo expetit. Confunduntur interdum, ut Horatius: Amore, qui me præter omnes expetit. Expetere neutrale, significat extare, sicut suppetere sufficere, siue subministratū esse. Itidem appetere neutrale significat instare. Iam appetebat nox. Iam appetente uere, id est, sub uernum tempus. Peruigil, qui nunquam dormit, nec noctu, nec interdū. Vigilare, est ad tempus, non semper. Pernox, est qui noctem ducit in somnum. Inde pernoctare & peruigilium. Perlegere, usq̄ ad finem legere, uel totum, uel partem. Perferre literas, ad eum cui missæ sunt ferre. Ferre, portare. Multi ferunt, qui non perferunt. Peragere reum, est usq̄ ad illius damnationē agere, id est, accusare iuridice. Perorare, est finem orationis dicere. Peroratio est finis & conclusio orationis. Persuadere, est facere ut quis credat. Suasi illi multis argumētis, sed nō persuasi. Suauiter persuasit, quia neutrum sequar, sed meā ipsius sententiā. Ita nō recte dicitur, dissuasi, id est

Tom. 1

HhH 3

est

- est, reuocauit a sententia, sed persuasi ne faceret, siue reuocauit a sententia. Persuasio est firmata sententia: & fides proprie dicitur persuasio, qua certo credimus audita potius quam uisa.
- Lib. 5. c. 31 Periuus, qui iusiurandum uiolat. Peierare est falsum iurare. Abiurare, est iureiurando inficiari. Perucidus, a, um, siue pellucidus, a, um, quod transmittit aspectum. Et refertur ad corporea. A qua pellucet ad imum. Perpicuus, per cuius medium uidemus: ut uitrum, glacies, laterna, crystalus, gēma. Sed perspicuus refertur sepe ad incorporea, pro manifesto.
- Li. 1. c. 35 Perditus est qui in omne scelus traditus est. Perditissimi mores. Perdita uita. Perditae mat. Pertinax, qui nimis est tenax suae sententiae.
- Li. 5. c. 31 Perfuga, generis communis, qui fugit ad hostes. Idem transfuga dicitur. Perfluere, transmittere liquorem, ut Lagena male compacta perfluit. Caue illi quicquid committas quod tacitum uelis: nam undique perfluit. Perfluere, transmittere pluuiam. Tectum clauis nostri perfluit. Domus perfluit. Cœnaculum perfluit. Persequor, i. insector. Saule, Saule quid me persequeris? Persequor interdum, perseuero exequi quod coeperam. Persequere quod recte coepisti. Percontari, est interrogare, sed arguendi causa. Sciscitari, sciendi gratia: interdum confunduntur. Perosus & exosus tantum active significat. Verg. Lucēque perosi. Pensile, est quod pendet. Vua pensilis. Horti pensiles, i. non in solo, sed in alto suspensi. Peplus, non peplum graecum est, significans uestem. Perpendere, expendere, est exacte ponderare atque examinare. Cic. Quae contemplantes, expendere oportebit, quid quisque habeat sui. Idem: Quid in amicitia fieri oportet, quae tota uirtute perpenditur. Appendere, est per pondus tradere. Appendi uuas, appendi pecuniam, &c. Cic. Ut iam appendatur pecunia, non numeretur. Impendere a pendo, significat insumere. Inde impendit, & impēla. Impendere a pendeo significat immingere, iam iam casurum. Multa capiti tuo impendit. Mors omnibus horis impendet nobis. Nubes impendent. Penetrabile substantiuum, est interior pars aedificij uel regiae. Penetrabile adiectiuum, est quod facile penetrat, aut quod facile penetratur. Telum penetrabile, Frigus penetrabile, Saxum ferro impenetrabile, quod non potest penetrari. Persona, significat eam qualitatem qua homo differt ab homine, tum in animo, tum in corpore, tum in extra positis: quae a rhetoricis enumerantur in attributis personae, ut, Hector ad Priamum persona filij est, ad Astyanax persona patris, ad Andromachē persona mariti, ad Paridē persona fratris, ad Sarpedonē persona amici ad Achillē persona inimici. Sunt autem & personae in diuinitate. Pater, filius, spiritus sanctus. Sed qualitas est ea, quae possit abesse citra subiecti corruptionem, falsa & graecula est definitio. Calor enim & lux in sole nunquam abesse. Secundo per translationem personas dicimus in scena, qui exprimunt gestu & habitu uel senem, uel amatorem, uel auarum, uel factabundum, &c. Gnatho et Thraso personae sunt. Inde personatus. Tertio dicimus personas figuras eminentes, quae a quas ore uel mentula fundunt, eoque uarios uultus & gestus exprimunt. Peculium, est quicquid labore nostro partum est, & quod reposuimus nobis. Hinc peculiū castrēse, & seruit habet peculiū. Secundo, est quod proprie est alicuius. Inde peculiare, i. proprium. Peculiariter, i. proprie & singulariter. Me uelim peculiū iure utare. Quicquid meo officio praestari potest, id totum tibi peculiare ducas uelim. Peculatus, est furtum rerum ad remp. aut ad prouentus principis spectantium. Inde depeculor, quod quidam etiam ad sacrilegium transferunt. Pellex, est quae miscet corpus cum uiro cui uxor legitima est, & refertur ad uxorem: neque enim dicitur pellex adulteri, sed pellex uxoris. Penes praepositio, non solum locum, sed etiam dominium significat. Nonnumquam cum accessione laudis, aut uituperij, commodij, uel incommodij. Fides penes autores sit. Liuius: Ut penes eosdem pericula belli, penes quos praemia essent. Nonnumquam tamen pro apud accipiunt. Penes scenam, i. apud scenam. Perduellis, idem est quod hostis qui contra nos bella gerit. Duellum enim idem est quod bellum. Perduellio perduellionis, qui aut reipublicae aut principis laesit maiestatem. Penarium siue penuarium, ubi reponuntur edulia, a penu siue penus, qui commeatu est domi repositus. Permissu in singulari numero, quartae declinationis: in plurali secunda est, permissa permissorum. Permissu magistrum id feci. Horat. Vtor permissu. Per, iunctum nominibus adiectiuis, aduerbijs, siue uerbis uehementiam significat. Perplacet, id est ualde placet. Perbenignus, perpulchre.
- Li. 1. c. 17 Perquam, idem ualet quod quam, & simili modo iungitur, ut Nuntius matris tuae defunctae

- defunctae mihi perquam acerbus fuit. Cauendum ne ista duo per & perquam superlatiuis aut comparatiuis iungantur. Non enim dicimus perquam optimus, sed quam optimus, nec peroptimus.
- Perinde, primo ualet idem quod ita, & poscit post se acti, uel atque si. Perinde in ista re tua faciam, ac si mea res esset. In negatiua oratione potest sequi quam. Nulla mihi res perinde dolet, quam tui perditio. Secundo capitur pro quae: Legi literas tuas suauis ac perinde eruditus. Naetus sum praepceptorem eruditum, ac perinde graue, i. aequae honestum. Tertio capitur pro ita, i. multum: sed cum negatione. Nihil atulit, quare aduentus illius non perinde gratus fuit, id est non multum gratus.
- Poenitet, primo doleo factum. Poenitet me conuicti quod in te dixi. Secundo pudet uel tædet. Liuius. Nec me eorum esse sententiae poenitet, i. pudet.
- Vergil. Nec te poeniteat, calamo triuisse labellum, id est tædeat.
- Quidam exponunt pro parum uidetur, sed falso, si Vallae credimus. Terent tamen dicit: Me quantum hic operis fiat poenitet. Inde poenitendum dicimus. Meruit, sub praepositione non poenitendo. Penus dicitur omne id quod repositum est ad uictum priuatum duntaxat. Commeatus uide loco suo.
- Pecus, udis, significat animal, quod pascitur sub imperio hominum, ut bos, uacca, Percus, oris, primo significat idem, quod pecus, udis. Secundo significat multitudinem pecudum, sed proprie gregalium minorum, porcorum, caprarum, ouium, hircorum. Tertio significat ouem. Quintil. Cur in usum uestium saepe pecori lanae detrahuntur?
- Peregrinus, qui ex nostra ciuitate non est. Inde peregrinari. Porro quod grammaticuli quidam forenses uocant peregrinos, suo more loquuntur barbare. Pergamentum, ex Pergamo oppido Asiae prouinciae. Unde pergamentum, dicitur sunt membranae, eoque illinc ab Attalo rege, membranarum copia missa est. Perfidus penultima correpta, qui fidem uiolat: a fides dicitur. Inde perfidia. Perfidus non aequum est seruare fidem. Infidus penultima producta, est cui non est fidendum, siue qui fidem non seruat: uenit a fido, is, ere. Fidus cui fidendum est. Fidelis, est inferior erga superiorem. Fidelis seruus. Fidus amicus. Hoc tamen non est perpetuum.
- Peruenire, est uenire eo quo ibamus. Peruenimus in urbem, in montem.
- Pituita, est omnis humor, qui ore naribusue fluit. Catarrhus graecum, idem significat. Pituita latinum est. Nisi quod pituita generalius est. Catarrhus est humor ex alto defluens. Pileum dicitur, non pileus.
- Pignus, oris, significat aliquid quod datur gratia certitudinis: ut creditori datur pignus. Et qui decertant, deponunt pignora. Secundo pignora, non pignora, dicimus filios, eoque sint pignora coniugij, aut charitatis inter matrem & uxorem. Repignerare, dicitur recte pere pignus. Nec mirum pignoris, o habere in genitiuo, eum uerba ab eo nata habeant e, quae do a foenus foenoris, dicitur foenero, a frigoris refrigero, a penus oris, penetro, a temporis tempero, non temporo, a litoris oblitore, murata semper o in e. Oppignerare, est dare aliquid arraboni, quam quidam arram uocant. Idem significat pignero, as. Pignoratitius, a, um. Res pignoratitia, opposita pignori.
- Pinna, est fastigium turrum, aut aedificiorum. Inde pinna culum.
- Pinaster, pinus syluestris. Plangere & plorare, uide in flere.
- Placatus sum, uide in pacificare. Placere, quoties recte proce ponitur, in uitium accipitur, i. pro superbiere & mirari sese. Tu tibi places opum fiducia. Hic omnes contemnit, se unum miratur, sibi uni placet, de se solo magnifice sentit. Displicet sibi, qui parum bene affectus est. Plumbatura, est conglutinatio, uel commissio, quae plumbo fit.
- Plantarium & planta idem sunt. Plenus tam genitiuo quam ablatiue iungitur. Res plena doloris, uel dolore, plenus uino uel uini. Impleo ablatiuum regit, tamen Liuius iunxit genitiuo. Idem fecit Verg. Pluit ablatiue iungitur. Pluit sanguine. Pluit lapidibus. Nuncigit, nullum casum admittit. Plerique significat Pene omnes. Plerosque dignitas accepta facit contumaces. Secundo multos. Non attenditis, multi uestrum fabulis uacant, plerique dormitant. Plerumque aduerbium, id est, pene semper. Ita plerumque fieri solet, ut qui maxime desipiunt, non solum sibi sapere uideantur. Poscere, est rem debitam petere, Reposce re repetere quod debetur. Tunc reposcis quod donastis: Reposce librum a Petro, quem commodato accepit.

- Postulare, est exigere rem honestam & conuenientem, Res postulari, locus non postulat, tempus, causa postulat. Expostulare, est cum querela accusare, & desiderare officium amici. Hieronym. ad Augustinum: Ne tu iure expostulares, & dices, &c. Iungitur autem fere cum ablatiuo, intercedente prepositione cum, ut Neq; scribis quicquam, neq; quae scribo facis. Itaq; quanquam habeo quod tecum iure expostulem, tamen malo rem non tuae inertiae, sed occupationibus imputare. Quid enim habes quod mecum expostules?
- In Raud.* Flagitare, quere loco suo. Portitor, est custos portus, portus, uel ripae, qui uectigal à transitibus applicantibusue exigit. Verg. Portitor ille Charon.
- Li. 5. c. 52.* Possessio, est ipsa proprietas rei. Vel res ipsa possessa. Vnde possessiones uocamus bona soli, seu immobilia, domos, agros, areas, praedia, &c. Transfertur & ad res animi.
- Li. 6. c. 52.* Portare, est baiulare, corpore iumentum, aut suo. Portamus ea quae iumento nobiscum ducimus. Portamus & ipsi cum imitamur iumenta, ut Rusticus portat humeris agnum, uultulum aut porcum. Ferre autem in proprio corpore est, sed minus aliquid. Ferimus annulum, librum. Atlas portat caelum. Poster, siue minores (quae idem significat) sunt qui cumq; ex nobis, & post nos nati sunt: ut filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, & caeteri q; nomine carent, posteriores seu minores uocantur. Popina, est locus ubi caro cocta publice uenditur. Aut ubi priuatim gulosa familia extraordinarie ligurire & obsonare consuevit. Pomarium, hortus pomiferis confitus, uel locus ubi reponuntur poma. Pomcerium, est locus extra uel intra moenia urbis ad deambulandum, in quo aedificare non licet, quasi pone iuxta moenia. Portorium, uectigal, quod exigit portitor.
- Ibidem* Porro idem significat quod aut & uerò, sed haec non ponuntur in initio orationis, illud fere semper. ite inuenitur apud quosdam pro lege, certe, postea, ultra: ut apud Vergilium & Hieronymum. Postridie, i. sequenti die. Refertur tam ad tempus futurum, quam ad praeteritum.
- Li. 2. c. 10* Postridie q; tu uxorem duxeras, ego certior factus sum. Aut certe iungitur genitiuo. Postridie eius diei quo feci hoc. Postridianus non dicitur. Posthac, post hoc tempus. Ad uerbum temporis est, uide in Antehac. Pondo indeclinabile neutri generis. Duo milia pondo, ibi est genitiui casus. Mille pondo, nominatiui est. Bis mille pondo, genitiuus non est, quia mille adiectiuum est. Caret singulari. tamen non dicimus, bina, trina, pondo, sed tria &c. Potior tum tertiae tum quartae coniugationis est, potior, poteris, uel potiris, Regit hoc nomen rerum semper fere in genitiuo, caetera pene in ablatiuo, ut hac tempestate ut quisq; sceleratissimus est, ita rerum maxime potitur. i. imperium obtinet. Augusto rerum potito totus quieuit orbis. Potior uotis, poteris optato. Potimur rebus expetitis, ac uelut obtinemus. Fruimur quibus nos oblectamus. Venit à potis, unde & copos & impos. Terentius dixit: patria potitur commoda.
- Li. 4. c. 4* Potus, est eorum quibus uiuimus: ut uinum, aq;e. Potio est medicorum. Tamen nonnunquam inuenitur pro potu. Poti dicitur, qui assatim biberunt. Potionati qui hauserunt uenenum.
- Lib. 4. c. 8* Porta murorum urbis est. Ianua, parietis ac domorum. Ostium etiam sumum. Pomum, est quicquid habet corticem mollem inter fructus maiores quibus uescuntur homines, & est nomen generale, cerasa, mala, pruna, pira, mespila. Pomum non significat Ger. ein epffel, sed malum. Exempla in promptu sunt. Pirum Ger. ein pyr. Malum Ger. ein epffel.
- Li. 4. c. 28* Nam pomum generalius est. Pompa, est quaedam ostentatio apparatus, qui circumfertur. Et fit tam in aduersis q; in prosperis, ut pompa triumphalis, pompa nuptialis, &c. Pompa triumphalis, est processio triumphatum, pompa nuptialis &c. Pompa funebris est apparatus qui fit in funerum exequiis. A *πῆμα* quod est duco.
- Li. 1. c. 33* Praesens, i. in praesentia: refertur ad praeteritum. Cic. Ille praesenti potius dignitati consulebat, q; futurae. Ad praesens. Praesens hic dies, Praesens uita, cui opponitur absens. Interdum ad quoduis tempus pertinet, significatq; opportunum. Horat. Pleraq; differat, & praesens in tempus omittat. i. quo apte dicentur. Secundo praesens, i. subitum. praesens mors, praesens uenenum, praesens medicina, quae aut cito occidit, aut cito sanat. Idem praesentaneus. Vnde praesens pro excellens capitur & impauidus, & sanae mentis. Fac animo praesenti dicas. Tertio in rem praesentem, non tempus, sed locum significat. Cic. Vt si constiteris cuiuspiam in rem praesentem esse uenturum, id est, ad locum de quo controuersia est.
- Lib. 5. c. 4* Prohibere est ante rem inceptam. Prohibuit illum domo mea. Prohibuit ne abire usquam se ignaro, id est, ne trem. Inhibere, est rem inceptam, ne procedat, impedire. Inhibemus loquentem ne plura dicat. Vergilius: Et uos tela inhibete Latini. Inhibemus scalmum, quum impetum remouissimus, Veramus & factis.

- Prouocare, tum in malum tum in bonum accipitur. Vide ne ubi fatis conuictis hominem Li. 5. c. 14 prouocaris, placare nequeas. Cicero: Tuis amantissimis literis prouocatus sum, id est, incitatus. Laceratio in malum frequentius. Irito, raro in bonum, sed eleganter. Iritant stomachum, Vt iritarem calamum tuum, id est excitarem. Prae me fero, praete fers, praete fert, id est uultu et gestu ostendit, & confitetur. Praete fert hominem ferocem, & rixae audum. Ioannes plurimum comitatis, & humanitatis praete fert. Meliores sunt qui iniurias acceptas praete ferunt, q; qui dissimulant. Praete fert optimam indolis speciem. Et similia mille. Praete me duco, praete me gero, in eundem sensum recidunt &c.
- Precludo, claudio, ne pateat ingressus. Precludo, caedo, id est prius amputo aut primas Li. 5. c. 34 partes amputo. Interdum obscenitum uerbum est.
- Præcingo, cingo, anteriora cingo. Præmorior, morior, id est prius morior. Præmorior tuum corpus, iam mortuum ante diem mortis. Refeco, ab alio seco.
- Rectido, ab alio caedo. Recingo, cingo ab alio.
- Repugno, pugno, id est, obistio. Refodio, quod defossum est effodio.
- Repromitto, promitto.
- Quia & caeterorum composita pro simplicibus interdum usurpantur.
- Prosequi, est ostendere affectum in aliquem, & fere non caret comitatu, ut Prosequor Li. 5. c. 3 te laudibus, id est, laudo. Prosequor te amore, charitate, id est amo, charum habeo. Prosequitur me capitali odio, i. capitaliter odit. Prosequitur qui deducit: prosequitur qui quod instituit dicere pergit. Præditus sum, id est, habeo: captus fere in bonum nonnunquam in malum. Adolescens pulchra indole, suauis ingenio, multa uerecundia præditus: Summa immanitate præditus, multis uiribus, multo robore præditus. Sed non debet addi secundus ablatius cum prepositione, sicut in affectus. Dicitur em, A rege magno honore affectus sum. Sed non, Ego à deo magnis uiribus præditus sum. Praesto non admittit uerbum praeter sum, es, est, & significat primo praesentem esse, & comparere. Sponde, praesto est noxa. Sercundo auxilio & fauori esse. Tertio aduenire, uide in adesse. Praesul olim dicebatur princeps Satorum, i. sacerdotum Martis, Romae duntaxat: quia praesultabat saluibus. Praesse est praefectum esse alicui rei administranda. Vnde commodius est praesse, q; subesse. Is omnibus rebus non modo interfuit, uerum etiam praesuit. Praesidere est ad opem praestandam praesse, ut Mars praesidet bello. Musa praesidet studiis. Medicinæ praesidet Apollo, utq; ad auxiliandum. Inde praesens, i. auxiliator. Inde praesidium, i. auxilium principale. In singulis urbibus praesidia reliquit, i. constituit milites qui ex parte praesidis tueantur eas. Subsidiu, quod in auxilium principale succedit. Milites conspicati nemine ferre subsidium, fugere. Praecipere, est magisteriorum praecpta tradentiu. Inde praecptiones rhetoricae. Praecipere est etiam superiorum magistratum, iudicum. Imperamus etiam nobismetipsis, i. impellimus aut cohibemus a nimium. Imperari mihi met assentari. Omnia iussa mihi, non dicitur. Propinare à Graeco uenit, est ad bibendum inuitare. Potest alius propinare, alius porrigere poculum.
- Procus, qui foeminae nuptias ambit.
- Prauidicium est factum aliquod, quod tamen ad causam habeat aliquid momenti. Duo in eundem scribae contendunt de officio, iubet iudex alterum officio fungi dum his terminetur: prauidicium factum est pro altero contra alterum. Prostibulum non modo significat lupanar, in eundem sed ipsum etiam scortum. Exemplis plena sunt omnia.
- Prostiteri est libere ac publice fateri. Inde professores medicinae, militiae, quaestus meretricij. Praefractus, id est, rigidus, inflexibilis. Praefracte aduerbium, id est, rigide & pertinaciter. Cato fuit praefractor. Presbyter Graece, significat seniore. Sacerdos latinum nomen est. Precari cum solo accusatiuo, significat orare. Hoc unum abs te precor. Cum datiuo & accusatiuo significat optare. Bene precari, male precari. Nubentibus, nauigaturis, & aliquid noui aggressis, bene precari solemus. Im precari idem quod precari, sed fere in malum accipitur. Deprecari, auersari, precari ne eueniat. non deprecor supplicium si merui. Praestare, est exhibere uel dare. Si quid putabis mea opera praestari posse, me peculij iure utaris licebit. Virum te praesta. Qualem tu te mihi praestiteris filium, tale tibi me praestabo patrem. Secundo, melius esse & antestare, regit datiuum. Terent. Homo homini qui

- quid præstat, id est, antestat & melior est. Quanto aurum luto præstat, tanto litera auro. Quintilianus tamen in hoc sensu iunxit accusatiuo. Tertio est prohibere, & efficere ne ali cui fiat aliquid incommodi, alioquin satisfacere: ut uenditor debet præstare uitium rei quam uendidit. Cicero, Cum id quod ab homine non potuerit præstari, euenerit, id est, uel tati, uel prohiberi, uel caueri. Properatim id est properanter.
- Lib. 6. c. 20**
Ibidem
Lib. 6. c. 64
Lib. 6. c. 50
In Raud.
Lib. 1. c. 30
Lib. 2. c. 10
33
Lib. 2. c. 11
Lib. 2. c. 12
Lib. 2. c. 50
Lib. 3. c. 31
31
Lib. 3. c. 54
Lib. 3. c. 68
Ibidem
Lib. 4. c. 43
Lib. 4. c. 84
Ibidem
Lib. 4. c. 86
Lib. 4. c. 86
Lib. 4. c. 9
Lib. 4. c. 94
31
- Præstat**, id est, antestat & melior est. Quanto aurum luto præstat, tanto litera auro. Quintilianus tamen in hoc sensu iunxit accusatiuo. Tertio est prohibere, & efficere ne ali cui fiat aliquid incommodi, alioquin satisfacere: ut uenditor debet præstare uitium rei quam uendidit. Cicero, Cum id quod ab homine non potuerit præstari, euenerit, id est, uel tati, uel prohiberi, uel caueri. Properatim id est properanter.
- Præstatim**, id est, priuate. Publice & præstatim opponunt. Præstatim diues, publice egēs.
- Probrum**, flagitiū & dedecus, pro crimine: ut adulteria, supra, probra sunt. Ignominia est nata ex flagitio, & capitur sæpe pro cōuitio. Exprobrare, probro obijcere. Improbare, idem. Opprobrium idem est quod conuitium uel ignominia. Præuaricari, est quocūq; modo à præscripto officij sui desistere. In iure præuaricatio est, cum aut accusator latenter reum adiuuat, aut iudices corrupti alterum horum. Plinius: Arator nisi incutus præuaricatur. Plinius iunior: Alioquin præuaricatio est transire dicenda.
- Præpes** præpetis, id est uelox. Præpete penna. Profusus actiue, significat prodigum qui profundit: ut, Sui parcus, alieni profusus.
- Pridie**, & postridie, gentiū iungunt, & nonnunquam accusatiuo: ut, pridie eius diei quatuor reddite sunt mihi literæ, ad te proficisci statueram. Pridie eius diei qua Romam ueni, febris laborare cœpi. Cum accusatiuo, ut Pridie Nonas Iulias. Pridie pertinet tam ad futurum quam ad præteritum, ut Pridie quam has literas scripsi, tuas recepi. Pridie quam Louanij petas, incitium facito. Inde pridianus, ut Pridiano cibo stomachus meus torquebatur. Non refertur ad tempus præsens: non recte diceretur: Adhuc ebrius es pridiana potatione, pro crastina. Procul, apud quosdam ablatiue seruit. Procul urbe.
- Proxime**, propius, aduerbia, regunt accusatiuum, sicut prope, ut, proxime Hollandiam Brabantia est. Proinde, ideo, uel potius ideoque. Semper enim dependet à superiori sententia. Proinde mihi charus es quod literas amas, non recte dicitur: Sed, audio te delectari studijs, proinde mihi charus es.
- Prior**, prius, primus, & primum differunt: Nomina referunt ad personam, aduerbia ad tempus. Quamquam uterque te iam olim amauimus, tamen ego te prior. Ad te prior scripsi, tu fac ut posterior scribas: non, prius uel posterius. Non prius desines ludere quam ego te uirga compeſcam. Hic male diceretur, prior, quia non sunt personæ, sed tempus. Eodem modo utimur cæteris comparatiuis et superlatiuis, ultimus, ultimo &c. Præter, præterquam, hoc differunt, quod præter semper regit accusatiuum. Præterquam illud casum habet, quem habuit uerbum præcedens. Nullius rei avarus sum præterquam laudis, uel præter laudem.
- Propediem**, breui. Spero nos propediem simul futuros. Fac te propediem ad nos recipias. Confido propediem barbaricè extirpandam esse. Propemodum, id est, prope. Adeo Ioannes eruditus est, ut propemodum magistrum æquarit, id est, ut penè sit par magistro.
- Promontorium**, locus in mari prominens, mons, aut simile aliquid.
- Primpilus**, qui primipilatum gerit. Primipilaris, qui gessit. Proconsul qui extraordinarie cum potestate consulari aliquo mittitur. Exconsul, qui finijt consulatum. Propretor, qui cum auctoritate prætoria aliquo mittitur, non qui pro prætore prouinciam tenet.
- Proquæstor**, qui quæstoria auctoritate accepta mittitur. Priscus dicitur de priori ætate, qui sunt extra nostram memoriam, ut prisci reges, prisca tempora, prisca seculis literati in honore habebantur: prisca ætas sapientes coluit, nostra bene nūmatus colit. Pristinus dicitur de rebus quæ sub nostram memoriam cadunt. Vbi est pristinus ille amor quo me complectebaris: Recipe te ad nos, ut pristina consuetudine fruamur, id est, que prius inter nos fuit. Sed quando loquimur de rebus quæ non senescunt, pristinus semper utendum est, non priscus, ut Pietas nunquam in pristinum statum reditura est, nisi deus nos peculiariter respexerit. Præclarus, idem quod clarus, siue egregius. Clarissima uel præclarissima tua uirtus ac modestia. Secundo bonus. Cice. O præclarum custodè ouitum (ut aiunt) lupum. i. probum & bonum. Præclare actum est. Præclare Vergil. ait, id est, bene.
- Prudens** feci, id est sciens: nec habet laudem nec uituperium: prudenter feci, semper in laude est. Imprudens feci, id est, insciens: nec laudem nec uituperium habet, nisi pro rerum qualitate, ut prudens. Imprudenter feci, semper uituperium habet. Qui imprudens peccat, ueniam meretur: qui prudens, flagris dignus est. Eandem uim habent sciens & scienter, insciens & inscienter. Nunquam sciens committam ut te lædam. Terentius: Ne forte imprudens faciam

- faciam quod nollit, sciens cauebo. Ignorater rarissime inuenitur, sed per ignorantiam: sicut ut per imprudentiam, & inscientiam dicimus.
- Proteruus** minori contumelia, Procax, maiori licentia, Petulans maxima iniuria: hæc tria significant & libidinem, & contumeliam. Procacitas est licentia turpium conuiciozum, qua meretrices & scurræ utuntur. Petulantia etiam est intemperantia linguæ. Petulantissime multa dixit inter pocula. Præcox, maturus ante tempus. Solent enim (quam experimento colligimus) crebræ pluuie præcoces fructus facere. Præcox ingenium quod ante ætatem maturuit. Præcoquus, a. um, pro eodem accipitur. Præcoqua mala.
- Præpropere** fit, quod fit ante tempus. Horatius sorori exprobrauit amorè præpropere. Prænomen. Romani singuli habebant terna nomina: Prænomen, nomen, cognomen. Prænomen aut nomen interdum comune erat omnibus familiæ eiusdem, sed ad nomen proprium erat. Agnomen, accedit ex bene gestis rebus, ut Africanus, Creticus, Caligula, sed usitatus dicitur cognomen. Præcipio, uide in rapio. Pugil qui castibus pugnat. Puerpera est foemina quæ recenter peperit. Sed puerperium est tempus seu partus ipsius. Punctum dicitur, non punctus, est breuissima pars temporis. Momentum, est breue tempus. Punctum proprie in lineis est, momentum in tempore, sed confunditur differentia.
- Pulsare** est frequentibus ictibus percutere, sed proprie breui & rotundo instrumento, ut pugno, calce, malleo, saxo, aut etiam mortario: quemadmodum uicinus Laurētij, uxor rem mortario pulsauit, multo crebrioribus ictibus, quam ipsum mortarium. Dicitur autem à pello, quod est fero. Pugillares caret singulari, significat tabellas careas siue ligneas siue cuiuscumque materiæ, in quibus stylo scribimus. Pupillus, qui caret parente, sed in eam tantum ætate, qua uiuit sub tutoribus. Orphanus, qui caret patre, & illius opem desiderat, cum sine eo male habeat. Græcum est.
- Quisquam** iungitur superlatiuis, non positiuis aut comparatiuis. Vergilius: Optima quæque dies miseris mortalibus æui Prima fugit: Eruditissimus quisque Grammaticus hæc tradit. Iungitur etiam nominibus numeralibus: ut, decimus quisque, millesimus quisque. Septimo quoque die repetendum nobis est quicquid tota hebdomada didicimus, id est omni septimo die. Quinto quoque die ludendi nobis datur uenia. Iungitur huic dictioni Quoties, ferè interrogatiue, ut Quotusquisque hominum est, qui non magis iustibus quam studio delectatur: quot sunt ex nobis.
- Quam**, tantum superlatiuis præponitur: ut gratias ago tibi quam maximas. Sed eum loquimur figurate, hoc est admiranter & ironice, iungitur etiam positiuis. Quam pulchre curasti quod commiseram. Quam multi sunt, qui magis commodi ratione, quam amore amicos colunt.
- Quam**, alias comparatiuum sequitur. Charior mihi est, quam quem offendam. Nequior est, quam cui fidem habeam, id est credam. Iunior es quam ut abs te docear: & similia. Quam pro quantum positiuis iungitur, aut uerbis, aut aduerbijs. Tam te diligo quam fratrem.
- Quod**, causalis coniunctio, qua barbari sæpe abutuntur pro, ut, sed ea est differentia: Vt, significat causam finalem, Quod causam efficientem, ut, Parentes obiurgare liberos solent non quod odio habeant, sed ut corrigant. Volui ad te scribere, non quod quicquam esset, quod te scire tua magni referret, sed ut intelligeres me tui semper memorum esse. Post adeo, tantum, ita &c. semper sequitur ut, non, quod: quod barbari non obseruant: Pro ut, potest poni quod: pro quod, poni potest quia, nisi quod. Quod, tam indicatiuo quam subiunctiuo iungitur: Quia, tantum indicatiuo, ut opinor.
- Quidem**, capitur primo pro coniunctione distinguente res uarias, ut, Ego quidem rhetorica magis delector, tu uero logica, hic autem grammatica. Secundo pro exceptione illius quod affirmas: ut, si negligenter egeris, me quidem summo dolore afficies, sed te ipsum perpetuo perdidideris. Tertio pro coniunctione expletiuâ, id est, causa ornatus, aut pro certè, aut pro eo quod Græcis sonat γάρ, pro quo latini interdum ponunt sanè, ut, Petre quid tibi istic negotij est: Nihil quidem mihi hic negotij. Ultimo iungitur ne, sed interiecta semper una dictione, et hoc cum aliquid uehementer negare cupientes, id quod minus quoque est negamus. Vt si cupientes negare nos aliquem Romam pulsasse, nos Romam fuisse negemus. Tu ne illam Romam pulsasti: Ne fui quidem Romæ. Tunc huius es flagitij autor: Ne conscius quidem fui. Interdum una tantum pars negat, & altera negata intelligit, ut in exemplis prædictis. Interdum

interdum utraq; exprimitur, ut, non solum homines non times, sed ne deum quidem time- ris. Non solum non scribis quicquam, sed ne significas quidem.

Li. 1. c. 6 Quæstor, qui quæsturā agit. Quæstorius qui quæstor fuit. Quippe, utpote, quoniā, cōiunctiones causales sic differunt. Quippe potest habere suū propriū uerbum; Vtpote, non habet uerbum nisi intercedēte qui, uel cū; aut certe iungitur adiectiuis sine uerbo. Ex- empla de quippe, primo cū suo uerbo; Honestior est mors, q̄ uita sine amico; quippe qui amicitia expers uiuit, feræ propior est q̄ homini. Sine proprio uerbo; Scio te omnia ami- cissime curaturum, quippe cui amicorum negocia non aliter curæ esse solent, q̄ propria. De utpote exempla cū qui; Pueri nisi uirga arceatur, ad omnes ineptias prolabantur, ut- pote quos natura ad uita q̄ ad uirtutes pronior, impellit. Cum, cū; Plinius: Vtpote cum quidam annuo & biennij spacio durauerint. Cum adiectiuis sic; Semper te mihi colēdum

Ibidem statui, utpote uirum tum literatum, tum probum. Quoniam, hoc habet priuilegiū, q̄ po- test causam præponere toti orationi. Quoniā unā esse quoties libet, nō licet, cura frequen- tius ad me scribas. Quatenus, quando, quandoquidē, idem significāt, id est, quoniam. Sed quatenus ita accipitur duntaxat apud secū Quintilianū, quod incipit à Lūio, Ver- gilio, Horatio. Nam Cicero utitur, pro inquantum, sicut eatenus, pro intantum.

Li. 2. c. 45 Quin, primò, ut non. Non potui cōmittere in tanta tabellariorum copia, quin ad te scri- berem. Secundo quin etiam, ut Petre ego tibi omnibus in rebus adero, quin patrē meum spero non defuturum. Tertio cur non. Quin huius nequissimi conuictum fugis, aut me amicum putare desinis esse. Quoties pro quando posuit Quintilianus.

Li. 2. c. 49 Li. 3. c. 12 Quæstus quod habet in datiuo & ablatiuo quæstibus per u, significat querelā à que- ror, uel conqueror. Quæstus quando habet quæstibus per i, significat lucrū nummarium à supino quæsitum per syncopen. Quisquis & quicunq; idem significāt, nisi quod qui- cunq; non semper requirit suum uerbum, ut Sat erit quocunq; modo tentasse.

Ibidem Quidquid, uel sic, quicquid substantiuum est. Quicquid uirtutis, quicquid gaudiorum. Ibidem Quodcunq; adiectiuum est, ut quodcunq; telū, quodcunq; donum, &c. Similiter disse- runt quod & quid. Quid, primò in quo, ut quid te læsi; Quid de te male merui, id est, in quo. Secundo, cur. Quid tristis es; id est, cur. Simili modo accipitur nihil, id est, in nullo uel ob nihil. Nihil me læsisti. Quidam unum certum hominem significat, Vocat te qui- dam non aliquis. Quispiam, aliquis, significant unumquemlibet. Veniat huc quispiā, uel aliquis uestrum, non quidam uestrum. Quisquam amat orationē interrogatiuam aut ne- gatiuam. Num debeo tibi quicq; Non reperies quemq;. Eiusdem ferè naturæ est ullus.

Li. 6. c. 60 Quotannis, id est singulis annis, uel de anno in annum. Non autē uitate dicitur, quot diebus, quot horis, quot mensibus pro singulis horis, diebus, mensibus.

In Rand. Quilibet non uniuersale, sed indefinitum est. Quintilianus. Quamdiu quilibet unus ex ciuibus superferit, id est, unus aliquis, quicunq; sit ille. Voca quemlibet, id est unū quem uis. Qui, quum est ablatiuū casus, duobus tantum modis ponitur. Aut cum præpositio- ne, postposita cum, ut Quicum loquitur Petrus; Nemo est quicum uiuere malim q̄ tecū, id est, cū quo. Aut interrogat, quod exponitur per quomodo. Qui potuit dissimulare.

In Rand. Quadruplator, est qui ex delatione quartam partem bonorum damnati expectat.

R

Li. 5. c. 18 Rationem habere, cum genitiuo significat respectum habere. Hactenus honestatis ra- tionē habui, nunc cōmodi habenda est ratio. Habe famæ tuæ, habe salutis rationē. Et hoc modo capitur semper in bonum. Rationem habere cū præpositione cum, significat habe- re commercium. Quando hominum fides perijt, cum solis literis rationem, id est, cōmer- cium habeo. Cum nemine, nisi cum deo, rationem habe, qui solus fallit neminem. Ratio constat, id est facile aut ratio ostensa est, aut posse ostendi apparet. Plinius. Mihi & tentan- di aliquid & quiescendi illo autore, ratio constat.

Li. 5. c. 83 Rapere, primo auferre ui. Inde rapina. Secundo uitare, etiamsi non auferat uirginem. Seneca: Rapta raptoris, aut mortem aut indotatas nuptias petat.

Li. 5. c. 68 Præripere est eripere, sed in suos usus. Præripuit illi palmam, gloriam, laudē. Præripere interdum significat ante capere, sed fere in passiuo. Immatura morte præreptus. De prio- ri significato exemplū. Mane illi surgendum cēseo, qui tibi partes prærepiat tuas. Eripere idē significat, sed nō in suos usus. Cicero: Eripuisti mihi omnes bene uiuendi facultates Eripuit

Eripuit illi uitam. Eripere cum ablatiuo, significat liberare. Vergilius:

Eripe me his inuicte malis.

Recaluaster, qui fronte calua est. Repetundarū & repetundis tantum dicitur, nec Lib. 1. c. 5 habet plures casus. Accusatus est repetundarum; supple pecuniarum, uel de repetundis lib. 1. c. 34 pecunijs; aut intellige quascunq; res preciosas. Competit in eos hæc actio, qui in magistra- tu gesto surripuerunt pecuniam, aut alia. Refert & interest impersonalia, iunguntur lib. 2. c. 1 ablatiuis his: mea, tua, sua, nostra, uestra, cūa. Cæteris in genitiuo. Adduntur noia men- suræ in genitiuo hæc: tanti, quanti, magni, parui. Cetera aduerbialiter iunguntur. Cūa re- fert de hoc pronuciare: Mea, uel Petri. Quāti tua refert: Mea magni refert, quibus ado-lescens assuescat moribus. Plurimum interest omnium cuiusmodi sit princeps. Additur & genitiuus. Vestra omnium, nostra omnium refert. Tua ipsius, mea solius, aut unius refert. Relatiuum nonnunq; dissidet à suo antecedente, sed conuenit cum substantiuo lib. 3. c. 19 sequenti in genere & in numero. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. Om- nes barbari (quæ maxima hominum turba est) literas rident. Item relatiuo nonnunq; re- spondet dictio, cum deberet respondere sequenti substantiuo. Vergilius:

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo: pro Iulio. Scipio cui Africano fuit cognomē. Relatiuū nōnunq; causa uenustatis con- uenit cum antecedente in casu. Sed hoc modo ferè præcedit relatiuū antecedens, ut, quas ad me dedisti literas, suere suauissimæ. Quem mihi cōmendasti hominē, fratris loco erit; hominem pro homo. Poetæ relatiuum postponunt. Vergilius:

Urbem quam statuo uestra est. Refero tibi, id est, narro tibi. Referā tibi euen- tum meum. Secundo, Retulit mihi literas tuas, id est, pertulit. Tertio, Refero ad te de his rebus, id est, propono in cōsultatione. De grauibus causis ad magistratū referre, id est, ma- gistratū consulere. Refero tibi acceptū, id est, fateor me abs te recepisse, & capitur tum in bonum tum in malum. Si quid in me uirtutis, si quid literarum, &c. tibi debeo, tibi ac- ceptum refero. Omnia mala, in quibus iam olim hæreo, tibi accepta refero, siue fero.

Retuli expensum, id est, rationē de impensis confecti, uel exhibuit; ut, œconomus euan- gelicus iubetur referre expensum. Reperere est casu offendere non quæsitum, ut repe- ri Petrum hodie in foro, id est, offendi, uel obuium habui. Res multum diuq; quæsitæ, sæpe ubi quæri desierint, ultro reperiuntur. Reperere, notum. Reptare, sæpe accipitur pro lente & tarde ire, ut qui spaciantur in hortis. Plinius: Frequentior currentibus, quàm re- ptantibus lapsus est. Horatius:

Et syluas inter reptare salubres. Erepere, lento incessu & difficulter pficere iter. Regionatim, per singulas regiones. Oppidatim, per singula oppida. Prouinciatim, per singulas provincias. Summatim, id est, in summa; uel p summas. Resciscere, est rem postquam gesta est scire, quam nesciebas quum gereretur. Si magister resciscerit, uterque uapulabimus. Resciscit omnē rem. Restibilis ager, qui singulis annis seritur. Cui con- trarius est noualis. Reus est, non qui nocens, sed qui accusatus atq; in iudicium uoca- tus. Vnde & actor & reus uocantur in iure, pro accusatore & accusato, etiam si sit inno- cens. Inde reatus. Refigere, est quod fixum est educere. Horatius: lib. 5. c. 63

Quamuis clypeo Troiana refixo Tempora testatus. Idem. Refixa cælo deuocare sidera. Pythagoras enim in templo clypeū fixum mu- ro columinæ, detraxit, dicens se illū sic fixisse olim, cum anima sua habitaret in Euphor- bo, tempore belli Troiani. Et Cicero legitur tabulas Clodianas refixisse, id est, fixas edu- xisse uel detraxisse. Retegere, est aperire quod tectum erat, Caue retegas quæ nobi- scum gesta sunt. Iuuenalis:

Si tibi zelotypæ reteganur scrinia mœchæ. Retexo, is, ere, quod textum erat dissoluo. Quid facias? Sic homo est, non potest rete- xi aut recudi. Recludo, quod clausum erat aperio. Domum reuertens, arcam meam re- clusam reperi, furtum suspicabar. Reuelare, est tollere uelum. Resigno, quod signa- tum est relaxo uel patefacio. Reciprocum dicitur, quod eo redit unde prodisit. Spiritus reciprocatur, cum rursus reforbetur. Et unda à littore excussa, rursus littus alluens, reci- procari dicitur. Et horæ reciprocantur, cum expleto legitimo cursu, rursus ad pristinum ordinem redeunt. Haud aliter pronomina reciproca ad id unde prodierant, reuocantur,

Ibidem hoc est, ad agentem. Duo sunt pronomina reciproca: Alterum primitiuum, quod uocant, Sui, sibi, se, à se, generis omnis et utriusque numeri. Alterum possessiuum, suus, sua, suum. Reciproco pronomine nunquam latine utimur, nisi aliquod præcesserit nomen in eadem oratione, aut altera unita per copulam, ad quod referatur. Nam uis patrem suum. Pone ad pedes suos. Dedit sibi &c. pro illius, eius, & ei, barbaram dicuntur. Dixi, aut altera unita per copulam: nam obscrauit me ut se adiuuarem: Petijt me ut suo filio opitularer: latine dicitur. Sed si tollas copulam, barbarissimus erit: ut, Petrum semper amaui, filio suo non tam bene cupio: non latine dicitur. Error uulgi utentis uel abutentis sui, pro eius & illius, partim inde profectus est, quod nonnulli autores his abusi uideantur: Partim, quia ita obscure uisi sunt, ut minus periti nequeant perspicere, ad quod fiat reciprocatio. Interdum tamen latine pro sui & suus, licet uti ipsius, eius, uel illius: & maxime amphibologia uitada cauenda, nonnunquam uarietatis aut ornatus gratia. Omnes optant quod sibi utile est, tibi, ipsi. Ille repetit quod suum, siue ipsius est. Hæc indifferentia saepe fit interuentu præpositionis, sed crebrius per ipse quam is. Quintilianus: Quanquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem quod in ipsos recidere posset, euitent. Hæc autem præpositio inter, id habet peculiare, ut si antecesserit genitiuus, datiuus aut ablatiuus, semper liceat uti ipse & sui. Si præcesserit accusatiuus aut nominatiuus, reciproco postulat. Cicero: Nec mihi caterorum iudicio uidetur solum, sed etiam ipsorum inter ipsos consensu. Id de genitiuo exemplum est, nunc de datiuo. Quintil. Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipsos et philosophis pugna est. De ablatiuo. Idem. Nam in magnis quoque autoribus incidunt utriusque aliqua, & à doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa. Exempla de nominatiuo & accusatiuo. Cicero: Quod inter se omnes partes quodam lepore consentiunt, non, inter ipsas. Idem: Damonem & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc inter se fuisse animo, non inter ipsos. Id quod dictum est de primitiuo, itidem fit in possessiuo suus. Tamen hic nonnulla differentia est, eam uide. Si substantiuum reciproci suus, respicit ad suppositum uerbi, id est, nominatiuum, qui præcedit uerbum, tum elegantius utimur suus quam ipse, aut eius: ut, miseretur nostri deus propter suam clementiam. Inclamat me ante domum suam: potius quam eius. Si substantiuum respicit ad oppositum uerbi, id est, obliquum qui sequitur uerbum, tum præstat uti ipse is, quam suus: ut, Eieci columbam in nido ipsius. Alloquutus sum Petrum ante domum eius, potius quam suam. Tamen nec ratio, nec autoritas uetat contrarium fieri. Si tamen apposito adtingatur adiectiuum aut uerbum, ad quod fiat reciprocatio, suus utendum est, non ipsius. Video columbam tristem in periculo pullorum suorum. Suus possessiuum non semper reciproce accipitur, sed interdum proprius: ut, Suus cuique mos est, sua cuique sententia. Trahit sua quæque uoluptas. Phœbo sua semper apud me Munera sunt. Sua cuique reddenda sunt. Viuit cum suis. Inuentus est inter suos, &c. Rhetor, qui proficitur rhetoricam artem, sicut & grammaticus, &c. Orator, qui causam agit in concione aut in iudicijs, qualis fuit Cicero noster. Declamator, qui aut in scholis, aut secum fictam causam agit, ut possit ueram rectius agere. Declamare est exercere se in oratio ficta. Inde declamationes

Ibidem

In lib. de reciprocis cap. 8

In lib. de reciprocis cap. 12

lib. 4. c. 82

lib. 1. c. 5

In Raud.

lib. 1. c. 56

lib. 4. c. 7

lib. 2. c. 27

lib. 4. c. 49

lib. 4. c. 56

Quintilianus. Ridiculus, a, um, adiectiuum, non substantiuum. Res ridicula, id est, digna propter quam rideatur.

Iuuenalis:
Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit.

Ripa, est extremitas terræ, quam aqua fluminum, torrentium riuorumque alluit, & potest esse alta. Littus est maris. Poetae tamen confundunt. Rosarium uel rosetum pro eodem, locis rosæ conuersus. Rursus, iterum uel contrario. Olim te orauit, rursus te oro. Improbata muliere nihil nocentius, rursus proba nihil dignius. Rumor & fama idem significant, scilicet aliquos sermones in populo, incerto autore, de re noua. Fama tamen interdum inueterata est, ut Aufonius: Fama est fœdibus cœnasse Agathoclea regem. Rumor latinum est. Fama e graeco ductum.

Sane, id est, certe, affirmat. Ita sane est. Secundo, ualde, ut Vir sane literatus, id est, ualde. Adolescens sane nobilis. Tertio permissiue accipitur. Sit sane ita ut ais. Sim sane male de te meritis, id est, esto, sit ita ut uis. Sarcina, res simul composita, ut qui iter faciunt, sarcinas portant. Qui in aliam domum immigrat, sarcinas componunt. Saltus est sylua inuisa, nec ulatori prouisa, in qua pecudes aestiuare solent. Sylua generalius est nomen, & soler esse caedua

caedua. Lucus non caedua, id est, non caeditur, aut succiditur, sed est consecratus alicui deo, aut funeri. Lucus Martis, Lucus Dianæ. Solet enim apud ueteres esse magna religio lucorum, quod iudeis uetustum erat. Nemora, uoluptatis gratia comparata sunt, & plena uoluptatum, ut fontium, umbraculorum aut similitum. Saluber uel salubris, dicitur qui prebet sanitatem. Aer saluber. Potus salubris. Somnus saluber. Vinum male habentibus salubre non est, sanis saluberrimum. Sed sanus, qui accipit & tenet sanitatem. Sanus homo. Sana mens. Sanum corpus. Dicitur tamen salubre corpus, bonæ ualitudinis, non homo saluber.

Satiare ad omnes sensus attinet, & transfertur saepe ad animum. Saturare ad gustum tantum pertinet: & hoc confunditur. Salto, salis, salire, est saltum facere. Et cicada salit. Caecilius salit. Tamen inuenitur pro salto. Saltare, ducere choros. Quid iust

Si uox est, cantati mollia brachia, salta.

Inde saltatio & saltatus, chorea. Nam saltus a salio, significat aliud. Inuenitur & pro inire coitu. Vnde & salaces dicuntur libidinosi. Salue dicitur tam aduentibus quam quos res inquitimus. Salue pater. Saltum te aduenisse gaudeo. Salutamus etiam in fine epistolarum. Vale est uisitatius. Scaber, a, um, id est, sordidum, etiam si non sit asperum contractum. Denares, ungues sordidos, scabros dicimus. Scorpium scorpionis, non scorpium scorpionis: ita Valerius. Imo utrumque inuenitur, ut pauo & pauis. Sciscitari, percontari. Sciscitare ex patre quomodo se habeat. Scurra, qui captat risum ab audientibus non salua dignitate perfrons. Inde scurrari, scurram agere. Scilicet & uidelicet significant certe, sed frequenter cum quadam amaritudine & tristione usurpantur. Id patri curæ est scilicet. Tu alios docibus scilicet, qui ipse docendus es. Secundo capitur affirmatiue. Petre, tunc cras rediturus es huc: scilicet. Tertio, cum enumeratis multis confuse, desinimus per scilicet. Quatuor sunt uirtutes cardinales, scilicet iusticia &c. Sed hic modus uti apud doctos reperitur. Videlicet uisitatius. Scæla scalarum, tantum pluraliter dicuntur, licet quidam singularem usurpent: a scandendo. Sculptile, quod sculptum est. Statua sculptilis, ut fulle et fœdile. Scitus, sciens, actiue significat. Scite respondet. Secundo scitus, bellus aut elegans. Terent. Scitus puer natus est Pamphilo. Scite, id est, pulchre. Scite tu quidem pingis, sed charta tua perfluit. Seminarium & semen idem sunt, ut planta & plantarium. Scior, qui accusat alium, & ex damnatione eius expectat dimidiam partem honorum eius. Scibile quid natura dissectum est: ut scibile porrum. Secundum præpositio, primum significat post. Cic. Proxime autem & secundum deos homines hominibus maxime utiles esse possunt. Secundo, iuxta. Petrus secundum aurem uulneratus est, id est, iuxta aurem. Tertio, pro: ut, Secundum me iudica, id est, pro me. Quarto, in. Secundum quietem, id est, in quiete somni. Dicitur etiam secundum Platonem, id est, ex sententia Platonis.

Senes, qui multos habent annos. Veteres qui priore & ante nos ætate fuerunt, licet non attigerint senium. Antiqui, utriusque dicitur, sed magis ueteres quam senes. Veteres autores, id est, prisca, non senes uel antiqui duces. Senibus deferendum est uel antiquis, non ueteribus. Tamen uetulus pro senē uidetur posse accipi. Senium, senectus, senectus, idem significant, nisi quod senis pro tristitia usurpatur. En pallor, senium. Sementis est satio uel seminatio ipsa, non semen. Ut sementem feceris, ita & metes. Seges est eorum seminum, ex quibus conficitur panis, nondum demessa. Capitur a poetis interdum pro terra subacta. Fruges uide loco suo. Seditio, tumultus populi. Senator, qui aut est senator, aut fuit. Nam senatorius non dicitur nisi possessiue: ut, senatoria dignitas, senatoria domus.

Serò, post tempus. Serò pulsem coxeris agro uita defuncto. Serò consulis quid fieri oporteat re iam peracta. Seneca: Sera parsimonia in fundo. Secundo, tarde. Serotinus, id est, uespertinus (ut quidam uolunt) Hora serotina. Aut serotinum quod sero prouenit. Serotinae uuae, serotinae ficus, serotinae fruges, id est, quæ tardius maturescunt quam legitimo tempore. Præcoces & præcoquas, uide loco suo. Sedet homo solus, & simia ex terra stribus. Aues sedent in alto, ut in culmine tecti, in arbore, in capite hominis, & cetera. Sedet quod quadrat, & sedet quod fixum est animo. Hæc sarcina non sedet humeris meis. Et si ista sententia sedet animo. Ita sedes in qua sedemus: & sedes regio, in qua habitamus. Frequenter alibi nati, alibi sedem habuerunt. Sententiam dicere est consiliarij. Dic sententiam tuam. Sententiam dicere, nonnunquam est ferre sententiam. Iniquissimam dixit uel tulit in eum sententiam. Dicere leges, uel ius, est iudicis. Ferre legem, est ad populum deferre.

- In Raud.** Seruum siue sebum, pingue durum. Vnde candela sebaeae. Seriosus non dicitur, sed ferius, a, um, id est, grauis, seuerus. Sed tamen amoto queramus seria ludo. Serio, ex ant. mo. Siliquastrum, est siliqua syluestris, ut sterilium auenarum. Siliqua est tunica hordei, uel nomen arboris. Siquidem, una dictio, prima breui, idem quod nancq, ut, Qui praecceptores non colit, plane impius est: plus enim illis debemus quam parentibus, siquidem ab his uiuere accepimus, ab illis bene uiuere. Si quidem, duae dictiones interdum sunt, ut, Pulcherrimum tibi ingenium natura contulit, si quidem tu excoleres. Sin, idem ualet quod, si, nisi quod semper in secunda parte ponitur: Si, in priore. Si literis studiose incumbas, maximam tibi gloriam comparabis: sin inertie uacare malis, id senties posterius. Imperiti uentur sin autem pro si non, sed barbare. Sin minus, sin aliter dicendum est, non, sin autem.
- lib. 2. c. 32** Simul geminatum, uidetur significare quod, & geminatum. Vt, frequenter ad me scribe, simul ut, quae est in te, dicendi facultatem exercitatione augeas, simul ut meum tui desiderium leues. Vna raro hoc modo inuenitur, nec Pariter quidem. Sicubi, id est, si allicubi, duo uerba postulat. Sicubi te hodie offendero, non euades. Sicunde, id est, si alicunde, duo uerba postulat, ut sicubi. Sinus, est intra complexum brachiorum & pectoris. Absconde in sinu. In tuum sinum inspue, & facile alijs exprobrare defines. Gremium uide de loco suo. Signa praeter uulgarem significationem, significat opera fulsita, aut sculpsita, aut huiusmodi ad effigiem animalium fabricata. Sisto, primo facio stare. Siste gradum, siste lachrymas, siste fugam. Secundo, represento ut maneat. Siste illum iudicio, lute, sic eum iudicio lute. Inde statior, oris dicitur nuncius Consulibus &c. aut similis persona. Statorem etiam Iouem uocamus a sistendo, quia Romulum orantem, ut fugam suorum sisteret, adiuuit. Habet sisto statum in supino, ut sisto, stetit, statur. Sido, is, ere, prima longa, tendere deorsum. Oua plena sidunt in aquis. Aues sidunt, cum ad sedendum in arbore, deuolant. Mare subsidit, cum decreuit: Et tumor animi subsidit. Sido terciae coniugationis est, & mutatur praeteritum a sedeo, habet enim sedi. Subsidio, desido, residio, subfedi, defedi, refedi. Situs, significat primo qualitatem loci. Secundo, pauidorem, id est, sordes & illuuiem, quae est in locis opacis, ut in carceribus & penarum. Transfertur ad animum & ingenium, quod dicitur sibi quendam contrahere situm solitudine, & octo. Simultas, est mutuum odium, sicut amicitia mutua beneuolentia. Nam odium potest esse unius hominis. Rancor non est latinum, neque graecum, neque hebraicum, sed Raudense. Solutis, est quod facile soluitur: ut, nauis solutis, quae non est fideliter compacta. Somnus. Composita huius uerbi quaedam sunt secundae declinationis, quaedam terciae. Semisomnus frequentius inuenitur. Semisomnus, qui non perfecte dormit, quales sunt reces experrecti. Infomnis terciae declinationis, dicitur peruiigil. Totam penem noctem infomnem egit, id est, sine somno. Socius socius est, non comes comit, sed ducti. Socius plerumque est in rebus ferijs, & fortunae subiectis. Turpe est te illi in prosperis adfuisse, & in afflictis deserere. Socius studiorum. Sodalis plerumque est in rebus leuioribus, in conuicijs, in iustis &c.
- lib. 4. c. 77** Solatium, ipsa consolatio, sed in rebus ipsis est. Solatium est miseris socium habere miseriam. Solamen, idem est, sed magis apud poetas tritum. Consolatio sit uerbis. Qui se in miseriam mittit, ipse se consoletur necesse est. Ipse me consoletur. Solstitium, est cum sol in centro stat, id est, neque ascendit, neque descendit in zodiaco. Sollicito te, id est, metum, spem ue tibi ostendo, ut sollicitare plebem. Vel inquieto, & curam in iusticio.
- lib. 5. c. 47** Spectaculum, quod spectatur, ut ludum funambulium, aut iaculatorium, spectaculum dicitur. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit. Secundo, ipsa spectatio. Filius praefente matre trucidatur, o acerbum spectaculum. Tertio, locus unde spectatur. sedebat in spectaculo, & de spectaculo decidit. Spero & confido tam de praesenti & praeterito, quam de futuro. Quae mea sit sententia, spero te intelligere, id est, credo. Confidimus rem nostram tibi curae esse. Confido fore, ut te de me bene meritum esse non poenituerit. Caetera nota sunt. Sphaera, undiq; rotunda, latine orbis. Specula, est locus unde fiunt excubijs, ne hostes ueniant. Sperma graecum, nihil aliud est quam semen latinum. De semine, graece de spermate Abraham. Strucilis, hoc est, quod constructum est multis lapidibus. Strucileae columnae. Streptus, primo significat sonum qui fit ex collisione multarum rerum, & ex confusione uocum in unum, seu pedum ambulantium, ut in exercitu. Secundo capitur pro fastu & pompa diuitiarum, e strepitu comitantium. Stridor, est acrior & quasi sibilans collisio

- collisio, ut, cardines dicuntur stridere. Et stridor dentium. Strues, est proprie aceruus lignorum. Strages, est multitudo cadaverum interfectorum humi iacentium.
- Stultus, qui improvidus & imprudens est. Multi sapientes stulte agunt. Ergo non a natura est stulticia. Fatuus naturae uitio non sapit. Vnde & betas fatuas dicimus, quod natura insipidae sunt, non stultas. Stulticiam rhetores appellant, quum quis dicit quae causae officiant quam cunctur. Stolidus, qui proxime accedit ad naturam brutorum. Fatuus qui nihil sapit. Videtur esse a natura. Cibi fatui, qui non sapient. Stare, est fluuij cum stagnat, Solis cum in canero est, Iuris cum clausum est forum. Vnde solstitium & iustitium. Aues item in aere non uolantes stant. Homo stat. Pisces stant in aquis cum pendent immobiles. Praterea omnia erecta stant, crines, arbores &c. Transfertur ad res animi. Stat sententia. Stella, singularis est. Sidus idem significat, sed interdum usurpatur pro signo compositio ex multis stellis: ut aries, taurus &c. Inde sidus hybernium, id est, signum hybernium. Stuprum, est omnis coitus lege uictus, cum nupta, cum uirgine, cum cognatis, cum uestalibus. Adulterium, est cum nupta. Igitur omne adulterium est stuprum, sed non ediuerso. Incestus cum uirgine sacra, aut proxime cognata committitur. Stragulum uel stragula, uelutis est, quicquid insternitur uel lecto, uel equo, uel alij res, quod in festis ante altare sternunt in pavimento, stragulum rite uocabimus. Sternere, deijcere est, & huius uerbi significatum inuertitur. Sternimus ramos humi, sternimus uestem lecto. Tamen frequentius dicitur: sterne humum floribus, ramis. Sterne equum stragulo. Sterne mensam mappis. Strophium, est panniculum delicatus ad tergendas nares.
- Stipendiarj, qui principum aut reipublicae stipendia soluunt. Stipendiat, stipendio conditum. Sturdaster diminutiuum a sturdus. Sutilis, id est, confusus. Sutilis cymba. Supina in tum, si addatur ire uel iri, futurum significant, cum quodam motu praesentis ire actiue: iri passiuue: ut, Video operam in te meam perditum iri. Scio magistrum rescitum ire.
- Supina in tu, a uerbis passiuis oriuntur, sicut illa ab actiuis: nec significat motum de loco, uel actum, ut barbari uolunt, Venio lecto, a legendo: sed passiuue significat, & iunguntur adiectiuis tantum. Dignum auditu. Miserabile uisu. Absurdum relatu. Difficile creditu, id est, ad credendum, uel ut credatur &c. Subinde, primo inde, uel deinde, statim. Si negabit, subinde illi testes proferro. Secundo identidem, id est, frequenter, cum quodam intervallo: ut, lepus cum canibus insectantibus premitur, subinde respicit. Identidem pro eodem capitur. Quid tam subinde uultum mutas, id est quid nunc huiusmodi uultum; nunc tristem ostendis? Subinde loquelam mutat, uel identidem, qui nunc graece, nunc latine, nunc gallice, nunc teutonice loquitur. Polite scribere cupientem, necesse est calamum identidem uel subinde reparare. Galli gallinaei inter bibendum identidem, uel subinde suspiciunt. Super, contiguitate dicit. Sedet super lapidem, non supra. Supra, non dicit contiguitate. Supra nos uolat aquila, non sup. Super, relatiuum habet subter. Supra relatiuum habet infra. Suburbanum in singulari & plurali significat praedictum extra urbem. Suburbana in plurali, significat frequentias domorum extra urbem, quae tamen sub urbe sint. Sutrina, officina sutoris, ubi fiunt calcei. Sutor, qui calceos sicit. Suffragia, sunt fauores eligentium, ut in comitijs, in eligendo episcopo. Suffragari, auxiliari, sed uerbis aut calculo. Nonnumquam etiam factis. Refragari, irepugnare, sed proprie uerbis. Supplicare, est gestus id est, conploratione manuum, flexu poplitis, ceruicis inclinatione, et item uoce adorare. Supplex qui submittit se ut impetret.
- Synecdochen oratores maxime fugiunt, ut haec oratio, pulchra facie, potest multifariam dici. Petrus est pulcher faciem, & pulcher facie: & in his duobus modis est synecdoche, quare tantum triti sunt apud poetas & historiographos. Item dicitur, Petrus est pulchra faciei, uel est pulchra facie, sed extremum est ornatum. Excelsus animus, excelsus animo, excelsi animi, excelsio animo. Syncerus, a σῦς, quod est con, & cera. Donatus dixit sine cera, significat integrum, sine dolo, & purum.
- Tantum & quantum, tam & quae (quae idem ualent) positiuus iunguntur. Tanto & quantum comparatiuis: aut certe ante, post, aliter, alius, secus &c. quae habent uim comparatiuorum. Litera tuae tanto fuere gratiores, quanto diutius desideratae. Tam mihi charus es quam frater. Tamen, idem quod & si, iungitur tam indicatiuo quam subiunctiuo. Tamen nihil noui hic fuit quod ad te scriberem, tamen aliquid scribere uolui, potuit dici, fuit, uel fuerit. Tantisper ad uerbam temporis est, id est, tam diu, & postulat post se dum, aut donec.

Tantisper sine te detineri, dum uenti secundi flare cœperint. Sed barbari utitur pro tantum uel tantillum, sed mendose. Tanti, quanti, tantidem, quantilibet, quanticumq; pluris & minoris, semper in genitiuo iunguntur, nunq; in ablatiua, his uerbis, Emo, uendo, uentido, ueneo, mereor, cœparo, æstimo, taxo, liceor, addico, distraho, metior, cœstat, conduco, loco, foeneror, pacifcor, pango pepigi, cœdemno, postulo, & similibus. Cœtera omnia nomina mensurarũ, siue sint certæ, siue incertæ, iunguntur in ablatiua, & nunq; in genitiuo. Quanti est emptus codex tuus: Respondebis magno, & non magni. Hic liber minoris emptus est q; tuus, non, pluri uel minori. Quanticumq; alius æstimet, ego non magnificatio, non dicendũ est quanto cumq; Hanc rem tantidem tibi tradam, quanti mihi constat. Si interrogetur per quanti, respondebitur in ablatiua. Quanti emisti hunc librum? tribus stuforis. Quanti emptus est codex? magno uel paruo. Quanti ergo? tribus nummis. An pluris? Non pluris, imò minoris. Si tanti & quanti, pluris & minoris, iungantur substantiuis, ponenda sunt in ablatiua, non genitiuo. Tanto precio emi, quanto tu, non tanti precij. Taberna, est locus ubi merces uendunt. Taberna uinaria, lanaria, olearia, ubi diuenditur oleum, lana. Tabulæ, interdum sunt opera pictorum. Tabula Apellis.

Tandem, id est, post longam moram. Vergilius:

Tandem progreditur magna stipante caterua.

Tandem interdum habet ugens quiddam & accelerans, eoq; fere per interrogationem. Dic quid tandem est quod peccauit? Quæ tandem ista audacia est, docere quod non didicisti? Tantundem & tantidem, non habet alios obliquos. Tantundem, æque tantum, siue tu proficias, siue nō, mihi tantundem cōmodi erit. Tectorium, est incrustatio parietum. Transfertur ad omnem fucum. Tenus præpositio semper postponitur suo casui, q; si sit singularis numeri, in ablatiua ponendus est: ut capulo tenus, collo tenus, umbilico tenus, Nilio tenus, Aethiopia tenus, id est usque ad Aethiopiã, Nilum. Si dicitio significat res geminas, aut caret singulari numero, tunc poscit ante se genitiuũ pluralem, ut aurium tenus, crurum tenus, clunium tenus, non elune tenus. Temere, inconsulte, uel sine causa, uel fortuito. Prudentis uiri est nihil temere agere. Quod hodie Ioãnes nō uenit, haud temere est, id est, non sine causa. Capitur pro fere, uide in Fere.

Tenebras pro nocte accipimus nōnunquam: si tamen partem noctis dicas, rectius tenebris quàm nocte uteris. Primis tenebris, si crepusculum significes. Sed ante noctem recitius, quàm ante tenebras dixeris. Terebra, terebræ, format diminutiũ terebellum, neutri generis, instrumentum perforatorium. A terendo.

Thermæ græcum est, significat locum ubi calefactus, non lauamur, ut in balneis. Thermæ sunt & calida balnea. Teter, malus, infuauis: hostis terribissimus. Nihil hoc morbo tetrius, tetro aspectu, teter odor, tetra uoce & c. Ater significat nigrum.

Tempestiuus, sui temporis. Tempestiue aduerbium suo tempore. Intempestiue, non suo tempore. Tinnire, proprie est metalli, sicut enim homines sono, sic æra tinnitu dignoscimus. Tibicen producta mediã, qui canit tibia. Túbicen prima acuta, qui canit tuba.

Tignarius faber, omnis qui ædificat. Tigni enim nomine omnis materia continetur, materia nōnunquam omne lignum continet. Contignatio dicitur solarium domus, si uestratum sit cemento lateribus ue, siue non stratum. Titubare, est pedibus non ualentium insistere, quales sunt ebrũ, infirmi. Transfertur ad animum & ad linguam ac sermone. Solet plerumq; sermo mentientis titubare. Inde titubantia, oris & linguæ.

Timeo te, tanquam inimicum. Timeo tibi, ne quid mali tibi accidat.

Tollo, sustuli, significat accipere, uel habere ex aliquo. Hic uxorem ex qua iam tres liberos sustulerat, repudiãuit. Foemina cũ sit mater, parit: Vir cũ sit pater, tollit liberos. Secundo tollere, id est educare. Mater ab se infantem abiecit, pater abdicãuit, amici sustulerunt, id est, educauerunt. Terent. Quicquid peperisset, de re uerunt tollere. Tertio tollere, auferre. Vergilius: Iubet & sublata reponi pocula Horatius:

Crudeles tollite claudum.

Tolle librum meum qui humi decidit. Quarto, in altum tollere. Iam occidisset, nisi pater sublatus ensẽ a tergo detinuisset. Epigramma in Neronem:

Quis neget Aeneã natum de stirpe Neronem?

Sustulit hic matrem, id est, e medio tulit: sustulit ille patrem, id est, humeris extulit.

Tortile

Tortile, distortum siue cōtortum, ut funes tortiles. Tornatile, torno factum. Poculum lib. 1. c. 8
tornatile. Tornare, torno polire. Tornus, est instrumentum tornandi. Toga, est genus in Rand.
uestis Romanorũ, sicut pallium Græcorũ. Vnde comœdias togatas dicimus, quæ e græco non sunt ductæ. Et palliata, in quibus personæ pallium habent. Trajctio, uerbum uehementissimæ transitionis, regit duos accusatiuos: ut, Cæsar traiecit exercitũ mare, id est, transportauit trans mare. Trajctio Iselam, id est, transeo Iselam. Rheno traiecio Coloniã intrabis, id est, transito. Triclinium est locus tribus mensibus instructus ad conuiuandũ, uel tribus thoris in quibus sedeant conuiuæ. Qui huiusmodi præest conuiuio, architrachelius uocatur. Conclauẽ uide loco suo. Tribules, dicuntur qui ex eadem tribu sunt, ut Romæ olim fuerunt sex & triginta tribus. In Iudæa, qui ex eadẽ tribu sunt, tribules uocantur. Trieris est nauis tres habens sessiones. græca uox. Idem pene quod triremis latine significat. Tribunus, qui magistratũ tribunatus gerit. Tribunitius, qui tribunatum gessit, ut cõsularis. Triumphator, qui triumphat, aut triumphauit. Triumphus, est pompa illa celebris, quæ fit redeuntibus in urbẽ cum uictoria. Trophæũ, est monumentũ uictoriæ quod publico in loco statuitur, aut gestatur: ut apud Thebanos eius æneus monumentũ uictoriæ contra Lacedæmones. Tum capitur pro tunc, tum tua res agitur partes cum proximus ardet. Quid tum? id est, quid tunc est uel erit? Secundo pro conjunctione æquante duas aut plures partes orationis, ut, Petrus omnium artium peritissimus, tum logices, tum rhetorices, tum grãmatices, id est, tam logicæ, tam rhetorices, q; grãmatices. Turba, proprie & naturaliter significat perturbatio nem. Quid intus turbæ audio? Cauere ne qua turba fiat. Inde conturbare, perturbare, & de turbare & c. Secundo turba significat multitudinẽ hominum, eo q; uix sit sine turba. Turbidus, a, um, est homo iracundus & cõmotus. Aqua turbida, id est, cõmota. Turbidum, id est cõcitatum & conturbatũ. Turbo turbinis, non turbonis, uentus cõtortus, quia con cital & murmurat in morẽ irati & turbati. Tuapte, meapte, suapte, id est, mea propria. Ignis suapte natura fertur in sublime. Petrus suoapte consilio negociũ, non meo suau ag gressus est. Adolescentes suoapte ingenio ad turpia labunt, ad seria & honesta uix trahuntur. Tam mihi curæ erit, quàm meapte causa, id est, mea propria.

Valetudo, tam in bonũ q; in malum capitur. Ne te inuiserẽ, corporis ualetudo impedi mento fuit. Qua ualetudine es? Incolumi ualetudine. Recta, sana, optima, fausta, prospera ualetudine: uel, infauita, infirma, nō recta ualetudine, mala ualetudine. Valere & in bonã & in malam partẽ accipitur. ut uales: Respondeĩ, male ualeo. Vale, alias est uox ab euntis, ualeant qui inter nos dissidiũ querunt. i. abeamus ab eis, & dicamus eis uale: non (ut quidã exponunt) pereant. Salue uide loco suo. Vas uadis, est qui sponsor est alterius in capitis periculo. Quod de Pythia & Damone legitur, quorũ alteri cum tyrannus diem mortis dixisset, alter pro amico ad uisendã matrẽ ituro, uas factus est: ita, ut si ille ad diem præstitutũ non rediisset, hic capitis suppliciu subiret. Vadimonium, est sponsio die certo se in iudicio, uel per se, uel per aduocatos futurũ. Vadari, est reum uade uel uadibus mutare. Et iungitur accusatiuo. Linius: Tot uadibus accusator uadatus est reum.

Vacillare, est instabile esse. Quintilianus: Est & illa indecora in dextrum ac sinistrũ la tus uacillatio, alternis pedibus insistentiũ. Nauis uacillat, litera uacillat, animus uacillat, quum incõstans in diuersa flectitur. Vacare personale, duo significat, uacuuẽ esse, id est ea rere, & nō habere. Vacas culpa, id est, cares. Et operã dare. Vaco philosophiæ, uaco literarum studio & c. Cum nomine tantũ significante actionem quandã, siue qualitatem, ad iungemus à præpositionem. Vacas à labore, uacas à studio, uacas ab agricultura. Secundo, uacare imperonale, significat uacuum esse, seu liberum, ut ita dicam: Nũc dic si quid me uis, cras enim non uacabit. Si uacat tibi audire, rem omnem narrabo ordine. Inuiserẽ rem te si uacaret, id est, si uacuum ad hoc tempus esset.

Vbertum, id est, copiose. Vbertas, copia. Quæstus uberrimus. Vber pro copia inueni tur. Vernaculus à uerna, seruus est domi nostræ natus ex ancilla nostrã, aut seruo. Ver nacula lingua, id est, ea quam domi didicimus. Versus, præpositio, regit accusatiuum, sed semp postponitur suo casui. Romã uersus. Cõponitur & dicitur aduersus uel aduer sum. Sursum uersus, deorsum uersus, utroq; uersus. Si aut accedat alia præpositio ad, tũc uersus aduerbiũ est, ut, ad occidentẽ uersus. Væ datiuum postulat. Væ uictis.

Vbertum, id est, copiose. Vbertas, copia. Quæstus uberrimus. Vber pro copia inueni tur. Vernaculus à uerna, seruus est domi nostræ natus ex ancilla nostrã, aut seruo. Ver

vacare personale, duo significat, uacuuẽ esse, id est ea rere, & nō habere. Vacas culpa, id est, cares. Et operã dare. Vaco philosophiæ, uaco literarum studio & c. Cum nomine tantũ significante actionem quandã, siue qualitatem, ad iungemus à præpositionem. Vacas à labore, uacas à studio, uacas ab agricultura. Secundo, uacare imperonale, significat uacuum esse, seu liberum, ut ita dicam: Nũc dic si quid me uis, cras enim non uacabit. Si uacat tibi audire, rem omnem narrabo ordine. Inuiserẽ rem te si uacaret, id est, si uacuum ad hoc tempus esset.

Vbertum, id est, copiose. Vbertas, copia. Quæstus uberrimus. Vber pro copia inueni tur. Vernaculus à uerna, seruus est domi nostræ natus ex ancilla nostrã, aut seruo. Ver

Vero

- lib. 2. c. 24 Vero & autem, nunquam in principio orationis ponuntur, sed semper necesse est antecedere unam dictionem. Porro, fere semper in principio orationis ponitur, raro post primam dictionem. Hæc tria idem significant. Vero non iungitur huic uerbo, non: ut, amicus tibi sum, non uero assentator, non recte dicitur: sed non autem. Et quoties geminatur idem uerbum, ut, hunc doces, me non doces. Alienos curas, nos non curas. Non recte dicitur: tuos autem non curas. Sed si uerbum repetitur sine contrarietate, tunc licet uti autem, uel uero. Sapiens si id facies: facies autem si me amabis. De autem uide loco suo.
- lib. 2. c. 35 Velut, ueluti, uti, quasi, tanquam, ceu, imaginem significant. Sicut, sicuti, ut, comparationem et similitudinem. Comedis tanquam canis, imago est, non ueritas. Comedis sicut canis, id est, sicut canis comedit. Incedis uelut rex, id est, uelut rex esses. Incedis sicut rex, id est, sicut rex incedit. Ut, tamen uidetur esse commune omnibus. Vna tamen figura est loquendi, in qua sicut & uelut idem ualent: ut cum enumeratis rebus, aliquid exempli causa subiungimus. Quid est dementius, quam cum nihil discatur, præceptorem fallere, uelut tu facis: Omnibus quibus friget sanguis, minus ualet ingenium uelut sensibus &c. Ut, interdum pro ut capitur. Verg. Nanque uidebat uti bellæ Pergama circum Hac fugerent Graij. Ita ueluti, sicuti. Ceu, magis poeticum est. Item ut, iunctum his uerbis Facio & comitto &c. interdum non significat causam finalem actus, sed ipsum actum qui iungitur. Fac ut in uirum doctum euadas. Nunquam committam ut scribendi officio abs te uincat.
- lib. 4. c. 18 Vector, qui in aliena nauis pro precio uehitur. Aliquando pro eo qui uehit inuenitur. Venia, pax siue ignoscencia. Cum uenia tua dixeris, id est, concede ut libere uel audacter loquar. Secundo, licentia siue facultas. Hodie dabitur nobis uenia ludendi.
- lib. 4. c. 59 Vestigal, est prouentus ex aliqua re, siue priuata siue publica. Cicero: Non intelligunt homines quantum uectigal parsimonia est. Fœnus uide loco suo.
- lib. 4. c. 93 Venale, id est, expositum uenditioni. Hæc domus uenalis est, id est, proscripta. Vendibilis res est, quæ talis est, ut facile uendatur, ut sint uendibilia mala, id est, ut magis alluciant, Transferuntur ad omnia quæ specie placent. Inde uenditare, iactare.
- lib. 5. c. 8 Vendicare, est appropriare, ut barbæ dicam, & meum dicere, ut, Itali armorum gloriam, Græci sapientia laudem sibi iure uendicare possunt. Hunc ego agrum mihi uendico.
- lib. 5. c. 10 Ventitare est frequenter uenire. Vertex est contorta in se aqua. Transferuntur ad summam partem capitis, eo quod illic in se contorqueantur capilli more aquæ, & ad summam iuga montium. Verber, est instrumentum longum & exile, quales sunt summitates sarmentorum. Inde uerberare, id est, percutere, uirga, baculo, fuste, loro, flagello, ferula, harundine. Verbera inde pro scibus accipiuntur, sed per translationem. Pulsare, uide loco suo. Versicolor, generis omnis, quod est uario colore infectum. Caudam pavonis, mar mora, lynces, angues, uersicolores dicimus. Irim uersicolorem legimus. uestis quæ uario colore est, uersicolor dicitur. Veterator, seruus est qui uenditur in seruum, quum prius apud alium seruerit. Nouitius, qui nunc primum incepit esse seruus, uendebantur pluris nouitij quam ueteratores. Veruex, est aries castratus. Viso, is, ere, ire ad uisendum: uerbum est inchoatiuum, non desideratiuum, ut plerique uolunt. Laurentius corrigit uocabula horum uerborum. Inchoatiua, ut patesco, crebroresco, tremisco, uocat meditatiua siue exercitatiua, ut qui calefcit, id est, fit calidus, ille exercetur ad calorem, & habent eadem præterita quæ primitiua, calui, frigui, patui. Meditatiua uocat desideratiua, siue optatiua, ut esurio, id est, cupio edere, parturio, id est, cupio parere, cacaturio, id est, cupio cacare, micurio, id est, cupio metere. Verba desideratiua uocat inchoatiua, ut facesso, id est, eo ad faciendum, lacerando, uiso, id est, eo ad uidendum, uise ubi Petrus sit, uise aliquando ecquid ualeamus. Tamen hæc omnia sæpe pro primitiuis usurpantur. Vicissim, fere semper pro diuerso, uel e contrario legitur. Quando tibi parui, superest ut tu uicissim tuo fungaris officio. In eadem significatione inuenitur inuicem & mutuo: uide suis locis.
- lib. 3. c. 51 Videor, rustici cum quod utuntur, uidetur mihi quod non ames me &c. Sic dicitur, uideris mihi non amare me. Videor tibi stulte amare. Videtur mihi Petrus scribere. Videor tibi stulte agere, uideor mihi uidere, uideamini nobis insulse dicere. Videas, uidere licet. Cernas, licet cernere. Videre est, cernere est, id est, significat, uideas nonnullos adeo sui ignaros, ut quod minus sciant, eo sibi plus arrogent, huc uerbi modum Græci uocant *διωκόμενος* id est

id est, potentialem; quod non pronunciet aliquid fieri, sed ostendat quid fieri possit ac debeat. Eodem fere sensu dicimus: uidere est, cernere erat. Videre licet nonnullos adeo peruerso animo, ut quod maxime uetitum est, id uelint maxime. Vicus, est pars urbis ædificata, uel frequentia uillarum extra urbem, dicitur uicus. Vicinia est congregatio uiciorum, ut, Hic nostræ uiciniæ nuper commigrauit. Suburbanum uide loco suo. Villa, est domus in agro. Eamus in uillam nostram. Vindicare, primo significat ulcisci. Inde uindex, qui uindictæ cupidus est. Secundo, ab iniuria defendere. Tu literas tam penè à barbaris oppressas, ab interitu uindicasti. Vindicare in libertatem, est afferere. Vicitare, est cum aliquo conuersari, uel aliqua re uesci. Tu libenter cum illa uicitas. Sarmatæ lacte uicitant, de uictu uili proprie dicitur. Vicus, hoc solum & omne dicitur quo uiuimus; uestitus aliud est quam uictus, iuxta grammaticos, non iureconsultos, uictus est genus uitæ quantum ad mores & conuictum. Visceratio, est conuiuium quod magnificentia causa pluribus datur ex carne. Seneca: Sine amico uisceratio, leonis ac lupi uita est. Virutum, id est, per singula capita. Virutum pugnare, dimicare. Vitro & citro, tam ad dicta quam ad locum referuntur. Exemplum de loco: Non decet Christianum in templis uitro citroque comere. Solent adolescentes in ecclesia, ut puellis uideantur, uitro citroque deambulare. De dictis: Multus hodie inter nos sermo de tua causa uitro citroque est habitus. Vnus interdum idem ualeat quod solus, & regit genitiuum, ut solus, more superlatiuorum. Plurima dicenda occurrunt, sed hoc unum omnium commemorasse fat erit. Hoc solum ex omnibus. Tu unus omnium amicorum reliquus es, qui mihi in afflictissimis rebus opem ferre & possis, & uelis. Volo & oportet, iunguntur supinis aut participijs pro uerbis præteriti uel præsentis temporis, ut Parenti morem gestum oportuit, Liberis consulum uolumus. Nostræ amicitie consultum uolo. Huc mandes, si quid recte curatum uelis. Vociferari, uide in flere. Volare pro currere, uel festinare transfer tur. Fac ad me quam primum aduoles. Voltare pro discurre transfer tur. Voltat per forum, qui uagantur huc atque illuc. Volumen à uoluendo dictum est, tantum codicis quantum commodum est ferre manu, & legere. Liber est tanta pars operis, quantum autor ingenio suo metiri uoluit. Ut Aeneis Vergilij in unum coacta codicem, unum quidem uolumen est, sed duodecim libri. Tamen librum in singulari sine apposito pro codice licet accipere siue uolumen. Habet librum in manu, Sed non recte dicitur, librum Vergilij pro Aeneide tota. Vomica à uomendo, est tumor ille cutis, quo rupto effluunt humores. Vpote, causalis coniunctio, Vide in Quippe.

Vtque & profecto idem quod certe, affirmat. Sed utique frequentius apud posteriores: apud priores, Ciceronem & ceteros, fere nunquam: sed Profecto plerumque adhibemus in responsione ad interrogationem. Quis hæc renunciauit? Utique qui interfuit. Vt magis inops est, an cui paulum, satis est, an qui omnia putat esse nihil: Profecto cui paulum, satis est. Idem facimus per certe, nimirum, nempe. Interdum tamen citra interrogationem reperuntur. Ut, pro utpote, seu quippe. Senes nemini fidunt, ut quibus omnia sunt specia. Et pro, prout: Magna habenda est gratia si quis quid reddat, ut nunc sunt mores, id est, prout nunc sunt mores. Satis moratus est Ioannes, ut in hac ætate, id est, prout sunt homines in eius ætate. Vtne, interdum ponitur pro ne, ut appime utile est in uita, ut ne quid nimis. Vt, pro quomodo: Vt ualuisse usque: Vt admirantis. Horatius: Vt gaudet in sitia decerpens pira, id est, quam gaudet. Vt pro, postquam. Verg. Vt uidet, ut perij. Vt execrantis: Vt illos dii deaque perdant. Vt cedentis per fictionem. Iuuenalis: Serui ut taceant iumenta loquentur. Diuitia, ut nihil aliud, morte eripiunt. Vt, declarat causam finalem: Non uiuendum ut edas, sed edendum ut uiuas. Quod idem interdum efficit, quo: Christus factus est homo, quo nos faceret deos. Vt declarat euentum siue consecutio nem: Philosophi ex rebus conditis ac naturali ratione cognouerunt deum super omnia colendum, ut sint inexcusabiles, qui res conditas pro conditore coluerunt. Tenemus chirographum tuum, ut inficiari non queas. Vt, comparat: Vt sementem feceris, ita & metes. Vt, ostendit exemplum: Plus diligit, cui plus condonatum est, ut Magdalena, quo loco licet ponere sicut, siue uelut. Vt interdum accipitur *et dicitur*. Fac ut ualeas, Cura ut incolumis ad nos redeas. Exprimit enim quid sit curandum. Vt ut geminatum, significat utcumque, sicut, ubi ubi, ubiqueque. Vt hæc habeant, tamen faciam quod petis.

lib. 1. c. 13 Vter & neuter, uterq; de duobus tantū dicuntur. Vter utrum prior accessit: Vix latine respondetur, uterq; utrunq; sed, uterq; alterum, id est, & hic illum, & ille hunc prouocauit: licet apud autores diuersum reperiatur: Aut, neuter alterum, non neuter neutrum. Vterq; alterum odit, id est, & Petrus odit Ioannem, & Ioannes Petrum, nō uterq; utrunq; que. Neuter alterum amat, non, neutrum, id est, mutuo se odio habent.

lib. 5. c. 3 Vtor re illa, in qua non cōstituo finem, sed alterius rei gratia. Vtor libro, utor tua opera, utor tuo consilio. Inde usus & abusus. Omnibus meis rebus ut tuis utere. Vtor, secundo significat conuerfor. Petro utro literatissimo familiarissime utor, id est, uerfor cum eo. Inde usus, familiaritas. Vtus mihi tecum est, id est, cōsuetudo. Vtus, tertio est utilitas uel fructus. Quamuis istud sciam usui mihi non fore, tamen tua causa faciam. Fac intelligat Marcolphus meam apud te cōmendationem magno ipsi usui fuisse. Inde dicimus, ex usu tuo, pro eo quod est in rem tuam, siue è re tua. Vulgatissimū est usum accipit, pro more & consuetudine: Sicut consuetudo frequenter accipitur pro familiaritate. Vti, frui, uerba sunt iureconsultorū, quibus significant plenam facultatem utendi rei, cuius penes te non est proprietas. Item usus fructus, & usu capio. Iuxta rhetores utimur re in bonā partem, abutimur in malam. Et optimarū rerum abusus pessimus est. Iuxta iureconsultos utimur ijs quæ usu non pereunt, ut qui equum cōmodo aut conducto accipit, utendum accepisse dicitur. Abutimur quæ usu pereunt, quæq; mutuo accepimus, ut frumento, uino, oleo. Fruor, id est, delector re aliqua. Vide hoc loco suo. Vti foro, est se accōmodare loco, tempore, rebus & personis. Nescis uti foro. Vide Chilliades Erasmi. Vtrum, de duobus interrogat, cum aduerbium est. Cicero: Vtrum istud conuertere est dicta Platonis, an peruertere: Vtrum hoc est docere, an dedocere?

FINIS

REVERENDO IN CHRISTO PATRI

GVILIELMO ARCHIEPISCOPO CANTVARIEN
si, totius Angliæ primati, & summo eius regni cancellario, Erasmus Roterodamus

S. P. D.



VVM in animo statuisse Præsul amplissime, uertendis Græcis autoribus forphisticis nugis deprauatam, pro uirili mea uel restituere, uel adiuuare, ne statim, iuxta Græcorum adagionem, *quæ se nihil rati loquuntur*, periclitari uiderer: & ad tantum munus illotis (ut aiunt) pedibus irrumpere, uisum est mihi prius periculum facere, quam nō iussissem operam, in utriusq; linguæ studium insumptam, idq; in re difficilissima quidem illa, sed tamen profana, quo pariter & negocij difficultas ad meditationem conduceret, & si quid esset peccatum, citra sacrarum scripturarum iniuriam solius ingenij periculo peccaretur. Itaq; duas Euripidis Tragœdias, Hecubam & Iphigeniam in Aulide, latinas facere sum aggressus, si quis forte deus cœptis tam audacibus dexter aspiraret. Deinde quum uiderem operis instituti specimen nō displicere, utris utriusq; linguæ callentissimis (quos profecto iam aliquot habet Anglia, liceat modo uerum citra inuidiam fateri, quous in genere doctrinæ, uel Italiae totius admiratione dignos) intra pauculos menses, Musis bene iuuantibus, ad umbilicū perduxi. Quanto cum sudore, id ij demum experientur, quicumque in eandem palæstram descenderint. Etenim quum illud ipsum, ex bene Græcis, bene latina facere, sit eiusmodi, ut singularē aliquem requirat artificē, neq; solum sermonis utriusq; copiosa, parataq; supellectile ditissimū, uerum etiam oculatissimū, uigilantissimūq; adeo ut seculis iam aliquot nullus extiterit, qui in hoc munere omnibus eruditorum calculis probaretur: facilis nimirum est coniectura, quantum fuerit negocij, carmen carmine reddere, præsertim tam uarium & inusitatum, idq; ex autore non modo tam antiquo, eoque Tragico, uerum etiam mirum in modum presso, subtili, excusso, in quo nihil ociosum, nihil quod uel adimere, uel mutare

citra

citra flagitium quæas, præterea qui in tractandis locis rhetoricis tam creber sit, tam acutus, ut passim declamare uideatur. Adde nunc choros, nescio quam affectione, adeo obscuros, ut Oedipo quopiam, aut Delio sit opus magis quam interprete. Accedit ad hæc codicum deprauatio, exemplarium inopia, nulli interpretes ad quos confugiamus. Quominus admiror, si ne hoc quidem felicissimo seculo quisquam Italorū ausus fuit hoc munus aggredi, ut Tragœdiam aliquam, aut Comœdiam uerteret, quum plures Homero manus sint admoliti, inter quos etiam Politianus ipse sibi non satisfecit: quidam Hesioidum tentarit, neque id satis feliciter: alius Theocritum sit aggressus, sed multo etiam infelicius. Deniq; quum Franciscus Philelphus (id quod post institutam interpretationem cognouimus) primā Hecubæ scenam in oratione quadam funebri traduxerit, sed ita ut nobis alioqui putidulis, uir tantus animi non parum adderet. Ego porrò neq; tantis exemplis, neq; tam multis operis difficultatibus deterritus, magis quam Poetæ huius suauis opulentia plus quam mellita, quam illi tribuunt etiam inimici, allectus, rem hæcenus intantam non sum uertitus aggredi, futurum sperans, ut etiam si parum præstitissem, tamen candidi lectores uel hunc meum conatū laude aliqua dignum ducerent: porrò maligniores saltem ueniā darent operis tam ardui nouo interpreti: maxime quod ad cæteras difficultates ipse prudens non mediocri pondus adiecerim, mea in uertendo religione, dum conor, quoad licet. Græciani poematis figuras, quasiq; filii repræsentare, dum uersum uersui, dum uerbum penè uerbo reddere nitior, dum ubique sententiæ uim, ac pondus summa cum fide Latinis auribus appendere studeo. Siue quod mihi non perinde probatur illa in uertendis autoribus libertas, quā Marcus Tullius ut alijs permittit, ita ipse (penè dixerim immodicè) usurpauit: siue quod nouus interpres in hanc malui peccare partem, ut supstitiosior uiderer alicui potius quam licentior, id est, ut littoralibus in harenis non nunquam hæere uiderer potius, quam fracta naue medijs natate fluctibus: maluiq; committere, ut eruditi candorem & concinnitatē carminis in me forsitan desiderarent, quam fidem. Deniq; nolui, paraphrasten professus, eam mihi latebram parare, qua multi suam prætexunt incitiā, ac loriginis in morem, ne deprehendantur, suis se tenebris inuoluunt. Iam uero quod latinæ Tragœdiæ grandiloquentiam, ampullas, & sesquipedaia, ut Flaccus ait, uerba hic nusquam audient, mihi non debent imputare, si interpretetis officio sumgens, eius quem uerti, pressam sanitatem, elegantiamq; referre malui, quam alienum tumorem, qui me nec aliis magnopere delectat. Porrò certissimam in spem uocor, fore ut hic labor meus, quum aduersus iniquorum calumnias sit egregie tutus, tum candidis, & æquis gratissimus exeat, excellentissime pater, si tuo quoq; calculo fuerit comprobatus, quem equidē in tanto ornatissimorū principum numero facile mihi delegi, cui meas has uigilias consecrarem, ut quem unum perspexerim præter summum fortunę splendorem, literis, eloquentia, prudentia, pietate, modestia, integritate, postremo singulari quadam erga bonarum literarum cultores benignitate, sic præditum, ornatum, cumulatum, ut istud primatis uocabulum in neminem magis competat, quam in te, qui non solum officij dignitate, uerum multo magis omnium uirtutum genere primas teneas, idem & regis aulæ præcipuum ornamentum, & ecclesiasticæ dignitatis unicum fastigium. Quod si mihi contigerit, ut hoc meum studium probetur à uiro tam probato, profectò nec hæcenus exhausti laboris me poenitebit, neq; grauabor in posterum maiore conatu rem theologiam adiuuare. Vale, & Erasmus in eorum numero ascribito, qui tuæ paternitatis toto pectore sunt addicti.

Londini, 1 x Calen.

Februarij.

AD R. P. GVILLIELMVM ARCHIEPISCOPIVM
Cantuariē. Erasmi carmen Iambicum
trimetrum.

SCite Poetas doctus appellat Maro
Cygnos, Guillelme præfulum eximium decus,
Res mira dictu, ut cuncta consensu nouo
Vati, atq; olori congruant diuinitus.
Niueus utriq; candor, alter lacteis
Plumis, amico candet alter pectore.
Musis uterq; gratus, ac Phœbo sacer.
Et Iymphidis uterq; gaudet amnis,
Ripis adæq; uterq; gaudet herbis,
Pariter canorus uterq;, tum potissimum
Vicina seram mors senectam quum premit.
Aelianus Sed, qui tenent arcana natura, negant
Græcus Audiri olorem, ni sonent Fauonij.
Nil ergo mirum, barbaro hoc si seculo
Canorus olim obmutuit uatum chorus,
Quum tot procares undiq; obstrepant Noti,
Boreæq; tristes, inuidorum & pingulum,
Nulli fauentum prouocent Fauonij.
Quod si bonis clementer ingenijs tuæ
Benignitatis blandus aspíret fauor,
Ita ut fauit, tota statim Britannia
Vates uidebis exoriri candidos,
Adeo canoros, atq; uocales, uti
In alta fundant astra Cygneum melos,
Quod ipsa & ætas posterorum exaudiat.

ARGUMENTVM HECUBÆ PER
eundem Erasmus.



POST euerfam Troiam Græci soluentes in Cherronesum quæ est in regione Thraciæ, adpulerunt, ubi monumentum extabat Achillis, in Troia sepulti. Illic quum rerum ordinandaru gratia dies aliquot egissent, iamq; iterare nauigationem apparerent, Achillis umbra super tumulum uisa, Græcos ne soluerent prohibuit, postulas, ut ante sibi Polyxena Priami filia mactaretur, quam pater aliquando uiuo despondisset, cuiusq; gratia à Paride ac Deiphobo iaculo confossus interisset, id temporis quum Priamus puellam desponsam traditurus uideretur. Itaq; Græci memores quam ille rem bellicam adiuuisset, statuentesq; utri uirtutem decorare, suffragijs decreuerunt, uti Polyxena in eius tumulo mactaretur. Datum est autem negocium Vlyssi, ut uirginem deduceret, simulq; uafricie facundia suæ, qua præditus erat, Hecubæ matri persuaderet, ne id factum ferret impotentius. Quò quum peruenisset Vlysses, reperit puellam ad necem paratam, spontaneamq; atq; ultro matri suadentem, sibi optabilius esse decore emori liberam, quam foede uiuere in seruitute. Deinde dum occiditur filia, Hecuba famulam, quampiam ad littus mittit, ut lauando Polyxenæ cadaueri aquam adportaret. Ea dum haurire parat, Polydori corpus offendit in littore iacens, nam Polymnestor Thracum tyrannus, simul atq; Troiæ cognouit excidium, trucidatum puerum in mare abiecerat, quo nimirum auro potiretur, quod unam cum filio Priamus ad illam miserat clanculum, quum iam periculum imminere uideret, ne caperetur Ilium. Erat autem ingens auri uis, satisq; idonea, qua Priami genus restitueretur. Hunc igitur Polydorum nacta famula uestibus inuoluta, defert ad Hecubam. Hæc Polyxenam esse suspicata, donec corpus reiectum inspiceret, ubi Polydorum esse cognouit, misere discruciat, secumq; uiam quærit, qua possit Polymnestorem ulcisci. Ac re prius cum Agamemnone commu-

nicata

nicata, ancillam suam mittit ad Polymnestorem; quæ eum unam cum liberis suis ad se iubeat accedere, esse enim quiddam maximi momenti, de quo uelit cum illo colloqui. At ille ignarus Polydori cadauer in littore fuisse repperit, unam cum liberis suis ad Hecubam accedit. Ea simulat sese ob eam causam accersuisse hominem, ut illi thesauros quosdam antiquos in Ilio desossos indicaret: deinde iussu secedere satellitio, solum cum filijs in tentorium deducit, tanquam illi traditura, quicquid pecuniarum è Troia secum extulisset. Erat autem illic abdita maxima mulierum turba, quibus adiuta, Polymnestorem introgressum exoculat, ac liberos occidit. Agamemnon audita utriusq; causa, contra Polymnestorem pronunciat, qui uideretur non iuuandi Græcos studio, sed auri cupiditate puerum interemisse.

Actio fabulæ constituitur in Cherroneso, quæ Phrygiam, in qua est Ilium, habet ad Orientem, Thraciam reliquam ad Septentrionem.
Chorus consistat ex mulieribus Troianis captiuis,
Hecubæ auxiliaturis.

PERSONÆ FABULÆ

Polydori occisi umbra.
Hecuba regina Troianorum.
Chorus mulierum Troianarum.
Polyxena filia Hecubæ.
Vlysses.
Talthybius præco.
Famula Hecubæ.
Agamemnon rex.
Polymnestor Thracum tyrannus.

EVRIPIDIS TRAGI

CI POETÆ HECUBA, LATINA FACTA,

Erasmo Roterodamo interprete.

Carmen trimetrum Iambicum.

POLYDORI UMBRA



Asum profectus è profundis manibus,
Noctisq; portis, caeca quæ silentium
Ab arce porro coelitum sita est domus,
Polydorus Hecuba natus è Cisseide,
Priamog; patre, quem simul cepit timor,
Ne Phrygia Graio Marte caderent moenia,
Me furtim alendum Troico emisit solo
Ad hospitam Polymnestoris Thracis domum,
Qui Cherronesi fertilem glebam colens,
Armis ferocem Martijs gentem regit.

Multumq; mecum clanculum misit pater
Aurum, urbis ut si concidissent moenia,
Ne uictu egerent liberi superstites.
Eramq; natu Priamidum nouissimus,
Atq; hac foras potissimum me gratia
Submisit, ut cui nec ferundæ lanceæ,
Et ad arma non dum tenera sufficeret manus.
Ita usq; donec recta stabant pergama, &
Nondum iacebant Ilij turres solis,
Hæctorq; frater Marte florebat meus,
Bene apud tyrannum Thracia, patrium hospitem
Crescens alebar, plantulæ in modum miser.

KkK Atubi

At ubi interiit Troia, simul & Hectoris
 Vita, ac penates concidere patrij,
 Deumq; ad aras ipse procubuit sacras,
 Macante Achillis prole sanguinaria,
 Mox me paternus amicus auri gratia
 Miserum trucidat, ac trucidatum salo
 Exponit, aurum ut ipse possideat sibi.
 Nunc super harena littoris iaceo, haec tenus
 Aestu per æquor huc, & huc uectus uago,
 Infletus, insepultus, at iam promico
 Charam ob parentem, corpore relicto meo.
 Mihi supernis deuaganti sedibus,
 Superaq; in aura, sol agitur hic tertius.
 Itidemq; misera tertium mater diem,
 Extorris amplis Ilij pomerijs,
 In hac adest tellure Cherronella,
 Cunctiq; Danaï littore hoc in Thracio
 Classen tenentes octofidi desident.
 Namq; è sepulchro uisus Acacides suo,
 Arguam Achilles tenuit omnem exercitum,
 Remum ad penates dirigentem ponticum,
 Meam is sororem postulat Polyxenam,
 Tumulo cupitum honorem, & inferias suo
 Dant, ac feret, neq; enim hoc sinent frustrarier
 Honore amici, deinde decretum iubet
 Fatale, cædi hac luce germanam meam.
 Geminaq; prolis gemina mater funera
 Censet, meumq; & lachrymandæ uirginis,
 Nam quo sepulchri munus assequar mihi,
 Ancillæ in undis memet offeram ad pedes,
 Venia impetrata dijs ab infetis, uti
 Tumulo potiar, in matris in cideus manus,
 Itaq; (quod ad me) quicquid optavi assequar.
 At anu à parente paululum abcedam, hæc quidem
 lam regis è tentorio profert pedem
 Agamemnonis, pauefacta de spectro mei.
 O mater, huc pro huius peruenisti, uti
 Prognata quum sis regis è stemmatis,
 Indigna ferres seruitutis pondera
 Tam afflictia nunc & misera, quam florens eras
 Quondam ac beata. Te aliquis extinxit deus,
 Felicitatis pristinae inuertens uices,
 Bonaq; antea paribus exæquans malis.

Carmen anapesticum distichum, intermixtis nonnunquam
 eiusdem generis monometris.

Hec. Ducite animum hancce foras o famulae,	Alternos promouero passus.
Ducite sustentantes, uobis	O fulgur Iouis, o nox picea,
Nunc conseruam Iliades, uerum	Ut quid ita sub nocte silenti
Dudum dominam, prendite, ferte,	Terriculis, uisusq; agitator
Portate mei corporis artus	O sacra Tellus,
Tollite, anilem corripite manum.	Gignens atris somnia pennis,
Ipsa ego torto nixa bacillo,	Sit precor irrita noctis imago,
Annis tardum celerabo pedem, &c	Quam de gnato.

Quiser

Qui seruiatur Thracibus oris,
 Teq; Polyxena filia dulcis
 Alto uidi meria sopore.
 Nam terrificum uidi uisum,
 Didici, sensi.
 O terrestria numina, gnatum
 Seruate meum, qui iam solus
 Generis superest ancora nostri,
 Thraces habitans arua nivalis,
 Patrio commendatus amico.
 Aderit iam iam quodcumq; malum,
 Lucumq; nouum lucibus addet.
 Haud sic unquam mens mea certo
 Timuit, tremuit, tacta pauore.
 Vbi nam diuina Helenum mente,
 Vbi Cassandram Iliades uideam,
 Vt mihi caeca insomnia pandat
 Vidi siquidem ceruam uariam
 (Visu miserum)
 Nostro è gremio uidi direptam,
 Quam laniat lupo ore cruento.
 Terrebar & hinc, summum in tumultum
 Umbra ferocis uenit Achillis,
 Aliquam è miseris sibi Troadibus,
 Praemia poscens.
 Procul a nostra, procul hæc quaeso,
 Dij depellite somnia, gnata.

Idem carminis genus.

Chor. Ad te celeri praecurri Hecuba
 Pede, tentoria herilia linquens,
 In qua serua ego tradita sorte,
 Vbi Trojana è moenibus urbis,
 Graijs abigor bellica praeda.
 Haud equidem ullum porto leuamen
 Aerumnæ praesentis, at ingens
 Insuper & graue deferò pondus
 Tibi priuatim o mulier, saui, ac
 Diru ueniens nuncia luctus.
 Namq; serunt decernere Graios
 Celebris coetu, tua uti gnata
 Manibus occidatur Achillis.
 Qui sublimem scandens tumultum,
 Scis fuluis cum apparuit armis,
 Naues detinuit pontigradas,
 Nixaq; torto uela rudente,
 Hæc uociferans. Quo iam Danaï
 Fugitis, nostros
 Cineres deserturi inhonoros.
 At his multo est orta tumultu,
 Ac uariat sententia duplex,
 Bellaces Graiogenum turmas,
 Dum pars dandam tumulto inferias,
 Pars maciari censet iniquum.

Atq; inde tuae studuit parti
 Rex Agamemnon, id fatidica
 Thalamis elargitus honoris.
 Atq; uicissim dixere duo
 Thesida, hos genuistis Athenæ,
 Vna erat hæc sententia utriq;
 Vti Pelidæ decorent tenero
 Busta cruore.
 Nec placet, uti Cassandrea thalamos
 Armis habeant pluris Achilli.
 Et studijs ferme haec tenus æquis
 Decertatum est, donec uarius
 Et suauiloquens sua sor, Achiuum
 Populo non ingratus Vlyses
 Omnem dicitis flexit coetum,
 Ne pro captae cæde puellæ
 Neglectum pateretur Achillem,
 Vnum è Danaï longe primum.
 Neu quis apud Persephonem, ex his
 Qui bello cecidere, referret,
 Quam male gratus miles Achiuus
 Danaï Danaum causa cæsis,
 Ex Iliacis cesserit aruis,
 Sed iam nunc hic aderit Vlyses,
 Isto uti uellat ab ubere gnata,
 Eiq; manu, uti tollat, anili.
 Proin' templa adeas, adeas aras,
 Accide Atridæ genibus supplex,
 Prece sollicita, quicquid olympus,
 Quicquid claudit terra deorum.
 Si quidem aut placet numina uotis,
 Ne miseranda orbere puella,
 Aut specient tua lumina oportet
 Ad tumultum procumbere, sparsam
 Sanguine natam, deq; aurifera
 Ceruice atrum undare cruorem.

Idem carminis genus.

Hec. Heu me miseram, quid uociferer?
 Quonam ululatu, quonam fletu
 Plorem misera misera senectæ
 Haud portandum
 Seruitij, haud tolerabile pondus?
 Heu me, quis opem mihi uindex
 Tulerit? quæ nam natio, quæ nam urbs?
 Perijt senior, gnati extincti,
 Huccine an illuc flectam gressum?
 Quò me uertam?
 Vbi quis deus, aut daemon praesens
 Ferat auxilium?
 Proh Iliades saua ferentes
 Eheu saua ferentes fata,
 Extinxistis me, extinxistis,
 Nec mihi posthac

Grata est supero in lumine uita.
Defer anum hanc, ó pes infelix,
Hanc me infelix ducito ad aulam.
Eheu gnata, heu supra cunctas,
Miseræ matris filia, prodi,
Prodi tectis, percipe matris
Filia uocem.
Vti cognoscas, qualis qualis
Fama tua de uita fertur.
Pol. Ehem mater, mater,
Quid clamas? quid subitum apportans,
Sic me ueluti uolucrum tectis
Cogis trepidam prouolitare?
Hec. Eheu me gnata.
Pol. Cur sermonum exordia mecum
Diro sumis ab omine mater?
Hec. Ah gnata tuæ metuo uita.
Pol. Eloquitor, neq; celo tu diu.
Pauco, misere pauco mater,
Quæso quid ingemis?
Hec. Gnata, ah misere gnata parentis.
Pol. Quir istud ais?
Hec. Hoc gnatus contendit Achillis,
Communi decreto Argiuum,
Vti Pelidæ gnata sepulchro
Macrata cadas.

Pol. Eheu genitrix, ut mala nobis
Immensa refers.
Aperi fodes, aperi mater.
Hec. Rumorem adfero filia dirum.
De cæde tui
Scitum populus sanxit Achiuus,
Pol. O te afflictam, pro ter miseram,
O male fausta genitrix sortis,
Quam tibi tristem rursus luctum,
Infandumq; & acerbum mouit
Daemon aliquis.
Nō iam gnata hæc, nō tibi posthæc,
Infelice senectia infelix
Conseruero, nanq; perinde, ac
Hinnuleum, seu montibus hirtis
Alitam uitulam, miseram misera
Mox de manibus uelli aspicias,
Ac sub humum ceruice reclusa,
Obscuro demittier Orco.
Illic inter lumine cassos
Degam infelix.
Sed te miseram luctu omnigeno
Deseo mater, nam me, fata
Sortemq; grauem non lamentor,
Quum mihi casus sit & optandus
Cedere uita.

Carmen Iambicum trimetrum.

Chor. Sed ecce Vlysses huc citus mouet gradum,
Hecubæ, tibi aliquem nuncium ferens nouum.
Vlyf. Te scire mulier credo placita exercitus,
Et quæ inter omnes uicerit sententia,
Haud te latere puto, sed exponam tamen.
Visum est Pelasgis, tua uti nata Polyxena
Cadat ad sepulchri Achillis excessum aggerem.
At uirginis nos esse solenneis duces
Statuere, Pyrrhus Aecidæ proles, huc
Præfectus autor, ac sacrificus hostiæ,
Scin' ergo quid ages? nē ue ui retraxeris,
Mecum ue manibus uelis contendere.
Agnosce uires Danaidum qui hæc imperant,
Simulq; quantis obruare nunc malis.
Scitum est profectio quiddā, & in medijs malis
Ea quæq; secum sapere, quæ sapere est opus.
Hec. Vah uah, adest discrimen (ut uideo) graue,
Gemituq; plenum, & non inane lachrymis.
Neq; enim ipsa dudum uitam acerbam & aspe
Illic reliqui, quo mori decuit loco. (ram
Neq; me interemit Iuppiter, sed in hoc alit,
Tristissimis uti tristiora conspicer.
Proh misera. Sed iam si licet captis, neq;
Molesta, nec quæ mordeant animum, loqui
Heris, rogeris oportet & paucis mihi,
Atq; ut nos uicissim rogantes audias.

Licet

Vlyf. Licet, roga, neq; enim hoc tibi inuideo moræ.
Hec. Scin' illum explorator ut subiueris
Pannosus atq; squalidus, genas tuas
Stillæ obfidebant mortis, oculis excites?
Vlyf. Memini, haud em hæc res summa strinxit pectoris.
Hec. Ten agnitum uni prodidit Helene mihi.
Vlyf. Meminimus, in discrimen adducti graue.
Hec. Supplexq; factus genua tangebam meæ.
Vlyf. Sic manus ut istis instupesceret pepulis.
Hec. Dedit ergo uitam, & illo emisi solo.
Vlyf. Ita, ut hoc profecto solis aspiciam iubar.
Hec. Quid tum locutus, quum mihi in manu fores?
Vlyf. Quo me necis subducerem periculo,
Omneis uafertum comminiscabar dolos,
Cunctasq; pariter persuadendi uias.
Hec. Lege igitur isthac gratiam refers malam,
Quum tuleris à me, quæ tulisse non negas.
At nil iuues nos, sed magis pro uiribus
Incommodas, benefacta compensans malis.
Vestrum genus mortalium ingratißimum,
Quicumq; plebis concionibus leues
Captatis auras, cognitum heu mihi plus fati.
Qua damnum amicis ferre non facitis pili,
Modo differatis grata multitudini.
At iure quonam, aut quid secuti, uirginem
In hanc, cedo, decreta sanxerunt necis?
Ipsum ne decus hoc suauis, homines cadere
Tumulis, ubi bos uicima addecer magis?
An porro Achilles mortis autores suæ
Punire quærens, iure in hanc refert necem?
Atqui hæc in illum sceleris admisit nihil.
Helenam sepulchris hostiam par est peti,
Illa hunc peremit, illa traxit ad illum.
Quod si qua uultu legitur ex captis neci,
Formaq; præstans cæteris, non nostrum id est,
Quippe ore multo Tyndaris decentior,
Eademq; quam nos non minus dedit mali.
Atq; hæc pro æquo dixerim quidem, ac bono.
At nunc mihi, quæ te reposcenti inuicem
Reponere æquum est, accipe æquis auribus,
Meam (quod ipse non negas) humilis manum, ac
Supplex anilem hanc contigisti tum genam,
Nunc hæc uicissim prona contingo tui,
Beneficiumq; tunc datum reflagito;
Itemq; supplex obsecro, ne filiam
Mihi puellam manibus abripias meis,
Nē ue perimatis, quippe funerum fati,
Obletio in hac me, sortis oblita grauis.
Solamen hæc est, una pro multis mihi,
Vrbs, atq; nutritrix, scriptio, recitrix gradus.
Iniqua uictis imperare non decet,
Quis fors dedit rerum potiri, ac uincere.
Neq; quis secundæ res, oportet fidere
Itidem futuras semper ex sententia.

Tom. 1

K k K 3

Etenim

Etenim ipsa quondam quæ fui, non sum amplius,
Opes sed omnes unicus rapuit dies.
Age amica barba paululum me respice.
Miserere, & adiens rursus Achivum exercitum,
Doceto, quàm sit sævum, atroxq; foeminas
Mactare, quas non interemisti prius
Raptas ab aris (sed pepercisti) sacris.
Lex æqua porrò uos apud, de sanguine,
Seruisq; liberisq; capitibus stata est.
Si uel male hæc autoritas dicat tua,
Flectet, quod à leuibus profecta oratio,
Et à probatis, non idem ualet eadem.

Idem carminis genus.

Chor. Tam rigida nusquam est ulla mens mortalium
Audita, quam non ista comploratio,
Ingensq; luctus, cogat ædere lachrymas.
Vib. Audi Hecuba, neue mente percita, uirum
Qui recta dicat, maleuolum fingas tibi.
Ego quidem uitam tuerier tuam,
Per quam ipse uiuo, cupio, nec dicam dolo,
At quæ palam sua, ea haud negauerim.
Nempe urbe capta, exercitus primario
Gnatam immolendam (quando postulat) tuam.
Hinc nanq; plures defluxunt res publicæ,
Dum strenuum qui præbet, ac fortem uitum,
Non plus honoris, quàm uir ignauus capit.
Nos contra, Achillem dignum honore ducimus,
Ut qui pro Achivis ceciderit promptissime.
Quàm turpe, si quem uiuum amicum sensimus,
Huic desinamus esse amici mortuor.
Age quid futurum, si qua rursus appareat
Acies coacta, & hostium certamina,
Vtrum manus iam conferemus, an magis
Vitæ ac saluti consulamus: quippe qui
Fraudari honore cernimus, quisquis cadit.
Ac mihi profecto luce do nec hæc fruatur,
Quantumlibet pulilla, sufficiant tamen.
Porrò sepulchrum conspici exoptem meum
Insigne, quando durat in longum hic honos.
At misera patior, inquis, audis contra ad hæc,
Sunt & Pelasgis neuiquam miseræ minus
Anusq; & annis te priores foeminae.
Sponsæq; sponsis orphanæ præstantibus,
Hic ossa quorum puluis Idæus tegit.
Fer ista. Nos si perperam decernimus
Decorare fortem præmio merito uirum,
Inscitia ipsi obnoxij tenebimur.
At barbari, neq; hos amicos ducitis
Qui sunt amici, neq; decore qui oppetunt,
Suspicitis, hinc & nostra floret Græcia.
Vos contra habetis instituto congrua.
Chor. Heu seruitus ut semper est miserrima,
Subacta ut fert præter æquum plurima.

Ah gnata

Hec. Ah gnata in auras irrita hæc oratio
Frustra mihi iactata, de tui nece.
Tu, si amplius quid, quàm ualet mater, uales,
Annitere, omnes admodum luscintæ
Experta uoces, uita ne pereat tibi.
Miseranda Vlyssis accide huius ad genit,
Et commoue, argumentum habes, ipsi quorq;
Sunt liberi, quo fata miseretur tua.
Pol. Video te Vlysse dexteram sub pallio
Manum occultentem, et ora uertentem retro,
Tetigisse malam ne mihi sit fas tuam.
Animo bono sis iubeo, meq; nuncia,
Scito, quod ad me pertinebit, te fore
In tuto, & effugisse (si quis supplices
Curat fauens, æquusq; respicit) Iouem.
Nam te sequar, uel quia trahat necessitas,
Vel quod mori expetam ipsa, sin uelim minus
Vitæ auida mulier uidear, ac timida omnibus.
Quæ nanq; uitæ causa iam superest mihi,
Ut cui pater rex omnium fuerit Phrygum?
Etenim rudis mi lucis hoc initium,
Dein, spes ad amplas educabat, regibus
Nuptura, multis æmulantibus prociis.
Quis me ad penates duceret uictor suos.
Regina ego proh misera foemina eram
Troadibus, inter uirgines insignis, ac
Dijs æqua, solum hoc si quis excipiat, mori.
At serua nunc sum, protinus uocabulum hoc.
Minime assuetum, facit ut expetam mori.
Dein, forsitan continget immitis mihi
Herus, ære me quicunq; commercabitur,
Et Hectoris quondam sororem, & plurimum,
Adigensq; uime pinsere in tectis, solum
Verrisse coget, staminiq; insistere,
Vitam exigentem duram, & illatabilem.
Thalamosq; nostros seruus emptus undeuia
Foedabit, ante destinatos regibus.
Absit, relinquam lucem ego istam libera,
Orco inferisq; hoc corpus exponens meum.
Iam ducito me Vlysses, ac ductam immola.
Neq; enim penes nos uel spei fiduciam,
Vel opinionis uideo, quur mi debeam
Posthac benigna fata pollicerier.
At tu genitrix, ne quid obstitas mihi
Verboue, factoue, incita magis, mori
Quo libeat ante, quàm quid indignum accidat.
Nam qui malis haud assuerit, fert quidem,
Dolet tamen, quum colla supponit iugo.
At mortuus, quàm uiuus hic felicior
Foret, haud decore uiuere, est ingens labor.
Chor. Inest in homine mira & euidentis nota,
Probis fatum esse: generis illustrat decus,
Quisquis celebribus dignus est natalibus.
Hec. Dixisti honeste gnata, uerum ista dolor

KkK 4 Adest

Adest honesto, cæterum si Pelei
Et facere gratum filio, simul & probrum
Effugere uultis, hanc Vlysses omittite,
Me ductam Achillis immoletis ad pyram.
Ne parcite inquam, nam Parin produxi ego,
Qui Terhidae natum petijt arcu ac perdidit.

Vlyf. Non te umbra Achillis poscit Argiuos, anus
Ut immolare, sed hanc poposcit uirginem.

Hec. Vos attamen cum filia me occidite,
Duplumq; tellus sparsa sanguinis bibet,
Et usq; manes, ista qui poscit sibi.

Vlyf. Sat filia mors, cæde cædem non decet
Cumulare, & o si ne hæc quidem pendenda sit.

Hec. Gnata at necesse ut unq; commori meæ.

Vlyf. Qui, quando dominos esse non noui mihi?

Hec. Vthædera quercu, sic ego huic inhæsero.

Vlyf. Haud feceris, si obtemperabis his, quibus
Et mentis & prudentiæ plus q; tibi est.

Hec. Non hanc ego uolens omittam uirginem.

Vlyf. At ego hinc relicta non abibo uirginem.

Pol. Mihi mater audi, tuq; Laertæ genus
Parentibus concede merito concitis.
Tu misera cum uictore ne pugnaueris.
Sterni solo uis, ac trahi corpus tuum.
Anile per uim pulsa, uiri iuuenis manu
Fœdis modis reuulsa dedecorariet?
Isthæc ut accidant tibi absit, haud enim decet.
Quin age manum da iam mihi dulcissimam
Dilecta genitrix, ac genam applicem genæ.
Post hac enim haud unquam, sed extremum iubar,
Orbemq; Phœbi hodie quidem conspexero,
Finem ergo nostri fac age alloqui cape,
Ac dicta mecum conferito nouissima.
O mater, o parens, abeo iam ad inferos:

Hec. Heu gnata, nos in hoc lumine seruibimus.

Pol. Frustrata sponso, ac debitis mihi nuptijs.

Hec. Miseranda gnata es, mulier infelix ego.

Pol. Illic facebo in Tartaro tete procul.

Hec. Heu misera quid agâ? uitâ ego hæc quoad traham?

Pol. Ancilla moriar patre nata libero.

Hec. At ego orba quinquies decem iam liberis.

Pol. Quid Hectori ex te nuncio, aut seni uiros?

Hec. Dic fœminarum me omnium miserrimam.

Pol. O pectus, & quis alita blande sum ubera.

Hec. Proh ante tempus fati acerbi filia.

Pol. Vale o parens, Cassandra iam mihi uale.

Hec. Alj ualebunt, istud haud matri est datum.

Pol. Quicq; in fera es Polydore frater Thracia.

Hec. Ita si quidem ille uiuit, at qui non puto,
A deo undiquaq; prorsus infelix ego.

Pol. Viuit, premetq; mortuæ tibi lumina.

Hec. Ego & ante mortem præ malis sum mortua.

Pol. Me duc Vlysses, flammeo obuolens caput,
Etenim prius quam macler, exanimor meæ.

Lucius

Lucu parentis, & hanc neco plorantibus.
O lux, licet nam nomen affari tuum,
Necq; ulla post copia dabitur tui
Nobis fruendi, nisi quod interest moræ
Ad ensen eunt hinc, atq; Achillis pyram.

Hec. Soluuntur artus heu mihi, ac mens deficit,
O gnata matrem prende, porge dexteram,
Da, ne relinuas orbam, amicæ concidi.
Vtinam Lacaniam sic sororem Castoris
Helenam uiderem, quæ decentibus oculis,
Florens peremit indecenter Ilium.

Carmen huius Chori ex uarijs
mixtum est metri generibus, ac
ferme iisdem quibus utitur
Euripides.

Chor. Aura, pontica, aura
Quæq; pontigradas per undam
Rateis celeres agis marinam,
Quo loci miseram uehes me?
Addicta cui sub aedes
Ancilla deferar?
Ad littora Dorica, an he
Ad Phthiada, quo loco aiunt patrem eximij
Currere Apidanû, fataq; rigare, an (laticis
Salso misera remo
Illam appellar in insulam,
Produciura domi dies acerbos,
Primitiua ubi palma frondet,
Laurusq; sacros in altum
Latona tibi ædit
Gratissima ramos,
Partus monumenta dij,

Ac cum Deliacis puellis, Artemidisq; deæ
Spicula arcusq; canam, aureamq; uitam;
An Palladis urbe, quam
Currus nitidi uehunt,
Peplis in croceis equos
Sub iuga splendida mittam;
Pingens uaria, crocoq;
Sindone florulentar
An Titanum ad sobolem,
Quam Saturnius igniuomo rex
Strauit iaculo?
Vah liberis meis
Vah patribus, ac solo
Quod fumo concidit,
Marteq; captum, & exultum
Ab Argiuis, at ipsa in
Tellure uocabor externa
Serua, Asiam fugiens
Europæ famulantem,
Mutans morte faces thalami.

Carmen Iambicum trimetrum:

Tal. Vbi Phrygum regina quæ dudum fuit,
Hecubam, puellæ Troades conuenero?
Cho. Eccam haud procul te, tergo humi strato cubat,
Talthybie præco, circumoperta linteis.

Tal. O Iuppiter quid dicam, utrum mortalia
Respicere te? an he opinio ne fallier
Falso putantes esse diuorum genus?
Casu sed omneis res agi mortalium?
Non hæc modo regina ditium Phrygum?
Priami uxor ista nonne locupletissimæ?
Nunc urbs quidem eius funditus bello iacet,
At ipsa, anusq;, & serua & orba liberis,
Iacet, inquinata puluere infaustum caput.
Eheu senex sum, sed tamen mori prius,
Quam fœdus ullus accidat casus, uelim.
Exurge misera, tolle subductum latus,
Quodq; omne canis albicat pillis caput.

Hec. Ehem, quis hic qui corpus haud finit meum
Iacere? quid me, quisquis afflictam moues?
Tal. Talthybius adsum Achiui mulier agminis

Minister

Minister, accersent te hinc Agamemnone.
Hec. O uir mihi charissime, an quod me quoque
 Visum est Pelasgis, ad sepulchrum occidiet;
 Ob id uenis, ut grata perferres mihi?
 Properemus, acceleremus, age duc me fenex.
Tal. Gnatae ut cadauer sepelias, te mulier hinc
 Ducturus adsum, me quidem legant ad id
 Geminique Atridae, exercitusque Achaicus.
Hec. Miserae hei, quid ais? ergo non adisti, uti
 Moriamur & nos? uerum acerba nuncians?
 Gnata interisti matris auulsa e sinu.
 Ego orba posthac liberis, miserae hei mihi.
 Sed illam ut occidistis? an reuerentius?
 An sic, ut hostis diriter leto est data?
 Dic haec fenex, haud laeta dicturus licet.
Tal. Duplices mihi uis me parare lachrymas,
 Miseratione filiae mulier tuae.
 Et hic enim tam saeva commemorans, genam hanc
 Fletu rigaro, maduit & lachrymis mihi
 Modo ad sepulchrum, caesa dum ferro occidit.
 Turba aderat uniuersa Achiui exercitus
 Frequens sepulchro, filiae ad caedem tuae.
 Polyxenam autem Pyrrhus apprehensa manu,
 Summo sepulchro statuit, at qui pone ego,
 Lectique iuuenes ex Achiuis inclyti,
 Saltum iuuenae ut prohibeant manibus tuae,
 Sequuntur, ac plenam tenens pateram, undique
 Auro nitentem natus Aeacide manu,
 Fudit parenti mortuo libamina.
 Mihi innuit, praeconio silentium
 Indicerem omni Achiuum multitudini,
 Egoque inter omnes medius adstant, haec loquor.
 Silete Achiui. Pax sit omni coetu,
 Pax, & quies, statui quietum exercitum.
 Hic, inquit, O mi nate Peleo pater,
 Libationes propitius cape has meas,
 Placida abditorum manium euocamina.
 Atque huc ades, quo purpurantem combibas
 Purae puellae sanguinem, quem tibi damus
 Ego atque populus, iamque nobis sis fauens,
 Soluens rudentem, & nauium retinacula,
 Concede nobis, sospites ab Illo
 Omneis reuersos, patriam reuisere.
 Haec ille, at omnis populus apprecatus est.
 Loculis sub haec mox aureis pictum notis
 Educit enses, iuuenibus Graio agmine
 Lectis, puellam ut prenderent manu, innuit.
 Vbi sensit illa, hos ore prodidit sonos.
 O qui excidistis oppidum Argiui meum,
 Cupide otheo, ne quis corpus attingat meum.
 Intrepida siquidem colla porrigam ac uolens,
 Quo ingenua moriar, liberam me per deos
 Sinite immolantes, quippe apud manes quoque,
 Regina quum sim, dicier seruam pudet.

Turba

Turba adfremebat, rex & ipse iuuenibus
 Mox imperat, quo uirginem remitterent:
 Hi simul ut audire uocem regiam,
 Summamque, omittunt, nan hunc penes ius primū erat:
 Vbi illa sensit iussa principum, ilico
 Summo prehenso pectore, scidit manu
 Ad umbilicum, uentris ac medium, peplos,
 Sinumque monstrat, & uelut statuae ad modum
 Mammās decentes, dehinc humi figens genu,
 Verba ore fudit omnium miserima.
 En iuuenis, hoc si pectus ense mauoles
 Promptum ferire, ferito: sin ceruicem, adest
 Exprompta ceruix. Tum miseris uirginis
 Pyrrhus, uolensque, & non uolens, atque haesitans
 Anima meatu ense librato fecat.
 Fluxere uenae, at illa tam moriens, tamen
 Sollicita mire est, condecenter ut cadat,
 Coelestique, quae coelare decet oculos uirum.
 Letalis ast ubi uitam ademerat mucro,
 Labor ex Achiuis idem habebat neminem,
 Alij tacentem frondibus consternere,
 Alij supremum sedulo apparant rogam,
 Tendas ferentes pineas, qui nil tulit,
 Male audiebat a ferente, hunc in modum,
 Ignaue cessas, nec puellae amiculum,
 Nec aliud ullum munus adferens manu?
 Nil es daturus uirgini promptissimae,
 Animoque summo: de perempta filia
 Haec tum ferebant, liberorum at te quidem
 Matrem optimorum, uerum eandem ex omnium
 Grege foeminarum conspicio miserissimam.
Chor. Acerba quaedam Priamidas clades premit,
 Vrbemque nostram, fata sunt isthaec deum.
Hec. In quod malorum gnata, cum ad sint plurima,
 Intuear, haereo, si quod attingam, ilico
 Aliud uetat, rursum, alia me molestia
 Alio uocat, malisque succedunt mala.
 Et nunc acerba fata ne plorem tua,
 Nequeam profecto temperare pectori.
 Hoc rursus ipsum, nempe ne gemam admodum
 Nimsisque acerbe, sustulisti, strenua
 Mihi nunciata, non nouum ergo, si mala
 Fauente coelo terra fert segetem bonam
 Bona destituta, quibus opus fuerat, malum
 Fructum adit. At mortalium quisquis malus,
 Nil possit aliud esse, quam semper malus:
 Frugi, usque frugi. Sors nec ingenium uiri
 Aduersa uitiat, sed probus semper manet.
 Vtrum id parentum, an educantium magis?
 Recte educari scilicet nonnullam habet
 Doctrinam honesti, quod quidem quisquis probe
 Tenet, idem honesti ad regulam nouit scelus.
 Sed inaniter tam mens mihi haec effutit.
 Tu porro Achiuis uade, & ista nuncia,
 Ne filiae

Ne filia quis applicet manum meae
 „ Verentq; populum. Nam frequenti in agmine
 „ Indomita turba est, ac tumultus militum,
 „ Si quando nullo cohibeatur principe,
 „ Vincit furens incendium. quisquis mali
 „ Nihil hic patrarit, ille demum erit malus.
 At tu uetus ministra sumito situlam,
 Atq; huc reporta pontico impletam salo,
 Vt supremis te lauacris filia,
 Innupta nupta, uirgo non uirgo, lauem,
 Er ut tibi exhibeam quibus digna es. Sed id
 Quiraut uidernequaquam potero, uerumtamen
 Sic ut licebit. nanq; quid aliud agam?
 Mundumq; captis colligens a foeminis.
 Quae mecum in hisdem desident tentorijs,
 Si qua ex penatibus aliquod suis habet
 Furtum, inscijs, quos nocte nuper est, heris.
 Tecta o decora, proh beatæ olim domus,
 O liberis, opibusq; florentissime
 Priame, uetusq; ego illa liberum parens,
 Vt pristina exuti superbia, ad nihil
 Recidimus, & post ista adhuc tumescimus.
 Locupletibus nostrum hic quidem penatibus
 Præfulsit, hic quod dignitate ciuibus.
 Curarum inania mentis hæc sunt somnia,
 „ Linguaeq; fastus, ille felicissimus
 „ Est, cui nihil contigerit in uita mali.

Carmen Choricum, ac uarie mixtum.

Chor.	Mihi ærumnam Atropos, Mihicladem dei parabant, Syluam ut primum abiegnam in Ida Alexander incidit, Liquida uada rate transiturus, audax Helenæ ad thalamos, iubar quam Pulcherrimam auricomam, in Orbe uidet Phœbi. Nam mala, en nos, malisq; uallant Tristiora fata. Priua amentia ciuitati Malum publicum Iliacæ Peperit, & ab alijs profecta clades.	Iudicataq; Iis in Ida est, Qua tres coelicolum puellas Pastor iudicauit, ad Bellacq; stragemq; & Meæ exitium domus. Gemitq; forte quæpiam ad Vndosum Eurotam Lacæna lachrymosa puella in ædibus. Capiti quoq; mater albo Orbata gnatis, inijcit Manum, & unguem in ora cruentum Infigit auida, dilaniatq; malas.
-------	---	---

Carmen Iambicum trimetrum.

Fam. Vbi Hecuba multo, foeminae, miserrima?
 Quæ superat omne uirum, ac simul nostrum genus
 Malis, nec ullus palmam ei præceperit?
 Chor. Vt misera nunquam dormiunt uocis tuæ
 Male ominosæ tristia præconia.
 Fam. Hecubæ dolorem hunc adfero, porro in malis
 „ Haud est facile, bene ominata dicere.
 Chor. Ac forte te cæcis prodiens uidelicet
 Verba inter ipsa commode apparet tua.
 Fam. Omisera proorsus, & magis quam proloquor,
 Hera, occidisti, uirua non es amplius,

Orba

Orba urbe, gnatis, ac marito, perdita.
 Hec. Ais nouum nil, ac scientibus opprobras.
 Sed quid cadauer hoc Polyxenæ uenis
 Portans, sepulchrum cuius Argiuum manu
 Modo nunciatum est omnium properarier?
 Fam. Nihil ista nouit, sed Polyxenam mihi
 Deflet, nouarum cladum attingit nihil.
 Hec. Heu misera, uatis nunquid huc affers mihi
 Sacro citum furore Cassandrea caput?
 Fam. Viuam eloquuta es, mortuum hunc nihil gemis.
 Atqui retectum iam cadauer inspice.
 Noua res & insperata se offeret tibi.
 Hec. Extinctus eheu cernitur gnatus mihi
 Polydorus, a me Thraci creditus uiro.
 Infausta perij, nulla sum posthac. ohe
 O pignus, heu ohe, cantionem Manadum
 Ingredior. hæc noua ab hoste resciscens mala.
 Fam. Infausta gnati fata cognoscis tui?
 Hec. Inopina, mira, noua noua, aspicio, malis
 Prognata ab alijs, alia contingunt mala.
 Nec ullus absq; lachrymis unquam dies,
 Suspirijsq; me relinquet tristibus.
 Cho. O infausta, dira, dira perpetimur mala.
 Hec. Heu gnate, gnate matris infaustissima,
 Quo genere mortis occidisti? quo iaces
 Fator? peremit te quis è mortalibus?
 Fam. Me latet, at hunc in littore offendi maris.
 Hec. Eiectum ab undis, an trucidatum manu?
 Fam. In littus harenosum
 Marinus illum fluctus æstu eiecerat.
 Hec. Heu mihi, uæh uæh,
 Didici mihi nocturna uisa insomnia.
 Non me fefellit furua imago, quæ mihi est
 Conspecta de te gnate, quod non amplius
 Superstes aura uescerere cælica.
 Cho. Scis qui peremit somnij prudens, cedo?
 Hec. Bellator hospes ille Threicius meus,
 Vbi senior illum collocarat clam pater.
 Cho. Heu quid ais? auro quo potiretur, tuum
 Ita ut uidetur, interemit filium.
 Hec. Infanda, abominanda, plusquam mira, nec
 Pia, nec ferenda. ubi hospitem ius, ac fides?
 Ohe uir execrate, ut ense ferreo
 Puerile corpus conscidisti, nec ferum
 Commouit atas pectus, ubi discerperes.
 Cho. Vt misera te mortalium infaustissimam
 Statuit, deorum quisquis insensus tibi est.
 Ipsum sed ecce conspicio. Agamemnonem
 Regem. loqui iam desinamus obsecro.
 Agt. Gnatam sepultum quin uenis Hecube tuam?
 Nam sic, uti Talthybius attulerat mihi,
 Ne quisquam Achiuum filiam attingat tuam,
 Sinimus quidem illam nos, manu nec tangimus,
 At ipsa cessas. proinde miro ego, sed huc

Tom. I

LIL

Vt

- Vt te illo mittam, uenio, quippe illinc bene
 Peracta res est, si quid est in his bene.
 Hem quem uirum hic intueor in tentorijs
 Phryga interemptum: nancq; corpus ambiens
 Non esse Danaum nunciat amicus mihi.
- Hec.* Infausta (memet enim loquor quum te loquor)
 Hecube, quid ago: num nam huius accido ad genu
 Agamemnonis: an hoc tacita perfero malum?
- Agd.* In ora tergum quid mihi obuertens tuum
 Lachrymas: quid acciderit, taces: isthic quis est?
- Hec.* At forte reputans hostem, & ancillam esse me,
 Genibus repellet, & auxero molestiam.
- Agd.* Diuinus haud sum, nec nisi audiero, queam
 Viam tuorum nosse cogitatum.
- Hec.* At huius animum quur ut hosticum, magis
 Interpretatur, cum sit hostis haud tamen?
- Agd.* Huiusce si nil scire me uoles rei,
 Mecum facis, neq; enim cupio cognoscere.
- Hec.* Hoc absq; ferre liberis opem meis
 Minime potis sim, sed quid hæc uerso r' necesse
 Audere, seu impetro, siue & impetro nihil.
 Agamemnon, en per genua supplico tibi,
 Tuamq; malam, & auspiciatam dexteram.
- Agd.* Rei quid optans: nunquid hoc, ut libera
 Aeuum exigas r' id facile continger tibi.
- Hec.* Minime, sed ulta maleficos, ac perfidos,
 Seruire reliqui quicquid est æui, uelim.
- Agd.* Nostram ergo mulier ad quid imploras opem?
- Hec.* Nil tale prorsus, quale tu rex autumas.
 Vides cadauer hocce, quod ego lachrymos?
- Agd.* Video, futurum quid sit, haud etiam scio.
- Hec.* Peperi hunc ego olim, ac uentre gestauit meo.
- Agd.* Est hic tuorum misera quisquam liberum?
- Hec.* At non eorum, qui iacent sub Illo.
- Agd.* Num præter illos edidisti quempiam?
- Hec.* Inutiliter ut reliquet, nam hunc quem uides.
- Agd.* Vrbs cum periret, hic ubi tum forte erat?
- Hec.* Emiserat, quo sospes esset, hunc pater.
- Agd.* Quò semouens à cæteris unum omnibus?
- Hec.* Tellurem in hanc, in qua repertus mortuus.
- Agd.* Ad hunc, tenet qui scepra Polymestor loci?
- Hec.* Seruator auri missus huc tristissimè.
- Agd.* Quis interemit: quòue fato extinctus est?
- Hec.* Quis alius: hospes hunc peremit Thracius.
- Agd.* Miser heu, potiri cupidus auri scilicet.
- Hec.* Sic habet, ubi iam fata cognouit Phrygum.
- Agd.* Hunc naçta alicubi es mortuum, aut quis attulit?
- Hec.* Hæc in marino forte naçta littore.
- Agd.* Vtrum ne quærens hunc: an aliud quiddam agens?
- Hec.* Ierat lauacra ferret ut Polyxenæ.
- Agd.* Eiecit, ut uidetur, hospes hunc necans.
- Hec.* Ponto uehendum, membra sic disseccans.
- Agd.* Miseranda mulier, obruta immensis malis.
- Hec.* Perij, nec ullum restat Agamemnon malum.

Heu

- Agd.* Heu quæ perinde infausta mulier extitit?
- Hec.* Nulla est, nisi ipsum dicis infortunium.
 Quapropter autem genibus aduoluo tuis,
 Audito, & æqua si tibi uidear pati,
 Mittam querelas, sin minus, te uindicem
 Præbe mihi hospitis omnium impijsimè,
 Qui nec supera, nec infera uerens numina,
 Manu peregit facinus immanissimum,
 Mensa receptus sæpe communi mihi,
 Primumq; amicos inter obtinens locum,
 Demum assequutus, quicquid equum erat, dolis
 Præcogitatis filium occidit meum.
 At nec sepulchro, quando decreuit necem,
 Dignatus est, sed æquori abiecit fero.
 Nos imbecilles forsitan & captæ sumus,
 At dii ualentes, lexq; diuis imperans.
 Etenim uel ipsos lege censemus deos,
 Aequa, atq; iniqua hac finientes uiuimus,
 Ea siquidem ad te pertinens, pereat neq;
 Poenas luant ij, qui trucidant hospites,
 Vel audeant qui sacra diuis tollere,
 Iam pensi erit mortalibus prorsum nihil.
 Hoc itaq; fœdum si putas, mere spice,
 Miserere nostri, piçtor & ueluti procul
 Stans, me intueri, quanta perpetiar mala,
 Regina dudum, ancilla nunc quidem tua.
 Modo cinçta gnatis, orba nunc, anus simul,
 Deserta, & exul, infima in mortalibus.
 Hei misera, quò nam clam mihi abducis pedem?
 Sum açtura, quantum apparet, infelix nihil.
 Quid disciplinis (dignum ut est) in cæteris
 Sudamus, atq; singulas inquirimus?
 Ac non magis suadela, quæ mortalibus
 Regina sola est, examussim exquiritur?
 Datoq; precio dicitur, quo quæ uelit,
 Ea quisq; persuadere possit & assequit?
 Quis itaq; post hac lata promittat sibi?
 Gnati tot illi, non mihi adsunt amplius.
 Abducor ipsa capta, & indigna patiens.
 Urbisq; fumum en subuolantem conspicio.
 Ast illud, & si forsitan importunus,
 Hunc admonere ueneris, eloquar tamen,
 Mea gnata Phœbas ad latus cubat tuum,
 Quam multitudo Phrygia Cassandrâ uocat.
 Vbi quæso nocteis rex suaueis iam refers?
 Dulcissimorum aut in thoro complexum
 Quam gnata gratiam feret, & ex illa ego?
 Siquidem tenebræ, & noctis oscula scilicet
 Summam inter homines beneuolentiam ferunt,
 Nunc igitur audi, hunc mortuum coram uides,
 Hunc si iuuabis, quum sit affinis tibi,
 Facies probe. unius parum est oratio
 Membri, nec una lingua nobis est fatis.
 Vtinam quidem fiant mihi uocalia

Tom. 1

LIL 2 Brachia

Brachia, manusq; comaq; & extremi pedes.
Seu Dædali arte, siue quopiam deo,
Ut cuncta pariter genua contingant tua,
Plorentq; & omnis generis emittant sonos.
O rex, & o lux summa Achiuum, flectere,
Dextramq; opiferam porge, supplici. Rei
Nil aliud ut sit, attamen uiri est probi,
Ut faueat æquo, iusta quod potest, iuuans.
Contra, maleficos semper afficiat malis.

Cho. Mirum est profecto, ut incidant mortalibus,
Præfixa certis cuncta fati legibus.
Dum qui fuere nuper inimicissimi,
Statuunt amicos, rursus & qui beneuoli
Fuerant, eos odij acerbant mutuis.

Agd. Ego teq; gnatumq; Hecuba, fortunas tuas
Suscipio miserans, supplicem simul manum.
Voloq; & deorum, æquitatis gratia,
Pœnas tibi istas hospitem impium dare,
Si quo uidebis posse confieri modo,
Simul ut tibiq; commodetur, nec tamen
Me multitudo fauore Cassandrae sciat
Necem hanc tyranno Thracio molirier.
Scrupulo illud animum turbat infecto meum,
Quod illum amicam copiam ducunt uirum.
At rursus istum qui peremptus est, suum
Hostem autumant: is siquidem est charus tibi,
Privatim id est, nec pertinet ad exercitum.
Ad ista spectata, nam uolentem me quidem
Habes, ut ad sim rebus adiutor tuus.
Opemq; ferre promptum, & accinctum tibi,
Contra, pigrum si offendo multitudinem.

Hec. Heu,
Ut nemo quisquam liber est mortalium, aut
Fortuna seruum reddit, aut pecunia,
Aut scripta lex, aut multitudo ciuium,
Verat suo opte uiuere ex arbitrio.
Sed quia paues nimiumq; multitudini
Tribuis, ego isto te leuauero metu.
Sis conscius modo, si quid intendam mali
Huic, qui peremit, ceterum adfutes nihil.
Tantum hoc ferente, quæ feret, si qui interim
Existet aut tumultus, aut succursio,
Compece tu, studere dissimulans mihi.
Porro alia, fide, cuncta conficiam probe.

Agd. Qui quæso? quid ages? num manu, quum sis anus
Ferro prehensio barbarum interimes uirum?
An magis uenenis, siue quali tandem ope?
Tibi unde amicos? quæ tibi assisset manus?

Hec. Hæc ipsa claudunt recta Troadum gregem.

Agd. Prædam Pelasgum forte captiuas aias?

Hec. Per has quidem sum ultura carnificem meum.

Agd. Et qui uirile robur aderit foeminis?

Hec. Res ualida multitudo, nec superabilis,

Armata quando est clancularijs dolis,

Res

Agd. Res ualida, sed muliebri non probo genus.

Hec. Quid, nonne iuuenes nuper Aegypto fatos
Omneis semel foeminea confecit manus?
Maresq; Lemno sustulere foemina?
Sed qua gerendum sit uia negotium,
Istam mihi relinque sollicitudinem.
Quin foeminam hanc per copias duci iube
Tuto, hospiti sed tu per altum Thracio
Dic: aduocat regina te dudum Ilij
Hecube, tuapte gratia haud minus, ac sua.
Gnatosq; refert scire & hos, quæ mox tibi
Narrabit illa. Sed recentem uictimam
Agamemnon inter hæc ueta sepelirier,
Germanus unà ut cum sorore, uno rogo
Geminus dolor parenti, humo condi queant.

Agd. Ita fiet, at si nauigare copijs

Licuisset, hoc tibi haud queam largirier.
Sed quia ferentis nunc negat uentos deus,
Manedum, & opperendū erit nobis, quoad
Detur secundus cursus, atq; commodus.
Bene uertat autem, quippe pariter omnium
Et publicitus, & singulorum proprie
Refert, malis male euenire, bonis bene.

Carmen Choricum & uarie
mixtum.

Cho. Patria heu dolor Ilium, haud
Urbs impugnata uocare posthac
Tam deserta circū Danaū tegere nube.
Domita heu domita hosti es,
Spoliataq; turrium corona.
Fumi uapore flagrantī
Pingeris miserabili nigrore.
Non te rursus obambulabo.
Noctis medio interibam,
Quum iam à coena somnus suauis
In oculos spargitur.
Solennibus ac sacris choreis,
Cantibusq; peractis,
Iacet in thalamo maritus.
Suffixaq; lancea,
Paxillo hæret in alto.
Nec iam nautica cernit usq; in cam-
pis agmina dira Troie.
Ast inter hæc mihi reuinctis
Mitrīs uaga lege, & orbe
Certo coma componitur
Aurei rotundum
Spectanti speculi æquor, atq;
Lectio proxima stabam
Subituraq; mox eram cubile,

En oppidum occupat tumultus,
Phrygumq; talis urbe clamor
Sonat: quando Achiui, quādo agedū
Populati ualidam Phrygum arcem,
Vestras domos repererit?
At dulcis thalamos ego simplici
Relinquo ueste sic, uti
Solent puellæ Dorides.
Nec profuit mihi, quod supplex
Procumberem Artemidi infelix.
Agor aūt, oculis utrum interemptum
Intuens, pelagi per undas,
Urbesq; respectans, ubi
Iam pedem reducem carina
Moueret, undiuagum per æquor,
Meq; solo abduceret Iliaco,
Dolore concidi, germanam Dioscu-
rorum Helenam execrans,
Idemq; pastorem,
Pestiferum Paridem, quod e parente
Tellure me exigeret,
Atq; pellerent domo nuptiæ, non
Immo dæmonis (nuptiæ
Male amici
Atrox calamitas quæpiam, at
Illā neq; maria tumida reuehant, neq;
Ad patrias peruenerit ædeis.

Carmen Iambicum Trimetrum.

Poly. O Priame pectori uir omnium meo
Charissime unus, atq; item charissima
Hecuba, illachrymo, te contuens, urbem ac tuam

Tom. 1

LIL 3 Istamq;

Istamq; quæ modo est perempta filiam.
 Heu
 Ut stabile nil est, nec licet confidere,
 Confidere, inquam, non licet successibus,
 Ut qui sequendis floret, haud in posterum hic
 Rebus repente fiat aduersis miser.
 Verum excitato susq; deq; numina
 Miscent tumultu cuncta, proinde incertitia
 Veneramur illa. Flere at hæc quorsu attinet,
 Quum nil medelæ ad pristina adferat mala:
 Absentiam at tu si quid inculcas meam,
 Ignosce, nam forte intimis aberam procul
 Thraces in oris, hunc ubi appuleras locum.
 Verum ut reuertî, famula protinus domo
 Pedem efferenti commodum occurrit tua,
 Verbis tuis mihi nunciâns, quæ simul ego
 Ut audij, e uestigio huc me contuli.

Hec. Ore intueri te quidem aduerso pudet
 Polymestor, istiusmodi sitam in malis.
 Nam cui beata uisa sim, huic me pudor habet
 In hoc statu, in quo nunc ago, reperier.
 Neq; te queam recte tueri pupulis.
 Sed ne putaris istud esse odio tui
 Polymestor, atqui est quippiam in causa rei.
 Vel lex recepta moribus mortalium,
 Aduersa ne qua scemina spectet utros.

Poly. Neq; miror equidẽ, me sed ad quid est opus?
 Cuiusq; gratia moueo domo pedem?

Hec. Arcana res est, quam tibi, ac gnatis tuis
 Cupio referre, proin' satellites mihi
 Procul his iubeto absistere à tentorijs.

Poly. Abite, tuta hæc solitudo, tu quidem es
 Beneuola nobis, beneuolus mihi hic quidem item
 Exercitus. Sed indicare iam tuum est,
 In quo beatum deceat afflictis opem
 Adferre amicis, promptus admodum sum ego.

Hec. Dic hoc prius, quem creditum domi tenes
 Patris e manu meaq; Polydorus meus
 Viuit ne? deinceps reliqua percontabimur.

Poly. Viuit profecto, hac parte res bene habet tue.

Hec. Vir optime, ut probe loqueris, ac digna te.

Poly. Post hæc quid ex me concupiscis discere?

Hec. Etiam parentis nunquid est memor meit?

Pol. Quin clanculum ad te studuit huc accurrere.

Hec. Sed saluum id aurum est, Illo quod attulit?

Pol. Seruatur istud in ædibus saluum meis.

Hec. Seruare perge, nec appetas res hospitem.

Pol. Absit mulier, his quæ mihi adsunt, perfruar.

Hec. Scin' ergo quæ tibi proloqui, ac gnatis uelim?

Pol. Ignoro, uerbis indicabis hoc tuis.

Hec. Ametur, ut tu nunc amatus es mihi.

Pol. Age, quid uolebas scire mecum liberos?

Hec. Gazæ Priamidon abditæ ueteres humo.

Pol. Istuc referri filio cupistuos?

Prorsum

Hec. Prorsum, & quidem per te, uir es etenim pius.
Pol. Quid igitur hos adesse oportet liberos?
Hec. Moriare si tu, scire & hos, satius erat.
Poly. Probe eloquuta es, & hoc modo consultus:
Hec. Scin' Ilia delubra ubi sint Palladis?
Poly. Thesaurus illic scilicet signi at quid est?
Hec. Tellure summa prominens ater lapis.
Poly. At nunquid, hinc quod ad hæc loqui uelis mihi?
Hec. Serues uelim has, quas extuli pecunias.
Poly. Vbi nempe? an intra amicum? an abditas habes?
Hec. Spoliorum aceruo his delitent tentorijs.
Poly. Vbi nã hic Pelasgum nautica tabernacula.
Hec. Sunt propria captis sceminis tentoria.
Poly. Tutan' satis sunt intus, atq; absunt uir?
Hec. Intus Pelasgum nemo, nos solę sumus.
 Sed intro propera, quippe Graij ab Illo
 Cursum ad penateis flectere cupiunt suos,
 Vti cuncta ubi peregeris, quæ te quidem
 Peragere par est, tum tuis cum liberis
 Eo queas reuertier uidelicet,
 Vbi meum ipse collocasti filium.

Semi. Nondum dedisti, at forsitan pœnas dabis,
 Portu ut procul quis turbidis uasti maris
 Errans procellis, mox suaui orbabere
 Anima, atq; uitam deseret. Siquidem dolus,
 Nec æquitati, nec deis fat congruit.
 Pestifera, pestifera malæ
 Heu mentietur istius tibi spes uia,
 Letifera quæ te adduxerit sub tartara
 Eho miser, sterneris imbelli manu.

Pol. Oculum orbor eheu luce, & aspectu miser.

Semi. Viri eiulatum Thracis audistis precor?

Pol. Heu rursus eheu, liberos necant meos.

Semi. Intus peracta genera supplicij noua.

Pol. Nunquam tamen quantumlibet pernicious
 Me pedibus effugeritis, imò protinus
 Quatiens & ipsa tecta funditus eruam.

Semi. Vibratur ecce dextera telum graui,
 Vultis ne ut irruamus intro? locus enim
 Hecubæq; & istis ferre suppetias monet.

Hec. Refringe (ne quid parferis) uellens fores.
 Oculos enim haud refarties unquam, neq;
 Viuos uidebis quos necaui liberos.

Semi. Num Thracij uicirix potiris hospitis?
 Patrastrin' hæc, cuiusmodi narras, heras?

Hec. Mox hunc uidebis prodeuntem ex ædibus
 Cæcum, atq; cæcis lubricantem passibus:
 Pariter duorum liberum cadauera,
 Quos ipsa cum fortissimis Iliadibus
 Ferro peremi, iamq; persoluit mihi
 Pœnas, sed (ut uides) foras mouet pedem.
 Verum hinc procul concessero, ac uita uero
 Ira estuantem Thraca, et indomitum uirum.

LIL 4 Carmen

Carmen choricum, uarietq;
mixtum.

Poly. Heu quò ferar? quo intèdam? quo torquebo
Quadrupedem gradum, montigenæ feræ
Pressa manu uestigia tentans. Quónam,
Huc an' ne illuc deflectam cursum?
Vt uiricidis, quæ me perdunt,
Troadibus inijciam manum.
Scelestè, scelestè Phrygum nurus
Proh execrata
Quò me pauitantes
Se abdunt latebris?
O utinam meis sanguineis oculis
Medeare, medeare, mihi lumina
Cæca adimens Phœbe.

At at file, occultum gradum sentio harum
mulierum.

Quò cieo pedem? carne atq; osibus
Me expleturus bestijs è noxijs
Epulo parato, quo mihi sumam
Pœnam iniuriæ meæ. Io miser
Quò, quò rapior? sola tartareis
Bacchis relinquo secanda pignora, &
Cædem canibus cruentam
Impias dapes, montanamq; prædam,
Quò tendor? quò me uerto?
Vt sali nauis in fluctibus
Turgida uela distendens
Funestam in hæc me recipiens latebram
Custos meorum liberum.

Carmen Iambicum Trimetrum.

Cho. Eheu miser, quàm grauiâ perpeteris mala.
Sed quum patraris fœda, pœnas asperas
Sumpsit, deorum quisquis infensus tibi.

Carmen priore uersu Iambico
dimetro Catalectico, Aliero
Acatalectico.

Poly. Eheu, ohe ferocis
Gens Martialis Thraciæ,
Hasta ualens equisq;
Ohe Pelagum copiam,
Eho duces Atridæ,
Voco, uoco, rursum uoco.
Venite, adeste cursu,
Omnes rogati per deos.
Audit aliquis uocantem?
An nemo nobis feret opem?
Quæ uos moræ retardant?

Me perdidere fœminæ,
Me perdidere captæ.
Acerba, acerba pertulit.
Heu dira nostra clades,
Quò uertor, aut quorsum feror?
Vtrum' ne subuolabo
Sublimem ad ætheris domum?
Vbi minax Orion,
Vbi Sirius oculis suis
Radios iacit micantem,
Flammis micantem igneis?
An Tartari nigrantis
Tristem petam portum miser?

Carmen Iambicum Trimetrum.

Cho. Vbi quis malorum pondere, atq; sarcina,
Quàm ut ferre possit, acerbiorè premitur, huic
Sit uentâ, uitam calamitosam linquere.

Ag. Me exciuit huc audita uox, neq; enim silens
Rupis profundæ filia per exercitum
Reboauit Echo concitans strepitum. at nisi
Euerfa constet Marte Graio pergama,
Metum hic dedisset strepitus haud quaquam leuem.

Poly. Agamemnon animo rex meo charissime.
Nam uocem, ut audij, ilico agnouit tuam.
En ipse nobis hoc, quod accidit, uides.

Ag. Polymestor ehem te quis euertit miser?
Quis ademit oculos, sanguine infectis genis?
Atq; hos peremit liberos? is quisquis est,
In teq; gnatosq; odia sæua gesserat.

Poly. Adiuta captiuis Hecuba me fœminis
Extinxit, haud extinxit, immo & amplius.

Ag. Quid ais? patrastrin' facinus hoc, quod hic ait?
Tun' ausa es Hecube tam stupendam audaciam?

Poly. Hem quid ais? illa nunc ubi hic adest prope?

Age

Age indica, dic ubi sit, ut raptam manu
Laniam ac cruentem corpus omne sanguine.

Ag. Hem, tu quid agis?

Poly. Hoc per deos te deprecor,
Isti furentem me sine inijciam manum.

Ag. Tibi tempera, istâ mente barbariem exuens,
Dic, ut ubi teq; & hanc uicissim audiuerò,
Quapropter hæc patiâre, recte iudicem.

Poly. Dicam ego, quidâ Priamidum minimus fuit,
Polydorus Hecuba natus, hunc Priamus mihi
Domi educandum misit abs Troia pater,
Excidia iam tum prætimens urbis suæ.
Eum peremi, quor eum peremerim audit
Vt bene ac sapiente providentiâ,
Metui, relictus ne tibi hostis, hic puer
Troiam aggregans, hoc rursus incoleret solum.

Porro ubi Pelagij Priamidum resciscerent
Superesse quendam, rursus huc appellerent:
Tum deinde Thracas hosce populâtes agros
Incurrerent, nocente uicino Ilio.

Quo nunc & ipso, rex, laboramus malo.

Ast Hecuba simul ac filij necem sui
Cognouerat, me hac arte duxit, abditos

In Ilio monstrare thesauros mihi
Promittit auri Priamidum: cum liberis

In tecta solum inducit, ut ne quis alius
Mortalium ualeret hæc cognoscere.

Spondaq; media sedeo, curuato genu,
Statim frequentes hinc & hinc cingunt manus.

Ac uelut amicum me Iliæ circumfident
Iuxta puellæ, textaq; Edonica manus

Tractant tenentes, lucidam uidelicet
Ad auram amictus hosce spectâtes probant.

Aliaq; Camaca dum intuentur Thraciam
Iam me renudant duplici stolismate.

At quæ pepererant, hæc stupentes, pignora
Librant in ulnis, ac uicissim per manus

Tradunt, ut à parente summoveant procul.
Dehinc post suffros inter ipas mutuos

Tacitasq; post mullationes, ærea,
Quibus o dei modis, repente è uestibus

Laciniolis proferentes spicula,
Fodiunt puellos: rursus hæc more hostico

Manusprehendunt, atq; continent, meas,
Pedesq; gnatis ferre concupiens opem,

Si forsan ora gestiebam attollere,
Coma tenebant, siue motabam manus,

Denso undiq; imminente mulierum agmine,
Atq; opprimente, proficio miser nihil.

Porro supremum iam malum, plusquam malum,
Mire patrarunt, quippe correptis manu

Acubus, mihi orbes luminum miserimos
Fodiunt, cruentant, deinde mox circum domum

Fugitant, at ipse nempe profilio foras,

Vt fera

Vt fera cruentas persequens cursu canes,
 Omnemq; lustro parietem, uenantis in
 Morem, modumq; concutiq; & dissi-
 Atq; hæc quidem sum passus Agamemnon, tibi
 Dum facere gratum studeo, sustollens tuum
 Hostem, sed, ut ne uerba longius traham,
 De foeminis si dixit antehac quis male,
 Hodieue dicit, siue post dicturus est,
 Cuncta hæc ego compendio dicam semel.
 Neq; terra simile, nec fretum gignit genus.
 Atq; illud ipsa discit experientia
 Semper, cui cum illis negocium incidit.

Cho. Tanta caueo utare confidentia,
 Neue ex tuis ipsius existimans malis,
 Muliebre sic uel omne uituperes genus.
 Pleraq; nostrum alia quidem laudabiles,
 Alia malarum de grege ac numero sumus.
Hec. Agamemnon, haud decet hominem lingua magis
 Vilo ualere tempore, ac factis ualet.
 Sed seu proba egit, oportet & probe loquit
 Seu prava, rursum dicta & esse putida:
 Nec iniqua quæ sunt, posse differere bene.
 Cati quidem sunt, ista qui callent probe,
 At non quierunt esse ad extremum cati.
 Verum malis perire cuncti cladibus,
 Nec ullus horum exitia suffugit sua.
 Et hoc quidem ad te sit mihi proœmii,
 Ad hunc reuertar, ac locis respondero.
 Quid ais? Achiuos ut labore duplici
 Leuare posses, gratiaq; Agamemnonis
 Mucrone gnatum tun' peremisti meum?
 Atqui scelestè, primum Achiuum' cuiuspiam
 Haud quaquam amicum barbarum fuerit genus,
 Neq; possit esse: deinde quamnam gratia
 Prodesse properas? num quod affinis cui, aut
 Cognatus esses, aut quid argumenti habens?
 Anne refecti carperent segitem tuæ
 Telluris? horum cui putas facias fidem?
 Aurum (fateri uera si modo uoles)
 Et tua cupiditas filium extinxit meum.
 Etenim doce illud, donec incolumis fuit
 Troia, urbsq; adhuc munita turribus stetit,
 Vixitq; Priamus Marte florens Hectoris,
 Quin tum mereri de hocce si libuit bene,
 Quum gnatum haberes nutriendum in ædibus,
 Aut enecasti, aut uiuum in Argiuum manus
 Ductum dedisti: at nos ut occidimus, simul
 Et ab hoste captam fumus urbem prodidit,
 Iugulasti amicum, et ad lares profugum tuos.
 Ausculta ad hæc nunc, unde sceleratus magis
 Videare, si bene uolus Argiuus eras,
 Aurum, quod esse fateris haud tuum,
 Adferre decuit, ac dare ijs, quibus erat opus,
 Annosq; multos patria degunt procul.

Attu

At tu manu ne nunc quidem euellit tua
 Patere, at potiris possidens in ædibus.
 Quod si educare filium ut te dignum erat
 Sic educasses, atq; seruasses meum,
 Laudem profecto comparasses inclytam.
 Si quidem in malis qui sint potissimum boni
 Patent amici, læta amicos passim habent.
 Iam si fuisset opus tibi pecunia,
 Incolumis & modo ille uixisset, tibi
 Thesaurus ingens filius fuerat meus.
 At nunc nec istum amicum habes tibi uirum,
 Aurig; lucrum perijt, ac gnati tui,
 Tuq; ipse, ad istum scilicet agitis modum.
 Porro illud Agamemnon tibi iam dicam ego,
 Hunc si iuuabis, uir uidebere improbus,
 Nam nec pio, nec fido in hos, in quos decet,
 Non æquo amico, non bono, facies bene.
 Quin te malis gaudere dicemus, quia
 Sis talis ipse, heris sed haud conuictor.
Cho. Res mira, ut homini materiam semper probam
 Orationis, facta suppeditant proba.
Ag. Aliena nobis iudicare graue est, mala,
 Tamen necesse est. Nam pudor sit in manus
 Rescere causam, quum semel receperis.
 Mihi, ut sciens sis, neq; meapte gratia,
 Sed neq; Pelasgum, hominem uideris hospitem
 Necasse, uerum ut aurum haberes in domo.
 Nunc in malis quæ conferunt tibi, loqueris.
 Iugulare forsitan hospitem, uobis leue est,
 Nobis Achiuus istud oppido est graue.
 Quinam probrum ergo fugio, si pronunciem
 Te iam innocentem: non profecto ulla queam
 Quin potius, ubi quæ non licent, haud ueritus es
 Patrare, tolera quæ uicissim non libent.
Poly. Proh ut uideretur uictus à muliercula
 Capta, dabo supplicia deterioribus.
Ag. Meritoq; quando tute parasti mala.
Poly. Heu liberos oculosq; fleo miser meos.
Hec. Doles? dolere filium haud credis mihi?
Poly. Malefica gaudes, me quod afficias malis?
Hec. Quid enim, ultra te, non gaudeam iure optimo?
Poly. At non item fortassis ubi te uis freti.
Hec. Nunquid uehet Pelasgici ad plagas solit?
Poly. Immo suppremis lapsam ab antennis teget.
Hec. Saltus ad hos quis adiget iuuitam, cedo.
Poly. Malum ipsa celeri nauis ascendes pede.
Hec. Alatan' humeris, uel quibus tandem modis?
Poly. Fies canis, oculos igne lucenteis gerens.
Hec. Qui nota formæ uersio tibi est meæ?
Poly. Threicius augur Bacchus ista prodidit.
Hec. At ex tuis nil ille præcinuit malis?
Poly. Sic neutiquam me fraude cepisses tua.
Hec. Defunctan' illic an ne uiua finiar?
Poly. Defuncta, tumulo nomen indetur tuum.

Sumptum

Hec. Sumptum à figura? aut quod aliud dicitur meum?
 Poly. Canis sepulchrum, nauitis signum uagis.
 Hec. Nihil laboro, postea quam te ultra sum.
 Poly. Quin filiam necesse Cassandra mori.
 Hec. Equidem hæc abominor, in caput reprecans tuum.
 Poly. Coniunx at illam interimet huius aspera.
 Hec. Ne mihi sic unquam gnata Tyndari furiat.
 Poly. Quin ipsum & hunc bipenne librata in caput.
 Aga. Itan furis tu, qui malum accersis tibi?
 Poly. Neca, at lauacra mortifera te Argis manent.
 Aga. Non hunc ministri ui trahetis hinc procul?
 Poly. Audire graue?
 Aga. Non ora continebitis?
 Poly. Opprimite, dictum est.
 Aga. Quam potest ocysime
 Non huncce solas deferetis in insulas,
 Adeo prociaci quando lingua abutitur?
 At Hecuba tu proci misera, funera gemina
 Abi, atq; sepeli, uos oportet herilia
 Adire quamq; Troades fertoria.
 Erenim hos secundos uideo uentos, patriam
 Versus, bene autem nauigemus, atq; itein
 Liceat domi res prosperas offendere,
 Tandem expeditos hinc iam laboribus.
 Chorus.
 Ite ad portus agite, & Gratum
 Ad tentoria tendite sæua.
 Experturæ posthac fortis
 Aerumnas seruilis acerbas.
 Nam sic urget necia fleat, &
 Cogit dura necessitas.

EVRIPIDIDIS HECVBA, DES. ERASMO
 Roterodamo interprete, FINIS.

GVILIELMO ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI
 Des. Erasmus Roterodamus S. P. D.

POSTEA QVAM huic Tragœdiæ manus admoliri cœpissim, amplissime
 Præful, protinus alium quendam orationis gustum, diuersamq; carminis in
 dolem sentire mihi sum uisus. Nam (ni fallor) & plusculum habet candoris,
 & fusior est dicitio. Quo quidem nomine Sophoclea uideri queat. At rursus
 argumentorum densitate, qualiq; declamatoria quadam suadendi, ac dissua/
 dendi facultate, parentem Euripidem magis refert. Quamquam utri sit inscribenda, neq;
 meum est pronunciare, neq; magni referre puto. Nobis tamen uisum est de pristina illa no/
 stra religione non nihil remittere, ne non hæc etiã in parte congrueremus argumentis. Pro/
 inde Iphigeniam paulo tum fusius, tũ copiosius traduximus, at ita rursus, ut ab interpre/
 tis fide neutiquam recederemus. Hoc uno in utraq; sumus ausi dissentire, quod in Choris
 immodicam illam carminum uarietatem, ac licentiam aliquantulum temperauimus, spe/
 rantes futurum, ut hac in re docti nobis uentiam darent, nimirum in tantis uersantibus an/
 gustijs: quando quidem neq; Flaccus Lyricorum, neq; Seneca Tragicorum poetarum tan/
 ram in metris aut pedum libertatem, aut generum diuersitatem sit æmulatus, cum uterq;
 sequeretur Græcos duntaxat, non etiã interpretaretur. Quod si mihi per grauiora studia
 liceret alias aliquot uerrere Tragœdias, nõ modò me non pœniteret huius audaciæ, quin
 etiam

etiam non uereret chorum & stilum & argumenta cõmutare, malleq; uel locum quem
 piam tractare cõmunem, uel in amœnam aliquam *παρρησιαν* expatiari, quam in canoris
 (ut uocat Horatius) nugis operam sumere. Nusquam enim mihi magis inepuisse uidetur
 antiquitas, quam in huiusmodi Choris, ubi dum nimium affectat noue loqui, uitauit elo/
 quentiam: dumq; uerborũ miracula uenatur in rerum iudicio cessauit. Vale meũ decus.

ARGUMENTVM IPHIGENIAE IN

AVLIDE, PER DES. ERASMV M RO/
 terodamum.



POST QVAM Græcorum duces omnes unã cum classe, reliquosq; bel/
 li apparatu in Aulidem cõuenissent, ut inde pariter ad Troiam euerter/
 dam nauigarent, tanta consequuta est cœli tranquillitas, ut nullis flanti/
 bus uentis, non esset nauigandi facultas. Quare quum exercitus iam mo/
 leste ferret, se frustra tempus inibi terere, consultis extis, Calchas augur
 respondit, Diana Aulidensi immolandam esse Iphigeniam Agamem/
 nonis filiam, atq; ita Græcos feliciter ad Ilium nauigaturos. Itaq; cõuocato exercitu, Aga/
 memnon persuasus à Menelao, patitur fieri decretũ, ut acceratur puella. Cæterum quo/
 libentius eam Clytemnestra mater mitteret, priuatim fingunt titulum, quasi Achilli Græ/
 corum principum optimo foret nuptura. Hoc commentum soli nouerant Agamemnon,
 Menelaus, Calchas, atq; Vlysses. At qui missis iam ad uxorem literis, Agamemnon, quum
 superioris consilij pœniteret, & futuram eadem filia ferre non posset, noctu claculum al/
 as ad uxorem literas scribit, denunciãs ne uirginem mittat ad Aulidem, in aliud enim tem/
 pus proferendas nuptias. Eas antelucano seni cuidam seruo Argos proferendas commit/
 tit, exposito simul earum argumento. Verum hunc cum epistola Menelaus, dum & ipse
 ante lucem puellæ aduentum obseruat, interceptit, & acriter cum fratre de consilij in cõstan/
 tia expositulat. Interea è comitatu Clytemnestræ præcurrrens quidam, Agamemnoni,
 Menelao præsentem, nunciat, adesse in Aulide Iphigeniam unã cum matre, & Oreste infan/
 te, neq; eam rem clam esse exercitu. Ibi simul atq; Menelaus sensit, illiã non esse integrum
 filiam remittere, sicte cœpit fratri suadere, ne uirginem sua causa pateretur occidi. Dum
 hæc inter illos uersantur, interim aduecta Clytemnestra cum filia, multisq; modis exagi/
 iatur patris affectus, dum consilium de iugulanda filia studet cœlare. Qua de re dum con/
 sulturus Calchantem abiisset, interea accessit Achilles, expositulaturus cum Agamemno/
 ne. Saluatur à Clytemnestra tanquã futurus gener. Achilles ignarus demira. Ibi seruus
 fenex, ille cui literæ secunda fuerant commissa, rem proferit proditq; consilium regis. Indi/
 gnatus Achilles, quod ad eadem uirginis suo nomine essent abusi, in concilio defendit
 eam ne perimatur, sed uincitur suffragijs. Itaq; quum res ad summum tumultum spectare
 uideretur, reliquo exercitu postulante puellam, contra Achille cum uniuersis depugnare
 parato, ipsa ultro mutata sententia, suadet matri, satius esse speciosam oppetere mortem,
 quam ob suam unius uitam, aut tot principes in certaminis periculum uocari, aut rem tan/
 tam omitti. Ducta igitur ad aram deæ, ipsa quidem sublata est in Tauricam regionem, at
 eius loco cerua supposita est. Sacro pacto, nauigant Graci.

ARGUMENTI FINIS.

PERSONÆ FABULÆ.

Agamemnon.
 Senex seruus eius.
 Chorus ex mulieribus Chalcidensibus.
 Menelaus frater Agamemnonis.
 Clytemnestra uxor Agamemnonis.
 Iphigenia filia Clytemnestræ & Agamemnonis.
 Achilles dicitur sponfus.
 Senex minister. Nuncius.

MmM

SO EVRIPIDIS IPHIGENIA IN AVLI-

DE, E GRÆCO SERMONE IN LATINUM
traducta, Erasmo Roterodamo interprete.

Carmen Anapesticum Dimetrum.

Agd. **H**Orsum senior prodi tectis.
Sen. Prodeo, sed quid molire no-
ui rex Agamemnon?
Agd. Mox cognoris.
Sen. Ocyus appropero, mea nan-
Multū impigra, uigilq; senecta (que est
Sic, ut & ipsi constet, & adlit
Vigor, atq; actus sua luminibus.
Agd. Ergo quod hoc, age, traiecit astrum?
Sen. Sirius ardens, qui Pleiadibus
Septem geminis uicinus adhuc
Medio rapidus fertur cœlo.
Agd. Hinc nulla strepit uox, non ausum,
Sed nec pelagi, taciti uenti
Tranquillum sternūt Euripum.
Sen. At tu quid ita tecta relinquis,
Rex Agamemnon?
Aulida adhuc habet hanc alta quies,
Nec muris cessere excubiæ.
Introeamus. *Agd.* Tu mihi sorte
Felicem senex esse uideris.
Nam felicem censeo sanè
Ego mortalem, quisquis tutum
Ignotus, & inglorius æuum
Transmisit, qui uero ætatem
Egerunt in honoribus, horum
Sortem haud duco perinde beatam.
Sen. Atqui in istis decus est uitæ.
Agd. Sed decus istud, lubrica res est.
Etenim uotis dulce quidem ipsus

Agd. Leda obtigerunt Thestiadī tres filia,
Phœbe, Clytemnestraq; quam mihi duxi ego,
Heleneq; at huius nuptias multi proci
Petiere, iuuenes Græciæ opulentissimi.
Verum hinc minæ truces coorte, & mutua
Cædes uirum imminere uisa non leuis,
Quisquis fuisset non potitus uirgine,
Ita ut hæsitaret mente Tyndareus pater
Vtrum ne daret, an non daret, nimirum agens,
Sibi res ut ista cederet prosperrime.
Atq; interim illud uenit in mentem uiro,
Vti coirent iureiurando proci,
Atque inter ipsos iungerent dextras, ad hæc
Adolenda diuūm ponerent aris sacra,
Ac semetipsi astringerent, diris ad id
Caput obligantes imprecationibus,
Vt quisquis esset ea potitus coniuge,

Huic

Est honos, aut ubi contingit idem,
Tum discruciat, modo religio
Diuūm, non sat rite peracta
Labefactam subuertit uitam.
Modo rursum hominum mētes uariæ,
Ac difficiles prorsus acerbant.
Sen. Haud ista uiro in principe laudo,
Non te seuit ad omnia læta
Agamemnon Atreus.
Gaudere, atq; dolere necesse est:
Mortalis enim es. Sin tu nolis,
Tamen eueniet, sic dijs placitum.
At tu appposito lumine lædæ
Scribis epistolium,
Hoc quod manibus nunc quoq; gestas,
Rursum deles, quicquid scriptum est,
Atq; obsignas, deinde resignas,
Piceamq; solo illidit, liquidas
Fundens lachrymas.
Et sic anceps tecum uarias,
Vt nil desit
Quo minus insanire puteris.
Quid habes? quid habes?
Quæ noua res, quæ res noua quæso
Te rex agitatur
Quicquid age est, imperti nobis.
Fido, atq; probo dixeris homini.
Nam tibi quondam dotis partem,
Cum uxore tua me Tyndareus,
Misit dignum sponsæ comitem.

Huic adessent uindicaturi simul,
Si quisquam eam per uim raperet ex edibus,
Depellerentq; possidentem à coniuge,
Belloq; adorti, ciuitatem excinderent
Armis, perinde Pelagicam atq; barbaram.
Vbi foedere autem sunt adacti, ac deniq;
Astutus ex animi sui sententia
Persuasit illis arte & ingenio senex,
Gnatæ facit ius, uti proci ex omnibus
Deligeret unum quemlibet sibi uirum,
Quocunq; grata ferret aura Cypridis.
Menelaon illa deligit, & o si foret
Nunquam potitus, dein profectus Ilio
Lacedæmona ille, qui arbiter pridem trium
Fuerat dearum (uulgo ut homines dicunt)
Insignis, ac nitens amictu florido,
Auroq; fulgens, barbarum uidelicet
Luxum, atq; cultum gentis ostentans suæ,
Amans amantem fugit abreptam uehens
Helenen, & Idæ abduxit ad bubilia.
Menelaus itaq; solus è Graijs, graui
Ira furens, uetusta fœderi fœdera
Testatus, esse ius & æquum prædicat,
Vt ferant iniuria læsis opem.
Hic ergo Danaūm turba Marte percita
Capessit arma, arcuosq; in Aulidis sinu
Conuenit huc, & ratibus & scutis simul
Instructa, equisq; curribusq; plurimis.
Hinc me ducem legere Menelæi uice,
Quia frater essem, Sed utinam loco mei
Alij hoc honoris contigisset cuspium.
At nunc coactis undiquaq; copijs,
Hac ociosi desidemus Aulide,
Quod nauigandi copiam uenti negent.
Calchasq; uates musitans tacitus diu
Respondit, Iphigeniam, ego cui pater,
Diuæ immolandam, huiusce præsidii loci,
Ita nauigandi copiam Graijs fore,
Simulq; Troiæ diruenda moenia,
Hanc si immolassent, sin minus, tum non fore.
At ego, hæc ut audio, iubeo uoce publica
Dimittat omnem Talthybius exercitum,
Vt qui illud animo facinus haud unquam meo
Laturus essem, gnatam uti perimerem meam.
Totas ibi arteis frater intentans mihi, ac
Expertus omneis persuadendi uias,
Tandem impulit me atrox ut auderem nefas.
Ego itaq; literis ad uxorem datis,
Quo filiam huc transmittat impero, uelut
Nupturam Achilli, & dignitatem exaggerans
Viri, negansq; hunc uelle iunctis copijs
Cum classe Achiuūm soluere in Phrygas simul,
Nisi sponsa nostra detur in Phthiam e domo.
Commentus hanc persuasionem ad coniugem

Tom. 1

MmM 2

Meam

Meam, puellæ obtexo falsas nuptias,
 At hæc ut habeant, soli Achiuum nouimus
 Menelaus, ego, Calchas, Vlyffes. Cæterum
 Quæ tum parum bene statueram, nunc has bene
 Recanto corrigoq; per tabellulas,
 Quas me sub umbra uideras noctis senex
 Reuincientem, & colligantem denuo.
 Sed eia ad Argos hanc epistolam ferens
 Concede, quicquid intus occultant rei
 Cera silentibus exaratum literis,
 Sermone id omne prorsus exponam tibi.
 Es enim fidelis coniugis, ac domus meæ.
 Has iterum tibi mitto tabellas, Leda germen.

Sen. Fare, enarra, quo uoce tuis
 Scriptis consentanea dicam.
Agg. Ne gnatam horum transmittes tuam
 Ad linuosam Euboia rupem
 Aulin tacitam.
 Si quidem tædas uirginis aliud
 Nunc in tempus producemus.
Sen. At sponsa frustratus Achilles,
 Nonne minaces animos tollet
 In te, atq; tuam simul uxorem?
 Hinc etiam instat graue discrimen.
 Cedo, quid censes?
Agg. Nomen, non rem præbet Achilles,
 Neq; cognouit de coniugio,
 Quodq; dolo nos agimus, nescit.
 Neq; quod finxi gnatam thalamo
 Ipsi iuncturum esse iugali.
Sen. Diræ parabas rex Agamemnon.
 Itane prolem nomine ficto
 Sponsa, fueras Danais producturus,
 ut esset uictima diuæ?
Agg. Hei misero mihi mente errabam.
 Eheu tristem trahor in lucum.
 Sed iam celeri procure pede,
 Neq; te quicquam tardet euntem
 Senior ætas. *Sen.* Rex accelero.
Agg. Neue ad fontes arbore multa
 Nunc desideas lentus opacos,
 Ne te blandus subigat somnus.
Sen. Quin uerba bona ô rex eloquitur.
Agg. Vndiq; sectam scrutare uiam,
 Circumactis obseruans oculis,
 Ne qua fallat te mea coniunx,
 Curru præteruecta uolucris,
 Gnatam rhedis huc deportans
 Danaum ad classem.
Sen. Fiet. *Agg.* Iam te proripe septis:
 Nam si uecta occurrerit illa,
 Auerfa domum frena reflectes,
 Ad Cyclopa moenia tendens.
Sen. At, qui fiet, ut hæc referenti

Cho. Dicte, fidem mihi sint habituræ,
 Tum tua filia, tum tua contunx?
Agg. Symbolon hoc, quod in hisce tabellis
 Portas serua.
 Fuge, iam lux albescit, & aurora
 Ignea surgit,
 Ac Phœbeæ flamma quadrigæ.
 Hanc operam mihi sume iuuando.
 Nemo ex omni parte beatus.
 Nunquam si quidem natus quisq; est
 Cui nil fuerit, quod cruciaret.
 Carmen uarie mixtum.
Cho. Modo profecta Chalcide patria,
Mulie. Quæ semper arcto tunditur equore,
Chalcid. Vbi marino interflua gurgiti
densu. Aréthusa, puro uitrea flumine,
 Rigat arua, ueni littus ad Aulidis
 Euripicos emensa fluctus,
 Agmina Graiugenum ut uiderem,
 Classemq; Pelasgum:
 Semideum quandoquidem
 Ad Phrygiæ pergama Troiæ,
 Iam mille narrant ducere nauibus
 Nostri mariti, claris Agamemnonē, &
 Flauicomum Menelaum
 Fratrem huius, unâ ut Tyndaridē per
 Quæ pastor Euroræ ad uiræteis (tāt,
 Plurima arundine ripas
 Idæus rapuit Paris,
 Præmia quæ Venus
 Donarat illi tunc, ubi leuissimum
 Ad fontium uiuas scatebras,
 Cum Iunone Iouis coniuge maximi,
 Et cum belligera Pallade principis
 De laude formæ, Cypria mollissimum
 Mater blanda Cupidinum
 Certaret. Atqui per Trivia nemus,
 Lucumq; crebris perpetuo sacris
 Halantem uenio, mi tenera interim
 Dum sic conspicio uiridis,
 Repente obortus

Suffudit

Suffundit ora purpureus pudor,
 Multijugos clypeos auenti
 Cernere & armigerorum
 Ferrea castra Pelasgum,
 Bellaces item equos cernere, & acritum
 Agmina densa uirum.
 Ac conspexi equidem duos
 Tentorij in isdem
 Aiaces, patris hunc germen Oilei,
 Hunc Telamone satum,
 Iuge decus Salaminijs.
 Nec non Protefilaum
 His pariter absidentem,
 Colluistantes tessararum
 Iactibus omni iugis.
 Conspexi Palamedem.
 Quem Neptunia proles
 Produxit: neq; non uiribus ac manu
 Insignem Diomedem,
 Oblectantem animos iactibus ænei
 Discit: nec procul hoc Merionē, in cly
 Gradiui sobolem patris, (tam
 Miraculum mortalibus.
 Et Laertiadem profectum
 Montuosa ab insula,
 Nec non Nireæ, quo nemo Pelasgica
 Inter pulchrior agmina.
 Tum cursu & uolucris pedum
 Ventis cum rapidis fuga
 Decertare potentem
 Achillem, dea quem progeniuit The
 Chiron finxit, & educauit, (tis
 Vidi littoreis in harenis
 Armis onustum currere.
 Certabat autem cum citis quadrigis,
 Curfu uolans pedestri,
 Et anteuertens deproperat statæ
 Laudem tollere palma.
 Eumelus acris inter
 Ista Pheretides
 Quadrigæ moderator
 Exclamat. huic profecto
 Vidi equas pulcherrimas,
 Frenisq; picas aureis,
 Stimulo incitante cursum,
 Vastum celerare per æquor,
 Partim arcuato suppositas iugo,
 Albis terga notis diuariantibus,
 Partim hinc & hinc æqualibus addi/
 Extra iugum catenis, (tas
 Obliquos glomerare flexus,
 Rufis conspicuas pilis.
 Porro cruribus imis,
 Quæ talum premit ungula,

Tom. 1

Diuerso uarias colore.
 Iuxta has in armis Aeacides gradu
 Fertur citato, sepe uolubili
 Cantho propinquus, feruidoq;
 Proximus axi.
 Post hæc ad numerosæ
 Classis peruenio trabeis,
 Spectaculum ingens nec recitabile.
 Quo mihi blanda uoluptas
 Fœmineos oculos,
 Gratissima tuendi
 Illecebra fatiaret.
 Cornuq; dextrum
 Myrmidonum mantis
 Quæ Phthij ductis
 Militat auspicijs
 Quinquaginta agitans carinas,
 Pernices, rapidasq; tenebat.
 Porro in eminentium
 Puppium fastigijs
 Sculptiles auro, deæ
 Aequoris, Nereides
 Stabant nempe Achilleiæ
 Signa cohortis.
 Atq; his ordine proxima,
 Partibus recincta remis
 Classis stabat Argiuum
 Quos Mecistiades agebat,
 Capaneoq; fatus,
 Bellator Stihelen. dehinc
 Proles inclita Thesei
 Sexies denas agens
 Dite ex Arthide nauis,
 Per seriem positas
 In statione tenet.
 Harum in puppibus eminebat
 Pallas diua, uolucris
 Nixa quadrigis,
 Signum bene ominatum,
 Visuq; faustum nauitis.
 Bœotiorum bellicum
 Rursus apparatus
 Quinquies decem rates
 Vidi fluctifecas, citasq;
 Adprobe decoratas
 Signis, quippe minacibus
 Cadmus in rostris erat,
 Fuluum tenens draconem.
 At cohorti nauticæ
 Terrigena præerat
 Imperator Leitus,
 Phoci cui patria tellus.
 Ponē illos, totidem nauibus e Locris
 Aduectis sequitur gnatus Oilei,
 MmM 3 Thronica

Throniaca urbe profectus.
 Caeterum e Cyclopijs
 Satus Atreo Mycenis
 Centum rateis agebat,
 Denso refertas milite,
 Huic aderat pariter
 Ductor Adrastus,
 Nempe amicus amico,
 Vti, quae domo relicta
 Barbaras Phrygum
 Fuerat sequuta nuptias,
 Marte pollens Graecia
 Vindicaret Tyndarin.
 Ad haec Pylo profecti
 Nestoris Gerenij
 Vidi rateis. in puppibus arduis
 Insignij stabat uice, taurico
 Alpheus ore fictus,
 Qui Pylis celer
 Dissecat agros.
 Bissenis aderant nauibus insuper
 Aenianorum cohors,
 His praefectus Iuneus.
 Hos item sequuntur
 Euryto duce,
 Optimates Elidis,
 Quos uniuersa plebes
 Dicit Epeos.

Sen. Menelae iam audes grauiacq; ac immania,
 Audere quae te neuitquam licet aut decet.

Me. Abi, nimis profectio heris fidelis es.

Sen. Mihi exprobraſti probrum honestum ſcilicet.

Me. Iam uapulabis eiulans, ac flens mihi
 Quae te nefas patrare, ſi patraueris.

Sen. Te ſoluere tablas non decet, quas ego fero.

Me. Neq; ferre Achiuis te decet cunctis malum.

Sen. Contendis haec frustra, has ſed amittas mihi.

Me. Haud quaquam omittam. Sen. Sed nec ego remifero.

Me. Sceptro tuum tibi mox cruentabo caput.

Sen. At pulchrum heri uel mortem obire gratia.

Me. Omitte, multa ſeruus homo uerba hic facis.

Sen. Agamemnon here, uim patimur, hic epistolam

Tuam manu uolentus extorſit mea,

Aequi nec ulla huic ratio conſtat nec boni.

Agd. Hem quid tumulti in foribus, aut conuicij?

Sen. Meum potius, atq; huius rem eſt dicere.

Carmen Trochaicum Tetrametrum Catalecticum.

Agd. Caeterum Menelae, cum iſthoc cauſa quae tibi incidit
 Litis, & contentionis, quorq; ui trahis meum?

Me. Aſpice in nos recta, ut hoc capiam loquendi exordium.

Agd. Num uerebor lumina in te tollere Atreo ſatus?

Me. Haec num tabulas uides, ſcripti miſiſtras peſſimit?

Agd. Video, quam primum ſed iſtas manibus amittas tuis.

Me. Non prius, quam quicquid intus, aperia cuncto agmini.

Itane

Agd. Itane ſcis, quae neuitquam te fas erat cognoscere?
 Idq; refractis (opinor) epistolae ſignaculis?

Me. Aperiens uidelicet, quo te malorum deniq;
 Pudeat, ac pigeſcat horum quae patraſti clanculum.

Agd. Verum eas ubi naſtus? O diſ mentis impudentiam.

Me. Nempe dum cautus tuam ſeruo, maneoq; filiam,
 Nunquid Argis aduentret ad Pelasgum copias.

Agd. Caeterum qui conuenit, tu res ut obſerues meas?

Me. Obſecro, an non eſt uiri iſthuc impudentis & improbit?

Me. Sic enim tulit uoluntas, ſeruus haud ſum ego tibi.

Agd. Iſta non indigna, & intoleranda, quaſo per deos?

Itane per te non licebit, nec ſinar, negocia

Propriae domus meopte temperare arbitrio?

Me. Varia ſentis, nunc quidem illud, alia dudum, aliud ſtatim.

Agd. Dicia phaleras eſt malum autem docta lingua peſtilens,

Me. Varia mens iniqua res eſt, atq; amicis abdita.

Iamq; te uerbis reuincam, tu per iracundiam

Vera ne negato, non ego te admodum laudauero.

Scin ne creati ubi ſtudebas dux Achiuum ad Ilium,

Fronte, ſic ſpecieq; nolens, ſed animo ſane uolens,

Quam tum eras ſubmiſſus, omnem preſtitado dexteram,

Ac fores habens patenteis cuiſlibet popularium,

Et ſalutans ordine omnes, quiſquis eſſet obuius,

Si quis etiam noluiſſet, hunc honorem quaeritans

Emerere comitate morum a multitudine ciuium?

Aſt ut imperio es potitus, non es iſdem moribus,

Nec uiciffim ut ante, amicus iſs manes, qui ſe tibi

Praeſtitere dudum amicos. ſed aditu ſuperbus, ac

Faſtuofus, abditusq; delites in aedibus.

At ſuos mutare mores haud decet probum uirum,

Poſteaquam ſplendidis donatus eſt honoribus.

Maxime ſed tunc amicis eſſe firmum conuenit,

Quando maxime iuuare iam poteſt felicior.

Haec tibi primū opprobraui, primū ubi experior maſtū.

Deinde in Aulin ut appuliſti, omniſq; graui exercitus,

Nullus es, ſed abnegante proſperum curſum mari,

Illico fortuna, quam diſ miſerant, te perditum

Mente conſtrauit, Pelasgi at inter haec dimittier

Flagitant claſſem, negantes eſſe conſilij ſibi,

Vt diutius laborem fruſtra in Aulide trahant.

Fama porro quam fuiſſet foeda, & infelix tibi,

Quanta item perplexitas, animiq; conſternatio,

Mille cum praefectus eſſes imperator nauibus,

Ni Phrygum campos repleſſes bellicoſo milite?

Meq; conſulis quid ageres, quam ue reperires uiam,

Ne tibi regno abdicato, fama & occideret decus.

Hinc ubi inter ſacra uates filiam edixit tuam

Inmolandam Artemidi Calchas, atq; ita Danais fore

Curſum ad Ilium ſecundum, mente gauiffus, lubens

Te immolaturum puellam pollicebaris dea.

Ac uolens, non ui coactus (hoc caueto dixeris)

Coniugi iubes, ut horſum filiam mittat tuam,

Nomine hoc, quo taquam Achilli ſponſa nuberet uiro.

Nunc repente uerſus, alias mittis immemor ſchedas,

MmM 4. Filiae

Filiæ nec iam futurus dirus occisor tuæ.
 Age, sed hic est ipse æther testis atq; conscius,
 Ista qui te pollicentem uidit, atq; exaudivit.
 Accidit nimirum idem isthuc plurimis mortalibus,
 In capessendis negocijs, qui quidem enixe, quoad
 Assesquantur, elaborant, deinde fœde deserunt;
 Idq; partim incogitanti ciuium uecordia,
 Partim item merito, atq; iure, quando non idonei,
 Nempe reperiuntur ipsi, rem tueri publicam.
 Ego potissimum inauspicatae Græciæ uicem gemo,
 Quæ patrare insigne quiddam, & gloriosum in barbaros
 Perditos conata dudum, iam tua causa, ac tuæ
 Gnatae, eis risum mouebit scilicet fœdissimum.
 Neminem loci creatim præsidem, aut belli ducem,
 Seu rei, seu dignitatis, officium gratia.
 Mente duntaxat sagaci oportet esse præditum hunc,
 Bellicam qui rem administrat ciuitatis nomine.
 Quippe princeps ille quisquis præminet prudentia.
 Cho. Res dira uerbis inuicem alter cariet,
 Dictisq; fratres dimicare mutuis,
 Si quando lis incidit, aut contentio.
 Ag. Bene tibi Menelae cōtra iā uolo maledicere,
 Idq; paucis, ne cui parum prudēter, ac nimis
 Inuerecunde putemur agere, sed modestius
 Tibi loquemur, quippe fratri, nam uir improbus quidē
 Is mihi uidetur esse, qui uereri non solet.
 Cedo mihi, quid acerba spiras, sic cruento lumine?
 Quis nocet tibi? quidue factum est, an ne rapte coniugis
 Recipere præclara sanè concupis cubilia?
 Non tibi præstare hoc nostrum est, nam tuorum tu tibi
 Ipsi autor es malorum, deinde cōmissi obsecro
 Ipse quod nunquam patrarim, innoxius poenas luam?
 Nostra num te ambitio mordet? at uenustam coniugem
 Misso honesto, æquo, bonoq; uis tenere amplexibus.
 Nam uiri mali, improbiq; sunt uoluptates malæ.
 Ego quod antehac ista non perpenderim consultius,
 Sanus haud sum, an uerius tu? quippe qui connubio
 Quum sis malo leuatus, denuo repetas miser,
 Posteaquam dijs sequundis, res bene obrigerit tibi.
 Sed proci olim tibi Tyndarea deierarunt fœdera
 Improbi, nequam & superbis imminentes nuptijs.
 Ast ego ipsam spem uidelicet arbitror magis deam
 Illud effecisse, quàm te, uimue consilij tui.
 Quos agens bellum auspicare, nam reor fore, ut scias
 Mente uecordi inita prauæ, uicq; adacta fœdera.
 Cæterum meos ego non liberos maclauero.
 At tuo quidem arbitratu commodoq; scilicet
 Coniugis uindicta fiet, præter æquum pessimæ?
 Me dies, noctesq; mœstis lachrymis confecerit,
 Impia interim patrantem, & æquitati dissona,
 In meos, quos ipse seui, sustulitq; liberos?
 Hæc breui tibi dicta sunt plana, & expedita, sin
 Sapere recte tu recuses, mea bene statuam tamen.

Carmen

Carmen Iambicum Trimeterum.

Cho. Diuersa dictis ista superioribus
 Relata sunt, at illud admonent probe,
 Vim proprijs esse abstinendam à liberis.
 Me. Proh habeo amicum neminem infelix. Ag. Habes
 Qui sunt amici, ni uelis euertere.
 Me. Vbi te arguis mihi patre communi satum?
 Ag. At sapere tecum cupio, non furere simul.
 Me. Dolere amicos tamen oportet mutuum.
 Ag. Tum accerse, quum iuuare uis, non ledere.
 Me. Censes in his non adiuuandam Græciam?
 Ag. At ista tecum quopiam insanit deo.
 Me. Sceptris tumescis fratre deserto tuo.
 Ego porrò ad alias uerto me artes quaspiam,
 Aliosq; amicos.
 Nūcius Dux Achiui exercitus
 Agamemnon, adsum filiæ aduektor tuæ
 Pridem Iphigeniam quam uocasti in ædibus,
 Comes ipsa uenit uirginis mater, tua
 Coniunx Clytemnestra, tuum unum filium
 Ducens Orestem, quo uoluptatem tibi
 Conspetus horum pariat, ut qui iam diu
 Procul à tuis agas foris penatibus.
 Sed quod uiam longam peregerint, apud
 Lymphas nitentes fontis Euryti manent.
 Simul à uia labore respirant graui
 Ipse iugales, quas quidem dimissimus
 In pascuæ uirentis herbidum sinum,
 Vti reficiant fessa pabulo corpora.
 Ob hæc ego tui præmonendi gratia
 Huc præcurri, quippe Graium exercitus
 Rescui, alis fama peruolans citis
 Iam dissipauit filiæ aduentum tuæ,
 Totusq; cursu cœtus ad spectaculum
 Effunditur, quo filiam aspiciat tuam.
 Vt inter omneis nempe mortales solent
 Et in clyti esse semper & spectabiles,
 Quibus bonis fortuna flatibus fauet.
 Aiuntq; nunquæ nuptiæ? sed quid rei
 Paratur? an desiderio gnatae suæ
 Tactus Agamemnon, aduocauit uirginem?
 Aliosq; rursum hæc audisses dicere,
 Artemidi nunc inittiant puellulam
 Regnum obtinenti littoralis Aulidis.
 Verum quis illam ducet uxorem cedo?
 Sed interim hæc omittimus, quod insuper
 Restat, coronam primus è calatho cape.
 Vincito fertis tempora, & tu rex item
 Menelae præbe te lubentem nuptijs.
 Et in ædibus numerosa resonet tibia,
 Solumq; leto perstrepat plausu pedum.
 Nam faustus iste uirgini illuxit dies.
 Ag. Probe, sed intro te recipito, cætera
 Fato uiam monstrantes, succedent bene.

Eheu

Eheu miser quid dicam? (ut abs te exordiar)
 Necessitatis heu quod incidimus iugum?
 Fortuna prohi praeuertit, imponens mihi,
 Suaque nostrum uicium astum astutia.
 At generis ipsa obscuritas, ut quiddam habet
 Et commodum profecto, & exoptabile.
 Nam liberum illis lachrymas profundere,
 Quaeque misera, stirpe at illustri satis
 Sunt haec negata, sed arbitrum uitae, leuem
 Populum obtinemus, atque multitudini
 Seruimus, etenim me uetat quidem pudor
 Genas rigare lachrymis, rursus pudet
 Miserum carere lachrymis, in maximas
 Cladeis redactum, at haec sinamus, quid meae
 Respondeam de rebus hisce coniugis?
 Qua fronte contra haec obtuebor? aut quibus
 Modis recipiam? quippe quae me perdidit,
 Ad ista, quae nunc me premunt miserum mala,
 Iniussa ueniens, attamen probabilis
 Causa huc profecta est, filiae comas sua,
 Quo nuptias celebret, & quibus nihil
 Antiquius iucundiusque, eam collocet.
 Qua nos quidem in re deprehendet impios.
 Rursus misella uirginis (quid uirginis
 Quae mox, opinor, sponsa nubet interis)
 Ut est misertum, supplicabit haec mihi
 Ad hunc reor modum. O pater, me occidere
 Paras? at istiusmodi connubia
 Veniant tibi, & si quis est charus tibi.
 Praesens Orestes haec mihi opplorabit, haud
 Scita, at scienter, quippe adhuc infantulus.
 Ah, ut peremit me potius nuptijs
 Helenes Lacenae Troico Priamo satus,
 Horum malorum qui mihi est autor, Paris.
 Cho. Me quoque misertum est, quatenus decet hospitium
 Malis tyrannorum ingemiscere foeminam.
 Me. Germane dextram da mihi, ut tangam tuam.
 Aga. Do, te penes uictoria est, ast ego miser.
 Me. Per Pelopa iuro, qui mei pater patris,
 Tuusque dictus, perque genitorem Atreum,
 Proloquar aperte mentis ex sententia.
 Nihilque fucans, immo quicquid sententia.
 Mihi te uidenti oculos rigantem lachrymis
 Fraternalis perculit miseratio.
 Vicissim & ipse ora tinxit lachrymis,
 Veteremque prorsus exui sententiam,
 Haud iam quidem infestus tibi aduersarius.
 Sed facio tecum stans tuus a partibus,
 Hortorque te ne filiam perimas tuam,
 Neu praeferas meum tuo negocium.
 Neque enim sit aequum, tristibus suspirijs
 Te macerari, me suauiter agere:
 Tuos mori, supera meos aura frui.
 Quid enim mihi uolo? nunquid eminentia
 Rursus

Rursus queam nanciscer connubia,
 Connubiorum si trahar cupidine?
 Fratrem ne perdens (me quod haud quamquam decet)
 Helenam prooptem, id est boni loco malum?
 Incogitans, ac iuuenis antehac fui,
 Sed propius atque fixius considerans
 Rem, uideo, quale erat perimere liberos.
 Ad haec, puellae me subit miseratio,
 Dum reputo nimirum esse cognatam mihi,
 Quae misera nostri gratia connubij
 Erat immolanda, at quid negocij, aut rei
 Cum Tyndaraea uirgini est Helena tua?
 Dimissus abeat Aulide hinc exercitus,
 Tu frater oculos parce tingere lachrymis,
 Simulque nos in lachrymas impellere.
 Iam te tua de filia si quid mouent
 Responso, me nil mouerint, tibi meas
 Transcribo parteis, sed quod in contraria
 Mutatus abeo, nunc acerbam deferens
 Orationem, iure facio, si patre
 Prognatum eodem charitate prosequens,
 Transgressus in diuersam eo sententiam.
 Quando illud est non improbi munus uiri,
 Vbi factu quod sit optimum, sequi.
 Cho. Generosa dixit, ac digna Tantalos, Iouis
 Genere, & parentis ne utiquam indecorans tuos.
 Aga. Collaudo te Menelae, quod praeter meam
 Opinionem, sic (uti te dignum erat)
 Orationem uerteris recte tuam.
 Me. Nonnullus olim ex cupiditate, fratribus
 Oritur tumultus, & e domorum opulentia,
 Germanitatem at istiusmodi quidem
 Fratrum inter ipsos, execror amarissimam.
 Aga. Nihilominus nos illigat necessitas,
 Gnatam cruenta caede ut immolem meam.
 Me. Quis te quis adiget, gnatam ut interimas tuam?
 Aga. Gratium uniuersam conglobatae copiae.
 Me. Non, si remittas rursus ad Argos uirginem.
 Aga. Fefellero hic, illic sed haud fefellero.
 Me. Quid hoc timere non decet turbam nimis.
 Aga. Calchas Achiuis proferet uaticinia.
 Me. Non, si ante pereat, idque fiet commode.
 Aga. Genus omne uatū, gloriae est auidum malum.
 Me. At nihil habet, nec inutile, ut nec utile.
 Aga. Non metuis illud, quod mihi in mentem uenit?
 Me. Qui suspicer, quod cogitas, ni dixeris?
 Aga. Cuncta haec scelestum Sisyphi nouit genus.
 Me. Nihil est, Vlysses quod tibi, aut mihi noceat.
 Aga. Is uariis usque ac multitudini obsequens.
 Me. Ambitio mente huc pestilens tenet malum.
 Aga. Hunc proinde iam nunc inter Argiuos puta
 Astare medios, atque ibi eloqui palam,
 Quaecumque Calchas dixit afflatus deo,
 Et ut Artemidi me uictimam receperim
 Gnatam

Gnatam daturum, deinde promissum deæ
Mendax negarim, ita concitatis copijs
Vbi meq; tecq; iam peremerint, dare
Tum uirginem suadebit Argiuos neci.
Quod si cita Argos me recepero fuga,
Aderunt, & ipsi me simul cum mœnibus
Cyclopijs euerterint, nec non solum
Vastauerint ad hunc modum infortunia
Se nostra habent, heu miser, & infelix, ut his
Nunc per deos perplexus inuoluor malis.
Vnum hoc mihi Menelæe serua, copias
Adiens Achiuum, ne quid istius rei
Rescisat uxor ante, quam gnatam meam
Maclaram ad Orcum & inferos demisero,
Quo lachrymis, quantum potest, paucissimis
Miser siem. at uos hospita mihi foeminae
Silentio negocium coelabitur.

Carmen Glyconium.

Chor. Felices quibus obtigit
Sors nec summa, nec infima,
Sed sanè modica, & quibus
Castos annuit aurea
Nancisci thalamos uenus,
Tranquillaq; perenniter
Consuetudine perfrui,
Quorum pectora mutuis
Flagrant incita flammulis,
Postquam iam geminis trahens
Spicula torquet ab arcibus,
Tincta spicula gratijs
Coma splendidus aurea
Cupido deus aliger.
Quorum hæc dulce & amabile
Aeuum prospera conferunt,
Vitæ hæc perniciem ferunt,
Ac turbam, hunc equidem meis
Formosissima deprecor,
Auerforq; thoris uenus.
Sit modesta mihi precor
Formæ gratia, sint mihi
Amores liciti, ac pijs.
Contingant mediocria
Blandæ munera cypridis.
Porro ingentia deprecor.
Humanis uariantia
Sunt discrimina mentibus
Sunt discrimina moribus.
At qui rectus & integer,
Is semper similis sui.
Quin probis rationibus
Educit teneros adhuc,
Momētū obtinet haud leue ad
Virtutem, si quidem inierit
Primum illud uenerabilis

Pectori sapientia,
Fœdum uti fugiat nefas.
Dein' fert hanc quoq; gratiam,
Mente ut cernere callida,
Quid facio sit opus, queat.
Quæ res conciliat suis
Ignarum senij decus,
Gloriamq; perenniter
Quæ nomen parit inclytum.
Res est maxima quæpiam,
Virtutis studium sequi.
Quæ præstanda domi probis
Priuatim mulieribus
Sancta coniugij fide.
At palam decorans uiros
Inter densa frequentium
Foro milia ciuium
Rei commoda publicæ
Vsq; in maius adauxerit.

Carmen Iambicum Dime-
trum Catalecticum.

Illinc Paris profectus,
Vbi alitus inter Idæ
Armenta læta pastor,
Vbi barbaras cicutis
Phrygijs canens solebas
Sonare cantilenas,
Olympicoq; ritu
Calamos liquente cera
Adglutinare plureis,
Bounq; grex obesus
Pascens uirrente pasim
Obambulabat aruo,
Tua quum chorus dearum
Arbitria flagitabat.
Ea causa te profectum
In gratiam uocauit.

Hæc

Hæc hospitem recepit
Tectis superba eburnis,
Oculis ubi petulcis
Contra intuens decoram
Helenen, amoris cestro
Vehemente perculsit,
Percussus interim ipse
Pari uicissim amore.
Hoc fonte nata lis est,
Quæ copias Pelasgum
Cum classe tanta ad urbem
Impellit Ilienem.

Carmen Anapaesticum Dimetrum

Cho. Io, io,
Magni magnis florent opibus,
Rege creatam genitore, meam
Cernite Iphigeniam reginam,
Atq; Clytemnestram Tyndarei,
Sanguine cretam,
Ut magnis est stirpibus orta,

Chor. Auguria nos ista quidem consultimus boni,

Certe quod ad te pertinet, felicia,
Tuæq; capimus fausta uocis omina.
Nonnulla porro spes habet animum meum,
Quod auspicias pronuba huc ad nuptias.
Aduenerim, at uos quas ego horsum filia
Comites ab Argis duco dotaletis meæ,
E curribus feliciter descendite, &
Rite, ac decenter in atrium procedite.
Dein tu quadrigas gnata cautim iam mihi
Linquas equestreis, membra sensim ac molliter
Et tenera simul, & imbecilla promouens.
Vos hanc in ulnas excipite iuenculæ,
Procul ac citis discedite à uectabilis.
Mihî fulcèntem porrigat aliquis manum,
Currus uolucres quo relinquam commode.
At uos equinis stetit aduersæ iugis:
Terrifica nanq; est res, oculus equi feror.
Atq; hunc puellum Agamemnonis prolem, manu
Corripite Orestem, nempe adhuc infantulum.
Mi gnate dormis, uehiculari iactamine
Sopitus, expergiscere ad sororias
Auibus secundis atq; lætis nuptias.
Siquidem ipse quum nobili sis natus loct
Mox fortieris optimi, ac summi uiri
Affinitatem, principem Nereide
Parente natum, par deis ipsis genus.
Ex ordine huc age ad pedes propere mei
Iuxta parentem gnata tete colloca.
Ac proxime Iphigenia consistens mihi,
Huic hospitarum foeminarum me choro
Ostende, quàm sim te beata filia.
Charo salutem mox face ut dicas patri.
Ip. Ita mater, occurrens in amplexus tua

Tom. I

NnN

Quod

- Quod pace dicam, ne mihi succenseas)
Pectus paterno pectori adprimam meum.
- Clyt.* Agamemnon o rex, ego cui uel maximam
Mortalium uni debeo reuerentiam,
Adsum, tuis en obsequuta iussibus.
- Iph.* Sed & ipsa cupio longa iam post tempora
Admota genitor pectus amplecti tuum,
Etenim tuis sitio frui conspectibus,
Id pace, si modo mihi liceat, tua.
- Agd.* Age gnata frui, quando iam pridem omnibus
Eliberis, quos uxor ædidit mihi,
Te una parentis nulla est amantior.
- Iph.* Te mihi pater lætaq; lubensq; conspicor,
Post longa seclis spacia non uisum mihi.
- Agd.* Itidem pater te gnata, quodq; ais modo,
Ex æquo utrisq; conuenit nobis simul.
- Iph.* Salue, quod autem huc iusseris me accersier;
Amo te, & abs te est optime factum pater.
- Agd.* Atqui hoc quod es modo eloquuta filia,
Equidem haud reperio, qui uel aiam, uel negem.
- Iph.* Hei mihi quid hoc est? quod lubens cum uideris,
Placido haud tamen nos intuere lumine?
- Agd.* Regnum gerentem, ac bellici agminis ducem,
Permulta curis distinent negotia.
- Iph.* At nunc mihi des, & in me unam tuum
Animum à molestis auoces negocijs.
- Agd.* At nunc quidem in te, haud aliubi mea filia,
Sum totus omni dedicatus pectore.
- Iph.* Ergo supercilium remitte nubilum
Meaq; frontem exporge gratia pater.
- Agd.* Iam lætor ecce, lætor utiq; filia,
Donec tuis datur frui conspectibus.
- Iph.* Quid igitur isthuc? quid sibi uult obsecro,
Quod tristibus genæ madescunt lachrymis?
- Agd.* Etenim hic dies præfens absentiam mihi,
Tibiq; pariet gnata quàm longissimam.
- Iph.* Istuc quidem quod dicis, haud intellego, haud
Intellego o parens mihi charissime.
- Agd.* At tu quidem quanto loquere cordatius,
Tanto grauius exhulceras animum mihi.
- Iph.* Insulsa potius, atq; stulta dixerò,
Si tibi futura hoc sim uoluptati modo.
- Agd.* Papæ, silere non fero ipse nec queo,
Collaudo uero te, probosq; filia.
- Iph.* Mane o parens, tuis domi cum liberis.
- Agd.* Equidem uolo, atqui quod uolo, quia non licet,
Isthuc profectio pectus excruciat meum.
- Iph.* Infausta pereant tela, & arma Martia,
Et inauspicata, dira Menelai mala.
- Agd.* Alios sed huius ante perdidit mala,
Quibus ipse dudum perditus teneor miser.
- Iph.* Ut abfultis temporis multum pater
In intima diu moratus Aulide.
- Agd.* Quin nunc item me quiddam adhuc uetat rei,

Ratibus

- Ratibus per æquor copias traducere.
- Iph.* Gentem obsecro istam, quam Phrygum uocant pater,
Vbinam locorum sedem habere prædicant?
- Agd.* Illic, ubi utinam proditum Priamo Parin
Nullo obtigisset sedem habere tempore.
- Iph.* Procul relicta me aueheris hinc parens?
- Agd.* Quin ipsa eodem gnata, quod pater, uenis?
- Iph.* Oh,
Utinam mihi tibiq; commodum fiet,
Cursus ut & me duceres comitem tui.
- Agd.* Isthuc quid optas? nauigabis tu quoq;
Ut iam parentis gnata memineris tui.
- Iph.* Vtrum ne dulci nauigauero comes
Matri, an ne ego istam sola conficis uiam?
- Agd.* Sola profecto, sola, semota procul,
Dulciq; matre pariter, & charo patre.
- Iph.* Alias in ædeis me uidelicet pater,
Domumq; peregrinam locare destinat?
- Agd.* Mitte hæc, nefas enim ista scire uirgines.
- Iph.* Propera mihi redire sospes ab Ilío
Rebus probe illic ordinatis, mi pater.
- Agd.* Verum hoc mihi prius necessitas loco est,
Nonnullam ad aras immolare uictimam.
- Iph.* Isthoc proin spectare de negocio,
Quid fas piumq; cum sacris decet pater.
- Agd.* Spectabis ista, nam futurum est uti sacris
Adstes, & adlis tu lauacris proxima.
- Iph.* Ducemus aras num choros circum pater?
- Agd.* Feliciorem te atq; memet autumo,
Nihil quod horum intelligas, sed intro age
In tecta gressum conferas, ac uirginum,
Comitumq; temet conferas conspectibus.
At triste porrige osculum, ac dexteram mihi,
Longum à paternis abfutura uultibus,
O pectus, o genæ, o pares auro comæ,
Quantum heu dolorum Troia nobis attulit
Pondus Helenæq; sed loqui iam desino.
Nam me quidem æstus corripit rapidus, genis
Repens obortus, simul ut ora basio
Tua contigit, sed hinc abi in penetralia.
At illud abs te postulo, Leda genus,
Vti ne quid hæc res pectus offendat tuum,
Si mi nimius exhulcerat mentem dolor,
Mox gnata Achilli collocaturo meam.
Nam splendida quidem, & expetendæ nuptiæ,
Tamen parentis non nihil mordet pios,
Vbi in familiam liberos dulcis pater
Tradit alienam, quos labore plurimo,
Curisq; summis educauerit diu.
- Clyt.* Equidem haud ita sum stulta, mentisq; indiga,
Quin ista & ultro me suasuram pura,
Ita ut nihil monitore te fuerit opus,
Quum rite mihi sit elocanda filia,
Sed mos, & ipsum tempus ita postulat.

Tom. I

NnN 2 Ac

Ac res utraq; nos secus facere uetant:
Huius itaq; cui destinasti filiam,
Nomen quidem ipsa teneo. Cæterum genus
Quod, & unde ducat, id cupio iam discere.

Agd. Alopus Aeginam creauit filiam.

Clyt. Mortalium hæc, aut cui deorum nupserat?

Agd. Ioui, at Aeacon ille generat Oenones patrem.

Clyt. Sed Aeaçi quæ suscipit proles domum?

Agd. Peleus, at ille Nerei gnatam tulit.

Clyt. Deon uolente, an nuptam & inuitis deis?

Agd. Despondet autor Iupiter, locat pater.

Clyt. Vbi ducit illam, an in marinis fluctibus?

Agd. Vbi sancta Chiron tecta Pelei colit.

Clyt. Centauriconn ubi mansitare aiunt genus?

Agd. Ibi dijs peracta Pelei connubia.

Clyt. Sed utrum Achillem nutrit Thetis, an pater?

Agd. Chiron, uti ne rudibus annis improbos

Mores malorum disceret mortalium.

Clyt. Hem.

Sapiens quidem educator, at sapientior

Fuit ille, quisquis educandum tradidit.

Agd. Atq; is futurus filiae uir est tuae.

Clyt. Haud malus, at urbem Græciæ cedo quam colit?

Agd. Iuxta Apidani fluuenta Phthiæ in sinibus.

Clyt. Illuc tuam, meamq; ducet filiam?

Agd. Curæ marito hæc sunt futura uirginis.

Clyt. Bene sit utriq; at quo precor ducet die?

Agd. Simul atq; lunæ dexter orbis uenerit.

Clyt. Sed quas oportet antegnata nuptias

Ferire, diuæ iam immolasti uictimâs?

Agd. Macrabo, nam nunc agitur hoc negotij.

Clyt. Ac deinde celebraturus es connubia?

Agd. Vbi soluero dijs, quas necesse est, uictimâs.

Clyt. At nos ubi epulum foeminis parabimus?

Agd. Hic iuxta Achiuæ classis æratas rateis.

Clyt. Probe, & ita necesse est, attamen cõmunica,

Agd. Scin ergo quid ages uxor, ac pare mihi.

Clyt. Rei quid hoc? parere nam soleo tibi.

Agd. Nam nos quidem illic, sponsus ubi sese tenet.

Clyt. Quir absq; matrem uices ne obibitis meas?

Agd. Gnatam elocabimus inter Argiuos tuam.

Clyt. Nos interim manere quo iubes loco?

Agd. Argos profecta uirginum curam gere.

Clyt. Gnatamne linquens? ergo quis tollet facem?

Agd. Ipse exhibebo debitam sponso facem.

Clyt. Haud moris hoc, nec ista tu censet probe.

Agd. Te in militum uersarier turba haud decet.

Clyt. Matrem decet meos locare liberos.

Agd. Decet & puellas, nostra quas habet domus,

Haud sinere solas.

Clyt. Hæc quidem tutissimis

Custodiuntur adprobe concauibus.

Agd. Pareto. Cly. Non per numen Argiuæ deæ?

Quin tu foris quæ sunt agas negocia,

Curas

Curas ego traclauero domesticas.
Et quid puellis cõpetat nubentibus,
Id est mearum pensitare partium.

Agd. Hei mihi laboris sũpsi ego hoc inani
ac spe male frustrat excidi mea, (ter.
Dum conor ablegare quopiã miser
Vxorẽ ab oculis. astu at ecce callido
Vtor, & i hos, q sũt mihi charissimi,
Intento technas, nil in expertũ doli
Linquẽs, et undecũq; uin cor, attamẽ
Iam uate cũ Calchante sciscitatũ eo
Oraculũ, placitũ quidẽ deo, at mihi
Inauspicatum, calamitatẽ Græciæ.
Porrò uiri illud esse prudentis puto,
Frugit pbãq; cõiugẽ in penatibus
Nutricet, aut ne prorsus ullã nutriat.

Carmen Sapphicum.

Chor. Illicet sacrum Simoentis amnem
Vitreo qui gurgite uorticofus,
Impetu fertur Phrygios per agros,
Iam petet collecta cohors Achiuum
Nauibus cum ueliferis, & armis,
Ilium infelix aditura Troiæ,
Conditum flauilyra & arte Phœbi
Oppidũ. Cassandrã ubi fama narrat
Aureos crineis agitare uatem,
Laureæ semper uiridantis alma
Diffluentem fronde comã ambiẽte,
Numinis cũ iam omniscio incitata,
Non sui compos agitur œstro.
Cæterum densa Phrygiĩ corona
Pergama cingent.

Tunc ubi Mauors ferus, atq; ahenis
Horridus scutis, properante pinu
Feruidi emensus uada cæca ponti,
Remige appellet Simoentis oras,
Castoris raptã ut repetat sororem,
Atq; Pollucis, geminorum in astris

Ach. Vbi hic Achiu ducior est exercitus?

Quis nam è ministris ibit illi nuncius
Adesse Achillem Peleo satum patre
Pro foribus, ipsum conuenire qui uelit?
Etenim diu iam sorte nequaquam pari
Frustra operimur feruida Euripi uada.
Alij q; nostrum liberi connubijs
Relicta inani, ac solitaria domo,
Hoc ociosi desidemus lit orẽ.

Alij iugati uxoribus, sed liberis
Nondum creatis, usq; adeo impotens amor
Ardorq; nouus haud absq; diuũ numine
Habet huius expeditionis Græciam.
Itaq; quod ad me pertinet negocij,
Id memetipsum exposulare conuenit.
Porrò alius itidem, si quidem uidebitur,

Tom. 1

NnN 3

Pro

Siderum, usq; à Priamo receptam
Fortibus telis, clypeisq; Gratũm
Rursus in terram referat Pelasgam.
Moeniũ at quũ pinniferas coronas
Cinxerit iam teligera phalange,
Cinxerit turreis ualidas, & urbem
Oblderit bello Phrygiã cruento.
Funditus uictor populans, & inde
Ense crudeli capita amputarit
Ciuium ceruice resecta dirus,
Tum nurus Troiæ, tenerasq; spõsas
Quin & annosam Priami beati
Regis uxorem, lachrymis acerbis
Assatim implebit, miseroq; planctu.
Interim proles Helenæ tonantis
Flebilis ibit,

Deferens dulcis thalamos mariti.

Ne precor, ne uel mihi, uel meorum
Liberis unquam ueniat nepotum
Ista spes, qualis reor obtinebit
Diuites Lydas, miserascq; Troum
Coniuges fufis simul assidenteis,
Ac suis pensis querulã inter ipsas
Talia dicent.

Quis putas me mox miserã capillis
Pertrahens, certa tibi lege comptis,
Patriæ euerfã simul atq; captam
Senserit flentem ferus hostis arcem
Polluet, uictaq; decus pudoris
Dulce decerper uiolans, tuãq;
Gratia nimirum Helene, cygno por
rectili ceruice superbienti

Nata, seu uera est ea fama, quondam
Alitis Ledam Venerem tulisse,
Ipso in hanc uerso Ioue: siue uatum
Pabulis fictis potius Camcænæ
Disparunt hæc hominum per ora.
Iambicum Trimeterum.

- Pro se loquetur ipse, nancq; Pharsalo
Patria relicta, ad hoc parente Peleo,
Tenuia pigri flamma Euripi morot,
Myrmidonas hic uel ociosos detinens,
Qui me quidem urgent semper hisce uocibus,
Quid hic Achilles commoramur? aut quoad
Priameia adhuc ad pergama traiectione
Sine fine lentis protogabitur moris?
Face, si quid es facturus, aut retro domum,
Vnde huc profectus, copias reducito,
Haud longa Atridarum manens cunctamina.
- Clyt.* Ognate Thetidis, intus audito tuo
Sermone, celeri prodij foras gradu.
- Ach.* Sancte o pudor, quae nam ista tandem foemina,
Quam conspicor forma decente praeditam?
- Clyt.* Non est nouum, nos ante non uisas tibi, haud
Agnoscer. uerum modestia tua
Delector, ac pudore reuerenti mei.
- Ach.* Quae tandem es? aut quid Achium in agmen foemina
Virosq; adisti, armis amictos Martijs?
- Clyt.* Ego gnata Ledae sum, Clytemnestra mihi
Nomen, Agamemnon dux maritus est meus.
- Ach.* Dixti probe, & compendio, quod oportuit,
Mihî at indecorum est colloqui cum foeminis.
- Clyt.* Hem, quò fugis? quin dexterae dextram applica,
Latum futuri initium connubij.
- Ach.* Quid ais? egon? tibi dextram? atqui Agamemnonem
Vereamur, horum si quid attigero manu,
Quae ne utiquam mihi fasue, iusue, tangere.
- Clyt.* Fas maxime, quando meam tu filiam
Duces, marinae germen o Nereidis.
- Ach.* Quas nuptias cedo praedicas? equidem mihi
Nihil est, quod his respondeam, nisi forsitan
Tu rem quod istam perperam intellexeris,
Nobis proinde fabulam ad portas nouam.
- Clyt.* Cunctis id insitum est, uti reuerentia
Capiantur, ac pudore, si quando nouis
Vilis amicis audiant de nuptijs.
- Ach.* Ego profecto mulier haud unquam tuae
Connubia proci expetui filiae,
Nec ullus unquam mihi super connubijs
Allatus est ex gente Atridum nuncius.
- Clyt.* Quid esse tandem possit hoc negocij?
Orationem tu uicissim nunc meam
Mirare, dicta nempe miror ego tua.
- Ach.* Coniuncto, coniectare quid tibi haec uelint
Commune nobis, non enim ambo forsitata
Mentimur, & si dicimus contraria.
- Clyt.* An non nouum mihi contumeliae genus
Fit, quae quidem (ut uidetur) nuptias
Concilio fallas, me profecto horum pudet.
- Ach.* Fors meq; teq; quispiam lusit dolo,
Verum ista mittas, nec feras acerbius.
- Clyt.* Valero, rectis non enim posthac queo

Te

- Te oculis tueri, quando sum mendax tibi
Reperta, meq; indigna nimirum tuli.
- Ach.* Totidem tibi uerbis ego respondeo.
Sed ut maritum, quem peto, quaeram tuum,
In ista iam nunc recta conferam pedem.
Carmen Trochaicum.
- Sen.* Hospes Aeacli nepos maneto, nancq; appello te
Aeditum dea parente, teq; Ledae filiam.
- Ach.* Hem quis hic, qui nos aperto iam uocauit ostio?
Ore quam tumultuoso, uultu ut attonito uocat.
- Sen.* Seruus hinc haud insolesco, fors enim haud finit mea?
- Ach.* Caeterum illud adde, cuius? ne utiquam certe meus?
Seperatae enim meae res a bonis Agamemnonis.
- Sen.* Seruus istarum, ante quas me stare cernis, aedium.
Nancq; in hanc domum huius olim Tyndareus dedit pater.
- Ach.* En resistimus, ergo fare, si quid eloqui uelis,
Quur gradum bene institutum iusseris me sistere.
- Sen.* Num fores ad haec soli uos duo consistitis?
- Clyt.* Imò solis quo loquere, regijs ab aedibus
Prodeas foras, & ad nos ipse huc confer gradum.
- Sen.* O potens fortuna rerum, meaq; providentia,
Obsecro, seruate, saluos quos ego esse peruelim.
- Ach.* Differetur (sicuti uidetur) haec narratio,
Praeq; se profecto quiddam magnum & arduum gerit.
- Clyt.* De fide silentij tu ne quid haesites senex.
Neue cuncteris loqui, mihi si quid eloqui uelis.
- Sen.* Scis profecto quisquis essem quantulusq; in te tamen
Beneuolum fuisse semper, ac tuos in liberos.
- Clyt.* Scio, uidelicet meorum iam diu penatium
Esse te ueterem ministrum, ac familiae columen meae.
- Sen.* Scis opinor & illud, olim ut dotis in partem tuae
Me receperit Agamemnon dux achiui exercitus.
- Clyt.* Argos es mecum profectus, additus sponsae comes,
Ac meus semper fuisti, & partibus studens meis.
- Sen.* Sic habet res, caeterum tibi sum quidem uolens bene
Hera, tuo uerum marito non proinde sum fauens.
- Clyt.* Ergo nunc aperto tandem, quae parabas dicere.
- Sen.* Nempe filiam tuam, qui seuit ac genuit pater,
Ipse mactare cruentus manibus apparat suis.
- Clyt.* Qui potest? orationem abominor senex tuam.
Non enim mihi uideris sapere sanum scilicet.
- Sen.* Apparat cruentus inquam defecare ferreo
Ense ceruicem puellae candidam miserrimae.
- Clyt.* Hei mihi miseræ, an maritus obsecro insanit meus?
- Sen.* Sanus is quidem, nisi in te coniugem, nec non suam
Filiam, profecto parte hac ille nil sanum sapit.
- Clyt.* Gratia qua cedor? quis illum genus instigat malus?
- Sen.* Numinum responsa cogunt, sic enim Calchas ait
Augur, ut Danaum phalanges classe fulcent aequora.
- Clyt.* Quò profectura est Pelasgum classis? infelix ego.
Illa at infelix magis, quam dirus occidet pater.
- Sen.* Dardani ad sedes, sacraeq; celsa Troiae pergama
Victor ut Menelaus Helenam marte recipiat suam.
- Clyt.* Scilicet sic destinant fata iniqua numinum,

NnN 4 Vt

Vt rediret Helene nobis gnatae in exitium meae.
Sen. Rem tenes hera prorsus omnem. nantq; Dianae pater
 Mox tuam sacras ad aras immolabit filiam.
Clyt. Quid sibi uult ergo, quod praetextuere nuptias,
 Quae quidem me res meis huc euocauit aedibus?
Sen. Quo uolens, iubensq; gnatam adduceres horum tuam.
 Quippe eam datura Achilli nuptum achiuum principi.
Clyt. Proh dolor miseranda gnata quo perites huc domo
 Atq; in exitium es profecta, tuq; egoq; parens tua.
Sen. Miseraq; & lachrimanda fertis utraq; cum litris duae,
 Caeterum dira atq; acerba ductor Agamemnon parat.
Clyt. Heu dolor, miseranda perij, nec mihi iam lumina
 Perferunt diutius, neq; temperant a lachrymis.
Sen. Si quidem graue esse possit, aut molestum fundere
 Lachrymas, quae sit suis orbanda liberis parens.
Clyt. Tu sed ista senior, unde scire temet praedicat?
 Nunquid audisti, tibi renunciante quopiam?
Sen. Missus abieram, tabellas adferens tibi alteras,
 Praeter illam, quam prius receperas epistolam.
Clyt. Vtrum, ut interdiceres, an denuo nobis idem
 Nunciare, immolendam uti filiam deducerem?
Sen. Imo uti denunciarem, uirginem ne adduceres,
 Nam tuus fors tum maritus coeperat respiscere.
Clyt. Deinde qui factum est, ut ad me quas ferendas ceperas,
 Non eas pertuleris idem, manibus imponens meis?
Sen. Venuit id Menelaus, has qui manibus eripuit meis
 Vnus horum qui malorum causa & autor extitit.
Clyt. Nate Peleo parente, germen o Nereidis
 Marte praepotens Achilles, haec cine audis obsecro?
Ach. Audio mulier, uidelicet esse te miserrimam.
 Caeterum laesum haud leui me contumelia puto.
Clyt. Filiam dare cruento destinant letho meam,
 Ad dolum tuarum abusi nuptiarum nomine.
Ach. Quin & ipse tuo marito indignor, ac succenso
 Nec negocium mihi hoc uulgaribus dolet modis.
Clyt. Me quidem haud quaquam pudebit genibus aduolui tuis,
 Quippe mortalem parente proditi in lucem dea,
 Cur enim nuncia citem me, ac dignitatis sim memor.
 Cuius ergo quaeso matrem deceat eniti magis,
 Atq; pro gnatae salute; proinde age o dea fate,
 Opitulare tum meis precor malis, tum uirgini,
 Quae fuit tua dicta coniunx, hoc inaniter quidem
 Fateor, at tamen hanc ego fertis reuinctam frondeis
 Arbitrata tibi futuram coniugem adduxi domo.
 Caeterum ad caedem, necemq; uirginem nunc adueho.
 Huius at facti probrum in te recidet, atq; infamia,
 Ferre opem quis grauat, licet enim non duxeris,
 Dulcis es miserae tamen dictus maritus uirginis.
 Perq; mentum, perq; dextram, perq; genitricem deam,
 Quando me solum profecto nomen extinxit tuum,
 Hoc oportet te tuerier, alia non superest mihi
 Ara, quo refugere possim, genua praeterquam ad tua.
 Quippe cui non adsit ullus hic amicus, unde mi
 Adferendae opis aut salutis ulla spes ardeat.

Id genus

Id genus, cuiusmodi audis, facta sunt Agamemnonis,
 Plenaq; crudelitatis, perditaeq; audaciae.
 Adde ad haec, quod (uti uides) ad nauticas & efferas
 Mulier adueni phalanges, turbam & effrenem uirum
 Ad patrandae scelera prompta praeditos audacia,
 Nec nisi si quando ita ipsis collubuerit, utilis.
 Proinde tu si non grauari, dextram mi obtendere,
 Vtq; nos tua tueri, scilicet saluae sumus,
 Sin secus, tum spes salutis nulla nobis reliqua fit.
 Iambicum trimetrum.
Chor. Res efficax peperisse, uimq; maximam
 Amoris adfert omnibus communiter,
 Vti pro suis summe adlaborent liberis.
Ach. Ingens mihi animus tollitur magis ac magis,
 Condidicit autem tum malis aegrescere,
 Tum prosperis gaudere modice casibus.
Chor. Huiusmodi quidem ratio mortalibus
 Recte instituta est, ut bene ac feliciter
 Rectrice uitam transigant sapientia.
Ach. Est interim autem dulce non sapere admodum,
 Rursum interim homini non sapere conducit magis,
 At ego educatus pridem in integerrimi
 Domo uiri Chironis, ac iustissimi,
 Simplicibus uti consueui moribus.
 Proin Atridis, si probi fuerint duces,
 Parebimus, sin improbi, haud parebimus.
 Sed tum loco hoc, tum Troiae ad urbis moenia,
 Ego liberum usq; mentis ingenium meae
 Prae me ferens Martem, quod ad me pertinet,
 Forti manu, ac uirtute condecoraturo.
 At te quidem, quae misera fers & atrociam,
 Et ab ijs, amici qui tibi sunt intimi,
 Quantum quidem praestare possit uiribus
 Iuuenis, & auro adhuc sane tenero uirens,
 Hoc quicquid est doloris, in me transferens,
 Meo his procellis eximam periculo;
 Tutoq; statuam, nec patri unquam filia
 Tua perimetur, dicta quae fuerit mea.
 Nec enim uiro permisit segnis tuo,
 Vti me dolis misceat, & inuoluat suis.
 Nam nomen, & si spicla non uibret meum,
 Ferrumue, tamen id filiam occidet tuam.
 At sceleris autor uir quidem fuerit tuus.
 Verum nec ipse uacauero piaculo,
 Si uirgo per me perierit, nec non meas
 Per nuptias, noua nec ferenda sustinens,
 Violata miris simul & indignis modis.
 Equidem Pelasgum uir fuero deterrimus,
 Nullius inquam sim rei, precijue ego.
 Menelaus autem habeatur in numero uirum,
 Neq; Peleo progenitus aut tumer patre,
 Sed pessimo ignauissimoq; damone,
 Si coniugi unquam nomen ad caedem tuo
 Inferuiat meum. liquenti gurgite

Vndarum

Vndarum alumnorum deiero per Nerea
 Thetidis parentem, quæ mihi fuit parens,
 Haud filiam rex tanger Agamemnon tuam.
 Nec uel manu summa, nec uti uel uestibus
 Digtum puellæ licet admolirer.
 Aut hercle Sipylus culta sedes barbaris
 Vrbs ea futura est, unde duxerint genus
 Clari, gerendoq; inelyti bello duces.
 At Phthia rursus, unde stirpem duxi ego,
 Obscura nullum nominis feret decus.
 Et acerba Calchas auferet libamina
 Augur, quis autem est augur, is uidelicet
 Qui uera pauca, falsa dicit plurima.
 Si fors ita ceciderit, atqui si minus
 Ita ceciderit, tum uel arte elabatur.
 An proinde nostros uirginum millia decem
 Petant thoros, si commodum est parentibus
 Qui collocant, his uti uerbis loquar.
 Ipsa attamen re ductor Agamemnon graui
 Nos afficit profecto contumelia.
 Nam ius & æquum fuerat, ut nomen meum
 Rogaret, à me postulans, ad uirginem
 Irretendam, nam Clytemnestra mihi
 Nuptum dedisset filiam potissimum,
 Atq; hanc Pelasgum bellicosus copijs
 Forsan dedissem, si quidem transmissio
 Pendebat ex hac, diruendum ad Ilium.
 Neq; enim grauarer publicis exercitus
 Consulere sanè commodis, qui cum mea
 Coniunxerim arma, caeterum me nunc duces
 Nihili aestimant, reiq; momento leuis
 Vel adiuuare, uel nocere forsitan.
 Ferrum hoc mucroq; nouerit, quem stringere
 Dudum in Phrygas mihi destinatum barbaros,
 Etiam prius quam ad Ilium peruenero,
 Macularo cæde, & sanguine inquinauero,
 Gnatam modo mihi si quis eripiat tuam.
 Sed ociosa iubeo sis, siquidem tibi
 Ego deus extiti, obtigiq; traximus,
 Nondum quidem hunc tibi præstiti, fateor, deum,
 In posterum sum præstiturus attamen.

Cho. Et te locutus digna Peleus genis,
 Et æquoris potente, ueneranda dea.
Clyt. Quibus obsecro te prædicauero modis,
 Vt ne nimis quid dixerim, nec item minus,
 Vt nec fauorem, & gratiam amittam loquens.
 Viri enim probi laudes ubi audiunt suas,
 Quodam solent odisse laudantem modo.
 Si fors quis ipsos laudet immoderatus,
 Tum me profecto dispudet de proprijs
 Peculiaribusq; calamitatibus.
 Lachrymabilem sermone miserando queri,
 Quum tu meis sis prorsus alienus malis.
 Haud indecorum est attamen, si uir probus,

Fortisq;

Fortisq; quanquam sit alienus, adiuuet
 Hos, quos acerba fors, & aspera premit.
 Age itaq; nostri te misereat, si quidem
 Miseranda patimur, primum ego generum mihi
 Rata te futurum, spes inaneis ceperam,
 Deum haud scio fat, an meæ mors filia
 Tibi triste forsitan omen aliquod adferat
 In posterum, si quando duces coniugem,
 Quod omnis uitare te consultius.
 Verum probe elocutus adhuc inuita,
 Idem probe perfeceris negocium.
 Mea nanq; gnata, si uoles, seruabitur.
 Num genua uis hanc supplicem amplecti tua?
 Sunt hæc quidem parum decora uirgini,
 Si tu tamen ita censeas, uidelicet
 Mox huc pudoris liberalem uenerit
 Suffusa uultum uirginali purpura.
 An potius illa absente, id abs te quod peto
 Achilles exoraro, & impetrauero?

Ach. Maneat domi, pudicam enim decet pudor.
Clyt. Veruntamen pudere oportet eatenus,
 Qua res ferat, præsensq; postulet status.
Ach. Neq; tu sub oculos filiam produxeris
 Meos tuam mulier, neq; per inscitiam,
 Famæ probrum accersamus, ac uitæ notam.
 Si quidem coacti turba densa exercitus
 Domesticarum, ac propriarum negligens
 Rerum, malignis gaudet obtreclatibus,
 Amans maledicas dissipare fabulas.
 At nullo ego hercule posuerim in discrimine, ac
 Tantundem apud me prorsus hic effeceris,
 Seu supplices, humilesq; ueneritis mihi,
 Seu ne utiquam mihi supplicaris, nam meo
 Fixum stat animo uiribus contendere,
 Nixuq; summo, uos ut eximam malis.
 Adeo sit unum hoc me tibi satis semel
 Dixisse, neq; enim uanus, aut mendax ego,
 Mihi crede, fuerim, si quid autem mentiar
 Dederoq; uerba, seu dolis elufero.
 Emoriar, imò haud moriar, hanc si uirginem
 Seruaro. *Clyt.* dii faueant precor ferenti operam
 Vsq; ijs acerbis qui laborant casibus.

Ach. Audito nunc, uti res mihi hæc habeat bene.
Clyt. Quur hoc astitit te quidem audiam uolens.
Ach. Rursum patri persuadeamus uirginis,
 Consulta quo iam saniora sumperit.
Clyt. Ignauus est, ac timidus ille quispiam,
 Nimitaq; pauit copias formidine.
Ach. Ratione at expugnata, ratio uincitur.
Clyt. Spes ista sane frigida, ac leuis, tamen
 Eloquere tandem facere me quid oporteat.
Ach. Primum quidem illi supplicabis, liberos
 Ne perimat, idq; si recuset, tum tibi
 Fuerit necesse nos adire denuo.

Nam

Nam si, quod optas, sponte annuit sua,
Tum me quidem illum conuenire nihil opus,
Quando ipsa per se res salutem conferet.
Ad hoc uidebor erga amicum rectius
Egisse, neq; me copia culpauerint,
Ratione si rem potius, ac prudentia,
Quam ui, manuq; uiribusq; gessero.
Tum porro amicis, rebus ex sententia
Ipsis uolentibus, ut puta, ac lubentibus,
Probe peractis, uel operam citra meam,
Tibiq; fors hæc tranfigentur commode.

Clyt. Vt es probe locutus, itaq; sic, uti
Censes, agendum est. cæterum ista si parum
Successerint mihi mentis ex sententia,
Vbi nam licebit postea te uisere?
Quonam loci uenire me miseram iubes?
Vbi liceat istam reperisse dexteram,
Quæ sola nostris præstat auxilium malis?

Ach. Ipsi has tibi excubias agemus, teq; ubi
Res cunq; postulabit, obseruabimus,
Ne turbulentas per Pelasgum copias
Te cursitantem conspicetur quispiam
Pauido ore, & attonitam, neq; hoc tu dedecus,
Labemq; eam domui paternæ asperferis,
Indignus etenim Tyndareus pater tuus
Est, qui male audiat, utpote Græcanica
In gente magnus, atq; cum primis potens.

Clyt. Ita res habet, tu dux eris negotij.
Me tibi uicissim gerere morem conuenit.
Quod si dei sunt, quando tu uir es pius,
Digna assequeris, cæterum si numina
Sunt nulla diuum, quid necesse est nitere?

Carmen Dactylicum Hypercatalecticum.

Chor. Festus ut ille Hymeneus erat
Loto ubi cum Lybica pariter,
Cumq; sua uiloquente Cheli
Non sine multiformis calamis,
Grata choris streperet cithara,
Turba ubi candida Pegasidum
Mollibus irreligata comis
Vertice Peliaeo
Coniugiale bonis epulum
Dijs celebrantibus, ad numerum
Membra moueret, & aureolis
Pelleret arua iugi soleis,
Dum liquidis, & amabilibus
Dulcicanæ modulis,
Pelei ad inclyta connubia
Iret, & undiuagam Thetidem
Voce ciéret, & Aeaciden
Per iuga florida, rumor ubi est
Nubigenas habitare uiros,
Aeaciden per opaca canens
Peliaci nemoris.

At Phrygius puer interea
Deliciae Iouis atheri,
Pocula miscet, & aureolis
Nectareos latices
Temperat, ac tribuit cyathis.
Deinde per æquora candiduli
Laueq; per spacium sabuli
Aequoreo sata turba sene,
Nexa sororibus è decies
Quinq; agit atq; rotatq; choros,
Orbibus innumeris
Molliculo pede replicitis,
Connubium leuibus
Concelebrans choreis.
Venit & undiq; nubigenum
Numine percita turba uirum,
Tela ferens abiégna manu,
Frondea uertice ferta gerens,
Cum superis simul ut Bromij
Munera sumeret, atq; epulas.

Carmen

Carmen Anapesticum Hypercatalecticum
Ibi Thessala turba puellæ, (cum.
Sublata in sydera uoce, ô
Nereia filia clamans,
Lux inclyta coeligenarum,
Certissimus augur Apollo, &
Cui mystica sacra sororum,
Bene cognita Castalium,
Chiron pius, armipotens
Nomen referauit Achillis,
Fore uaticinatus, ut ille
Cum Myrmidonum clypeatis
Priameia regna ceteruis,
Deuotaq; pergama adortus,
Flammis populantibus urat,
Vulcania fulminis instar
Quatiens trepidabilis arma,
Thetidis pia dona parentis,
Siquidem hoc decus illa Pelasgis
Feliciter adidit aluo.
Nereidos ergo sororum
Primæ ac ditione potentis
Spaciosa, hilares agitabant
Connubia splendida diui,
Peleiq; mariti hymenæum
Id temporis ore ciebant.
Porro tibi tempora flauis
Crispiscq; decora capillis

Mauortia turba Pelasgum
Cingent uiridante corona.
Deinde haud secus, atq; iuuenecam
Teneramq; rudemq; profectam
Modo rupibus è specuosis
Speciantis in æquora montis,
Diro iugulauerit ense:
Ac lactea colla cruore, hu-
mano (miserabile) tinget,
Feriens, nec arundine agrestis,
Muscoue uirentibus antris
Pastorum alitam, sed amicæ
Curaq; domoq; parentis
Excultam, uti nupta Pelasgas
Peteres feliciter ædeis.
Vbi nunc prohibitæ pudorue
Faciesq; ipsius honesti
Valeat, simul atq; nefastum
Scelus, impietasq; tyrannida
Atram obtinet undiq; porro
Neglecta facit, premiturq;
Post terga retrusa, scelestis
Mortalibus inclyta uirtus.
Quumq; undiq; legibus æquis
Mores dominantur iniqui.
Hominum generi ergo periculum
Communiter imminet omni,
Ne qua ingruat ira deorum.

Clyt. Equidem è meis huc prodij penatibus
Foras, maritum sicubi aspiciam meum,
Qui iam diuq; & lentus hinc abest, domo
Penitus relicta, gnata at interim mea
In lachrymis uersatur infelix, leueis
Fundens in auras omne lamenti genus,
Simul ac necem rescitit illa, quam pater
Statuit, paratq; sed ecce cerno cominus
Sese citatis ad mouentem gressibus,
De quo modo loquebar, huc Agamemnonem,
Qui re quidem ipsa deprehensus ilico
Coarguetur ferus, & immanis pater,
In proprios nefaria patrans liberos.

Ag. Ledæa proles, commodum egressam foras
Offendo te, quo uirgine absente procul
Tibi dicta quædam proferam, quæ neutiquam
Fuerit decorum audire nupturas uiro.

Clyt. Quid est negotij id, quo tibi ista temporis
Oblata commodauit oportunitas?

Ag. Accerse gnatam, quo patri ueniat coimes.
Ad sunt enim parata rite piamina,
Ad sunt profundendis item lustralibus
Pura manu ignibus, ac iuuenæ, quas deæ
Dianæ oportet cedere ante nuptias
Atri cruoris feruida exundamina.

Clyt. Verbotenus quidem locutus es probe,

Tom. I

O O O

Tua

Tua facta porro nominare si uelim,
 Equidem haud reperiam, quomodo eloquar probe.
 Verum age foras procede gnata, nam pater
 Quicquid parat, nostri ordine, ac fratrem sinu
 Gestans Orestem pariter ad porta tuum.
 En illa adest, hucuique morigerans tibi.
 At ipsa quæ restant, & huius nomine
 Simul & meopte, mox tibi respondero.

Ag^a. Quid gnata lachrymas fronte cur hilari parum
 Terram intueris, ora defigens solo?
 Vultumque mœstum pallio obtento tegis?

Iph. Heu,
 Quodnam mearum calamitatum exordium
 Possim capere cunctis enim mortalibus
 Datum est, uti tum prima, tum nouissima,
 Tum media quouis differant negotio.

Ag^a. Rei quid hoc est? quidue sibi uult, quod mihi
 Omnes eodem sitis affectæ modo,
 Et mente consternata, & ore turbido?

Clyt. Quæ sciscitabor, aperte & ingenue mihi
 Coniunx roganti quæso uti respondeas.

Ag^a. Nihil necessum est, hoc ut à me postules,
 Quin ipse ultro cupio iam rogarier.

Clyt. Gnatam necare paras tuamque & item meam?

Ag^a. Hem.
 Misera elocuta es: quæque ne utiquam decet
 Te suspicari, suspicaris improba.

Clyt. Verum illud interim mihi respondeas.

Ag^a. At tu profecto si quidem rogaueris
 Quæ te decet rogare, quæ te decet audies.

Clyt. Equidem haud alia percontor, atqui tu mihi
 Itidem caue sis alia ne respondeas.

Ag^a. O fors potens, ó fata, proh genius meus.

Clyt. Et meus & huius insuper, quando triumphum
 Idem est & unus genius infelicium.

Ag^a. Qua tandem es in re læsa? Clyt. at istuc scilicet
 Tu me rogas: uerum astus hic astu uacat,
 Atque ista calliditas profecto incallida est.

Ag^a. Perij, palam sunt facta quæ celaueram.

Clyt. Scio cuncta, didici cuncta sanè, & audij
 Quæ tu scelestè in me patrare destinas.
 Quanquam sat ipso, confiteri silentio,
 Suspirijsque, plura ne tu dicere
 Conere frustra. Ag^a. en obticesco, quando me
 Mendacij conuictum & impudentiam
 Ipsi necessum est calamitati adiungere.

Clyt. Audito nunc iam, quippe aperte proloquar,
 Neque flexuosa ænigmatum diutius
 Vtemur ambage, neque dictis nubilis.
 Primum (tibi istuc primo ut obijciam loco)
 Me non uolentem, uicque raptam confugem
 Duxti, necato Tantalò, cui nupseram
 Prius, ac puello sortis ex usu tuæ
 Itidem perempto, quem quidem per uim meo

Immitis

Immitis ad necem reuulseras sinu.
 At loue creatus uterque germanus meus.
 Equis & armis inclyti, sauum tibi
 Bellum mouebant, cæterum senior parens.
 Tyndareus hoc te exemit è discrimine,
 Iam supplicem, ac uersum ad preces, ita denique
 Meis per hunc potitus es connubijs.
 Dein ubi reconciliata sum tibi, & addita
 In te simul, cura simul domestica,
 Ut foeminam inculpatam ego usque gesserim,
 Istiuc & ipse conscius testabere,
 Pariterque casta, domumque commodis tuam
 Augens, ita ut siue introires, gaudio
 Fruerere tecum, siue prodires foras,
 Sortis beatæ dicerent omnes uirum.
 Atqui hic profecto captus est rarissimus,
 Ut id genus quis fortiatur coniugem,
 Contra, improbamque & frugis uxorem male,
 Nihil est negotij ubilibet nanciscier.
 Porro puellis æditis nixu tribus,
 Hunc insuper peperit tibi puellulum,
 Quo tu quidem me pignorum è numero, necans
 Vnam pater, miserabili orbabis modo.
 At quispiam si te roget, qua gratia
 Istam necabis? cedo quid huic respondeas?
 An me tuo loqui necessum est homine?
 Helenen uti Menelaus asserat suam.
 At nos honestum est, ac decorum scilicet,
 Nece liberorum foeminae precium malæ
 Dependere: his quæ possidemus optima,
 Longeque nobis omnium charissima,
 Redimemus hæc, inuisa quæ sunt maxime.
 Age siquidem hinc profectus in bellum iueris,
 Ibi que fueris abfuturus longius,
 Domi relicta me, quid animi tum mihi
 Fore autumas, sedem omnem ubi conspexero
 Vacantem, & hanc desiderantem filiam?
 Tum uacua curiæ uirginum conclauia?
 Egoque sola sedero perennibus
 Confecta lachrymis, hancque lugens uirginem,
 Ad huncce fors sine fine lamentans modum?
 Heu gnata, qui te seuit, extinxit pater
 Ipsi necans, haud alius, haud alia manu
 Eiusmodi linquens familiae præmium,
 Atque in suos exempla talia statuens.
 Nam deinde causa quælibet suffecerit,
 Occasione tantum opus fuerit leui,
 Ut & ipsa, quicque mihi supersunt liberi,
 Te rursus accipiamus isthunc ad modum,
 Quo te accipi par est, & æquum scilicet.
 Sed per deos caueo, ne uer me adegeris,
 Vti talis in te fuero, qualem ne utiquam
 Decet esse, ne ue rursus id commiseris,
 Ut ipse talem temet exhibeas mihi,

Tom. 1

OoO 2

Qualem

Qualem probum esse neutiquam decet uirum.
 Verum esto sane, sacrificabis filiam.
 Sed interim illic uota quæ facturus es?
 Quid tibi petes? nunquid boni, quum filiam
 Mactes pater? reditum ne? nimirum malum,
 Miserumq; quippe domo profectus turpiter.
 Sed me tibi boni precari quippiam
 Par fuerit, ac uotis laceffere numina.
 At non & ipsos iudicari deos
 Stultos item esse, ut annuant eiusmodi,
 Si paricidis nos uoluerimus bene, &
 Qui propria facinus patrarint dextera.
 An uero ad Argos iam reuersus, liberos
 Supplex tuos placabis? haudquaquam tibi
 Isthuc licebit, quis uel aspectu obsecro
 Post e tuis dignabitur te liberis,
 Quum tu sciens necaris horum quempiam?
 Num denique hæc sunt dispensata, ac mutuis
 Rationibus tractata? an hoc tantum sat est
 Sceptris ferundis præeminere, ac bellicum
 Ducem uocari? quum tuum fuerit magis
 In Danaidum frequente multitudine,
 Hæc, æ qua quæ sunt, atque iusta, dicere.
 Vultis Pelasgi nauigare ad Ilium?
 Igitur uicissim sorte ducta, quarite,
 Cuius necari gnata oporteat: hoc enim
 Ex æquo ad omnes pertinebat, cæterum
 Haud par erat, te solum & unum ex omnibus
 Tuam Pelasgis immolandam filiam
 Præbere: siue fratris illud erat magis
 Menelai, ut Hermionem neci daret suæ
 Causa parentis, quippe ad illum proprie
 Res attinebat. nunc ego autem, quæ tuis
 Sancte fidem seruauerim connubijs,
 Gnata innocens orbabor: at contra soror
 Quæ casta pacis iura deseruit thori,
 Felix aget, reducemq; Sparta ad nœnia
 Ducet puellam. si quid horum perperam
 Dixi, refelle. sin probe ac recte mihi hæc
 Sunt dicta, ne tuam profecto filiam,
 Meamq; pariter impius dederis neci,
 Ita rectius consultiusq; feceris.

Chor. Pareto, nam profecto liberos decet
 Agamemnon incolumis tueri quemlibet,
 Nec ullus hæc mortalium refellerit.

Iphig. Orphea genitor, si mihi facundia
 Foret, ut liceret saxa cantu flectere,
 Comitescq; post me uoce petras ducere,
 Possẽmq; delinire dictis pectora,
 Meamq; trahere, quos uelim, in sententiam.
 Nimirum ego istis experirer utier.
 Nunc (quæ mihi una ars ac facultas suppetit)
 Præstabo lachrymas, quando solum id possumus,
 Tuisq; genibus corpus aduoluo meum

Supplex

Supplex, quod hæc tibi uentre progeniuit suo.
 Ne me puellam, æuicq; maturam parum
 Extinxeris. nam dulce cunctis coelicam
 Aspicerem lucem, cæterum quæ tartaro
 Tellus regit, ne me uidere adegeris.
 Ego prima te patrem uocaui, tuq; item
 Primam inter omnes me uocasti filiam.
 Ego prima quondam genibus infidens tuis,
 Atq; ea meo blande premens corpusculo,
 Gratas uoluptates frequenter inuicem &
 Dedi & recepi, ac paria mentis gaudia.
 Tuq; hæc, ut recordor, erat oratio.
 An est futurum gnata, ut olim te tui
 In ædibus nuptam beati, ac diuitis,
 Et sospitem uideamus, & sic, uti tuo
 Dignum est parente, commodis ac liberis
 In melius usq; pullulantes? Ad hæc ego
 Hanc tum uicissim orationem retuli,
 Hærens tuo pendensq; de mento, quod hæc
 Mea prehensum rursus attingo manu.
 Quid? an ego te uidero senem pater?
 An ego uicissim læta te excipiam meos
 Intra penates, ac tibi inuicem parens,
 Laboriosa nutriendi munera
 Aliquando referam, mutuuum te nutriens?
 Sermonum ego horum sum memor, uerū tibi in
 Obluionem abiere, meq; occidere
 Paras. At ne feceris per Pelopa, per
 Cineres parentis obsecratus Atrei,
 Matrem per hanc, quæ me labore plurimo
 Parturijt olim, ac denuo nunc parturit,
 Paribusq; rursus tenditur doloribus.
 Rei quid est cum Patridis, atq; Helenæ mihi
 Connubijs? aut unde in exitum is meum
 Venit parens? oculos age horum in me tuos
 Deflecte, & intuitum simulq; & basium
 Largire, ut isthuc pignus ac monumen tui
 Mihi ferre saltem fas fiet, si foris meis
 Flecti recuses obstinatus uocibus.
 Germane tu quidem pusillus & impotens,
 Tuis amicis es patronus, attamen
 Apud parentem, supplicem lachrymis age,
 Tua ne soror detur neci, nonnullus est
 Sensus malorum infantulis quoq; inditus.
 En supplicat tibi hic silentio pater,
 Age flectere, ac miserescere respectu mei,
 Moueatq; tete orbanda luce filia.
 En flagitant per mentum id abs te supplices,
 Duo tibi chari, atq; amore proximi,
 Puer alter, at subolefcit annis altera.
 Orationem in pauca conferam meam, ac
 Summam rei uerbo profabor unico.
 Aspectus huius lucis est mortalibus
 Dulcissimus. uerum profunda manium

Tom. I OOO 3 Haud

Haud ullus est, qui concupiscat cernere,
Nec mente sana est, quisquis exoptat mori.
Male uiuere autem fatius, ac mori bene.

Chor. Infausta, per te, perque nuptias tuas
Helene, heu dolor, miseranda prorsus incidit
Clades Atroidis, atque Atroidum liberis.

Ag. Equidem scius sum, quatenus miserescere
Conuenit, & idem, quatenus non conuenit,
Noui, meosque charitate liberos.

Prosequor, amo, aliam profectio infantiam,
Verum patrare hæc uxor arduum mihi,
Et non patrare durum & arduum est item,
Sed ad hoc agendum me trahit necessitas.

Quantus uidetis adsit hic exercitus,
Quæ nauticorum armata turba militum,
Quot bellicosi Græciæ magni duces,
Quibus negata ad Pergamam tratescio,
Ni te immolauero (augur uti Calchas ait)

Noui nec aliter Ilij uidelicet
Populata dabitur Marte tecta excindere,
Porrò tenet diuinus ardor quispiam

Omneis Achiuum copias, ut quam potest
Ocyllime, soluant rudentes littore, &
Ad barbarorum classe nauigent solum,

Vetentque, ne posthac quis ausit coniuges
Raptu procaci abducere Græcanicas,
Argis at hi meas necabunt filias,

Tum uos item & me, si quidem fraudauero
Oracla diuæ, postulantis uirginem,
Nec gnata frater subigit inuitum meus

Ad hæc, nec huius me trahit sententia,
Sed ipsa potius adigit horum Græcia,
Per quam necesse est, seu uelim, seu non uelim,

Tete immolare, parte at ist hac uiscimur
Necessitate, nec licet resistere.

Imò illa quantum in teque, meque filia
Statuenda libera, neque ferendum illud uiris
Græcis, uti per uim rapaces improbam
Legitima temerent barbari connubia.

Clyt. Hei mihi gnata, pro dolor hospita.
Hei me miseram, tui
Cædes exanimat, pater
Orco tradens te, fugit impius.

Iphig. Hei mihi mater, mater, siquidem
Hæc lugubris cantio nobis
(Sic fortunæ uisum) utrisque
Competit, haud phœbeæ posthac
Munere lucis, neque uitali hac
Vescimur auræ

Proh proh tectæ niuis rupes,
Atque Idæi Phrygiæ montes,
In quos olim Priamus tenerum
Pater infantem exposuit, matre
Procul amotum, uti morte periret,

Paridem quem quondam urbis Phrygiæ
Idæum plebes Idæum
Dixit, dixit.
Vtinam nunquam euenisset,
Inter Paridem montana bouum
Enutritum armenta bubulcum
Pellucentes colere ad lymphas,
Vbi nymphis gratissima sedes,
Liquidi fontes, prata ubi uernant
Passim, & picti floribus agri,
Murice tinctæ ubi lucente rosæ,
Purpureisque micant hyacinthi,
Carpenti ungue trium diuarum,
Quoque accessit pridem Pallas,
Gaudensque iocosa fraude Venus,

Proh proh tectæ niuis rupes,
Atque Idæi Phrygiæ montes,
In quos olim Priamus tenerum
Pater infantem exposuit, matre
Procul amotum, uti morte periret,

Paridem quem quondam urbis Phrygiæ
Idæum plebes Idæum
Dixit, dixit.
Vtinam nunquam euenisset,
Inter Paridem montana bouum
Enutritum armenta bubulcum
Pellucentes colere ad lymphas,
Vbi nymphis gratissima sedes,
Liquidi fontes, prata ubi uernant
Passim, & picti floribus agri,
Murice tinctæ ubi lucente rosæ,
Purpureisque micant hyacinthi,
Carpenti ungue trium diuarum,
Quoque accessit pridem Pallas,
Gaudensque iocosa fraude Venus,

Nec

Nec non Iuno, neque non uolucere
Iouis interpretis Maïæ proles,
Alite Cypri amore superba,
Hæc Pallas, Iuno marito
Ioue, qui ceptis diuim potitur,
Inuisum ad certamen formæ,
Atque arbitrium triste profectæ,
Quod mihi acerba peperit mortem,
Quanquam ea rursus Danais pariet
Aeternam famamque decusque.

Chor. Dilecta o mihi turba puella,
Delegit aris præferri uicissimam
Diana te, bello auspicio ad Ilium.

Iphig. Heu mater mea, pro genitrix,
Qui me progenuit pater
Idem me male destituitam
Perdit, pro ego tristibus
Fatis nata, uidens acerbam

Infaustamque Helenen, necor.
Diri conficior parentis
Dira cæde, utinam mihi
Portum classis in Aulidensem

Chor. Eheu Pelasgis mala uiris ingentia,
Lucius item ingentes parit fata Tyndaro.
Certe misertum est me tui, cui talia
Mala obtigerunt, prorsus indigna cui
Tantum malorum fors iniqua impingeret.

Iphig. Mater heu uirum cateruam adesse uideo cominus.
Clyt. Nempe & ipsum conspicias parente progenitum dea
Gnata, cuius huc ab Argis es profecta nomine.

Iphig. Mihi fores aperite famulæ, corpus ut cœlem meum.
Clyt. Ceterum quod gnata refugis?

Iphig. Nempe me prohibet pudor
Obtueri quisquis hic, quæ Graii Achille nominant.
Clyt. At quid hunc reuerere tandem?

Iphig. Quod parum uidelicet
Ista nobis auspicio cesserunt connubia.
Clyt. Noli in his, quæ nunc geruntur gnata te negocijs
Agere delicatâ. At hic maneto nobis, res enim hæc
Non pudorem postulat, nec exigit reuerentiam,
Si modo obtinere quouis quod agitur liceat modo.

Chor. Mulier heu male fausta, Ledæ gnata.
Clyt. Vera prædicas.
Chor. Inter Argiuos tumultus grauis & ingens prestrepit.
Clyt. Quis tumultus? indica mihi.
Chor. In periculum ueneram?
Clyt. Quod hospes in periculum?
Chor. Filia super tua.
Clyt. Nempe ne lapidarer.
Chor. Omen haud lætum elocuta.
Clyt. An ob id quod meæ tu filiæ
Tenderes seruare uitam?
Clyt. Nemo contradicit istis?
Achil. Ob istud ipsum scilicet.
Clyt. Sed quis audeat tum corpus manum contingere?
Achil. Vniuersa turba Graium.
Clyt. Cæterum nunquid tibi
Fida Myrmidonum manus suo aderat auxilio ducit?

Chor. Inter Argiuos tumultus grauis & ingens prestrepit.
Clyt. Quis tumultus? indica mihi.
Chor. In periculum ueneram?
Clyt. Quod hospes in periculum?
Chor. Filia super tua.
Clyt. Nempe ne lapidarer.
Chor. Omen haud lætum elocuta.
Clyt. An ob id quod meæ tu filiæ
Tenderes seruare uitam?
Clyt. Nemo contradicit istis?
Achil. Ob istud ipsum scilicet.
Clyt. Sed quis audeat tum corpus manum contingere?
Achil. Vniuersa turba Graium.
Clyt. Cæterum nunquid tibi
Fida Myrmidonum manus suo aderat auxilio ducit?

Chor. Inter Argiuos tumultus grauis & ingens prestrepit.
Clyt. Quis tumultus? indica mihi.
Chor. In periculum ueneram?
Clyt. Quod hospes in periculum?
Chor. Filia super tua.
Clyt. Nempe ne lapidarer.
Chor. Omen haud lætum elocuta.
Clyt. An ob id quod meæ tu filiæ
Tenderes seruare uitam?
Clyt. Nemo contradicit istis?
Achil. Ob istud ipsum scilicet.
Clyt. Sed quis audeat tum corpus manum contingere?
Achil. Vniuersa turba Graium.
Clyt. Cæterum nunquid tibi
Fida Myrmidonum manus suo aderat auxilio ducit?

Chor. Inter Argiuos tumultus grauis & ingens prestrepit.
Clyt. Quis tumultus? indica mihi.
Chor. In periculum ueneram?
Clyt. Quod hospes in periculum?
Chor. Filia super tua.
Clyt. Nempe ne lapidarer.
Chor. Omen haud lætum elocuta.
Clyt. An ob id quod meæ tu filiæ
Tenderes seruare uitam?
Clyt. Nemo contradicit istis?
Achil. Ob istud ipsum scilicet.
Clyt. Sed quis audeat tum corpus manum contingere?
Achil. Vniuersa turba Graium.
Clyt. Cæterum nunquid tibi
Fida Myrmidonum manus suo aderat auxilio ducit?

Chor. Inter Argiuos tumultus grauis & ingens prestrepit.
Clyt. Quis tumultus? indica mihi.
Chor. In periculum ueneram?
Clyt. Quod hospes in periculum?
Chor. Filia super tua.
Clyt. Nempe ne lapidarer.
Chor. Omen haud lætum elocuta.
Clyt. An ob id quod meæ tu filiæ
Tenderes seruare uitam?
Clyt. Nemo contradicit istis?
Achil. Ob istud ipsum scilicet.
Clyt. Sed quis audeat tum corpus manum contingere?
Achil. Vniuersa turba Graium.
Clyt. Cæterum nunquid tibi
Fida Myrmidonum manus suo aderat auxilio ducit?

Chor. Inter Argiuos tumultus grauis & ingens prestrepit.
Clyt. Quis tumultus? indica mihi.
Chor. In periculum ueneram?
Clyt. Quod hospes in periculum?
Chor. Filia super tua.
Clyt. Nempe ne lapidarer.
Chor. Omen haud lætum elocuta.
Clyt. An ob id quod meæ tu filiæ
Tenderes seruare uitam?
Clyt. Nemo contradicit istis?
Achil. Ob istud ipsum scilicet.
Clyt. Sed quis audeat tum corpus manum contingere?
Achil. Vniuersa turba Graium.
Clyt. Cæterum nunquid tibi
Fida Myrmidonum manus suo aderat auxilio ducit?

Chor. Inter Argiuos tumultus grauis & ingens prestrepit.
Clyt. Quis tumultus? indica mihi.
Chor. In periculum ueneram?
Clyt. Quod hospes in periculum?
Chor. Filia super tua.
Clyt. Nempe ne lapidarer.
Chor. Omen haud lætum elocuta.
Clyt. An ob id quod meæ tu filiæ
Tenderes seruare uitam?
Clyt. Nemo contradicit istis?
Achil. Ob istud ipsum scilicet.
Clyt. Sed quis audeat tum corpus manum contingere?
Achil. Vniuersa turba Graium.
Clyt. Cæterum nunquid tibi
Fida Myrmidonum manus suo aderat auxilio ducit?

Nunquam puppibus ærea, ille
lidens rostra solo appulisset.
Ventis o utinam secundis
Recta cursus ad Ilium
Vexisset celeres carinas.
Transuersis neque flatibus
In terramque ferentibus
Euripi exagitasset undas
Iuppiter, auras alijs alias
Placans, quo sua carbasa læt
Placitis uideat distenta Notis.

His immittere tristitia fuetus,
Hos ui cohibens, alijs donans
Soluere, cursumque tenere suum,
Alios cogens proferre moras.

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

His immittere tristitia fuetus,
Hos ui cohibens, alijs donans
Soluere, cursumque tenere suum,
Alios cogens proferre moras.

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

An non satis profecto
Calamitosum erat genus,
Calamitosum erat parum
Per se genus mortalium?
At quorsum erat necesse,
Sibi pestilens ut ipsi
Accerferent fatum uiris?

Achil. Imò primi hi præbuere semet aduersarios,
Atq; primi restitere.
Clyt. Occidimus eheu filia.
Achil. Mecq; dicebant amore uincier connubij,
Proin parum cõsulere Graiũ copiarũ cõmodis,
Quippe priuatis adacũ seruientem affectibus.
Clyt. Verum ad hæc quid retulisti?
Achil. Nempe quæ coniuix mihi
Fuerit antehac futura, nõn decere occidier
Clyt. Idq; recte es elocutus.
Achil. Quamq; iam fama mihi
Genitor ipse dedicasset.
Clyt. Quin & Argis insuper
Euocatam literis huc aduenire iusserit.
Achil. Cæterum clamore uictus abeo multitudinis.
Clyt. Nam malum isthuc impotens.
Achil. Tibi opitulabimur tamen.
Clyt. Cumq; multis dimicabis unus?
Achil. Hos ne conspicis
Adferentis arma?
Clyt. Dij precor, tibi adsint prosperi.
Achil. Ii quidem sunt adfuturi.
Clyt. Proinde gnata iam haud cadet?
Achil. Non profecto, me uolente.
Clyt. Sed adfuturus quispiam
Qui manum iniiciat puellæ?
Achil. Iam aderit innumerabilis
Militum caterua, porro dux Vlysses agminis.
Clyt. Sisyphi num nam propago?
Achil. At ipse ille scilicet.
Clyt. Nũ suapte autoritate isthæc agit, an ad munus hoc
Militum iussu uocatus?
Achil. Ipse sumpsit sibi uolens.
Clyt. Munus adsumpsit scelestum, cæde cupiens pollui.
Achil. Verum ego hunc prohibebo.
Clyt. Num nam ducet inuitam manu
Vicq; raptam?
Achil. Scilicet flauentibus tractam comis.
Clyt. Mihi quid inter hæc agendum?
Achil. Tu renitens filiam
Viribus retinebis.
Clyt. Hanc quidem quod ad rem pertinet,
Gnata non maclabitur.
Achil. Res huc uidelicet loct.
Iphig. At dictis meis iam mater aurem comoda.
Quippe iam dudũ absq; causa, nec merentẽ te tuum
Video succensam in maritũ, at illa quæ fieri haud queant
Neutiquam proclue nobis sustinere, ac uincere.
Igitur huic prompto, ac parato nos iuuare, gratia
Est habenda & approbanda pectoris propensio.
Cæterum tuum illud est uidere, ne quid copias
Tu quoq; irites, & hac ratione nihilo plus tamen
Explicemus, hic sibi ingēs interim accersat malum.
Quin magis quod cogitanti uenit in mentẽ modo,
Mater

Mater accipe, nam mori mihi certa stat sententia,
Verum id ipsum fortiterq; cumq; laude peruelim
Facere, porro animo relegans maleuolentiam meo.
Nunc age hoc mecum parens communiter confydera,
Nostra quàm sit recta ratio, quam tibi iam proferam.
Græciæ primum illa tellus, quæ quidem est amplissima,
Respicit in me tota, & ex me mille cursus nauium
Pendet, ex me gentis una excidia pendent Iliæ,
Et situm in me, si quid olim fors nocere Barbari
Apparabunt, uim ferentes foeminis nostratibus,
Ne sinantur nobiles, ditescq; raptu abducere
Coniuges e Græcia, simul atque pœnas penderit
Troia Graijs debitas Helenes abacto nomine,
Quam quidem Priameius ille rapuit abductam Paris.
Hæc profecto cuncta redimam morte (si cadam) mea,
Tum decusq; & celebre nomen hinc mihi parabitur,
Quippe quæ meopte capite liberarim Græciam.
Nec uidelicet meæ me conuenit dispendio
Admodum uitæ moueri, quando me communiter
Omnibus peperisti Achiuis, non tibi uni proprie.
Deinde tot uirorum in armis constituta milia,
Totq; milia classe tanta horum profecta, nomine
Patriæ læsæ, haud ferenda, præter æquum iniuria,
Prompta sunt patrare sese dignum in hosteis quippiam.
Denique & pro uindicanda mortem obire Græcia,
Vnius mea uita porro obliſet istis omnibus,
Quo minus fiant, in hac re quæso utrum sit æquius?
Nunquid est aduersus ista quod queamus dicere?
Verũ age hinc ad illa iam ueniamus, huncce neutiquam
Conuenit, cunctis Achiuis unius mulierculæ
Gratia contendere armis, luceq; priuarier.
Præstat unicus uir, estq; lucis huius munere
Dignior, quàm multa sanè foeminarum milia.
Deniq; hoc Artemidi, si fors uisum ita, ut meum caput
Postulet sibi uindicare, quæso te, num nam deæ
Ipsa mortalis manum fefellerit, aut suffugero?
Id quidem sperare stultum, dedo corpus hoc meum
Græciæ, proin immolate, Marte Troiam excindite.
Hæc enim monumenta uiuent tempus in longum mei,
Hiq; gnati, nuptiæq; meiq; nominis decus.
Denique æquum est nos Achiuos imperare Barbaris
Mater, haud contra Pelasgis imperare Barbaros.
Quippe nata est seruituti Barbarorum natio,
Cæterum Graiũ genus natura statuit liberum.
Chor. Ad te quidem quod attinet iuuencula,
Isthoc beata es tam uirili pectore, at
Ex parte fortis, ac deæ felix parum.
Achil. Agamemnonis generosa proles, coelitum
Aliquis profecto me beatum fecerit,
Si te mihi liceat potiri coniuge.
Ac te simul felicem opinor Græciam,
Et te tua felicem opinor Græcia.
Tua nam proba est, & gente digna oratio,
Vt quæ reculans cum deis lucrarier.

Id quod

Id quod tuis scis esse maius uiribus,
 Perpenderis. factio quid usus, & simul
 Præfens quid ista postulet necessitas.
 At me tui, magis ac magis connubij
 Rapit cupido, mentis indolem tuæ
 Dum specto. nam generosa es, atque strenua:
 At tute tecum quid uelis, confydera.
 Siquidem ipse de te bene mereri peruelim,
 Domumq; ducere coniugem, ac pectus meum
 Male angat, ipsa testis est mihi Thetis,
 Nisi te neci subduxero, ac seruauero,
 Danais resistens ui, manumq; conferens.
 Hæc confer, ingens mors & atrox est malum:
 Iphi. Loquor hæc profecto mentis ex sententia,
 Nec ullius permota respectu uiri,
 Bella ciet autor, atque cædes Tyndaris
 Viris cruentas, corporis specie sui.
 Verum hospes, obsecro neu mea tui gratia
 Cæsus cadas, ne ue trucidés quempiam,
 Quin me sinas seruare Græciam precor,
 Modo id situm in me, & quolibet liceat modo.
 Achil. O mira rari pectoris præsentia.
 Nequeam profecto aduersus ista dicere
 Diutius, quando hæc tuo sententia
 Animo sedet. si quidem mihi uidetur &
 Generosa, & eccellente digna stemmate.
 Quid enim uerebor, uera quæ sunt proloqui:
 At fors futurum est, mentem ut istam pœnitens
 Mutes, proinde uti scias, quæ dixerim,
 Præstare promptum, ueniam & arma hæc cominus
 Deponam ad aram, quo fiet si forte opus,
 Non te sinam, imò ui uetem necarier.
 Nostrisq; fors utere tum sermonibus,
 Simul ac tuis conspexeris ceruicibus
 Ferrum imminere. proinde nequaquam sinam
 Tua perire uirgo te socordia.
 Quin hisce potius templa & aras numinis
 Armis adibo, tuamq; ibi præsentiam
 Operiar, aduentum puella manens tuum.
 Iphi. Quid obtices, o mater? ac silentio
 Manantibus genæ rigantur lachrymis?
 Clyt. Hei misera, causa fat mihi est idonea,
 Quæ debeam dolere, & excruciarier.
 Iphi. Animum adde nobis potius, & frangi ueta,
 Ne pectoris minuïto mi constantiam,
 Atque his mihi in rebus parens morem gere.
 Clyt. Dic quando nullo filia in negocio
 Nos te precantem iusta defraudabimus.
 Iphi. Ne tu capillis igitur euullis comam
 Laniaris, aut pullos amictus sumpseris.
 Clyt. Isthuc quid ais, o gnata quum pereas mihi?
 Iphi. Minime profecto, salua sum. per me tibi
 Famæ perennis ueniet inclytum decus.
 Clyt. Cuiusmodi hoc est quod mones? an obsecro

Non

Non conuenit lugere mortem me tuam?
 Iph. Minime, sepulchrum quando nec statuent mihi.
 Clyt. Quid? an sepulcri non fat est occumberer?
 Iph. Etenim ipsa, diuæ maximo natæ Ioue,
 Mihi futura templa monumenti loco,
 Clyt. Age gnata in istis nunc uoluntati tuæ
 Morem geram, quando ipsa dixisti probe.
 Iph. Vtpote beata, ac bene merens de Græcia.
 Clyt. Sed quid tuis renuncio sororibus?
 Iph. Ne quando pullis membra uelent uestibus.
 Clyt. Virginibus autem quod libenter audiant,
 Quid me tuo iubes referre nomine?
 Iph. Feliciter iubeas ualere, & hunc mihi
 Alas Orestem, ut exolescat in uirum.
 Clyt. Complectere, hoc uisura postremum die.
 Iph. Germane cordi unus meo charissime,
 Vt cunq; tu pro uiribus certe tuis,
 Tuæ sorori es optulatus sedulo.
 Clyt. Est aliud, Argis quod uelis curarier,
 In quo queam tibi facere gratum filia?
 Iph. Meum parentem, coniugem genitrix tuum
 Ob ista quæso facta nequid oderis.
 Clyt. Isti tua multum laborum gratia
 Exhaustendum, atrocisq; certamina
 Subeunda.
 Iph. Verum inuitus hic me perdidit,
 Consulere quærens dignitati Græciæ.
 Clyt. Atqui uolens si faciat isthuc, aut dolo,
 Et indecore faciat, & parum Atreo
 Dignum parente.
 Iph. Me quis hinc deduxerit
 Mihi prius quàm tracta lanietur coma?
 Clyt. Ego te sequar.
 Iph. Faxis caue, neq; conuenit.
 Clyt. Tuis adhærens uestibus.
 Iph. Mihi o parens
 Obtempera, mane, decorum enim id magis
 Mihi tibiq; cæterum me quispiam
 Ex his ministris patris, in pratium deæ
 Artemidis hinc deducat, ubi mastrabimur.
 Clyt. Discedis eheu gnata.
 Iph. Scilicet, neq;
 Reditura rursus abeo.
 Clyt. Matre uidelicet
 Numnam relicta?
 Iph. Nempe sic, uti uides,
 Indigne, & immerenter.
 Clyt. Ah mane obsecro,
 Ne gnata ne me deserat.
 Iph. Haud te sinam
 Stillantibus uexare lachrymis genas. Iph. Ducitote me Ilij
 At uos puellæ Artemidi filia Iouis Diruendis mœnibus
 Pæana canite, de nece, atq; obitu mei Phrygiusq; perdomandis
 Bene ominantes, tū Pelasgis omnibus Destinatum uiciumam.

Serta

Serta texta porcite,
Comisq; uincendis
Ferte frondeis, ac pijs
Irrigationibus,
Fontibusq; sacris,
Deuocate in ædem,
Deuocate in aram,
Heram Artemim potentem,
Artemim beatam,
Vti meopte sanguine
Capitisq; cæde nostri,
(Quando hoc ita est necesse)
Fata placem numinum.

Chor. O ueneranda,
Veneranda parens,
Quomodo tibi debitas
Impertiemus lachrymas?
Nam nefas, neq; conuenit
Miscere sacra fletu.

Iph. O sodalium
Turba dulcis uirginum,
Artemim communibus
Celebrate cantilenis,
Quæ croco rubentia
Carpenta ducit urbi
Aduersa Chalcidensi,
Vbi bellicæ feruent trabes
Nominis causa mei.
Nempe hic reductis portuum
Aulidis secessibus,
Io parens tellus,
O pelagica,
Mycenæq; nostri altrices.

Chor. Urbem uocasti Persei
Cyclopio labore,
Manibusq; fabricatam.

Iph. Profecto lumen ingens
Aedidisti Græciæ,
Haud quidem abnuo mori.

Chor. Tua nanq; tete gloria
Nullo relinquet tempore.

Iph. Io Io,
Phœbea fax diurnæ
Vestrix amica lucis,
O dulce lumen ætheris
Alterum mox alterum
Exigemus æuum,
Orbem alterum incolemus,

Trepidamq; misere, diro & attonitam metu.
Num tu mihi aliam calamitatem quampiam
Adfers ad hanc, quæ nunc adest? Num. De filia
Tua stupenda nuncabo iam tibi, &
Portentuosâ. Clyt. Proinde ne cunctere, sed
Expone rem, quantum potes celerrime.

Oblanda lux iam mihi uale.
Chor. Heus heus.
Iambica dimetra, acatalectica, mixta
catalecticis & acephalis.

Speciate euntem uirginem,
Troiana per quam Pergama
Deuicta subruentur.
En comante uertice
Serta gestat frondea
Iniecta militum manu.
Mox uirginis deæ
Aræ dicatum cespitem
Sacra scatente lymphæ,
Manantibusq; riuus,
Purpurante aspergine
Cruoris irrigabit,
Candido de corpore
Ceruice quum resecta,
Procumbet ac feriet solum.
Patria te manent sacra,
Te manent Pelasgum
Vniuersæ copias,
Classe quæ desiderant
Phrygios adire muros.
Quod quidem ut feliciter,
Fausceq; cedat illis,
Agite prognatam Ioue
Inuocemus Artemim.
Semper colenda diua,
Humana cui placent sacra,
Da militi Pelasgo
Appellere Phrygium in solum,
Perfidæq; Troiæ
Sedes adire sacras.
Da uictorem Agamemnonem
Victrice cum caterua,
Pulcherrimum triumphum
In Græciam referre,
Lata uincientem
Inclytæ tibi tempora
Victoriæ corona,
Laude parta nominis
Quod usq; uiuat, & quod
Nullis senescat unquam,
Intercidatue seclis.

Num. Prodito tectis patre Tyndareo fata,
Quo dicia cognoscas Clytemnestra

Clyt. audita meme uox exciuit foras (mea

Quin

Quin o mihi regina dilectissima,
Rem prorsus omnem luculenter audies.
Ex ordine autem cuncta narrabo, nisi
Si quid memoriæ lapsus, errantem mihi
Inter loquendum linguam item turbauerit.
Vt igitur in lucum deæ peruenimus
Artemidis, atque in florulenta prata, ubi
Aderant Achiuum conglobatæ copias,
Tuam cateruis prosequentes filiam,
Glomerata coisse ilico Argiuum phalanx.
Simul atque porro ductor Agamemnon uidet
Mox immolandam in lucum euntem uirginem,
Gemitum profundo ducit altum pectore,
Retroq; flexo uultu, amaras lachrymas
Profudit oculis, ora uelis obtegens.
At illa patri proxime assistens suo,
Hoc elocuta est: o parens, adsum tibi,
Et hocce corpus pro salute patriæ,
Proq; uniuersa Græcia trado uolens,
Vt immolandum hinc ad dicatas numinis
Ducatis aras, quando diuum oracula
Ita canunt, prorsum quod ad me pertinet,
Et rem geratis bellicam feliciter,
Lætæq; uobis præmium uictoriæ
Cedat, proinde illud precor, ne clanculum
Mihî Pelasgum quispiam admoueat manum.
Nihil relucians colla porrigam, ac uolens.
Atque hæc quidem est effata, cæterum stupor
Omneis capit, robur tuentis uirginis,
Et uirginis animi celsitudinem.
Talthybius autem, cuius hæc partes erant,
Média Pelasgorum inter astans agmina,
Bene ut omittentur, copijs denunciât,
Linguisq; faueant, deinde fatidicus celer
Calchas, in auro intermicantem sportulam
Nudans, & è loculis acutum proferens,
Imponit enseni, ac uirginis statum caput
Sertis reuincit frondeis, tum Peleo
Aeditus Achilles, sportulam gestans sacram,
Sacrasq; pelueis celere cursu, numinis
Obibat aras, simul & hæc precatus est.
Artemi ferarum magna domitrix, ac Iouis
Veneranda proles, quæ nitentem luminis
Blandi facem alto noctium silentio
Vestire solita es, placida sume uictimam hanc,
Quam tibi damus, simul Pelasgum exercitus,
Simul & Agamemnon imperator agminum,
Intaminatum sanguinem, qui uirginis
Pulcherrimæ manabit ceruicibus,
Ac dextra classi prosperum cursum annue,
Liceatq; nobis Marte capere Pergamam.
Stant inter hæc fratres Atridæ, omnisq; item
Exercitus, solo tenentes lumina.
Atq; ibi sacerdos, ense correpto manu,

T. 1.

PpP

Rite

Rite est precatus, deinde dispicit loeum,
 Quam commode iugulum feriret uirginis.
 Mentem mihi haud exiguus occupat dolor,
 Stabatque moestus ora defigens solo,
 Oculosque pronos, caeterum subito noua
 Visusque mira res ibi accidit, sonum
 Plagae per auras nemo non sensit palam,
 Porro puella, nescio quonam loci
 Euanuit subducta, tum uocem stupens
 Tollit sacerdos, turba Graeum exercitus
 Adclamat uniuersa, dum quoddam uidet
 Mirabile ostentum a deorum quopiam
 Conspectibus spem praeter obiectum suis.
 Quod credier nequiebat, ac ne tum quidem,
 Oculis ubi coram pateret testibus.
 Siquidem iacebat cerua palpans humi,
 Visenda uasti mole mira corporis,
 Specie decenda insignis, ac spectabilis,
 Cuius cruore imbuta numinis affatim
 Vndabat ara, proinde Calchas interim
 Quantum putas gauisus, haec effatus est:
 Huius Pelasgum principes exercitus
 Communis, hanc coram uidetis hostiam,
 Altaribus quam diu suppositis suis,
 Ceruam uolucrum, en hancee uirginis uice
 Amplectitur libentius, ne quid suas
 Commaculet aras nobilis uirgunculae
 Caece cruenta, & hocce consulit uolens
 Boni, accipiteque, ac prosperos per aequora
 Vndosa cursus annuit nobis, uti
 Priameia liceat classe adire pergama,
 Quapropter omnes classe uecti milites,
 Animum bonum, fiduciamque sumite,
 Ac petite naueis, hoc enim nobis die
 Curuis relictis portuum secessibus
 Aulidis, aranda Aegaea ratibus aequora,
 Ut penitus autem uictima est Vulcaniis
 Exusta flammis, tum precatus prospera est
 Sacrificus, ut reditus sequundus ab Illo
 Victricibus domum daretur copiis,
 At me tibi transmisit Agamemnon, uti
 Haec nunciarem, ac certiore redderem,
 Ipsi deum quid accidisset numine,
 Et ut pararit sibi per omnem Graeciam
 Famae decus, quod nulla prorsus secula
 Obliterabunt, ast ego uidelicet,
 Quod ipse praesens his & oculis uiderim,
 Id narro, proles ad deum consortia
 Tua subuolauit, proinde quod reliquum est, age
 Istam remittas mentis aegritudinem, ac
 Tuo marito desinas irascier.
 Inopta diuum fata, quosque diligunt,
 Seruant, hic unus filiam mulier tuam
 Es mortuam conspexit & uiuam dies,

Vt ista

Cho. Ut ista uolupte est, tibi ferentem nuncium
 Audire, porro caelium in consortio
 Transigere uitam pignus affirmat tuum.
 Cly. Quis te deorum gnata rapuit?
 Qui te compellabo rite?
 Quid dicam, aut quid suspicer, an ne hoc
 Mihi frustra blanditier his uerbis,
 Tristi ut luctu tui desistam?
 Cho. Atqui huc Agamemnon uenit ductor,
 Vnde haec ipsa possis audire.
 Aga. Vxor, beati filiae causa sumus
 Foran futuri, quippe certum est, caelium
 Illam in deum manere contubernio.
 At tibi puello hoc pariter abducto, domus
 Reperenda, siquidem ut nauigare copiae
 Properent uides, ualetio colloquar diu
 Troia reuersus, & interim tibi sit bene.
 Cho. Felix Atrida terram ad Phrygiam,
 Felix redito,
 Mihi pulcherrima abs Troia spolia huc reportans.

EURIPIDIS IPHIGENIAE FINIS.

DES ERASMVS ROTERODAMVS

OPTIMAE SPEI ADOLESCENTI IOANNI MORO S. D.



PRO xeniolis uestris, ne pro tot amicis epistolis nihil om-
 nino uidear reponere, suauissime Ioannes, mitto Nucem: ne sper-
 ne munusculum, sane quam eleganter, nimirum Ouidianam. Quan-
 quam alioqui minus nec omnino pusillum mittere uideri possit, qui
 totam mittit arborem: nec uile, qui tam facundam. Ne uero mireris
 apud Ouidium loqui Nucem Latine, quum apud Lucianum tam di-
 serte litigent uocales: apud Homerum loquatur Argos nauis, idque
 carmine. Tantisper igitur dum haec legis, esto Pythagoricus, ut cre-
 das & arboribus animum esse, linguam addidit Naso, uel reddidit potius. Nam & olim
 in Dodona quercus aedebant oracula. Mihi tametsi iam pridem ab hoc genere studio-
 rum alienissimo, libuit carmen tam festiuum & eruditum, addito commentariolo, com-
 mendare studiosis. Nec me fallebat fore, qui protinus succlamarent plane iuxta Graeco-
 rum uetus prouerbium, *ἡνελιμπαυδα νεροντα* redisse ad nuces. Ego sane nec pueris
 inutile, nec seni cuiquam indecorum arbitror huiusmodi nucibus ludere, talisque laxamento
 ingenij lassitudinem, ex serijs studijs contractam, reficere. Ceterum quid alij dicant, non
 magnopere laboro. Tibi, mi Ioannes, persuasum esse uelim, praclarum artificem ubique
 sui similem esse, seu colossum fingat, seu semipedalem statuam, siue Iouem pingat, siue
 Theritem, siue aeri, uulgarique saxo insculpat imaginem, siue gemmis aut auro, nisi quod
 in materia uili minutaque maior est artis admiratio. Laudata est Nasonis Medea, sed ui-
 debis & in Nuce Nasonem esse. Illic materia suppeditabat eloquentiam, ac bona pars
 laudis erat decidenda Graecis, qui toties tractarant idem argumentum. Hic quicquid est
 laudis, ingenio poetae debetur. Equidem non sum is, qui soleam de eadem fidelia plures
 dealbare parietes, attamen & tu candidus uideberis, & ego minus ingratus, si nucem
 hanc, cuius fructum natura fecit in quatuor partes secilem, si minus placet arborem fin-
 dere, Margaritae, Elizabethae, Ceciliae, dulcissimis sotoribus tuis, & harum sodalitie feli-
 ci Gygiae uoles esse communem, quae me toties epistolis suis lacessunt, tam sanis argu-
 tisque sensibus, tam casta Latinitatis, ut his nostris aegre persuadeam ipsarum Marte con-
 fecias, quum id habeam compertissimum. Proinde quorsum attinet hortari te mi Ioan-

Tom. 1

PpP 2 nes

Militat omnis amans, & habet sua castra cupido,
Attice crede mihi, militat omnis amans.

In nonnullis epistolis & elegijs obscurior est propositio, sed tamen nusquam non subest. Verum non hic tantum affectavit perspicuitatem Ovidius, uerum in omnibus felicissimam illam facilitatem quam in Cicerone mirantur omnes, uix quicquam in oratione soluta feliciter est amulatus, Ouidius in carmine praestat. Ne tamen expectes in omni poemate propositionem. Dramaticum enim genus non recipit propositionem, hoc est, in quo personae tantum loquuntur. Exegematicum aut mixtum recipit, & ideo rara est propositio in Satyris, quoniam in ueteris comediae locum successerunt. Nec in eclogis temere reperies, quantum est in Vergilianis;

Triplicis generis
Dramaticum
Exegematicum
Mixtum

Pastorum Musam Damonis & Alphesiboei. Similiter apud Theocritum.

ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλωνίῳ, ἔπειτα τὸν Ἐρωτῆ, quod poematis genus mixtum sit. Nec enim idem licuisset in Tityro Maroni, aut in Thyrside Theocrito. Rursum apud Horatiū in Satyris:

Hoc quoque Tiresia praeter narrata petenti Responde &c.

Eclogis ex more Comicorum personae nomen tituli uice praepositur. Plato, & hunc imitatus Lucianus in dialogis gemino utuntur, altero a personis sumpto, altero ab argumento: Ἰσογίαις, ἢ περὶ ἱστορικῶν. Τόφαις, ἢ περὶ φιλίας. Verum iam tempus est, opinor ut Nuxem ipsam audiamus suam causam agentem, si prius illud monuero, artis esse, sic propositione summam rei proponere, ut cohaereat cum his quae sequuntur, ac pars argumentationis esse uideatur.

Tituli Platonici

Nux ego iuncta uia, quum sim sine crimine uita,
A populo faxis praetereunte petor.

Nullus titulus uel in oratione libera potuisset dilucidius explicare summam argumenti. Praeterea habet haec quamlibet breuis propositio, multas circumstantias admixtas, quae partim faciunt ad probationem, partim ad affectum; Nux habet personae significationem. Nam quum sint multa nucis genera, luglandem loqui progressus indicat. Iuncta uia) Circumstantia est unde populus sumebat argumentum sibi licere quod faciebat. Rursum quum sim sine crimine uita, circumstantia est, reddens iniuriam atrociorē. Est altoquin ius agentis di iniuriarum etiam illi, qui laesit iuriā. Velut si qui conuicio laesit ius est, consuetudine praeferat uxorem eius a quo laesit ius est. Tertia circumstantia, faxis petor, qua poena, nulla crudelior. Quarta a populo. Atrox enim crimen esse oportet, quod non expectata iudicis sententia, neque carnificis opera, publicis manibus uindicatur. προσονομασίαν in duabus uocibus uia & uita non arbitror affectatam a poeta, sed quemadmodum multa solent, ca su excidisse. Sine crimine.) Aptius dixit, quam si dixisset, quum sim uita inculpata. Quum enim grauius sit crimen quam culpa, ἐνέγκλητος dicitur, qui nihil admisit ob quod in ius uocari possit; hoc enim Graecis sonat ἐγκλήτης, unde ἐγκλημα. Nam quod nos errorē uocamus. Graeci uocant ἐμάρτημα, quod fere per imprudentiam committitur. Nec semper apud Latinos error in uitio est, nec apud Graecos ἐμάρτημα. Cui similitudine est σφάλμα, quem nos lapsum dicere possumus. Nam πλῆμμελα, per incuriam & incogitantiam admittitur, dicta a πλάττω, uidelicet quod posteriore cura, quae proverbio dicitur melior, sit sarcida: uel uti μετανοία a μετανοεῖν. Porro nobis delictum dici uidetur, ubi praeteritum est officium. Videtur & ἀμπλάκημα leuius, inde dictum, quod inuoluat hominem. Ἀδύνημα generale nomen est, quemadmodum & ἀνομία, nisi quod ἀδικεῖν dicitur, qui iniurius est in alium. Ἀντία nobis aptissime reddit culpam, uox communis ad crimen, ob quod quis merito possit uocari in ius, & ad leuiorem iniuriam, cui sufficit expositio. Unde ἀτις dicitur, qui fuit in culpa, ἀνοίσις, qui non est in culpa; & ἀτις dicitur etiam is, qui priuatim inculpat. Crimen autem dictum uidetur a Graeca uoce λήνη, siue Latina cerno, unde & discrimino. Ne repetam hic, quod Laurentius Valla monet, non semper esse in scelere, qui est in crimine; quomodo non statim nocens est, quisquis reus est. Nam crimina nostra dici possunt, quae scelera nostra dici non possunt, quod obiecta sint, non admissa. Sic igitur argumentatur iuglans. Si quod facinus admissem supplicio dignum, eram in ius uocanda, et de conuicta iuxta leges erat sumendum supplicium. Nunc quum sim innocens, atrocissimo supplicio sequitur in me, neque conuictam neque damnatam, Idcirco a populo praetereunte

te, cui uiam publicam non impedio, cum sim iuncta uia. Iunctam uocat contiguam.
Obnuere ista solet manifestos poena nocentis,

Publica quum lentam non capit ira moram.

Apud Hebraeos lapidabantur, qui conuictum protulissent in deum. Apud Romanos leges non porrigebant populo ius lapidandi, sed in manifestis & atrocibus admissis, conuictus ad iustum populi furorem. Seditionis enim est, non iudicij quod ait ille:

Iamque faces & saxa uolat, furor arma ministrat. Ita duplici nomine peccat populus, & quod praeter leges fauit atroci supplicio, & quod in innoxiam. Lapidari dicitur liber aut sententia, quae populi conuictis impeditur, quemadmodum exhibetur aut exploditur. Porro nocentes substantiue, positum est pro fontes, unde additur manifestos. Nam altas adiectiuum est pro noxio. Ouidius: Nocens ferrum, ferroque nocentius aurum.

Et obruitur proprie, qui ut, qui subito, qui multitudine opprimitur. Lentum autem dicitur, quod flexile est: & lentum, quod tardum & cessans. Nec ineleganter capit, dictum est pro fert. Quomodo autem hoc distichon exaggeratio est propositionis, ita quod sequitur exaggeratio est huius:

Nil ego peccaui, nisi si peccare fatemur,
Annua cultori poma referre suo.

Crudele est scire in innocentē, sed multo crudelius in benemerentem. Sumitur autem argumentum ex fine qui Graecis dicitur ὄρος, & tractatur per ἀπὸ τοῦ, cui finitimum est ἐδύνατον. Assumitur enim id quod per se statim absurdum apparet, ut eo reiecto, probetur quod proponitur. In fine mutatur uocabulum, nonnunquam & utraque finitio explicatur: Si prodit principem, qui ad ea impellit, quae & ipsius dignitatem laedunt, & Reipublicae salutem offendunt: & si fidelis est principi, qui suadet ea, quae dignitatem & estimationem boni principis conseruant apud optimos quosque, quaeque pertinent ad incolumitatem Reipublicae, proditor appellari non possum, nisi proditor est, qui fideli consilio prodest & principi & Reipublicae. Si bona fide quotannis referre cultori fructus, fidelis est & beneficentia non peccauit, nisi peccat, qui iuuat. Id si dictu absurdum, mihi sit insignis iniuria, quae lapidorum ob beneficium. Si color ob spem fructus, quum ob eandem causam lapidatorum Argumentum a repugnantibus. Ludit autem Poeta nimirum in argumento ficto ludicrius. Nam alioqui quod Nux iniuriam uocat, prodest ad fertilitatem. Etenim si nuxes peticis decutiantur, copiosius proueniunt in proximum annum, quam si decerperentur. Quemadmodum & crocum & linum & foenum Graecum, & quaedam alia feliciter proueniunt ob illatam iniuriam, ut tradidit Plinius. Quia et hodie mos est apud rusticos quosdam nucem hanc obuinctam glumeis uinculis, fustibus tundere. Ita putant reddi fecunditatem. De oliua diuersa lex olim erat lata, oleam ne stringito neue uerberato, propterea quod etiam si arundine leui ictu decutiantur oliuae, tamen arbor ob eam iniuriam alternat fructus. Porro iuglans numeratur a Plinio inter eas arbores, quae inferne sunt fecundiores, et ob hoc magis obnoxie iniurijs. Similiter & arbutus, fici & mariscae. Plinius libro decimo sexto, capite uigesimo octauo. Hic festiuiter per occasionem tractat locum morem, ostendens non esse mirum, si arboribus nunc damno est sua fertilitas, quum idem usu ueniat in foeminis.

At prius arboribus, tunc quum meliora fuerunt
Tempora, certamen fertilitatis erat.

Facete humanum affectum affingit arboribus. Pertinet autem et ad hoc, ut qui mores publicos inculcant, de suo querantur seculo, & exempla probitatis repetant ex praecis. Qui certant, utique de laude certant. Quis autem certat, nisi proposito praemio. Praemium autem certantium praecipue, laus est. Tolle honorem, & frigebit certamen, multo magis si in locum honoris ac lucri succedit damnum & ignominia. Quemadmodum igitur maritis imputat uxorū fertilitatem, quod malint formosas, quam fecundas: ita cultoribus imputat arborū fertilitatem, quod ad inanem uoluptatem colant potius, quam ad usum.

Tunc domini memores fertis ornare solebant
Agricolae fructu praeuiente deos.

Olim quæq; arbor suo deo sacra erat, in cuius tutela credebat esse, uitis Baccho, olea Mineræ, pinus Cybelæ, esculus Iouis, populus Herculi, laurus Apollini, myrtus Veneri, atq; ita ferme de cæteris; neq; est hic otium reddere rationem, quã ob rem antiquas alias arbores alijs dijs cõsecratis, etiã si non dubito, quin aliquã rationem physicã in his sequuta sit. Memores aut absolute dixit, pro gratos. Alioq; dicimur et iniuriæ memores. Fructu puenientẽ dixit præcocem, quod ante legitimũ tempus proueniat, nisi forte legendũ est proueniẽte. Certe primi fructus, quos hinc Latini primitias appellat, Greci *ερωπυες*, dijs cõsecrabantur, quo uidelicet in proximũ annum augetur etiã arborũ fœtura. Hebræi faciẽbant idem in fœtu masculino, quem primũ ædidisset uxor, sperantes pro hæc pterate prole copiosiorẽ futuram. Quanc; hoc distichon non simplicẽ habet amphibologiam. Potest enim hic accipi sensus. Agricola, id est, coloni, memores domini, à quo locatũ habent agrum primitias fœtuum offerunt dijs: quasi coloni pietas profit etiã domino. Potest & hic esse sensus, ut domini agricolæ legatur cõiunctum, & intelligamus olim eosdẽ fuisse dominos & agricolas, donec uiri nobiles sibi decorum existimabant agros colere. Deniq; potest et tertius accipi sensus, ut intelligam dominos fundi primitijs ex fructibus, qui prouenissent opera agricolæ, solitos honorare deos. Facit & illud ad amplificandam lapidantium iniuriam quod fœcunditas deorum sit munus, ut in iniuria sublit impietas.

Sæpe tuas igitur Liber miratus es uuas,

Mirata est oleas sæpe Minerua suas.

In his ueribus potest accipi duplex sensus: Alter erit, deos miratos fructum præcocem, Alter erit, miratos copiosum prouentum. Verum hic sensus mollior erit, si *νεπετα ουπευδορ* *χρη*, per Liberum intelligas uitem, per Mineruam oliuam. Est autem iucunda catachresis, *νεπετα ουπευδορ*. Sic & Vergilius de arbore gerente ramos inuitos:

Miraturq; nouas frondes, & non sua poma.

Quod subito personam secundam mutauit in tertiam, carminis ratio postulat: quod uerbum es, sit breue. Quanc; in secundã persona non nihil iucunditatis habet Apostrophe.

Pomaq; læsissent matrem, nisi subdita ramo

Longa laboranti furca tulisset opem.

Quod uitis alligatur, stirps inualida, flexilesq; palmites sunt in causa, & haud scio an unq; hoc eueniat in oleis. Verum in malis ac piris uidemus hoc frequentet usu uenire, ut tota arbor grauata pondere fœtuum, laborare uideatur, nonnunq; etiã scindantur rami. Sic Ouidius:

Aspice curuatos pomorum pondere ramos,

Vt sua quod peperit, uix ferat arbor onus.

Furcis autem suppositis fulciuntur rami impares oneri. Quin isdem admotis nonnunq; corriguntur stirpes aut rami aliõ uergentes, q; oportet. Inde Flaccus:

Naturam expellas furca, tamen usq; recurrat.

Eleganter dixit Laboranti. Laborat qui operatur. Non laborat qui non curat. Laborat qui egrotat. Laborat qui periclitatur ob rei difficultatem. Veritas sepe laborat, nunquam opprimitur. Iuuenalis:

Vna laboranti poterit succurrere lunæ.

Ad *νεπετα ουπευδορ* facit & illud, quod ait: poma læsissent matrem. Miserabile est, puerperam in partu periclitari: & quoniam communi sensu fauetur fœcunditati multos fœtus simul ædentium: maior est miseratio erga eas, quæ pereunt ob partum numerosum. Numerosissimus aut est fœminæ parienti quinq;. Quanc; in annalibus atq; etiã monumentis Hollandicis extat, unam uno partu enixam trecetos sexaginta quinq; uiuos fœtus, & omnis fuisse baptizatos. Extant annales, extat monumentum cum inscriptione nominis. Extat pictura. Erat aut eomes Hollandiæ. Tantula ditio tunc erat contenti principes. Ostenditur et collis monasterio, in quo sepulta est, uicinus, ubi palatiũ habebat. Et miramur per astutos quosdam absurda quædam esse persuasa rudi mundo, quum talibus fabulis sit habita fides, apud simplicem gentem, rudi seculo. Quanc; in his leuior est pernicies. Sunt alia persuasa similibus technis, quæ Christum nobis propemodum extinxerunt.

Quin

Quinetiam exemplo pariebat fœmina nostro,

Nullaq; non illo tempore mater erat.

Exempla à brutis animatibus & rebus inanimis ducta, pondus habent. A fœmina per me dios ignes accurrat ad fœtum. Proinde turpe est matrẽ negligere liberos. Cœlestia corpora seruant cursum à deo præscriptum. Turpe est homini non parere iussis diuinis. Arborea instinctu naturæ prorogant suum quæq; genus, damnãda igitur ascita uoluntariãq; sterilitas. Semp̄ enim exẽpla imparia uehementius mouent, ueluti quod à fœmina ad uirum, à puero ad senem ducitur, aut contrã. Nam imparitas sita est, non in persona tantum, sed etiã in re collata ad personã. Si turpe est adolescenti scortis indulgere, quanto magis senis? Contrã, si fœni non est turpe discere quod nescit, quanto minus puero? Cæterum, in nonnullis arboribus & sexum & coniugiũ & coitum adnotarunt scriptores, ad eo ut quæ fœminæ sunt, nisi adsit mascula arbor, steriles maneat. Porro qui diligentius rerum naturas percuratati sunt, affirmant nihil e terra gigni, quod sexu careat. Qua de re copiose Plinius lib. xiii. cap. iiii. Quemadmodum autem nonnunquam corporis uitium, semp̄ autem ætas adfert sterilitatem fœminis, ita & arboribus frugiferis. Nam quicquid uitiorum est in corporibus hominum, idem ferme cõperitur in arboribus, uocabulis etiã huc à malis hominum translatis: quod genus sunt, fames, sitis, senium, uermiculatio, sideratio, membrorum dolor, cruditas, obelitas, oculorũ exustio, abortus. Sũt his malis excogitata uaria remedia. Vide apud Plinium libro xvii. cap. xiiii. & xvi. Nec tamen singulis annis perpetuõ pariunt fœminæ, quæ fœcundæ sunt, idem usu uenit in frugiferis arboribus. Gratia habet, numeri *επιποσεις*, fœmina, pro fœminã. Apud Hebræos, summi probri loco ducebatur sterilitas. Apud priscos etiã gloriosum erat numerosam ædidisse prolem, & *επιποσεις* meruisse nomen felicitati tribuebatur. Contrã, *επιποσεις* dici, ingloriosum erat. Hinc argumenta poetarum de Danaïdibus & Beli filijs, de Priamo & Hecuba, de Niobe, cæterisq;. Quin & apud historicos celebratur copiosa prole felices. Tum ex matrimonio quærebatur proles, nũc à plerisq; uxor habetur libidini, & scrophæ uocantur, quæ numerose pariunt. Apud ueteres etiã medicamentis prouocabat fœcunditas. Nũc pro scelus, notiora sunt pharmaca, quibus accersit abortus.

At postquam platanis sterilem præbentibus umbram,

Vberior quauis arbore uenit honor:

Nos quoq; fructifera, si nux modo ponor in illis,

Cœpimus in patulas luxuriare comas.

Platanus, à latitudine nomen habet, quoniam uelut ad umbram præbendam late ædense sese spargunt rami. Nonnullis additur ars, ac ut diducuntur ad comoditatem umbræ præbendæ, ut in ipsis etiã arboribus, uelut in conclau, possis agere conuiuũ. Vultur huiusmodi quercus Basileæ, in qua fertur aliquãdo cœnasse Maximilianus Cæsar. Additus est fons, qui perenni scatebra radices alat. Verũ ea iam (ut aiunt) indies fit cõtractior. Id in platanis, tilijs, ac terebinthis minus rarum est. Cæterum platano, quanquã est infrugifera, tamen apud priscos tantum honoris est habitum, ut primum per mare Ionium in Diomedis insulam adueheretur, quo tumultum illius honoraret. Inde in Siciliam transgressa est, atq; inter primas donata Italiæ, hinc ad Morinos usque transuecta. Nec defuerunt, qui radices huius arboris uino infuso rigarent, quum tamen haud alius sit illius usus, nisi quod æstate solem areret densitate frondium, hieme admittit nudata folijs. Plura de platani honore reperies apud Plinium libro duodecimo, capite primo. Itaq; queritur nux, quod moribus hominum corruptis luxu, maiori in pretio fuerit sterilis platanus, quam arbores fructifera. Hac iniuria uelut offensæ frugifera, cœperunt esse minus fœcundæ, quoq; magis placerent, succum, quem ante solebant impartire fructibus alendis, in foliorum pompam spargere. Sunt enim & frugifera quæ late porrigunt ramos, quarum de numero nux est: sed quod ipsa filet, umbram habet omnibus, quæ subiecta sunt noxiam, suoq; quoq; generi, quemadmodum tradit Plinius & Columella. Nec omnes arbores frugiferi generis quotannis ædunt fructus, & si ædunt, dispar est prouetus: quædam non temere, nisi alternis annis pariunt, inter quas olea, & pleriq; grandiferi generis. Quanquam idem non raro accidit in malis ac piris. Huius rei causam

causam nux lepide rejicit in studium alendæ comæ, quasi in folia consumpto succo, ma-
 lignior sit fructuum copia. Si nux modo ponor in illis.] Eleganter dixit ponor, pro nu-
 meror. Terentius in Phormione: Parte his sanè decem minas. Sumptum ab his, qui cal-
 culis positus ac subductis, conficiunt rationem. Quamquam Donatus à digitis subductis,
 dici putat subductam rationem. Si modo.] Pro Si tamen. Modo, nonnunquam sonat
 Paulo antè, modo hic erat. Inuenitur & pro Nunc, tamen si rarius: interim pro dummo-
 do, siue tantum. Vt uelis modo. Vnde Terentius in Phormione dixit, Modo non, pro
 tantum non: quod Græcis *μὴν*, quod à nobis reddi posset Propemodum, siue penissi-
 me. Horatius, postmodo dixit, pro posthac. Porro, si modo ponor in illis, modestia uitat
 inuidiam, quum iuglans sit inter nuces præcipua. Si quidem ob excellentiam dictam pu-
 tant olim Diuglandem, quasi Græcè dicas *Διὸς βέλανον*, id est, Iouis glandem: deinde
 amota principe litera, dictam Iuglandem. Rursum erant, qui mallet dictam à iuuando.
 Eandem ob causam arbitrantur dictam Basilicam, id est, regalem: ita ferè Macrobius
 libro Saturnaliorum tertio. Nec hic dissentit Plinius: uerum ut obiter aliquid negotij fa-
 cessam Grammaticis, non admodum arridet hæc etymologia. Primum enim, qui conue-
 nit nucem appellari glandem, præsertim Persicam. Præterea, quis unquam dixit arbo-
 rem glandem, ac non potius glandiferam? Deinde, durum est ex Græca Latinaque uoce
 dictionē componere. Proinde mihi uidetur uero propius iuglandem dictam, quod glan-
 dem iugulet, propterea quod natuum quoddam dissidium sit inter iuglandem & quer-
 cum, ut quercus emoriatur, si iuglandi sit uicina: aut or Plinius lib. x. v. i. cap. i. Plinius
 indicat iuglandes primum à regibus illatas, quarum præcipuū genus dicitur Persicum
 atque Basilicum. Macrobius citat Moretum Sueuū cuiusdam, qui putarit eandem dici
 Molluscam, quæ primum sit dicta Persica. Carmen Sueuū sic habet:
 Partim Persica, quod nomen sic denique fertur,
 Propterea quod quum quidam cum regi Ponti
 Nominè Alexandro Magno, fera prælia bello
 In Persas detulere, suo post inde reuentur.
 Hoc genus arboris in prælatis sinibus Graijs
 Differuere, nouos fructus mortalibus dantes.
 Mollusca hæc nux est, ne quis fortè incius erret.
 Atque hic Perottus, aut quisquis fuit eius uoluminis cōfarcinator, homo non ineruditus,
 acriter magnoque supercilio taxat Macrobitū, qui ob parum intellectos Sueuū uersus, exi-
 stimarit Persicum pomum, molluscam dici. Imò carnē non sentit de Persico pomo, sed
 de genere iuglandis, quod Persicum dicitur, & eandem nucem, ob mollitudinē putami-
 nis, quod sponte rumpitur, docet appellatā molluscam: nec aliud sentit Macrobius. Ma-
 crobius uidetur eandem facere Tarentinam, quod lingua Sabina tarentum dicitur mol-
 le: ad quod alludens Horatius dixerit: Et molle tarentū. Certe magnitudine iuglans uin-
 cit omnia nucis genera, excepta nuce pinea, quam ipsam tamen longè uincit nucleo. Vi-
 detur igitur olim iuglans summo in precio fuisse, uel quod à regibus è longinquo sit alla-
 ta, uel quod in nuptijs habuerit religionem, uel quod ipsa etiam natura peculiarem ei ho-
 norem uidetur habuisse, ut quam gemino protexit operimento, primum puluinati cali-
 cis, mox ligneo putamine: quin & nucleum quadrifariam distinxit interiectu membra-
 narum. Postremo iuglandis & basilicæ cognomen inditum, arguit arboris dignitatem.
 Itaque quod ait, Si modo ponor in illis: *λίγη* est, modestiæ causa rem magnam uerbis
 extenuans, præsertim quum de se loquatur.

Nunc neque continuos nascuntur poma per annos,
 Vuacque læsa domum, læsaque bacca uenit.

Duplex commemorat incommodum, alterum quod rarius & ex intervallo pariant ar-
 bores, ueluti meditates sterilitatem: alterum, quod hoc ipsum quod nascitur, uelut à dijs
 iratis, læditur grandine, pruina, nebula, pluuia, æstu. Sunt autem præter hæc incommo-
 da, quæ uidetur à superis immitti, sua cuique arbori uitia morbiq, quemadmodum homi-
 nibus. Sunt & his excogitata remedia. Plinius recenset aliquot arbores biferas ac trife-
 ras. Cæterū lib. x. v. cap. x. x. i. i. prodigij loco refert, ex consulari uiro audisse se, quod
 haberet

haberet & iuglandes biferas. Recensentur & quæ foetus suos alternent, inter quas (ut di-
 ximus) est olea. Hoc igitur sentit nux, ob corruptos hominū mores arbores simul & foe-
 minas non modo gignere rarius ac malignius, uerum etiam foetus ædere deteriores. Ita
 Saryricus: Terra malos homines nunc educat atque pufillos.

Et hodie quot uidemus partus ædi morbis obnoxios, aut monstrosos?

Nunc uterus uitio est, quæ uult formosa uideri,

Raracque in hoc æuo est, quæ uelit esse parens.

In arboribus olim uitium maximum erat sterilitas, quæ etiam in his quæ fructiferi ge-
 neris sunt, nonnunquam nascitur ex carie, aut alio quopiam uitio. Id accommodat ad foe-
 minas. Nunc (inquit) si qua mulier est, quæ uelit placere marito, uitio sibi uertit quod est
 fecunda, nimirum intelligens se magis commendari uitro forma, quam fecunditate,
 quæ olim præcipue commendabat uxorem marito. Et ideo non dant uxores operam,
 ut maritos numerosa sobole locupletent: sed quoniam intelligunt crebro partu consue-
 scere formæ gratiam, pharmaciis etiam procurant sterilitatem; & (quod est sceleratius)
 ciunt abortus, ne tardio gestationis ac labore nixque partendi, senium contrahant, atque
 (ut Gellij uerbis utar) æquor illud uentris irrugetur, ac de grauitate oneris & labore par-
 tus fatiscat. Iam ut in foeminis, ita & in arboribus fecunditas senium accelerat, nonnun-
 quam & mortem, si sit immodica. Sic Plinius lib. x. v. i. cap. x. x. v. i. i. Omnia autē ce-
 lerius senescunt præfecunda. Quin & protinus moriuntur aliquando, cælo fecunditate
 omnem eblandito: quod maxime uitibus euenit. Annotanda est elegantia huius uocis,
 uterus: non enim simpliciter sonat uentrem, qui ciborum est receptaculū, sed accipitur pro
 corpore foeminæ grauido. Vnde & uterum ferre dicitur, quæ foetū gerant in matrice:
 Nulla tamē recte diceretur ferre uentrem, etiam si uterus nonnunquam pro uentre ponitur.

Certe ego si nunquam peperissem, tutior essem,

Ista Clytemnestra digna querela fuit.

Hoc (inquit) quod dico, si in alijs parum euidens est, saltem in me dilucidius est, quæ ut
 negari possit, quæ non ob aliud lapidor, quæ quia fecunda sum, tuta futura, si sterilis essem.
 Est quidem (inquit) hæc querela mihi cum Clytemnestra cōmunis, cui non cui peperissem,
 propterea quod ab Oreste filio sit occisa: uerum illi minus iusta fuit hæc querela, quæ ipsa
 prius occidisset maritum, scelus scelere prouocans. Ego nihil commisi, nisi quod pario.
 Et tamen Clytemnestra uidetur miserabilis, quæ peperit. Quanto ego dignior misericordiæ?

Si sciat hoc uitis, nascentis supprime uuas,

Orbacque si sciat hoc, Palladis arbor erit.

Hæc pars est sua forij generis, quod non raro incidit in iudiciali. Quemadmodum si quis
 contendant ignoscendum esse Catilinæ, quod tamen ipse dignus sit supplicio, non tamen
 expediat gloriæ Romani nominis, ac reipublicæ cōmodis. Si uos (inquit) non commo-
 uet rei indignitas, saltem incomodi uestri metu abstinete ab iniuria. Etenim si hoc rescia-
 scunt & cætera arbores, quarum foetus uobis gratissimi sunt, obnoxias esse talibus iniu-
 rijs, quæ pariunt, præoptabunt esse steriles. Est autem iucunda phantasia poetica, quasi ru-
 mor etiam inter arbores rem factam dissipet. Supprime. Est hoc uitii peculiare, ut læ-
 sa incommodo cœli, nonnunquam & occultis de causis, supprime uuas pubescentes.
 Sæpius quum maxime floret, sterile scit. Palladis arbor. Hæc sæpe nihil omnino pro-
 ducit, ueluti sterilitatem meditans. Vitis supprime: semper enim germinat, ac plerumque
 floret. Orba sit olea: quoniam nihil omnino gignit, ne germinas quidem alternis ferè annis.
 Venuste, quod est foeminæ trāstulit ad arbore. Orba dicitur, quæ caret liberis. Et arbor
 Palladis meditat esse, quæ est ipsa dea, quæ sterilis est & uirgo, ut nec piphra sit ociosa.

Hoc in notitiam ueniat malocque pyrocque,

Destituent syluas utraque potna suas.

Inter arborum foetus, præcipue sunt esculenta mala & pyra. Syluas. Etenim si ste-
 rilescent, nihil aliud erunt quam syluæ. Nec enim temere sumit exēpla ab his arboribus,
 quare fructus sunt in primis grati ac necessarii mortalibus. Nam iuglandes fortassis pla-
 riq, possunt cōtemnere. Syluas autem, materias uocant: inter quas sunt pyrus & malus,
 quum uitis & aliæ quædam sint inutiles materijs.

Quæq; sibi uario distinguit poma colore,
Audiat hæc cerasus, stipes inanis erit.

Cerasi foetus primum uirent, mox albescunt, ruborem perlucidum addit maturitas. Sunt quæ ab uno latere rubent, altero albent. Sunt quæ maculis quibusdam interspersis distinguuntur. Quædam etiam nigrent. Has cerasorum differentias & hodie uidemus, quanquam mutatis uocabulis. Plinius libro xv. capite xxv. tradit Aproniana maxime rubere, nigerrima esse Actia. Lusitanis esse colorem è nigro rubenti ac uiridi mixtum. Quæq; sibi uario. Hoc (opinor) notat, quod cerasus inseritur lauro, unde sapor rem & colorem mutat. Quin & in alijs arte mutatur color. In ceraso arbor ipsa tingit foetum, quasi ludens uarietate. Et præcipua cerasi gratia est in colore, ueluti uirgineo. Mox enim marcescit.

Non equidem inuideo, nunquid tamen illa feritur,
Quæ sterilis sola est conspicienda coma?

Mitigat quod dictum est, sic tamē, ut hinc tueatur, quod coeperat colligere. Non hæc (inquit) dico, quod uel uobis illarum fecunditatem inuideam, uel illis incolumitatem, sed tamen mihi damno esse fecunditatem; uel hoc arguit, quod steriles non læduntur. Quoniam autem foeminarum est peculiare uitium, inuidencia, amolitur huius suspicio, nem arbor ceu foemina loquens. Sola coma. Hæc præcipue superbiunt foemina. Et arborum coma dicitur.

Cernite synceros omnes ex ordine truncos,
Qui modo nil quare percutiantur, habent.

Argumentum ducit ex ulcinis arboribus, quæ quoniam steriles erant, tuta stabant ab iniuria. Ex ordine. Quoniam iuxta uiam in ordinem certis interuallis digeruntur arbores. Qui modo. Dixit pro Quicumq; sicut. Si modo, pro Dummodo.

At mihi saua nocent mutilatis uulnera ramis,
Nudaq; decerpto cortice ligna patent.

Venuste quæ sunt corporis animantis, transfuit ad arbores, mutilare & uulnera. Vnde & arborum cicatrices dicitur. Letale uulnus est, quod nudat ossa. Cortex arbori, pro cute est; cui subest ueluti caro, lignum ossium est uice.

Non odium facit hoc, sed spes inducta rapina,
Sustineant alia poma, querentur idem.

Non hoc commerui, ut odio iusto mei facere uideatur. Verum ob hoc ipsum lædor, quia profum. Id colligit argumento coniecturali, ducto ab euentis. Si alijs idem euenierit quod mihi, certum erit rapinae spem mihi nocere, non culpam.

Sic reus ille ferè est, de quo uictoria lucro
Esse potest, inopis iudice facta carent:

Sic timet insidias, qui se seic ferre uiator:
Quod timeat, tutum carpit inanis iter.

Confirmat argumentum duobus exemplis. Erat olim sceleratissima quæstus genus sycophantiarum, sectorum & quadruplatorum, qui diuitibus intendebant calumniam, ut ex lite quæstus aliquid abradere. Huic malo non erant obnoxij, quibus nihil erat, quem admodum ait Phormio Terentianus. Ob prædam impetitur a sycophantis diues innocens, ob prædam a latronibus incessitur uiator innocuus. Notum est illud Iuuenalis: Pauca si portes, &c. Quod timeat. Aut legèdum est, Cui timeat; aut Quod, positum est pro Quare; ut, Non est quod metuas.

Sic ego sola petor, soli quia causa petendi est
Fronibus intactis: cætera turba uiret.

Causa petendi. Petendi, dixit passiuè; causa quare petat. Potissimum in coniectura spectatur, cui bono fuerit. Cætera turba. Contemptum dixit turbam, infugiferarum arborum. Sic Horatius: Nos numerus sumus.

Nam

Nam quod habent frutices aliquando proxima nobis
Fragmina, quod læso uimine multa iacent.
Non istis sua facta nocent. Vicinia damno est.
Excipiunt ictu saxa repulsa meo.

Diluit quod poterat obijci, frutices qui obsepunt agrum, sustinent & sterilitatem arborum fragmenta, uerum harum duntaxat, inquit, quæ mihi proxime stant. Non ob crimen aliquod id patiuntur, sed obest illis uicinia mei. Prius distinctionem non absoluit sententiam, quod aliquoties reperire est apud Ouidium: uerum ita, ut ibi desinat aliquod membrum sententiæ, quemadmodum & superius. At postquam Platanus, &c. Alioqui reprehendendum in carmine Elegiaco. Meo ictu. Hinc liquet non esse perpetuum, quod docet Laurentius de primitiuorum & possessiuorum pronominum usu. Alioqui dicendum erat, ictu mei. Nisi lapidè repulsum à ramo nucis imaginemur ab ipsa mitti, sicut ante dixit: Cultori suo, cum ipsa colatur, non colat.

Idc; fide careat, si non quæ longius absunt,
Natiuum retinent inuiolata decus.

Homo caret fide, cui non creditur; res caret fide, quæ non creditur. Est autem elegans ingressus ad argumentum irrefutabile. Mentiar, si non hoc ipsa res loquitur. Sim uanus, uidear mentium omnia, nisi &c. Habet enim asseuerationem, quæ sæpe pondus habet probationis.

Ergo si sapiant, & mentem uerba sequantur,
Deuoeant umbras proxima quæq; meas.

Iucundum pathos est ex exaggeratione mali. Crudele erat, ob fecunditatem sic lædit: sed intolerabilius malum, si calamitati addatur odium: præsertim uicinarum, à quibus expectat amari, quod in propinqua parte amicitia sit uicinia. Deuouere est execrari & imprecarari diras atq; exitium. Hoc malefici genus regnat apud rusticos. Vnde leges de excantatis arboribus, ac frugibus. Quin & urbes & exercitus olim conceptis uerbis deuuebantur. Vide Macrobius libro Saturnialium 111. Si sapiant. Quasi syluestribus minus sit ingenij, si intelligant hoc mali sibi ex me accidere, concipient in me uehemens odium: quod si liceat eloqui, ut quæq; est mihi proxima, ita maxime deuoueret umbras meas. Nam deuoeant posuit *deuouere*. Est autem tropus in uerbo & apposito nomine, quæq; Rursus alludit ad umbram nucis omnibus noxiam, quæmi ait: umbras meas.

Quam miserum est odium damnis accedere nostris:
Meq; ream nimia proximitatis agi.

Hanc sententiam uelut epiphonematis loco subiecit probationi. Nam catholica fuit, si dixisset: Grauius malum est, quoties calamitati iungitur odium. Leuius ferunt, quorum malis ingemiscunt cæteri.

Sed puto magna mei est operoso cura colonò:
Inuenias, dederit quid mihi præter humum?
Sponte mea facilis contempto nascor in agro,
Parsq; loci qua sto, publica pene uia est.

Confutat rursus, quod obijci poterat. Merito inuisa es, quod fatiges cultorem immo dica tui cura. Nam hoc nomine Vergilius uituperat uitæ, cui nunquam exhausti satis est.

Redit agricolis labor actus in orbem,
Sponte mea. Id est: Tantum infossa nuce. Sed melius prouenit, si prona siue transfusa feratur, & commissura infixæ terræ, ut docent Plinius & Palladius. Contempto nascor in agro. Vel quia sine cultura, uel quia quod idem docet, gaudeat locis humidis, frigidis, ac plerumq; petricosis: ut ager alijs inutilis, nuci tamen ferendæ sit utilis.

Me fata ne lædam, quoniam fata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.

Tom. 1

QqQ In

In agro quamlibet vili, mihi datur locus contemptissimus, In extrema parte fundi, atque in extremo fundi margine. Id propterea fit, ne lædam segetes, quando persuasum est meo stillicidio, meaque umbra lædi segetes. Proinde ne cui sim noxia, contenta sum hoc loco. Lædere dicor. Callide nec inficiatur, quod manifestum est: nec agnoscit, quod erat obfuturum.

Non mihi falx nimias Saturni deputat umbras.

Duratam renouat non mihi fossor humum.

Id potissimum opus est in vitibus, quoties supra modum luxuriant pampini & flagella. Quamquam & aliarum arborum morbis succurri putatione docet Plinius. Duratam renouat. Conducit id multis arboribus, sed in vite necessaria repastinatio. Ablaqueantur & cæteræ arbores, ne sterilescent. Nihil his opus nuci.

Sole licet siccaque siti peritura laborem,

Irriguae dabitur non mihi sulcus aquae.

Quibusdam arboribus primum satis oportet humorem adhibere, ut emergant & adulescant. Quomodo riuus inducatur in agrum, docet Vergilius in Georgicis. Porro quibus remedijs subueniatur arbori, ne radix siccitate sterilescent, docet Plinius lib. x v i i. cap. x i x. Rursus eiusdem libri capite x x v i. Ouidius attingit tria præcipua remedia, putationem, ablaqueationem, & irrigationem.

At cum maturas fisso noua cortice rimas

Nux agit, ad parteis pertica sæua uenit.

Pertica dat plenis immitia uulnera ramis,

Ne possim lapidum uerbera sola queri.

Cortex dehiscens in iuglandibus, maturitatis indicium est. Est iuglandis genus, quæ persica siue mollusca dicitur: quæ quod molliore putamine sit, fissa nucleum ostendat, ubi maturuit. Eleganter autem dixit, agere rimas, pro findi, quemadmodum agere radices. Ad parteis. Ad cultum nemo meminerat officij, neque quisquam succurrebat æstuantis, aut onustæ folijs. Ad lædendum adest pertica, quam uenuste sæuam uocat, quum hominis sit sæuitia, non perticæ. Ad parteis, à fabularum actione translatum est. Vnde qui suo fungitur officio, suas partes agere dicitur. Ne possim lapidum. Quasi parum esset, uulnerari faxis. Iam dixi nuces iuglandes pertica deseri, quod sic arbor reddatur fertilior.

Poma cadunt mensis non interdicta secundis,

Et condit lectas parca colona nuces.

Poma. Vides aduersus annotationem Laurentij Vallæ, etiam nuces dici poma. Mensis non interdicta. Apud Athenæum mouetur quæstio, utrum expediat iuglandes in cœna apponere, an post cœnam. Nam in Asia similiter & in Græcia solita est apponi & in cœna, propterea quod si sumantur post cœnam, quoniam ob uim unguinosam fluitant in stomacho, ac bibendi libidinem secum adducunt, uitiant cœcationem. Quamquam habent hoc commune uitium nuces, quod grauedinem capitis inducant, unde & nomen apud Græcos inditum *κακου* & fortassis Latinis nux à noxa. Minime noxia sunt amygdala. Quæ autem submoueantur iuglandes à mensis sequendis, quum Plinius libro x v i capite sexto, referat ipsius etiamnum ætate Hispanos glandes mensis adhibere sequendis. Et nos quum essemus Florentiæ, uidimus in ædibus opulentissimi uiri, uice bellariorum apponi nuces castaneas. Sed tamen præcipua, ut dixi, gratia est amygdalis, proxima auellanis. Verecunde itaque dixit, non interdicta: satis enim est admitti inter bellaria. Parca colona. Possunt enim seruari in longum. Seruandi ratio est, si infodias arenæ, detractio corticis, aut in uoluas suæ arboris folijs. Sed recetes ad esum minus noxiæ, quamquam & sicca uetulaque tenerescent, si nucleos exemptos putamini coniicias in aquam frigidam, sinasque noctem unam macerari. Macerantur eundem ad modum amygdala uetustate sicca. Colona dixit uillicam, de qua Cato: Vuas in uinaceis & urceis in terra obrutas, Et nuces recetes prænestinas, in urceo in terra obrutas habeat

habeat. Vnde & parcam appellat, & hanc Cato non uult esse luxuriosam. Quoniam uero crebrior usus nucum est in lusibus, quam in cibis, parca loquuta de mensis secundis, transit ad lusum. Erat autem peculiare pueris, ludere nucibus que res dedit & prouerbio locum: Nuces relinquere. Perius:

Et nucibus facimus quæcunq; relictis.

Et Martialis:

Lude, inquis, nucibus, perdere nolo nuces.

Has puer aut certo lectas dilaniat ictu,

Aut pronas digito bisue semelue petit.

Nihil addubito, quin Ouidius ita scripserit hoc carmen: Has puer aut certo lectas dilaminat ictu. Si quid dilaminare dixit, pro in duas laminas diducere. Id fit, quoties solutis commissuris finditur nux in duas parteis. Vnde paulo post laminam uocat putamen fissile. Illud interim erat artis, certo ictu tangere commissuram. Nam dilaniandi uerbum, quod in Aldinis quoque codicibus legitur, etiam carminis ratio respuit. Porro quod ait lectas, opponitur illi, quod mox sequitur, pronas, hoc est, transuersas. Suspicor autem hunc esse lusum, quo findimus etiam mala prædura. Imponitur index sinistrae mali pedunculo, & in hunc pugnus dexter subito impingitur. In impetu ac celeritate sita est uictoria. Etenim si leuiter impingas, & digitum offendis, nec findis malum.

Quatuor in nucibus non amplius alea tota est,

Cum sibi suppositis additur una tribus.

Facete uocat aleam, quasi periculum. Summum autem periculum, si uincaris, est in quatuor nucibus, ut ad summum incalescat certamen: si unam tribus impositam secueris, aufers quatuor. Mirum est Iulium Pollucem, quum multa tradat de lusibus, nullam facere mentionem nucum. Fortassis hoc genus lusum non erat dissimile ludo talorum quos in Satyris libro secundo Horatius iungit nucibus. Te talos Aule nucesque: significans talos etiam pueris fuisse familiares, quemadmodum nuces. Significat & Martialis ex nucibus ludum esse non dissimilem aleæ. Sic enim ait in Apophoretis:

Alea parua nuces, & non damnosa uidetur,

Sæpe tamen pueris abstulit ista nates.

Rursus in Xenij:

Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus,

Alea nec damnum, nec facit ista lucrum.

Per tabule diuum labi iubet alter & optat,

Tangat ut è multis quelibet una suam.

Altera ludendi species est, ut dispositis in seriem nucibus, per tabulam decliuem uoluitur nux: quæ si tangat quam oportet, uincit qui misit.

Est etiam par sit numerus qui dicat, an impar,

Vt diuinatas auferat augur opes.

Meminit huius & Horatius:

Ludere par impar, equitare in hartudine longa.

Nihil hoc pentametro uentustius. Auferat tanquam uictor, opes ad sensum puerorum, quum magno æstimant, diuinatas ob coniecturæ periculum. Augurem uocat coniectatorem.

Fit quoque de creta, qualem cœleste figuram

Sidus, & in Græcis litera quarta gerit.

Hæc ubi distincta est gradibus, qui constitit intus.

Quot tetigit uirga, tot capit inde nuces.

Tertium lusum genus describit. Et creta pingitur ampla figura triangula, qualem habet apud Græcos *Δέλτα* maiuscula forma scriptum. Eandem figuram apud Aegyptios cursu suo facit Nilus, unde & loco nomen inditum: & huic similis ostenditur in cœlo super caput Arietis: hac notant tres stellæ, duabus lineis æqualibus, tertia breuiore, sed quæ in angulo stellam clariorem habeat, Græci *δελτα* appellant. In lineis itaque pictis, certis interuallis quos hic gradus uocat, disponuntur nuces. Puer qui stat in medio, ictu uirgæ quot tetigerit, tot auferit.

Vas quoque saepe cauum, spacio distante locatur.

In quod missa leui nux cadit una manu.

Meminit huius lusus & Persius: Et angustae collo non fallier orcae. Singuli pueri deponunt nuces aliquot in orcam, id est ollae genus. Deinde ex interuallo singuli per uices petunt os ollae, qui solus aut frequentius immiserit, aufert omnes nuces.

Felix secreto quae nata est arbor in agro,

Et soli domino ferre tributa potest,

Non hominum strepitus audit, non illa rotatum,

Non à uicina puluerulenta uia est:

Illam suo quaecumque tulit dare dona colono,

Et plenos fructus dinumerare potest.

Commiserationis locum tractat ex comparatione. Fit enim atrocius malum ex comparatione felicitatis alienae. Vnde & comparatio inter amplificationis species numeratur à Rhetoribus. Declarat autem, quantis incommodis afficiatur ex loco: quorum & illud est, quod non licet totum prouentum annumerare domino suo. Ferre tributa. Finigit enim nucem frugi dominoque fidelem, quo iudicatur atrocior iniuria. Domino debetur tributum. Et graue est ei, qui bonae fidei est, non posse quod debet reddere. Pro dona, legendum arbitror, poma. Quod domino fundi deberetur, tributum appellat. Colono tantum annumerat suos fructus. Strepitus audit. Lucunda imaginatio, audire arbores. Non à uicina. Hoc unum est incommodum. Nam luto & puluere non unquam sterile sicut rami humiliores.

At mihi maturos nunquam licet ædere foetus,

Ante diemque meae percutiuntur opes.

Hic est, ut dixi, pathos ex comparatione. Duplicat autem incommodum, quod nec maturos licet ædere, nec plenos foetus. Alludens ad abortus, quae praecipua infelicitas est inter foeminas, quoties foetus immaturus efficitur. Ante diem. Quod coniunctio durius posita est tertio loco, quasi ante diem sit unica dictio, ut propediem.

Lamina mollis adhuc, tenero est in lacte quod intra est.

Nec mala sunt ulli nostra futura bono.

Cruelior est iniuria, quae nec illi bono est, qui facit, & grauius est damnum, quod nulli prodest. Lamina mollis. Putamen durefcit maturitate. Est quiddam in nuce, quod discriminet partes nuclei, id quoque maturitate lignescit. Vnde & ante dixit, dilaminat. Vide Plinium libro decimo quinto capite uigesimo secundo. Tenero est in lacte. Succus est lacteus magis, quam nucleus, qualis est in carduis reuullis. Vlli bono. Bonum pro comodo dixit substantiue. Inde apud Rhetores: Cui bono fuerit, ut malo esse, pro esse incommodo.

Et tamen inuenio qui me iaculetur, & icctu

praefestinato munus inane petat.

Praefestinato. Id est, praepropero, ante tempus. Quum festino sit uerbum neutrum, tamen poeta festinatum dixit, pro accelerato: & praefestinatam, pro praepropero. Qui me iaculetur. Iaculamur lapidem, aut aliud quod mittimus. Et iaculamur id quod ferimus. Iuuenalis:

Quantas iaculetur Monychus ornos.

Plinius libro VII de Elephantis: Pedes eorum iaculantur alioqui mollissimos.

Si fiat rapti, fiat mensura relictis:

Maiorem domini partem uiator habes.

Vt undique malum exaggerat. Nunc ex modo rapina, non solum fraudatur dominus, sed plus aufert raptor.

Sape

Sape aliquis folijs ubi nuda cacumina uidit,

Esse putat Boreae tristes furentis opus.

Rursus exaggeratio est ex comparatione. Quatuor sunt mala, quae calamitatem adferunt arboribus, uis uentorum, quae nonnunquam totas arbores rumpit ac lacerat, nonnunquam & radicitus euellit. Aestus ingens, frigus immodicum, & grando. Et tamen tantum mali dat uiator, ut his rebus imputet hospites. Vbi nuda cacumina. Nam haec partes maxime sunt obnoxiae Boreae. Furentis. Nullus enim uentus uiolentior. Hic enim dicitur cedere terrae motus. Facete dixit opus: Sic enim loquuntur, hoc fecit boreas, hoc tuum est opus: quum opus proprie dicatur domus, aut statua, aut simile quippiam, quod testetur industriam artem ue cuiuspiam.

Aestibus hic, hic me spoliata frigore credit.

Est quoque qui crimen grandinis esse putet.

Vt uariavit distributionem. Primum, saepe aliquis: mox, hic hic, pro alius & alius. Deinde est qui, pro nonnulli.

At mihi nec grando duris inuisa colonis,

Nec uentus fraudi solue geluue fuit.

Duris inuisa colonis. Duros uocat, tolerantis malorum. Et hoc epitheton exaggerat iniuriam, quod post tot labores, tot incommoda tolerata, grando tollit fructum. Fraudis. Fraus aliquando dolum significat. Apud iureconsultos aliquoties pro damno accipitur. Se fraude esto, dicunt duodecim tabulae. Ne mihi fraudi sit, id est, ne mihi noceat. Et fraudare non est tantum fallere, sed debito commodo priuare. Fraudamus enim debito, frustramur expectato.

Fructus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem.

Quaeque fuit multis, haec mihi praeda malo est.

Praeda malo Polydore fuit tibi, praeda nefandae

Coniugis Aonium misit in arma uirum.

Hesperij regis pomaria tuta fuissent,

Vna sed immensas arbor habebat opes.

Repetit locum, quem ante tractare coeperat, eos maxime obnoxios esse iniurijs, quibus est quod sit expetendum praedoni. Quoniam autem incalescit oratio, adhibet schemata, quae faciant ad uehementiam, membra comparata eiusdem uerbi iteratione & quod *ἰσχυρὸν* appellat, eiusdem sententiae repetitionem. Vno carmine ter idem dixit. Fructus obest. Id repetit, peperisse nocet: repetit tertio, nocet esse feracem. Repetit quarto proximo uersu, quaeque fuit. Praedam autem uocat, non quod raptum est: sed quod raptum posset. Locum communem tractat ab exemplis fabulosis. Seruatur autem eadem compositio, quae facit ad uehementiam in membris & repetitionibus uocum, & asyndeto. Primum enim uersus tribus constat membris, nec intercedit coniunctio: Fructus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem. Praeda, praeda, praeda. Praeda malo est. Sic Latini dicunt malo esse, quod nocet: quemadmodum dicunt bono esse, quod prodest. Facit & *ἰσχυρὸν* ad affectum. Polydore. Nota est fabula de Polymnestore, qui Polydorum obruncat, & auro ui potitur. Nefandae coniugis. Nota etiam est fabula de Helena per Menelaum bello repetita. Hesperij regis. Tertia fabula est de malis aureis Hesperidum, quae rapuit Hercules, praeter alios, confopito dracone, qui peruigil ea seruabat.

At rubus & sentes tantummodo laedere natae,

Spinaeque uindicta caetera tuta sua est.

Rursus ex comparatione rem exaggerat. Laeditur fructifera & innoxia, & tuta sunt & infrugifera & noxia. Laedere natae. Graece dixit potius quam Latine, pro natae ad laedendum, *παραφικνία βλάστηται*, quamquam Graeci *παραφικνία* usurpant simili modo, pro solet. Simili figura Latini dicunt, uulgus amat, pro solet. Quae, quod in Sallustio notat Fabius. Haec sermonis forma, familiaris est Horatio: Irasci celerem, Eluere efficax. Spinaeque uin. c. Cetera dixit,

Tom. 1

Qq Q 3 propter

propter varias spinæ species, inter quas sunt & rubus & sentes. Vindicta. Quia uulnerant tentantem attingere. Atqui, nisi mores essent corrupti, cōueniebat esse tutiores, quæ nemini nocent, & profunt quantum possunt.

Me, quia non noceo, nec aduncis uindictor hamis,

Missa petunt auida saxa proterua manu.

Aduncis hamis. Sunt enim quæ folia habent armata spinis. Vtraque folia, & ilicis genus. Iuniperus spinas habet pro folijs. Pungūt et pinus folia, Iaricis ac cedri. Rubus cutē habet spinosam. Est & spinæ genus, quod Græci uocant Acanthion, folijs aculeatis per extremitatem. Sunt quæ ramos etiam ac stirpem habent aculeis obarmatam, ut siler.

Quid si non aptas solem uitantibus umbras,

Finditur Icario cum cane terra, darem?

Quid nisi suffugium nimbos uitantibus essent

Non expectata cum uenit humber aqua?

Huiusmodi non uno modo fuerant deprauati, pro uitantibus scriptum erat nutantibus: pro suffugium, suffragium, reclamante etiam carminis lege. Non solum, inquit, fructifera & innoxia, uerum etiam alijs modis comoda sum uiatori: uidelicet sub umbram meam confugit, quum non tolerat estum solis, aut quum sub dio subito oborta pluuia occupauit. Icario cane. Hic est Sirius siue *πικύων*, quod sit in capite stellæ, quæ canis dicitur. In eo signo quum sol est, æstus est uehementissimus. Produunt hunc fuisse comitem Icarum, qui domini corpus extincti prodiderit. Ob hoc officium, meruit locum inter sydera.

Omnia cum faciam, cum præstem sedula cunctis

Officium, saxi officiosa petor.

Sedula. Id est, pro uiribus. Et festiua *παιονομαχία* est, in officium & officiosa.

Hæc mihi perpeffæ, domini patiēda querela est,

Causabor, quare sit lapidosus ager.

Exaggerat miseriam, quod post tãtas iniurias adeo nihil sit solatijs, ut etiam obiurgetur à dño, quod ex cõiectis saxi, ager sit factus lapidosus. Annota quod patiēda dixit passiuè, quæ admodum causabor, p̄ incusabor, siue dicar esse in causa, imitatus Græcã uocẽ *παύμαι*, nisi forte scriptum erat, causantis.

Dumq̄ repurgat humum, collectaq̄ saxa remittit:

Semper habent in me tela parata uiæ.

Hinc aliud accrescit malũ, dominus de stomachis in nucẽ, saxa reijcit in uia. Atq̄ ita fit, ut uiatori nunq̄ defint tela in nucẽ. Miserũ est aut̄ remediũ qd malum alit, non tollit.

Ergo inuisa alijs, uni mihi frigora profunt:

Illo me tutam tempore præstat hyems.

Alludit facete ad id quod dixim⁹, nuces amare solũ frigidũ. Id torquet ad aliud argumentũ. Tãta est, inquit, mea calamitas, ut qd alijs incõmodo est, mihi sit remedio maioris incõmodi: quæ admodum podagra salutaris est his, q̄ metuunt paralytum, aut apoplexin, aut

Nuda quidem tunc sum, nudam tamen expedit esse, (morbũ comitalem.

Nec spoliũ de me, quod petat hostis habet.

Horrent arbores gelu, & spoliata frondibus deformes sunt. Tamen hæc incommoda mauult, quàm peti saxi. Exaggeratio est ex collatione malorum.

At simul induimus nostris sua uellera ramis,

Saxa novos fructus grandine plura petunt.

Simul, non idem ualet hic quod pariter, sed positum est pro postquam, siue simul ac. Frondes appellat uellera. Metaphora sumpta ab ouibus. Vellus enim à uellẽdo dictum uidetur. Grandine plura. Hyperbole est. Græci dicunt *χαλαρὸν*.

Forſitan hic aliquis dicat, quæ publica tangunt

Carpere concessum est, hoc uia iuris habet.

Status

Status est qualitatis, quo defenditur ius facti. In ea quæ publica sunt, ius est populo. Via publica est. Id refellit trifariã. Primũ, non statim publicũ est, quod est publicæ uiæ cõtiguũ. Neq̄ protinus cuius ius est in rem in publico positã aut publicã. Segetes, oliueta, uineta sunt cõtigua publicæ uiæ, nemo tamẽ impetit impune. Porta ciuitatis publica est, transire licet, uiolare nõ licet. Merces exponuntur in foro publico, nec ideo licet rape re. Hic incidit status finis: Quid sic publicum. Mox iudicialis, siue qualitatis, quid licet in publicum, quid nõ. Vi licet, abuti nõ licet. Atq̄ hinc de rebus uaria disputatio est apud iurecõsultos, de sacris, de religiosis, de sanctis, de publicis, de communibus, de his quæ debent seruitutem, de occupando uacuo, ad quæ festiuiter alludit poeta:

Si licet hoc, oleas distringite, lædite messes,

Improbe uicinum carpe uiator olus.

Refellit à simili. Oleis parcitur, quod maxime lædantur, si quis impetat. In cæteras arbores non æque damnosa iniuria. Et ob id hoc exemplum potissimum adducit, quod omnium opinione repræbatur est.

Intret & urbanas eadem petulantia portas,

Sitq̄ tuis muris Romule iuris idem.

Noe dixit tuis muris, pro in tuos muros. Mœnia sũt inuolata. Nã Romulus ob uio lata mœnia, fratrem Remũ occidit. Ad id alludit poeta. Nec gratia caret apostrophe.

Quilibet argentum prima de fronte tabernæ

Tollat, & ad gemmas quilibet alter eat.

Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos,

Et quascunq̄ potest tollere, tollat opes.

Facit ad persuasionem exemplorum copia. Tabernæ res ostendunt uenales: eæ erant in foro publico. Argentum ad fœneratores & colybitas pertinet, atq̄ aurifices. Gemmæ ad gẽmarios. Ouidius distinguere uidetur gẽmas à lapillis: alioqui repetisset idem. Rixatur hic Laurentius Valla aduersus iurecõsultos lib. vi. cap. cccclxxiiii. Nec satis explicat sese, mea sententia. Cui uacat, excutiat locũ. Mihi satis est indicasse.

Sed neq̄ tolluntur, nec dum reget omnia Cæsar,

Incolumis tanto præside raptor erit.

Mire per occasionem adulatur Cæsari. Est autem argumentum ab euentis: Nõ licet, quia Cæsar punit, hunc præsidem iuris uocat. Olĩm Cæsares maximam orbis partem obtinebant: horum partes erant, arcere uim ac publicam tueri iustitiam. Post cœperunt esse Cæsares, sub quibus summa esset rapiendi licentia. Nam Octauius, cui hic assentatur, opinor, Ouidius, talis fuit, ut possit inter bonos & æquos recenseri.

At non ille deus pacem intra mœnia finit,

Auxilium toto spargit in orbe suum.

Occurrit obiectioni tacita. In ciuitatibus Cæsar prohibet rapinã, in uis publicis non item. Ac fœda adulatione deum uocat, sed hunc deum sensit sibi male propitium. Verum id tolerabilius uidebitur, si quis reputet et nunc esse, qui sic adulentur principibus. Noui quendam astrologum Italum in Angliã, qui sic exorsus est suam ad Regem præfationẽ, se duos habere deos, unum cœlestem, alterum terrestrem. Emphaticos autem dixit, auxilium. Nihil enim aliud esse deberet potestas monarcharum, quàm prodesse. Iuxta illud, deus est iuuare mortalem.

Quid tamen hoc prodest, media si luce, palamq̄

Verberor, & tutæ non licet esse noci?

A digressionem redit ad institutam querelam. Est autem exaggeratio à tempore & loco & persona. Iniuria est uerberari, præsertim luci ac palam, tum in uia publica, contempto Cæsare. Eleganter autem dictũ: Non licet esse tutæ, pro eo quod erat, non licet esse tutam. Nam utrunq̄ frequens est. Rarius est tertium: Non licet esse tutæ.

Ergo nec nidos folijs hæcere, nec ullam

Sedibus in nostris stare uidetis auem.

QQ 4

At lapis

At lapis in ramo sedit quicumque bifurco,
Hæret & ut capta uictor in arce manet.

Ne quid omitteret argumentorum, hinc quoque colligit improbitatem uiatorum, quod ob densitatem saxorum, nullæ aues nidulentur in ramis ipsius: quod tamen probabilis est accidere, ob naturam amaritudinem foliorum & corticis, grauemque nidorem. Est autem hoc poetis peculiare, ex his quæ naturalibus causis fiunt, ducere occasionem fabulæ. Veluti si quis dicat Deum offensum uitæ hominum sumpsisse fulmen, quum ex causis naturalibus id accidat. Atque interim tractat probationem coniecturalem à signis adiunctis. Nidus non est, lapis hæret. Cuius generis est & illud quod sequitur.

Cætera sæpe tamen potuere admissa negari,
Et crimen uox est inficiata suum.

Nostra notat fusco digitos iniuria succo,
Cortice contactas inficiente manus.

Cortex iuglandis adhibetur etiam tingendis lanis & ruffandis capillis, autore Plinio, & ex contactu remittit colorem. Cruor autem hæret in ueste, aut gladio aut manu, coniecturale est signum admissi homicidij. Huc alludens, subiicit:

Ille cruor meus est, illo maculata cruore,
Non profectura dextra lauatur aqua.

Cruor ablui potest. Color ex iuglandis correctata, dictu mirum, quæ hæreat. Vix enim sapone aut

O ego quum longæ uenerunt tædia uitæ,
Optaui quoties arida facta mori.

Quod superest, in affectibus consumitur, quæquæ magna pars carminis habet affectus. Refertur & uiuacitas arborum, & ætates obseruatur. Vide Plinium lib. xv. ca. vlti. Huc alludens Ouidius, ait: Longæ tædia uitæ. Tragicum & extremæ calamitatis uotum est, optare mortem. Exarescunt autem arbores nonnunquam senio, sæpius & morbo & uitio.

Optaui quoties aut cæco turbine uerti,
Aut ualido missi fulminis igne peti.

Tragicæ sunt imprecationes. Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. Turbo qui nascitur ex uariis uentis inter se concurrētibus, totas arbores aut evertit radicibus, aut rumpit medias: aut sublatas in altum, tollit in altum locum. Ideo appellat cæcū, quod in sano tumultu ruat, quemadmodum & cæcum amorem dicimus, & cæcum furorem. Neque raro uidemus arbores fulmine tangi, nonnunquam & totas conflagrare syluas.

Atque utinam subitæ raperent mea poma procellæ,
Vel possem fructus excutere ipsa meos.

Procella tam uentorum est, quam fluctuum, à percellendo. Ventus enim uehementior frequenter excutit mala pirarum, sed iuglandes tenacius hærent affixæ ligno, nec temere nisi pertica decutiuntur. Ac cæteri ferè fructus permaturi sponte decidunt, uelut excutiente arbore. Optat & sibi idem licere.

Sic ubi detracta est à te tibi causa pericli,
Quod superest tutum Pontice castor habes.

A multis autoribus proditum est, sibrum siue castorem animal *ἄμυρρον*, quod & in aquis degat & in terris, in periculo uenatus sibi testes amputare dentibus, quod intelligat se potissimum hac de causa peti, quia testes habeant uim medicandi: unde & castoreum. Autor Plinius libro viii. capite xxx. Sestus tamen apud Plinium libro xxxiii. capite iiii. negat id esse uerum, quod hoc animal testes habeat pusillos ac lumbris substrictos, nec posse auelli, nisi cum uita. Scripsit & hæc Naso libro de Naturis & ingenij piscium, cui titulum fecit *ἄμυρρον*, quod opus utinam nobis extaret loco Oppiani. Citatur à Plinio libro trigesimo secundo capite secundo. Arbores uiuunt iuxta Pythagoram & animam habent, sed stupentem: ideo motu carent quemadmodum & illa quæ uocantur adhefæ, & spogia. Deplorat igitur, quod quum uideat icium uenturum, non liceat motu corporis declinare.

Quid

Quid mihi tunc animi est, cum sumit tela uiator,
Atque oculis plagæ destinat ante locum?
Nec uitare licet moto fera uulnera trunco.

Quem sub humo radix, curuacque uincla tenent.

Nihil magis facit ad mouēdos affectus, quam quum res subiicitur oculis. Viator, qui facit iter. Viator, qui uocat ad magistratum, aut qui ab his aliquid nunciat. Tela uocat saxa, & plagas uulnera, ne recedat à metaphora. Destinatus, designatus: destinamus animo, destinamus oculis. Miserum est prouidere uulnus, nec posse uitare.

Corpora præbetus plagis, ut sæpe sagittis,
Cum populus manicas deposuisse uetat.

Ex cōparatione rē facit atrociorē. Miserabile supplicij genus est, quum reus uinctus exponitur sagittis populi. Videt intēdi sagittam in uitalia, uelut in scopum, & tamē nō licet flexu corporis uitare icium. Manicas. Vincula manuum sunt, quibus reus alligabatur palo. Vergilius: Manicas atque arcia leuari Vincula iubet Priamus.

Hoc supplicij genus debetur odio populi: Mitius erat in solutum sagittas mittere. Ut autem reus alligatus manicis, non potest uitare sagittas, ita nux alligata radicibus quas uincla appellat, cogitur expectare telum uiatoris.

Utue grauem pauida est ubi tolli uacca securem,
Aut stringi cultros in sua colla uidet.

Alligator & bos maciandus, qui quum uideat securim libratam in caput, non potest uitare: quum cultros parari in iugulum non potest se subducere. Leuior est miseratio eius, qui data facultate fugiendi, aut defendendi sui occiditur.

Sæpe meas frondes uento tremuisse putastis,
Sed metus in nobis causa tremoris erat.

Uehemens metus gignit pallorem ac tremorem. Pallorem huic arbori non potuit tribuere. Tribuit tremorem, ut quod nonnunquam fit ex uentis, affirmet fuisse timoris.

Si merui uideorque nocens, excidite ferro,
Nostraque fumosis urite membra focis.

Si merui uideorque nocens, imponite flammæ,
Et liceat miseræ dedecus esse semel.

Quorum deplorata malitia est, capitis supplicio uelut amputantur à corpore ciuium, in arboribus deploratis duplex est pœna capitis. Aut enim exciduntur, ut admoueat focis: si non est tanti, exuruntur iniecta flamma, ut uestigium exustæ testetur fuisse noxiam: Crudelitas autem supplicij facit ad affectum. Facete uero ramos dixit membra. Et fumosis focis, epitheton non solum facit ad euidētiam, uerum ad affectum. Tales ferè sunt foci rusticorum. Et repetitio: Si uideor, conuenit affectui. Imponite flammæ. Forte legendum, imponite flammam, ut intelligatur arborem succisam exuri. Id si non placet, intelligamus illam excisam, illic exuri ubi nata est. Vide num sic possit intelligi, urite fumosis focis, id est, suspendite in fumo. Solent enim illic durari materiae sectæ. Maro in Georg. Et suspensa focis exploret robora fumus. Dedecus. Ignominia est, afflicti supplicio. Sed miserius est, quotidie pati, quod est supplicio crudelius.

Si nec cur urar, nec cur excidar habetis,
Parcite, sic cœptum perficiatis iter.

Si nocens sum, nullum recuso supplicium: si innocens, abstinete ab iniuria. Sic cœptum. Addit religionem imprecationis. Viatori multa imminent pericula in itinere. Precatur autem ita felix iter, si abstinere ab iniuria innocentis. Sic uobis innoxij nemo noceat, quemadmodum mihi parcitis: subindicans esse periculum, ne si impetant innocentem, exoriatur qui exemplum in ipsos retorqueat. Vetus est prouerbium, More charissime, *ἄλλ' ἴσθης*. Vereor autem, ne quis nobis iam dudum occinat, *ἄλλ' ἴσθης*. Proinde finem faciemus, si prius amouerimus unum scrupulum. In multis

idem

idem est nomen arboris & fructus, quemadmodum nux, oliua: nisi forte oleam ma-
uis esse arborem, oliuam fructum: in alijs diuersa sunt uocabula, sicut quercus & glans,
uitis & uua. In plerisque genus distinguit fructum ab arbore: ut hæc cerasus, hoc cera-
sum: & hæc malus, hoc malum. Iam quod fit in nuce, idem an accidit in cognomentis,
uidendum est. Corylus arbor est, cuius fructus dicitur auellana. Et persica nux dicitur
fructus, an & arbor dicatur persica nux, nondum satis constat. Certe non uidetur con-
uenire, ut iuglans dicatur arbor. Etenim si iuxta nominis etymologiam, iuglans dicitur
tur quasi Iouis glans, quum arbores glandiferae dicantur non glandes, uidetur iuglan-
dis uocabulum non competere nisi in fructum. Sed diuersum docet ueterum autoritas.
Plinius libro uicesimo quarto capite primo. Quercus, inquit, & olea tam pertinaci odio
dissident, ut altera alterius scrobe depactæ moriantur, quercus uero & iuxta nucem iu-
glandem. Dubitari non potest, quin hic iuglandem dicat arborē. Idem libro uigesimo
sexto capite quadragesimo primo. Cariem uetustatemque non sentiunt, cupressus, cedrus,
hebenus, lotos, buxus, taxus, iuniperus, oleaster, & olea. Ex reliquis tardissime larix
robur, suber, castanea, iuglās. Eiusdem libri capite trigesimo nono. Aquas odere cupressi,
iuglandes, castaneæ. Rursum libro decimo quinto capite uigesimo secun-
do, quem locum alibi citauimus.

ILLVSTRISSIMO PVERO DVCI

HENRICO DES. ERASMV ROTEROD. S



MEMINISSE DEBES Henrice Dux illustrissime, eos qui
te gemmis, auro ue honorant, dare primum aliena, quippe fortunę
munera, præterea caduca, deinde qualia quam plurimi mortales
possint elargiri, postremo quæ tibi ipsi domi abundant, quæque do-
nare alijs quam accipere, magno principi longe sit pulchrius. At
qui carmen suo ingenio, suis uigilijs elucubratum, nomini tuo di-
catis mihi non paulo præstantiora uidetur offerre: utpote qui non
aliena, sed propria largiatur, nec paucis annis intermorigura: sed
quæ gloriam etiam tuam immortalem queant efficere, tum ea quæ perquam pauci pos-
sint donare (neque enim pecuniosorum & bonorum poetarum par copia) denique que
non minus sit regibus pulchrum accipere, quam remunerari. Et opibus quidem nemo
non regum abundauit, nominis immortalitatem non ita multi sunt assequuti, quam qui-
dem illi pulcherrimis facinoribus emereri possunt, at soli uates eruditiss carminibus præ-
stare. Siquidem & ceras, & imagines, & stemmata, & aureas statuas, & incisos in æs titu-
los, & operosas pyramidas, longa annorum series demolitur. Sola poetarum monumen-
ta, ipsa ætate, quæ res omnis debilitat, inualescunt. Quod prudenter intelligens Alexan-
der ille cognomēto Magnus, à Cherylo poeta, non admodum sanè bono, singulos uer-
siculos tolerabileis, singulis Philippicis ex pacto redimebat: prospiciebat nimirum &
Apellis tabulas, & Lylippi statuas, paucis annis interituras, nec quicquam omnino for-
tium uiro rum memoriam æternam posse reddere: præter immortalitate dignas, erudi-
torum hominum literas: nec ullum esse gloriæ genus syncerius, ac præstantius, quod
à posteris uirtuti datur hominum, non fortunæ, non ab amore, non à metu, non ab assen-
tatione, sed libero iudicio profectum. Age iam qui malos uersus tam chate prodigus
emittit, nonne opter Homericos non singulis aureis, sed singulis urbibus emercari? Quem
quidem poetam, & in delicijs habuisse, & Achilli inuidisse legitur, beatum illum pro-
nuncians, non solum uirtute, sed potissimum tali uirtutum suarum præcone. Quæquæ
non me clam est, hac nostra memoria, principes plerisque literis tamen non delectari, quam
eas non intelligunt: qui utrunque iuxta ineptum existimant, imò pudendum, optimate ui-
rum, uel scire literas, uel à literatis laudari: quasi uero sint ipsi, uel cum Alexandro, uel cum
Cæsare, uel omnino cum ullo ueterum, aut grauitate, aut sapientia, aut benefactorum glo-
ria conferendi. Ineptum putant à poeta laudari, quia desiderunt facere laudanda, nec tamen à
gnationibus suis laudari refugunt, à quibus rideri se, aut sciunt, aut id si nesciunt, stultissimi
sint

sint oportet. Quos quidem ego uel ipso Mida stolidiores iudico, qui asininis auriculis
deturpatus est, non quod carmina contēneret, sed quod agrestia præferret eruditiss. Mi-
dæ itaque non tam animus defuit, quam iudicium. at his nostris utrunque. A quorum stultitia
quum intelligerem generosam tuam indolem uehementer abhorrere, dux clarissime,
eoque iam nunc à puero tuos conatus spectare, ut non tam tuorum temporum, quam ueterum
similis euadere cupias, non ueritus sum hunc qualemcumque panegyricum nomini tuo nun-
cupare. Qui si tuæ celsitudinis, longe impar (ut est) uidebitur, memineris facito & Arta-
xersem regem præstantissimum aquam à rusticano quodam operario, quæ ille manu utraq;
hauit, obequitanti obtulerat, hilarem, subridentemque accepisse, & eiusdem nominis
alium (ut opinor) pro malo, à pauperulo quopiam allato, perinde, ut pro magnificen-
tissimo munere gratias egisse, ratum uidelicet, non minus esse regale parua prompte ac-
cipere, quam magna munificæ elargiri. Quid? nonne etiam superi ipsi, qui nullis mor-
talium opibus egent, ita muneribus huiusmodi delectantur, ut contempta interim diui-
tum Hecatombe, rusticana mica, & thuscule paupere placentur, animo nimirum offe-
rentis non rerum precio, nostra donaria metientes. Et hæc quidem interea tanquam lu-
dicra munuscula tuæ pueritiæ dicauimus, ubi tua uirtus unâ cum æta-
te accrescens uberiores carminum materiam suppeditabit. Ad quod equidem te adhor-
taret, nisi & ipse iam dudum sponte tua uelis, remisque (ut aiunt) eò tenderes, & domi ha-
beres Skeltonum, unum Britanicarum literarum lumen ac decus, qui tua studia possit,
non solum accendere, sed etiam consummare. Bene uale, & bonas literas splendore
tuo illustra, autoritate tuere, liberalitate foue.

DES ERASMI ROTERODAMI

EPIGRAMMATA.

ODE ERASMI ROTERODAMI DE LAUDIBVS
BRITANNIÆ, REGISQUE HENRICI SEPTIMI,
AC REGIORVM LIBERORVM, CARMINE HE-
XAMETRO, ET IAMBICO TRIMETRO
ACATALECTICO.

BRITANNIA LOQUITVR.



Siactare licet magnorum munera diuim,
Sibi que ueris fas placere dotibus,
Quir mihi non uidear fortunatissima tellus?
Digna est malis, bona quæ parum nouit sua.
Ultima lanigeris animosa est India lucis,
Suis superbus est Arabs odoribus,
Thuriferis gaudet Panchaia diues harenis,
Ibera flumen terra iaçtat aureum.
Aegypto faciunt animos septem ostia Nili,
Laudata Rheni uina tollunt accolas.
Lata nec uberibus sibi displicet Africa glebis,
Hæc portubus superbit, illa mercibus.
At mihi nec fontes, nec ditia flumina defunt.
Sulci ue pingues, prata nec ridentia.
Fœta uiris, fœcunda feris, fœcunda metallis.
Ne glorier, quod ambiens largas opes.
Porrigit Oceanus, neu quod nec amicus ulla
Cœlum, nec aura dulcius spirat plaga.
Serus in occiduas mihi Phœbus cõditur undas,
Sororeque nocteis blanda ducit lucidas.
Possẽm ego laudati contemnere uellera Betis,
Vbi uillus albis mollior bidentibus?

India
Arabia
Panchaia
Tagus
Nilus
Uina Rheni
Aphrica ferti-
litas
Angliæ dot-
tes

Temperies
Anglia
Longi dies
Noctes lucidæ
Lana Angliæ

Et

Miracula An Et tua non nequeam miracula temnere Memphi.
glie Verum illa maior, iustiorq; gloria,
Alter mūdus Quod latius, quod sum celebrata Britannia Graiis,
Anglia Orbem uetustas quod uocauit alterum.
Non tamen hæc factio, nam sunt antiqua, sed inde
Attollo cristas, ac triumpho serio,
Regis Henri Quod mihi rex pulchri pars est pulcherrima regni.
ci laudes Rex unicum huius sæculi miraculum.
Artes belli et Instructus pariter Martisq; & Palladis armis,
pacis Belli peritus, pacis est amantior.
Regis mode Indulgens alijs, sibi nil permittit, habenas
ratio Suis relaxans ciuibus, stringit sibi.
Regis clemen Hoc regnum ille putat, patriæ charissimus esse,
tia Blandus bonis, solis timendus impijs.
Regis in pa Non Decijs sua Roma, suo non Attica Codro,
triam pietas Pluris fuit, fatis redempta nutris.
Regis religio Numinis ac cœli tanta est reuerentia, quanta
Nec erat Metello, nec marito Aegeriæ.
Regis facun Nō mellita magis Pylis facundia regi.
dia Nec Cæsari mens maior, aut sublimior,
Regis libera Nec Meccœnati, uel dextra benignior unquā
isimi summa Vel sanguinis tam magna parsimonia,
sanguinis par Creditus Aeneas Veneris de semine cretus.
simonia Dicitur parente Scipio fatus Ioue.
Quid si prisca meum uidissent sæcula regem,
Hoc ore tam decente, tali pectorer
Nonne Iouē humanis ipsū succurrere rebus,
Nostro latentem credidissent corporer
Atq; hic semper erit magni mihi numinis instar
Meus hic Apollo sæculi pater aurei.
Alludit ad as Hoc oriente meis gens ferrea cessit ab oris,
sertum impe Fraudes reuera Astrea distulit malas.
rium Non secus, ac toto uanesunt sydera caelo,
Simul ore Titan emicauit igneo.
Alludit ad ui Claudere iam lanum fas est, iā ducere longas
ctum eum qui Custode rerum tam potente ferias.
se regis filiū Me miserā, quor huic æternos Iuppiter annos
ementiebatur Non addidisti, cūcta quum donaueris.
Pax Anglie Optat regi Nolunt nostra suis æquari numina regnis.
immortalita At si qua magnos uota tangunt cœlites,
tem Serus sydereas certe referatur in arces,
Fatale fera stamen amputet Atropos.
Finiit Alcides speciosos morte labores,
Debetur altum regibus cœlum bonis.
Hunc repetāt superi, sed tum, quum Nestoris euum,
Vbi senectam uicerit Tithoniam.
Et uiuet tamen usq; mihi, dum regis proles.
Referet parentis nomen, os, & indolem.
Lais quinque Quæ mihi, purpureis iam quina adolefcit in aulis
regis libero rum Regum futuri tres patres, matres duæ.
Comparatio Non aliter pictis Pestis uernantis in hortis,
de rosis Pe Almo nitentes rore pubescunt rosæ,
stans Formosæ Veneri flos acceptissimus, & quo
Rose laudes Nec spirat alter, aut renidet blandius,

Nec

Nec cui nexilibus sit gratia tanta coronis,
Ambire solis regiam dignis comam.
Hic ubi cultoris lasciuia industria docti,
Miscere gaudet punicanteis candidis.
Plurimaq; in spina rutilat rosa, & albicat, unā
Vt lacteum, si murici iungas ebur. Rubra rosa
& alba
Omnibus idem odor est: ros omneis educat idem:
Eadem iuuenta: forma par, idem frutex.
Atque eadem Tellus succo nutritat eodem.
Fouentur auris isdem, eodem sydere.
Sunt duo, quæ uariât, cognataq; germina pulchros, Rosa Edmūdi
Ætas, colorq; diuidunt discrimine.
Hæc modo nata, latet propè cortice tota uirenti,
Tenuiq; rima tenera lucet purpura.
Hæc niuei tantum fastigia protulit oris,
Sensim at dehiscens turgidos rumpit sinus. Rosa Marie
Exerit hæc totum discissa ueste mucronem,
Clausas minata iam comas exoluere. Rosa Henrici
Illaq; lacteosos nondum exinaniuit amictus,
Vix credit auris tam rudes adhuc opes,
Candida sed tenui suffunditur ora rubore:
Seu fratris hic est, siue syderis color.
Maxima ter seno foliorum gaudet honore,
Tyrio micantes explicans ostro comas. Rosa Arcturi
Non sic lana rubet bis concha imbuta marina,
Non sic Eois Phœbus emergens aquis.
Nec solum arridet pulchro uenientibus ore,
Luteola sed iam pollicetur femina.
Hic meus Arcturus, qui nominis omine felix,
Virtute reddet, quem refert uocabulo. Arcturi laus
Apice quod specimen generosæ frontis in illo est,
Vt lucet oculis uiuidus mentis uigor. Arcturi
indoles.
Præcoqua nec tardam expectat sapientia pubem,
Præuertit annos indoles ardens suos. Arcturi præ
matura pru
dentia.
Talis Iesides, illiq; simillima proles,
Hic quum timendas dissecat puer feras. David puer.
Hæc quando ancipitem potuit dissoluere litem, Salomon puer
Malamq; fraudem, fraude docta prodere.
Proxima consequitur Nymphæ quæ nomina ducit
Ab unione, Perfici foetu maris. Margaritæ
laus.
Omne delector, blando candore lapillus
Placet: pudore Margarita lacteo. Vnionis
natura
Hic teres est, nec inæquali leuore rotundus,
In Margaritæ moribus scabrum nihil.
Est noua cum liquido gemmæ cognatio cœlo,
Claret sereno sole, pallet nubilo.
At mea uirgo pijs est additissima diuis,
Cœlumq; mauult, quàm uagum pelagus sequi.
Hanc qui cum focijs uidisset ludere Nymphis,
Habilitq; fratrem tela torquentem manu,
Aureus hic Phœbus, soror hæc argentea Phœbi est,
Per ipsa iuret alma Phœbi lumina.
Iam puer Henricus genitoris nomine lætus,
Monstrante fonteis uate Skeltono sacros. Henrici laus

Tom. 1

RrR

Palla

Palladas teneris meditatur ab unguibus arteis,
 Quam multus illi lucet in uultu pater,
 Talis in Ascantio renitebat imago parentis,
 Sic pulchram Achilles ore reddebat Thetin.
Mariae laus Nescio quid Maria præclari spondet ab ipso
 Nunquam occidentis syderis cognomine.
Edmondi laus Sed cunas Edmonde tuas, quo carmine dicam?
 Adeste plectris huc sorores aureis,
 Et puero fidibus placidos accersite somnos,
 Ac Fesceninis insonate uersibus.
 Muneribus blandis cunabula spargite Nymphæ,
 Aggerite, quicquid est odori graminis.
 Ambrosiâ, caliam, calthamq; thymumq; crocumq;
 Et Syra amôma, nec insuauem amaracum.
 Tum florum mille species, ac mille colores,
 Sed plurima omneis inter ardeat rosa.
 Hanc turbâ, hanc niueam pulchris miscete corollis,
 Gaudet paternis parua proles floribus.
 Vos precor ó, puero date uellera candida, Parcæ,
 Eatq; fausto molle stamen pollice.

DES. ERASMI ROTERODAMI
 AD GAGVINVM, NONDVM VISVM,
 CARMEN HENDECASYLLABVM.

ALLOQVITVR MVSAS SVAS.

Quid dum mittimini uerenda ad ora
 Gagvini, lacerae ac leues Camœnae,
 Restatis trepidæq; pallidæq;
 Necnon Parmeno uti Terentianus
 Causas necitatis, ecquis? ecquid? ecquo?
 Vos solas adeo, fugit Roberti
 Nomen, scripta diserta, cuius ingens
 Nouit, suspicit, ac adorat orbis?
 Ergo nos humilesq; barbaræq;
 Ad tanti patris irruemus, altas
 Docti, nobilis, ac potentis ædes?
 Magna est rusticitas, nihil pudere,
 Summa est rusticitas, nimis pudere.
 Ecquem fingitis obsecro Robertum?
 Personam tragicam? cauete cultum
 Tam raris studijs, & expolitum,
 Vulgi moribus æstimare peccus.
 Sunt fastidia tetra Barbarorum,
 Sunt commercia Gratij solutis,
 Cum blando Aonidum choro fororum;
 Vanum ponite peccoris timorem,
 Et doctum celeres adite uatem.
 Vos quamuis humilesq; Barbarasq;
 Blando comiter ille, candidoq;
 Exceptabit (ut est benignus) ore,
 Si dictaq; salute, redditaq;
 Percontabitur illico, unde cuiæ?
 Ne crassum pudeat solum fateri.
 Obscuri ue uocabulum magistri,
 Si quid ueneritis rogabit, hoc ora-
 tum, carminis huius ut Poetam
 Commendatum habeat, suumq; scribat.

IN ANNALES GAGVINI, ET ECLOGAS FAV-
 STINAS, EIVSDEM CARMEN RVRI-
 SCRIPTVM, ET AVTVMNO.

NVper quum uiridis nemoroso in margine ripæ
 Irrigua spatiarer in herba.
 Errabam tacitæ per amica silentia syluæ,
 Dulci tactus corda furore.
 Iam nemora & fontes, iam rustica uita placebat:
 Turbam, & fumida tecta peroso.

Cumq;

Cumq; Marone meo, gelidis in uallibus Hemi
 Sisti terq; quaterq; precabar.
 Quum subito affulgens, Veneriq; simillima pulchræ,
 Obuia sit tua Fauste Thalia.
 Protinus illa oculis est eminus agnita nostris,
 Comi arrisit molliter ore.
 Vt coram stetit, ecquid agit meus, occupo, Faustus?
 Quid ue decus commune Gagvini?
 Viuit uterque, & uterque suo deuinctus Erasmo,
 Aut eadem, aut meliora precatur.
 Gaudeo: uerum age dic, quid nam molitur uterque?
 Quod cantet schola Franica, legat ue?
 Quæ reor à tam ditibus atque feracibus aruis,
 Iam dudum annua munera sperat,
 Autumnumq; suum: primum tuus ille Robertus
 Exæquat sermone soluto
 Stemmata Francorum, & decus, & fera prælia regum.
 Iam nihil est, quod Gallia docto
 Inuideat Latio, suus ipsi contigit alter
 Liuius, ac Salustius alter.
 Quid tuus ille parat uates: quo nam monumento
 Faustum nigris inuidet umbris?
 An silet, alterna cupiens recreare quiete
 Longis hausta laboribus arua?
 Ille quidem felix agit ocia, qualia quondam
 Scipiades agitare solebat,
 Vrbe procul, tacitis solus, neque solus, in agris
 Ocia pulchri plena negocii.
 Quippe inter colles, uinetaq; Gallica solus,
 Parrhisius uagus errat in agris.
 Sunt comites pingui gaudentes rure Camœnae,
 Illic raptus Apolline toto,
 Et sese, & Musis dignum, Phœboq; poema
 Agresti meditatur auena.
 Quale nec æquari doleat sibi Tityrus ipse,
 Qui patulae sub tegmine fagi,
 Syluestrem tenui tentabat arundine musam.
 Quale trahat, camposq; pecusq;
 Quale queat rigidas deducere montibus ornos,
 Sistere flumina, flectere saxa.
 Reddere quale queat placidos tigresq; luposq;
 Quale feros euincere manes.
 Denique (quod proprie tecum lætabere) castum,
 Nulla hic Liuis, nulla Columba.
 Nusquam hic formosum Corydoni ardebit Alexin.
 Phyllis toto in carmine nulla.
 Quod neque Sorbonæ nequeat censura probare:
 Et multos habet illa Catones.
 Quod neque grammaticus teneræ dictare iuuentæ,
 Plagosò uereatur in antro,
 Nec retrico Hippolytum pudeat recitare parenti.
 Felicem ter & amplius illum,
 Quisquis Faustina dicitur arundine Gallus,
 Vel Varus, uel Pollio quisquis,

Tom. I

RrR 2

Viuet

Vivet, & æternum pulchro cum carmine notus,
Quadrifido cantabitur orbe.

EIVSDEM IN MORBO DE FATIS
SVIS QVERELA.

Miror, quæ mihi sydera
Nascenti implacido lumine fulserint,
O Gaguine meum decus.
Nam seu iure aliquo nostra negocia
Igne aetherei regunt,
Me primum teneras lumen ad insolens
Aedentem querimonias,
Nec mitis rutilo sydere Iuppiter
Aspexit, neque prospera
Arrisit radijs mi Venus aureis.
Tantum Mercurius celer
Adfulgens nitidis eminus ignibus,
Adflarat sua munera.
Sed stella uetuit falcifer inuida,
Vulcaniq; minax rubens
Rivalis, calidus cum gelido sene.
Seu tres terrigenum deæ
Fortunas triplici numine temperant,
Sum durissima stamina
Sortitus: uolucrum seu potius deam
Versare omnia credimus,
Hanc in perniciem certe ego deierem
Coniurasse meam miser.
Felicis mihi nec fata Polycratis,
Nec Syllæ precor improbus.
Arpinas toties consul, iniquius

Fortunam insimulat suam,
Quæ tot prospera, tot dulcia, paululo
Fermento uitiauerit.
Ingrate ille quidem rusticus, ac foro
Rerum nescius utier,
Alternas dominae qui queritur uices.
Sat felicem ego iudico,
Qui præsentia lenire potest mala,
Actis prosperius memor,
Ac sperare iterum iam fore, quod fuit.
At me matris ab ubere
Fati persequitur tristis & asperi
Idem ac perpetuus tenor.
In me crediderim prouit improbi
Pyxis tota Promethei,
Et quicquid stabulat triste uel asperum,
Nigri in limine tartari.
Heu quod simplicibus uatibus inuidum
Numen, quis genius malus,
Quæ ue infesta nouem Iuno fororibus,
Sic nostrum caput impetit
O fatis genite prosperioribus
Bis Gaguine meum decus,
Hunc si tu minime temnis amiculum,
Non totus fuero miser,
Nec cedent grauibus pectora casibus.

ARX VVLGO DICTA HAMMENSIS.

ME quia sim non magna, caue contempseris hostis,
Arx Tarpeia Remi non mage tuta fuit.
Quam bene defendat primum hic qui sustinet agger.
Tum quæ me cingit non inamœna palus.
Ista quidem omnigenos mihi commoda seruit in usus,
At subito insulis quam uolo stagnat aquis.
Iam uerò ut cesset uigilum custodia pernox,
Stertut ut aerea Lynceus in specula,
Attamen excubias grus officiosa diurnas
Intus, nocte foris peruigil anser agit.
Grus neque docta, nec admonita, speculantis ad æra
Responsans, acri clangit in astra tuba.
Et procul insidias (nam præsentire uidetur)
Fida, sono uigili prodit & arcet auis.
Anser item non doctus, obit sua munia, quum fas
Pabulat, & nota ad symbola rursus adest.
Ast ubi uicino se condidit æquore Titan,
Milite tum denso mœnia nostra subit.
Partiturq; aliquis mira arte locosq; uicesq;
Qui ue ætate prior, forte ue lectus erit.

Nec ce

Nec cedunt statione sua, dum rursus ab undis
Emicet, & clarum lux agat alma diem.
Adde quod hic miles tam fidus & impiger annos
Complures, nullo iam meret ære mihi.

IN FILIAM BEKÆ, QVOD SONAT
RIVVM LINGVA NOSTRATE.

SVm Gulielma, patre Arnolde cognomine Beka, is
Iuris fons gemini, non modo riuus erat.
Cui gener Antoni placuisti ex omnibus unus,
Isbrandum referens ore animoq; patrem.
Nec minus est mea uita tibi, quam forma probata,
Templa, domus, proles, hæc mea cura fuit.
Quatuor enixam pueros, totidemq; puellas,
Mors rapit, intra aut septima lustra mei.
Lector age huic requiem, cineriq; animæq; precatus,
Vive diu, imò diu est hic nihil, ergo bene.

EPITAPHIVM MARGA
RETÆ HONORÆ.

Hic sita Margareta est, merito cognomine Honora,
Fiscini tedis digna Guiljelme tuis,
Quam bene congruerant, & forma, & pectus, & anni,
Et ne morte quidem dissoluitur amor.
Rapta sed est uiridis prima uo in flore iuuentæ,
Ut rosa lacteolis semadaperta comis.
Dimidius superest dulci sine coniuge coniunx
Miserens, ut uiduus compare turtur aue.

EPISCOPO TRAIECTENSI DAVID,
NOTHO PHILIPPI DVVIS
BORGONDIONVM.

Hic situs est præsul, non tantum nomine David,
Digna patre, proles, magne Philippe, tua.
Iste gregem plus quam patria pietate fouebat,
Pacis amans, uirtuti ingenijq; fauens.

EIDEM.

Hic David ille duci proles iacienda Philippo,
Commisum patrio fouit amore gregem.

IACOBO BATTO, GRÆCO DI
METRO IAMBICO.

Ἰακωβὲ Βάττῃ, θάρσο,
καλῶς θανάτῳ παλιμφύει.

IDEM LATINI VERSVS.

IAcobe Batte, ne time,
Benè moriens renascitur.

Tom. 1

RtR. 3

IN

IN TERGO CODICIS
BATTICI.

SVm Batti, qui me manibus subduxerit uncis,
Huic ne quo Battus defuat opto loco.

DVO SALINA ARGENTEA ABBATI
CVIDAM DONO MISSA, A MONIA/
LIBVS MONASTERII VVLGO DI/
CTI VALLIS VIRGINVM.

Virginea de ualle, duo sine labe salissa
Adsumus, hanc mensam non nisi pura decent.
IN ALTERO
SALINO.

Virginitas nitor argenti, sapientia sal est:
Virgo dat argentum, tu pater adde salem.

IN SEX TINTINABVLA RESTI/
TVTA, QVÆ FVLGINE
CONFLAGRARANT.

Concinnus sex æra, at ego cui maxima uox est,
Alpha & Ω Triadi ritè dicata uocor.
Nos, ædemq; sacram, Scauti pia cura Girardi
Præfuls, absumptam fulmine restituit.
IN TINTINABVLM MA/
RIÆ SACRVM.

Aenea mi uox est, ac sic nulla ænea uox est,
Ut par Christiparæ laudibus esse queat.
IN IDEM.

Maria nomen inditum est mihi mutuum,
Qua Trinitati nil sedet uicinius.
TERTIVM BAPTISTÆ
SACRVM.

Vox clamantis erat, cuius gero nomina, plebem
Ad Christi cultum nocte dieq; uoco.
QVARTVM PETRO
SACRVM.

Petro sacra fugo cacodaemonas, arceo fulmen,
Funeraq; & festos cantibus orno dies.
QVINTVM MAGDALENÆ
SACRVM, SCAZON.

SVm Magdalene, iuuit impium fulmen,
Meliora quando cuncta dat pius præful.
SEXTVM OMNIBVS SAN/
CTIS SACRVM.

EXilis mihi uox, sed quæ ferit eminus aures,
Dat mihi cœlicolum nomina tota cohors.
ALITER.

Non mihi Dodones, non æra prophana Corinthi
Certent: nam cunctis tinnio cœlitibus.

IN AV/

IN AVLICVM QVENDAM
CLERO INFESTVM.

VRsalus ecce Midas, sed Lydo stultior illo;
Se properat quouis nobilitare modo.
Et furit in clerum, capit hinc exordia famæ,
Eç Mida subito uertitur in Phalarim.
Sic quondam exusto peperit sibi nomina templo
Credq; autor generis Græculus ille mali.
Tam stolidam mentem nullis aboleueris undis:
At rabiem solus tollere mucro queat.

IN EVNDEM.

TAm stolidum credo nec te Mida pectus habebat;
Makce nec in clerum tam uiolentus eras,
Quam quidam, non est sententia dicere nomen,
Nam famam affectat qualibet ille uia.
Huic utinam aut aliquis afininas addat Apollo
Aut ambas Petrus demetat auriculas:
Aut certe crepet ipse magis, faciatq; paterni
Quod cognomeni syllaba prima monet.

IN EVNDEM.

Bacchanti in clerum tibi dixerat Vrsale quidam
Et ius Cæsareum lædier atque sacrum
Hic tu ridebas hominem multumq; diuq;
Et merito, quid enim hoc stultius ac leuius?
Qui præter tibi iura coqui notissima iuris
Auditum nomen crederet esse aliud.

IN PICTVRAM FABVLÆ GIGANTEÆ:
EN stolidi sine patre sati tellure Gigantes
Montibus accumulans montes, ipsumq; minantur
Cœlicolum regem supera detrudere ab arce:
Sed male uesanae cedent sine pectore uires.

IN EOSDEM FVLGINE DEPVLLOS.

Ippiter extractas disturbat fulmine moles
Ignibus inuoluens rapidis, monteisque uirosq;
Sic siculis sine consilio, sic impia facta
Præcipitata ruunt superis uitoribus usque.

IN TABVLAM PENTHEI TRVCIDATI.

Pentheia cernis Echioniden:
Hospitis Orgia qui Bromij
Spreuerat: impius ecce deo
Vindice iam malefacta luit.
Matris enim, Orgiadumq; manu,
Dum fera creditur esse, perit.
Quam sceleri bene poena suo
Congruit, & mala digna malis.

IN PICTVRAM EVROPÆ STVPRATÆ:

Hic qui à monte boues ad proxima littora uertis,
Aurea te, quis sit, utrga monere potest.
Tum testes ala, neque non talaria, testis
In flauo bicolor crine galerus erit.
Si rogitas quid agat, patrio subseruit amori,
Inscius, obsequio furta dolosa tegens.
Raptor enim niuei latitat sub imagine tauri
Improbis, ac prædam per freta longa uehett:

Tom. 1

RtR 4

Vt Cretam

Vt Cretam attigerit, mox taurus desinet esse
Iuppiter, & uirgo non erit ista diu.
Quid non cæcus amor mortalia pectora cogat,
Si taurum æthereum non piget esse Iouem?
Aut quæ formosis satis est cautela puellis,
Hic quoque stuprator si metuendus erat?

IN FRONTE LIBELLI DONO MISSI EPI
SCOPO ATREBATENSI, SCAZON.

A Vibus sequundis uade charteum munus,
Exile quanquam te breuis dicat uates.
Liceat modo placere præfuli docto,
Precio lapillos uiceris & Erythroos.

IN FRONTE LIBELLI DE IMPERA
TORIA MAIESTATE.

Christianum orbem tuenti qui fauetis Cæsari,
Huic fauebitis libello, qui tuetur Cæsarem.

IN FRONTE ODARVM GVILIELMI.

HVC, siquidem pia, si pudica Musa
Delectat, nihil hic uel inquinatum,
Vel quod melle nocens tegat uenenum:
Christum tota sonat chelis Guhelmi.

IN FRONTE LIBELLI BVSLI
DIO DONO MISSI.

Non ego Buslidæ decus adfero bibliothecæ;
Sed decus apponit bibliotheca mihi.

IN FRONTE ALTERIVS.

Non equidem ornabis tu Antoni bibliothecam;
Te magis ornabit bibliotheca liber.

IN CÆCVM TRAGOEDIARVM
CASTIGATOREM.

QVur adeo lector crebris offendere mendis?
Qui castigauit, lumine captus erat.

SVB PICTVRA VVLTYS CHRISTI.

Hic intuetur & intimos mentis sinus.
Fac tota niteant pectoris penetralia.

AGIT CARMINE GRATIAS PRO
MISSO MVNERE.

Antistes sacer elegantiorum, ac
Princeps Carmillane literarum,
En uersus tenuis tibi Poeta
Hos pro munere splendido rependit.
Hoc est scilicet, ære mutat aurum.
At quid tandem aliud deis uel ipsis,
Gratus, sed tenuis referre uates
Possit, quàm numeros modosq; uerum
Largiri, numeros tibi Petre, hoc est
Syluæ ligna, uago mari addere undas.

IN FRONTE ENCHIRIDIJ.

Nil moror aut laudes, leuis aut conuicia uulgi,
Pulchrum est uel doctis, uel placuisse pijs.
Spe quoq; maius erit, mihi si contingat utrunque:
Cui Christus sapit, huic si placeo, bene habet.
Unicus ille mihi uenæ largitor Apollo,
Sunt Helicon huius mystica uerba meus.

LIBEL

LIBELLVS DONO MISSVS.

Mittere quur uerear magno leue munus amico,
Quum capiant summos thufcula pauca deos.

IOANNI OKEGO MVSIKO SVM
MO, EPITAPHIVM.

ERgo ne conticuit Aurea uox Okegi,
Vox illa quondam nobilis, Vel saxa flectere efficax,
Aurea uox Okegi? Quæ toties liquidis
Sic musicæ extinctū decus? Et arte flexilibus modis
Dic age, dic fidibus Per sacra tecta sonans,
Tristes Apollo nœnias. Demulsit aures coelitum
Tu quoque Calliope Terrigenūq; simul
Pullata cum fororibus Penitusq; mouit pectora
Funde piās lachrymas. Quid facis inuida mors?
Lugete, quorquor musica Vel hoc iniqua maxime,
Dulce rapit studium, Aequa quod omnibus es.
Virūq; ferte laudibus. Sat erat tibi promiscue
Artis Apollinæ Tollere res hominum.
Sacer ille Phœnix occidit. Diuina res est Musica,
Quid facis inuida mors? Numina quur uiolas?
Obmutuit uox aurea,

HENRICI EPISCOPI CAMERA
CENSIS EPITAPHIVM.

Henricus hic est Bergicæ stirpis decus,
Qui laude morum auita uicit stemmata;

Gregis salute nil habuit antiquius;
In quem pius paternæ gessit uiscera.
Hic incitatus amore miro coelitum,
Iacobe sedem uisit impiger tuam,
Arcemq; Petri uisit, & Solymas sacras.

DE EODEM.

Berganæ stirpis septem de fratribus unum
Cōdidit Henricum hoc inuida Parca loco,
Ille gregis Cameracini præfulq; paterq;
Cui simul & patriæ non sibi, natus erat.
Bisq; Iacobæam uisit pius aduena sedem,
Dehinc Romam, & Solymas uectus ad usq; sacras,
Sic pietate uagus, uirtute grauiissimus, æuum
Exegit felix & sine labe suum.

IN MAGNATEM QVENDAM, SED
FICTO NOMINE, QVI LAVDES
SVAS EXIGVO MVNVSCV

LO PENSARAT.

Correxit errorē meum Inuitat ad palinodiam;
Lepide Marullus: nā mihi Inuitat ad silentium.
Laudatus æquo largius Non suadet hoc frugalitas
Nimium pusillo prodigum Tenaxq; parsimonia,
Vatem redonat munere. Quum sannionibus quoq;
O pectus, o memorabilē, Fœdisq; morionibus
Huius modestiam uiri. Prolixa donet munera.
Nō uult cani, quæ nō facit, Quod ista donat uatibus,
Vult & sileri quæ facit, Quæ dare minus quàm nil dare est,
Proin pudendis præmijs Pudore, non uitio, facit

RiR

EPI

EPITAPHIVM SCVRRVLE TEJ
MVLENTI, SCAZON.

PAx sit uiator, tacitus hos legas uersus,
Vt sacra uerba mussitant sacerdotes,
Ne mihi suauem strepitus auferat somnum,
Repetatq; uigiles ilico sitis fauces.
Nam scurrula hocce sterto conditus saxo,
Quondam ille magni clarus Euij mystes,
Vt qui bis octo lustra perbibit tota,
Oculis profundus deinde somnus obrepit,
Vt sit, benigno membra quum madent Baccho.
Atque ita peractis suauiter bonis annis,
Idem bibendi finis atque uiuendi
Fuit, sed etiam me aliquis ebrium credat,
Aut somniare, qui ista dormiens dicam.
Vale uiator, iam silenter abscede.

ENCOMIUM SLESTADII CARMINE
ELEGIACO PER DES. ERAS-
MVM ROTERODAMVM.

Nobile Slestadium, tua quis pomœria primus
Signans, tam dextris condidit auspicijs?
Vnde tibi genius tam felix, tamq; benignus?
Sydera nascenti quæ micuere tibi?
Quum uidearis enim, neque muro insigne capaci,
Plebe nec innumera, diuitijs ue scatens,
Vrbibus in cunctis, tamen haud felicior ulla est
Quotquot Casarea sub dititione uigent.
Non ego iam memoro, quod fertilis undique campus
Adiacet, & segetem prosperat alma Ceres.
Quodq; hinc uitiferos monteis, hinc ditia Rheni
Flumina prospectas, grata quod aura fouet.
Commoda bella, sed hæc tecum communia multis.
Dotibus hisce simul uinceris, & superas.
Illa tibi propria est, quod & una & parua, tot ædis
Virtute insignis ingenioq; uiros.
Tot pariter gemmas, tot lumina fundis in orbem,
Quot multis alijs uix genuisse datum est.
Doctrinæ proceres tot habes, quot proditor ille
Vix belli proceres occulisset equus.
Quam non Vimphlingus, quam non Spiegellius urbem,
Quam non Kirherus nobilitare queat?
Vnde tibi Sapidus, doctis quoq; dignus Athenis?
Vnde sacer Phrygio, Storkius unde tibi?
Vnde tibi Arnoldus, Musis excultus? & unde
Matthias niueo pectore Schurerius?
Vt fileam reliquos, non te satis ille Beatus
Rhenanus, lingua doctus utraque, beat?
Quæ tibi cum liquido tacita est cognatio coelo?
Num quod Palladia numen ab urbe fauet?
Corpora gignit humus, mens æthere manat ab alto.
Membra aliæ pariunt, tu paris ingenia.
Quis non inuideat tam splendida commoda, ni quod
Non tibi, sed mundo fertilis, ista paris.

Gloria

Gloria te penes est unam, sed fructus ad omneis
Peruenit, humanum quæ patet orbe genus.
Hæc memor hospitij, tibi carmina panxit Erasmus
Haud lepida, at grata qualiacunque cheli.

AD SEBASTIANVM BRANT ARCHI-
GRAMMATEVM VRBIS ARGEN-
TINENSIS, PHALECIVM
DES. ERASMI ROT.

ORnarunt alios suæ Camœnæ,
Ornas ipse tuas magis Camœnæ.
Multos patria reddidit celebres.
Vrbem tu celebrem, celebriorem
Multo constituis, Sebastiane!
Lingua, moribus, eruditione,
Libris, consilio, seueritate.
Sic cum foenore plurimo rependis
Acceptum decus, è tuo uicissim
Illustrans, patriamq; literasq;.

DES. ERASMVVS ROTEROD. AD
IOANNEM SAPIDVM SVVM,
IN DISCESSV.

QVando distrahimur, absens absentis amici
Candide Ioannes hoc tibi pignus habe.
Quoq; magis spatium setunget corpora nostra.
Mutuus hoc propius pectora iungat amor.

AD THOMAM DIDYVM AVCV-
PARIVM POETAM LAVREA-
TYM, DES. ERASMI
ROT. CARMEN.

QVas mihi transcribis, doctissime Didyme, laudes,
Vt sunt maiores, quam quas agnoscere possim.
Ni prorsus frons nulla foret, sic rursus eadem
Sunt adeo docta, talisq; è pectore nata,
Vt minime libeat, quas das rescribere. Veras
Esse perinde optans, quam sunt lepida, atque uenusta.
His ego non sanè placeo mihi. Tu mihi uates
Lauro digne places. nam dum me reddere magnum
Carmine magnifico docte conuiteris, ipsum
Te ostendis uerè magnum, uereq; stupendum,
Vt qui uiribus ingenij possis elephantum
Reddere de musca, nihilq; attollere tricas.
Sed quo iudicium minus approbo, maxime uates,
Hoc mage lator amore tuo, candoreq; mentis.

DES. ERASMI ROTER. CARMEN
IAMBICVM, AD ANDREAM AM-
MONIVM LVCENSEM, INVICTIS-
SIMI REGIS ANGLORVM
A LIBELLIS.

QVicumq; dotes reputet, Ammoni, tuas,
Oculisq; totum lustret admotis prope
Oris decus, proceritatem heroicam,
Vultuq; toro & uniuerso corpore
Benè temperatam dignitate gratiam,
Nitentium blandum uigorem luminum,
Linguaq; plectrum tam suauè tinniens,
Mores dehinc horas ad omneis commodos,
Facileis

Facileis, amicos, melle melleos magis,
 Veneres, lepores, gratias, risus, iocos,
 Mitem indolem, mentisq; candorem nouum,
 Mireq; mixtam simplicem prudentiam.
 His pectus adde sordido auersum lucro,
 Dextramq; quam pro sorte largiusculam;
 Iam quam benigni uena diues ingenis
 Quot animus unus expolitus literis?
 Ac rursus his par addita est facundia.
 Demum uniuersa hæc rara condit comitas,
 Et improbi liuoris arcet fascino
 Modestiae iucunditas, cum dotibus
 In tam superbis, nil superbum in moribus.
 Hæc quisquis (inquam) pensitet, tot affatim
 Congesta in unum, nonne merito dixerit?
 Soli parentem fuisse naturam tibi,
 Contra nouetam cæteris mortalibus.
 Horum licet tibi ipse debes pleraque,
 Restant tuæ Fortuna iam partes, uti
 Dotes ita amplas, opibus exæques tuis,
 Nisi uis uideri aut cæca plane, aut inuida.

AD LVCAM PALIVRVM RVBEA/
 QVENSEM, EPISCOPI BASILIEN/
 SIS CANCELLARIVM, DES. ERAS/
 MI ROTEROD. CARMEN
 EX TEMPORE.

EXhaustum immodico nouale cultus
 Mentitur queruli spei coloni.
 Effæctum ingenium labore longo,
 Nil dignum parit hoc amore nostro,
 Quo te prosequor unice, inter omneis
 Mellitissime Paliure, amicos:
 Nec dignum meritis tuis, nec ipsi
 Quod respondeat eruditioni.
 Quod solum licet, hoc in omne tempus
 Præstabo, ex animo medullitusq;
 Nostrum (sic meritum est) amabo Lucam.

IN FVGAM GALLORVM INSE/
 QVENTIBVS ANGLIS APVD MO/
 RINVM, ANNO M.D.XIII. SCAZON
 DES. ERASMI ROTERODAMI.

ALLVDIT AD CARMEN MAR/
 TIALIS DE CATONE.

AVdiuit olim censor ille Romanus,
 Ludos iocosa quando noueras Floræ,
 Quir in theatrum Cato seuerè uenisti?
 An ideo tantum ueneras ut exires?
 At iure nunc imbellis audiat Gallus,
 Ludum cruenti quando noueras Martis,
 Animos

Animos ferocis quando noueras Angli,
 Quid quaeso in aciem timide Galle prodisti,
 Ferro minaci splendida agens turmas?
 An ideo tantum ueneras, uti foede
 Fugiens sequenti terga uerteres hosti?
 Ac si pedum certamen esset, haud dextræ.
 Cato foeminas uidere non potest, Gallus
 Viros. Cato mutare potest non uultum,
 Gallus nequit mutare pectus ignauum.

QVVM MVLTOS MENSES PERPETVO
 PLVISSET, ET PER VNAM MODO DIE/
 CVLAM SE MVNDO SOL OSTENDISSET,
 RVRSVSQ. NON MINVS ODIOSE QVAM
 ANTEA PLVERET, ERASMVVS BASILE/
 AM REPETENS, IN ITINERE SIC LV/
 SIT IN IOVEM ANNO M. D. XV.

Menses quum propè Iuppiter per octo
 Vota surdus ad omnium pluisset,
 Agros iam male perdidisset omneis,
 Vexasset segetesq; uineasq;
 Tandem desierat, pudore credo,
 Et tandem licuit uidere solem;
 Quem migrasse polo, timebat orbis,
 Aeternam ratus imminere noctem.
 Vix dum sesquidiem nitere passus
 Obducit nebulisq; nubibusq;
 Totum quæ patet undequaque mundum.
 Ac rursus similis sui esse pergit,
 Isthoc si moderere pacto olympum,
 Nec quicquam es, nisi nubium coactor,
 Quis non officium probet gigantum?
 Et cognomina consueta uertens,
 Pessimum uocet, infimumq; diuum?

EPITAPHIVM PHILIPPI COENO/
 BITÆ CLVNIACENSIS.

Viator **I**sti quur lubet assidere saxo,
 Cum toto, Pietas, choro sororum?
Pietas Hic noster iacet unicus cateruæ
 Vindex, ille Philippus, ille dudum
 Cætus gloria prima Cluniaci.
Viator Luctum at pulla solet decere uestis,
 Vos albis uideo nitere totas.
Pietas Cuius tam nitui fuere mores,
 Cui tam candida sit peracta uita,
 Huius funera non puto decere
 Aut pulla, aut lachrymis nigrandum.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVS GVI/
 LIELMO NESENO CALAMVM DONO
 DEDIT CVM HOC EPIGRAMMATE.

CALAMVS LOQVITVR.

TAntillus calamus, tot, tanta uolumina scripsi
 Solus, at articulis ductus Erasmiacis.

Aedide

Aediderat Nilus, dederat Reuchlinus Erasmo,
Nunc rude donatum, me Gulielmus habet:
Isq; sacrum Musis seruat, Phoebosq; dicatum,
Aeternae charum pignus amicitiae,
Ne peteam obscurus, per quem tot nomina noscet
Posteritas, longo nunquam abolenda die.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS IN
BRVNONEM AMERBACHIVM.

Hic facit ante diem fati ereptus iniquis,
Gentis Amerbachiae gloria prima Bruno.
Non tulit uxori superesse maritus amatae,
Turtur ut ereptae commoriens sociatae.
Hunc blandae lugent Charites, Musaeq; trilingues,
Canaq; cum casta simplicitate fides.

EPI TAPHIVM VLRICHI ZASII
PER DES. ERASMVVM ROT.

Siccine mors crudelis & inuida praeripis orbi
Ulrichum Zasium decus admirabile Iuris
Caesarei simul & sacri; parcissima dixi,
Imò doctrinae totius & artis honestae
Thesaurum ac mundum locupletem, cuius ab ore
Manabat sermo uel melle suauior omni.
Quid nunc collaudem summum pietatis amorem
Et mentem caelo dignam, quo iam illa soluta
Corporis inuolucris fruittur sine fine beata.
Quod superest, te compello studiosa iuuentus,
Tandem pone modum lachrymis iustoq; dolori:
Vocis adempta tibi est Zasiana copia, uerum
Extant ingenij monumenta perennia, quae si
Assidue manibusq; teras oculisq; frequentes
Spirat in his loquiturq; uiri pars optima semper.


PRIMI TOMI OPERVM DES. ERASMI
ROTERODAMI, FINIS.

B A S I L E A E

PER HIERONYMVVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM
ANNO M. D. XL.

Chartarum series.

A * B * C * D * a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
A A B B C C D D E E F F G G H H I I K K L L M M N N O O
P P Q Q R R S S T T V V X X Y Y Z Z A a A B b B C c C
D d D E e E F f F G g G H h H I i I K k K L l L M m M N n N O o O
P p P Q q Q R r R. Omnes terniones, sed R r R est quaternio.



FRO BEN

